XIII.L.

7
12-1
5

9
17 MF
1

K 346

C. J
S - K
O . 5
N. 18

Digitized by Google

TERTII ORDINIS S[TI] FRANCISCI ASSISIATIS ANNALES PERPETUI

IN TRES PARTES TRIBUTI.

Auctore P. IOANNE-MARIA Theologo, ejuſdem Ordinis conſcribendæ Hiſtoriæ deſtinato, è Provincia S. Yvonis in Gallia.

PARS PRIMA,

Generatim complectitur utriuſque Congregationis Regularis & Sæcularis originem & progreſſum.

PARS SECUNDA,

Viros Illuſtres, qui Sæculis decimo-tertio, & decimo-quarto claruerunt.

PARS TERTIA,

Viros Illuſtres, qui Sæculis decimo-quinto, decimo-ſexto, & decimo-ſeptimo floruere.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,
Apud ROBERTUM CHEVILLION, viâ Jacobæâ, ſub Columba regia.

M. DC. LXXXVI.

Cum Approbatione, & Privilegio Regis.



D. O. M.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

C*ONFITEBIMVR*[a] *tibi , Domine , quoniam licet iratus eſſes nobis , converſus eſt tandem furor tuus , & conſolatus es nos. Ecce Deus Salvator noſter , fiducialiter agemus , & non timebimus : quia fortitudo , & laus noſtra Dominus , & factus eſt nobis in ſalutem*, tres diverſas inſtituendo Congregationes ; primam , Fratrum Minorum ; ſecundam , pauperum Dominarum ; tertiam verò , Pœnitentium , ſexum capientem utrumque , Sæcularium pariter ac Religioſorum.

Hauriemus igitur in gaudio de fontibus Salvatoris , omnes quicunque militamus ſub vexillo Crucis in Ordine Seraphico , cujus conditor eſt ordinatione tuâ , FRANCISCVS ASSISIAS , humilis famulus tuus , & ipſe Chriſto confixus Cruci ; Stigmata nempe Chriſti gerens in corpore ſuo. [a] *Confitemur Domino , & invocamus Nomen IESV : notas facimus adinventiones ejus , memores quoniam excelſum eſt nomen ejus. Cantamus Domino , quoniam magnificè fecit : annunciamus hoc in univerſa terra* , inſtructum ſcilicet illuſtre agmen bellatorum ſpiritualium , ad debellandas tenebrarum Poteſtates ; *unde* [b] *exultat , & laudat habitatio Sion , quia magnus in medio ejus Sanctus Iſraël.*

Oro te etiam atque etiam , omnipotens Deus , & obſecro , ut me conſcribendæ Tertiariorum Hiſtoriæ deſignatum cœleſti virtute corrobores , ad recte Annalium noſtrorum monumentis commendanda , & poſteritati propaganda quæcunque ſancta & illuſtria Tertiarij noſtri commilitones tum Sæculares , tum Religioſi ediderunt , divinum augentes cultum , & Eccleſiæ ſplendorem. Ab eorum enim inſtitutione [c] *vox multitudinis auditur in montibus , quaſi populorum frequentium , vox ſonitus gentium congregatarum. Domine Deus meus es tu , exaltabo te & confitebor nomini tuo , quoniam feciſti mirabilia. Quia poſuiſti civitatem in tumulum , urbem fortem in ruinam , domum alienorum , ut non ſit civitas , &*

a Iſaiæ cap. 12. verſ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. b Iſaiæ cap. 13. verſ. 4. c Iſaiæ cap. 25. verſ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

in ſempiternum non ædificetur, ut videlicet Mundus civibus nudetur, qui Franciſcanorum Cœnobia replent, eorumque conflant exercitus. *Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robuſtarum timebit te, quia factus es fortitudo* pauperi Franciſco Aſſiſienſi, cunctiſque ejus Sectatoribus Religioſis & Sæcularibus; *fortitudo egeno in tribulatione ſua, ſpes à turbine, umbraculum ab æſtu.*

Sicut æſtus in ſiti, tumultum alienorum, ſeu à legibus Evangelij deflectentium, *humiliabis, & quaſi calore ſub nube torrente, propaginem fortium marceſcere facies, & facies, Domine exercituum, omnibus populis* in monte Alvernæ, & in univerſo orbe Franciſcano, Romæ, Aſſiſij, Neapoli, Florentiæ, Pariſiis, Rothomagi, Lugduni, & ubicunque terrarum, *convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ, & præcipitabis in monte iſto ſacro & albis faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam quam orditus es, ſuper omnes nationes: præcipitabis mortem in ſempiternum, & auferes, Domine Deus, lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi tui de univerſa terra.*

Et dicet in illa die populus tuus: Ecce Deus noſter es tu; expectavimus te, & ſalvabis nos. Tu Dominus es, ſuſtinuimus te, exultabimus & lætabimur in ſalutari tuo. [a] *Quia requieſcet manus tua, Domine*, in monte iſto Alvernæ, in caſula Portiunculæ, in ædicula Reginæ Angelorum Aſſiſienſi, aliiſque innumeris locis, *& triturabitur Moab*, ſpiritus ſuperbiæ ſub eodem ſacro monte, *ſicuti teruntur paleæ in plauſtro, & extendet manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum, & humiliabitur gloria ejus cum alliſione manuum ejus, & munimenta ſublimium murorum ejus concident, & humiliabuntur, & detrahentur uſque ad pulverem.*

Nec mirum ſi trium Congregationum Franciſcanarum adeo felices ortus pariterque progreſſus ac fortunati ſint omnes exitus, [b] *cum urbs fortitudinis earum ſit Salvator, qui ponitur in iis murus & antemurale.* Ab origine, *ab ipſa januæ apertione, gens ingreſſa eſt juſta* utriuſque ſexus & omnis conditionis, plebeiorum & magnatum, ſubditorum atque Regum ac Principum, qui cuſtodiunt veritatem, prout ipſis manifeſtata eſt à Patre Seraphico, & ſociis ejus. [c] *Hæc eſt ſemita juſti recta, hic rectus callis ad ambulandum: hæc in ſemita judiciorum tuorum ſuſtinemus te libenter, nomen tuum & memoriale tuum.* Tu, Domine, ſerva propaginem Franciſcanam; nocte & die ſerva eam. Qui ferventi impetu ingrediuntur ad Iacob, ad ſectanda Patris Seraphici veſtigia, florent & germinant velut Iſraël, & implent faciem orbis, filiorum Dei numerum augentes, velut arenam maris, & ſtellarum multitudinem.

Tum verò, [e] *exercituum Domine, belligerantium corona es gloriæ, & ſertum exultationis*, iis qui tot præſtantium bellatorum exemplo animati, *revertuntur de bello ad portam, de prælio ad triumphum, devictis prorſus hoſtibus. Addent mites in Domino lætitiam, &* pauperes Franciſcani *in San-*

a Iſaiæ cap. 25. verſ. 9. 10. 11. 12. b Iſaiæ cap. 26. verſ. 1. 2. c Iſaiæ cap. 26. verſ. 7. 8. d cap. 27. v. 3. 6. e cap. 28. v. 5. 6.

ĉto Iſraël exultabunt. Quoniam defecit inimicus, qui olim prævalebat; conſummatus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo & in opere.

O bone Deus, ordinatione tuâ, in familiis Franciſcanis, prioribus & Tertiatiis, Sæcularibus & Religioſis, *opus juſtitiæ pax eſt, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum. Sedebit ſic populus Dei in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Magnificatus es, Domine Rex Cæli & Terræ, quoniam habitaſti in excelſo ſolio* pietatis Chriſtianæ, in clauſtris nempe Trium Ordinum Franciſcanorum, ubi *divitiæ ſalutis, Sapientia & Scientia, multiplicantur, & timor Domini ipſe eſt theſaurus eorum.*

Conſolatus es, Domine Deus, populum tuum Franciſcanum, & pauperum tuorum Fratrum Minorum, perinde ac Tertiæ Congregationis alumnorum, *miſertus es. Si oblita fuerit mulier infantem ſuum, & non miſereatur filio uteri ſui, tu tamen non oblitus es noſtri. Ecce in manibus tuis deſcripſiſti nos*; in manibus quoque Patris Seraphici, quas tuorum fixura clavorum illuſtrat, & aperit, ut in foraminibus petræ tutò habitemus. *Facti ſunt Reges nutritij noſtri, & Reginæ nutrices noſtræ. Ad populos exaltaſti ſignum tuum, & afferunt, ſumme Deus, filios tuos*, nos omnes ſcilicet Franciſcanos, *in ulnis, & filias tuas*, Sorores Franciſcanas, *ſuper humeros portant. Norunt certò quia tu ſolus es Dominus, ſuper quo non confundentur qui expectant eum.*

Pro eo quod Societas Franciſcana, & potiſſimùm Tertiaria, fuit aliquando [b] *adverſis temporibus derelicta, & ludibrio habita, ſugit nunc lac gentium, & mamillâ Regum lactatur, & ſcit, quia Dominus ſalvans es, & Redemptor fortis Iacob.* Iampridem incœpit effectum promiſſi tui poſſidere, *horumque verborum: non occidet ultra Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui, quia germen es plantationis divinæ, opus manus ſupremæ ad glorificandum.*

Quantâ ergo fiduciâ, Domine Deus, quam Seraphico ardore amplectantur legitimi Franciſcani ſuam profeſſionem, poſt hæc adeo mirifica promiſſa, quorum ipſe te dignaris fidejuſſorem & adminiſtrum præſtare?

Rogo te tandem, & iterum hanc gratiam, quàm ſupplciter poſſum, ſupreme rerum omnium Conditor, ut ad optatum perducere velis hocce divinum opus, conſiliiſque omnium Franciſcanorum, Tertiariorum itidem Sæcularium æquè ac Regularium faveas, ad terrorem & diſturbationem Dæmonum. Antiquitatis monumenta hæc legant attentè præſentes & poſteri; legendo vehementer accendantur, ut imitatione exprimant virtutes quas deſcribimus. Sic, ô ſempiterne Deus, Patris Seraphici patrimonium & hæredes velis, quæſo, fortunare.

a Iſaiæ cap. 29. v. 19. 20. 21. 22. 23. 24. b cap. 32. v. 17. 18. 19. c cap. 33. v. 5. 6. d cap. 49. v. 13. 24. 25. 26. 27. 28. 22. 23. e cap. 60. v. 15. 16. 20. 22.

CANDIDO ERVDITOQVE LECTORI.

QUod mente agitavi, & longo revolvi tempore, conſilium elucubrandi Tertij Ordinis Franciſcani Annales, eoſdemque in lucem emittendi, Latino ſermone, juſſu Reverendiſſimi Patris Joſephi Ximenes Samaniego, tunc Miniſtri generalis totius Ordinis Seraphici, nunc verò Epiſcopi urbis Placentinæ in Hiſpania: nunc eſt operæ pretium aperire tibi, candide & erudite Lector. Jam illos typis excudi linguâ vernaculâ Gallicâ, curaveram, ut popularium ac civium votis facerem ſatis, qui univerſam familiam Franciſcanam præcipuo honore proſequuntur.

Voluit tamen Antiſtes Illuſtriſſimus exteros omnes & alienigenas, qui non minus quàm Galli noſtrates venerantur alumnos FRANCISCI ASSISIATIS, concinnatam in promptu habere ejuſmodi Tertiariorum Hiſtoriam ſermone per univerſum terrarum orbem uſitato, ut quam noſtra opera adipiſcerentur notitiam Tertiariorum hujuſce Congregationis, illam ſuis moribus adumbrarent.

Quamvis Tertiarij Sæculares ac Regulares perhonorifice paſſim memorentur à Wadingho, inter cæteros Franciſcanos, peculiari tamen ac proprio ſeorſim laudandi volumine, quod juſtum per ſe corpus Hiſtoriæ efficiant, ac luculentum ſcribendi complectantur argumentum, quod haud ſatis hactenus ſit enucleatum, nedum exhauſtum.

Duo ſunt igitur iſto nobis propoſita opere: Primum eſt, delineatio & deſcriptio tum originis, tum verò progreſſus, & incrementi: exitus quoque felices tam celebris cœtus, qui ſummos Pontifices, Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Doctores eximios repræſentat; Imperatores itidem, Reges, Reginas, innumeros Principes, alióſque vitæ ſanctimoniâ, artibus ac doctrinis, rerumque agendarum peritiâ inſignes. Alterum, fuſior cujuſlibet vitæ narratio, quam per capita ſecuimus: ponit illa ante oculos, quæ geſta ſunt ab unoquoque ex profeſſis Tertiæ Regulæ Franciſcanæ, & ſejuncta illa quidem ab eventis, quæ ſingulis ſolent ſeu diebus, ſeu annis adſcribi in Chronicis, continuataque inter ſe ſerie nexa ſimul, ut plus aliquanto legentibus jucunditatis afferant, dum placide vel modico tempore, ſi velint, integrum ii vitæ curriculum animo concipiunt atque intelligunt.

Tollebatur Zeuxis olim in cœlum frequenti plauſu theatri, cum uvas in ſcena propoſuit ita pictas, ut aves ad eas ſtatim advolarent: ſed de cœlo decidere tum viſus eſt, cum Parrhaſius ſic pictum induxit linteum, ut Zeuxis removeri velum flagitaret, quo tabula intuentium oculis appareret: deinde errore intellecto, is qui paulò ante alitum judicio tumebat, ingenuo pudore coactus eſt adverſario concedere, quoniam ipſe volucres, ſe verò artificem Parrhaſius fefelliſſet.

Non eadem omnium diu fuit de Tertia Patris Seraphici Regula, ſine ulla va-

rietate, opinio. Plurimi temerè proloquentes, quæ veniunt in buccam, non quæ ratio ſuggerit, Zeuxidis fabulam ipſi exhibuere: de hac quæſtione nullum mittunt verbum, niſi cum aculeo & dente maligno, inconſiderate ſuſtinentes ſanctum Franciſcum Aſſiſiatem ſuum inſtituiſſe Tertium Ordinem pro ſolis ſæcularibus, votaque ſolennia paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ à Fratribus Minoribus tantum nuncupari, & ſanctæ Claræ Sororibus. Nec minus falluntur etiam multi ſapientiæ laude præſtantes, quorum doctrina in hoc negotio, nomine forte magna, reipſa omnino nulla eſt.

Rem etenim nec diligenter nec accuratè enucleantes, ut vulgus inconſultum, ſic opinantur; nos Tertiarios regulares Franciſcanos votis eſſentialibus nullo pacto eſſe obſtrictos. Quem nos errorem prolixe ac vehementer, ut ſe occaſio dat, in noſtris hiſce Annalibus impugnamus.

Quapropter univerſum hoc opus in tres partes tribuo. Prima continet inſtitutionem, progreſſum augmentumve Tertij noſtri Ordinis, quà ſæcularis, quà regularis. Altera recenſet homines illuſtres qui Sæculis decimo tertio, & decimo-quarto claruerunt. Tertia celebrat & commendat cæteros qui decimo-quinto, decimo-ſexto, & decimo-ſeptimo floruere.

Nemo me porrò, aut violaræ fidei, aut erroris arguat, quod inter Franciſcanos noſtrates Tertiarios, ſive ſæculares, ſive Eremitas complures annumeraverim, qui progreſſu temporis tandem in alios tranſmigraverint Ordines, ibique vitam clauſerint. Neque enimverò, aut veri minus idcirco cupidus videri velim, aut præjudicatam aliquam afferre ſententiam. Qui enim profeſſionem alicujus congregationis ſemel emiſit, juremerito accenſeri ei poteſt, quique aliquando ſocietate atque conſortio virorum illuſtrium cohoneſtatus eſt, illos abſque controverſia poteſt ut ſodales publicare, & tanquam cœli ſui ſidera commendare.

Fateor equidem multos, qui nomen dederunt Tertio Ordini Franciſcano Sæculari aut Eremitico, in alium tranſiiſſe antequam è vivis excederent, ſanctum videlicet Didacum, beatum Jacoponum Tudertinum; beatas Hortulanam, Margaritam Lotharingam, Angelam Merycianam, Coletam Corbienſem, ſanctam Birgittam, alioſque. Plurimum tamen conferunt omnes noſtratibus Tertiariis decoris & ornamenti; tum quia fuerunt, nec unquam eſſe deſierunt noſtræ Regulæ ſectatores; tum quia inde hauſerunt eum animi vigorem, qui illos ad ſublimem virtutis apicem denique provexit: ſicut videmus pilam exercentes laxiorem longius illam vibrare, ultra pilaris palæſtræ limites.

Aurora, quæ eſt Sol exoriens, idem eſt Sol meridianus inter ſplendores, licet magis reſplendeat: nil primus Solis exortus à medio ejuſdem curriculo diſcrepat, niſi quod idem Sol plus minuſve noſtris oculis ſuos explicet radios, cum certò conſtet Solis orbem nulli lucis eſſe defectioni obnoxium.

Cum verò jam voluminibus amplis & peculiaribus facta illuſtria Sanctorum nonnullorum, Franciſci videlicet, qui trium Ordinum Seraphicorum conditor exſtitit, Ludovici Francorum Regis, Raymundi Lulli, necnon Elizabethæ Regis Hungariæ filiæ, & Margaritæ de Cortona, Gallicâ oratione vulgaverim, illa ſolùm hîc repetuntur ſummatim Latino ſermone, & redacta in compendium inſeruntur ſecundæ parti, ſuo quæque ordine.

Enumeratis igitur ſummâ fide 101 præclaris noſtratum Tertiariorum rebus geſtis, quid reſtat, niſi ut qui legit intelligat & æmuletur, quem pudeat diſcrepare ullo modo à tam præſtantibus exemplis? Ne pigeat illum hærere ſacris veſtigiis diſcipulorum Chriſti. Glorietur potius obvios habere innumeros & egregios præcurſores, qui facem præferunt ad ſublimiorum virtutum ſemitam capeſſendam.

Omnes utique ſectatores Franciſci Aſſiſiatis, velut ſtrenuiſſimi bellatores cœ-

leſtem conflant exercitum. Habet quidem cœleſtis exercitus diverſas copias: beatæ enim illæ mentes, quæ Dei gratiâ non exciderunt, non eundem in cœlis omnes obtinent ordinem. Sunt namque in tres hierarchias diſtributæ: unaquæque autem hierarchia in tres ordines. In ſupremâ hierarchia recenſentur Seraphini ardentiori, quam cæteri, amore incenſi, & aliorum amorem inflammantes. Cherubini, eminentiori quàm inferiores, Spiritus ſcientiâ prædici. Throni ſunt Spiritus quibus Majeſtas divina immediatè inſidet, tanquam Judex.

In media hierarchia Virtutes ſunt, Spiritus fortitudine præſtantes, ad patranda miracula, atque corroborandos inferiores Angelos, ad commiſſa ſibi munia obeunda. Poteſtates ſunt Spiritus malignitatem Dæmonum comprimentes, & quæ ſunt ab Angelis inferioris ordinis agenda, ſtatuentes: Dominationes ſunt, Spiritus qui hominibus dominantur.

In infima hierarchia Principatus, ſunt Spiritus inferioribus præfecti Angelis, & Regnis præpoſiti, quæ conſtituunt, protegunt, tuentur, regunt, ac transferunt. Archangeli ſunt Spiritus res majoris momenti nunciantes, & inter Cuſtodes genios eximij. Quippe Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum & procerum cuſtodiæ addicti ſunt. Angeli ſunt rerum levioris momenti nuncij, & cuſtodiendis tutandiſque privatis hominibus mancipati.

Inter alumnos ſancti Franciſci Aſſiſiatis novem egregiæ diſtinguntur & eminent turmæ, ex quibus hierarchia triplex conflatur. In prima continentur utriuſque ſexus perſonæ vitam profitentes Religioſam; in ſecunda, Anachoretæ; utriuſque iidem ſexus; in tertia, plures alij, vel matrimonio illigati, vel cœlibes ritu viventes ſæculari. Si accuratius expendamus hos omnes pugnatores Franciſcanos, non abs re conſpiciemus inſignes novem legiones aut cohortes myſticas, aut potius aſſeremus in tribus, quas nominant Minorum hierarchiis, extare velut novem excellentes Ordines.

Viri tantum primam ſectantur Regulam, quæ complectitur diverſa caſtra ad executionem æterni conſilij ſemper parata. Alteri ſubjiciuntur Regulæ ſolùm feminæ, quæ Claræ imitatrices, ad perfectionis religioſæ apicem contendunt; ſub moderamine Patris Franciſci, ejuſque ſucceſſorum. Tertiarij Regulares tertium conficiunt agmen, belli ſpiritualis peritiſſimum. Quam pulchra ſunt & eximia illorum facinora, ſive Concionatorum fungantur munere, ſeu Confeſſariorum, ſive ductores animarum agant. Quot legimus in noſtratibus faſtis illuſtres Verbi Præcones, qui non ſe prædicabant, ſed Chriſtum crucifixum? Hoc propoſitum præſertim habebant, ut fœditas peccatorum, divinæque injuriæ gravitas cum cœleſtibus objecta minis, audientium animos ad reſipiſcentiam compellerent: ipſis quoque quam maximum inurebant dolorem, & certiſſimis ſempiterniſque inferorum ſuppliciis ante oculos poſitis, illos à ſceleribus & flagitiis deterrebant.

Plurimi item Tertiarij Confeſſariorum celebriter obiere munia & obeunt: in confeſſionibus audiendis, animorum ſanandorum cupidine accenſi, comiter benigneque confitentes excipiunt, ut patrum ſpiritualium lenitas eos pelliciat ad omnia ſuæ conſcientiæ vulnera haud cunctanter manifeſtanda.

Quod artinet ad Apoſtolicum munus inter ethnicos exercendum, tertia noſtra Congregatio Franciſcana plures protulit viros egregiâ diuque ſpectatâ fide, virtute, conſtantiâ, ſanctitate; tum quia tales viros res ipſa poſtulat; tum verò illa provincia eſt graviſſimis Satanæ tentationibus, moleſtiis, ærumnis expoſita: proinde in ejuſmodi dominicæ Vineæ operariis prudentia magis ac ſanctitas quàm ſcientia expetitur.

His omnibus præcipuis dotibus muniti Tertiarij noſtrates mira egerunt apud nationes longinquas & barbaras, & eodem pergunt nunc ire pede quo cœperunt

runt. Noviſſimè diebus iſtis V. P. Maximilianus à ſancto Andræa, Sacerdos Religioſus profeſſus Tertij Ordinis Franciſcani, provinciæ ſancti Yvonis in Gallia, cum ſocio V. P. Marcello à ſancto Philippo, ejuſdem Ordinis & provinciæ, iterum mandata accepir excurſionis Apoſtolicæ, proſeminandi Evangelij causâ, in Acadia.

Incœpit hæc Colonia anno 1680. ubi conſtructum fuit propugnaculum in loco ſatis amœno, quem vulgò denominant coloni *Chedabouctou* linguâ vernaculâ: nos autem Galli, *arcem Ludovici*. Acadia verò provincia eſt novæ Franciæ in America Septentrionali, quæ aliter nova Scotia dicta fuit ab Anglis, qui illam occuparant ſed reddita fuit Francis pace Bredana, qui ibi propugnaculum, ſub titulo Portus regij ædificarunt, centum diſtans circiter leucis ab arce Ludovici.

Primo aditu Pater Maximilianus, biennio ſcilicet ab anno 1684. multos per interpretem ad Chriſtianam fidem adduxerat, Sacramenta Baptiſmi, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, matrimonij conferendo, & cætera exequendo Religionis Catholicæ munia, quamvis tunc divina penitus ignorarent myſteria, nullum obſervantes cultum, variis quibuſdam & ineptis addicti ſuperſtitionibus, quas facile ſanis depellerent documentis.

Etenim Acadiâ oriundi ingenio pollent flexibili, & ad omnem partem ſequaci, itaut ab agreſti vita duriſque moribus, ad urbanitatem humanitatemque haud ægrè traducerentur. Magna nos ſpes tenet fore ut reditus ejuſdem Patris Maximiliani in eandem regionem, hocce anno 1686. ampliores fauſtioreſque ad propagationem fidei orthodoxæ fructus afferat. Probè ergo adornatur & inſtruitur agmen ſectatorum tertiæ Congregationis Franciſcanæ ad certamina Evangelica.

Tertiariæ pariter feminæ, vota ſolennia nuncupantes, ſuam peculiarem manum contrahunt, quartam ſcilicet, & maxime conferunt ad Dei gloriam precibus, omniumque virturum exercitiis. Viri Eremitæ, quamvis ab humano commercio remori, nec ullis votis ſolennibus adſtricti, in quinta phalange egregie præliantur. Feminæ quoque ſolitudini ſe addicentes, ultro, & ſine obligatione, ſextam conficiunt turmam, qua Dęmonum impetus retunduntur. Prodeunt cœlibes inclyti, qui omnes inferas oppugnationes diſſipant, miro armorum ſpiritualium robore, ſeptimam inſtituentes cohortem. Procedit conjugum manipulus, qui licet conſtans militibus, qui Seculi negotiis ſunt implicati, dimicat tamen fortiter in octavo ordine, tum ad infringendam hoſtis humani generis vim, tum ad Dei cultum promovendum. Viduitatis denique ſtatus nonam cogit & comparat aciem, quæ Eccleſiam virtutum omnium ſplendore illuſtrat, dum liberæ conditionis tranquillitatem cœleſti ſponſo penitus conſecrans, dęmonibus terrorem incutit.

At novem illi tamen ordines, quos eſſe pares numero Angelis diximus, non immeritò omnes Seraphicos appellaveris. Licet enim inter Angelos ſolus ordo primæ hierarchiæ ſit Seraphinorum, tamen cum noſter Inſtitutor Franciſcus Aſſiſias à ſummis Pontificibus Seraphicus Pater appelletur, non abſonat ejus omnes congregationes, Tertiarias itidem & pariter, vocari Seraphicas, cum ea quæ ſunt ejuſdem generis, eodem quoque nomine gaudeant appellari, & quaſi paternâ hęreditate potiantur.

Plurimùm debeo Patribus admodum Reverendis Antonio à Sillis, Franciſco Bordono, Elzeario Dombarienſi, Hyacintho Novicaſtrenſi, Apollinari Valonienſi, Donato Nancęano, Macario Pariſienſi, Bartholomęo Vernonenſi, qui omnes fuerunt Tertiariæ noſtræ Congregationis Regularis ornamenta, ac de illa vel ſcripſere, vel mihi ſuppeditarunt amplos & graves commentarios.

Quandoquidem pervevire hoc opus neceſſe eſt in manus non eruditorum modo, ſed & multitudinis minus peritæ, de induſtria minus elegantes in expolienda ora-

Digitized by Google

tione videri volumus, ut pluribus prodeſſe poſſimus. Nec mihi litem, opinor, viri pij ac religioſi movebunt, qui quaſdam voces, cujuſmodi iſtæ ſunt, *Princeps*, *Dux*, *Marchio*, *Comes*, *&c.* adſcribi à me etiam feminis viderint; quamquam eæ præ ſe formam virilem, ac genus maſculeum ferunt: cum doceri ij facile poſſint ab eruditis ea vocabula uſurpata quoque non infrequenter Scriptoribus inferioris ævi, quibus ſimplicitas ſtili cordi magis quam elegantia fuit.

PROTESTATIO AVCTORIS.

CVM Sanctiſſimus Dominus noſter Urbanus Papa Octavus, die decimo tertio Martij anno 1625. in S. Congregatione S.R. & univerſalis Inquiſitionis, Decretum ediderit, idemque confirmaverit die quinto Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum qui ſanctitate ſeu martyrij famâ celebres è vita migrarunt, geſta, miracula, vel revelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione atque approbatione Ordinarij: & die quinto Junij 1631. ita explicuerit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam; bene tamen ea quæ cadunt ſuprà mores & opinionem, cum proteſtatione in principio, quod iis nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penès Auctorem. Huic Decreto ejuſque confirmationi & declarationi obſervantia & reverentia, qua par eſt, inſiſtendo, profiteor, me haud alio ſenſu quicquid in hoc libro refero, accipi, aut accipi velle, quam quo eo ſolent, quæ humanâ duntaxat auctoritate, non autem divinâ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut ſanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem ſancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adſcripſit.

APPROBATIO DOCTORUM FACULTATIS PARISIENSIS.

NOS in ſacra Facultate Theologiæ Pariſienſi Doctores, teſtificamur vidiſſe & legiſſe *Annales Tertij Ordinis* Franciſcani, *Auctore P. Ioanne maria Vernonenſi, Theologo, ejuſdem Ordinis conſcribendæ Hiſtoriæ deſtinato, è provincia S. Yvonis in Gallia*; in quibus nihil ju·icavimus ſubeſſe periculi, omnia tuta, cuncta fidei Catholicæ conſona, nil denique bonis moribus adverſum, ac proinde illos cenſemus omnium lectione & æſtimatione digniſſimos, utpote verè p os, & antiquitatis ſeu temporum doctrinâ ſpectabiles, qui per manus & ora hominum pervagari queant. Datum Luteriæ Pariſiorum die 30. Novembris anno 1666.

PEROU. JOSSET.

Approbatio Theologorum Tertii Ordinis Franciſcani.

ANNALES Tertij Ordinis noſtri Franciſcani, è Gallico in Latinum traductos, quorum Auctor eſt Parer Joannes Maria Vernonenſis, Theologus ejuſdem noſtri Ordinis conſcribendæ Hiſtoriæ deſtinatus, è provincia ſancti Yvonis in Gallia, libentiſſimè legimus. Sunt enim ejuſmodi, nt magnopere, non ſolùm rebus anriquis & novis aptiſſimâ quadam ſerie cohærentibus, ſed etiam poma nova & vetera, priſcorum ſcilicet & æqualium virtutes exhibendo, antiquiratem juventuti floridæ reſtituant, ſimulque novitati admoveant ſenectutis gravitatem Quapropter illos typis excu iendos cenſemus, & in lucem edendos, ad gloriam Dei, & familiæ Franciſcanæ honorem. Quippe qui ſunt ex aſſe orthodoxi, atque ad pietatem promovendam, necnon verum Religionis cultum amplificandum compoſiti. Datum Lutetiæ Pariſiorum in Conventu noſtro Nazareno, ſexto die Novembris, anno 1684.

F. DOMINICUS Rothomagenſis, Gardianus
Conventus Nazareni Pariſini.

F. JULIANUS à ſancto Timotheo
Deffinitor, & Lector Theologiæ.

Permiſſio Reverendi admodum P. Provincialis.

NOS infra nomine & chirographo adſcripti, Miniſter Provincialis Religioſorum Pœnitentium Tertij Ordinis ſancti Franciſci, provinciæ ſancti Yvonis in Gallia, P. Ioanni-Mariæ Theologo, dictæ provinciæ alumno, noſtræque Congregationis Hiſtoriæ conſcribendæ deſtinato, facultatem facimus prœlo excudendi Annales noſtros é Gallico, cujus etiam Auctor eſt ipſe, in Latinum traductos ab eo, utpote approbatos à duobus Doctoribus Sorbonicis, biniſque noſtratibus Lectoribus Theologiæ. Datum Pariſiis in Conventu noſtro Pariſino, propè Templum a. Decembris 1684

F. PAULINUS Aumallenſis
Miniſter Provincialis.

Summa Privilegij à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.

LUDOVICI Decimi quarti Galliæ & Navarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, atque patentibus literis cautum, ne quis in regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubjectis, intra proximos novem annos à die Impreſſionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, excudendum, vendendumque quovis modo & ratione curet Librum qui inſcribitur; *Annales Tertij Ordinis ſancti Franciſci Aſſiſiatis; Auctore P. Ioanne Mariâ Vernonenſi, ejuſdem Ordinis Theologo, necnon provinciæ ſancti Yvonis in Gallia alumno, conſcribendæ dictæ Congregationis ſuæ Hiſtoriæ deſtinato*, præter ROBERTUM CHEVILLION Bibliopolam Pariſienſem; idque ſub con-

ſicatione librorum, aliiſque pœnis originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis, die 28. Maij, anno ſalutis 1660. noſtrique regni decimo-octavo.

De mandato Regis,

Signatum, CEBERET.

Perſcriptum in actis Societatis Typographicæ, juxta ſupremi Senatus decretum die 8 Aprilis 1653. Pariſiis 3. Decembris 1660.

GEORGIUS JOSSE, Syndicus.

Prima Editio perfecta 20. menſis Auguſti 1686.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

Pag. 7 Col. 1. lit. C, eveherunt, *lege* evaſerunt
Pag 65 col 1 lit D, annonanio, *lege* annonario
Ibidem fuentes, *lege* fruentes *Ibidem*, infanas, *lege* in facras
Ibidem, probandas, *lege* præbendas
Pag. 26. col. 1. lit. A, odor, *lege* oſor
Pag 22. col. 2. lit. C, vi pater bullal, *lege* ut patet bulla
Pag 42 col. 2. lit. D, medicum, *lege* medicorum
Pag 43 col 1. lit. D, extis, *lege* exit
Pag 55 col. 2. lit. B, fundatores, *lege* fundatorum
Pag. 56. col 1, lit. A, minus partetes, *lege* cujus parietes
Ibidem, termere, *lege* temere *Ibidem*, bicentibus, *lege* hiantibus
Pag. 69. col. 2. lit. A, dictus, *lege* decus.
Pag 69. col 2. lit. B, ad illorum divinæ legis interpretandam vocem, *lege* ad illorum divinæ legis interpretum vocem
Pag 73. col. 1. lit. A, 1684, *lege* 1484.
Pag. 91. col. 2. lit. A, carcucam, *lege* carrucam
Pag. 107. col. 1. lit. B redientem, *lege* redeuntem
Pag 114. col. 1. lit. D, ut ubi, *dele* ubi
Pag. 122. col. 1. lit. A, juſtra ſinum, *lege* juſtiſſimum
Pag. 132. col. 2. lit. C, commemoratio, *lege* commoratio
Pag. 137. col 1. lit. B, Bienna, *lege* Biennis
Ibidem, depulſas rum, *lege* depulſa ſum
Pag. 147. col. 2. lit. B, quam conata eſt, *lege* quas conata eſt
Pag. 150. col. 1. lit. D, ſe velle, *adde* reſpondet Jacoba,
Pag. 161 col. 1. lit. A, Rex in Remis inauguratur, *lege* Rex Remis inauguratur
Pag. 172. col. 1. lit. B, redeuns, *lege* redeunti
Ibidem, col. 2. lit. A, accipiens *adde* formam
Pag. 180. col. 2. lit. C, *dele* expeteret
Pag. 187. col. 2. lit. D, urbis, *lege* labis
Pag. 188. col. 1. lit. B, portans, *lege* portantis recordatio
Ibidem, lit. D, abierit, *lege* abjecit
Pag. 198. col. 2. lit. B, haba, *lege* habenis
Pag. 199 col. 1. lit. C, magna, *lege* maga
Pag. 210. col. 1. lit. A, haberetur, *lege* haberetve
Pag. 215. col. 1. lit. C, merito ſe, *adde* gaudet
pag. 217. col. 2. lit. A, non item Adriana, *lege* non item Gilia
pag. 219. col 2. lit B, præcepit, *lege* præcipit
pag. 221. col. 2. lit C, 290. *lege* 1190.
pag. 222. col. 2. lit. C, erario, *lege* curia
pag. 229. col. 2. lit. D, pertem, *lege* perſeveraturos
Ibidem, cum perſeveraturos uſque ad morantia, *lege* cum perſeverantia uſque ad mortem
pag. 244. col. 2. lit. A, tuſtum, *lege* Iſtrum
pag. 279 col. 1. lit. B. Gregorio X. *lege* XIII.
pag. 284. col. 1. lit. B deerrant, *lege* deerraverit
pag. 312. col. 1. lit. C omne, *lege* omen
pag. 367 col. 2. lit. A 1673, *lege* 1373.
pag. 368. *ipſo in titulo*, Bohemiæ Rex, *lege* Bohemiæ Regis
pag. 392. col. 1. lit. D at campanum, *lege* æs campanum
pag. 407. col. 2. lit. B rediens, *lege* dum rediret
pag. 413. *in titulo*, Virgo & Religioſa, *lege* Virginis & Religioſæ
pag. 117 col. 1. lit. B Gubernatoris & Commendatoris, *lege* Gubernatore & Commendatore
pag 522. col. 2. lit. B torcico pala, *lege* turcico more palla
pag. 529. col. 1. lit. A crimen. *lege* crinem.
pag. 560 col. 2. lit. D *dele* ubi
pag. 612 col. 2. lit. B agminis, *lege* agmini
pag. 626. col. 2. lit. C recondendæ, *lege* retundendæ

Alia ſunt errata Typographica, quæ prudens lector facile emendabit.

TERTII

TERTII ORDINIS
SANCTI FRANCISCI
Aſſiſiatis Annales.

IN TRES PARTES TRIBVTI.

PARS PRIMA,

Generatim complectens utriuſque Congregationis Regularis & Sæcularis originem & progreſſum.

ARTICULUS PRIMUS.

Sanctus Franciſcus ipſomet principio ſuæ converſionis Tertium Ordinem pro Sæcularibus instituit.

COMMUNE eſt omnibus, qui virtutis inire ſtadium volunt, & currere, ut à vocatione Dei initium ſumant: Nam niſi Deus nos, aut viæ oblitos vocet, aut languentes in viâ atque reſidentes, ad inſtitutum iter peragendum excitet, atque adjuvet, neque juſtitiæ iter aggredi, neque id ingreſſi, in eo progredi poſtea poſſumus. Igitur vocemur à Deo neceſſe eſt, ſive qui in peccatis reſidemus adhuc, ut noxium torporem à nobis repellamus, ſive qui in bono, aliquos jam progreſſus habemus, ut ad ulteriora & meliora contendamus.

Porro, qui vocati ſunt, neque ad eam vocem aures obturaverunt ſuas, amare Deum ſtatim incipiunt, ac eſſe cum eo unà quærunt. Deus verò hunc eorum amorem, & deſiderium ſui, primum objectâ aliquâ re moleſtâ ac difficili probat: etenim multi ſunt, qui vocati audiunt, & cœleſtis dulcedinis primo guſtu capti, atque ineſcati, amore erga Deum ac deſiderio accenduntur: ſumus enim naturâ voluptatis appetentes atque avidi.

A At iidem, ſi accidat, ut ob pietatis cauſam, ſubeundus ſit illis labor aliquis, aut quidquam moleſti perferendum, mutatâ voluntate, ab inſtituto amore diſcedunt; ſuntque de illorum numero, de quibus Chriſtus: *Qui ſuper petram, ij ſunt, qui cum gaudio ſuſcipiunt verbum Dei, & in tempore tentationis recedunt.* Luc. 8. Igitur quos vocat Deus & à quibus ſe diligi & amari videt, eos primo probat, deinde pertentatos atque probatos favore complectitur; eorumque deſiderio, atque honeſtæ & probabili voluntati obſequens illabitur jucundè in B ipſorum animos, ipſoque illapſu, eos tùm erudit interioribus ſermonibus blandis & ſalutaribus; tùm ingenti quodam gaudio atque voluptate perfundit.

Hoc autem illapſu, & eruditione humana mens ſe major efficitur: itaque ſupra naturam elata ſuam ad corpus deficit, & ad Deum tota rapitur. Miranda hæc apertè contigerunt Beato Patri noſtro Franciſco, fueruntque fauſta primordia trium ejus Ordinum ad majorem Dei gloriam, totiuſque Eccleſiæ ſplendorem & incrementum.

Inſignes habuere figuras in tribus cœleſtibus Hierarchiis, quæ ſicut in cœlo laudes divinas continuò & in æternum decantant, ita tres iſti Ordines in terris Dei ſummas perfectiones celebrant.

Viſa quoque hujus trini & myſtici exercitus prælndia ſunt in tribus Numiſmatibus, quæ Seraphicus ipſe Pater in ſinu ſuo invenit planè divinitùs, quæque Deo ferventer offerens, ſimul etiam ſupremæ Majeſtati diſcipulos ſuos generosè mancipavit ſubſacris terniſque cohortibus. Libet tertiò apertus ſemper ei in memoriam exemplum Chriſti crucifixi revocabat, ad cujus imitationem perducturus erat hos trinos ſuos Sectatores.

Quid dicam de triplici repetitione verborum ſequentium: *Vade, Franciſce, repara domum meam quæ labitur.* Non tam illum excitabat ad conſtructionem trium Eccleſiarum ſanctorum, Damiani, & Petri, & beatæ Mariæ de Angelis, quàm ad inſtitutionem trium Ordinum, juxta mentem divi Bonaventuræ: *Sub type trium Ordinum*, inquit, *tres nutu Dei prævio Eccleſias erexit.*

Auctor igitur eſt Trium Ordinum. Primus nempè is qui dicitur Ordo Minorum, ortum huit anno 1208. dum ageret Franciſcus annum ætatis ſuæ vigeſimum ſeptimum, converſionis autem ſecundum. Initium dedit ſecundo, vulgò nominato à *Sancta clara*, anno 1212. Inſtituit tandem Tertium noſtrum Ordinem anno 1221. poſt Capitulum generale celebratum Aſſiſii.

Cùm divino huic viro Miniſtri generalis abdicare volenti dignitatem cæteri Ordinis Seraphici Patres noluerint conſentire, ſuffecit ipſe in Vicarium generalem Petrum Cataneum, cujus præclara virtus digna fuit quovis præmio ac laude. Nil ſibi Franciſcus de ſuo blandiebatur, niſi ut vacaret impenſiùs, & abſque intervallo proximorum ſaluti: quod revera perfectis curam & ſolicitudinem afferat, nihil eſt præter eorum, quos vel à gratiâ Dei decidiſſe, vel in eâ parum valere vident, profectum ſpiritualem. Hoc videlicet *Franciſcus ſentiebat quod & in Chriſto Ieſu*, id eſt, infirmos aut imperfectos homines, quos illâ, quâ Deum amabat, charitate amplectebatur, cupiebat charos Dei eſſe, & eundem obtinere apud illum gratiæ & amoris gradum, quem ipſe obtineret, aut etiam ampliorem; adhibebatque ad id non ſolùm vota ſua ipſe, ſed induſtriam atque operam, nullum recnſans aut deprecans laborem, dummodo eorum ſaluti & utilitati proſpiceretur.

Capitulo peracto ſtatim *Franciſcus* tanto cum fervore verbum Dei prædicavit iu vicinioribus pagis, ut ſuos omnes auditores ab omnium rerum licentia ad honeſtam vitæ rationem traduceret: Suorum, inquam, omnium auditorum corda lapidea licet aut ferrea ita emolliebat, percellebatque, ut ſinguli

A non ſolùm ab improbâ peccandi conſuetudine ſe revocarent, ſed inſuper durum ac ſeverum vivendi genus vellent obire. Novum pœnitentiæ Præconem urgebant plerique ut eos in ſuam religioſam familiam admitteret.

Fama tandem *Franciſci*, ejuſque ſanctitatis, & evangelicæ doctrinæ gloria in remotioribus locis & amplioribus percrebuit, quorum cives libenter rebus humanis nuncium remittere deſiderabant. Eorum petitioni nequaquam annuebat Seraphicus Pater; alioquin urbes ſine incolis remanſiſſent, & penitùs deſertæ. *Æquum non eſt*, aiebat ipſe, *vos omnes agere vitam in ſolitudine; non licet civitates depopulari, veſtras domos repetite, citò*
B *vobis pietatis regulam præſcribam quam ibi obſervabitis, ſeu in Sacerdotio, ſeu in calibatu, vel in matrimonio. Contenti ſitis hiſce præceptis brevioribus, non vocat vos Deus omnes ad profeſſionem votorum ſolennium, quæ Religioſis conveniunt.*

Ampla valdè fuit ſeges, ſive mirus admodum fuit fructus concionum Evangelicarum in Etruria, cujus Provinciæ civitas præſtantior Florentia, ad vocis primum ſonum Prædicatoris noſtri, ſive ad minimum auditum nominis ejus ſtrictè pœnitendi firmum concepit deſiderium. Initum itaque Evangelij curſum tenens *Franciſcus*, invenit jam Florentiæ inſtitutum Virginum Monaſterium, à civibus Florentinis conſtructum, ubi Puellæ
C famâ ſolâ novi Hominis Apoſtolici allectæ ſecluſæ manebant.

Addit Wadinghus, celeberrimus Annalium Franciſcanorum Scriptor, Patrem Seraphicum tantum fervorem fuiſſe miratum, atque etiam plures homines in unum ſodalitatem, imò etiam in unum locum convocâſſe. iiſdemque imbuiſſe inſtitutis. Marianus Hiſtoricus dignus eſt fide, in his præſertim quæ ſpectant ad urbem Florentinam, ubi diuturna fuit ejus commoratio. Comparat hanc ſocietatem priſcæ fraternitati veterum Chriſtianorum, de qua Tertullianus in Apologetico.

D Revera una fides, una pariter ſpes, ex multis unum corpus efficiebant, ad laudem Dei, qui facile & ſtatim preces eorum communes exaudiebat. Seniores maximè ve- " nerabantur, eoſque dum conveniebant ad " deliberandum de rebus publicis præſides " ſemper conſtituebant, probitatis & ſapien- " tiæ intuitu, non pecuniæ, nulloque alio " turpi commercio perſuaſi. Cæteri indè " virtutum omnium exempla ſumebant. " Communis omnibus erat arca in quâ aſſer- " vabatur quidquid unuſquiſque erogare " poterat ad pauperum ſuſtentationem, & " ſepulturam: de abſentibus vel in carcere " detentis: aut ad gentes exteras miſſis prop- " ter Eccleſiæ bonum, fiebat etiam expreſſa " mentio.

Primus fervor priſcorum Chriſtianorum renovatus in Tertio hoc Ordine Sæculari multùm conſolabatur pium Inſtitutorem, qui præter ſupradictos Conventus vidit extra & juxta muros Florentiæ, Noſocomium ſeu Valetudinarium publicum pro ſenibus & ægroris, constructum ſumptibus Fratrum & Sororum ejuſdem Tertii Ordinis. Ibi munia charitatis faciliora obibant mulieres; oneroſiora verò & magis laborioſa viris committebantur.

Viget adhuc iſtud Noſocomium in plateâ ſanctæ Mariæ novæ, ſub titulo ſancti Pauli: at decurſu temporis denominationem prohorum hominum ſancti Martini conſequuti ſunt Tertiarii, propter vicinitatem Eccleſiæ à ſancto Martino dictæ: ſemper tamen Pœnitentes S. *Franciſci* & uſque modò dicuntur.

Vvadingh 1208. Vvadingh 1213. §. 13 Marian. c. 10. Tertul. adversùs gentes c. 35.

ARTICULUS II.

Tertius Ordo Sæcularis magnos progreſſus fecit.

OMNIA dona Seraphico Patri divinitus collata, quamquam egregia atque expetenda per ſe, tamen eò pluris erant in eo facienda, quo magis erant cum aliorum fructu & utilitate conjuncta. Nam in cæteris ornamentis ac beneficiis, quæ in eum Deus plenâ manu coogeſſit illud equidem vel præcipuum duxerim, qnod in tanto perfectionis ardore, non dedit illi ſpiritum perpetuæ ſolitudinis, animumve uni ſibi vacantem, ſed Chriſtianæ propagandæ fidei cupidiſſimum, ac mirè ſtudioſum divinæ gloriæ, ſaluriſque communis: id evidenter explicat ſanctus Bonaventura his verbis: *Non ſibi ſoli vivere*, inquit, *ſed & aliis proficere vult Dei zelo ductus.*

Hic eſt ſcopus inſtitutionis Tertii Ordinis Sæcularis, cui præclarum nomen Pœnitentiæ ab initio *Franciſcus* indidit, & in perpetuum addixit. Ergo ſicut pœnitentia univerſa via eſt & certa ad cœlum, ſic omnes complectitur vitæ humanæ ſtatus. Clericos etenim præſtat & laicos conjugatos, & cælibes, utrumque tandem ſexum pœnitentes eſſe.

Effectum propoſiti ſui pleniſſimè aſſecutus eſt *Franciſcus*, dum poſt duos primos Ordines, unum ſub nomine Minorum, alterum ſub titulo pauperum Dominarum, ſtatim & immediatè Ordini Tertio, pro Sæcularibus utriuſque ſexûs ortum dedit, ſub tam felicibus auſpiciis, ut ſummi ipſi Pontifices, Cardinales, Epiſcopi, Sacerdotes, Imperatores, Reges, Principes, Imperatrices, Magnates, plebei, divites, inopes, plurimi,

A ſuaviſſimo huic æquè ac ſanctiſſimo pœnitentiæ jugo ſe libenter ſubjecerint.

Lucheſius, ejuſque re & nomine bona, uxor ab ipſo *Franciſco* inhunc tam pium cœtum primitùs alllecti ſunt, & annumerati. Occurrerunt ei adeò feliciter, ut ſermonibus ejus divinis illuminati, & exempli inflammati ſplendore, illi omninò adhæſerint. Eodem tempore formulam vitæ conſtituit, quæ licet amplificata à ſummo Pontifice Nicolao IV. vividum ſemper & fervidum ſemper ſpirat genium Inſtitutoris Seraphici, imò etiam additiones Pontificiæ multùm elucidarunt regulam ad rerum intelligentiam & virtutum exercitium.

B Cardinalis Hugolinus, ab eodem etiam momento, quo in ſummum Pontificatum evectus eſt, ſanctè gloriabatur ſe eſſe diſcipulum pauperrimi Minorum Patris, & nominari ſub hac tertiâ Regulâ.

Mathæus de Rubeis ex illuſtri Urſinorum familia oriundus lubens volenſque, ſacrum iſtius Tertii Ordinis habitum de manibus Franciſci ſuſcepit anno 1222. Nicolaus IV. Vicarius Chriſti in terris, ſurculus erat & palmes nobiliſſimus antiquæ valdè, & omnibus conſpicuæ Urſinorum Proſapiæ, filiuſque hujuſce Mathæi.

Bartholomæus *Barro* diſertus & eloquens Cauſidicus in Curiâ Romanâ, forenſibus in cauſis omnibus quas agebat præclarè conſi-

C ſtebat, & celebriter: magnam ſibi gloriam pepererat eximiâ doctrinâ, ſingularique vi ac ſubtilitate judicii: libenter eum B. Franciſcus in congregationem Tertiaorum aſcivit, eumque in aliorum Superiorem conſtituit, cum auctoritate ad habitum, & profeſſionem abſolutè cæteros admittendi: dehinc in dies creſcebat & illuſtrabatur hic Ordo in longinquis regionibus.

Non ſolùm in Italiâ propagines ejus pullulaſcebant, imò quoque in Germaniâ, ubi ſancta Elizabetha Andrææ II. Regis Hungariæ filia, Ludovicique Turingiæ Dynaſtæ conjux, eum Ordinem amplexa eſt. In Galliâ profundas egit radices, cùm ſanctus Gal-

D liarum Rex Ludovicus hoc nomine Nonus, mater ejus Blanca de Caſtellâ, ſoror ejus Iſabella de Franciâ huic pariter Ordini nomen & ſine morâ dederint.

Fuit in *Franciſco*, præter divinitùs infuſa chariſmata, mirum etiam atque efficax ingenium & ſtudium ad animos hominum demerendos: tam ſagaciter & tam fauſtè ſe habuit, ut ſimul ſanctimoniæ, auſteritatis, frugalitatis, ac mundi contemptus exemplo plurimos à turpi ac flagitioſâ vitâ, non modò ad ſobrietatem & continentiam, ſed etiam ad rerum humanarum aſpernationem, atque ad ſalutaria Chriſti conſilia converterit.

Jam amplè in lucem edidi hiſtorias, ſancti Ludovici Francorum Regis, matris ejus

A Blancæ, necnon ejus uxoris Margaritæ de Provinciâ, uno in volumine contentas: in publicum inſuper à longo tempore emiſi ſeparatim in diverſis tomis Viras ſanctæ Elizabethæ de Hungariâ, & B. Margaritæ de Corronâ. Quod verò attiner ad cætera hujuſce Congregationis illuſtriora ornamenra, actus eorum deſcribam, mox ut expoſuerim originem totius Ordinis & progreſſum.

Incrementa Tertiariorum Sæcularium ſtatim in primævo ortu viderentut incredibilia, niſi teſtes numeroſos haberent & fide dignos. Solus ſufficit Petrus de Vineis, qui dum ſplendorem tam inclytæ & claræ Societatis vellet obſcurare, illam magis illuſtravit A ſanctionibus erat Imperatori Friderico II. B Librarius & Scriba. Fratres Minores diù perſecutus eſt Princeps iſte, eò quod illos animo ſibi fingeret conſpirationem conflare ad propugnandum Præſulem Romanum adversùs inſidias & impetus Friderici, qui multùm afflictabat ſucceſſorem ſancti Petri, & falsò exiſtimabat ſe ſuâ dignitate Imperatoriâ deturbandum fore hac innoxiâ & imaginariâ factione.

Cauſa hujus ſuſpicionis erat immenſa & exorta brevi tempore multitudo Tertiariorum, omnis conditionis & utriuſque ſexûs, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, aliorumque innumerabilium Nobilium. Plures quoque ſupremi Principes nomen dederant huic ſacræ militiæ, qui C ſubditis ad ſuas partes ſuo exemplo attractis videbantur exercitum conficere; unde valdè perterrebatur Imperator.

Venerandum eſt teſtimonium Eminentiſſimi Cardinalis Gabrielis de Treio. Legitur in reſponſione ad Epiſtolam Patris Wadinghi anno 1621. 3. Julii; reſponſione, inquam, relatâ inter Annorationes ejuſdem Wadinghi, in opuſcula ſancti Franciſci; & in proœmio Martyrologii Franciſcani, cujus auctor eſt P. Arcturus recenſet Eminentiſſimus Cardinalis rationes quæ illum ad amplectendum tertium noſtrum Ordinem compulerunt: hanc ſolam hic tangam breviter, D nempè quod ſe multùm debere exiſtimet Patri Seraphico; nec poſſe meliùs ſua debita perſolvere, quàm veſte uti Franciſci deſcriptâ ſymbolis, ſicut ephœbi veſtem gerunt ejus coloris quem domini volunt. Proteſtatur explicitè ſe imitari ſanctum Ludovicum Galliæ Regem, ſanctam Elizabetham Hungaricam, multoſque alios Principes, quibus, ut ait, ſe adjunxerunt noviſſimis temporibus; Philippus III. Rex Hiſpaniæ, Elizabetha de Franciâ Philippi IV, uxoris.

Antonius à Sillis in tertio Præludio. Bartholomæus Piſanus Conform. fol. 106. Col. 5. S. Antonin. p. 3. Hiſtor. tit. 24. cap. 7. §. 3. Petrus de Vineis. l. 1. Epiſt. 37.

ARTICULUS III.

Prærogativæ Tertii Ordinis Sæcularis.

NOVERAT *Franciſcus* nihil æquè Deo gratum eſſe, quàm quod domo atque urbe relictâ demigrare in agrum velit Chriſtianus proficiſci, ſanctius vivendi cauſâ. Nam id Deus à ſuis in primis petere ſolet, ut ſe terrenis curis ſubducant, ſeque vindicent in quietem & libertatem aliquam, quâ ipſi uni per otium vacent: cujus rei in illo ipſo, qui nationis piorum primus habe- B tur parens, in Abraham ſcilicet, exemplum proditum eſt. Etenim dixit Deus: *Egredere de terrâ tuâ, & de cognatione tuâ, & faciam te in gentem magnam*, Geneſ. 12.

Cùm proponant tres Ordines *Franciſci* mundo valedicere, ac ſe recipere in ſolitudinem, fatendum eſt eos omnes promiſſis ſtetiſſe fideliter, ipſos etiam Sæculares Tertiarios, licet aliquando pro ſalute proximorum à ſolitudine diſcedant: eâ enim lege ſit ut ſemper maneat eorum cor ſolitarium & Deo conjunctum in mediis negotiis ſæcularibus: unde invitantur omnes qui illos vident in hac ſtrictâ firmos obſervantiâ, ad ſaltem ſæculares Tertiarios imitandos. Hinc tanta oritur amplificatio tertii Ordinis Sæ- C cularis, cujus gratiâ innumera privilegia conceſſa ſunt, quæ deſcribere nunc expedit, poſtquam aſſignaverim quotuplex ſit ille tertius Ordo Sæcularium. In tres dividitur claſſes, Eccleſiaſticorum, Laïcorum, Eremitarum.

Quidam Tertiarii ſæculares gerunt apertè & publicè habitum Ordinis, ſcilicet tunicam, pallium oblongum, vulgò dictum pallium talare, pileumque coloris cinerei, cum cingulo lineo, aut cannabio, ad exemplum Patris Seraphici, cujus veſtimenta ſigna erant evidentia, quantùm pompam & vanitatem ſæculi aſpernabatur. Alii, quanquam profeſſi fuerint eamdem Regulam, contenti ſunt D tunicâ non apparente oculis exterorum. Tertiarii Eremitæ degunt in deſertis ab hominum conſortio longè ſemoti, licet votis ſolennibus nullo modo ſe obſtringant. Multi ſe aſſociant Religioſis primi Ordinis, ſoliſque votis ſimplicibus ſe obligant; vivunt & habitant apud Fratres Minores, quibus famularem operam, præ humilitate, navant cum tunicâ, & caputio, pallioque.

In tria capita redigo privilegia Tertiariorum ſæcularium. 1. Perſonæ ſunt Eccleſiaſticæ. 2. Evangelicorum conſiliorum jurati Profeſſores. 3. Veri & legitimi Patris Seraphici commilitores & alumni. Ad primum dico, Perſonæ Eccleſiaſticæ qualitatem non eſſe merum elogium adulationis, vel eloquentiæ

cognomen. B. Joannes Capiſtranus audiendus eſt attentè: ſolida ejus doctrina, eximia pietas, & completa experientia propter adminiſtrationem longiſſimam dignitatum & negotiorum Monaſticorum, ei tantam ſcientiam contulerunt, ut revereri oporteat ejus opiniones velut oracula divina.

Aſſerit Tertiarios ſæculares gaudere meritò privilegiis perſonarum Eccleſiaſticarum. Tractatus ejus, cui titulus eſt, *Defenſorium tertii Ordinis B. Franciſci*, hanc validiſſimè
,, probat qualitatem: aſtricti ſunt, inquit, Or-
,, dini approbato à Sede Apoſtolicâ, & ſub-
,, jecti Regulæ confirmatæ à Summis Ponti-
,, ficibus. Veſtis quâ ſunt induti, ſive pa-
,, teat foris, ſive lateat, ſignum eſt con-
,, verſionis morum, quæ eos Deo conſe-
,, crat miro modo. Si Pœnitentes publici
,, olim juxta ſacros Canones, quamvis enor-
,, mia flagitia patraſſent, participes ta-
,, men erant immunitatum Clericorum, quia
,, cenſebantur inter perſonas Eccleſiaſticas
,, à fortiori noſtri Tertiarii Franciſcani jus
,, hoc adipiſcuntur, libenter obeuntes exer-
,, citia pœnitentiæ, cum nec ſint perditâ
,, nequitiâ infames, nec aſſidui in probro-
,, ſis facinoribus. Qui ſemper moderatum vi-
,, tæ regimen tenuit, non minus meretur
,, quam alter, qui antea per longum tem-
,, pus habebat cupiditates effrænatas & ferè
,, indomitas.

Compertum eſt jura Clericorum nunc juſtè denegari Tertiariis ſæcularibus qui ſervire tempori debent, & obedire ſupremis Principibus ac Epiſcopis poſt declarationes ſummorum quorumdam Pontificum, & Concilium Lateranenſe, à quibus privantur tertij ſæculares Franciſcani favoribus & indultis à Sede Apoſtolicâ jam pridem liberaliter conceſſis.

Nemo tamen dubitat Honorium III. multum illis faviſſe, non ſolùm vivæ vocis oraculo, ſed etiam diplomate Pontificio dato Kalendis Decembris 1224. cujus initium eſt, *Cum illorum*, *&c.* Gregorius IX. qui ei ſucceſſit, imitatus eſt Prædeceſſorem, cujus rei fidem facit Bullâ, *Nimis patenter*. 7. Kal. Julij 1227. aliâque conſignatâ 3. Kal. Aprilis 1228. cujus quidem prima verba hæc ſunt, *Deteſtanda humani generis.*

Idem Gregorius IX. quanti fecerit hunc Ordinem maximè teſtatus eſt aliis Literis Pontificiis 10. Kal. Septembris, ſubſcriptis 1230. quibus admittit Tertiarios Sæculares ad celebrandum divinum Officium. Incipiunt ſic hæ Literæ, *Cum illorum.* Non minus habent ponderis poſteriores ab eodem Pontifice emanantes, ſub his verbis, *Dilecte mi.* In principio, & 2. Non. Junii 1231. notatæ.

Innocentius IV. æquè æſtimavit Regulam Pœnitentiæ ac ſui Anteceſſores. Probat manifeſtè per Bullam, *Intentos cultui.* anno 1246. Idibus Martii expeditam. Jungendum aliud diploma ejuſdem Pontificis ſub hoc Exordio, *Tuis devotis.* datum anno 1248. 7. Kal. Aprilis, quo mire propenſus videtur ad illuſtrandum hunc Ordinem ſæcularem. Lubens volenſque elargitus eſt illud in gratiam illorum qui apud Fratres Minores literis operam dabant, eorumque doctrinæ adhærebant. Æquum eſt, aiebat, ut in cujus diſciplinam quiſque ſe tradit, & ipſe diſcipulus Magiſtri privilegia conſequatur, & immunitates.

Conſiſtunt autem in pleno uſu Indulgentiarum, in receptione Sacramentorum, in celebratione divini Officii, in jure ſepulturæ Eccleſiaſticæ tempore interdicti, in exemptione onerum & tributorum, quibus ſubduntur Laïci; præterea in privilegio fori ſeu Juriſdictionis, quo eximuntur à lege ſiſtendi ſe alibi quam apud Judices Eccleſiaſticos. Tandem gaudere eos voluit Innocentius IV. ultimâ hâc ſuâ Bullâ privilegio Canonis, quo excommunicantur percuſſores Clericorum.

Cùm praxis & uſus harum immunitatum obſolverint, præſertim in Gallia propter juſtas rationes, concludamus tamen non minus pateſieri venerationem ſummorum Pontificum, pluriumque virorum illuſtrium in Tertiarios ſæculares, licet executione ceſſante, poſſeſſio abolita & extincta ſit. Poſt tot & tam ſacra auſpicia ne miremur proſperos eventus, & uberes fructus hujuſce Ordinis. Adjuvantibus Superis, Deoque favente, nil ſiniſtrum & incommodum poteſt evenire: omnia fauſtè ſuccedunt, cum etiam adverſa utilia ſint & opportuna ad promotionem rei cui opponuntur.

ARTICULUS IV.

Continuatio Articuli præcedentis.

QUos præcipuos & conſpicuos magis exiſtimo inter felices noſtri Tertii Ordinis ſæcularis ſucceſſus, converſiones ſunt penè infinitæ animarum omnis conditionis quæ ſtatim & mox ut ejus Ordinis prærogativas noverant, ab omnium rerum licentiâ ad honeſtam vitæ rationem traducebantur, terrenis affectibus omnimodò abdicatis. Mirum ſanè, quod gratia cœleſtis, quæ removebat eos à concilianda ſibi hominum benevolentiâ, eadem gratia ſuaviter & fortiter alliciens homines ad Chriſtum imitandum, ipſos Tertiarios magis gratos, magiſque ſpectabiles reddebat hominibus.

Ex epiſtolis ad B. Joannem Capiſtranum à Directoribus Tertiariorum Alemannorum, Polonorum & Sileſiorum hoc liquidò patet. Wadinghus expreſſè meminit Superiorum hujus Ordinis in urbibus Cracovienſi,

Wratiſlavienſi, Viennenſi Auſtriacâ Chirograpbi, quo notos faciunt ipſi Joanni Capiſtrano Generali Miniſtro eximios progeſſus Tertiariorum.

Creſcebat enim mirificè Congregatio Fratrum in his partibus, exemplo, curaqne & ſtudio Fratrnm, qui quos ad bonam perfectæ virtutis frugem reperiebant idoneos, paulatim & per gradns incipiebant excolere: cæteros interim precibus, monitiſque, pront ſeſe dabat occaſio, à vitiorum fœditate deterrentes ad præmium æternæ beatitudinis incitabant, dque eò libentius & ſecutius, quod in ijs communicandis, quæ à Domino acceperant, nihil interim ſibi religionis & ſpiritus deperire ſentiebant.

Nec ſolum venientes ad ſe benigno excipiebant alloquio, ſed etiam invitati interdnm ab aliis ad prandium minimè recuſabant accedere, nimirum eo conſilio, ut ex re & ex tempòre ſumpta occaſione, qui ſe in Dei gratiam terreſtri cibo, eoſdem ipſi viciſſim ſpiritualibus epulis & opportunâ quapiam adhortatione reficerent; atque in hnnc ferè modum, adjuvante Domino, permultos ad arctam ſalutis ſemitam à via lata & ſpatioſa traduxerunt.

Redeamus ad propoſitum. Secunda prærogativa noſtratum Tertiariorum inde ſumitur quod ſint perfecti ſectatores conſiliorum Evangelii: Regulæ perfectio, ſanctitaſque Profeſſorum illud facile demonſtrant: initam cum creaturis ſocietatem dirimere, uni & ſoli Deo adhærere: mundi contemptus, ſuüpſius odium, crucis & dolorum amor & amplexus, denique Redemptoris imitatio hæc ſunt documenta Regulæ Tertiæ Franciſcanæ: hæc eſt ſumma totius Evangelii.

Perfecta eſt Regula & excellentiſſimum vivendi genus continet, à quo longè cæteri Sæculares diſtant: revera quidem plures ſummi Pontifices eam approbaverunt. Præter ſupra citatos numerantur adhnc Alexander IV. Clemens IV. Gregorius X. Cæleſtinus V. Bonifacius VIII. Benedictus XI. Clemens V. Eugenius IV. Nicolaus V. Calixtus III. Pius II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Julius II. Leo X. Clemens VII. Paulus III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. Clemens VIII. Paulus V. Gregorins XV. Urbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII.

Hic tertius Ordo ſæcularis adeo præminet ut ſimplex non ſit ſodalitium, velut Roſarium ſancti Dominici, vel cingulum ſancti Franciſci, aut Scapulare Carmelitarum, quod vocant, ad mentem ſancti Simonis Stock, virginei obſequii teſſeram ſcapularem, ſed ſocietas ſit vera, & ipſa ex formnla ſic inſtituatur ſub una eademqne Regula à ſummis Pontificibus approbara. Lezana gravis & bonus Auctor tractat de Ter- A tiariis noſtris, & Sodalitiis, duobus diverſis Capitibus, ut ritè advertant Lectores, quantum intereſt diſcriminis inter ſimplex ſodalitium, & veram ſocietatem.

Carillus & Bernardinus de Buſtis, Scriptores his in rebus præclarè verſati, affirmant noſtros Tertiarios verè eſſe elevatos ſupra ſtatum ſæcularem, ac medium tenere locum inter Laïcos & Eccleſiaſticos Bordonus ſacrorum Eccleſiæ Canonum benè peritus notat nullo modo in noſtra Regula ſanctum *Franciſcum* aut ſummos Pontifices uſos fuiſſe vocabulo, Sodalitii, ſed *Fraternitatis*: Quod quidem vocabulum *Fraternitatis* ſeu *Societatis* ſonat aliquid ſublimius, quam vocaB bulum *Sodalitij*: prius enim vocabulum redolet ſanctitatem conſiliorum Evangelii quæ ſtrictè obſervantur à ferventioribus Tertiarijs.

Joannes Capiſtranns prodit verba expreſſa Bullæ Papæ Nicolai nomine IV. cujus hæc ſunt prima verba: *Supra montem Catholicæ Fidei*, unde colligitur facilè dignitas tertij Ordinis ſæcularium: Quæ clarius exprimitur ſequentibus lineis: *Glorioſus Chriſti Confeſſor Beatus Franciſcus*, ait Nicolaus IV. *hujus Ordinis Inſtitutor viam aſcendendi ad Dominum verbo pariter & exemplo demonſtrans, ipſius ſinceritate fidei ſuos filios erudivit, eoſque illam profiteri, conſtanter tenere, ſimiliter ac opere voluit adimplere, ut per ejus* C *ſemitam ſalubriter incedentes, mererentur poſt vitæ præſentis ergaſtulum æternæ beatitudinis effici poſſeſſores.* Tertius igitur Ordo noſter ſæcularis præceptis innititur cœleſtibus, quorum ut obſervatio Tertiarios reddit perfectos Chriſti morralis Imitatores & patientis, ira eoſdem elevat randem aliquando ad partipationem gloriæ Jeſu triumphantis & immortalis.

Probat fortiter Capiſtranus hancce propoſitionem, dum explicans diploma Nicolai IV. affirmat Tertiarios noſtros ſæculares verè & meritò adſcribi in familiam Chriſti. *Prædicti Fratres*, inquit, *in familiam Domini ſunt reducti.*

D Cæterum exponenda eſt tertia prærogativa, nempe quod Tertiarij Noſtrates ſunt legitimi ſancti Franciſci Aſſiſiatis filij. Vulgò & juſtè quis dicitur, in ſtemmatis per ſtirpes deſcriptione, non ementiri genus ſuum, ſed genui nam eſſe progeniem patris, à cujus ſanguine directò proximè vel per medium ortus eſt. Poſſunt igitur jure & certò Tertiarij noſtri originem ſuam referre ad *Franciſcum* Aſſiſiatem, velut ad patrem, cum ab eo rectâ per filios ſtipitum ſerie oriundi ſint. Vanum eſt & inutile objicere nequaquam ab ipſo fuiſſe admiſſos: quid intereſt, quandò ab ejus Succeſſoribus fuerunt recepti ad Habitum & ſolemnem Profeſſionem?

Nil officit nominis varietas, quia in rebus ſe-

riis nulla eſt quæſtio de denominatione, ſed de veritate. Titulus Capucinorum, quem ipſi Reverendi Patres Capucini, ſibi aſciverunt, non impedit quin meritò gaudeant illuſtri prærogativâ cognationis & parentelæ Franciſcanæ, quandoquidem Pater Matthæus de Baſſy, ſancti *Franciſci* per multos intermedios, filius, communicavit idem privilegium ſuis aſſeclis, quaſi de ſtirpe in poſteram ſtirpem, ſeu ex familia gentis, in ſequentem ætate familiam. Sic declararunt ſummi Pontifices Paulus V. & Urbanus VIII. condemnantes quoſdam nimis aſperos Cenſores qui Reverendos Patres Capucinos negabant vero eſſe *Franciſci* filios. Laudes quas ipſis perſolvimus illos ad nobis reddendum, quod noſtrum eſt, incitant: propinqui ſumus, & gentilitiâ, id eſt, Franciſcanâ cognatione valde conjuncti.

Si qualitatem hanc inſignem denegare Tertiariis ſæcularibus injuſtum eſt, quibus ſummi Pontifices eam attribuerunt, quantò magis illam merentur Tertiarii Regulares, juxta ſententiam divi Bonaventuræ. *Tres Ordines hic ordinat, primumque Fratrum nominat Minorum, pauperumque fit Dominarum medius; ſed pœnitentium tertius ſexum capit utrumque.*

Petrus de Alva in Honor. 3. Bordonus Chronol. c. ij. fol. 36. Vvading. tom. 6. 1455. §. 124. 125. Lezana tom. 2. Caxill. art. 14. ſuper prædictam Regulam. Bernardin. Buſtius ſermi. 17. ſui Roſarij. Bordon. tom. 1. reſolut. 75. num. 12. Capiſtranus in defenſorio tertii Ordinis.

ARTICULUS V.

Tertiarios habet ſanctus Franciſcus Aſſiſiatis verè Religioſos.

NESCIT *tarda molimina*, inquit ſanctus Ambroſius, *Spiritus ſancti gratia.* Vixerunt hâc in ſolerti & docta ignorantia ſanctus *Franciſcus*, ejuſque diſcipuli etiam ſæculares, qui ſtatim & fermè ab ortn ſno eveherunt in Religioſos, poſt impetratam à Sede Apoſtolicâ licentiam emittendi vota tria ſolennia. Plurimi etenim inter eos aut ſacris Ordinibus initiati, nec matrimonio, nec ſimplici voto illigati, vel denique omninò cælibes & cujuſcunque conditionis, meliora æmulati charíſmata, jam aſtricti Regulæ Tertiariorum ſæcularium, jamque domicilii & menſæ rerumque omnium communione juncti, ad religioſam diſciplinam animum penitus appulerunt, & regularem vitam voluerunt inire; inde oritur tertius Ordo regularium Franciſcanotnm; de quo ambigere ſignum eſt evidens aut ſtolidæ inſcitiæ, aut nefandæ pertinaciæ, quæ indicat mentem lumini juſtitiæ rebellem. Bella circa exordium virtutis exagitabant illos hoſtilia, ſcilicet à mun-

A do, carne & dæmonibus concitata: victor tamen in illis remanſit ſpiritus Dei nec mirum. Id primum namque priſcos apud noſtros Tertiarios valebat primævæ Chriſtianorum charitatis ingenium, quæ quas ſibi dari oportet vires atque copias, in illos uſus conferat, qui propriè ad amorem erga Deum alendum, & in majus provehendum: ſpectant eâ etenim mente, primi Tertiarij Deum amantes præſtare non avebant ullis corporis aut animi dotibus, niſi quibus fierent inſtructiores ad amori navandam meliorem operam: non ſolum ſequi Deum, ſed contento curſu ipſum ſequi deſiderabant; ſequebantur profecto Deum, quia Dei præceptis tanquam veſtigiis, quibus ad
B Deum pervenitur, inſiſtebant: curſu autem ſequebantur, quia ad ſanctiſſimi Chriſti conſilia mores ſuos inſtituentes, opibus ſe & honoribus abdicantes, voluptateſque ſpernentes ab ſe abjiciebant votorum ſolennium profeſſione hujus terrenæ vitæ non tam præmia, quam honeſti curſus impedimenta, in quo Chriſtianæ Religionis abſoluta perfectio conſiſtit.

Conſtat igitur tertium Ordinem *Franciſci* Aſſiſienſis complecti non ſolum ſæculares, ſed etiam alios verè regulares, ita diſtinctos ab invicem, ut nemo niſi excors fuerit aut invidus, hanc veritatem inficietur.

Religio in univerſum definitur, virtus moralis inclinans creaturæ intellectualis vo-
C luntatem ad tribuendum Deo cultum debitum. Votum autem ſolenne conficit ſtatum religioſum, eſtque illud annexum ſuſceptioni immutabilis ſtatus Religionis approbatæ: Profeſſio enim Religionis approbatæ, eſt actus ſolennis, qui ex decreto Eccleſiæ, conſtituit eſſentiam voti ſolennis. Tertiarij noſtri regulares non ſolum obſtringuntur votis ſolennibus in genere, ſed in ſpecie videlicet caſtitatis, paupertatis, obedientiæ.

Votum caſtitatis religioſæ eſt promiſſio in Religione approbata, facta Deo de perpetua abſtinentia ab omnibus voluptatibus carnis. Votum paupertatis religioſæ
D eſt promiſſio in Religione approbata facta Deo de perpetua carentia proprij. Votum obedientiæ religioſæ eſt promiſſio in Religione approbata, facta Deo de exequendis Superiorum præceptis, quia præcepta ſunt. Hæc dicta ſint ad confutandos Cavillatores, qui negant inter Franciſcanos Tertiarios reperiri quoſdam propriè Religioſos: Non merentur hi critici Philoſophiæ, nec Theologiæ laudem, quando non aequieſcunt definitionibus allatis quæ ſtrictè conveniunt noſtratibus Tertiariis Franciſcanis.

Quatuor fundamenta conſtituunt Ordinem in ſtatu religioſo. 1. Regula. 2. Superior. 3. Profeſſio. 4. Habitus, quæ omnia videntur manifeſtè in Congregatione, de qua

eſt quæſtio, & probaot certò ejus eſſentialem regularitatem. Quatuor diverſæ Regulæ ſanctorum Baſilij, Auguſtini, Benedicti, Franciſci adeò præfulgent in Eccleſia, ut qui uni ſoli earum ſe aſtringit, inter veros Regulares juſtè cenſeatur, eo quod omnes iſtæ Regulæ approbationem habeot autenticam à Sede Apoſtolica.

Nullus eſt Conveotus ſine Superiore, alioqui perfectus noo eſſet Conveotus, ſed monſtrum ſine capite. Caput autem emittens ſuos illapſus in partes inferiores, eas regit, animat, & vividas reddit. Profeſſio oeceſſaria eſt ad ſtatum Religioſum abſolutè confirmandum; quia ſicut Regula inutilis eſt, niſi Superior attendat vigilanter ad ejus obſervationem inſtaurandam, praximque in perpetuum ſtabiliendam, ſic ioferiores ignavi ſunt & remiſſi in exercitiis regularibus, niſi compellantur ultroneâ & felici votorum obligatione. Revera nec Regula, nec Superioris poreſtas, nec habitus faciunt Monachum: ſola namque profeſſio, promiſſorum executione roborata & oobilitata hancce dignitatem coofert. Habitus tamen congruenter requiritur, ut fiat diſtioctio inter Religioſum & Sæcularem: unde Religioſus obligatur ad decorum in omnibus factis & dictis, in corporis denique motu ſervandum. Habitus pariter nota eſt & character variorum Ordinum, quorum Profeſſores non diſcerne-„ rentur, abſque hac teſſerâ viſibili. Habitus „ regularis, inquit S. Thomas Scholæ An-„ gelus, indicium eſt externum profeſſionis „ internæ.

Liquet ſanè & indubitanter quid indè inferatur, ſcilicet quod nihil oostratibus Tertiariis Regularibus Franciſcanis deſit ad eorum formalem & eſſentialem regularitatem: citandi ſtatim io Articulo ſequenti ſummi Pootifices, qui eam cooclusionem egregiè & fortiter confirmant. Intereà obſervo, 1. Quod tertius iſte Ordo Regularis, ſicut Sæcularis, utrumque ſexum complectitur: 2. Quod quidam inter Religioſos vitam ducunt cœnobiticam, quia inter ſe & domicilii & menſæ, rerumque omoium communione juncti, æquo & pari jure vivunt, pariter ac cæteri Religioſi: Alii Eremiticam vitam agunt & ſolitariam, ab oculis & hominum convictu remoti: Attamen hi tria ſolennia vota nuncupaot & profiteotur, quorum ſtrictæ obſervationi per quam accuratè inhærent. Differunt ab aliis Anachoretis Tertiariis Sæcularibus, qui mandantes vitam ſolitudioi abſtirent à profeſſione ſolemni; ideoque non ſunt Regulares.

Aotonius à Sillis Miniſter generalis noſtræ Congregationis Italicæ narrat multos ex noſtratibus Tertiariis Regularibus incolas deſerti olim fuiſſe, habitationis ſedem eligentes in ſpeluocis: quorum aliqui gerebant habitum omninò Eremiticum uſque ad mortem; plerique tamen induebantur tunicâ, & capucio, cum cingulo, ut magis confotmes eſſene ſtatui religioſo. Bulla Nicolai V. cujus initium eſt *Paſtoralis officij nobis*, hancce vivendi formam apertè approbat. In uſu eſt apud Italos Patres noſtros, quibus aſperiora & magis horrentia deſerra præbene jucunda valde hoſpitia.

Abbas Trithemius affirmat Alemannos eamdem inire agendi rationem. Patet ex ipſius ad Superiorem alicujus Conventûs noſtri regularis Epiſtolâ, cujus inſcriptio eſt: *Patri Petro de Suchtelem Priori ad ſolitudinem Brulenſem, Diœceſis Trevirenſis Tertii Ordinis ſancti Franciſci*. Declarat idem Auctor multùm ſibi arridere Monaſterium iſtud ob loci traoquillitatem & ſanctitatem Religioſorum ibi degentium Magnâ adhuc famâ ævo noſtro valet, & exiſtimatione claret hoc Monaſterium, teſte quodam ex noſtris Patribus, qui peregrinatione Europam luſtrans, illud in vaſtâ ſylvâ non longè ab urbe Trevireoſi vidit multâ cum jucunditate.

Fateor equidem Conventus bonorum ac piorum homioum valdè conferre ad perfectionem ſaoctitatis adipiſcendam, dum oon modò ipſi pietatem colunt, ſed verbo & exemplo alios ad ejuſdem cultum invitant; qui unà nobiſcum in hoc exilio verſantur, & tanquam domi apud nos incluſi manenr, diviſi ad tempus videlicet ab illo auguſtiori cœtu ac que grege, quem verus Paſtor Jeſus beatis in locis reficie ſempiternæ paſtu voluptatis.

Patres itaque noſtri ſe diſponebant eo modo in Cœoobiis antequam deſerta incolerent, quia in ipſis vitæ ſpiritualis primordiis, dum aoimus io virtute rudis eſt & imperitus, atque ad lapſionem facilis, magis expedit unà cum aliis ejuſdem voti atque propoſiti hominibus vivere, quàm ſolitariam vitam degere.

Hac diſpoſitione præviâ, qui ſolitudinem amplectuntur, magnos progreſſus in virtute faciunt. Hujuſcemodi erant Antonius *de Braida* Pedemontanus, Joannes *de Govono* Albaoenſis, ſacerdotes & Tertiarii Regulares, ad quorum ſupplicationes Papa Martinus nomine Quintus conceſſit Bullam: *In his per quæ, &c.* licentiam tribuens octo Tertiariis Regularibus ſolitariam vitam traducere propè urbem Genuenſem, io Eremo ubi attentiùs divinas laudes canerent. Joannes *Ramaga* Tertiarius quoque Regularis profeſſus obtinuit ab Eugenio IV. facultatem commoraodi in ſolitudine ſanctæ Magdelenæ *de Ramaga* Diœceſis Abulenſis in Hiſpaniâ, ibique inſtituendi Conventum noſtri Ordinis, ad divioum Officium die ac nocte perſolvendum, Regulamque & ſtatuta obſervanda ſub regimine Superioris, quem eligerent ipſi juxta leges canonicas. Prima verba hujus diplomatis

tis ſunt: *Piis devotorum ſupplicationibus*: A
Utrumque diploma leges apud Wadinghum in collectione privilegiorum.

Zelus & propenſio noſtratum Tertiariorum erga ſolitudinem elucet maximè in aliis Provinciis, præſertim in Neuſtriâ, & ſingulariter in antiquis Conventibus ſanctæ Catharinæ Vernonenſis, ſanctæ Barbaræ Croiſſetenſis, Locoverienſi extra muros, Velhacnſi, Bernayenſi, Mereacenſi. Notandum quod aliquando hiſce in locis remotis plures degebant Religioſi, cœnobium conflantes verum & abſolutum; aliquando ſolitarii manebant ſub auctoritate Superiorum: ſic docet Collector privilegiorum, aſſerens Fratres & Sorores noſtræ Congregationis poſt emiſſa vota B
ſolemnia publicè, alii remanebant in Conventu, alii meliora æmulantes chariſmata, in oratoria ſejuncta ſe recipiebant, ut ſolis cum Angelis liberè converſarentur.

Cœnobitici tamen erant per aliquod temporis ſpatium, priuſquam ſolitarii, expreſſâ ordinatione ſummorum Pontificum, qui decreverunt non eſſe facilè concedendam licentiam recedendi in ſolitudinem, niſi ſub certis conditionibus. Sciebant ſummi Pontifices ſolitarium illud & verè monaſticum vivendi genus aptum eſſe ſolis iſtis qui ſuas cupiditates ſatis jam edomitas & compreſſas habent: itaque perfectorum illud eſt; imperfecti verò & incipientes in conventu atque grege bonorum ſeſe ad virtutem exercere de- C
bent, nec ipſi ſibi viam novam munire, ſed inire veterem & aliorum veſtigiis atque itineribus tutam.

Propterea Joannes XXIII. Bullâ quam vulgò nominant, *Perſonas vacantes*, anno 1413. prohibet illam ſolitudinem abſque expreſſâ permiſſione, & niſi pro brevi tempore. Diploma Eugenii IV. *Injunctum nobis*, anno 1441. præcipit hanc ſejunctionem à communitate brevem eſſe: vult quoque ſejunctos ſemper ſubmitti Superioris arbitrio, ne obſequii deſertores quidam, & obedientiæ neſcientes, obductâ pietatis & ſilentii ſpecie, proprio amori nimis indulgeant, tandemque penitus à regularum obſervatione deſciſcant.

Hinc clarè oſtenditur Tertii Ordinis noſtri Regularis perfectio, quod partim ſit Eremitica, partim Cœnobitica. Carthuſiani præponuntur cæteris propter vitam ſolitariam. Quis igitur non credat Tertiarios Regulares Franciſcanos eſſe perfectos, qui feliciter conjungunt Eremiticam vivendi rationem cum cœnobiticâ? Sic declaravit Spiritus ſanctus per os Eccleſiæ Romanæ ſuæ dilectæ ſponſæ, itaut debeant eſſe prius Cœnobitici, quàm Eremitæ.

Nam incipientes uni ex omnibus plerumque ſolitudines amare maximè ſolent; ſtatimque contemplationi Dei vacare volunt, & charitatis uno igne corripi atque ſuccendi. Quare qui hujuſmodi ſunt, hæc ſibi à Deo dici putent, quæ Canticorum primo myſticæ ſponſæ declarantur, legant ut prius *gregum ſuorum veſtigia*, *tabernacula paſtorum* adeant; religioſis hominibus ſe regendos permittant, communiter cum bonis viris vitam degant; habeant qui ſe ignaros viam doceant, qui languentes excitent, morantes impellant, præfeſtinantes cohibeant, revocent aberrantes, utanturque aliorum oculis, conſilio, rectione; uſque eò quoad cupiditatibus ſedatis, & majoribus in animo collectis viribus, ipſi ſibi præeſſe & dominari rectè poſſint: id cùm effecerint, tunc ſecreta tutò & beatas illas ſolitudines petant.

Hic eſt ſcopus totius noſtræ Congregationis regularis, ſpeciatim Gallicanæ, quæ inter potiora ſtatuta vult illud obſervari, quo tenentur Fratres ſe, per aliquot dies, quolibet anno, ex hominum frequentiâ tollere, ſolique Deo vacare: ſtatuit etiam in qualibet Provinciâ erigere Conventum aliquem, ubi Religioſi alternatim ſolitariè degant.

S. Thom. 2. 2. queſt. 185. art. 8. Anton. de Sillis prælud. 3. Comment. in Reg. Trithem. in opuſc. Epiſt. 13. Vvadingh. 1425. 1431. Collect. privil. Verbo Tertiarii.

ARTICULUS VI.

Origo Tertii Ordinis Regularis.

Observandum ſummos Pontifices, & auctores, quandocunque loquuntur de ſtatu Cœnobitico & Eremitico, nominare ſemper Tertiarios Franciſcanos verè Religioſos, illiſque ſub hoc nomine venerationem, favoreſque magni momenti exhibere. Præſtat nunc Tertii iſtiuſmodi originem Ordinis attingere. Non poteſt validiùs hæc antiquitas regularis probari, quàm oſtendendo eam eſſe fermè coætaneam & coævam inſtitutionis Fratrum Minorum, & Monialium ſanctæ Claræ. Tres enim Ordines Franciſci Aſſiſiatis reverâ eodem claruere ſæculo.

Provehor celſiùs quàm par ſit; aſcenſio mea
D ſublimis eſt ultra metam: tranſgredior & penetro in nictatione oculi, in puncto temporis, quatuor ſæcula. Ne tamen tanto impetu curram, ut ſpiritus intercludatur, incipiam à noviſſimis hiſce temporibus, nempè à Pontificatu Alexandri VII. & ab anno 1667. quo Annales noſtros ſcribo. Confirmavit autenticè omnia noſtra privilegia Bullâ, *Nuper emanavit*. 1655. ubi non omiſit titulum illuſtrem Religioſorum Pœnitentium Tertii Ordinis ſancti Franciſci.

Innocentius X. literis Apoſtolicis, *Aliæ felicis recordationis*, 1648. idem teſtatus eſt, mentionem faciens de diplomate Urbani VIII. ſui prædeceſſoris, quod incipit hiſce verbis, *Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti*,

B

qui charitas. 1641. quo hic Pontifex apertè declarat nullo modo inſtituiſſe Tertium Ordinem Tertiariorum Franciſcanorum, ſicut cornicantur detractores quidam, ſed validè confirmaſſe in ſtatu regulari: legantur Bullæ, *Paſtoralis officii cura*. 1624. *Divinæ majeſtatis arbitrio*. 1626. *Ex debito Apoſtolicæ ſervitutis*. 1626. quibus anathema, ſeu acerbioris cenſuræ fulmen intentat in eos qui in dubium revocant validitatem, ſeu ratam auctoritatem votorum eſſentialium, ſtatumque regularem noſtri Ordinis.

Gregorius XV. ſimile teſtimonium reddit de noſtro ſtatu formaliter regulari, Bullâ *Romanum decet Pontificem*, 1621. aliâ quoque 1621. *Injuncti nobis*. Pauli V. nos vocat & cenſet Religioſos, ſignificans legitimam poſſeſſionem privilegiorum regularium nos adeptus fuiſſe ante ſuum Pontificatum, ut patet ex literis Apoſtolicis *Iuſtis ac honeſtis fidelium* 1608. *Injuncti nobis Apoſtolici*, 1609. *Inter graves paſtoralis*; aliâ etiam, nempè, *Quæ pro augenda*; 1613. Ibidem Paulus V. novâ confirmatione antiquum jus noſtrum admittendi ad Tertium Ordinem Sæcularem roborat. Denique dicto anno 1613. diplomate, *Gratos Domino & Regno Franciæ*, multos favores nobis elargitur in gratiam votorum ſolemnium, quæ declarat approbata jam à pluribus ſæculis.

Clemens VIII. anno 1603. Bullâ, *Ex injuncto nobis, &c.* 1600. Bullâ, *Vt ea quæ pro Religionum bono, &c.* 1609. Bullâ, *Decet Romanum Pontificem*. viam ſuis ſucceſſoribus aperuit nobis tanquam Religioſis gratificandi. Sixtus V. de Generalatu primi Ordinis Minorum ad ſummum Pontificatum evectus, Sedis Apoſtolicæ auctoritate fretus erat, & admodum verſatus in re de quâ agitur, Bullâ *Romani Pontificis providentiâ*. 1585. revocat diploma Pii V. qui aliquid innovarat in Tertii Ordinis Regularis Generalatu. Sixtus igitur V. reſtituit Vicarium generalem in priſtinos honores, præcipiens abſolutè ut deinceps ſicut olim Tertiariorum Regularium, Vicarius generalis, ipſe Tertiarius Regularis eſſet. mens ſummi Pontificis erat dare finem relaxationibus, quæ contigerant ſub regimine Miniſtrorum Generalium & Provincialium primi Ordinis.

Gregorius XIII., *Ex benignâ Sedis Apoſtolicæ*, 1575. Pius V. *Generalem & alios Miniſtros*. 1568. ea eſt *officii noſtri* ratio. 1567. Pius IV. *Sedes Apoſtolica*. 1563. Cùm à *nobis petitur*. 1560. Paulus IV. *Ex clementi Sedis*. 1555. Paulus III. *Ad uberes fructus quos Tertius Ordo ſancti* Franciſci. 1547. *Devotionis veſtræ* 1534. Clemens VII. *Benignitas Sedis Apoſtolicæ*. 1529. *Ad uberes fructus*. 1526. *Decet ex Romani Pontificis*. 1525. Omnes hi ſingulique Pontifices publicis literis monumentiſque conſignaverunt, atque ritè proclama-

A verunt ſtatum regularem Tertii Ordinis S. Franciſci Aſſiſiatis.

Conſideranda eſt præſertim Bulla Clementis VII. *Ad uberes fructus*. anno 1526. ubi hæc verba reperiuntur: *Ad uberes fructus quos ſacer Ordo de Pœnitentiâ in hortum Domini hactenus adduxit, & in dies fertiliori manu afferre non ceſſat.* Tanto repugnari oraculo ipſi veritati refragari eſt & ſe opponere. Loquitur ut certus de antiquitate Tertii Ordinis Regularis, cùm fidem faciens de ampliori in dies proventu, memoriam redintegrat præteriti temporis, priſcorum fructuum.

Leo X. eodem divino Spiritu afflatus 1521.
B Tertii noſtri Ordinis Regularis cauſam auſpicatiùs tuetur. *Dilectis*, inquit, *filiis & ſororibus Tertii Ordinis ſancti* Franciſci *ſub tribus votis eſſentialibus in congregatione viventibus. Leo X. ſalutem &* Apoſtolicam *benedictionem; Inter cætera noſtro regimini credita, &c.* Fit mentio Nicolai IV. in hoc diplomate. Longo temporis intervallo hi duo Pontifices disjuncti ſunt; poſterior autem commemorans expreſsè prioris favorem erga Tertium Ordinem Regularem, declarat regularitatem ſolemnem pluribus ſæculis præceſſiſſe in præfato Ordine. Uterque Pontifex compoſuit Regulam non utique novam, ſed priſcam reformavit. Patres noſtri Italici & Hiſpani amplectuntur Regulam Nicolai IV. nos verò
C Galli ſequimur Regulam Leonis X. cujus Bulla, *Ea quæ per Sedem Apoſtolicam*. 1515. multùm adhuc nobis favet.

Concedunt in eamdem ſententiam Julius II. *Decet Romanum Pontificem* 1508. *Romani Pontificis provida circumſpectio* 1508. Alexander VI. *Religionis jugo* 1501. *Exponi nobis feciſtis*. 1500. Innocentius VIII. *Inter univerſa ſacræ Religionis*. 1487. *In ſupremis*. 1485.

Omnem dubitandi cauſam ademit Sixtus IV. imò dubitantium de propoſita quæſtione ignorantiam, aut iniquitatem prorſus patefecit: compertam habebat experientiâ magiſtrâ Profeſſionem noſtram ſolemnem &
D regularem, cum ipſe Fratrum Minorum Regulam profeſſus fuerit, verba ſequentia peculiari attentione digna ſunt. *Ad Chriſti Vicarii præſidentis in ſpecula &c. ſanè jam dudum accepimus quod quidam fratres & ſorores tertij Ordinis B. Franciſci, ex ſpeciali conceſſione noſtra & Prædeceſſorum noſtrorum collegialiter viventes, poſt annum probationis in manibus ſui Miniſtri vel Miniſtræ ab eorum collegio canonicè electi vel electæ vovent & promittunt obedientiam, paupertatem, & caſtitatem perpetuam ſolemniter coram toto ſuo collegio; dubitaturque à pleriſque, an tale votum ſit ſolemne, & obliget ſicut tale. Nos igitur qui Ordini prædicto, & in illo altiſſimo, famulantibus perſonis, ut vota ſua fir-*

miori ſtatu, Chriſto, cui voverunt, quietius perſolvere valeant, & animarum periculis quantum poſſumus providere, intenſis deſideriis affectamus, auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium decernimus & ſtatuimus, ut votum præfatum ſic, ut præmittitur, emiſſum, vel quod emittetur in futurum, de cætero habeat vim & validitatem voti ſolemnis, ac omnem inducat effectum, quem inducit votum ſolemne factum cuicumque de Religionibus à Sede Apoſtolicâ probatis, &c.

Non ſola ſupereſt Bulla hæc ad confirmationem noſtri propoſiti: in promptu ſunt & aliæ nempè. *Sacroſancta Romana Eccleſia.* 1473. *Sedet Apoſtolica æqua in omnibus.* 1471.

Paulus II. *Pia Deo.* 1464. *Excitat noſtræ mentis arcanum.* 1461. Pius II. *Romanus Pontifex.* 1460. *Rationi congruit.* 1458. Calixtus III. *Sacræ Religionis.* 1457. Abeunt ad eamdem opinionem Calixtus ipſe III. diplomate, *Diſpenſatione divinâ.* 1456. qui Petrum Thomam *Ornain* Religioſum Tertiarium inſigni virtute, eminentique doctrinâ præditum inſtituit Vicarium generalem Congregationis Anglicanæ.

Nicolaus V. *Apoſtolicæ Sedis benignitas.* 1450. *Paſtoralis officij nobis licet immeritis.* 1447. Eugenius IV. *Injuſtum nobis deſuper.* 1442. *Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem.* 1431. Martinus V. *Ex Apoſtolicæ Sedis providentia.* 1429. Joannes XXIII. *Perſonas vacantes.* 1414. confirmavit Regulam & Statuta Religioſorum tertij Ordinis, jungendo formulam eorum Profeſſionis his verbis: *Ego N. voveo & promitto Deo, &c. vivere in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate, & obſervare Regulam tertij Ordinis B. Franciſci.* Hæc nonne eſt turpe dubitare Philoſophos & Theologos, quæ ne ruſtici quidem dubitent?

ARTICULUS VII.

Continuatio ejuſdem materiæ.

RES adverſas vulgò homines in malis ponunt; Stoïci in fugiendis numerabant; rectè autem inſtituta ratio, diſciplinaque Chriſtiana in bonis ducit: Non quod acerba & amara, amara & acerba non ſint; ſed quod ægris amara quæ ſunt, ſæpè ſint ſalutaria. Ægrotamus autem omnes, laboramuſque alij aliis animorum morbis. Atque hæc quidem ratio apud eos qui ſe ratione duci permittunt, ſatis efficit fortunæ injurias in malis non eſſe numerandas.

Abeant & faceſſant longius iſthæc vigilantium inſomnia, & iſthæc fatuorum delirationes de ficto fortunæ dominio, quæ mera imaginatio eſt. E contrario ſtet indubita hæc veritas, videlicet adverſarios tertij

A Ordinis illi multum fuiſſe favorabiles. Quò enim magis contendebant illi adimere votorum eſſentialium ſolemnitatem, eò minus illam deſtruebant, imò eò magis illam aſtruere videbantur.

In cauſa enim fuere declarationis ſummorum Pontificum à quatuor ſæculis in favorem Tertiariorum. Præter ſupradictos Bonifacius IX. diplomate, *His quæ divini cultus augmentum*, dato ann. 1401. dat facultatem Religioſis Trajectenſibus Tertiariis convocandi Capitula generalia, ibique Miniſtrum generalem eligendi.

Notandum Beatam Angelinam hoc tempore vixiſſe. De ea ſic loquitur in Marty- B rologio Franciſcano 25. Decembris. Pater Arturus de Monaſterio Recollectus Provinciæ ſancti Dionyſii in Gallia. *Fulginii, in valle ſpoletana, Beatæ Angelinæ Corbaræ de Termit, Virginis, quæ cum illuſtriſſimâ eſſet exorta proſapiâ ſæculo renuncians, ac divitiarum jactantiâ opibuſque contemptis Tertiariarum Habitum, orbata marito, ſuſcepit, & prima omnium tria vota Monaſtica profeſſa ſacræ Tertiariarum Religioni initium dedit.* Ejus exemplo quam plurimæ virgines, plurimi quoque viri diverſa erexerunt Cœnobia, ibidemque ſub Habitu & norma præfati tertij Ordinis triplici Religionis voto emiſſo religioſè convixerunt. *Ab his*, inquit, *Arturus Sacra Tertiariorum Religio ſumpſit originem anno* C 1397.

Sufficit hæc obſervatio ad probandam noſtram antiquitatem regularem: altius tamen progredimur; & indubitanter, cum Waddingo qui inter omnes Hiſtoricos Franciſcanos fide digniſſimus eſt, utpotè à toto Ordine Seraphico electus ad Annales generales accuratius typis mandandos: ejuſdem verba ſequuntur de primo B. Angelinæ Corbaræ Conventu. *Primum hoc aſſerunt fuiſſe Monaſterium ſororum pænitentium tertij Ordinis ſancti Franciſci ſub clauſura degentium: fortaſſis ita fuit in Italia, quia ex his quæ hucuſque recenſuimus per univerſum hoc opus conſtat; multa multis in locis præextitiſſe hu-* D *jus Inſtituti Monaſteria, regularibus informata diſciplinis: verum eſt ex hoc loco multas prodiiſſe aliorum in Italia Fundatrices, & ab his condita, ſubjecta fuiſſe regimini Abbatiſſæ Fulginatis Angelinæ, tamquam ſupremæ Miniſtræ.*

Urbanus V. nos confirmat Bullâ: *Cum à nobis petitur* 1367. Benedictus XII. conceſſit Patribus noſtris Toloſanis ann. 1336. Bullam *Ad Apoſtolicis ſpectat officij dignitatem.* quâ declarat eos omninò expertes erroris Beghardonum, Religioſis Tertiariis falsâ & injuſtâ accuſatione afficti. Idem egit Joannes XXII. *Sancta Romana atque univerſalis Eccleſia.* 1322.

Clemens V. examinavit diligenter noſtram

Regulam ipſi oblatam à Patribus noſtris Toloſanis, novoque diplomate, *Tenorem cujuſdam privilegij* dato 1308. illam approbavit, adjunctá Bullá Nicolai IV. cui recentis confirmationis robur adjecit, affixitque noſtri panni ſpecimen ſeu fruſtum uſque modo apud eos ſervatum. Antiquum iſtud monumentum magni ponderis eſt. At vero quid cenſebant injuſti Cenſores de formula Patris Auguſtini Rapondi qui locum tenet inter priſcos Patres noſtros Congregationis Italicæ. Quamvis jam eſſet profeſſus, vota ſua renovavit coram Epiſcopo, ut deſtrueret obſtacula ei oppoſita à quodam Viſitatore, cui ſe ſubmiſerat juſtu ſummi Pontificis Nicolai IV.

Ego Frater Auguſtinus Rapendus de Luca, indignus Sacerdos, profeſſionem meam, quam aliàs emiſi, &c. voveo quoque tertiam Regulam S. *Franciſci, confirmatam à Nicolao IV. vivendi in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Amen.* Nihil deeſt ad confirmandam hanc actionem, cui tabularum perſcriptor publicus chirographum appoſuit anno 1307. die 28. Auguſti, quæve ex actis exſcripta eſt rogatu Fratris Petri Lucenſis Religioſi tertij Ordinis. Sciendum eſt poſtquam Clemens V. condemnavit in conſilio Viennenſi Beghardorum decretali, *Ad noſtrum*, tit. *de hær. &c.* Adverſarios tertij Otdinis publicaſſe injuſtè quod hæc condemnatio pertinebat ad Tertiarios Regulares. Quapropter ipſe ſummus Pontifex Clemens V. gratuito annuens ſupplicibus libellis noſtratum Patrum Toloſanorum, innocentiam illorum acerrimè defendit, declarans Bullá, *Eſi Apoſtolica Sedis* 1319. Nullomodo Tertiarios in hac decretali comprehendi, cum immunes ſint ab omni labe ſeu nota vitij aut erroris.

Bonifacius VIII. pari nos complexus eſt benignitate ac ſui Prædeceſſores; cujus rei fidem faciunt Literæ Apoſtolicæ, *Inter cæteros Ordines* 1300. *Cupientes cultum divini amoris* 1245. Ponit noſtram omnem Congregationem, noſtros omninò Conventus immediatè ſub ſanctæ Sedis regimine ac juriſdictione.

Jam ad Pontificatum Nicolai IV. devenimus, qui confirmatá noſtrá Regulá, non ſolum Anteceſſores noſtros Apoſtolico tutatur præſidio, nec ſolum vindicat eos ab injuriis, & ab inimicorum impetu, ſed etiam apertè pluribus eos gratiis cumulat, ut verè & ſtrictè profitentes tria vota ſolemnia.

Arturus 25. Decemb. § 9. Vvadinhus 1397. § 14.

ARTICULUS VIII.

Status Tertiariorum Regularium ſub Nicolao IV.

ASCENDENDO trajecimus celeriter & fauſtè ſæcula 17. 16. 15. 14. quando nobis occurrit auſpicatò ingens ſummorum Pontificum numerus, qui nobis multum favent & ſuffragantur: Non minori ſtudio cauſam noſtram defendit Nicolaus IV.

Bulla tam celebris, *Supra montem Catholicæ fidei* 1288. nos adeo expreſſè demonſtrat regulares, tamque antiquos, ut hanc quæſtionem in dubium revocare nefas ſit: facilè concipimus hanc Bullam non in ſtatu regulari nos ponere, ſed in eo nos confirmare, velut jam pridem vota ſolemnia profeſſos, & veros regulares. Clemens V. ad ſupplicationem noſtratum Patrum Toloſanorum approbat noſtram Regulam receptam, vel etiam concinnatam ſtudioſè à Nicolao IV. Clemeos, inquam, V. approbat authentico diplomate, ubi mentionem facit Bullæ Nicolai IV. his verbis.

Tenorem cujuſdam privilegij Felicis recordationis Nicolai Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, dilectis filiis Fratribus & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum Minorum de pœnitentia cenceſſi, per nos viſi & diligenter inſpecti, de dicto originali ſumptum, ut de ipſo in poſterum certitudo plenior habeatur, præſentibus fecimus annotari, quia talis eſt. Nicolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia, tam præſentibus quam futuris, in perpetuum. Supra montem Catholicæ fidei, quam populus gentium, qui ambulabat in tenebris, diſcipulorum Chriſti ſincera devotio igne charitatis exæſtuans verbo ſollicitæ prædicationis edocuit, &c. Nos igitur Ordinem ipſum opportunis favoribus proſequi, & ad ejus augmentum benignius intendentes, ſtatuimus ut omnes quos ad ſervandam hujuſmodi vitæ formam aſſumi contigerit, atque aſſumptionem ſeu receptionem ipſorum, &c.

Regula noſtra penitus ſcripto mandatur in diplomate Nicolai IV. quo & in Bulla Clementis V. cujus originale in plumbo ſervarur apud noſtros Patres Toloſanos, datum Avenioni 3. Kalend. Septembris ann 4. Pontificatus Clementis V. Bulla verò Nicolai IV. data eſt in citate Reatioa Kal. Septembris anno ſecundo Pontificatûs ejuſdem Nicolai IV.

Silveſter Marulus Ordinis Ciſtercienſis Abbas, Doctor, Theologus Univerſitatis Meſſanenſis affirmat profeſſionem ſolemnem trium votorum ſolemnium fuiſſe in uſu jam

ſuo tempore apud Tertiarios Franciſcanos. Fide dignus eſt æquè ac Nicolaus de Alba Spina, Minor de obſervantia, cujus hæc ſunt verba expreſſa in ſui; notis cap. 4. *Nicolao IV. Sedem Apoſtolicam tenente tertius Ordo erat in ſtatu Congregationis regularis, multaque Monaſteria utriuſque ſexus continebat.*

Collector privilegiorum Ordinis Seraphici hiſce in rebus vim & auctoritatem habet: Aſſeverat Nicolaum IV. valdè faviſſe Tertiariis Regularibus. Contrà loquendo de Sæcuſaribus: *Hujuſmodi*, inquit, *Tertiarij non gaudent privilegiis temporalibus Fratrum Minorum; unde videtur quod non extenduntur communiter ad eos communicationes privilegiorum, quas fecerunt Tertiariis Nicolaus IV. & Sixtus IV. ſed ſolum intelligi debent de aliis Tertiariis, qui ſunt Religioſi.*

Cùm juxta leges exceptio firmet Regulam, conſtat ſummum Pontificem Nicolaum IV. diſtinguendo regulares & ſæculares Tertiarios, hoſque pluribus gratiis, quos illis tribuit, conſtat, inquam, inveniſſe Tertiarios regulares Franciſcanos conſtitutos jam dudum in ſtatu regulari: favores enim ſupponunt jam exiſtentiam perſonarum, quibus vult largitor eos conferre. Plurima ſpectant ad regulares, quorum ſæculares ſunt incapaces. Illuminati & ſagacis eſt ingenij probè diſcernere pretium & valorem donorum juxtà recipientium captum. Circumſpectè egit Nicolaus IV. erga noſtrum tertium, ſeu regularem ſeu ſæcularem Ordinem, dando cuilibet quod ei conveniens erat.

Conventus Sanctæ Margaritæ Romæ conſtructus fuit trans Tyberim anno 1288 pro ſororibus noſtris Tertiariis regularibus: Alius ſub titulo ſanctæ Crucis in monte Citorio anno 1300. teſte Octavio Pancitola, In Flandria Religioſi pœnitentes Congregationis Zepperem Regulam noſtri tertij Ordinis amplexi ſunt anno 1289. Non minus claruit fervor Gallorum, qui libenter & inter primos nomen dedere ſacræ huic Tertiariorum regularium Familiæ.

Bartholomæus Bechin principem in civitate Toloſana locum obtinebat. Studium ſingulare quo priſcos noſtros patres proſequutus eſt, multum ſplendoris ipſis attulit eos collocando in ſuis propriis ædibus. Perpulchræ quidem erant, nec non valdè amplæ & commodæ, diſpertitiſque regionibus diſtinctæ, quibus jungebatur ſeptum vaſtiſſimum, & maximè fructuoſum. Ibi ex una parte Religioſos, & ex altera Religioſas collocavit in variis tectis & idoneis ædificiis conſultò & datá operá fabricatis ad facilius implenda omnia Monaſtica quæcumque munia.

Quamvis Nicolaus IV. vivæ vocis oraculo vivendi eorum formam tamquam omnimodè regularem approbaverit & confirmaverit, humiliter & inſtanter poſtulaverunt

A ut idem ſummus Pontifex Literis Patentibus expreſſis hanc veritatem poſteritati notam faceret. Hic eſt ſcopus Bullæ tam celebris: *Supra montem Catholicæ fidei* 1289. quam ſæpè laudamus cujus duplicatum ſub plumbo cum ſericis funiculis in Tabulario noſtri Conventus Toloſani à Bartholomæo Bechino ædificati ſervatur.

Plura ſunt alia monumenta noſtræ antiquitatis regularis in Gallia æquè veneranda ac certa, quæ expendemus & recenſebimus deſcribendo ſingulatim quæcumque ſpectant ad Provincias Congregationis Gallicanæ. Ne igitur amplius reclament adverſarij noſtri veritati adeò dilucidæ & indubitatæ; ne ſint B amplius rebelles lumini quo ipſimet magis indies infenſi hoſtes illuſtrantur, niſi malitioſè eſſe velint cæci. Status namque regularis poſſeſſioni ſtabilitæ, & nullo modo interruptæ per quinque diverſa ſæcula 17. 16. 15. 14. 13. Nullus poteſt reluctari vel obniti poſt declarationem authenticam tot tantorumque ſummorum Pontificum.

At enim noſtra antiquitas regularis incœpit ne à Nicolao IV? Originem noſtram altius deſumimus. Alexander IV. Bulla *Pia deſideria devotorum* 1255. Tertiariis concedit privilegium quo eximuntur à cunctis oneribus quæ repugnant ſtatutis eorum à ſancta Sede approbatis. Innocentius IV. publicat nos vere eſſe regulares: dicens diſtinctè noſtram C Congregationem veram eſſe Religionem. Ad tollendum omne prorſus dubium, legatur diploma, *Ne per ſæcularia negotia* 1251.

Gregorius IX. conſcius erat omnium arcanorum ſancti *Franciſci*, qui ei penitiores animi receſſus detexerat: unde patet ſummum Pontificem loquutum fuiſſe de tertio Ordine juxta mentem Inſtitutoris Seraphici. Valdè autem dilucidat, & variis extollit præconiis Tertiarios regulares, ita ut ſucceſſores vel poſteri ad exemplum Gregorij Prædeceſſoris libenter ſe conformaverint. Nominat tertium Ordinem, & recenſet inter perfectas & veras Congregationes regulares, Bullá, *Nimis patenter*. datá, uno tantum elaD pſo anno poſt mortem Beati *Franciſci*: aſſignat Tertiariis Cardinalem Protectorem, dans facultatem Monaſteria conſtruendi, in quibus poſſint tria vota ſolemnia profiteri, regularem diſciplinam amplecti, diverſoſque favores magni ponderis illis liberaliter impertitur.

Joannes Baptiſta Confectius Libello Apoſtolicus teſtatur Honorium III. licet è vivis exceſſerit ante obitum Patris Seraphici, multum roboris adjeciſſe auctoritate ſuâ, vivæ vocis oraculo, tertio noſtro Ordini. Mentem præſertim admoveamus ad Bullam quâ Gregorius IX. ſanctam Elizabetham Hungaricam numero Sanctorum aſcribit. *Iura ſanguinis in ſupernæ deſiderium transferens voluptatis & imperfectum quid æſtimans, ſi tam viri deſti-*

tuta præſidio, ſic reſiduum vitæ decurreret, quod ſe ad iugum obedientiæ (cuius ſub lege poſita maritali, abſque ipſius præjudicio amplexatrix exſiterat) non arctaret, religionis habitum induit, ſub quo Dominicæ paſſionis in ſe celebrare myſterium, uſque in diem ultimum, non omiſit.

Quò magis attentè hæc verba expenduntur, eò magis efficaciter probant ſanctam Elizabetham filiam Andrææ hoc nomine II. Regis Hungariæ, Profeſſionem trium votorum ſolemnium emiſiſſe in tertio noſtro Ordine. Sic ſentit Wadinghus qui in margine Annalium Franciſcanorum addit è regione hujus articuli, duo hæc verba, *Fuit Religioſa.* Quis igitur audeat negare antiquitatem Tertij noſtri Ordinis regularis, cũ Elizabetha de qua nunc agitur, diem ultimum obierit 1231. quinque annis ab obitu S. *Franciſci*, qui mortuus eſt 1226. imo ex Bulla tunc citata, cum manifeſtum ſit vitam Monaſticam egiſſe, mox ut ejus ſponſus fato fuerit functus 1227. patet eodem hoc anno, ipſam intra Cœnobij clauſtra degiſſe.

Præclariſſima hæc & optima fœmina Princeps tam celebri exemplo allexit aſſeclas ſuas omnes, quæ cum eâ compoſuerunt primum Religioſarum Tertii Ordinis cœtum. Teſtes ſunt Bonfinius Hungaricæ Hiſtoriæ Scriptor, Petrus Davity, & Joannes Rocoles in Mundi delineatione. Sufficiat mihi nunc dicere, beatam Elizabetham, vivente adhuc ſancto *Franciſco*, multùm claruiſſe inter Sæculares Tertiarios, habuiſſeque que plures Fratres prævios in habitûs receptione, ſi temporis habeatur ratio: Quod verò attinet ad vota eſſentialia & ſolemnia, conſtat illam ea publicè profeſſam ſub tertiâ noſtrâ Regulâ. Nemo igitur dubitat Elizabetham præſtantiſſimum eſſe ornamentum & decus Germaniæ, cæterarumque nationum Chriſtianarum.

Wadinghus novâ ſemper ratione noſtrum propoſitum dilucidat: *Elizabetha*, inquit, *poſitis ſuper altare manibus ſolemni ac magnificâ profeſſione renunciat parentibus, liberis, conſanguineis, pompis ac vanitatibus mundi, denique voluntati propriæ, &c.* Delineat & exprimit illam in ſtatu profeſſæ Religioſæ, tam moribus quàm habitu. Deinde narrat Stephanum Regem Hungariæ vidiſſe Strigonii in quodam Monaſterio ſanctæ Elizabethæ effigiem depictam cum calceis, & abſque fune, qui ei pro cingulo erat: picturam hanc non judicavit ſatis exquiſito peractam eſſe opere, niſi pedes eſſent nudi in ſandaliis, cæteriſque inſtrueretur, quæ ſunt in uſu apud Religioſas tertii Ordinis ſtrictæ obſervantiæ.

Pater Zanetus de Utino Miniſter generalis Minorum Conventualium, affirmat noſtrum Tertium Ordinem formaliter fuiſſe regularem, jam tum à tempore Innocentii IV. qui ſucceſſit proximè Cæleſtino IV. &

A Gregorio IX. Zanetus rogabat Sixtum IV. ut vellet ſubmittere omnes Tertiarios totius orbis terrarum auctoritati Miniſtrorum Generalium, Provincialiumque conventualium, exponens Innocentium IV. ad eum modum ſe geſſiſſe, *ut Tertiarii regularibus erudirentur inſtitutis*: ſic aiebat ſummus ipſe Pontifex. Inde concludit Zanetus de Utino Innocentium IV. Tertiarios approbare tanquam perfecte Religioſos, faceturque illos velle eâ mente ſuo regimini ſubjicere.

Veritatem valide confirmant quicumque, poſtquam veritati adverſati ſunt, perperàm dicta palàm ejurant & canunt palinodiam. Sic egit Pater Bartholomæus à ſancto Fauſto Fulienſis, qui in lucem ediderat librum de
B Votis religioſis, ubi declarabat nullo modo Tertiarios Franciſcanos eſſe regulares. Contrarium propugnavit noſter Ambroſius Lexovienſis Congregationis iſtiuſmodi Tertiariorum Gallicanæ regularis, tunc Procurator Generalis in Curiâ Romanâ; propugnavit, inquam, validis adeò ac evidentibus argumentis, ut præfatus Bartbolomæus Lubens retractationem præſtiterit, quam ſubinde ad verbum de Italico exprimo.

His verbis (Regularibus perſonis utriuſque ſexus) mea mens fuit, ait Bartholomæus, *loqui eodem modo de Tertiariis Franciſcanis regularibus, qui vere ſunt & proprie Religioſi, necnon omninò diſtincti à ſæcularibus*
C *ejuſdem Ordinis. Sunt enim illi abſolute Religioſi, qui in commune vivunt, intra cœnobii clauſtra, & in obſervatione regulari, atque emittunt in ſocietate tria vota eſſentialia, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, inter manus Superioris, ſub regula à ſancta Sede Apoſtolica approbata, ſicut ſanctus Thomas recte affirmat* 2. 2. quæſt. 84. art. 7. *Tertiarii autem Franciſcani regulares omnia hæc perfecte obſervant, ſicut conſtat ex multis diplomatibus ſummorum Pontificum, præſertim Sixti IV. & Leonis X. unde ſequitur vere eſſe Religioſos, &c. Quotieſcumque igitur de illis diſſerui, ut ſtricte regulares illos conſideravi: fruuntur enim jure meritò ejuſmodi prærogativâ univerſo cum fidelium applauſu, qui illos ſummis laudibus*
D *extollunt, velut Patres eximiæ virtutis & miri ſplendoris.* Declarationes Apoſtolicæ hanc veritatem luculenter & aperte innuunt. Lectores prætereà facillime illam poſſunt annotare tertio tomo Roderici, quæſt. 72. art. 1. & in compendio privilegiorum Fratrum Minorum à Patre Hieronymo Sorbo, verb. Tertiarii, fol. 519.

Marul. Mar. ocean. Religion. pag. 259.
Compil. privil. V. Tertiarii.
Octav. Pancirol. l. de Theſauris abſcond. urbis Rom.
Vvadingh. 1235. §. 2.
Bonfinius Hiſtor. Hungar. Decad. 2. c. 2.
Petrus Davity, & Joannes Baptiſta Rocoles in deſcript. mundi tom. 2. p. 312.
Vvadingh 1228. §. 24. 1229 §. 7. 8.
Elzearius part 5. 498. 499.

ARTICULUS IX.

Notandæ quædam ſingulariter de antiquitate Tertiariormm Regularium, eorumque privilegiis.

HABET boc utique Philoſopbia Chriſti: nihil primo aſpectu contemptiùs, nihil in receſſu diviniùs: Quippe animos non ad ſitim cædis ac ſanguinis, vel ad inanis gloriæ cupiditatem, ſed ad bumanitatem ac manſuetudinem, atque ad majorem ſolidæ ac veræ virtutis adeptionem inflammat; quæque ab aliis de officio, vel oſtentationis, vel etiam animi ſæpe causâ quæruntur, ea rebus ipſis ac vitâ, quàm verbis multò libentiùs explicat. Ergo Chriſtianæ documenta virtutis, tanto & ad bene vivendum aptiora, & ad narrandum graviora cenſentur, quanto facta dictis, & pacis munera bellicis artibus antecellunt.

Ejuſmodi mirandus eſt progreſſus noſtratum Tertiariorum, qui in primatiâ inſtitutione tantùm erant Sæculares; ſine mora tamen Regulares facti ſunt, dum in unum congregati eſſentialia vota, caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis emiſerunt, non refragante sed facilè approbante Sede Apoſtolicâ: ſic agunt viri illi inclyti, qui excolendis Chriſtianorum animis navant operam: ne Congregatio tempore accedente, ſuave Chriſti jugum jucundiùs ſubeundi causâ, pereat, votis ſe adſtringunt, ut ſtrictiùs Deo adhæreant, nec à pio propoſito unquam deflectant.

Solemnitas profeſſionis religioſæ ſtabat initio firma, ſolâ Eccleſiæ tacitâ permiſſione. Verum eſt tamen ſanctos *Franciſum* Aſſiſiatem & Dominicum recurriſſe ad Honorium III. à quo obtinuernnt hanc confirmationem. Ante illos Ordinnm inſtitutores, necnon eorum alumni vota ſolemnia profitebantur, eaque obſervabant abſque hac conditione. Bonifacius autem VIII. probibuit fieri aut nuncupati Congregationes perfectè religioſas niſi imperraretur Bullâ à Sede Apoſtolica: *Attendentes*, inquit, *quod voti ſolemnitas ſola Eccleſiæ inſtitutione inventa eſt.*

Ne miremur ergo ſummos Pontifices nullo modo locutos fuiſſe in ſuis diplomatibus de Regularinm Tertiariorum inſtitutione, ſed tantùm de eorum confirmatione in ſtatu regulari. Cùm enim eſſent in formula religioſa conſtituti per tria vota ſolemnia, de tacito conſenſu Eccleſiæ, non amplius agebatur de inſtituenda Religione, ſed tantùm de confirmanda; quod omninò ſufficiebat ad plenam auctoritatem juxta priſtinum uſum.

Tertii noſtri Ordinis regularitas penitus eſt conformis eſt menti noſtri Seraphici Patris.

A Non temerè vel ex meo ſenſu profertur hæc propoſitio, oraculum eſt ſanctæ Sedis, de qno dubiare nefas. Sic declaravit Joannes XXII. Bullâ 1324. centum annis circiter ab inſtitutione Tertii Ordinis. *Inſtitutum*, inquir, alloquendo Tertiarios regulares, *à vobis cœptum vivendi ſub obedientia, ſine proprio, & in caſtitate laudabile, & valde utile, atque juxta voluntatem beati* Franciſci *approbamus & declaramus non eſſe contrarium Regulæ quam profitemini, traditam à Papa Nicolao IV. qui juxta mentem Inſtitutoris, licet voluerit eſſe communem hunc Ordinem perſonis utriuſque ſexus, non tamen prohibuit vitam perfectiorem*

B *volentibus hunc Ordinem ingredi.*

Obmuteſcant adverſarii: quicquid audeant opponere huic tam ſacro diplomati inſulſum & impium. Vicarius Cbriſti in terris, univerſæ caput Eccleſiæ nos proclamat ipſe anno 1324. veros religioſus, & tria vota ſolemnia profitenres juxra voluntarem beati Franciſci. Hujus ergo verbis contradicere, ipſam veritatem mendacii arguere eſt.

Colligimus indè ſanctam Elizabetham Hungaricam ſine dubio, Regulâ Tertiâ Sæcolarium ritè per aliquod ſparium temporis obſervatâ; amplexam fuiſſe tria vota ſolemnia, paupertatis, obedientiæ, caſtitatis, & vixiſſe regulariter cum devotis aſſeclis, juxta

C mentem Patris Seraphici, qui morti vicinus, ſuo lacero & vili, ſed ſacrato eam pallio donavit, velut puri amoris in Cbriſto teſſerâ, eique communicavit ſuum duplicem ſpiritum, ſicut Elias Elizæo; intelligendus eſt fervor Seraphicus in tertia Regula obſervanda tam Regulari quàm Sæculari. Advertendum autem quod Franciſcus anno 1226. obierit, Elizabetha verò 1231, unde liqnidò patet nos Tertiarios, ſeu regulares, ſeu ſæculares, non poſſe privari pretioſo titulo filiorum Franciſci abſque enormi injuſtiria.

Omnia igirur privilegia cæteris Religioſis conceſſa denegari non poſſunt Tertiariis Regularibus Franciſcanis, qui eis abſolutè gaudent, nullo modo excluſis aut exceptis aliis, quæ ipſi Tertio Ordini ſummi Pontifices libe-

D raliter elargiti ſunt. Id ſatis ſuperque comprobant Nicolaus V. eodemque ſtylo Sixtus IV. Julius II. Leo X. Clemens VII. Paulus IV. Pius IV. multique alii, qui evidenter attribuerunt Tertiariis Regularibus omnes immunitates Mendicantium; & non Mendicantium. Auctores miranda, Rodrig. Peyrin. citati apud Bordonum ſic cenſent, affirmantque Tertiarios ita juſtè potiri privilegiis iſtis, ac ſi eis ſpeciatim aſcripta fuerint. Mens quoque ſummorum fuit Pontificum eoſdem reddere participes gratiarum quæ dantur Minoribus Conventualibus & Obſervantinis, licet eorum tegimini non ſubderentur.

Poſito, quod certum eſt, primordia Tertii Ordinis Regularis extitiſſe in beato Fran-

ciſco Auctore, & in ſancta Elizabetha prima Profeſſa, cunctæ approbationes ſummorum Pontificum quæ ſecutæ ſunt, declaraverunt noſtram regularitatem tacitò jam conſenſu ſtabilitam Eccleſiæ, quæ ſic ſe gerebat primitùs ante conſtitutionem Bonifacii VIII. Bullæ autem omnes quæ ſuppoſuerunt profeſſionem noſtram verè eſſe Religioſam & ſolemnem, exponentes eam talem eſſe juxta priſcum uſum, illamque ut ſic confirmantes, rurſus aſcendedant & extendebant ſuam vim, ſuamque virtutem uſque ad originem. Hoc caput præſertim notatu dignum eſt, maximèque roborat noſtram antiquitatem regularem eodem momento quo pervenimus ad ejus ortum, illum ſcilicet conſiderantes in profeſſione ſolemni ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ, ejuſque fidelium aſſeclarum, quæ fuerunt Fratrum Minorum coætaneæ, *Approbatio*, ut dicunt Canoniſtæ Doctores, *facta ab aliquo Pontifice, regulæ ſeu inſtituti alicujus Ordinis, retrotrahitur ad tempus inſtitutionis ac ſi ab initio approbata fuiſſet, ut Religio.*

Hoc axioma, quamvis non neceſſarium ad noſtrum propoſitum, quod pluribus aliis validis argumentis innititur, non parvi pendendum eſt tamen; quo plures accenduntur faces, eo magis elucet veritas.

Varia diplomata, diverſis deinceps Provinciis conceſſa, æquè cæteris favent regionibus, ubi degunt Tertiarii. Quæ Galli obtinuerunt privilegia, pertinent & ad Hiſpanos, Anglos, Polonos, Italos, quandoquidem his in rebus non nationis, ſed profeſſionis & Ordinis babetur ratio, cujus ſectatores ubique earumdem gratiarum participes ſunt.

Abs re non eſt jungere quæ in veteri manuſcripto juſtiſſimæ auctoritatis ac fidei legi, ut ſequuntur. *Quod ſanctus Franciſcus hunc Ordinem inſtituerit probari poteſt efficaciter ex penè innumeris SS. Pontificum Bullis & Declarationibus, imò ex conſenſu totius orbis Chriſtiani.* Audi Dionyſium Carthuſianum, Doctorem celeberrimum, in elucidatione ſeu Commentariis quos edidit in ejuſdem Tertii Ordinis Regulam; articulo enim primo ſic loquitur: *Qualiter ille magnus ſanctus ac beatiſſimus vir Franciſcus motus fuerit ad inſtituendam tertiam Regulam, & qualiter eam inſtituerit, ex libro* de mirabilibus actibus *ejus, & ex* Legendâ *ipſius cognoſcitur.* Audi & Bernardinum de Buſtis, eximium primi Ordinis profeſſorem, inſignemque concionatorem, qui in Sermone 27. II. partis *ſui Roſarii* p. 2. de hac materiâ, ſic ait: *Dico quod Regulæ Tertij Ordinis ſancti Franciſci inventores non fuerunt Fratres Minores, non aliquis Epiſcopus, non Doctor, non Congregatio aliqua, ſed Seraphicus Franciſcus, Spiritu ſancto docente, eam inſtituit*, ut dicit Nicolaus IV. Papa, in Regulæ illius confirmatione, quæ incipit, *Supra montem, &c.* ubi ait:

A *Ideoque glorioſus Chriſti Confeſſor beatus Franciſcus hujus Ordinis Inſtitutor, &c.* Et paulò poſt idem de Buſtis: *Hujus autem*, ait, *Regulæ inſtitutio fuit prophetali Spiritu prænunciata, divinoque oraculo revelata, & Papali teſtimonio commendata*, quæ quidem omnia per ordinem demonſtrat in conſequentibus. Audi, ſi vis, adhuc & Magiſtrum Bartholomæum Piſanum relatum ibidem ab eodem de Buſtis, qui in libro *Conformitatum ſancti Franciſci ad Chriſtum*, ſic habet: *Ipſe Dominus Ieſus de ſeipſo ait*, Joan. 5. EGO SUM VITIS VERA: *Et ſimiliter beatus Franciſcus dicere poteſt illud*, Eccli. 24. EGO QUASI
B VITIS FRUCTIFICAVI SUAVITATEM ODORIS, ET FLORES MEI FRUCTUS HONORIS ET HONESTATIS. *Hæc enim Vitis* (ſcilicet B. Franciſcus) *emiſit tres Propagines, id eſt, tres Ordines, à quibus multi flores & fructus ſuaviſſimi emanârunt.*

Nihil intereſt objicere Patrem Seraphicum attendere ſolùm ad Tertiarios Sæculares: cur non, quæſo, ad Regulares? Solius eſt ſanctæ Sedis Apoſtolicæ illud enucleare & explicare, quod ritè fecerunt plures ſummi Pontifices, præſertim Leo X. cujus nos Tertiarii Franciſcani reformationis Gallicanæ expoſitionem amplectimur, cùm diſtinguens, ut ipſe ait, pretioſum à vili Religioſos & Sæculares approbè erudierit iis omnibus quæ ſingulatim
C cuilibet conveniunt ſtatui.

Bonifacius VIII. cap. unic. de voto.
Mirand. l. 1. q. 36 art. 4.
Rodrig. l. 3. q. 73 art. 1.
Peyrin. tom. 1. ad conſtitut. Sixi IV. n. 38.
Bordonus tom. 3. reſol. 87. q. 5.
Pariſ. part. 1. Conſil. 19. n. 37.

ARTICULUS X.

Auctoritas Patrum Pœnitentium admittendi Sæculares ad Tertium Ordinem.

IIs æmulamur, qui ea habeant, quæ nos habere cupimus. Facultas recipiendi Sæculares ad tertium Ordinem nobis Tertiariis Regularibus apprimè competit. Sic decre-
D vere ſummi Pontifices, & ſic uſus invaluit ab origine ad noſtram uſque ætatem: non defuere tamen adverſarij, qui eam facultatem noſtratibus Tertiariis adimere, ſibique audacter arrogare voluerunt. Doctè & fortiter reſponſum fuit ejuſmodi conatibus vanis & irritis. Eorum ſcripta, damnata & cenſurâ notata Romæ fuerunt. Noſtra autem reſponſio laudibus digna viſa eſt. Hæc controverſia fauſtè nobis ceſſit, adeo ut juri noſtro robur novum adjecerit, poſſimuſque nunc illo uti effato vulgari: Quam malè comparatum eſt, ij qui minus habent, ut ſemper aliquid addant divitioribus: ij nempè qui modico aut fortè nullo jure potiebantur,

bantur, noſtrum jos ſuâ nimis acti pugnâ auxerunt & inſtauraverunt.

Lex, poſſeſſio, uſus continuus & ſine intermiſſione, Eminentiſſimi Cardinales, ſummi Ponrifices illud confitmant. Lex primò nobis facultatem concedit dandi Habitum Tertiariis ſæcularibus, eoſque ad Profeſſionem admittendi. Duplicem habemus legem, Regulam & Statuta. Regula capite ſecundo præcipit, *Miniſtros Tertij Ordinis de conſilio Diſcretorum poſſe admistere ad Habitum & Profeſsionem eos qui præditi ſunt conditionibus requiſitis, prohibet quoque eos aliser recipere.* Statuta verò hæc verba continent: *Ad santi Patris imitationem ſæculares utriuſque ſexus recipiemus.* Quid juſtius, quidve magis cettum & evidens ad commendationem Religioſorum, quam obſervare Conſtitutiones & Regulam, inſiſtere veſtigijs & exemplo Auctoris ſui, ejuſque prorſus mentem ſequi?

Secunda ratio petitur ex antiqua & continenti poſſeſſione, in quam Seraphicus ipſe Patet nos indnxit, dum Beatum Bartbolomæum cooptans in numerum Tertiariorum Sæcularium, illi poteſtatem impertivit alios aſcribendi. Antoninus Archiepiſcopus Florentinns, omneſque Frattum Minorum Hiſtorici aſſeverant unanimitet *Franciſcum* revera ſuum in locum ſuffeciſſe Bartholomæum, & ſubrogaſſe in omne ævum, ut Tertiarios dirigeret cum plenitudine joris, cujus nos quoque *Franciſcus* legitimos conſtituit Succeſſores.

Tertiò, ptaxis continua ſine ulla minimi temporis interruptione multum nobis favet. Coæva eſt ipſi legi, & antiqua petinde ac ejos origo, quando Bartbolomæus, de quo nunc ſermo erat, hoc iniit regimen, juſſu Patris Scraphici: unde probatur jam tunc extitiſſe Tertiariorum ſæculatium Congregationem, ipſoſque ex eo die Præpoſitum habuiſſe, cui ſubdebantut. Beatæ Roſæ Viterbienſi gravi laboranti morbo apparuit ſacta Virgo Maria, illique juſſit Deo dicare ſe in Tertiariorum cœtu: vix priſtinæ valetudini reddita erat, cum Beata Zita ſorotum Tertiariatum Ptæfecta illam ad Habirum admiſit publieê Viterbij in Templo Parœciæ, vulgò nuncupatæ de Beata Maria, teſte Wadingho.

Clemens V. ſæculo xiv. noxarum Indulgentiam concedit ijs omnibus qui legunt ant audiunt Regnlam noſtram: Pontificium diploma datum fuit, Petro Romano, ſummi Pontificis Eleemoſynario, Miniſtro & Præſide Tertiatiorum Romanorum, nobili quoque Piſano, qui præerat Tertiarijs Piſanis, cujuſque nomen erat *Nero*, ſuppliciter & enixè poſtulantibns. Joannes XXIII. xv. ſæculo, ſtatuit abſolutè Bullâ, *Perſona vacantes*, Tertiarios utriuſque ſexus poſſe in-

A dui, & ad Profeſſionem recipi *per Miniſtrum tantum*, cum ejus commodum erit, quo deficiente, Præfecta à Sororibus electa abſentis vicem implebit. Summus Pontifex addit: *prout de eorum Regula & antiqua conſuetudine habebant, etiam deinceps haberent ſemper unum Miniſtrum de Fratribus ipſis.* Quæſtionem propoſitam accuratè diſcutiamus. Summus Pontiſex decetnit *antiquam Conſuetudinem*, juxta verba ipſius Regulæ, diligenter obſervandam, ſcilicet *Miniſtrum Tersiariorum ab ipſis, & ex ipſo tertio Ordine eligendum.* Sæculo xvi. Paulus III. Bulla *Ad uberes fructus*, decimo ſeptimo Paulus V. & Urbanus VIII. boc dectetum confir-
B marunt Literis Apoſtolicis.

Diplomata Pontificia evidentet & mirificè oſtendunt Patres Pœnitentes, *ſecundum Ius Pontificium* poſſe admittere ſæculares ad Habitum & Profeſſionem tertij Ordinis. Antonius de Tablada, Religioſus Tertiarius, & totius Congregationis Vicarius Generalis obtinuit anno 1526. Bullam à Clemente VII. cujus verba hæc ſunt: *Declaramus & volumus auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, Fratres Moniales & Sorores, aliaſque perſonas utriuſque ſexus, quæ ſunt in mundo, obedire in iis omnibus quæ ſpectant ad Ordinem de Pœnitentia, Patri Antonio, & Vicario generali tertij Ordinis, qui locum ejus tenebis, ejuſque ſub obedientia vivere: Vo-*
C *lumus etiam eumdem Antonium, Vicariumque generalem bujus ſucceſſorem, identidem & ſubindè ſoli ſanctæ Sedi ſubjici, nulliſque aliis, durante triennio; eum inſuper ſolum, aut alios ſolos ab illo deputatos ad tempus, poſſe recipere perſonas utriuſque ſexus inter Fratres & Moniales & Sorores bujus Ordinis, eaſque ad Profeſſionem admittere. Volumus tandem perſonas aliter recipientes habitum, aut profitentes Ordinem Pœnitentiæ non cenſeri inter Frasres Ordinis, nec gerere ejus Habitum.* Ex in negorium demandat Patri Antonio de Tablada, ejuſque Definiroribus conficiendi Statuta in proximo generali Capitulo, tam pro Tertiariis ſæcularibus quam pro regula-
D ribus utriuſque ſexus. Ptobibet denique fratribus Minoribos ſub pœna Excommunicationis, *ipſo facto*, viſitare, aut moleſtiâ afficere Fratres & Sotores de Pœnitentia, vel impedimentum afferre, quocumque modo, viſitationibus, correctionibus, aliiſque actis Juriſdictionis ad Vicarium Generalem pettinentibus. Præterea Clemens VII. detogat diverſis nominatim clanſulis, omnibus decretis, quibus Sixtus IV. Julius II. Leo X. Adrianus VI. alijque ſummi Pontifices prædeceſſores aliquid contrarium ſtatueranr.

Anno 1547. Paulus III. Bullâ, *Ad uberes fructus, quos tertius Ordo S. Franciſci* verbis conceptis paternam in nos benignitatem demonſtrat, Jus noſtrum confirmando di-

verſis rationibus quæ illud ampliant. Approbat poſtremi Capituli generalis ordinationes in tres partes diſtributas. Quædam conveniunt Religioſis viris Tertiariis ; quædam Monialibus , quæ voto ſe obſtringunt exigendi vitam intra Cœnobij clauſtra ; Denique aliæ attioent ad eos qui in ſtatu ſæculari vel cœlibes , vel conjugati , aut ſacris initiati rem familiarem gerunt & adminiſtrant. De his ultimis ſic loquitur in Regula : *Poſtquam per unum integrum annum Fratres & Sorores Habitum detulerint , ſi converſatio laudabilis fuerit ad Profeſſionem dicti Ordinis admittentur ab eo ſolo , qui facultatem acceperit à Miniſtro generali, Religioſo Tertiario, & non per alios.*

Paulus V. evidentiori modo & fortiori
,, ſuum aperuit ſenſum , Bullâ. Quæ pro au-
,, augenda Chriſti fidelium Religione, &c.
,, 1613. 14. Martij. auctoritate Apoſtolicâ &
,, tenore præſentium concedimus & permit-
,, timus Provinciali , & omnibus Gardianis
,, Conventuum Fratrum Reformatorum ter-
,, tij Ordinis ſancti Franciſci , Regni Galliæ,
,, ut poſſint liberè & licitè recipere ad ob-
,, ſervantiam Regulæ , confirmatam per Ni-
,, colaum IV. Prædeceſſorem noſtrum , &
,, admittere ad Habitum omnes quaſcum-
,, que perſonas utriuſque ſexus. Volumus
,, etiam perſonas ſic admiſſas frui cunctis
,, privilegiis & gratiis , quibus fruuntur per-
,, ſonæ admiſſæ ad hunc Ordinem , in aliis
,, regnis & provinciis. Declaramus inſuper
,, præſentes validas eſſe, firmas & efficaces,
,, pleniſſimèque valere uſquequaque in favo-
,, rem Fratrum Reformatorum hujus Con-
,, gregationis ; nullumque eſſe & inutile,
,, quidquid in contrarium fiet à quocumque,
,, & ſpeciatim derogare omnibus Conſtitu-
,, tionibus , Privilegiis & Literis Apoſtolicis.

Notentur præſertim verba ſequentia quibus ſummus ille Pontifex prohibet Fratribus Minoribus ; *Ne quemquam Habitu Tertiariorum ſæcularium abſque* Provincialis *regularium Tertiariorum conſenſu veſtiant vel eos recipiant.* Fatendum eſt Jus noſtrum validiſſimis inniti fundamentis, multumque nobis eſſe honorificam ejus poſſeſſionem , cæteris eo jure excluſis. Hæc Bulla data de conſenſu Miniſtri generalis trium Ordinum Seraphicorum, ita confert ad gloriam noſtræ Congregationis , ut multi Superiores Conventuum Fratrum Minorum de Obſervantia, inter alios Galli , ſtrictè obtemperaverint, petentes à noſtro Provinciali licentiam recipiendi ad Habitum & Profeſſionem tertij Ordinis ſæcularis.

Nihil attinet hîc commemorare decreta Eminentiſſimorum Cardinalium , quæ ſemper ſunt conformia declarationibus Sedis Apoſtolicæ. Quatuor decreta valde nobis favorabilia minus tribus annis emanaverunt ex Cardinalium Congregationibus. Primum 24. Novembris 1653. Secundum 15. Maij 1655. Tertium 5. Junij 1655. Tria hæc pronunciata ſunt à Congregatione Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum, fueruntque confirmata Litteris Apoſtolicis anno 1655. Quartum decretum fit 9. Junij 1656. à Congregatione negotijs Epiſcoporum & Religioſorum præpoſita contra quoſdam , qui Juriſdictionis ſuæ fines tranſgreſſi , de jure noſtro dejicere nos injuſtè nitebantur. Quis ſatis obcœcatus , aut luminum exſors poteſt hanc veritatem impugnare , vel in controverſiam vocare ? lege , poſſeſſione , uſu continuo, ipſis denique ſummis Pontificibus faciem præferentibus , radioſa & plena lux affulget.

ARTICULUS XI.

Patres Pœnitentes ſuo Habitu poſſunt induere Patris Seraphici effigiem.

PROPONUNTUR ſæpe numero quæſtiones , quę licet inutiles primo aſpectu videantur , magnam nihilominus afferunt utilitatem , ijs qui præclarè ſe in omnibus gerunt , univerſarumque rerum ſcientes eſſe volunt. Hujus articuli frons nullum pollicetur emolumentum niſi diligenter enuclearetur : Nil enim, aut minimùm refert ſcire an noſtram ſancto Franciſco poſſimus veſtem adhibere , nec ne. Si de noſtra vera poteſtate conſtat quid aliorum intereſt , notum illis facere ? Libens tamen hujus propoſitionis defenſionem amplector , quoſdam repugnantes retundendi gratiâ , qui expromunt & garriunt inconſultè , quicquid in buccam venit. Quò magis hæc repugnantia illis probro vertitur , eò magis laudandi ſunt filij qui reddunt parenti ſuo habitum quem ab illo acceperunt , cujuſque formam & materiam ipſe illis præſcripſit.

Certum eſt ex capite ſecundo Regulæ Patrem Seraphicum his omnibus proſpexiſſe : *De vili panno* , inquit loquendo de Habitu, *arbitrio Viſitatoris eſſe debet* , Statutis cætera fuſius explicantur. Cum igitur noſter Inſtitutor , Majoreſque noſtri tantam cautionem adhibuerint ad nos veſtiendos, haud dubiè veſtis noſtra ſummè arridet B. *Franciſco* in imagine, ſeu penicillo efficta , ſeu ſculptili , aut typis expreſſâ. Graves quidam Auctores aſſerunt ejus Capitium noſtro eſſe conforme ; verum etiam Habitus primorum ejus diſcipulorum , ut deſcribitur ab Angelo Clareno , proximè ad noſtrum accedit. Non ei ſanè diſplicet , in figura planæ aut jacentis picturæ , vel aliter elaboratâ , veſtimentum , quo ipſe , ejuſque Sectatores primarij amanter uſi ſunt.

Sanctus Martinus Chriſtianæ fidei candi-

datus; qui ad militiam nomen ediderat in exercitu Imperatoris Juliani apoſtatæ; abſcidit promptè chlamydis partem, quam pauperi ſtipem egenti citò tradidit. Jeſus Chriſtus tanti fecit hanc eleemoſynam, ut ſibi ipſi erogatam æſtimaverit, illamque oſtentans coram Angelis exclamaverit: *Martinus adhuc Catechumenus hâc me veſte contexit.* Charitas potuit ſubſtrictius ſagulum militis conſecrare, illudque reddere ornamentum Corporis Chriſti dignum, quâ ergo ratione credemus Patrem Seraphicum aſpernari veſtiarium ordinis Pœnitentiæ ſymbolum, cujus ipſe eſt auctor?

Nimis ſeriò agimus de re frivolâ & jejunâ, quæ cum in diſputationem vocanda non ſit, ſolo contemptu eſt refutanda, & joculari cavillatione. Illuſtris quidam inter Gallicos Antiſtites, à Patre Auguſtiniano ſciſcitatus eſt, qua de re ſanctum Auguſtinum, ejus alumni religioſi veſtirent pari & ſimili modo ac ſeipſos reſponſio fuit ingenioſa & honorifica, „ perinde ac ingenua & facete: Illuſtriſſime „ Domine, aiebat, omnes graviade cauſâ mi„ rantur poteſtatem pictores ſibi uſurpare, „ Petrum Apoſtolorum principem depingen„ di, & cæteros Chriſti diſcipulos ludicro & „ miſcello genere variiſque exprimendi colo„ ribus arbitrio ſuo, & impunè, pallam eorum „ ſcilicet coloribus cæruleo, cinereo, luteo, „ viridi, nemine tamen contradicente.

Quis neget nos meritò poſſe Beato *Franciſco* habitum noſtrum inducere pœnitentiæ charactere notatum, quam tantoperè amavit, prædicavitque ferventer verbo & exemplo? Sic omnino ſe gerunt omnes Congregationes erga parentes ſuos & inſtitutores. Itane tandem, pictoribus moroſis, qui inania multa, falſaque fingunt animo, licebit ridiculum nautæ ſagum ipſis Apoſtolis adhibere; illicitum vero erit religioſis pœnitentibus conditori ſuo *Franciſco* pœnitentiæ veſtem & teſſeram aptare, à ſummis Pontificibus approbatam? Quis non nobis id laudi potius, quam vitio vertendum putet?

Ne ſimus tamen ſententiæ noſtræ juſto addictiores, neve mentem mutemus: demus locum ſoli amicitiæ & charitati, quæ tantas habet prærogativas, quantas non queo dicere. Vocat illam Paulus *ſocietatem Spiritus*, Philip. 2. Ut pote quià nihil aliud eſt amicitia chriſtiana, niſi omnium divinarum, humanarumque rerum, cum benevolentiâ & charitate, ſumma conſenſio. Præclarum quidem indumentum erat interius Seraphici Patris noſtri, quo ipſe peroptabat alumnos ſuos ornari. Regno igitur pacis nobis adveniente à Deo, qui ejus auctor eſt, fateamur *B. Franciſcum* verum paupertatis amatorem dediſſe libenter tunicam palliumque, aliis qui malè veſtiti ei occurrebant, quorumque vili amictu ſe tegebat.

A Ipſo in exordio Ordinis Seraphici unus tantum erat Fratrum Minorum cœtus. Diverſæ Congregationes Cordigerorum, Soccolantium, Conventualium, Obſervantinorum, Capucinorum, Recollectorum deinde ſunt inſtitutæ. Quamvis in earum primordiis habitus non eſſet valde conformis, modo pannus eſſet rudior, & coloris cinerei, forma inculta, & ſine arte, facilè diſcernebantur à cæteris ordinibus. Probatur hoc manifeſtò pictis effigiebus, operibuſque ſtatuariis, ac omnibus antiquis & obſoletis monumentis, ubi videntur capitia *B. Franciſci* ejuſque ſectatorum plus minuſve rotunda vel aculeata, plus minuſve exigua vel profunda. Attenebant præſertim ad adipiſcendam ſanctitatis perfectionem, non ſatagentes circa exteriora.

Objicitur capitium *Franciſci* nullo modo orbicularum fuiſſe, qui nec ipſe unquam geſſit ſcapulare acuminatum à fronte & à tergo, item ut religioſi pœnitentes: at enim Pater æternus eſtne ſenex, ſuntne illi crines cani, aut barba ingens & longa? Angeli ſuntne alati: Eccleſia tamen approbat eorum imagines pictas eo modo & ſculptas, unde fideles multum hauriunt conſolationis ob myſteria his ſignificata figuris: denique juxta verba Chriſti, *Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plusquam veſtimentum?* Math. 6. Veſtimentum, inquam, cujus modica pars eſt C capitium: Si de barbâ loquamur, fateri debemus, quamvis non eſſet corporis pars, eam tamen corporis eſſe ornamentum naturale. Minus igitur alienum & inconveniens eſt aliquid mutare in capitio & veſte, quam in barbâ *S. Franciſci*: quidam nihilominus Fratres Minores illi abradunt barbam; alij barbatum illum exprimunt. Nonne Tertiarij juſtius effingunt & accomodatius Patrem Seraphicum indutum capitio & habitu pœnitentium, quam cæteri qui eundem non ſolum veſtiunt, ſicut & ipſi veſtiuntur, ſed etiam aut imberbem, aut barbâ prolixâ præditum faciunt: imo quoque aut ænobarbum, aut incaneſcentem?

D Quamobrem Eminentiſſimi Cardinales ſacræ Rituum Congregationi Præfecti ſapienter decreverunt 2. Auguſti 1659. Pœnitentes Tertij Ordinis Gallicani *non eſſe moleſtiâ afficiendos in detentione imaginum quæ referunt B. Franciſcum pœnitentiæ veſte amictum*: eo magis decretum iſtud æquum eſt, quo validioribus innititur fundamentis. Potiſſima ratio eſt poſſeſſio tam antiqua, ut ejus principium ignoretur à noſtri ævi mortalibus, qui hunc uſum ſemper notarint & adhuc advertunt in noſtris templis novis & priſcis. Idem obſervatur in externis, ut in pago quem communiter vocant, Caudebequetum, prope Calidobeccum, in æde ſuccurſali portugratianâ Deo dicata ſub ti-

tulo *S. Franciſci*, tandem in æde curiali, viculi vulgo dicti, Bailloli, Diœceſis Rothomagenſis, & in pluribus aliis. Teſtificationes cautè ſervantur in tabulario noſtro.

Iſta omnia diverſa veſtimenta optimè cedunt venerationi Patris Seraphici, apud quem nullius eſt ponderis, quocumque habitu induatur; Cordigeri, Recollecti, Capucini, an Pœnitentis: zelus menſque filiorum illi curæ ſunt, qui nil aliud magis ambiunt quam cenſeri & locum obtinere inter veros & legitimos ejus ſectatores. Gaudent utiquè & ſanctè gloriantur aſcribi in ſacram ejus familiam, dum veſte utuntur Seraphici Patris & Pœnitentiæ deſcripta ſymbolis. Hæc omnia meliores habebunt exitus, ſi diſceptatione finita de habitus forma, quiſque conetur Seraphicis virturibus ornari.

Quæſtio hæc improbatur prorſus ab Apoſtolo, eſtque in numerum earum aſciſcenda, quas ipſe Timotheo & Tito præcipit abjicere. *Stultas*, ait, *& ſine diſciplinâ quæſtiones devita*. 2. Timoth. 2. *Stultas quæſtiones & genealogias, & contentiones, & pugnas Legis devita: ſunt enim inutiles & vanæ* Tit. 3.

Alexander magnus, nt ſibi conciliaret benevolentiam Perſarum, ritu eorum veſtiebatur. Franciſcus I. Rex Galliarum, ut heluetiis ſe accomodaret, fœdere cum illis ſancito, gerebat publicè, eorum more, thoracem latum & amplum, manicas apertas, & divulſas, denique heluetici moris ſub ligaculum & braccas: ut aſſentaretur genti impolitæ & incomptæ, diſcedebat libenter à ſcita morum urbanitate & elegantia Gallorum: multo magis credibile eſt B. *Franciſcum* pergratum habere pium auſterumque pœnitentiæ apparatum. Qui igitur in crimen vertunt quod gloriæ nobis eſſe debuit, ſunt ipſimet vituperandi. Nonne laude digni ſunt filii, qui ita conantur reſpondere parenti foris & intus; ut gutta guttæ non ſimilior ſit, aut lac lacti.

Rectum igitur & decorum eſt Religioſos tertiarios conſtanter tenere habitus formam, quam receperunt à Patre *Franciſco*, quam que merito adhibuerunt ejus imaginibus ad noſtram uſque ætatem, & in hanc horam. Non abs re eſt breviter & tanquam curſim rationes perſtringere de habitu Religioſo. Quam vis habitus non faciat, tamen denotat Monachum, & diſtinguit a cæteris extrinſecùs; ſicque multùm confert ad Religionis decus. Eccleſia militans *terribilis eſt ut caſtrorum acies ordinata:* Cantic. 3. Ubi cohortes, legiones, phalanges, ſua quæque habent vexilla & ſigna, quibus ſpeciatim dignoſcantur. Eccleſia triumphans ſuas habet peculiares manſiones, ſuos gloriæ diverſos gradus ad electos coronandos.

Ne dicas veſtimentum exterius eſſe, cum externus cultus verus, & non ſimulatus, aut A fallax, ex interiori ipſo cultu effluat atque derivetur. In genis ſedes pudoris eſt, & ſicut pudor ab innatâ animi ingenuitate ortus genis infunditur, eaſque grato quodam rubore afficit; ſic animi interior ſpecies honeſta atque præſtans corpus ipſum, corporiſque actus atque motus omnes decentes effingit.

Ex quo ſatis apparet quam graviter illi errent, qui hujus externi cultus nullam rationem, aut ipſi habeant, aut ab aliis habendam eſſe ducant. Nam licet interdum accidere poſſit, ut qui omni ornatu interiori, omnique animi virtute ſit vacuus, extrinſecus tamen ſatis honeſtè affectus & cultus B appareat; profectò nunquam eveniet. Ut qui veris virtutibus animum inſtructum habeat, ejus ſit inculta, aut inconcinna, hoc eſt, indecora, & a rationis præſcripto abhorrens exterior ſpecies. Perſiſtent ergo firmiter Religioſi Tertiarij in ſui habitus detentione; tùm pro ſuo uſu, tùm in effigiebus Patris Seraphici.

ARTICULUS XII.

Progreſſus Tertij Ordinis Regularis.

ANTONIUS a Sillis olim Regularium Tertiariorum miniſter generalis meri C tiſſimus, & celeberrimus ſcriptor, de iſto progreſſu ſic loquitur: octum ducentes, inquit, à Sancto *Franciſco*, non per longum temporis ſpatium manſimus in ſtatu ſæculari, qui cupro, ſtanno, aut cuidam metallo vilis pretij comparatur; quandiu quiſque Tertiariorum vitam agebat privatam. Verùm mutatus eſt ſtarim in argentum, dum Tertiarij ſocietatem inierunt, ad exemplum priſcorum Chriſtianorum, inter quos ferventiſſimi quidam adjecerunt aurum votorum paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ: Tandem gemmæ, religionis perfectæ & à ſanctâ Sede approbatæ, appoſitæ fuerunt. Unde oritur ſumma ordinis D regularis perfectio. Plures aliæ congregationes de noſtrâ oriundæ, eâdem viâ, progreſſæ ſunt: nec miror: ſcitum eſt enim, juxta ſapientes, periculum ex aliis facere, tibi quod expediat. B. Carolus de Monte-Garnello, & Galterius de Marzo Tertiarij Franciſcani, omnis humani conſortii exſortes vitam per aliquod tempus traduxerunt; Deiu ſub regulâ Sancti Auguſtini inſtituerumt in Italiâ Congregationem Feſulanam, quæ vocatur communiter ſtirps Hieronymitarum. Diſcipuli B. Thomæ de Neuceriâ, verique noſtri Terrij Ordinis ſectatores confecerunt in Hiſpaniâ cœtum regularem, quem adlegerunt inter collegas Sancti Hieronymi.

Sancta Franciſca Romana devotas plures

alumnas unum in locum convocaverat, quæ tandem ordinem ſancti Auguſtini ſunt amplexæ, poſtquam earum inclyta mater longius vixerit ſub regula noſtra, cujus leges fundamenta fuerunt ipſius Franciſcæ perfectionis. Sancta Coleta collapſam familiæ religioſæ clariſſarum diſciplinam, in integrum reſtituit, illamque revocavit in ſplendorem priſtinum: ignis iſte divinus incœperat accendere Coletam, dum adhuc profitebatur ſola vota tertiariorum ſæcularium. Idem aſſeveramus de S. Birgitta, Sueciæ Regina, quæ ſuum ordinem fundavit cœleſtis flammas amoris hauriens de noſtræ Congregationis fontibus, cui nomen dedit per multos annos. Non deſunt auctores qui hoc affirmant de Ignatio B Loyola perilluſtris Societatis Jesu conditore, cujus ſanctitatis initia exoriuntur à noſtrorum tertiariorum ſæcularium regula. Probatur ex ipſius canonizationis Bulla, ubi habentur hæc verba: *Aſpera talari tunica indutus, ſine præcinctus, nudo capite, baculum manu geſtans*, è MonteSerrato exivit: cingulum hujuſmodi teſſera eſt Seraphici Patris ſectatorum. Et verò Ignatius totius vitæ noxis confeſſione ſacra expiatis apud Patrem Franciſcanum in Eccleſia B. Virginis de Monte-Serrato enſem ibi Balteumque reliquit, & ſtatim ſeceſſit in ſpeluncam Marreſæ, ubi per tres annos vitam exegit priſcorum Tertiariorum quorum habitum receperat à ſuo C confeſſario, cujus inter manus profeſſionem eamdem emiſerat.

Compoſuit in iſta ſolitudine mirabilem exercitiorum librum; vigiliis & jejuniis, aliiſque aſperitatibus vires proprias atterens operam eminentiori contemplationi dedit. Gloriatur utique Patriarcha Seraphicus, ſe tantum tamque eximium habere diſcipulum, qui magiſter eſt innumerorum Jeſuitarum ſumma virtute, egregiaque doctrina præſtantium. B. Angela à Dizenzano, vel Merycio profeſſa eſt noſtrum Tertium ordinem, eſtque inſtitutrix Religioſarum Urſulinarum Brixiæ in Italia.

Quam dives & præclarus ſit fons gratiarum ordo noſter, ex amplitudine & ubertate fluviorum patet, qui ex eo oriuntur. Cu- D juſlibet ævi ſua ſunt miracula. Inſtitutione Tertiariorum Franciſcanorum nil exilius in origine, nil luculentius in progreſſu: novos in dies effundit, & magis emicantes radios. Sic ſe habent omnia quibus Deus digitum ſuum altius imprimit. Nunquàm ita benè ſubducta ratione ad vitam ſanctè peragendam diſpoſitio fuit, quin res ætas, & uſus ſemper aliquid apportent novi, aliquid moneant; ut illa quæ te ſcire credas, neſcias; & quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Plus curioſi & ſcientes proficiunt experientia, quam ipſa rerum ſcientia & cognitione: magis pariter res Chriſtianæ creſcunt, & fiunt celebriores decurſu temporis, eventibus adverſis A æquè ac proſperis. Sic toto orbe terrarum claruerunt Tertiarii Franciſcani, accedentibus annis, quibus plures aliæ Congregationes à noſtratibus Tertiariis originem ſumpſerunt.

Sufficiat nunc oſtendere noſtræ Congregationis regularis ortum, progreſſumque per omnes Provincias Chriſtianas.

Anton. à Sillis in regul. 3. ord. præl. 3.

ARTICULUS XIII.

Congregatio Italiæ.

Congregationum diverſitas Tertij noſtri Ordinis regularis cauſa eſt & probatio manifeſta progreſſus ipſius, & amplificationis propagari ſunt eos modo ordines illuſtriore quamvis S. Benedictus unam tantum compoſuerit regulam, dividitur tamen ejus ordo in varias propagines, diverſis conſtitutionibus. Numerantur inter diſcipulos tanti Patriarchæ Patres de Monte-Caſſino, de S. Juſtina, de Monte-Serrato, de Cluniaco, de S. Mauro, de ſancto Veneto; Patres etiam Camaldulenſes, Vallis-Vmbroſæ, Carthuſiani, Ciſtercienſes. Quid dicemus de regula S. Auguſtini? nonne ſub ea militant egregiè, mirandaque operantur Canonici regulares, Eremitæ, diſcalceati, Congregatio Dalmatica, Dominicani, ſive Fratres Prædicatores, Servitæ, Hieronymitæ, religioſi ſancti Antonii, multique ordines militares?

Si conſideramus regulam Seraphicam, licet unica, fundamentum nihilominus eſt, & viæ cœleſtis Dux Conventualibus, Obſervantinis, ſeu Socolantibus, Capucinis. Recollectis, Diſcalceatis Hiſpanicis, qui ſubmittuntur tribus diverſis generalibus miniſtris: quamvis diverſæ ſint copiæ, diverſæ cohortes ob ſtatutorum diſtinctionem; unum tamen ſacrum exercitum conſtant; & conſcribunt ad Dei gloriam promovendam, proximique ſaluti conſulendum.

Inde patet differentiam Tertiariorum Franciſcanorum regularium multum conferre ad hujus ordinis ſplendorem & propagationem. Hoc autem poſito, quod hujuſmodi Tertius ordo plures habuerit miniſtros generales etiam ab incunabulis, nulluſque eorum unquam auctoritatem ſuam in omnes orbis Chriſtiani partes protulerit, incipio narrare quæ ſpectant ad Congregationem Italicam, vulgò nominatam, de Longobardia, quoniam in ea Provincia nata eſt & floruit. Joannes vigeſimus ſecundus illam illuſtravit & roboravit Bulla valde celebri, cujus hæc ſunt prima verba, *Altiſſimo in divinis obſequiis*, de quâ jam locuti ſumus; ubi Summus ipſe Pontifex apertè declarat inſtitutionem Tertii Ordinis regularis eſſe conformem menti Patris Seraphici.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Primi profeſſores hujuſmodi Congregationis regularis Iralicæ vivebant Solitarii, degebantque in deſertis: nec erat tamen inter eos ulla omnium rerum communitas: Conventus illorum quamvis tegulares, nec domicilii, nec menſæ, nec cæterorum Communione juncti erant. Quamvis ſubjicerentur aliquando viſitatori eis præpoſito & determinato à Nicolao IV. Summo Pontifice, adetat etiam iis ſcorſim ſuperior localis, qui cujuſlibet domus curam gereret. Adverſarii noſtri Ordinis id unum intendebant, ut profeſſio ſolennis & religioſa non valeret apud nos: Conabantur itaque ſupprimere dignitates generales, quæ ſupponunt & confirmant ſocietatem regularem; ſicque metas ponebant amplificationi Tertiariorum regularium.

Tandem Nicolaus V. volens noſtram Congregationem obfirmare, diploma Patribus noſtris Italicis, *Paſtoralis officij*, conceſſit anno 1447. eis permittendo tranqnillam poſſeſſionem Conventuum jam extructorum, conſtructionem novorum, Sacramentorum adminiſtrationem, Capitulorum generalium celebrationem, Vicarii generalis, & quatuot definitorum electionem ex ipſorum ſocietate, qui ſtatuta conficerent. Dein Summus Pontifex Epiſcopo Eugubino primum Capitulum generale anno 1448. celebrandum in urbe de Monte-falco, diœceſis Fuliniensis, mandavit & commiſit.

Antonius à Sillis aſſerit, in veteri manuſcripto tabularii noſtri Conventus Romani ſanctorum Coſmæ & Damiani, legiſſe quod Pater *Bartholomæus de Bonamatis* in primum generalem hujus Congregationis electus fuit; Adjuncti ſunt ipſi in definitores per Canonicam electionem *Pater Franciſcus Genüenſis*, *Antonius Laurentii*, *Honorius Mediolanenſis*, *Stephanus Piſanus*. Hujus auctoris teſtimonium adeo certum, & locuples eſt, ut nemini liceat illud in dubium revocare, cum de Antonii à Sillis virtute, doctrina, & laudibus omnium ſit fama conſentiens. Evectus enim in Generalatum anno 1607. 2. die Junii, tribus poſt anois, denuò eligirur 1610. 29. Maij Romæ in Conventu ſanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani, ſecundâ, & grata totius Congregationis admurmuratione, integroque plauſu.

Legi poteſt catalogus ſeu recenſio generalium hujuſce Congregationis, uſque ad annum 1616. In annotationibus à dicto auctore primo capiti regulæ appoſitis, & in ſequenti paragrapho. Invariabilis Capitulorum celebratio, & Canonica inſtitutio generalium & definitnrum, aliorumque miniſtrorum probant apertè regularitatem eſſentialem. Dividitur nunc in quatuordecim Provincias: novem continentur in Italia, quarum plures viginti ſaltem Conventus habent. Tres numerantur Provinciæ in Sicilia, & in Regno Neapolitano; duæ, in Dalmatia, & intra limites Reipublicæ Venetorum, quæ eligunt ſuos Provinciales, & miniſtrum generalem, cui ſubjiciuntur.

Congregatio Belgica, ſeu Brabantina, vulgò nuncupata, de Zepperem ſemper ſuum jus conſervavit eligendi peculiarem miniſtrum generalem, qui à Summo Pontifice immediatè dependet, uſque ad annum 1650. quo Innocentius X. illam junxit Congregationi Italicæ, Bulla, *pro noſtri Paſtoralis officii debito*, cum unanimi conſenſu ſuperiorum & definitorum utriuſque. Inde ſequitur Congregationem Colonienſem, quæ pars erat Belgicæ, in unum corpus nunc coaleſcere cum Italica. *Propter peccata terræ, multi Principes ejus*, inquir Salomon in Proverbiis 28. de Regnis & Imperiis terrenis; non de regularibus aut Eccleſiaſticis, quæ typi ſunt & exemplaria cœleſtis dominationis & æternæ, ubi beatus quilibet Rex eſt, & regnabit in perpetuum; ubi regnandi norma & lex in executione Dei voluntatis omnino conſiſtunt.

---

§. I.

Catalogus Miniſtrorum generalium noſtræ Congregationis Italicæ.

HOmine imperito nunquam quidquam injuſtius, qui niſi quod ipſe facit aut probat rectum, aut laudabile putat. Attendant adverſarii noſtri ad recenſionem horum miniſtrorum generalium: haud dubiè ſi aliqua docti ſunt experientia, perſuaſum habebunt Tertium Ordinem verè eſſe regularem, cum ſucceſſio Canonica ſuperiorum, ratio perfectæ tegularitatis firma ſit & evincens, cui obſiſti nequeat.

Incipio à Patre *Bartholamao de Bonamatis* Petuſiano, qui fuit electus in Capitulo generali celebrato in Conventu *de Monte-falco*, 25. Junii anno 1448. ſub Pontificatu Nicolai V. eſtque confirmata ejus electio diplomate, *Paſtoralis officii nobis*, quod videtur Romæ in Monaſterio noſtro ſanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani. Conſtat jam plura Provinciotum comitia in Hiſpania peracta fuiſſe, & in Flandria, ut compertum eſt Bullis Eugeni IV. & Nicolaï V.

Sequitur electio Patris Ugolini de Placentia 1458. Patris Joannis Veronenſis 1466. P. Joannis Cremenſis 1469. P. Joannis Pauli Veronenſis in Capitulo Flotentiæ celebrato 1472. in conventu ſanctorum Apoſtolorum Jacobi & Philippi, ubi præſcripta ſunt & ordinara generalia ſtatuta. Dein anno 1475. P. Henricus de Ungaro, Conſtantienſis ad

generalatum eſt evectus, diemque clauſit ultimum intra limites ſui miniſterij. Statuta Florentina hocce tempore confirmata ſunt. P. Joannes de Verona ejus fuit iterum ſucceſſor Boloniæ, mortuuſque eſt intra ſecundum Generalatum. Idem munus poſtea obivit 1479. P. Archangelus de Guerinis Cremonenſis cui rurſus. P. Ugolinus Placentinus ſucceſſit 1481. recenſentur deinde P. Bernardus Cremenſis 1488. A

1491. P. Antonius Cremonenſis.

1494. die 18 Aprilis in urbe Cremenſi Concilium habetur, ubi Antonius de Sillis poſt accuratas diſquiſitiones fatetur ſe nullomodo pervenire potuiſſe ad certam cognitionem nominis Miniſtri Generalis in quem ſors cecidit. B

1497. Iterum Archangelus de Guerinis id muneris geſſit, quod jam ſemel laudabiliter obierat.

1500. E duobus comitiis convocatis. Primum non cenſetur canonicum, nec ritè factum ob violentiam. Secundum fuit approbatum & confirmatum ab Alexandro VI. Summo Pontifice, ibique P. Alexander de Salla promotus fuit ad Generalatum, poſtquam delegati à Sede Apoſtolicâ declaraverint electionem ejus Canonicam.

Succeſſores legitimi fuere 1503, P. Antonius de Paſſariis Crenenſis.

1506. P. Leonardus *de Ravezariis*, Vicentinus.

1509. P. Leonardus Vicentinus: videtur dubius Antonius de Sillis an hi duo ſint diſtincti. C Ego equidem non operæ pretium duco hanc ſolvere quæſtionem: ſufficit, quod miniſtrorum Generalium ſeries non ſit interrupta, cum una eademque perſona poſſit adminiſtrare dignitatem longius per novam electionem.

Succeſſit 1513. P. Franciſcus Cremenſis.

1516. P. Bernardus Cremenſis.

1519. P. Iterum P. Franciſcus Cremenſis.

1522. P. Georgius *de Salodio*.

1525. P. Franciſcus Cremenſis, tertiò.

1528. P. Peregrinus de Vicentiâ.

1531. P. Remigius *de Salodio*.

1534. P. Peregrinus de Vicentiâ, denuò.

1637. P. Remigius de Salodio rurſus.

1540. P. Peregrinus de Vicentiâ. tertiò. D

1543. P. Petrus *de Calderinis*, Bergamenſis.

1546. Canonicè fuit electus P. Bonaventura, pluribus titulis ſpectatus ſed natione Vicentinus, cujus ſcripta in noſtram regulam magna laude digna ſunt. Sequuntur 1549. P. Joannes Baptiſta *de Mutinâ*.

1552. P. Raurus *de Salodio*.

1555. P. Nicolaus *de Ranzonis*.

1557. P. Damianus *de Bonifainis* Cremonenſis, qui nondum expletis ſui miniſterij annis fato functus eſt.

1558. P. Bonaventura Vicentinus, ſecundò, magno cum pietatis ſenſu ſupremum obiit diem ante concluſionem ſui generalatus.

1561. P. Gaſpardus *de Matina*, qui è vivis deceſſit in ipſo ſuo miniſterio.

1563. P. Colombanus à ſancto Colombano occupavit, laudabiliter prædeceſſoris locum.

1564. P. Bartholomæus *de Morettis* Cremenſis uno anno ſuffectus eſt, morte repentinâ interveniente.

1565. P. Franciſcus *de Morettis* Cremenſis, ſucceſſit.

1667. P. Joannes Baptiſta *Cantone de Papia, ſeu de Ticino*.

Anno 1568. Pius V. ſubmiſit Tertiarios regulares Miniſtro Generali Minorum obſervantium, qui eos viſitabat ipſe, & immediatè regebat, vel per Commiſſarios electos aliquando & deſumptos ex Religioſis Tertij Ordinis: Ad eum modum ſe geſſit P. Franciſcus Gonzaga anno 1584. peragendum ejuſmodi negotium commendans P. Mauritio *de Balzanis* de regio, noſtræ congregationis profeſſo.

1585. Eminentiſſimus Cardinalis Medicæus noſter protector Capitulum Romæ celebravit in Conventu Sanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani ad eligendum ſuperiorem Generalem noſtræ tertiæ Congregationis, qui de ipſa eâdem eſſet familiâ: verum ſuffragia non convenerunt. Ideoque Gregorius XIII. auctoritate Apoſtolicâ, P. Peregrinum *de Saviolis*, Vicentinum Religioſum Tertiarium omni genere virtutum florentem, & inſtructum in Commiſſarium aut Vicarium Generalem inſtituit pro totâ Italiâ; Mors autem præmatura amovit eum à peragendo Viſitationum curſu, nec-non & cæteris functionibus obeundis.

Tandem anno 1586. Sixtus V. priorem in ſtatum revocavit Miniſtrum Generalem Tertiariorum Regularium Italiæ, Bullâ *Romani Pontificis* 19. Martij, primo anno ſui Pontificatus: eodem anno 24 die Maij, electus fuit P. Benedictus *Bellotus* Cremonenſis in Generali Capitulo Romæ celebrato in Monaſterio ſanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani. Honore iſto verè dignus erat, utpotè qui multum laboraverat in reducendâ hac dignitate ad priſtinum ſplendorem.

Deinceps electi ſunt anno 1589. P. Dionyſius *Columba de oriolo* calaber, qui mox interiit.

1590. P. Seraphinus *Maſnaga* Mediolanenſis juſſu Summi Pontificis accepit commiſſionem Vicatij Apoſtolici, vicem exercens defuncti.

1592. Idem Pater Seraphinus *Maſnaga* à majori parte ſuffragiorum provectus ad Generalatum, nondum abſoluto triennio, vitâ deceſſit.

1595. P. Hieronymus *de Marchetis*, Cremenſis fuit ſucceſſor.

1598. Eidem Patri id muneris fuit prorogatum.

1601. P. Joannes Baptiſta *Provenzanus de Drepano* ſuffragia tulit.

1604. P. Idem fuit confirmatus.

Anno 1607. die 2. Junij Romæ in comitiis generalibus, nempè in Conventu ſanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani, ubi ſemper habentur eligitur P. Antonius à Sillis.

1610. 24. Maij. Omnia tulit ſuffragia; prudenter uoiverſi uno ore, communique ſenſu ita decernebant. Ea enim erat peritiorum omnium ſeotentia virum hunc ſapientem, doctrinaque & virtute ornatum eſſe. Hujus confirmationis Canonicæ fidem facit auctoritas Hieronymi Cardinalis *Pamphilio* viceſgerentis Protectoris Ordinis Seraphici, qui præerat Capitulo generali, quique ſuo chirographo & ſigillo hanc veritatem roboravit.

1613. die 25. Maij. P. Juannes Baptiſta *Provenzanus de Drepano*, poſt adeptum tertia & Canonica electione miniſterium generale, obiit anno ſequenti, die 11. Aprilis.

1614. Paulus V. creavit in Vicarium generalem & Apoſtolicum. P. *Sanctore Pecorelli de Salerno*, Congregationem Italiæ moderaturum donec eligeretur miniſter generalis in proximo generali Capitulo.

1616. P. Matthæus *de Strutiis de Monteſano*, Anconitanus genetalem hanc dignitatem ritè aſſequitur.

1619. Iteratò electus eſt.

1622. P. Franciſcus *Guaſtamilius* ejus fuit ſucceſſor.

1625. Denuò eligitur.

1628. P. Ludovicus *Ciottus* factus eſt miniſter generalis, tantaque cum laude perfunctus eſt munere ſuo, ut quamvis peſte totâ Italiæ regione graſſante annis 1629. & 1630. non potuerit comitia generalia convocare, Summus Pontifex auctoritate abſoluta illum immediatè confirmaverit 1631. uſque ad 1634.

1634. P. Gregorius *de Albertis* prædeceſſoris locum occupavit ita eximiè, ut Eminentiſſimus Cardinalis Franciſcus Barberinus, ordinis protector, Capituli generalis Præſes, eum ſua confirmatione autenticâ cohoneſtaverit.

1637. Dum univerſa Italia bello flagraret, Capitularibus aditus liber occludebatur ad locum indictum, ob frequentes militum excurſiones, qui populabundi omnino, nemini temperabant. Ideoque Urbanus VIII. miniſterium generale inter manus ejuſdem Patris Gregorij *de Albertis* continuavit ad aliquod tempus.

1638. die 22. Maij. P. Franciſcus *Guaſtamilius* inſtitutus fuit tertiùm Superior generalis: adminiſtravit Generalatum ab obitu præ- A cedentis generalis, qui diem ſupremum clauſit 24. Novembris 1637. Cardinaliſque Franciſcus Barberinus eum ſummo affecit honore, dum præfuit ejus electioni, illamque confirmavit.

1641. Tumultu Italiæ non adhuc ſedato mandavit ſancta ſedes P. Franciſco *Guaſtamilio*, ut durante novo triennio Generalatum adminiſtraret: abdicavit ſe nihilominus iſta dignitate ob extremam ſenectutem, ejuſque loco ſufficitur ab Urbano VIII. Antonius *Bottonus* Procurator generalis Ordinis in Vicarium Apoſtolicum, uſque ad annum 1647.

Denique anno 1647. comitia generalia Boloniæ celebrata, unanimi conſeoſu, illi ſo- B lenniter ſe ſubmiſerunt, tanquam vero & legitimo capiti Congregationis, Eminentiſſimo Cardinale *Falconieri*, Legato à latere præſidente, atque confirmante.

1653. Vi & auctoritate conſtitutionis in Capitulo Bononienſi factæ & approbatæ ab Iooocentio X. Generalatus poterat durare ac prorogari ad ſexennium. P. igitur Franciſcus Bordonus generalis creatus eſt in Conventu Aſſiſij, ubi Congregatio vulgò vocata de Zepperem ſocietatem inivit cum Italiæ Congregatione.

Meridiana luce clariùs patet ex hac diligenti recenſione auctoritas miniſtri generalis Tertiariorum regularium protenſa & conſervata, abſque ullo intervallo, ad hoc ipſum C uſque tempus, à ſua inſtitutione. Mihi rem tantam, probationem videlicet regularitatis eſſentialis adeo antiquæ inter Franciſcanos Tertiarios, parendi magis alacritate, quam perficiendi facultate ſuſcipienti, illud in primis veniebat in mentem veteri, ne quoniam ptopoſitio hæc permultis inviſa, & ingrata, plus fortaſſe diſceptationis apud quoſdam ſit habitura, quam fidei. Quocirca denuncio, profiteorque, jam nunc, me nihil in medium attuliſſe aut allaturum, niſi quod publicis tabellariis, aut probatis auctoribus, quive interfuere ipſis rebus gerendis, acceperim, neque nobis veritate quicquam omnino antiquius vel fuit, vel eſſe debuit. Nam alioqui, D neque Deus immortalis, cui noſtra omnis uni deſudat induſtria, commentis ac fallaciis delectatur; & me ipſum mortalibus rebus jampridem valere juſſis, fingendi vel adulandi cauſas omnes procul habere par eſt. Sed jam ad inſtitutum aggredior.

Notandum interea Pii V. ordinationem nullo modo repugnare ſucceſſioni invariabili miniſtrorum generalium Tertii noſtri Ordinis, cum Patres noſtri Italici per ejuſmodi interſtitium fuerint ſemper ſubjecti miniſtris generalibus Minorum Obſervantium; unde regularitas noſtra nunquam defuit, nec extincta eſt. Præterea deſignatio cujuſdam Tertiarii regularis, ut curam gereret Tertii Ordinis,

Digitized by Google

dinis, facta à Patre Franciſco *Gonzaga*, evidenter declarat dignitatem haoc ſubſtitiſſe, abſque ullâ viciſſitudine: Cæterùm Sixtus V. qui fuerat ipſemet Generalis Minorum Conventualium, ſat demonſtravit, inſtaurando Generalem Tertii Ordinis Regularis ex ipſo eductum, quod rectè, & ex æquitatis normâ ageret; ſic conſtans fuit, & ſemper valida ſucceſſio.

Quod autem attinerad Gallos, omnes Summi Pontifices nos æquanimiter redegerunt in juriſdictionem Miniſtri Generalis obſervantiæ ab exordio noſtræ reformationis: libenterque viciſſim humilem ei præſtamus obedientiam, velut Seraphici Patris noſtri Franciſci Inſtitutoris trium Ordinum legitimo ſucceſſori.

§. II.

Provincia Mediolanenſis, aut Longobardiæ.

1. TErtiariorum Regularium extat Conventus intra muros urbis Mediolanenſis ſub titulo Sanctæ Mariæ de Paradiſo. 2. extra muros ejuſdem urbis Monaſterium Sancti Barnabæ nuncupatum communiter *Grata ſoli.* 3 Extra urbem Comenſem, & in vertice Montis vicini, vulgò dicti *Brunat*, ubi beatus Jeremias Comenſis origine, Sacerdos Religioſus Tertij noſtri Ordinis Regularis recepit habitum, & profeſſionem emiſit: ex accuratiſſimâ Religionis amuſſi, mores direxit vir iſte piiſſimus, adeò ut beatorum albo aſcribendus meritò cenſeatur: De ejuſdem ſanctimoniâ fuſius poſthac differemus Conventus, de quo loquimur, primò ſitus erat in Oppidulo, *Biogi*, vulgariter appellato, Diœceſis Comenſis; unde tranſlatus fuit propè urbem Comenſem, ut tutus foret à tumultibus bellicis. Corpus Beati Januarij Tertiarij Regularis honorificè quieſcit, in ſancti Joannis Parœciæ templo Biogenſi, quod erectum eſt in loco primi Monaſterij.

4. Multa alia cœnobia extruximus in Provinciâ Mediolanenſi, videlicet intra urbem, quam Itali nominant *Rodi* ſub nomine Sancti Antonij. 5. Extra eamdem, ſub titulo Sanctæ Mariæ *de Poiano*, vel *Pizighitono de Bellomonte* anno 1488. priſci noſtri Patres obtentis Eccleſiâ vetuſtâ à patronis, ſimulque omni jure ad eam ſpectante, ædificaverunt præclarum ibi conventum. Nicolaus V. Summus Pontifex, diplomate, immenſa 4. Non. Junij. 1450. huic donationi robur auctoritatis adjecit, omnes annonas ſupprimendo, cæteroſque annonanio jure furentes, noſque ex formulâ, inſanas eorum annonas, quas probandas vocant, inducendo.

6. In Diœceſi Laudenſi habemus domum ſub titulis Sancti Joannis Baptiſtæ, vel Sancti Columbani. 7. Aliam ſub nomine Sancti Salvatoris, Cremonæ. 8 Aliam Caliſbutani intra finem Diœceſis Cremonenſis ſub titulo Sancti Salvatoris 9. Conventum Sanctæ Mariæ *de Monte Tirono*, *Genevollæ*. ejuſdem Diœceſis. 10. Beatæ Mariæ Lauretanæ, Placentiæ. 11. Sancti Antonij Abbatis in ejuſdem urbis ſuburbio. 12. Sanctæ Mariæ à Quercuno, in Valle nuriacâ, Diœceſis Placentinæ. 13. Sancti Antonii Abbatis in ſuburbio Civitatis, communiter dictæ, *d'arquat*. Diœceſis ejuſdem. 14. Monaſterium Sanctorum Martyrum Gervaſij & Protaſij, Ticini. 15. Sanctorum Cornelij & Cypriani, *Trivulſi*, Diœceſis Ticinenſis. 16. Beatæ Mariæ de Gratiâ in Oppidulo *Franco*, ejuſdem Diœceſis. 17. Sanctæ Mariæ De terrâ, vel ſancti Naxarij, Diœceſis ejuſdem. 18. Sanctæ Mariæ de *Gravarola* extra muros Genuenſes. 19. *Clavari*, Genüenſis Diœceſis, ubi Tertiarij Regulares, ex ordinatione Archiepiſcopi publicum hoſpitium adminiſtrant. 20. Poſſident quoque Conventum ſancti Elzearij, ſitum in loco, cujus nomen eſt, Clapetus, ab anno 1417.

Religioſæ Tertiariæ multum ſplendoris conciliarunt Congregationi Longobardiæ. In Conventu Placentino, ſub titulo ſanctæ Mariæ Magdalenæ, fundato an. 1430. ubi corpus ſororis Joannis Baptiſtæ ſingulari veneratione colitur: revera eteoim poſt mortem illæſum penitus permanſit, & ſuavem exhalavit odorem; aliique mirandi eventus ſanctitatem ejus manifeſtè probarunt. Alter Conventus Tertiariarum Religioſarum inſtitutus fuit anno 1440. Placentiæ, ſub auſpiciis Sanctæ Elizabethæ: tandem Tertius Genuæ dicatus eſt ſancto Geneſio 1441.

De pluribus aliis Conventibus nulla fit mentio, cum jam & ſupra commemorati ſufficiant ad manifeſtandam hujus Provinciæ prærogativam, quæ octo Miniſtros generales dedit Congregationi Mediolanenſi, multoſque alios viros omni genere virtutum conſpicuos & præfulgentes.

§. III.

Provinciæ Brixienſis in Italiâ, Venetiarum, aut Sancti Antonii de Paduâ & Bononiæ.

REipsâ reperi, facilitate nihil eſſe homini melius, aut clementiâ: Miremur ergo Tertium Ordinem Franciſcanum regularem adeò progreſſum fuiſſe, qui vigiliis, jejuniiſque vires atterit; durus eſt ac rigidus,

voluptatis odor, qui laborem prædicat & commendat. Fervor tamen zeli corporis animique afflictationes levat & minuit: unde multiplicatio Tertiariorum regularium, qui eo magis contendunt ad ſanctitatem pervenire, quo magis rebellis naturæ ſentiunt contradictionem.

Teſtis eſt Provincia Brixiæ in Italia quæ Brixia noſtro Ordini exhibuit duodecim generales, quorum ultimus eſt juxta ordinem temporis P. Antonius à Sillis, qui magnum ſibi nomen fecit præclarè factis, & ſcriptis in regulam noſtram, prout annotavit P. Bonaventura Vicentinus. Beata Angela *à Dizenzano, vel à Mericyo*, Urſulinarum religioſarum prima Inſtitutrix, ſingulare eſt ornamentum hujuſce regionis, ex qua ſumpſit originem: poſt longam & exactam obſervationem exercitiorum Tertii Ordinis, quem profeſſa erat, initium dedit celebri filiarum ſanctæ Urſulæ Congregationi, quæ univerſæ Eccleſiæ Chriſtianæ perutilis eſt, utpote bonis moribus imbuens puellas ab ineunte pueritia.

Si quæſtio fiat de Conventibus hujuſce Provinciæ, inter alios numeramus Conventum ſancti Rochi à Fornacibus inſtitutum 1564. in loco ab urbe Brixienſi, una tantum leuca diſtanti; ſanctæ Mariæ *de Plazano* ab urbe Cremenſi remotum quinque leucis; ſanctæ Mariæ Magdalenæ ſitum intra muros Cremenſes 1590. ſanctæ Mariæ *de Vaiano* extra muros; Conventum ſanctæ Mariæ *de Sajano* 1582. ab urbe Brixienſi ſeptem lucis diſſitum, in quo Dei Genitricis imago peculiari devotione colitur. Recenſemus denique Monaſterium Veronenſe fundatum 1628. ſub titulo ſanctæ Margaritæ. Conventum beatæ Mariæ de Conceptione milliario diſtantem Bergamo 1464. extructum, annuiſque reditibus locupletatum à viro quodam in divinum cultum probè affecto, ea lege ut populo fidei Chriſtianæ præcepta tradantur, tironeſque neceſſariis morum capitibus informentur. Summus Pontifex Paulus II. banc fundationem auctoritate ſua firmavit. Videtur etiam Cluſij monaſterium Tertiariarum religioſarum ſub auſpiciis ſanctæ Elizabethæ in teſtimonium noſtræ antiquitatis regularis.

Provincia Venetiarum, ſeu ſancti Antonii Patavini recenſet inter ſua Monaſteria Tertii noſtri Ordinis, beatam Mariam de Angelis, *Patavii*; beatam Mariam de Annunciatione; *Novantæ*, diœceſis Patavinæ; ſanctam Mariam *de Montegaldano*, ejuſdem diœceſis, multaque alia, quæ libenter taceo, ne ſilentio ſepeliatur Conventus Vicentinus, cujus memoria nunquam delebitur, multis de cauſis, præſertim ob Patrem Bonaventuram Vicentinum, cujus fama immortalis erit; nullaque oblivione apud poſteros extinguetur, cum

A inter æquales & coætaneos doctrina, virtutibus, & diſciplina monaſtica plurimum claruerit. Unus fuit ex quatuor viſitatoribus generalibus, ab iſta Provincia Italicæ Congregationi ſuppeditatis. Sancta Lucia Veneta, cujus corpus ibi requieſcit, in Eccleſia ſancti Raphaëlis Archangeli, tot & tantis radiis ſanctitatis illuſtravit regionem hanc, atque miraculorum operatione, ante & poſt mortem, ut gratiarum actiones Deo debitæ nequeant ſufficienter reddi, pro Tertii noſtri Ordinis felicitate. B. Gualterius Epiſcopus Tarviſianus teſtis eſt in hiſtoria illius Chriſti ſponſæ, quam ſcriptis mandavit.

B Provincia Bononienſis illuſtribus viris non minus ferax eſt. Teſtantur ſex viſitatores generales, qui locum honorificum tenent in noſtris Annalibus, inter quos altè eminet P. Marcus Antonius Bottonus, quem ſcimus evectum ad dignitatem Epiſcopalem, de quo nunquam ita magnificè quidquam dicam, quin virtus ejus exſuperet: relucet pariter. P. Franciſcus Bordonus, qui poſtquam egregiè & laudabiliter præſtantiora Congregationis Italicæ munera obiebit, laudes illorum æquavit, quorum nomina propter docta & præclara ſcripta, perpetuò vivent in animis hominum.

Plures ſunt in hac Provincia Conventus inſignes: unus extructus eſt Bononiæ ſub ti-
C tulo ſanctæ Mariæ de Charitate: aliàs inibi erat publica pauperum domus Parœciæ Templo adhærens ſub moderamine Paſtoris, cujus beneficium cum religioſis Tertiariis collarum fuerit ea conditione ut functiones Curiales exercerent, Eccleſiam vaſtam & ſumptuoſam ibidem ædificarunt una cum cæteris ædibus monaſticis, in quibus inſtruuntur commodè Scholaſtici Provinciæ, donec ſat eruditi ſint & exculti.

Conventus ſanctæ Mariæ *de Piratello aut Pradello* non minus enitet extra muros fori Cornelii, quam *Imola*, communiter vocant Itali. Innocentius VIII. collocavit illic Tertiarios regulares anno 1489. vi patet Bullæ, *ex injuncto nobis &c.* conceſſit eis ſanctæ Virginis imaginem miraculi plenam, cujus
D veneratio fortiter allicit Chriſtianos hunc in locum, quem plurimum auxerunt, & decorarunt vota & eleemoſynæ fidelium ab anno 1500. Dux Cæſar *Borgia* fundavit ibi duas Miſſas ad Altare Conceptionis Dei Matris quotidie celebrandas. Summi Pontifices Alexander VI. 1503. Julius II. 1513. Clemens VII. ſingulari favore affecerunt hoc Monaſterium, ubi plerumque educantur Novitii, & in Palæſtra religioſæ vitæ exercentur. Sanctæ Mariæ imago diebus rogationum ſolenniter & venerabundè per totam defertur urbem.

Conventus ſanctæ Mariæ *de Vanverdo*

extra mutos Foriliuij exactam meretur attentionem. Donum eſt notabile Religioſorum Vallis-umbroſæ. In eo præterea conſervatur, pièque colitur corpus Beati Jeremiæ Comenſis, ex illuſtri orti familiâ *de Lamberthengis* Sacerdotis, Religioſi noſtri Ordinis: de eo locuti ſumus, narrando fundationem Monaſterij Sancti Donati extra muros Comi, ubi noſtro habitu indutus eſt, in Provinciâ Mediolanenſi.

Omittere nefas eſt domos Beatæ Mariæ de Grariâ, *Mutinæ* ann. 1450.

Sanctorum Coſmæ & Damiani *Rhegij.* 1489.

Sanctæ Apolloniæ, *Ferrariæ.* 1424.

Sanctæ Mariæ *de Quarterio*, P*armæ*; ubi videtur inter cæteras hujuſce urbis Eccleſias magnificenriſſimâ hæc Tertiariorum Regularium maxime compta & adornata.

Religioſæ noſtri Ordinis perpulchros hac in Regione, & valdè commodos habeot Conventus. P*armæ*, Saoctam Mariam de Gratiâ ab anno 1442. *miſericordiam*, *& Caſam de terrâ* forilivij: ab aono 1471. Multa alia Monaſteria nullomodo hic commemorata, continentut tamen intra limites hujus Provinciæ. Beati *Robertus Malateſta* Prineeps Ariminenſis, *Bonavita de Lugo*, Apollonia Bononienſis, virtutum ſplendore ſpectatiſſima ſunt hujus Provinciæ ornamenta.

---

§ IV.

Provinciæ Piceni, ſeu Marchiæ Anconitatiæ, Vmbriæ, vel Sancti Franciſci, *& Romæ.*

NIHIL eſt, quin malè narrando depravari poſſir: Id ſæpe quod boni eſt excerpitur; dicitur, quod mali eſt. Vitium iſtud vitandum maxime ab hiſtoricis, qui præſertim advertere debent, ut multa ſileanr; probataque tantum à ſapientibus, ſi fieri poteſt, expromant. In mente ſemper habui ſine fuco vera dicere, ac veterum ſcriptis & commentariis celebrata: ſicur prius, ſic deinceps agam ad gloriam Dei, noſtrique Ordinis adverſarios confutandos, qui noſtram regularitatem eſſentialem negant antiquam eſſe, falsòque illam novam hujus præſentis ſæculi imaginantur: quæ præcedunt & ſequuntur hanc falſitarem demonſtrant. Noſtri Ordinis Regularis dignitas, perindè ac antiquitas probantur in Provinciâ Marchiæ Anconitanæ multitudine Cœnobiorum, & virorum illuſtrium: Numeratur in primis Conventus Beatæ Mariæ de Cooſolatione Diœceſis Camerinenſis; qui ſocietatem iniit anno 1528. Pontificatus Clementis VII. quinto, cùm Eccleſia Sancti Joannis Lateranenſis, factuſque fuit conſors omnium ejus Indulgentiarum, vi, & auctoritate Bullæ Summi illius Pontificis.

Alius Conventus, ſub titulo Crucifixi extat in urbe Pontificiâ communiter nuncupatâ, *Fermo.* Alius ſub eodem nomine, in Diœceſi *de Macerata.* Anno 1602. Sodalitas cultui Auguſtiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti dicata nos in hujus poſſeſſionem induxit, noſtras inter manus plaoè deponendo ſanctum Crucifixum. Mira eſt amplificatio domus hujuſce ab eo tempore, quo illam poſſidemus; mirandaque ſunt commoda & ornamenta, cùm Eccleſiaſtica, tùm Monaſtica, quæ ei attulimus.

Religioſæ Tertiariæ conſtruxerunr ab anno 1390. Aſculicœnobium, ſub titulo Sanctæ Margaritæ Arpinenſis; Sanctæ Elizabethæ in urbe à ſancto Geneſio Diœceſis Camerinenſis; Monaſterium Sancti Bernardini, Foriſempronii, fundarum. 1511. ab Elizabethâ Gonzagâ Urbini duce; Sanctæ Mariæ Novæ, Picerii denique Cœnobium, quod vulgò nominant, de aomunciatâ Sanſeverini Diœceſis Camerinenſis, 1469.

Omitto cætcra, ut de quibuſdam illuſtribus hujus Provinciæ viris ſermo habeatur, quotum ſemper prædicanda eſt virtus. Omnium ore celebratur præſertim P. Mathæus *de ſtratiis à Monte ferno*, qui Generalatum egregiè adminiſtravit, multumque ſplendoris Ordini noſtro conciliavit. Beatus Antonius Niger, ſeu Æthiops à Mahomeranâ ſectâ deſciſcens, Militiæ Chriſtianæ nomen dedit, humilemque Laïci ſtatum amplexus eſt, in quo ad religioſiſſimam virruiis normam, ita ſanctè vitam exegit, ur corpus ejus exponatur venerationi fidelium in Conventu Camerinenſi.

Umbriæ Provincia, vel ſancti *Franciſci* nulli cedit. Conventus ejus ſunt in Diœceſi Tudertiná, ſub titulo ſancti Antonij Abbatis, & Beatæ Mariæ de Pace; Aſſiſij, ſub nomine Sanctæ Mariæ de Minervâ, & ſancti Autonii Patavini; in Diœceſi verò Spoletanâ, ſub auſpiciis Sanctæ Mariæ *de Sylvà matutinâ*, *& de Florentillo.*

Monaſterium Sanctæ Mariæ *de Paſcargane*, *de Colliſcipione*, in Diœceſi Narnianâ, primos tenet; In eo Novitii Religioſæ vitæ præceptis excoluntut, magno totius Provinciæ fructu, quæ ſic feliciter ſubſiſtit, propagatur, & dignos Eccleſiæ Miniſtros præbet. In eo quoque requieſcit corpus P. Hieronymi Marcheti Cremonenſis, qui fuit electus Generalis anno 1595. eamque dignitatem ſex annis conſecutis præclarè geſſit: humilitas, cæteræque virtutes illi meritò Tertiarios inter Regulares nomen æternum compararunr.

Urbs Sangeniniana, in Diœceſi Narnienſi, videt intra ſua ſepta Tertiariorum Conven-

Digitized by Google

tum, ſub titulo beatæ Mariæ de gratia. Wa- A
dinghus loquitur de cœnobio Tertiariorum
regularium, in orbe Amelienſi fundato ab
Epiſcopo, & civibus, ſub Pontificatu Euge-
nii quarti; de Conventu Eugubii inſtituto
1448. ſub nomine ſancti Antonii Patavini,
de alio ſub invocatione ſancti Jacobi, in diœ-
ceſi Eugubina, 1448. Comes Rereugardade
Malateſta fuit ejus fundatrix, eximia pietate,
& ſingulari munificentia. Extra muros Nar-
nienſes extat monaſterium ſub titulo ſanctæ
Crucis anno 1447. conditum: *Religioſæ Ter-
tiariæ habent plures domos*, Sanctæ Annæ,
Fulginii: ad hujus commendationem dicere
ſufficiat beatam Angelinam *Corbaram de
Termis* in ea primam communitatem regu- B
larem conflaſſe: ad hujus exemplum alia
Italiæ monaſteria compoſita ſunt atque ef-
ficta. Inde omnium moderatrix & ſuperior
generalis aſſumpta fuit Angelina, utpote,
quæ illa ex rationis diſciplina & Evangelii
præſcripto poſſet dirigere. Ipſa eſt, quam
annales totius ordinis Seraphici prædicant
Virginem incontaminatam: affirmantque,
cum illuſtriſſima eſſet exorta proſapia ſæculo
renunciaſſe, ac divitiarum jactantia, opibuſ-
que contemptis, Tertiariarum habitum, or-
batam marito, ſuſcepiſſe, & primam om-
nium tria vota monaſtica profeſſam, ſacræ
Tertiariarum religioni dediſſe initium: mul-
tarum prærogativa virtutum inſignis: mira-
culis in vita & poſt mortem, nunc uſque co- C
ruſcat: de eadem amplius diſſerimus inter
actus vitæ præcipuos noſtrorum illuſtrium.

Alius eſt Conventus religioſarum tertia-
riarum in Provincia Umbriæ, Peruſij, ab
anno 1440. ſub invocatione ſancti Antonij
Patavini. Caſtellani, ſub auſpiciis ſanctæ
Ceciliæ 1422. Nurſiæ, ſub titulo ſanctæ Cla-
ræ, ubi memoria ſanctæ Luciæ Nurſienſis
quotidie reviviſcit præſentia corporis ejus,
virtute cujus tot & tantæ edebantur miracula,
ut ipſi fuerit prohibitum etiam poſt mortem
illa continuare, ne populi concurſus moleſtus
nimis, & operoſus, religioſarum tranquilli-
tatem turbaret: obtemperavit tamen, voci
divinæ ore humano prolatæ, ceſſaveruntque D
miracula.

Poſſident Aſſiſij religioſæ Tertiariæ ab an-
no 1512. Conventus Beatæ Mariæ de Concep-
tione & ſancti Quiricij, Tuderti, ſancti An-
tonii ab anno 1513. Spoleti, ſanctæ Catharinæ,
ab anno 1439. pluresque alios diverſis in
locis.

Quæ diximus breviter de beata Angelina
Corbara, & quæ dicenda ſunt de ejus filia
primogenita in Tertio noſtro ordine Marga-
rita Fulginienſi plurimùm conferunt ad deco-
rem Provinciæ Umbriæ, cujus tractum regio-
nis non tanta amœnitate exornant interjecti
colles, interfluenteſque rivi, quanta ædes re-
ligioſæ & ſacræ; ubertas etiam & feracitas
virtutum & ſanctimoniæ.

Plures viri ſanctiſſimi proponuntur, qui
patriæ perinde & ævi ſui rariſſima ſunt
ornamenta. In primis emicat P. Bartholo-
mæus *de Bonamatis* natus Peruſij, qui Gene-
ralatum magna æqualium admiratione per-
functus eſt.

Silentio involuere oppidum, *Camerio* dic-
tum communiter, nefas eſt, quatuor millia
paſſuum diſtans aſſiſio. Ille terrarum mihi
præter omnes angulus ridet, ubi pater Sera-
phicus ad pœnitentiam incipiens adhortari
populum prima Tertii Ordinis fecit funda-
menta. Extat adhuc ibi Tertiariorum commu-
nitas ſæcularium, qui publicè habitum gerunt,
obſervantque ſimul & in eodem domicilio
omnia regulæ exercitia.

---

§. V.

Conventus, aliaque notatu digna, Provinciæ Romanæ.

Longè abſum ab illa cogitatione, ut re-
pudiare velim conſilium, quod intende-
ram. Cum ſermonis brevitas mihi ſummò
cordi ſit, præſertim in hiſtoriis mordicùs &
firmiter perſiſto in vitanda prolixitate, dum
quæſtio eſt de ſimplici rerum narratione. Si
C minus facunda, ſplendidaque videtur, quid
intereſt, modo ſincera ſit, atque accurata?
nuda, germana, atque ingenua veritate nihil
pulchrius, nihil amabilius, maximè in factis
narrandis. Sic eſt vulgus, ex veritate pauca,
ex opinione multa æſtimare: abire ad hunc
vulgarem ſenſum inſaniam & ſtoliditatem
redolet: ſapientes rebus ipſis probè cognitis
perſuadentur, non abſurdis hallucinatio-
nibus.

Inſtitutio Conventus ſanctorum Marty-
rum Coſmæ & Damiani valde illuſtrat Pro-
vinciam Romanam, imo Congregationem
ipſam Italiæ; imo etiam ordinem totum par-
tem quodam modo capit celſitudinis civita-
D tis Romanæ, quæ eſt caput orbis terrarum,
ſic monaſterium iſtud præfulget inter cæte-
ras domos Tertiariorum. Quicquid dixero
de hac fundatione, breve aut prolixum, apud
omnes ſermone percrebuit; nec ulli moleſtiam
faceſſet, cum celebretur non opinione, ſed
veritate, non verbis inanibus, ſed factis
manifeſtis.

Situm eſt tam inclytum cœnobium *in cam-
po vaccino*, Ubi reſident generalis miniſter,
& procurator generalis. Urbanus VIII. Papa
extraxit inde plures ingentes ſtatuas arte
priſca elaboratas, ornandi cauſa confeſſionem
illam celeberrimam Apoſtolorum Petri &
Pauli, extructam in Eccleſia Vaticani. Sum-

mus idem Pontifex largas & effuſas largitiones ideo fecit, ut antiqua hujus Monaſterij ædificia conficerentur, noviſque, & magis pretioſis locupletaretur ornamentis. Videtur ibi porta opere antiquo, ex ære fuſa; piaque ſtario in mediâ quadrageſimâ, quot annis celebratur, quam fideles religioſè obeunt, ut in eâ noxarum veniam conſequantur.

Templum erat antiquitùs dicatum Remo & Romulo: vel ut quidam opinantur, Caſtori & Polluci. Felix III. Papa & martyr, poſtquam Imperatorem Conſtantium peſtifera pravarum Arij opinionum labe contaminatum damnaſſet, illud conſecravit anno 457. in honorem Sanctorum martyrum Coſmæ & Damiani. Gregorius Magnus, primus nomine, templnm hoc labans & corruens inſtauravit & reſtituit anno 590. die 5. Septembris.

Quiſque admiratur portas æreas, quas hìc Papa Adrianus I. advehi juſſit 772. Peruſio. Duæ ſunt ibi Eccleſiæ: altera ſubterranea, valde antiqua; altera ſuperior & nova, eleganrer & præclarè conſtructa juſſu & liberalitate Urbani VIII. ut patet monumento parieti ſiniſtro affixo, hiſce verbis:

Vrbanus VIII. Pontifex maximus templum geminis urbis conditoribus, ſuperſtitioſè dicatum, à Felice III. ſanctis Coſmæ & Damiano fratribus piè conſecratum, vetuſtate labefactatum, decectis lateribus, parietibus totius ſuperioris Eccleſiæ à ſe exædificatæ, excitatis, fornice medio inter inferiorem, & hanc extructo, novo impoſito laqueari, areà denique complanatà, in ſplendidiorem formam redegit: anno ſalutis milleſimo, ſexcenteſimo, trigeſimo, tertio.

Non floccifacienda ſunt verba, imò vero diligenter advertenda, quæ leguntur in muro oppoſito: teſtantur evidenter antiquitatem hujus templi: affirmant Sacerdotes hujuſce domus muruò conveniſſe anno 480. unanimiqne conſenſu fuiſſe pactos, quadraginta Miſſas celebrandas fore deinceps à ſuperſtitibus pro requie defunctorum. In fornice ſummo artificio elaborato, qui choro obverſus eſt, & ſpectat altare primarium, arte politiſſimâ depinguntur à ſiniſtris Imagines Sanctorum Petri principis Apoſtolorum, Coſmæ & Iſidori; à dextris, Effigies Sanctorum Pauli Gentium doctoris, Damiani, & Felicis martyris & Papæ, cujus ſumptibus & munificentiâ opus hoc omne fuit extrnctũ, prout declarant Verſus ſequentes. Fornice fermè diruto & corruente, pietas Majorum non diu diſtulit inſtaurationem. Illic inſuper collocaverunt Statuam ſancti Gregorii, qui multum ſuis largitionibus auxit hujus monumenti ſplendorem. Exquiſitiſſimæ duodecim animalium figuræ cum agno in medio, illud præcingunt, & circumdant tanquam ſtylobatæ, quibus firmiter nixum eſt.

Aula Dei claris radiat ſpecioſa metallis,
In quà plus fidei lux pretioſa micat.
Martyribus medicis populo ſpei certa ſalutis
Venit, & ex ſacro crevit honore locus.
Obtulit hoc Domino Felix Antiſtite dignum
munus, ut ætherea vivat in arce poli.

Plurimùm ornamenti recipit Eccleſia iſta à præcellenti Imagine ſanctiſſimæ Virginis, qnam ſanctus Gregorius, cum magnâ veneratione ſalutabat, quotieſcunque tranſibat per hunc locum: ſemel hac ſalutatione omiſſâ, increpavit eum Angelorum Regina, à qua humiliter veniam petiit genua flectens, & impetravit. Novo deinceps ardore cultui Dei Genitricis devovit ſe, plenâ Summi Pontificis auctoritate, omnibus iis, qui triginta Miſſas celebrarent, aut celebrari curarent coram ſacra imagine; concedens liberationem animæ, quam vellent liberare. Elargirus eſt inſuper quinque annorum indulgentiam peccatori contrito, recitanti ter Orationem Dominicam, terque Salutationem Angelicam, flexis genibus ad ejuſdem piæ imaginis pedes. Inde oritur mos Trentenarii ſancti Gregorii. Privilegium iſtud à ſancto Gregorio annexum altari primario Eccleſiæ ſubterraneæ, & priſcæ, Urbanns extendit in prineipem aram templi ſuperioris & novi, ſuper quam juſſit exponi ſanctam Imaginem, quæ priùs in inferiori templo erat affixa parieti.

Animus ſibi figere non poteſt locum magis venerandum aut religioſum, tùm propter Indulgentiarum multitudinem, tùm ob abundantiam Reliquiarum. Servantur ibi ſummâ cum reverentiâ corpora Sanctorum martyrum Coſmæ & Damiani, eorumque fratrum ſecundum carnem Antimi, Leoncii, Euprepii, Marci & Marcelliani, pariterque Felicis III. Papæ, & Tranquillini. Sub terra manſerunt longo tempore abſcondita, ubi videtur fons aquæ vivæ, vulgò dictus, Puteus ſancti Felicis, quia etiamnùm hic reperitur tabula marmorea, ſupra quam piè credirur idem Summus Pontifex rem ſacram feciſſe cum calice ſtanneo, qui extat ad noſtram uſqne ætatem, in ſacrario. Ægtoti hanc aquam bibentes valdè ſublevantur. Gregorius Papa hujus nominis XIII. Patres Societatis Jeſu, volens aliquâ gratiá peculiari obſtringere & afficere, juſſit terram effodi ſub altari primario Sanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani (locus hic ſacer etiam tunc erat intactus.) 1582. pontificatus ipſius undecimo, quo tempore fuit reformatum Calendarium; repertæ ſunt ibi duæ capſæ hiſce cum Inſcriptionibus. *Hic requieſcit ſanctus Felix Papa*

& Martyr, qui damnavit Conſtantium hæreticum 2. Hic requieſcunt corpora SS. Martyrum Marci & Marcelliani, & Tranquillini Presbyteri.

Duobus iſtis pretioſis theſauris inventis die 17. Junii, fit alia inveſtigatio 18. Auguſti ſequentis, & deteguntur duo feretra, quorum operimentum erat lapis cruce ſignatus cum his verbis, in uno: *Hic requieſcit ſanctus Habundius Presbyter, & Monachus, & Martyr.* In altero: *Hic requieſcit ſanctus Habundantius Diaconus & Martyr.* Corpora ſanctorum Habundii, & Habundantii donata ſunt, Patribus Societatis Jesu, corpora vero ſanctorum Felicis, Tranquillini, Marci, & Marcelliani honorificè collocata fuerunt 26. Julii anno 1589. ſuper Altare ipſis dicatum, in Eccleſia, de qua nunc ſermo eſt. Celebrari non ſat poſſunt pietas & magnificentia Alexandri Medicæi Archiepiſcopi Florentini, Cardinalis Presbyteri Eminentiſſimi ſub titulo ſancti Quiricii, ad Summum Pontificatum tandem evecti 1. die Aprilis anno 1605. ſub nomine Leonis XI. à fundamentis uſque ad culmen Eccleſia hæc opes, ſolertiamque Vicarii hujus generalis Chriſti plena manu effuſas redolet cùm ad ditandam, tum ad ornandam domum Dei.

Alia ſunt pergrata & veneranda vetuſtatis monumenta, & omni acceptione digna, nempè multa corpora ſanctorum, pluraque inſtrumenta pretioſa, quæ priſci Chriſtiani tempore perſecutionum, & bellorum in profundum puteum projecerunt: ponè Altare ſancti Felicis, de quo jam locuti ſumus, reperitur feneſtra cum clathro ferreo, hiſque verbis: *Hic requieſcunt multa corpora ſanctorum, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.*

Non diutius tacenda ſunt nomina Eminentiſſimorum Cardinalium qui titulo hujuſce domus tam antiquæ & tam illuſtris gaudent: cum primis Cardinalibus, Diaconis, nullus olim aſcriberetur titulus intra mœnia Romæ, ipſis deferebatur ſacræ purpuræ honor, ut Provinciis præeſſent. Alexander II. incœpit aſſignare titulos iiſdem, mox ut ſacro cœtui Eminentiſſimorum Præſulum aggregarentur. Jonatas antiquior ab Vrbano II. Cardinalis creatus, titulum ſanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani primus aſſecutus eſt.

Petrus *Leonis*, fuit ejus ſucceſſor: licet pacem Eccleſiæ poſtea perturbaverit, factus Antipapa, ſub nomine Anacleti II. non minus erat in numerum Patrum purpuratorum aſcriptus. Omitto cæteros, ut præſertim commemorem tres ultimos, videlicet Auguſtinum *Spinola*, creatum à Paulo V. 1621. ſed nominatum à Gregorio XV. 1622. Alexandrum *Cæſarinum* electum ab Vrbano VIII. 30. Auguſti 1627. titulo affectum 1632. Tandem

A Benedictum *Odeſcalcum* Comenſem, quem Innocentius X. purpuratum Eccleſiæ fecit Principem 1645. Die ſexto Martij, eique addixit titulum ſanctorum Coſmæ & Damiani anno 1657. Fauſto quidem omine, & bono publico, cum aliquando tandem evectus ſit ad ſupremi Pontificis dignitatem. Meritum honorem, ſuæ ipſi virtutes pepererunt, & dignus eſt quovis præmio ac laude: faxit Deus, ut Apoſtolicam ſedem, quam nunc tenet, ad plurimos annos ſalvus & incolumis teneat.

Religioſi hujus Conventus, præclaro & antiquo privilegio, gerunt ſcenam penſilem, ſeu Vmbellam ſupra præſepe Jeſu-Chriſti, B dum Canonici ſanctæ Mariæ Majoris illud transferunt quotannis, nocte natalis Domini, à ſacrario, ubi ſervatur, ſupra Altare Auguſtiſſimi Sacramenti, ut exponatur fidelium pietati.

Hoc monaſterium ab Alexandro Farneſio Cardinale Diacono hujus Eccleſiæ titulari donatum Tertiariis Franciſcanis anno 1511. die 5. Januarii, honeſtatur ſepulchro beati Joannis Baptiſtæ *Brandini*, natione ſiculi, ex illuſtri familia *de Provenzano*, Salernenſi, oriundi: Egregius erat divini verbi præco virque ſanctiſſimus: teſtes ſunt cœcus illuminatus, & dæmoniacus liberatus ejus interceſſione: hic dum obſideretur à cacodæmone, & exorciſmus, vel ſacræ obteſtationes ipſi C adhiberentur, reſpondit nunquam exiturum, niſi duceretur ad corpus defuncti Patris Joannis Baptiſtæ, qui jam jam extremum ſpiritum edebat. *Non potuit vivus*, inquit, *me expellere; at mortuus recedere me cogit.* Beatus iſte Pater bis generalatus dignitatem adminiſtravit ſumma cum laude: corpus ejus incorruptum permanſit: verſibus Italicis poëma ſeu precationem, quam vulgò nuncupant *Roſarium*, in honorem ſacratiſſimæ Virginis, compoſuit; tandemque diem ultimum liciter clauſit anno 1500.

Viſitur ibi tumulus Patris Ioannis Antonii *Brandi* Salernenſis, qui definitoris generalis, & ſuperioris localis muneribus præclarè fun- D ctus eſt, totamque vitam ex virtutis præſcripto & legibus egit, prævisâque mortis die glorioſè ſepultus eſt, magno virorum illuſtrium cœtu ejus exequiis ſolenniter aſtante. Plura doctè & ſanctè ſcripſit, valde utilia Reipublicæ Chriſtianæ: Apoſtolica dicendi facultate præſtabat. Ejus frater, nomine Ruffinus, noſtri Ordinis religioſus profeſſus, & definitor Provincialis ad ejus exemplum ſe conformavit.

Addo quod Patres noſtri Siculi occupant Romæ inſigne monaſterium ſub titulo ſancti Pauli *de la Regola*: erectum fuit anno 1614. ſub ditione miniſtri generalis Italici, cui etiam nunc ſubjiciuntur. Ibi tardunt hiſtorici Pau-

Digitized by Google

lum Apoſtolum prima Chriſtianæ religionis fundamenta poſuiſſe, & fidei Romæ publicaſſe documenta. Ibidem longius commoratus, extremum ſpiritum effudit, & mortuus eſt Pater Cottonus Siculus, qui poſtremi hujuſce noſtri ævi decus fuit & ornamentum: valde illuſtravit Tertium noſtrum Ordinem regularem, cujus ſolertiſſimus erat ſectator. Meritò commendatur tum à ſingulari literatura, tum à virtutibus eximiis.

De univerſali ſcientia theſes propugnavit Patavii ſumma omnium approbatione; Romæ itidem: In his etiam Academiis celeberrimis, ubi ſolenni ritu doctor inauguratus fuerat, profeſſorem publicè egit præclara eruditione atque peritia: ſtetit ſemper partibus ſanctæ ſedis, præſertim contra Venetos, qui obſiſtebant, maluitque illorum ampliſſimis beneficiis privari, quam à ſupremo Eccleſiæ capite deflectere.

Multoties conſultor fuit in Congregationibus Romanis, magnique nominis exiſtimationem conſecutus eſt idoneis & ſolidis ſententiarum momentis: particeps omninò erat cordis arcanorum Chriſtiernæ Sueciæ Reginæ, cujus glorioſæ dotes fama atque ſermone omnium prædicantur. Non ſolum Franciſcani, ſed & alii religioſi magis ſpectabiles ***Cottonum*** laudibus exornabant, tanquam probum, & apprimè eruditum virum.

Tanta in ſuo ordine pollebat auctoritate, ut plures Itali, Siculi, Belgienſes ad Generalatus dignitatem erecti ſint, eo quod magno in numero haberentur apud ***Cottonum***. Gratia in primis valebat apud Summum Pontificem Innocentium XI. qui niſi mors Cottoni fuiſſet impedimento, illum ſacro cœtui Eminentiſſimorum Præſulum aggregaſſet, juxta omnium expectationem & efflagitatum.

Humilitate, regulari diſciplina, charitate, & totius vitæ ſanctimonia oppido claruit. Plura edidit in lucem opera, quæ peritorum judicio probantur, de caſibus conſcientiæ, aliiſque rebus Eccleſiaſticis.

Per longum tempus graviſſimè ægrotavit, inſigne exhibens patientiæ, cæterorumque virtutum ſpecimen: die tandem ſeptimo Maij, anno milleſimo, ſexcenteſimo, octuageſimo ſecundo, annum agens ſexageſimum, è vivis exceſſit: à quibuſcunque præſtantioris notæ viris cohoneſtatæ fuerunt ejus exequiæ.

Silentio quoque nunc involuo Conventum religioſorum Reformationis Gallicanæ Romæ inſtitutum: deſcribam fusè quod ad illum ſpectat, cum ad Congregationem Gallicanam devenero.

Congregatio Italica multum commendat domum Tertiariorum Tiburi fundatum, unde Sibyllo Tiburtina ortum ducere creditur. P. Raymundus *Lachon* religioſus Tertiarius Aquitanus è Paleſtina rediens illam condidit

A ſub invocatione ſancti Antonii Patavini.

Intra ſepta Viterbii extat Conventus ſanctæ Mariæ *de Gymneſtra*, qui fuit conceſſus Patribus noſtris anno 1463. à Patre Thoma Abbate Ordinis Præmonſtratenſis, & Monaſterii ſanctæ Crucis moderatoris.

Multa id genus poſſum prodere; quæ lubens reticeo, ut imiter quantum fas eſt, hiſtoriæ ſcriptores perfectos, qui in rebus recenſendis, ſeu omittendis apprimè prudentes ſint, oportet. Modo lectores ſcriptis annuant, hiſtorici, quod intendunt, aſſequuntur. Advertant igitur ii qui hanc narrationem legunt, Moniales Tertiarias poſſidere ſex in ſola urbe Romana celebres Conventus. B Primus, à ſancta Margarita denominatus, initium habuit trans Tyberim anno 1188. ſub Nicolao IV. eodem tempore quo Toloſanus: hoc in cœnobio ſanctæ Margaritæ trans Tyberim Eminentiſſimus Cardinalis Gaſtaldi magnificam ſumptibus ſuis erexit à fundamentis, & perficiendam curavit Eccleſiam. Maria Eugenia Gaſtaldi ſoror ejus Monaſterium iſtud laudabiliter gubernavit & magna omnium approbatione: anno tamen 1683. ſuum munus, in quo Summus Pontifex illam ſolenni diplomate confirmaverat, ſibi ſtrenuè abrogavit, ob valetudinis infirmitatem, invitis & reluctantibus religioſis; apud quas Mariæ Eugeniæ memoria vigebit in omnes C annos, multis teſtata, expreſſaque rectè factorum monumentis. Alexandri VII. literis patentibus Romam accerſita fuerat genua, ubi profeſſionem clariſſarum emiſerat: Secundus Conventus urbis Romanæ ſub invocatione ſancti Bernardi conſtat octoginta quinque monialibus. Tertius collocatus eſt in monte *Citorio* ſub titulo ſanctæ Crucis: Quartus gerit nomen ſanctæ Apolloniæ *de Lolivo*. Quintus denominationem ſumit à ſancto Iacobo *de Moratle*. Sextus denique celebratur ſub nomine ſancti Sylveſtri in capite. Habent etiam noſtræ religioſæ Tertiariæ Monaſterium Tiburi ſub titulo ſanctæ Elizabethæ, ab anno 1464. aliud, Reati, ſub invocatione ſanctæ Claræ, tria, Viterbii, quo- D rum unum honorificè conſervat inter reliquias, coſtam ſancti Laurentii, cingulum ſancti Bernardini, pileum B. Ioannis Capiſtrani. Summi Pontifices multis maximi momenti privilegiis illud donarunt: ejus fundatio commodè ſuppeditat quæ ad octoginta Monialium vitam ſuſtentandam ac tuendam neceſſaria ſunt.

Præcipuum religionis ornamentum ſanctitas eorum eſt, qui illam amplectuntur. Wadinghus proponit. Hic B. Antonium *de Puyſſidono* noſtri Ordinis laïcum profeſſum, qui perindè humilitatis & paupertatis & Angelicæ amore præſtabat in clauſtro, ac aliàs in ſæculo ſtirpis antiquitate, & divitiarum

amplitudine conſpicuus erat. Florebat circiter anno 1454.

Beata Lucia Romana Religioſa Tertiaria tanto ſanctimoniæ ſplendore claruit, ut peculiari gratiâ hoc ſentiret fortiter in ſe, quod & in Chriſto Jeſu: Chriſti è cruce pendentis atroces cruciatus, acriter ejus manus pungebant. Sancta Franciſca Romana, ac venerabilis Joannes ſacerdos, & Clementis V. Eleemoſynarius, gemmæ ſunt eximii fulgoris, & mirandum in modum irradiantes, ad ornatum Tertii noſtri Ordinis: dirigebat hic ſub Pontificatu ejuſdem Papæ communitatem Tertiariorum Sæcularium Romæ erectam.

§. VI.

Provinciæ Samnienſis, Neapolitanæ, Campaniæ, Italicæ, Calabricæ, pluresque aliæ.

Aſus eſt olim quidam dicere, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro reipublicæ ſalute gererentur; quæ contra rempublicam fierent, contra auſpicia fieri. Quæ bono publico vertunt, ſemper ſunt fauſta, judicio Dei, qui ſolus eſt verus & rectus rerum æſtimator. Cùm utilitatem publicam præ oculis indeſinenter habuerim in noſtrâ Hiſtoriâ deſcribendâ, operam dedi ut ea prætermitterentur, quæ faſtidium poſſint lectoribus creare. Solùm recenſeo diverſas Congregationes, quaſdam Provincias, earumque Conventus. Sic enim adducendo validas rationes dilatationis, & regularitatis eſſentialis noſtri Ordinis, totus ſum præſertim in enarrandis Virorum illuſtrium factis, qui decus multò amplius afferunt, quàm cætera.

Provincia Samnitum, ſeu de Aprutio, etiam nunc poſſidet novem Religioſorum Monaſteria: Provincia Neapolitana viginti unum, quotum decem pertinent ad Religioſas; ex his verò tribus, ſcilicet duo Neapoli, alterum Salerni, nullas admittunt ad Ordinem niſi nobili ſatas ſanguine, & familiæ claritate inſignes. Beati Apoſtolus, cujus corpus requieſcit Neapoli in Eccleſiâ ſanctæ Luciæ, & Angelus *Storrens* nobilis Apulienſis, multùm illuſtrarunt & decorarunt ſuam patriam: hic, juxta teſtimonium Andreæ *Ferrari* in ſuo Calendario ſpiritu paupertatis, abſtinentiæ, & orationis præcellebat: ipſe, ob charitatem eminentem erga pauperes pridie quàm moreretur, inſignem accepit conſolationem viſione ſancti *Franciſci*, qui eum certum fecit de peccatorum remiſſione.

Beata Magdalena Conſtantienſis multò magis enitens miraculorum gloriâ, & virtu-

A tum ſplendore, quàm ſuâ proſapiâ & origine, licet valdè illuſtri; ſepulta eſt Neapoli, ubi ſanctiſſimè vixit juxta leges perfectæ Tertiariæ, ad imitationem beatæ Nuntiæ Neapolitanæ, cujus corpus ibidem ſummâ veneratione colitur, poſtquam ſingularis ſanctimoniæ radios ob oculos Neapolitanorum ampliſſimè ſparſit. Mentionem de omnibus faciam magis fuſam & expreſſam, cùm ſigillatim actus cujuslibet proprio ævo deſcribam.

Provincia Calabrica enumerat viginti & unum Conventus, præter quinque illos qui jam à viginti quinque aut triginta annis, terrâ ingenti & horribili motu concuſsâ,
B corruerunt & abſorpti ſunt. Pater *Dionyſius Columbus Oriolus*, Miniſter Generalis Congregationis Italicæ, Calaber erat. Quamvis fato functus ſit primo anno ſui Generalatûs, meruit tamen exiſtimari vir bonus, & prudentis Superioris famam ſibi confecit.

Beatus Paulus *de Ambroſiis* ſacerdos, Religioſus Tertiarius locum habebit notabilem parte tertiâ, utpotè, dignus qui ob præclaras virtutes ſermonibus hominum celebritatem apud poſteros conſequatur. Debetur hîc locus memoriæ B. Franciſci de Calabriâ, qui poſt longam & perfectam ſolitudinem è vitâ migravit annum agens centeſimum duodecimum, clarus miraculis in conventu ſanctæ Mariæ à Jeſu, Panormi in Siciliâ, anno
C 1597. De geſtis ejus ſanctiſſimis iterum loquar & amplius, dum Viros noſtros illuſtres recenſebo.

Reticeo provincias Etruriæ, Sardiniæ, & plures alias quæ lapſu temporis fermè deletæ ſunt, aut omninò extinctæ: potior pars conventuum in manus alienas tranſiit. Unum adhuc extat Florentiæ Monaſterium Religioſarum Tertiariarum, valdè antiquum ſub invocatione ſancti Georgii, & aliud in eadem urbe, à ſanctâ Urſulâ denominatum, centum & duodecim virgines Chriſto ſacratas continens, ſub tertiâ Regulâ Franciſcanâ.

Benedictinæ illud anteà poſſidebant; fuitque datum ab Eugenio IV. ſummo Pontifice
D anno 1435. Virginibus Tertiariis, quæ cùm hærerent firmiter in vitæ formulâ ſui legibus Inſtitutoris *Franciſci* præfinitâ, reduxerunt illùc ſplendorem diſciplinæ priſtinum, à Benedictinis Monialibus obſcuratum: Tertiariæ ad noſtram uſque ætatem conſervârunt Cortonæ duo cœnobia, alibique plura alia.

Indè liquet beatam Margaritam Cortonenſem lumen eſſe præfulgens totius Tuſciæ, quæ plurimos illuſtres & ſpectatos viros peperit ad ſummum Eccleſiæ decus & robur: BB. Bartholus *à ſancto Geminiano*, Gerardus *de Villâ magnâ*; Lucheſius & Bona ejus uxor, Petrus *Tecelanus*, Carolus *à monte Garnello*,

Garnello, Gualterius *de Marzo*, beatæ Humiliana & Viridiana, beati Orlandus *Catanenſis*, Albertus *de monte acuto*, Jacobus *de Caſtroplebe* martyr, Torrelus *de Puppio*, Anachoreta, plurimùm ornamenti comparaverunt huicce provinciæ præclaris virtutibus & meritis, ſicut declaramus in eorum Vitâ, quæ ſequitur.

Beatæ Amphroſina, Gabriela *de Nozzi*, Maria Clemens, Catharina Evangeliſta, Onuphria, Franciſca, & Joanna adeo ſuavem ſanctitatis odorem afflârunt in clauſtris tertiariis, ubi profeſſionem ſolemnem emiſerunt, ut etiam exteri eò plenè perfuſi ſint & imbuti. Omnes ſuo ævo locum tenent in noſtris Annalibus, ut videre poſthac erit. Teſtamur nunc ſolùm Gabrielam *de Nozzi* viginti annis à die ſepulturæ, & Mariam Clementem, ſeptemdecim, fuiſſe inventas abſque ulla corruptione; imò jucundum & cœleſtem ſpirantes halitum.

ARTICULUS XIII.

Congregatio Siciliæ.

FALLITUR enormiter, ſapientum omnium, non ſolâ meâ quidem ſententiâ, qui imperium credat gravius eſſe ac ſtabilius, vi quod fit, quàm illud quod amicitiâ adjungitur. Quanto felicius eſt & fauſtius, cùm amor Chriſti illud conſtituit, ſic orta eſt & crevit noſtra Siciliæ Congregatio.

Quamvis tantum numeretur in ordine, tanquam provincia in congregationem Longobardiæ, nunc Italicam, nuncupatam, adſcripta ſub Pontificatu Clementis VIII. verùm quia Sicilia, poſtquam habuerit ſuos conventus ſeparatos, & nulli Superiori Generali ſubjectos, fuit redacta in congregationem, Paulo III. Sedem Apoſtolicam occupante: de eo ſub hac ratione diſſeremus, illam perſpiciendo ſolerter in ſuâ origine, quæ attentam poſtulat applicationem, utpotè juncta Longobardis & Italis cum tantâ veneratione, ut alternatim Itali & Siculi Viſitatoris generalis munus obeant.

Pater Jacobus Eugubinus, familiæ Franciſcanæ alumnus, iter faciens ad Mahometanos, Chriſti Evangelium illis prædicaturus ordinatione ſummi Pontificis Pauli III. Cardinaliſque eminentiſſimi à ſanctâ Cruce, Tertiariorum protectoris, commoratus eſt in Siciliâ. Chriſti dogmata illic explicavit tanto fervore, ut validis rationibus auditores permoti, pœnitentiam illicò amplecterentur. Zelus ipſius incendit præſertim flammas amoris divini Drapani, ubi collapſam Tertii Ordinis diſciplinam in integrum reſtituit tanto fructu, ut Pius V. eum inſtituerit hujuſce Congregationis Superiorem generalem. Mox condidit Religioſorum cœnobium propè Drapanum, nominatum communiter *Martoga*, ubi ab eo tempore educantur Novitij, ſummi Pontificis juſſu. Erecti fuere ſtatim in eâdem urbe tres Conventus Religioſarum, teſte Silveſtro Marulo. Miros fecit progreſſus in hoc regno noſter Ordo curâ & ſtudiis tanti fundatoris, cùm Monaſteriorum multiplicatione, tùm virorum illuſtrium vocatione, qui doctrinâ & exemplo prædicatoris Apoſtolici perculſi, mundo & vanitati citiùs nuncium remittebant. Naturam enim omnium verſabat quos alloquebatur, mentem quo libuerit torquebat, mores immutabat, & commovebat animos, uſque adeo efficax eſt vir ſpiritu Dei repletus.

Summus Pontifex probè cognoſcens hos Religioſos Tertiarios perfectos eſſe imitatores primorum Chriſti diſcipulorum, eos variis & inſignibus gratiis cumulavit, ad confirmandum eorum inſtitutum ſub tertiâ Regulâ Patris Seraphici à Nicolao IV. approbatâ: tribuit illis facultatem admittendi ad habitum & profeſſionem ſolemnem utrumque ſexum cum requiſitis conditionibus.

Extant triginta quinque Conventus in provinciâ Siculâ: tres Panormi; primus denominatus à ſancto Nicolao, qui incœpit anno 1583. & valetudinarii locum tenet, ubi infirmis & ægris aliorum duorum luculenter ſuppeditantur quæ umquæ neceſſaria, & priſtinæ vires redduntur; ibidemque commodè vivunt & ſanctè octoginta Religioſi. Secundus titulum habet beatæ Mariæ de Miſericordiâ: inſtitutus eſt anno 1594 in religioſæ vitæ Tirocinium, quod vulgò Novitiatum nuncupant, & familiam quinquaginta fratrum facilè ſuſtentat. Tertius anno 1581. fundatus ſub invocatione beatæ Mariæ de Annunciatione, Scholas habet Philoſophicas & Theologicas. Intra muros Drepanenſes includuntur duo monaſteria, ſancti Rochi, ab anno 1574. beatæ Mariæ de Angelis, ab anno 1546. principem inter cætera locum obtinet hoc ultimum, tùm ob antiquitatem, tùm ob magnifica ædificia hortoſque valdè jucundos: amœnæ iſtius regionis ſitus eſt multiplex; in anfractus varios recedit, & mirâ cum voluptate retinet pariter ac fugit oculos intuentium. Quamvis ibi cernere liceat quidquid præclari ſub oculos cadere poteſt, locus tamen eſt aptiſſimus ad contemplationem. Longè diſtat ab urbe; proſpectus in mare proximum, & in ſylvam vicinam non ſolùm recreat & oblectat innocenter, verùm etiam ad cœleſtia evehit amatores ſolitudinis.

Priſcorum Patrum ſanctitas, qui hanc domum occupaverunt, renovatur, & novum ignem accendit ſemper in iis qui nunc ibi

degunt: ſe ſuaque omnia ad Deum referunt; nihil non piè agunt, nihil cogitant quod non ſit cum religioſâ diſciplinâ conjunctum. Illuſtres hujus provinciæ viri amplam mihi rationem ſcribendi exhibent, rectè geſtorum numero & magnitudine. De iis fiet ſolemnis commemoratio 3. Part. quæ eorum ſæculum complectitur. Sufficiat in præſenti nomina illorum exprimere, poſteà celebrabuntur merita.

A

Homines nobiliori ſtirpe oriundi afferebant opes ſuas ad pedes Patris Jacobi Eugubini, ut de his ad nutum abſolutè diſponeret, ipſoſque ad habitum & profeſſionem ſolemnem tertii Ordinis Franciſcani reciperet. Antiqua & illuſtris proſapia *de Burgio* feliciter produxit tres præcellentes viros, qui multùm decorarunt Congregationem Siculam, Patrem Michaëlem *de Burgio*, Patres Marium & Celidonium ejus fratres. Familia *de Ricci*, duos, Joannem Vincentium, cujus genius inter omnes eminet; Hieronymum, Procuratorem generalem. Stirps *de Ferri*, Patrem Petrum, qui concionandi facultate præſtabat. Proſapia *de Ciambri*, duos fratres, quos Religio nominavit, Seraphinum & Bonaventuram: Familia *de Provenzano* dedit P. Joannem Baptiſtam doctrinâ & pietate præditum. Longo uſu edoctus, ter generalatum adminiſtravit, felici & proſpero, ſupra quam cuiquam credibile eſt, eventu. Stirps *de Rizzo* P. Juſtum *de Rizzo*, Baronem *de Favignanâ*, qui uxore, nuru, duabuſque filiabus, cum familâ cubiculariâ collocatis in conventu Trinitatis, ſub regimine Religioſarum Tertiariarum, ipſe ex publicæ rei adminiſtratione ferventer abiit inter Religioſos noſtri Ordinis, duos natos adjungens ſibi ſocios. Frater ejus Franciſcus *de Rizzo* credidit binas filias, treſque natos, nullam ſortem poſſe adipiſci magis florentem aut ſplendidiorem, quam profeſſionem noſtræ Regulæ. Nominati ſunt hi Andræas, Joannes Vincentius, & Modeſtus. P. Joannes Vincentius, gnarus omnis artis ac diſciplinæ, inter doctos celebri exiſtimatione claruit, utpotè qui exercuerit inclytè omnium ſcientiarum magiſterium publicum.

B

C

D

Imitatores habuere Patres *Clementem* de Salerno, *Bonaventuram* Saladinum, *Petrum* de Feno, *Antonium & Ruffinum Brandinum*: omnes hi natalium claritatem doctrinâ & virtutibus plurimùm ornabant: prima poſuerunt fundamenta religioſæ perfectionis in rupe ſolitariâ, ad radices montis ſancti Juliani ſitâ; cujus vel leviſſimus aſpectus pietatem inſpirat: piis quoque admodum animi ſenſibus affecti ſunt in conventu *de Martognâ*, vel beatæ Mariæ de Angelis ſupra montem.

Sanctitatis & eruditionis amplitudo Religioſorum non ita me occupat quin ſeriò conjiciam oculos, & ex animo in Religioſarum eximias dotes. Drepani replent inſigne Monaſterium ſub titulo Trinitaris, quod vulgò vocant *magnam Abbatiam*. Conciones apoſtolicæ Patris Jacobi Eugubini reipſa illud condiderunt. Septem, aut octodecim ſpectatiſſimæ hujus urbis dominæ, divino afflatu impulſæ, dum tantus concionator loqueretur, & aperiret Scripturas, huic communitati dederunt initium. Uxor, duæ filiæ, & ſponſa nati, ſive nurus Baronis *de Favignana*, quæ in matrimonio florem virginitatis non amiſit, vitam religioſam generosè ſunt amplexæ.

Conventus iſte fuit conſtructus eleemoſynis, quas fideles offerebant P. Jacobo Eugubino, & donatione Religioſorum noſtri Ordinis factâ coram Tabellione cum omni formulâ juridicâ. Declarabant Tertiarii Regulares Siculi quantum à rebus terrenis abſterrebant, adhærentes paupertati, etiam in communi, quam profitebatur Pater Seraphicus. Sanctus Carolus Borromæus noſtri Ordinis protector hunc zelum moderatus eſt, atque hujuſmodi donationem revocavit & abrogavit, reducens donatores in uſum conſuetum Tertiariorum, poſſidendi videlicet in communi, ut reditibus annuis gaudentes, fundationibus eccleſiaſticis ſatisfacerent.

Tandem provincia Siciliæ pretioſos theſauros conſervat, velut beatam Innocentiam *de Ricci*, pluresque alios id genus.

ARTICULUS XIV.

Congregationes, ſeu Provinciæ Dalmatiæ, Iſtriæ; ſeu Iuſtinopolitanæ, Argentoratenſis, ſeu Argentinenſis.

ISTHUC eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt, videre, ſed etiam illa quæ futura, ſunt proſpicere. Hoc ſtet verum ſemper in humanis, ubi præmeditatio futurorum malorum, lenit eorum adventum, quæ venientia longè antè videris; ubi præmeditatio bonorum ea confirmat, & reddit feliciora: Conſtat etiam hæc veritas in divinis, ubi prudentia, virtus ſagax, fortiter gratiæ exequitur conſilia.

Regularium Congregationum inſtitutio in teſtimonium venit: quomodo enim omnia impedimenta poſſent ſuperare, niſi mens humana radiis cœleſtibus illuſtrata, prævisis & dirutis obicibus, Deo juvante, victrix remaneret? Congregationes Dalmatiæ & Iſtriæ, ſic inſtitutæ ſunt: ſubjiciebantur quondam immediatè ſanctæ Sedi: nunc obediunt Viſitatori generali Tertiariorum Italiæ, juſſu

Clementis VIII. ab anno 1601. juxta Bullam, *Pro noſtri Paſtoralis muneris debito*. In iis ad noſtrum uſque tempus reperiuntur tredecim Religioſorum monaſteria: præſertim eminet monaſterium ſancti Gregorii de civitate, quod eſt caput totius Iſtriæ. Religioſæ Tertiariæ duo habent in inſulâ Cretenſi.

Beatus Henricus Rex Daniæ ritè conjungens ſpiritum humilitatis & animum contritum cum regiâ majeſtate, mirabiliter auxit harum claritatem provinciarum, illiſque multùm profuit omnium virtutum exemplo. Catharina Boſniæ Regina, & Joanna Græciæ Imperatrix, magnam ſanctimoniæ exiſtimationem ſuis in regionibus conſecutæ, noſtro Ordini, quem profitebantur, ſicut & Danorum Princeps, novum ſplendorem addiderunt.

Provincia, ſeu Congregatio Argentoratenſis, complectitur Alſatiam, & Diœceſes Argentinenſem, Baſilæenſem, Conſtantienſem. Olim juncta erat Congregationi Italicæ, Miniſtroque ejus generali, tanquam Superiori legitimo obtemperabat. Floruit olim tùm conventuum multitudine, tùm virorum illuſtrium doctrinâ & ſanctitate. Penè tamen deleta eſt hæreticorum violentiâ, qui Religioſorum Tertiariorum conventus deſtruxerunt, ne à tam egregiis bellatoribus Chriſtianis hæreſis omninò diſturbaretur: tollerant nihilominus quædam Religioſarum Tertiariarum monaſteria, quarum nec arma, nec aggreſſus formidant. P. Henricus de Ungaro, natus Conſtantiæ, Generalatu Congregationis Italiæ functus, electuſque fuit à Capitulo celebrato in Conventu quem vocant *de ſilvâ matutinâ*, anno 1475. ubi ſtatuta Florentina confirmata ſunt.

Diviſiones ortæ inter Congregationes Allemaniæ, ſeu Germaniæ, eas privaverunt Superiore generali, præbueruntque anſam Eccleſiæ infenſis hoſtibus ipſas exponendi ad prædandum, & in iiſdem ingentem faciendi ſtragem. Joannes Baptiſta *Gramay* Vicarius Apoſtolicus in totâ Germaniâ, Primas Africæ, Antiſtes *d'Althan*, Conſiliarius, & Eleemoſynarius Majeſtatis Cæſareæ, & Caput Ordinis militiæ Chriſtianæ, diſcipulus erat Patris Seraphici, Tertiique Ordinis fideliſſimus ſectator. Scripſit ad Patrem Antonium de Sillis Generalem Miniſtrum Tertiariorum in Italiâ, ut recuperaret conventus Religioſorum Germaniæ, quos aſſerebat numerum „ ducentorum excedere. Facillimum eſt, „ aiebat, illos aggregare Congregationi Ita„ liæ. Pater Franciſcus *Guaſtamiglius* Patris Antonii de Sillis ſucceſſor, miſit ad hunc illuſtriſſimum Præſulem gerendi hujus negotii poteſtatem factam per ſyngraphum, ut diligenti inquiſitione præviâ, hiſce conventibus priſtinum reſtitueret ſplendorem. Michael Adolphus Comes *d'Althan* literis idem ſignificavit P. Franciſco Guaſtamiglio 8. Decembris anno 1626. dum Generalatum obiret, promiſitque favorem & auxilium: At bella, amborum interitus, quorum mens utique recta erat, juſta & divina hæc conſilia diſſiparunt.

Indè tamen conſtat quantum claruit antiquitùs Ordo Tertius Regularis in Germaniâ ſuperiori, cùm Bonifacius VIII. teſtetur bullâ, *Cupientes* 1295. rogatum fuiſſe à Fratribus & Sororibus diverſarum Germaniæ regionum, ut eis concederet favores ad ſolum ſtatum regularem pertinentes. Ad eorum ſupplicationem Dionyſius Rikel Carthuſianus, qui è vivis exceſſit anno 1471. vir quidem perindè doctus ac pius, præcellentes commentarios compoſuit in Regulam Pœnitentiæ, à Nicolao IV. confirmatam. Doctor ille, qui immortalem nomini ſuo famam eximiis facinoribus & ſcriptis peperit, obſervat inter alia, Tertiarios noſtrates Sedis Apoſtolicæ conſenſu, addidiſſe profeſſioni ordinariæ vota eſſentialia, concluditque illos eſſe verè & haud dubiè Religioſos. Loquitur ſpeciatim de Congregationibus aut Provinciis Magdeburgi, aut Saxoniæ, Bavariæ, Sileſiæ, Franconiæ, Bohemiæ, Hungariæ, &c.. Rheni, ubi comprehenduntur Colonia, Weſtphalia, & adjacentia loca. Religioſi Tertiarii quondam aſſociati, & unico Capiti ſubmiſſi in provincia Rheni P. Bartholomæum *d'Oſtegen* electione canonicâ provexerunt ad dignitatem primi Generalis Miniſtri. Omnes tamen eorum fermè conventus collapſi ſunt. Religioſarum domus non ita dirutæ ſunt. Eugenius IV. differendo de Colonienſibus, nominat eas Sorores Tertiæ Obſervantiæ.

Si quæſtio fiat de Provinciis Magdeburgi, aut Saxoniæ, fluent uberiùs lachrymæ, quam verba: animus turbatur, calamus hæret, reſponſio deficit ob furorem & impietatem hæreticorum, qui eas devaſtârunt & populati ſunt. Wadinghus mentionem facit Monaſterii ſancti Nicolai, in ſuperiori Bavariâ, diœceſique Ratiſbonenſi, propè urbem *de Kelhaimâ*. P. Antonius *à ſeptem caſtris*, Tertii Ordinis Religioſus, illius jecit fundamenta; cujus Duces Bavariæ, Joannes & Sigiſmundus beneficiis extiterunt auctores. P. Franciſcus Gonzaga alterum Conventum in Sueviâ commemorat: Trithemius alterum in diœceſi Trevirenſi. Sed omnia hæc profectò nihil, aut ſaltem jocum dices, ſi comparentur iis quæ ſentiunt Scriptores antiqui de propagatione Religioſorum Tertii Ordinis Franciſcani in partibus Germaniæ, priuſquam Lutherus eas infeſtaret.

Religioſæ plures conſervârunt domos;

tres in Ducatu Bavaro: ſex in Argetoraten-ſi Satrapiâ, quaſdam in Moraviâ; quarum præcipua ſita eſt in Diœceſi Olomucienſi, cum tantâ celebritate, ut omnes virgines, quæ ibi profitentur noſtram Regulam, illuſtri naſcantur loco; non pridem eſt, cum Superior ipſa, quæ cæteros moderabatur, principis erat dignatione conſpicua: noſtræ itidem Religioſæ ſexdecim habent Conventus in Sueviâ, multos in Helveticæ Reipublicæ municipiis fœderatis Friburgi, & Snloduri. Polonia major & minor illas ſingulari amore complexæ ſunt, & collocaverunt Varſoviæ & Cracoviæ, potioribuſque in aliis ſuis urbibus: ſic egit Ruſſia.

Hæ Provinciæ in mœrore jacentes, & miſeriis conflictaræ, inſolentiâ militum, & hæretieorum rabie præclara adbuc exhibent Monumenta Tertii Ordinis in enarratione virtutum Belæ IV. Regis Hungariæ; Mariæ ejus uxoris, Græciæ Imperatoris filiæ; ſanctæ Birgittæ; Elizabethæ Caroli IV. Imperatoris Occidentis conjugis; alterius Elizabethæ Hungariæ Reginæ, Coletæ, Rodolphi Imperatoris filiæ; Zingæ, ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ, ſororis, ac Jutæ, ejuſdem Elizabethæ honorariæ puellæ.

Beata Elizabetha Reytenſis Tertii Ordinis Religioſa Profeſſa non minus ſplendoris ei contulit: verùm Elizabetha Hungarica, prima Religioſa Tertiaria, & omnium utriuſque ſexus regularium facilè princeps, omnes obſcurat: ſolum hanc hodiè nomino, cum jamdudum de mirabilibus ejuſdem geſtis amplum volumen ediderim.

Vvadingh. 1458.

ARTICULUS XV.

Congregationes Germaniæ ſeu Allemaniæ inferioris.

INCREDIBILIS eſt divitiarum honorumque vilitas, ubi ea cum virtute contuntur: fortuna & honoribus nihil humilius & contemptius deprehendas, ſi ex virtutis æſtimes pretio. Expende Tertium Ordinem Franciſcanum: quot libras in eo invenies, quem non capiunt Italia, Gallia, Hiſpania? Floret in utraque Germania, ubi ſatis dignè nemo illum laudare poteſt, tùm pro multitudine, cùm pro dignitate Conventuum; quamvis penè exturbati ſint & dilapidati ab impiis hoſtibus Eccleſiæ. Vigor tamen noſtri Ordinis non omnino periit, qui in mediis rebus adverſis ortus eſt, excrevit, & perſtitit ſectatorum virtutibus & meritis glorioſius quam terrenis ſubſidiis. Hoc præſertim manifeſtatur in Germaniâ inferiori.

Duæ ſunt adhuc ibi Congregationes regulares. Prima vocatur communiter Congregatio, *Zepperen*, vel Campi ſancti Hieronymi, à nomine celebrioris Conventus intrà muros urbis, *Zepperen*, fundati, in agro Leodienſi. Continet Ducatum Brabantinum & Belgii partem. Quamvis ſit ex antiquioribus, non tamen ejus nitor omnino hebetatus eſt. Conſervavit Miniſtrum generalem ipſius Tertii Ordinis Profeſſorem, etiam ante Pontificatum Joannis XXIII. qui hoc reddidit teſtimonium diplomate, *perſonas vacantes*. Generalis iſte Miniſter confirmatus fuit à Nicolao V. Bullâ, *Apoſtolicæ Sedis benignitas*. 1450. Ubi declarat noſtrates Tertiarios verè eſſe Religioſos, eorumque vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ ſolemnia eſſe.

Juncta fuit Congregationi Italiæ anno 1653. die 31. Maii, auctoritate Apoſtolicâ ſub Pontificatu Innocentii X. unde cum ſubjecta ſit generali Miniſtro Italiæ, ſequitur ſolùm tunc habere Provincialem Superiorem, & Commiſſarium generalem ſuæ gentis. Plures enumerat optimos Conventus Religioſorum, inter quos eminent Campus ſancti Hieronymi; in urbe *Zepperana* ſanctus Joannes Baptiſta, *Antuerpiæ*; Vallis ſanctæ Mariæ, *Bruxellis*; ſanctus Petrus, *Lovanii*, ſanctus Franciſcus, *Areſchoti*. Extant quoque multa Religioſarum Monaſteria. Dives eſt & opulenta maximè hæc Provincia Belgica theſauro corporis S. Eliſabethæ Hungaricæ, quod tranſlatum eſt à Germaniâ *Bruxellas* curâ & juſſu Claræ, Eugeniæ, Elizabethæ, dum Belgii ditione potiretur ad ejus exemplum omnes cùm magnates & primores, tùm plebëi ad oſſa tam pretioſa venerabundi accedebant, & amplectebantur Tertiam Regulam Patris Seraphici pro Sæcularibus inſtitutam, cujus Habitum Princeps ipſa Clara, Eugenia, Auſtriaca palàm & apertè gerebat. *Bruxellis obiit* & ſepulta eſt. Meretur Inculentum elogium, quod illi ſuo loco in noſtris annalibus lubentes damus.

Secunda Congregatio Germaniæ inferioris, quam *Mechlinienſem* nuncupant, ab urbe Mechlinienſi, complectitur etiam Provincias Atrebatenſem, Hannonienſem, & Tervanenſem. Præcipui Conventus Religioſorum ſunt in oppidis ſancti Audomari, Furnarum, Neoportus, Iprarum, Berguæ. Qui ſolerter harum Regionum antiquitatis veſtigia indagaverunt, ibi reperiunt ſeptuaginta, aut octoginta Religioſarum Domos: diploma Joannis XXIII. *Perſonas vacantes*, 1414. multum favet & opitulatur huicce Congregationi. Summus ille Pontifex inſerit formulam Profeſſionis votorum eſſentialium, quam jam anteà Tertiari Regulares ſolenniter emitte-

bant, confirmatque verbis diſertis eorum Statuta. Pars hæc orbis terræ plurimum recipit ornamenti à ſanctâ Coletâ quæ illam ſuâ præſentiâ, dum vixit, honeſtavit, cuique poſt mortem innumeros à Deo favores obtinet.

Quæ ſpectant ad Congregationem *Trajecti*, ſileo, cui Bonifacius IX. facultatem concedit Capitula generalia convocandi, & in iis Miniſtrum generalem eligendi: prædictis olim conjuncta erat; ſimulque omnes tandem ſocietatem inierunt cum Italiæ Congregatione.

De Congregatione Bataviæ, & Zelandiæ juſtus dolor vetat loqui: tantùm in eâ ſuperſunt deplorandæ notæ crudelitatis & perfidiæ hæreticorum qui eam penitùs everterunt. Nicolaus V. illam numerar in Bullâ datâ Congregationi Brabantinæ, cui Congregatio Leodienſis olim conjuncta erat, ſed tunc ab eâ ſeparatur.

Avertamus oculos ab Hibernia ſpiritus angore: vigebat quondam in ea Regularium Tertiariorum Congregatio quatuor præclaris Provinciis conſtans, quarum ſatis non poſſumus miſerari ſortem, nec dolere vicem, cum ſint proſtratæ & penitùs devaſtatæ ab hæreticis. Recenſebant olim triginta ſex Monaſteria Religioſorum; præter Religioſarum Conventus, ut teſtis eſt Miniſter Provincialis proximus Fratrum Minorum Hiberniæ ſcribens ad Patrem Lazarum Marchionem ſpectatiſſimum in Congregatione Brabantina, generalemque Commiſſarium.

Calixtus III. Bulla *Diſpenſatione Divinâ* 1456. nominat in Viſitatorem generalem Tertii Ordinis, in Hibernia P. Thomam *Ornainum*: indeque diſcimus Profeſſionem Viſitatoris ejuſmodi Generalis omniumque Tertiariorum quibus præerat ſolennem eſſe, & perfectè regularem. Si ad Angliam attendamus leviuſculè, comprehendemus haud-dubiè Tertium Ordinem Franciſcanum mirabiliter ibi floruiſſe, antequam Schiſma graſſaretur. Annales Minorum aſſeverant Reginam uxorem legitimam Henrici VIII. veram & fidelem Jesu-Christi Diſcipulam, Tertio Ordini Sæculari nomen dediſſe. Illi à Confeſſionibus erat Pater Religioſus primi Ordinis Franciſcani, quem furor hæreticorum projecit in carcerem fœtidum & obſcurum, unà cum Patre Tertii Ordinis Religioſo, nomine Joanne *Volger Sanchs*, qui Religioſarum ſanctæ Claræ exomologeſim excipiebat.

ARTICULUS XVI.

Congregatio Hiſpaniæ & Luſitaniæ.

Bona fortunæ perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet; qui uti ſcit, ei bona; qui non utitur, rectè, mala. Gaudeant Provinciæ, Deoque gratias agant, pro beneficio quod perceperunt, quando Tertius Ordo Franciſcanus in eiſdem inſtitutus eſt: Gaudeant multomagis, ſi tanta gratia eis profuit ad ſalutem, & perfectionem vitæ. Omnes enim Dei donis cumulantur, ſed non omnibus æquè ſunt utiles favores divini, propter uſus diſcrepantiam. Idem beneficium his ſolatio, illis detrimento eſt, quia diſpar diſpoſitio.

Mirus fuit olim Tertii Ordinis in Hiſpania progreſſus; mira quoque utilitas, Catholicis illum avidè & ardenter recipientibus, abſque ullo hæreticorum tumultu. Tres ibi extabant Congregationes diſtinctæ. Prima in regnis Granatenſi, & Andaluſio: ſecunda in Provinciis Caſtiliæ, Gallæciæ, Legionis. Tertia in Luſitaniâ. Cum nullo modo hæreſis infeſtarit haſce regiones, noſtrates Tertiarii majori poſiti ſunt ibi tranquillitate quam alibi: Incœperunt unum ſubire Superiorem generalem, Martino V. regnante, qui Bullâ *Religioſorum exceſſus*, anno 1411. conceſſit eis Viſitatorem generalem in regnis Granatenſi & Andaluſio. Hæc Congregatio adjuncta eſt poſteà alteri in regnis Caſtiliæ, Leonis, Gallæciæ ab Eugenio IV. diplomate, *injunctum nobis deſuper*, anno 1442. His Congregationibus morem gerentibus per aliquod temporis ſpatium Superiori generali Tertiario Profeſſo, Provincialis, & Miniſter generalis Minorum Conventualium & Obſervantium fruſtrà reclamaverunt.

Pater Lupus *de Bolannos* & Antonius *de Tablada* Viſitatores generales Religioſorum Tertiariorum, quilibet ſuo triennio, jus ſuum propugnaverunt in Curia Romana, fueruntque victores: ille anno 1508. Sententiâ contradictoriâ Julii II. hic anno 1526. ſub Clemente VII. Bulla *ad uberes* fructus, quâ verbis conceptis confirmat Viſitatorem generalem Ordinis Pœnitentiæ, declaratque eum à ſolo Summo dependentem Pontifice: Illi præterea Mandatum dat componendi tres diverſas Regulas, pro Religioſis, pro Monialibus, & pro Sæcularibus utriuſque ſexus Tertii Ordinis, quæ fuerunt confirmatæ à Paulo III. ejus ſucceſſore.

Congregatio Luſitaniæ ſocietatem iniit cum duabus præcedentibus, iiſdemque privilegiis gaudet: tandem redierunt in primum ſtatum ſeparationis ſub Pio V. & in Provincias redactæ ſunt Boeticæ, Gallæciæ, Luſitaniæ, ſub Clemente VIII.

Provincia Boetica vel Granatenſis aut Andaluſia plures habet pulchros & commodos Conventus. Religioſi duos poſſident Hiſpali; unum Granati, & alios alibi. Religioſæ magni æſtimant Monaſterium Granatenſe, cujus Titulus ſanctæ Mariæ de Angelis. Pri-

ma Abbatiſſa, Leonora à ſancto Joanne, re- A rum divinarum contemplatione inſignis, tam acerbè dolebat ex Chriſto offenſo, ut erumperet in uberes & ferè continuas lachrymas; unde aſpectum amiſit, cilium, ſupercilium, palpebra, cęteræque partes oculos circumſtantes, videbantur quaſi exuſtæ ab ardore gemituum, quos ignis Charitatis inflammabat.

Carmonæ in Regno Granatenſi fundatum eſt Monaſterium illuſtre ſub titulo Conceptionis ſacræ Virginis à Sorore *Lucia Sancia*, quæ nuptui tradita viro ingenii tetrici & difficilis, illum patientiâ & morum ſuavitate, ab aſperitate & moroſo naturæ habitu, ad hilaritatem & manſuetudinem traduxit. Marito mortuo voto aggreſſa eſt & complevit B hanc fundationem, ubi ſumpto velo, profeſſioneque ſolemni peracta, vixit & obiit ſanctiſſimè.

Provinciæ Gallæciæ, Legionis, Caſtiliæ multos habent Conventus non parvi momenti: In Gallæcia valde commendatur Collegium Diœceſis Mindonenſis: Fundator ejus eſt Comes *Traſtamiera* ſub beneplacito Henrici I. & Joannis II. Caſtiliæ Regum, & auctoritate Summi Pontificis Nicolai V. Conſtructum eſt ſub invocatione ſancti Spiritus, ea lege, ut juvenes Religioſi Philoſophia, & Theologię ſcientiis in eo diligenter & quietè imbuantur.

In Regno Legionis videtur Conventus ſanctæ Magdalenæ de *Cereſallo*, erectus C anno 1432. largitionibus Joannis *d'Oviedo*, ut ibi noſtri Tertiarii impenſe munia hoſpitalitatis exerceant erga peregrinos, qui Reliquias Sancti Jacobi Apoſtoli venerantur, Compoſtellam proficiſcuntur. Eugenius IV. huic Domui Indulgentias & privilegia largitus eſt in gratiam Joannis Regis Navarrę, ejuſque uxoris, *Candidæ*. Frater Iulianus *d'Elcha*, Valentię in Hiſpania natus. Religioſus Laicus pręclarum eſt ornamentum hujuſce Regionis, in qua bumilitas ejus profunda, perfectaque vitę integritas aperte cláruerunt.

Religioſæ Tertiariæ miros progreſſus fecerunt hiſce in partibus, pręſertim Compo- D ſtellæ. Monaſterio *Salmanticæ* initium dedit Sancius ejuſdem Urbis Epiſcopus: Soror Agnes, *Suarez de Solis*, quę inter primas cenſetur Profeſſas, magnum attulit incrementum, lauto ex patrimonio ſuo. Conventus *Segoviæ* notatu dignus eſt ab anno 1448. multò magis ob monialium ſanctitatem, quam ob ędificiorum commoditatem & ornatum, quę tamen non deſunt. Vitam ibi ſanctiſſimam egerunt, uſque ad mortem, juxta Gonzagam, & Daçam, Maria *Pægnaloza* quę ſuis precibus in lucem reduxit adoleſcentem mortuum, cujuſque corpus ſumma veneratione colitur: *Elizabeth Peralta* & *Ioanna Lopezia* omni virtutum genere pollebant, illarumque laudem poſteritas ęternæ memoriæ proſequetur.

Monaſterium *Vlmeti*, in Diœceſi Toletanâ, pluraque alia, tot & tanta continent poſteris commendanda, ut fuſam ſingulatim mereantur narrationem. De iis itaque Monaſteriis differam ampliùs, narrando geſta egregia virorum illuſtrium, qui ſuis laboribus, beneficiis & exemplis illa magnifica & ſplendida reddiderunt: pręteritmittere Provincias Arragonenſem, & Catalanam nefas eſt, ubi reperiuntur Cœnobia Religioſarum Tertiariarum, quarum virtutes divinum afflant odorem, in omnia ſęcula duraturum.

Ab Hiſpania tranſeuntes in Galliam invenimus in Cantabria viginti duo ad minimum Conventus Religioſarum Tertii Ordinis. Beatus Raymundus Lullus hujuſce Regionis alumnus eſt & decus. Glorientur itaque Mare Mediterraneum, & Baleares Inſulę quod majutica utique admirabilem adeò fœtum ediderit, in quo omnia laudum decora, omnia virtutum ornamenta pręfulgent: eminenti doctrinæ, ſanctitatique eximiæ martyrium pro Chriſti nomine acceſſit ad perfectionis Chriſtianę complementum.

Antequam Gallos adeamus, Luſitanos inviſamus: exhibent duos Conventus *Vliſſiponi*, duos *Conimbricæ*, plures alios diverſis in locis. Vigent ibi maxime pietas & ſcientia; in id enim Superiores omni cogitatione, curaque incumbunt, ut Novitii, juveneſque Profeſſi collocentur in Cœnobiis commodis & idoneis, ubi ad omne officii munus inſtituantur, finganturque ad virtutem.

Inter omnes Luſitanos pręſertim floruerunt P. P. *Yvo de IESV*, & *Andreas de Lavega*, quos affirmant majores noſtri cœleſtibus fuiſſe donis amplè cumulatos.

Religioſę Tertiorię poſſident etiam *Vliſſiponi*, duos Conventus, multoſque alios variis in urbibus. In Conventu quem communiter nominant *de Spiritu ſancto turrium novarum*, valde fuit conſpicua Soror *Helena Dellato*, cujus virtus pręeminebat. Habuit ſane ubi oſtentaret illam pręclaram ſuam patientiam, famis, frigoris, inopię rerum omnium. Patiens tamen eò uſque fuit, ut ęquo animo toleraret mala, quę ad iracundiam commovere animos fortiores ſolent; dum peſſimè ſe baberet, illiuſque jam propè deſperata ſalus eſſet, hęc verba ferventer & ſæpè repetebat; *Quicunque invocaverit nomen Domini ſalvus erit*. Rom. 10. Obiitque illa diſtinctè pronuncians. Deinde corpus radianti lumine circumfuſum manifeſtavit animæ beatitudinem.

Tempus eſt de Regionibus Indicis loquendi, quarum eſt magna neceſſitudo cum Luſitania, mercaturæ cauſa. Bulla Pauli III.

Digitized by Google

Ad uberes fructus, quos facer Ordo Pœnitentiæ, hoc poſtulat Religionis ergo. Summus iſte Pontifex confirmans Regulam & Statuta noſtri Ordinis plures aſſeverat noſtros extare Conventus in Indiarum Inſulis, & continenti. Religioſus Tertiarius ibi degens conſtanter ſubiit martyrium in propugnanda recta fide: Japonius erat & nominabatur Frater *Ludovicus*: dùm vivus combureretur, funibus quibus alligabatur ad columnam, igne conſumptis, ſtatim adiit, ſemiaſſus, alios quatuor Martyres, duos ſcilicet Fratres Minores, unum è familia Dominicana, alterum è Societate Jesu, qui in ſeparatis rogis cruciabantur, adiit, inquam, eorum manus, flexis genibus, humiliter deoſculaturus. Deinde fervido affectu incitatis ad converſionem infidelibus; rediit in priſtinum locum, ubi ſolo Dei amore fulcitus immobilis ſtetit uſque ad extremum ſpiritum. Narrant hæc Patres Societatis Jesu in Hiſtoriis Indicis. Plura alia æque memorabilia referemus, illuſtrium Tertiariorum facta egregia deſcribendo ſuis temporibus. Felix eſt utique & Fauſta Martyrum ſors, quibus vivere, Chriſtus eſt & mori lucrum, Philip. 1. Non verò quanti & quanti ſimus, nihil ſumus ſine ſapientia, quæ orta ex divino amore, Chriſtianum roborat animum ad quæque ſublimia capeſſenda. Cætera ſunt nugæ & ſomnium.

ARTICULUS XVII.

Congregatio Gallicana.

NORUNT ii, quibus haud ignota panegyrici natura eſt, plus illum ad ſcribendi famam, quàm ad illius, in cujus laudem ſcriptus eſt, commendationem conferre. Alia eſt ratio Hiſtoriæ, quæ nec ludit in verbis, nec res amplificat, ſed germanè & ſimpliciter declarat veritatem. Ego, licet Gallus, ſine adulationis fuco, ſed nitidè de Galliâ loquar; neque laudem ambio, nec laboro inaniter ut laudentur gentiles aut populares mei; illud ſolùm intendo, ut quæ in Galliâ commemoratione digna ſuut commemorentur.

Ex prædictis certò conſtat antiquitas Tertii Ordinis Regularis in toto orbe terrarum. Verùm hæc veritas multò clarius innotuit in Galliâ, quàm in cęteris regionibus, cum jam regnante ſancto Ludovico, ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ ęquali & coętaneo, apud Gallos jam manifeſta eſſet. Liquidò patet ex priſcis Scriptoribus duas extitiſſe Provincias diſtinctas his in partibus à ſęculo decimo tertio, & circiter tempus jam notatum, in Occitaniâ videlicet, & Neuſtriâ: non advertimus tamen ullam ſocietatem

A iniiſſe, niſi quod à Miniſtro Generali Minorum pariter dependerent.

Sciat poſteritas, Fratres Minores, mox ut anno 1222. Toloſæ cœperunt commorari, ſcilicet primo anno poſt inſtitutionem Tertii Ordinis, illum commendâſſe Toloſanis ardenter, ut eos allicerent ad pœnitentiam, juxta mentem Seraphici Inſtitutoris. Inter cęteros utriuſque ſexus Tertiarios, plures voluerunt obſervare illius Regulæ leges, non ſolum in ſtatu ſęculari, ſed etiam in regulari, & ad normam ſolennis profeſſionis. Civis quidam Toloſanus, vir nobilis & ſpectatus *Bartholomæus Bechinus*, plurimum favit eorum propoſito, elargiens ipſis anno

B 1287. amplam domum cum vaſto ſepto, ubi poterant duo Monaſteria conſtrui ſeparata, extra & propè muros urbis, unum pro Viris, alterum pro Monialibus, quæ tandem incluſa ſunt intra muros, dum fines urbis ſunt prolatæ.

Pœnitentes iſti tam ſtrictè regulares, non contenti vivâ voce trium ſummorum Pontificum, recurrerunt ad Nicolaum IV. qui conceſſit eis approbationem Bullâ expreſsâ, quâ illos declarat verè & eſſentialiter regulares. Duplicatum hujuſce diplomatis in plumbo ſervatur in Conventu Toloſano, cum funiculis ſericis, coloris flavi & aurei. Ea eſt auctoritas ejuſmodi Bullæ, ad probandam Tertiariorum Regularitatem, & diſ-

C cernendos Regulares à Sęcularibus, ut P. Petrus de Ramis Religioſus Profeſſus Conventus Toloſani, & Miniſter Provincialis Aquitaniæ, fretus hoc diplomate, ſuum jus egregiè propugnaverit coram Julio II, adverſus alios, qui in Tertiarios juriſdictionem exercere conabantur.

Eugenius IV. noſtram Congregationem regularem fortiter tutatus eſt contra P. Antonium *Maſſa*, Conventualium Miniſtrum Generalem. Ex ſolâ lectione noſtræ Regulæ, ut eam Nicolaus V. explicavit, conjecit & declaravit certò Clemens V. Religioſos Pœnitentes, vulgò nominatos in Aquitaniâ *Bechinos*, à fundatore Conventus Toloſani,

D non eſſe illos Beguinos, aut Begardos; quos ipſe condemnaverat: confirmavit inſuper noſtram Regulam diplomate, anno 1309, *Tenorem cujuſdam privilegii*. Et Joannes XXII. ejus ſucceſſor novam adjecit confirmationem anno 1321. Bullâ: *Sancta Romana atque univerſalis Eccleſia*.

Multa alia notatu digna proferre poſſem monumenta, quę evidenter probant noſtram antiquitatem regularem in hac Provinciâ. De iis conticeſcam, donec pervenerim ad Monaſteria Toloſæ, inſulæ Jordanis, &c. ſigillatim delineanda. Altius prodeunt, & ſolidius innuunt noſtram antiquitatem regulatem in Neuſtriâ vetuſta rationaria. Conven-

tus Vernonenſis in rupe ſolitariâ ſitus, quartâ leucæ parte diſtans ab urbe, hoc apertè manifeſtat. Pręcipuus eſt inter cęteros Galliarum Tertii Ordinis Conventus, cùm antiquiores & magis perſpicaces hujuſce patriæ iocolæ teneant vulgò ſundatorem habuiſſe Ludovicum illum Regem optimum, qui bellicæ virtutis laudem ſanctitatis gloriâ cumulavit.

Majus ſigillum Miniſtri Proviocialis Neuſtriæ junctæ cum Picardiâ, ſervarur in tabulario Conventus ſaoctæ Mariæ de gratiâ extra muros Pariſienſes. Quamvis multa ſcripta autentica lapſu temporis evanuerint Religioſorum incuriâ, ſatis tamen conſtat noſtra antiquitas regularis ex iis quæ remanſerunt.

Pater Ægidius Delphinus Miniſter Generalis Fratrum Minorum, mandato 1503. *Noverint univerſi*, ſub Pontificatu Leoois X. delegavit Patres Stephanum *Cave*, Nicolaum *Vinet*, Ricardum *Cartel*, Sacerdotes Religioſos profeſſos Peoviociæ de qua loquimur, ut diſciplinam Monaſticam redintegrarent in locis, ubi remiſſior fieret. Hæ literæ videntnr Rothomagi in Conventu noſtro ſanctæ Mariæ Lauretanæ, ſimul cum pluribus aliis, quæ noſtram antiquitatem regularem io Galliâ indubitanter pateſaciunt, ſicut cęteræ quas in lucem edemus, dum articulatim de noſtris domibus ſermo erit.

Duæ iſtæ Provinciæ, Aquitanicæ & Neuſtriacæ nullam ſocietatem conflabant, nec altera alteri ſubjiciebatur: eligebant initio Viſitatores, qui viſitationum munus obirent, Capitula convocarent, pręſiderentque electionibus Provincialium: poſtea cedebat eorum auctoritas juxta Regulam Nicolai IV. invaluit iſte mos uſque ad Leonem X. qui ſubmiſit Tertium Ordinem Regularem majoribus Pręlatis primi Ordinis. A Clemente VII. fuit ejuſmodi regimen revocatum pro Hiſpaniâ. Verùm Pio V. Bullâ 1567. *Ea eſt officii noſtra ratio*, redigente iterum omnes Tertiarios Regulares ſub poteſtatem Generalium Fratrum Minorum, Provinciæ Occitanica & Neuſtriaca ab hac lege non eximebantur. Pater itaque Delphinus ritè & ſapienter commiſit prędictis Patribus negotium collapſam diſciplinam in integrum reſtituendi.

Poſthac Pater Vincentius Pariſinus noſtræ Congregationis meritiſſimus inſtauraror, ſapienter & conſideratè ſolennem emiſit profeſſionem inter manus Patris Joannis *le Brun*, Ordinis Minorum, Conventus Pontœſiani, qui hujus rei mandatum acceperat à Patre Juliano *Barbeuf* Minorum Franciæ Pariſinæ Provinciali Miniſtro.

Monaſteria Religioſarum Tertiariarum valdè antiqua ſunt, etiam in Galliis, ubi

A ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ veſtigiis ſolerter adhęrentes, ſponſæ Chriſti fiunt amantiſſimæ, ad Eccleſiæ ornamentum & Dei gloriam. Sicut Elizabetha primam inſtituit regularitatem Tertii Ordiois in Germaoiâ, ſic & apud Gallos meretur juſtè encomium Principis & matris Monialium Tertiariarum.

ARTICULUS XVIII.

Inſtauratio Tertiariorum Regularium in Galliis ann. 1595. auctore P. Vincentio Muſſartio Pariſino.

B

FELICITER is ſapit, qui periculo alieno ſapit. Iſtius axiomatis uſus optimè vertit Patri Vincentio, qui cùm experientiâ didiciſſet varietatem Superiorum, cauſam ſuiſſe ruinæ Tertii Ordinis, ab ipſis noſtræ reformationis primordiis obedientiam vovit & promiſit Miniſtro Generali Fratrum Minorum, fauſto exitu. ſicut patebit infrà ex iis quæ non poſſunt prętermitti.

Æternæ meotis numen atque conſilium, quo ab ipſâ mundi origine univerſa pariter & ſingula guberoantur, fide potius & ſilentio venerandum, quam argumentis ac diſ-
C putatiooibus indagandum, jure pręcipiunt ſapientes viri. Nihil eſt enim cœleſti rerum omoium diſpenſatiooe, vel propter ipſius vim atque conſtantiam, illuſtrius, vel propter humaoi luminis imbecillitatem obſcurius. Veruntamen, quoad homini ſpeculari ſas eſt, quantumque valet mortalis tarditas, ex ipſis duntaxat rerum eventis exiſtimare, divinæ providentiæ ratio videtur ejuſmodi, ot ingentium operum quæ molitur, multò antè ſundamenta jaciat, eaque per occultas cauſas & incrementa latentia ſenſim ad tectum faſtigiumque perducat.

Sic de noſtrâ Congregatione ubicunque terrarum, ſed pręſertim in Galliis actum eſt: in Galliis utique, cum diſciplina Monaſtica renovaretur: inter tumultus bellicos, inter hęretico-
D rum impios & atroces impetus, ſuſcitavit Deus adoleſcentem eximiâ pręditum indole, cui gratia novas vires addebat ad alta & fortia capeſſenda. Vocabatur Vincentius *Muſſart*. Pariſiis natus eſt 13. Martij anno 1570. in Parœciâ S. Germani Antiſſiodorenſis: fortuna parentum, ſi res familiaris ſpectetur, non opibus, ſed meritis clara exiſtit: pollebant iogenio, virtutibus diteſcebant, quæ hereditario jure Vincentio obvenerunt. In ejus froote probitas, fortitudo, aliæque egregię dotes emicabant: ipſâ vultus ſpecie magnitudinem animi pręferebat. Conſilio acer erat, & manu promptus, altâ mente, comitate tamen inſigni ornatus & magoâ prudentiâ. Quamvis

natura

natura multùm ei faverit, multò magis erga eum gratia liberalis fuit & munifica. Jam à tenerioribus annis ſibi ipſe bellum indixit, virtutis illecebris delinitus: mundum contemnens, vanaque ejus promiſſa, ſolitudinem quærebat, & toto corde ſe Deo penitùs volebat conſecrare. Ejus pater vir ſerius ac gravis videbatur repugnare huic propoſito, non illud diſſipandi, ſed probandi & promovendi gratiâ.

Cùm eſſet Capucinorum recenter Pariſiis receptorum Syndicus & Procurator, hiſce Parribus avebat illum aggregare; ſed aliter Deus decrevit. Variis manuſcriptis ſcimus Vincentium antequam mnndo nuncium remitteret, ſacramento Confirmationis, & Tonſurâ Clericali inaugurarum Lutetiæ fuiſſe anno 1588. minores verò Ordines 1591. die 20. Decembris; Subdiaconatum 1591. 21. Decembris, Diaconatum anno 1592. die 14. Martij recepiſſe ab illuſtriſſimo Epiſcopo Silvanectenſi, qui ſub denominatione domini *Roſe* ſuæ mentis cogitata aliàs tam eloquenter explicabat. Tandem Sacerdotio initiatus eſt 1594. Martij 26. á Reverendiſſimo Antiſtite Reggienſi Elzeariode Raſtellis. Sumpto circa hæc tempora Eremitico habitu, ſocietate ſe conjunxit juveni cuidam Eremitæ, amborumque unus erat ſenſus Deo ſerviendi in ſolitudine.

Rege Navarræ, qui poſteà regnavit in Galliâ ſub titulo Henrici Quarti, Carnutum obſidente, Vincentij, qui fortè hîc degebar, zelus validiùs exarſit, dum obſeſſos non ſolùm verbis excitabat ad pœnitentiam, iræ Dei placandæ causâ, ſed ipſe præibat exemplo, & inſtructum agmen ſupplicantium præcedens, crucem ferebat nudis pedibus, opertus cilicio, & ingentibus duriſque catenis conſtrictus. Nec inermis, nec iners erat ejus pietas; cum excelſo eſſet animo, & rectis ſenſibus iret pro tuendâ Religione, Deus illum adjuvabat. Hoſte ad urbis oppugnationem violenter irrumpente, F. *Vincentius* hoſtilem impetum conatus eſt cum aliis Catholicis fortiter retundere. Sariſsâ armatus ad propugnandam ſtrati muri ruinoſam labem generosè advolavit, & propugnatores Catholicos efficaciter ſuâ præſentiâ, ſuoque auxilio, ad perſeverantiam provocavit. Haſtâ tormenti jactu effractâ ſtrenuè ſemper agit: licet effuſione ſanguinis, cerebrique multorum circumſtantium fuiſſet ipſe inquinatus, conſtanter tamen perſeverat, eaque magnanimitate & ſolertiâ, ut Rex Navarræ, qui caſtris obſidentium præerat, admiratus ſit, atque ſcire voluerit ejus nomen.

Fidei Chriſtianæ defenſio ſolum illius erat ſtudium, non inanis auræ, vel plauſus humani captatio. Hæ primæ ſunt *Vincentii* A exercitationes, qui relictâ regione Carnutenſi poſt urbis expugnationem, Lutetiam rediit, ubi piis pluribus ſodalitatibus nomen dedit. Pœnitentibus vulgò vocatis Cinereis, quorum protector erat ſanctus *Franciſcus*, præſertim adhæſit: In eam non ſolùm plebei, ſed magnates & illuſtres viri volebant aſcribi; velut Parer Berullus inſtitutor Congregationis Oratorij in Galliâ; dominus *de Marillac*, cui Ludovicus XIII. regij ſigilli diſpenſationem commiſit: ſtatim allectus eſt Vincentius in duo ſodalitia Dominici ſub titulo *Roſarii*, & Franciſci, ſub nomine *Funiculi*. Novos ubique fervor ejus ſpargebat radios, & pio animi ſenſu ſæpè recitabat pſalmum: *Exaltabo te, Domine, quoniam* B *ſuſcepiſti me.* Hæc praxis incœpit anno 1592. primâ Dominicâ poſt Epiphaniam: exeunte verò eodem anno, ut ſuas omnes cogitationes in uno Jeſu Chriſto figeret, & meritam illi pro beneficio redemptionis juſtis honoribus, & memori mente gratiam perſolveret; crucem, vulnera, cæteroſque Redemptoris cruciatus adoravit religiosâ & ferventi ſalutatione: quod inſtitutum vitæ uſque ad extremum ſpiritum conſtanter tenuit.

Deo ſe conſecravit illis temporibus voto caſtitatis, in honorem virginitatis bearæ Mariæ; cujus parvum Officium promiſit quotidie recitare, illam enixè rogando, ut ipſe in numerum humilium Cœli Reginæ C ſervorum aſcriberetur. Unam & ſolam ſibi ob oculos proponebat voluntatem Dei, cui ſe accomodaret, mox ut illam cognoſceret. Ideoque in deſertis lubens morabatur, ut faciliùs exrra tumulrus mundi inſtinctum divinum perciperet. Deus tamen non ita citò injecit illi cogitationem certam de vitæ ſtatu permanenti eligendo, ut longior expectatio illum firmaret ad quoſcumque adverſos caſus ſuſtinendos.

Pater intereà juvenis Anachoretæ fluctuantem & ſuſpenſum animum damnabat, vitamque ejus Eremiticam juventuti nullo modo congruam judicabat, niſi divino Spiritu afflaretur ſingulariter ad illam capeſſendam. Optabat maximè ut Deo ſe dicaret in D Religioſa Familia, quæ juxta inſtitutoris leges ſe gereret, ſed meram ſolitudinem minimè illi convenientem arbitrabatur.

Vincentius igitur ſe lumine certiori æſtimans egere ad ineundam vitæ rationem, per aliquot dies extra hominum commercium manſit, piis exercitationibus mentem excolens ſub regimine Patris Alexandri Georgij Societatis Jeſu. Dein citò revertitur in priſtinum deſertum, ubi magna illi ſpes affulſit ld exequendi, quod ipſi Deus ſuggeſſerat, comite altero Eremitâ, nomine Antonio *Poponi*, cujus virtutes famâ & ſermone omnium prædicabantur, etiam in urbe celeberrima

Pariſienſi vicina, undè victum & veſtitum recipiebat beneficentiâ cujuſdam dominæ Belgienſis Tertij Ordinis Sæcularis profeſſæ.

A

Ambo iſti Fratres ad ſublimiorem ſanctitatem aſpirantes, receſſerunt in ſilvam ſolitariam, vulgò nominatam *Senar*, ſitamque inter Corbolium & Melodunum. Parvulum ibi ſacellum tenebat eis locum Oratorij, & pro diverſorio tuguriolum habebant parieti affixum, quod decorabant fervidis precibus & eximiâ pietate Solitudinis perfectæ amor qui eos avocaverat à ſuburbiis Lutetianis, ubi priùs degebant; idem quoque amor ſolitudinis non ſinebat eos diutiùs immorari in deſerto Corbolienſi, cujus amœnitas, aëriſque temperies multos hùc alliciebant animi oblectandi causâ. Illicò abierunt in vallem profundam nomine *Vallem-Adami*, Lutetiâ diſtantem quatuor leucis, longè diſſitam à terreno tumultu & mundi negotiis, quò deſcendere oportet per nemus cæduum: nulli ſunt ibi incolæ, nulli vicini, niſi volucres cœli, quorum cantus non perturbat, ſed adjuvat contemplationis exercitium.

B

Eremitorium iſtud, licet incommodum, ſenſibus carnis valdè arriſit menti Fratris *Vincentii*, atque eò magis quod jam pridem fuerit habitatio plurium Eremitarum Tertij Ordinis, qui labore manuum piiſque officiis vitam ſuſtentabant: nec defuerunt *Vincentio* duræ contradictiones, quæ haud dubiè de ſententia dimoviſſent illum, niſi gratiâ fuiſſet innixus.

C

ARTICULUS XIX.

Pater Vincentius Pariſinus varia ſuperat obſtacula in inſtaurando Tertio Ordine Regulari: citantur documenta ex ipſius exprompta ſcriptis Inſtauratoris.

QUEM natura fortem & generoſum, gratia fortiſſimum fecit noſtrum *Vincentium*, & generoſiſſimum: nativa fortitudine nihil timebat; divina fretus protectione omnia præclara & juſta audebat & adoriebatur. Primordia modica & ardua non illum ignavum, aut vecordem reddiderunt, ſed magis ardentem, & alacrem ad opus: omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt, neſcio, quo modo ſuſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis; propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Verum eſt ſanè, quando ſolis agunt naturæ viribus: ſi tamen ſpiritu Dei aguntur, nec ſuſpicantur, nec hæſitant, nec quieſcunt donec Dei conſilium impleverint.

D

Vincentius noſter conqueri poteſt his Cantici verbis; *Filij matris meæ pugnaverunt contra me.* Cant. 1. Canonici etenim Regulares Monaſterii proximi eum ſunt acriter aggreſſi, & expulerunt de tam grata caſula, ne tandem in amplum evaderet. Cœnobium neve nova hæc ſtirps ſurculos produceret, qui multorum annorum arbores obumbrarent.

Jam à duobus annis Henricus Rex Gallorum, nomine Quartus, urbem Pariſienſem obſidione cingebat, nec poterant. P. *Vincentius*, ejuſque ſocius Fr. Antonius quidquam inde ſperare: veſcebantur interim pane ſicco & furfuraceo, herbis agreſtibus, radicibuſque ſilvaticis, quas ſponte & abſque cultura dabat ſolitudo. *Vincentius*, licet ad Dei nutum, arbitriumque ſe totum fingeret; ex Victu auſtero graviter ægrotavit die 15. Auguſti 1591. morboque tenente per tres menſes, ineffabilem ex Euchariſtiæ participatione cœpit conſolationem: Divinus hoſpes afflictum à mœrore ejus animum erexit, jacentem excitavit, & languentem ita confirmavit, ut *Vincentius* conſtanter ſit perpeſſus violentiam & crudelitatem latronum, qui verberibus illo inhumanè contuſo, omnino expilaverunt, & depeculari ſunt quidquid eis obvium fuerit in Eremitorio.

Vincentius poſteà & Antonius, præ inedia & langore deficientes, Lutetiam profecti ſunt, ægritudinem, & dolores, Eleemoſynis Pariſienſium aliquantulum ſublevaturi: at per viam inciderunt in manus helueticorum hæreticorum, qui eos ex arbore ſtrangulare decreverunt, eo quod non poſſent redemptionis pretium numerare, crudele hoc & nefarium helueticorum ſcelus Eremitis declaratur à domina quadam quæ depenſo pretio, captivitate ſeſe liberaverat, ſicut alii plores, qui ſat pecuniæ hoſtibus dederunt, ut liberi ſinerentur abire.

Vincentius tunc febrili horrore vexatus ſtatim proſilit è lecto & per gradum præceps devolvitur abſque ulla offenſione; æger, & ſocius ejus auſpicato noctu exierunt, dum milites vino madentes & obruti dormirent; paulisper progreſſi ſteterunt ob infirmitatem *Vincentij* ad exeſos quoſdam parietes, donec die luceſcente, Pariſios pervenerunt immodici laboris defatigatione debilitati & ingraveſcentes, Antonio infirmum humeris ſuſtinente *Vincentium*, magna ex inneris parte. Juxtà medicum opinionem illius jam prope deſperata ſalus erat.

In ſumma inopia certi conſilii, cum nihil explicaretur, & major in ſingula momenta terror inſtaret, ſuppliciter ac demiſſe veniam pacemque Dei, & Cœleſtium expoſcere, atque ad vota preceſque confugere placitum eſt: neque ea irrita fuere; ægrotus & ejus amici, tanquam ex abyſſo, præter ſpem erepti, debitas divinæ clementiæ laudes & grates agebant. Affirmabat *Vincen-*

tius ardenter, ſe melius habuiſſe meritis & interceſſione ſancti *Vincentii*; ejuſque dictis æquum erat fidem adhibere, cujus mala valetudo, corporis tantum erat, non animi: corporis enim offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, nec errorem afferunt, modò animus Deo ſemper adhæreat; animorum offenſiones, non item, quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eveniunt.

Vincentius noſter ſemper ſibi conſtitit, etiam febri æſtu divexatus: nihil tunc inconcinnum, nec abſonum egit aut protulit. Pater ejus illum videns meliuſculùm eſſe obtinuit à Patribus Capucinis, quorum, erat ſyndicus ut transferetur in eorum valetudinarium, nullo alio fine, niſi ſolertioris curationis ad morem Religioſorum. Hinc oritur imaginaria opinio, quod adſcriptus fuerit Capucinorum cœtui per aliquod tempus, aut quod id inſtanter poſtulaverit: ſed falſitatem rumoris eventa probavere. Reverà, ubi plane convaluit, rediit in vallem Adami, ſtatimque novos præter Fratrem Antonium, comites habuit nempe Franciſcum *Maſſarium* fratrem Vincentii germanum, Hieronymum *Seguinum* Lingonenſem. Solitudinem quærebant ut ibi Dei voluntas eis innoteſceret de eligendo vitæ ſtatu: quapropter *Vincentius* ampliori luce perfuſus duxit eos in Eremitorium ſancti Sulpicii, Diœceſis Silvanectenſis, ab urbe Pariſienſi diſſitum, decem leucis, valde aptum contemplationi, non ibi tamen longius commorati ſunt, contradicente Parocho, nimiſque frequenti converſatione Parochiorum tranquillitatem Eremitarum perturbante, qui locum magis quietum quæſierunt.

Dei providentia remanſerunt Francovillæ ad ſilvam Bellomontanam Diœceſis Bellovacenſis. Diſtat Lutetia tantum ſex leucis: mirabiles iſte locus amores excitat ſui, cujus amœnitate dulciter ac jucunde reficiuntur oculi: aures etiam irretitæ tenentur ſuavitate cantus auium, omnia quæ valde remota ab hominum commercio, caſtæ ſunt illecebræ amatorum ſolitudinis. Ad radices Collis pium invenerunt Sacellum cum parvo ædificio; ibi decreverunt, Deo inſpirante, ſiſtere gradum, ut perfectæ leges Pœnitentiæ rite obſervarent.

Salutaverunt perhonorifice loci Dominum in caſtello ſupra montem, cui declaraverunt „ firmum propoſitum à mundo recedendi, *ut* „ *cogitarent dies antiquos, & annos æternos* „ *in monte ſemper haberent*: Oratorium, ait *Vincentius*, Vicinum & adjacens maxime commodum & oportunum eſt ad ſancta hæc exercitia. Genicus, eloquentia, zelus *Vincentij* ita placuerunt Domino, vulgò nominato in Gallia Bailletio, ut petitioni eorum libenter annuens, eos ſtatim in poſſeſſionem miſerit Oratorii, ædificii proximi, agrique

A circumſtantis. Hæc ſunt incunabula reformationis Ordinis noſtri Gallicani.

Favit ipſis non ſolum illuſtriſſimus Epiſcopus Bellovacenſis, ſed & ſuffragatus eſt, dum celſitudinem ejus adierunt, permiſſionis impetrandæ gratia, juxta Concilium Tridentinum: eis illam conceſſit adeò officioſe, & amanter, ut inde facile pateret, quantum æſtimaret illos & amaret. Litteris patentibus permiſit eis Monaſterium Francovillæ conſtruere, ubi poſſent univerſa munia monaſtica obire ſicut alii Regulares.

P. *Vincentius* interim ſtudioſe & ferventer inquirens Dei beneplacitum audivit à Fratre Antonio, rationem vivendi piæ hujus domi-
B næ, cujus eleemoſynis ſuſtentabatur aliàs, conſiſtere in tertia Regula ſancti *Franciſci* Aſſiſiatis. Tertia hæc Regula à Nicolao IV. confirmata occurrit ei fortuitò, cui non acquievit ob plures articulos Miſcellaneos, qui pertinent ad ſæcularem ſtatum. Cum vellet ſtatum regularem amplecti diverſas inviſens bibliothecas, fauſtè invenit apud Dominum *Acarium* ſororis Mariæ de Incarnatione Carmelitæ maritum, antequam Ordini Carmelitarum nomen daret; invenit, inquam Commentarios Doctoris extatici Dionyſij Rikelij Carthuſiani, in tertiam Regulam Patris Seraphici.

Vincentius noſter tunc probe novit diſtinctionem Tertiariorum Regularium & Sæcula-
C rium, ferventſque concepit deſiderium veteri virtutis ſplendori Tertiarios Regulares Gallos reſtituendi. Quatuor jam aggregatis, ſupraque dictis juncti ſunt Bonaventura *Pleſſiacus*, Sacerdos Meldenſis; Yvo *Pontæſianus*, Jacobus Sanlaudenſis; deinde Ludovicus Pariſinus, Nicolaus Brixienſis, Ambroſius Augenſis, Archangelus Pariſienſis, Petrus Argentolienſis, Bernardinus Rhemenſis, Anſelmus Pariſienſis, Angelus Catalonenſis: hi omnes poſt hac promoti ad Presbyteratum, exceptis Fratribus Antonio & Jacobo, omnes Sacerdotes functi ſunt laudabiliter miniſterio Prædicationis Evangelicæ, præter duos Archangelum ſcilicet & Bernardinum;
D ſed omnes nullo dempto, voluptatis oſores aſſiduo labore ſeipſos vexabant, vigiliis jejuniiſque atterebant corporis vires, & egeſtate: incendebant eos exemplum & exhortationes Patris *Vincentij*.

Brevi tempore plus orationis ſtudio quam ſcientia acquiſita in dicendo fit ſuavis & ſimul vehemens: ſonantibus abundans verbis, uberibuſque ſententiis animos audientium delectat & movet: concionantem hunc virum ſemper frequens mobiliſque confeſſus celebrat. Eremita ille, aiebant ipſi illuſtriores Pariſienſes, numquid eſt alter Joannes Baptiſta, qui è deſerto exiit ut nobis annuntiet Evangelium.

Zelo *Vincentij* in dies creſcente pro inſtaurando tertio regulari Ordine, Gardianum Religioſorum Tertiariorum Conventus Braſſiaci adiit, ut ipſum, ejuſque ſocios admitteret. Denique ad majorem ſui propoſiti confirmationem, prece & obſecratione humili contendit à Patre Juliano *Barbeuf* miniſtro Provinciali Minoſum, Franciæ Pariſinæ, hanc ſibi gratiam conferri: quam P. Julianus ei lubens conceſſit virtute Bullæ Pij V. *ea eſt officij noſtri ratio*, de qua ſuperius locutus ſum, cujus verbis expreſſis Tertiarios regulares Summus Pontifex ſubdit omninò majoribus prælatis primi Ordinis. Notanda maximopere ſolertia *Vincentii*, ut nil deſit ad ſtabiliendum perfectam ſui Inſtituti regularitatem.

Receptione *Vincentii*, ejuſque ſectatorum ex ſolemni ritu factâ, P. Joannes *le Brun* Conventus Minorum Pontœſianorum, de mandato Provincialis fuit Director Tertiariorum, in Novitiatu, eoſque poſt annum probationis ad Profeſſionem ſolennem ordinis Pœnitentiæ recepit, ſicut Vincentius ipſe teſtatur hoc modo.

In Nomine Domini Jesu Christi, Amen.

EGo F. Muſſart voveo, & promitto Deo, B Mariæ Virgini, & Beato Franciſco, & omnibus Sanctis, & Tibi Pater, ſervare mandata Dei toto tempore vitæ meæ: & ſatisfacere, ut convenit, tranſgreſſionibus contra Regulam, & vivendi modum Tertii Ordinis de Pœnitentiâ inſtitutum per beatum Franciſcum, & per dominum Nicolaum Papam Quartum, cùm de hoc interpellatus fuero, ad voluntatem Viſitatoris noſtri: vivendo etiam in obedientiâ, ſine proprio, & in caſtitate. Die Dominicâ primâ menſis Septembris, & tertiâ menſis ejuſdem, anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo-quinto. Signatum Frater Vincentius Muſſart.

Et Ego ſubſignatus primus Viſitator Monaſterij Francovillæ ſub nemore, in diæceſi Bellovacenſi vota prænunciati Fratris emiſſa recepi, & approbavi: die & anno ſupradictis. Signatum, Ioannes le Brun.

Formula profeſſionis Fratrum Hieronymi *Seguin*, Franciſci *Muſſart*, Bonaventuræ *du Pleſſis*, Antonij *Poupon*, Yvonis *le Clair*, & Jacobi *Litee*, penitùs conformis, iiſdem anno, menſe & die facta fuit, ac prima, eodemque chirographo Patris Joannis *le Brun* conſignata & firmata.

Reverendiſſimus Pater Bonaventuta *Catalageronius*, Miniſter Generalis Minorum has profeſſiones ratas habuit, & comprobavit litteris patentibus ſubſcriptis manu propriâ, ſimulque Patrum Provincialis, Cuſtodis, & Deffinitorum Franciæ Pariſinæ, majori Ordinis ſigillo munitis 24. Junij anno 1598. Idem Miniſter Generalis facultatem impertitut P. *Vincentio* quoſcumque idoneos cùm admittendi ad habitum & profeſſionem, tùm nova monaſteria conſtruendi.

Mirum ſanè quanto ſtudio Pater *Vincentius* ſecuritati ſuæ Congregationis proſpexerit; jam ab anno 1593. recurrerat ad Patrem Hugonem *Goin*, Miniſtrum localem Conventus *Braſſiaci* in Picardia, enixè poſtulans ut ipſe & ſectatores ſacræ Familiæ Tertiariorum Regularium aſcriberentur. Poſtulata facilè obtinuit, ut patet verbis ſequentibus.

Jesus, Maria, Franciscus.

DIlectis Nobis in Chriſto Fratri Vincentio Muſſart, Fratri Antonio Poupon; Fratri Iacobo Litee, Fratri Ludovico Seguin, Fratri Claudio Muſsart, Reverendus in Chriſto P. Hugo Goin, *domus* de Brassy *in Picardiâ Miniſter, eorumque ſucceceſſoribus, ſalutem & pacem precatur in Domino.*

Cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Fratres dilectiſſimi, nos ſuâ providentiâ ad ſuum cultum ſub vexillo ſancti Patris noſtri Franciſci *vocaverit: & cum præſertim ſub Tertio ejus Ordine de Pœnitentiâ nuncupato militemus, Nos ergo ea de cauſa noſtri officii duximus erga eos omnes in hunc ſanctum Ordinem intrare volenſes eâdem uti charitate & miſericordiâ quâ Dominus noſter erga nos uſus eſt; & ideò, Fratres dilectiſſimi, cum ego deſiderium veſtrum, piaſque inclinationes perſpectas habeam, & vos ſub noſtrâ Regulâ aliquot jam annos ferventer militaſſe, & ferventiùs in poſterùm militaturos cognoverim, & etiam perſpiciam prædictum Tertium Ordinem aliquando, favente Deo, veſtrâ ſolertiâ reſtaurandum eſse: nolentes ergo pia veſtra deſideria & incœpta opera impedire, approbamimus & approbamus quidquid anteà feciſtis, & in poſterùm facietis; & recipimus, admittimuſque vos in numerum Fratrum noſtrorum, tanquam Fratres noſtri Conventus, & volumus vos om-*

nibus frui privilegiis contentis in firmamento Trium Ordinum ſancti Franciſci, & à ſummis Pontificibus, Fratribus Tertii Ordinis de Pœnitentiâ nuncupati, conceſſis; modò tamen ſecundùm Regulam vobis Viſitatorem Fratrum Minorum aſſumatis. In cujus rei fidem noſtrum chirographum huic chartæ appoſuimus ij. poſt Idus Novembris anno Domini 1593. ſignatum F. H. Goin.

Verba hæc, licet exilia, ſatis diſerta ſunt ad probandum quantam operam adhibuit P. *Vincentius* ut nihil deeſſet reformationi noſtræ Gallicanæ perficiendæ.

B Sequens narratio, quam ex ipſius Patris *Vincentii* Pariſini Congregationis Gallicanæ reformatoris manuſcripto excerpſi, dilucidat ſimulque confirmat validitatem votorum ſolemnium in Tertio Ordine Seraphico reformationis Gallicanæ. Non moleſta eſt repetitio, ſed acris & fortis inſtantia, quæ ab armis contradicentes cogit recedere.

De validitate ſeu rata auctoritate profeſſionis Religioſæ *Patris Vincentij Muſſart*, primorumque ejus ſociorum, quis unquam potuit dubitare, poſt tot publica & certiſſima teſtimonia? Cùm per aliquod tempus vitam exegiſſet Eremiticam, tùm in ſolitudine dicta communiter *Valadam*, quatuor leucis diſtanti Pariſiis, ejuſdem diœceſis, ſub moderamine Cardinalis Eminentiſſimi Petri C Gondæi Epiſcopi Pariſienſis, tùm poſteà in deſerto, quod nominant *à ſancto Sulpitio*, intra limites diœceſis Silvanectenſis, de conſenſu illuſtriſſimi Antiſtitis *Roſe*, & ſub ejus regimine, demum ſedem fixit Francovillæ, ſub nemore, necnon ſub Præſulis Bellovacenſis juriſdictione, qui pium hujuſmodi cœtum multis favoribus donavit.

Deinceps Vincentius illiuſque ſodales Eremitæ, fieri cœnobitici & regulares conati ſunt, ſub tertia Regula ſancti Franciſci Aſſiſiatis, hacce vivendi ratione regulari illi ſuggeſtâ, à pluribus viris eximiæ virtutis & peritiæ, præſertim à Patribus Martino *Rragthier*, D & Alexandro Georgio, Societatis Jeſu Patribus, dum iis ductoribus, piis & ſolitariis exercitationibus mentem excoleret.

Volentes igitur Religioſæ Familiæ Patris Seraphici annumerari ſub ejus tertia Regula, recurrrerunt initio ad Miniſtrum Conventus Braſſiacenſis Hugonem Gouynnm, qui cum tertiam hanc Regulam profiteretur, blandè & peramanter eos allegit.

Domum intereà Francovillæam Fratres Minores Provinciæ Franciæ Pariſinæ reliquerunt, ob tumultuoſas belli civilis agitationes, eamque noſtris Tertiariis lubenter tranſcripſerunt: Ipſi confeſtim Tertiarij poſſeſſionem ejuſmodi habitationis inierunt, eò A magis ſecurè, quo feſtivius fundator, dominus ſcilicet Marchio, clientelari jure prædij hujus poſſeſſor, illos excepit.

Propoſuerunt ibi firmiter ſubmittere ſe Fratribus Provinciæ Franciæ Pariſinæ Minoribus, ut ab iis verum Religionis Seraphicæ ſpiritum ſub tertia Regula reciperent, tùm quia Provincia Francia Pariſina leges Patris Seraphici tunc ſtrictè obſervabat præ cæteris Regni Gallici, tùm eò quod intra hujuſcemodi Provinciæ fines plures extabant Tertiariorum Conventus, ſub ditione Miniſtri Provincialis Provinciæ hujuſmodi Franciæ Pariſinæ: Adde quod Monaſterium Pontœſianum ejuſdem Provinciæ, ubi collapſa religioſæ Familiæ diſciplina in integrum reſtituta erat, tribus aut quatuor leucis diſtaret tantum ab hoſpitio Francovillenſi. Indè Tertiarij conjiciebant facilè adjuvandos fore & inſtruendos ad perfectionis evangelicæ viam capeſſendam, atque verticem adipiſcendum chariſmatis Seraphici. Anſam itaque nanciſcentes, viſitationis à P. Miniſtro Provinciali obeundæ in Conventu Pontæſiano, humiliter & impensè ab eo poſtulaverunt admitti ad Habitum Tertij Ordinis Franciſcani: expetierunt inſuper commendari cuipiam probo & intelligenti Patri gerendum negotium Viſitatoris, Præſidis & Gubernatoris hujuſce novæ Familiæ. Deliberavit multoties de hac re Miniſter Provincialis unà cum Patribus Joanne *le Brun* Pontœſiæ Gardiano, aliiſque nomine *Boucher*, cunctiſque Deffinitoribus, & cæteris primariæ notæ viris, qui decreverunt id committendum Patri Joanni *le Brun*, ut cum plenitudine poteſtatis illos ad Habitum & profeſſionem reciperet. Deſignatus fuit dies proximus Nativitatis Dominicæ, quo initium dantes Religioſo tirocinio, exuerunt tunicam albam, quâ prius utebantur, velut Eremicolæ, & cineream juxta conſtitutiones Tertiariorum induerunt; omnibus his ſtantibus uſque ad Capitulum Provinciale, quod celebratum fuit Nanceij, ubi poſt libelli ſupplicis lectionem tironum Francovillenſium, confirmatus idem Joannes *le Brun* in Rectorem horum Novitiorum, vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ ſolemnia eorum excepit decem & octo poſt menſes Novitiatus.

Deindè ratam habuit electionem Fratris præfati Vincentij Pariſienſis velut rectè atque ordine factam à cæteris profeſſis in Miniſtrum localem hujuſce domus Francovillææ, quam juxta canones quotannis viſitabat Pater Joannes *le Brun*, Præſidem agendo novæ Superioris electioni, atque conſtitutiones præſcribendo ut ſe dabat occaſio: Idem præſtiterunt ſucceſſores hoc in munere. Reverendiſſimus Pater Bonaventura *Cathalage-*

vona Miniſter Generalis Ordinis totius Seraphici, degens tunc in aula regia, ut motus belli componeret, auditis quibuſcumque ſeu noſtratibus Tertiariis, ſeu Provinciali Miniſtro Fratrum Minorum, aut Deffinitoribus dictæ Provinciæ Francicæ Pariſinæ, acta omnia approbavit.

Conqueruntur interim plures optimates de indignis probroſiſque facinoribus quibus antiqui Religioſi Tertiarij fideles offendebant, præſertim in Neuſtria, ubi diverſos inſtituerant Conventus. Pater Vincentius *Muſſartus* Pariſinus fretus auctoritate quâ regulari ſcilicet à Patre Joanne *le Brun* Superiore domus Francovillenſis omniumque Tertiariorumque conceſsâ, quâ civili, nempè ſupremæ curiæ Neuſtriacæ decreto, junctim cum judicio Vicariorum Generalium Archiepiſcopi Rothomagenſis; Pater, inquam, Vincentius mittit duos ex Religioſis Francovillenſibus, qui Conventum Croiſſetenſem revocarent in ſplendorem priſtinum.

Adminiſtratione hac non proſperè nec ex ſententia ſuccedente, denuò priſci Tertiarij in omnium offenſionem incurrerunt petulanti ac manifeſtâ improbitate; quâ cognitâ à ſummo Pontifice Clemente VIII. qui tunc veterum ordinum inſtaurationi impensè ſtudebat, relaxationem iſtam Tertiariorum Gallicorum oriri, ex eo quod non haberent Superiorem ſuæ Congregationis proprium & nativum, autumavit; quapropter volens mederi huicce morum prolapſioni, ipſe motu proprio, licet contradicente Procuratore Generali Fratrum Minorum, in Romana curia, unum in corpus univerſos Tertiarios Gallicos redegit, illiſque præfecit Miniſtrum Provincialem ejuſdem Ordinis Tertiarij, ſubjectum tamen Miniſtro Generali totius Familiæ Franciſcanæ de Obſervantia; ſicut patet diplomate Apoſtolico dato 2. Octobris 1603. & confirmato nonâ Bullâ Pauli V. 27. Octob. 1620.

Pontificia iſtiuſmodi diplomata ritè executus eſt Commiſſarius Generalis, qui à Reverendiſſimo Patre *Franciſco de Soza* Generali Miniſtro Ordinis Seraphici legatus eſt, ut ejus nomine præſideret Capitulo in Conventu Francovillenſi celebrato, ubi Tertiarij omnes reformati, & non reformati, elegerunt in primum Provincialem Patrem *Vincentium* Pariſinum, qui graviter adeò laboravit in reſtituendo priſco ſui Ordinis ſplendore, ut tùm antiquos Conventus in priſtinum decus revocando, Toloſanum videlicet, Rothomagenſem, Novicaſtrenſem, Locoverienſem, Vernonenſem, Andeliacenſem, &c. Tùm novos erigendo, ſcilicet Lugdunenſem, Aginnenſem, Breolacenſem, Limurienſem, Nanceïanum, &c. Tandem, Sede Apoſtolicâ favente, Tertium Ordinem in diverſas Provincias diſtribuerit.

Ex his obſervationibus liquidò conſtat, reformatos Tertiarios Gallicanos verè ab exordio Reformationis fuiſſe Religioſos, cum ſex primi nempè Pater *Vincentius Pariſinus*, ejuſque ſocij emiſerint vota ſolemnia inter manus Patris *Joannis le Brun*, ad id deputari à Miniſtro Provinciali Fratrum Minorum Provinciæ Francicæ Pariſinæ. Certum eſt autem Fratres Minores hanc juriſdictionem tunc habuiſſe in Tertiarios auctoritate ſummi Pontificis Pij V. cujus Bulla videtur tom. 2. Roderici, fol. 445. Idem declarat compendium privilegiorum Hieronymi à Sorbo Capucini, à fol. 519. uſque ad folium 530. Item à folio 563. uſque ad folium 571.

Alia permulta teſtimonia poſſent exhiberi, quæ validitatem votorum ſolemnium à Tertiariis Franciſcanis emiſſorum ab exordio Reformationis firmiter comprobant, perindè ac perpetuam privilegiorum poſſeſſionem, quæ Religioſis Mendicantibus conceduntur. Mira eſt & abſque intervallo, tùm confirmantium, prædicta connexio ſex Miniſtrorum Generalium, tùm circiter quindecim diplomatum Pontificiorum in eundem ſcopum. Uſque adeò fortiter mentem ſuam aperit Paulus V. ad commendationem & confirmationem Reformationis Gallicanæ, ut verbis conceptis ſuppleat, & ſufficiat quæcumque poſſint deeſſe, ſive quæſtio de jure ſit, aut de facto.

Continuos ferè & duros exhauſere labores Pater *Vincentius Pariſinus, ejuſque primi aſſeclæ*, qui tandem victores evaſerunt, licet haberent adverſarios infenſos & graves. Veritas & juſtitia Tertiariorum noſtratum planè emicuerunt coram optimatibus & Epiſcopis diverſis, ad probationem certam & evidentem Regularitatis eſſentialis noſtræ Reformationis.

ARTICULUS XX.

Progreſſus Congregationis Gallicanæ ab exordio Reformationis.

PRæ ſe neminem putare, fatuum & inſulſum eſt: alios magni pendere, juxta legem Chriſti, æquum & juſtum. Laudabilis valdè qui bono publico applaudens, conatur illud promovere quantum poteſt, & augere. Ea mens eſt perfecti Religioſi, qui communes eventus Religionis ſuos æſtimans, æquè dolet ob infauſtos, ac lætatur ob felices. Primordia Reformationis noſtræ mœſta fuerunt quidem & obſcura: jam progreſſus nos oblectat & exhilarat, licet initio multiplicatâ gente, videatur quodammodo *non magnifi-*

cari lætitiâ. Revera enim dum à ſolitudine A Francovillæa majores noſtri tranſierunt Lutetiam, Superiorum juſſu; qui prius ab oculis & hominum conſortio remoti, profundo ſilentio gaudebant & multâ pace, mœrore afficiuntur, atque auctoritas ſola hinc potuit eos avellere.

Imitatores Pater Vincentius non tantum habuit ſex primos, qui cùm illo profeſſionem ſolennem emiſere, verum & plures alios, quorum fama erat in ore & ſermone omnium, præſertim Pariſiis. Anno itaque 1601 Tertiarii noſtri Regulares in poſſeſſionem venerunt loci communiter dicti *Picpus*, ſitus eſt extrà muros Pariſienſes, in extrema parte ſub urbii de ſancto Antonio, & in media via, quæ ducit B ad Baſilicam regiam vitæ ſanctæ. Ibi olim erat ſacra ædes, & Canonicorum Collegium, ubi Patres Societatis JESU, ut primum Pariſios acceſſerunt, collocati ſunt, ob abſentiam, & abrogationem Canonicorum.

Jeſuitis ſucceſſerunt Capucini, in quorum tandem locum ſubivimus ita feliciter & auſpicatò, ut favente Deo, temporis decurſu, Conventus hic noſter, inter cæteros Pariſienſes, primas teneat.

P. *Vincentius* judicans tunc auctoritatem Apoſtolicam, ad ſui Inſtituti confirmationem, neceſſariam, & ad jungenda antiqua Monaſteria cum novis, ſimulque impetrandam poteſtatem eligendi Provincialem Miniſtrum, pro univerſa Gallia, Romam miſit eo C fine, duos Religioſos Sacerdotes, P. P. Franciſcum *Muſſart*, & Hieronymum Lingonenſem. Clemens VIII. juſtæ eorum petitioni ſtatim annuit diplomate, *ex injuncto nobis*, anno 1603. præcipiens quolibet biennio aut triennio Capitulum Provinciale convocari, ubi eligeretur Provincialis Tertiarius, qui juriſdictionem exerceret in omnes Conventus & Religioſos Tertiarios Galliarum, eo penitus modo, quo Provinciales ejuſdem Ordinis, in omnibus regionibus Chriſtianis. Idem Summus Pontifex facultatem impertitus eſt quatuor Deffinitores eligendi, noſque ſubmiſit immediatè Reverendiſſimo Patri Miniſtro Generali, Vicario Generali, & D commiſſario nationali, tum viſitantis Conventus Gallicanos: Declaravit inſuper celebrari non poſſe Capitulum, niſi unus ex his tribus ipſi præſideret, vel aliquis Pater primi Ordinis, ab iis Commiſſus, quo non adveniente tempeſtivè, Capitulum eligeret quemdam ex Patribus Minorum Obſervantiæ in Præſidem.

Extemplò celebratur Capitulum Francovillæ, ubi adſuerunt antiqui Patres Neuſtriaci & Picardi cum reformatis; Deique ſingulari providentia P. *Vincentius* omnia ſuffragia tulit, electuſque fuit in Provincialem: ejus electio mox confirmatur à Patre *Ponciocellrici*, qui præſidebat, ut Commiſſarius nationalis; & rata habetur à Reverendiſſimo Patre Bonaventura *de Soſa* Generali Minorum Miniſtro, ſicut & noſtro: hacce fretus auctoritate *Vincentius* ordinem ſuum in ſplendorem priſtinum revocavit. Zelum Domus Dei, quo flagrabat, prudentiâ Evangelicâ, temperavit, rebelles quoſdam & effrænatos ex antiquis Tertiariis, ad obſequium cogens, & compellens denique in diſciplinæ gremium. Initio tantum conabatur infamia & probroſa facinora amovere, ut dulciter & benigne eos tandem ad virtutum perfectionem proveheret. Irriti verò cum fuerint primi illi conatus, ſæcularis juriſdictionis validam opem imploravit, ut Summi Pontificis Mandata exequeretur.

Chriſtianiſſimus Rex Henricus IV. P. *Vincentio* ſtudioſe adſuit & amanter: Suprema Neuſtriæ Curia eum juvit fortiter duobus Senatuſconſultis 1604. & 1608 quæ tamen diſſolutam pravorum conſuetudinem non ſuperaverunt nec animos tranquillarunt inordinatos. At *Vincentius* omnes vincens obices patientia, & generoſitate, Divino aſpirante Numine conſiliis ejus, impetravit inhibitionem, ne antiqui Tertiarii poſſent Novitios recipere. Poterant ſolummodo, dum vixerint, habitare in quibuſdam è vetuſtis Conventibus, ſeparatim à Patribus reformatis. Tam enim diſſimili erant ingenio, ut unà concordes & pacificè ſimul eſſe nequitent.

Culpa penes antiquos Tertiarios erat: ipſorum vitio id accidit. Cum dicendum eſt aut ſcribendum ingratum quidpiam, quod aures aut oculos videatur offendere, in more poſitum eſt honorem præfari & præmittere, bonam veniam adſtantium prius precari, aut ejus generis alias adhibere formulas, aurium vel oculorum conciliatrices. Hæc dicta ſint cùm ad proborum commendationem, tùm ad vituperationem improborum: ſicut illi laude, ſic hi, ſi criminatione, ſaltem commiſeratione ſunt digni.

Pater Quintinus inter veteres Tertiarios laudabiliter verbum Dei prædicaverat, obieratque Provincialis munus rectè & cum exiſtimatione: ad ortum noſtræ Reformationis exclamavit præ gaudio, cum Simeone: *Nunc dimittis verbum tuum, Domine. ſecundùm verbum tuum in pace.* Manebat in Conventu Novicaſtrenſi, ubi profeſſionem emiſerat; ejus vigebit memoria in omnes annos, multis teſtata expreſſaque ritè factorum monumentis.

P. Vincentius interim operam dabat vetuſtis Conventibus inſtaurandis adeò fauſtè, ut diſciplinâ Religioſâ in integrum reſtitutâ, ædificia quoque pulchriora & magis commoda ejus ſtudio evaſerint. Præter Monaſteria recenter inſtituta, priſca pariter poſſunt cen-

ſeri nova, tam in domorum conſtructione, quam in monaſticarum obſervatione legum.

Conſtat Tertiarios Regulares olim habuiſſe duas in Gallia Provincias; hujus rei fidem faciunt litteræ autenticæ, ubi Patres Joannes *de Pomeraya*, & *Quintinus* expreſsè nominantur Provinciales Neuſtriæ & Picardiæ: Pater verò Petrus *de Ramis* notatur Provincialis Occitaniæ. Quamobrem Pater V*incentius* poterat ſuam auctoritatem exercere in Landgothia: Tertiarij tamen hujuſce provinciæ nolentes Patri V*incentio* obtemperare, ſocietatem inierunt cum Italica Congregatione; cujus Miniſter Generalis miſit Religioſos Siculos Tertij Ordinis in Aquitaniam, & in Conventum Toloſanum Henricus IV. Rex Galliarum monitus hoc de adventu alienigenarum, abſque regio conceſſu, eos indè expulit. Plures Galli qui acciverant Italos in Galliam, abierunt cum Italis in Italiam: plures alij Galli amplexati ſunt Reformationem Gallicanam.

Sic totus Ordo Tertius Regularis continebatur in Francia ſub titulo unius Provinciæ, cujus primum Capitulum, ut jam diximus, celebratum fuit Francovillæ 14. Maij 1604. ubi Pater V*incentius Muſſart* noſter reformator electus eſt in Provincialem. Secundum verò Picputij, in Conventu ſanctæ Mariæ de Gratia, 8. Novembris 1607. ubi Pater idem V*incentius* triennio Provincialatus magna cum laude abſoluto, in eadem dignitate continuatus eſt. Deinde 23. Novembris 1609. comitia provincialia iterum Picputij celebrata ſunt, mandato & auctoritate Patris Archangeli *à Meſſana* Minorum Generalis Miniſtri, qui comitiorum Præſidem agens confirmavit electionem novi Miniſtri Provincialis, Hieronymi videlicet Lingonenſis: Superiorum efflagitatu præſes ipſe decrevit deinceps nominandam provinciam à ſancto Elzeario. Anno 1611. renovatis comitiis in eodem loco, Pater Hieronymus Lingonenſis electus eſt adhuc in provincialem, & confirmatus à Commiſſario.

Paulus V. plura contulit huic provinciæ privilegia, ut patet diplomate, *Alias felicis recordationis*, 1610. quo roborat Miniſtri provincialis munus, approbat firmiter celebrationem comitiorum provincialium, & declarat Tertiarios regulares Gallos reformatos omnibus privilegiis cæteris Ordinibus regularibus conceſſis omninò gaudere. Jam prædeceſſor Clemens VIII. ad eum modum ſe geſſerat; Paulus igitur V. inſiſtens ejus veſtigiis, maximè illuſtravit & firmavit Congregationem noſtram Gallicanam. Bullâ 14. Martij 1613. comprobavit litteras patentes Patris Joannis *Delbiero* Minorum Obſervantium Miniſtri Generalis, & noſtri, datas in Conventu *de ara Cœli*, 14. Julij 1612.

A Generalis iſte Miniſter Provincialibus & Gardianis reformationis noſtræ Gallicanæ facultatem dat recipiendi ad habitum Tertij Ordinis ſæcularis, & ad obſervationem Regulæ Nicolaï IV. utriuſque ſexus fideles: prohibet Fratribus Minoribus ipſi ſubjectis ne illos recipiant abſque provincialis Miniſtri Tertiariorum licentia, ad quem ſolum vult hanc pertinere poteſtatem, ſicut jam anteà conceſſum fuit Tertiariis Italis, juxta conſtitutionem Sixti IV. quæ incipit his verbis: *Sedis Apoſtolicæ*.

Idem prætereà Ioannes *Delbiero* eidem Provinciali jus impertitur & communicat adoptandi quoſcumque benè de Congrega-
B tione meritos in illorum numerum, qui ſub titulo quem communiter vocant *Filiationis*, piam componunt nobiſcum ſodalitatem, & participes fiunt noſtrorum omnium bonorum ſpiritualium. Illi quoque permittit vagos Eremitas habitum noſtrum aut ferè ſimilem gerentes ſpoliare, prehendere, carceri quoque mancipare, & punire, ut par eſt.

Paulus V. diplomate, *Gratos Domino, & Regno Franciæ*, 16. Calend Maïj 1613. ſe fautorem noſtrum magis oſtendit apertè, confirmando prima noſtra ſtatuta generalia, & præcipiendo unicuique noſtrûm exactam eorum obſervationem amplecti: aliis patentibus litteris Apoſtolicis noſtri habitus
C modum definivit, & diſtinxit à veſte Capucinorum: declaravit nos in communi poſſe poſſidere bona mobilia & immobilia, ſecundùm noſtra ſtatuta, & ſummorum Pontificum declarationes, Eugenij IV. & Clementis VII. nequicquam obluctante ſtrictæ obſervantiæ titulo; quapropter indoctè & inſipienter aliqui nos teneri volunt ad paupertatem in proprio & in communi perindè ac Fratres Minores, juxta Concilium Tridentinum. Bulla hæc Pauli V. data eſt die 5. Iunij 1620. ipſiuſque Pontificatus decimoſexto.

Gregorius XV. ejus ſucceſſor ſimili nos proſequutus eſt benevolentiâ, cujus rei fi-
D dem facit diploma, *Romanum decet Pontificem*, 5. Julij 1621. quo ſub excommunicationis pœna, ac aliis cenſuris & pœnis Superioribus Ordinum Mendicantium vetat recipere noſtræ Congregationis reformatæ Religioſos, abſque licentia, in ſcriptis Provincialium noſtrorum. Tanti momenti eſt diploma hoc, ut amplum mereatur locum in noſtris Annalibus.

Gregorius Papa Decimusquintus ad perpetuam rei memoriam: Romanum decet Pontificem univerſo gregi Dominico, divinâ diſpenſatione præpoſitum paſtorali ſollicitudine providere, ut perſonarum regularium

Ordines

Ordines in militanti Eccleſia, ad divini nominis laudem & gloriam piè & providè inſtituti felicibus in dies proficiant incrementis. Cum itaque ſicut dilectus filius Franciſcus de Creſpy Miniſter Provincialis Provinciæ Franciæ Fratrum reformatorum Tertij Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentiâ nuncupati Congregationis Galliæ, pro negotiis ejuſdem Congregationis in Romana curia deputatus, Nobis nuper exponi fecit Congregatio præfata, ſub ſtrictis Reformationis regulis, in omnibus ferè Galliæ Provinciis, benedicente Domino, effloreat. Nos proſpero ejuſdem Congregationis ſtatui, quantùm cum Domino poſſumus benignè conſulere, dictumque Franciſcum ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volentes ſupplicationibus, ejus nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, ne quis Prælatorum, aut Superiorum Ordinum mendicantium, quemdam dictæ Congregationis profeſſum, ſub quovis pretextu & colore, abſque ejuſdem Congregationis Miniſtrorum Provincialium licentia in ſcriptis recipere audeant, ſub pœna excommunicationis, ac aliis cenſuris & pœnis eccleſiaſticis arbitrio noſtro infligendis, Apoſtolicâ auctoritate tenore præſentium interdicimus & prohibemus, decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: non obſtantibus conditionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Congregationis & Ordinum hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâvis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis Congregationi & Ordinibus præfatis, illorumque Prælatis aut Superioribus Fratribus, ſub quibuſcumque tenoribus ac formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 5. Julij 1621. Pontificatus noſtri anno primo, ſignatum S. Cardinalis ſanctæ Suzannæ, & ſigillatum in dorſo ſigillo prædicti Annuli Piſcatoris, in cerâ rubrâ.

Bulla hæc cauſa fuit cur ſacra Regularium Congregatio 3. die Auguſti 1657. decreto expreſſo aſtrinxerit, ut ſacerdos quidam pro-
A feſſus Provinciæ ſancti Yvonis Tertiariorum nominatus in decreto, hùc citò revertetur; declaravit quę receptionem ejus apud Minores Provinciæ Pariſinæ nullam & invalidam, noſtro invito & reluctante Miniſtro provinciali. Sic loquitur ſacra Congregatio.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſitâ attentis, narratis, & audito Procuratore Generali Fratrum Minorum de Obſervantiâ, viſiſque omnibus & maturè diſcuſſis, referente Eminentiſſimo Brancaccio, cenſuit: Fratris Spi-
B *ritus à ſancto Antonio receptionem & tranſitum à Tertio Ordine reformato ſancti Franciſci Congregationis Gallicanæ, ad ordinem Fratrum Minorum de Obſervantiâ nullam & invalidam extitiſſe, ac propterea illi redeundum eſſe ad ſuam Tertij Ordinis præfati Religionem; cujus Regulam profeſſus eſt, prout redire præſenti decreto mandat & præcipit. Romæ 3. Auguſti 1657. M. Cardinalis Ginettus; & infrà ſigillatum, & ſubſcriptum E. Epiſcopus Cameracenſis Secretarius.*

C

ARTICULUS XXI.

Prima ſtatuta, & Inſtitutio diverſarum Provinciarum.

QUamvis aliquoties quædam Sapienti ſubitò accidant, nunquam ex improviſo, cum eum virtus ad omnia paratum teneat. Non ſic ſe habet inſipiens, qui ſemper eſt improviſus & incautus, cujuſque animus ante occupatur ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur.

Sapienter egerunt Majores noſtri, dum ab exordio Reformationis noſtræ, faventibus &
D comprobantibus non ſolùm Miniſtris Generalibus totius Ordinis Seraphici, ſed & ſummis Pontificibus gradatim & conſultè, redintegrarunt Congregationem Gallicanam. Initio conſtabat unâ ſolâ Provinciâ, nullas alias leges habens, niſi Regulam Nicolai IV. reformatam per Leonem X. paucis cum decretis Capitulorum provincialium 1604. 1607. 1609. Superiores illa certâ & expeditâ ratione ordinarunt, propoſueruntque Reverendiſſimo Archangelo à *Meſſanâ* Miniſtro Generali tunc viſitationes obeunti in Galliâ: lectis his & attentè examinatis, appoſuit ſequentem approbationem, quam videre eſt in capite antiquorum ſtatutorum gene-

ralium à Paulo Quinto approbatorum anno A 1613.

Nos F. Archangelus à Meſſanâ totius Ordinis Fratrum Minorum, nec non Fratrum Pœnitentium Tertij Ordinis ſancti Franciſci Miniſter Generalis & ſervus, viſis in Capitulo totius Ordinis Fratrum Pœnitentium Tertij Ordinis ſancti Franciſci reformatorum in Francia, prædeceſſorum noſtrorum ſtatutis, dictorumque Fratrum conſtitutionibus pro reformatione ſua editis, ſtrictè diligenterque ab iis obſervatis, pro dignitatis noſtræ officio, ut ea quæ pro hujus B *reformationis utilitate hactenus ſtatuta & ordinata ſunt, firma & illibata ſubſiſtant, noſtræ confirmationis robur iis libenter adjicimus, approbamuſque: Et quia dicti Fratres juxta Seraphici Patris noſtri Franciſci exemplum non ſolùm verbo, ſed & exemplo fructus in vinea Domini in dies producunt uberrimos, cumque magis ad Dei cultum, vitæque integritatem incenduntur, magnum pietatis ſpecimen toti Galliæ regno prælibantes, non ſine magno Catholicæ Religionis incremento & animarum ſalute; eâ ratione ducti, pro majori dictorum Fratrum ſolatio* C *ipſorum Reformationis conſtitutiones, ſuamque vivendi normam juxta Concilij Tridentini decreta denuò confirmamus & approbamus. In cujus rei teſtimonium præſentes literas manûs noſtræ ſubſcriptione, ac majori officij noſtri ſigillo muniri volumus. Datum Pariſiis in Conventu Beatæ Mariæ de Gratiâ, die 13. Novembris anno Domini 1609.*

Ex his patet evidenter præclariſſimum huncce virum Reformationem noſtram magni æſtimare, quam etiam ipſe reſtatur auctoritate & exiſtimatione valere apud Gallos. Romæ reiteravit idem elogium anno 1610. D cum hoc additamento.

Inſuper injungimus dictis Religioſis reformatis, cum ſint etiam filij ſancti Patris Franciſci profitentes Tertiam Regulam ipſius, ut depoſitâ corrigiâ, cingulum canabeum ſeu crineum aſſumant, & in poſterum deferant: Ideò concedimus licentiam, ſicut prædeceſſores noſtri, ut ſandalia ſive ſocolos ſemper deferre poſſint ac valeant, ut ab initio ſuæ Reformationis magno cum pietatis exemplo perpetuo geſtarunt & pro tempore gerunt. In cujus rei teſtimonium præſentes literas manûs noſtræ ſubſcriptione ac majore officij noſtri ſigillo muniri volumus. Datum Romæ in Conventu ſanctæ Mariæ Ara cœli, 4. Idus Octobris anno 1610.

Ab eo tempore abjecimus cingulum coriaceum, & incœpimus uti erineo, ad imitationem aliorum beati *Franciſci* Aſſiſiatis ſectatorum. Quamvis autem uſus ſandaliorum ligneorum nobis eſſet communis; nobiſcum tamen de his litigarunt quidam Fratres Minores, qui ea gerunt. Reverendiſſimus verò Pater Generalis rem controverſam planè nobis addixit.

Anno 1611. Picpucij celebravimus Capitulum provinciale, ubi Superiores conſilium ſuſceperunt dividendi Provinciam, in quâ tunc conſiſtebat tota Congregatio Gallicana, in quatuor Provincias, quarum quælibet haberet intra ſuæ juriſdictionis fines quartam regni partem; ſuumque quælibet provincialem Miniſtrum, & quatuor Deffinitores. Parvum ob numerum Conventuum Religioſorum dilata fuit inſtitutio hujuſmodi quatuor Provinciarum: tùm verò Patres noſtri apud ſe ſtatuerunt componere duas provincias, Franciæ nempè, & Aquitaniæ, donec ex illa bipartitione fieret aliquando quadripartitio, ſive diſtributio in quatuor Provincias, & in qualibet earum extarent decem Conventus. Tùm denique tituli deſignantur, videlicet *ſancti Franciſci* pro Franciæ aut Pariſienſi provincia; *ſancti Yvonis* pro Neuſtriæ provincia aut Rothomagenſi; *ſancti Ludovici*, pro Lugdunenſi, aut Lugduni provincia; *ſancti Elzearij*, tandem pro Aquitanica aut Toloſæ provincia.

Clemens VIII. diplomate 1 Octobris 1603. nobis concedens Provincialem Gallicanum, ſubmittebat illum immediatè Miniſtro Generali, noſque ſic eximebat à Provincialium Minorum ditione. Res tanti momenti non poterat ſatis roborari abſque ſuprema & pontificia auctoritate: Interpoſita verè fuit in ſtatutis, cum variis circumſtantiis, quæ ad ejus robur ſpectant.

Superiores noſtri ſtatuta recognita & correcta exhibent Patri Joanni *Delhiero* Miniſtro Generali, ut approbaret ea, ſicut prædeceſſor Pater Archangelus *à Meſſanâ*: negotio ea diſcutiendi demandato Procuratori generali in Romana curia, rationem univerſam rei judicandæ his verbis brevi expoſuit.

De mandato Reverendiſſimi P. Fratris Ioannis Delhiero *Miniſtri Generalis, vidi hujuſmodi ordinationes Fratrum Tertij Ordinis S. P. N.* Franciſci*, quæ mihi videntur juſtæ, rationi, bono regimini, & religioſo ſtatui maximè conſentaneæ. Datum in hoc Conventu Aræ cœli 20. Iunij anno*

Domini 1612. F. *Rodericus de Portillo*, *Theologiæ Lector*, *Procurator Generalis de Obſervantiâ in Curiâ Romanâ.*

Miniſter Generalis ſuam mox adjecit approbarionem, ut ſequitur. *Nos F. Ioannes* Del hiero *totius Ordinis Fratrum Minorum, nec non Fratrum Pœnitentium Tertij Ordinis ſancti* Franciſci *Miniſter Generalis & Servus; Cùm à divina providentia in ædificationem & in augmentum Religioſæ perfectionis ad hunc Generalatus gradum evecti fuerimus, ut ſcilicet quæ pro illius incremento ac ſtabilitate ordinanda ſunt, ordinemus, & jam ordinata, quantùm in Nobis eſt, ſtabiliamus; hinc eſt quod ſtatuta & conſtitutiones Fratrum Pœnitentium Tertij Ordinis ſancti* Franciſci *Reformatorum totius Regni Galliæ (quæ conſtitutiones & ſtatuta à Reverendiſſimo Patre Archangelo* à Meſſana *prædeceſſore noſtro, viſa & diligenter conſiderata, nec non approbata fuerunt) denuò & ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus. In cujus rei teſtimonium præſentes literas manûs noſtræ ſubſcriptione, ac majori officij noſtri ſigillo muniri volumus. Datum Romæ in Conventu noſtro ſanctæ Mariæ Aræ cœli* 8. *Cal. Iunij anno Domini* 1612. *F. Ioannes Del-hicro Miniſter Generalis.*

Petitâ humiliter à ſummo Pontifice ſtatutorum confirmatione, demandavit iſtud negotium Coogregationi Regularium, quæ ad relationem Eminentiſſimi Cardinalis Rupiſfulcadij ſuffragata eſt decreto ſequenti: *Sacra Congregatio Cardinalium negotiis, Epiſcoporum & Regularium præpoſita, referente Illuſtriſſimo* de la Rochefoucaut, *cenſuit, ſi S. D. N. placuerit, petitam ſtatutorum confirmationem poſſe concedi in forma communi. Romæ die* 30 *Octobris* 1612. *ſignatum, Antonius Card.* Saulius *Sigill. & Hortenſius Secretarius.* Statim ipſe ſummus Pontifex auctoritatis Apoſtolicæ robur adjecit ſtatutis noſtris, ſed in forma communi, videlicet cum hac clauſula; *dummodò non ſint revocata, nec revocationibus ſimilium gratiarum comprehenſa, ſacriſque Canonibus & conſtitutionibus Apoſtolicis, ac decretis Concilij Tridentini, nec non dicti Ordinis inſtitutis regularibus non repugnent.* Verba ſunt expreſſa Paul V. in diplomate, dato die Cal. Maij 1613. *Gratos Domino & Regno Franciæ.*

Poſitis his ſacris fundamentis, ſtetit firmiter Gallicanæ Congregationis ædificium, & adamuſſim conſtitutiones prædictæ omnes ſervatæ ſunt.

Pater Ignatius *le Gant*, Recollectus provinciæ *ſancti Dionyſij* in Francia interim anno 1638. impetravit diploma tabellarium ſummi Pontificis Urbani VIII. qui illum Vicarium generalem trium Ordinum ſancti *Franciſci* in Gallia inſtituebat. Quamvis conatus ſit id munus exercere, Chriſtianiſſimus Rex Ludovicus XIII. edicto regio 3 April. 1638. & verbis conceptis, impedivit quominus P. Ignarius exequeretur ſuum diploma, obtentum doloſè à ſummo Pontifice, cui rei ſtatum haud ſincerè declaraverat, tacendo videlicet nos habere in Gallia immunitatem. Strictèque prohibitum eſt eidem Patri Ignatio, ſibi in Tertiarios juriſdictionem arrogare, donec apertius Papa ſuam mentem ipſe declaraſſet.

Pater *le Fort* Gardianus majoris Conventus Pariſienſis Minorum de Obſervantia, & Deffinitor generalis, nominatus totius Commiſſarius aut Vicarius generalis totius Ordinis Seraphici in Gallia, ſignificavit actu publico 16. Novembris 1645. nullam habere, nec ſibi vindicare auctoritatem in Provinciales, vel Provincias Tertiariorum Congregationis Gallicanæ.

Qui ſpiritu Dei aguntur, rebus attentè, accuratèque perpenſis, ſemper aguot: propterea qualiſcumque ſit exitus, etſi moleſtus, felix eſt ramen; tranquillâ remanente conſcientiâ. Non ſic inſipientes, non ſic: propter inſipientiam minus vident, magis impensè cupiunt, conſulunt parum: vana & immoderata lætitia, de proſperis eventibus eos perturbat, perindè ac mœror, de duris & acerbis, ob animi anxietatem.

ARTICULUS XXII.

Diſceptatio de validitate noſtrorum Votorum, & reformatio conſtitutionum.

Celeberrimum inter omnia noſtra Capitula Gallicana celebratum fuit anno 1615. cùm ob illuſtriſſimos ejus Præſides, tùm ob negotia magni momenti quæ ibi tractata ſunt: at præ cæteris innotuit noſtrorum votorum validitas. Omnia placida erant in Congregatione Gallicana: ſubito tamen exorta eſt tempeſtas à quibuſdam pacis perturbatoribus, qui candidis & incautis Religioſis falsò perſuadebant Reverendiſſimum Patrem Vincentium *Muſſart* carere auctoritate requiſitâ ad reformationem noſtri Ordinis.

Saris ſuperque erat ad litem hanc componendam decretum Reverendiſſimi Patris *Benigni Genuenſis* 1612 Miniſtri Generalis trium Ordinum ſancti *Franciſci*, dum obiret viſitationes in Gallia: ipſe unà cum Patre Hugone *Cavello* viro utique erudito, aliiſque Patribus doctrinâ & experientiâ inſtructis Tabularium generale, omneſque commentarios perlegit attentè: auditis dein contradicentibus, pronunciavit, ſcriptiſque man-

davit nos verè eſſe Religioſos, itaut nullus ſit de hac quæſtione dubitandi locus. Hæc ſententia recitata eſt altè & publicè in Capitulo totius Nationis Gallicanæ 1622. coram cunctis vocalibus.

Superiores cum cognoviſſent turbulentos, & in Religionem malè affectos, non acquieſcere huic decreto, recurrerunt ad Eminentiſſimum Cardinalem Franciſcum Barberinum ſummi Pontificis Urbani VIII. ex fratre germano nepotem, ejuſque Legatum *à latere* ad Regem Chriſtianiſſimum Ludovicum XIII. Eminentiſſimus hic Cardinalis deputavit in Præſidem Capituli 1625. Illuſtriſſimum Rolandum Archiepiſcopum Bituricenſem cum duobus Aſſeſſoribus, magiſtro Andræâ *du Val*, Doctore & Profeſſore Regio in Theologia, Domûs & Societatis Sorbonicæ, & Reverendiſſimo Patre *Guillain*, Theologo emerito Societatis Jeſu. Commiſſarij tam eximij & præclari honore & nomine, auribus æquanimiter & prolixè datis utrobique diſceptantibus, concluſerunt & ſtatuerunt nullam unquam extitiſſe rationem dubij de validitate noſtrorum votorum, neque de noſtræ profeſſionis ſolennitate.

Sicut acceſſus ſolis lætificat terram, ut cum cœlo hilarata videatur, ita omnem pariter ſerenavit agitationem, & ſuſtulit difficultatem ſerius & benevolus aſpectus Eminentiſſimi Legati, qui juſſit ſtudioſam & ſtrictam, ipſo præſente, rei totius fieri inquiſitionem: præter ſupra nominatos acceſſivit in Concilium Illuſtriſſimos D. D. *Spada* Archiepiſcopum Damaſcenum, Legatum in Gallia, & Archiepiſcopum *Barrienſem*, tunc temporis in Flandria Legatum, qui ambo poſteà in numerum Patrum purpuratorum adſciti ſunt: Iiſdem adjunxit Dominum Pamphilium Rotæ Auditorem, & Rectorem Legationis, qui factus eſt poſt hac Cardinalis, & ſupremus Chriſti Vicarius ſub titulo Innocentij X. Magiſtrum præterea Nicolaum Iſambertum Doctorem inclytum & Profeſſorem regium Theologiæ in Sorbona, Patrem denique Stephanum Guerricum Societatis Jeſu inſignem Theologum. Poſt novum & accuratum examen, Judices delegati unâ voce declararunt nullum prorſus defectum inveniſſe in noſtrarum profeſſionum ſolennitate, noſtraque vota verè eſſe ſolennia, valida, & canonica. Sententia Commiſſariorum Apoſtolicorum lecta fuit & publicata in Capitulo nationali anno 1625. Deindè anno 1626. ſummus Pontifex Urbanus VIII eam confirmavit ſequenti diplomate, *Ex debito Apoſtolicæ ſervitutis* 5. die Decembris: undè patet regularitatem noſtram eſſentialem non originem ducere ab Urbano VIII. illam dudùm a prædeceſſoribus inſtitutam, ſolùm

A confirmante, ſed jam à pluribus ſæculis præcedentibus anteà viguiſſe in Congregatione noſtra.

URBANUS P. P. OCTAVUS.

AD perpetuam rei memoriam. Ex debito Apoſtolicæ ſervitutis, quam divina Majeſtas, nullis nos juvantibus meritis, ſed ex ſuæ bonitatis abundantiâ noſtris humeris impoſuit, iis, quæ, pro exortis circa emiſſas per perſonas regulares ſolennes profeſſiones dubiis ſubmovendis; ut ipſæ perſonæ regulares, intra profeſſionum ſuarum hujuſmodi limites reddant Domino debitos fructus, rectè facta, & ordinata fuiſſe dicuntur; Apoſtolicæ firmitatis munimen liben- B *ter adjicimus, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicimus. Expoſuit ſiquidem nobis nuper fecit dilectus Filius Ambroſius Lexovienſis Fratrum Tertii Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati, ſtrictioris Obſervantiæ, Congregationis Galliæ procurator generalis, quod aliàs imminente proximè celebrati Capituli generalis dictæ Congregationis celebratione, pro parte dilectorum filiorum Fratrum Ordinis & Congregationis hujuſmodi, dilecto filio noſtro Franciſco ſanctæ Agathæ Diacono Cardinali Barberino nuncupato, noſtro ſecundum carnem ex fratre germano nepoti, tunc ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, & univerſum Franciæ Regnum, illiuſque Provin-* C *cias, dominia, civitates, oppida, terras, & loca eidem Regi ſubjecta, & dicto Regno adjacentia, cæteraque alia loca, ad quæ illum declinare contigiſſet, noſtro & Sedis Apoſtolicæ de latere legato expoſito, ipſos Capitulum hujuſmodi in Domo Regulari ſanctæ Mariæ de gratiâ nuncupatæ Pariſienſis, ejuſdem Congregationis, pro electione Viſitatoris generalis, aliorum Superiorum Ordinis & Congregationis prædictorum, necnon diverſis negotiis Ordinem & Congregationem hujuſmodi concernentibus, tunc prope diem celebrare debere, in ſimilibus verò Capitulis nonnulla interdùm dubia ac differentias in maximum totius Ordinis præjudicium oriri ſolere; & prætereà pro parte* D *eorumdem Fratrum eidem Franciſco Cardinali, & Legato humiliter ſupplicato, ut in præmiſſis opportunè providere de ſuſceptæ legationis ſuæ officio dignaretur. Idem Franciſcus Cardinalis & Legatus venerabilem Fratrem Rolandum Archiepiſcopum Bituricenſem in Præſidem dicti Capituli, necnon Andræam du Val Preſbyterum in Academiâ Sorbonicâ Pariſienſi ſacræ Theologiæ Profeſſorem, ac unum ex Patribus alicujus à Sede prædictâ approbatæ Religionis à dicto Capitulo eligendum, dilectos filios in ejus aſſiſtentes auctoritate ſui Legationis officii conſtituit, & deputavit, prout pleniùs continetur in literis dicti Franciſci Cardinalis, & Legati, quarum tenor eſt, qui ſe-*

quitur, videlicet: Franciſcus miſeratione divinâ ſanctæ Agathæ, Diaconus Cardinalis Barberinus, nuncupatus, ad ſereniſſimum Principem Ludovicum Principem Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, ac univerſum Franciæ Regnum, illiuſque Provincias, dominia, civitates, oppida, terras & loca eidem Regi ſubdita, & dicto Regno adjacentia, cæteraque alia loca, ad quæ nos declinare contigerit, ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri divinâ providentiâ Vrbani Papæ VIII. & Sedis Apoſticæ de latere Legatus: Cum ſicut nobis nuper dilecti nobis in Chriſto Patres Tertii Ordinis ſancti Franciſci Congregationis Franciæ exponi fecerunt, ipſi Capitulum ejuſdem Congregationis in Domo regulari ſanctæ Mariæ de Gratia nuncupatæ ejuſdem Ordinis, Pariſienſi, tam propter electionem Viſitatoris generalis, ac aliorum Superiorum dictorum Ordinis & Congregationis, quàm etiam pro diverſis negotiis Ordinem & Congregationem huiuſmodi concernentibus, prope diem celebrare debeant; in ſimilibus verò Capitulis nonnulla interdum dubia ac differentiæ in maximum totius Ordinis præjudicium oriri ſoleant. Quare pro parte eorumdem Patrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs eis in præmiſſis opportunè providere de ſuſceptæ legationis noſtræ officio dignaremur: nos qui pacem inter perſonas quaſlibet, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo, altiſſimo famulantes, vigere ſinceris exoptamus mentibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Reverendiſſimum Dominum Rolandum Modernum Archiepiſcopum Bituricenſem, necnon dilectum nobis in Chriſto Andræam du Val Presbyterum in Academia Sorbonica Pariſienſi Theologiæ Profeſſorem, ac unum è Patribus alicuius à Sede prædicta approbatæ Religionis à dicto Capitulo eligendum in aſsiſtentes, Apoſtolica auctoritate qua fungimur tenore præſentium conſtituimus & deputamus, eiſque Capitulum prædictum congregandi, & negotia quæ in eo proponentur juxta ſacros Canones, ac eorumdem Ordinis & Congregationis inſtitutum terminandi, abuſus, ſi qui, in electione prædicta intervenerint, tollendi, dubia, difficultates, quæ durante eodem Capitulo occurrere poterunt, reſolvendi, cæteraque omnia & ſingula, quæ circa præmiſſa neceſſaria fuerint, faciendi, dicendi, cognoſcendi, & exequendi, plenam & liberam auctoritate & tenore præmiſsis concedimus facultatem. Quocirca eiſdem Domino Rolando Archiepiſcopo & aſſiſtentibus per præſentes committimus & mandamus, ut negotium huiuſmodi libenter ſuſcipiant, & illa quæ conſideratione, circa præmiſſa, digna fuerint, nobis ad effectum illa reſolvendi referant Patribus capitularibus prædictis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus omni mora, & ſubterfugio ceſſantibus, ordinationes & ſalu-

A bria mandata eorum præſidentis & aſsiſtentium circa præmiſſa libenter ſuſcipiant, ac ita illis in præmiſsis obediant, ut finito huiuſmodi Capitulo noſtram & Sedis Apoſtolicæ Benedictionem conſequi mereantur. Datum Burgireginæ Pariſienſis Diœceſis, anno Incarnationis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, decimo ſeptimo menſis Iunij, Pontificatus ejuſdem ſanctiſsimi Domini noſtri Papæ anno ſecundo. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat in dicto Capitulo Rolandus Archiepiſcopus præſes, & Andraas prædicti, necnon dilectus filius Claudius Guillain Presbyter Societatis IESV, aſſiſtentes Capituli hujuſmodi, ſuper
B validitate profeſſionum Fratrum & Monialium Ordinis & Congregationis prædictorum, decreta tulerint tenoris ſequentis, videlicet, nos Rolandus Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ Archiepiſcopus Bituricenſis Patriarcha & Primas Aquitaniæ, ab Illuſtriſsimo & Reverendiſsimo Cardinale Barberino nuncupato, ad Regem Chriſtianiſſimum Franciæ & Navarræ à latere Commiſſarius deputatus, cum duobus aſsiſtentibus magiſtro Andræa du Val Doctore Sorbonico & Regio Theologiæ Profeſſore, & Reverendo petro Claudio Guillain Presbytero Societatis IESV, ad præſidendum Capitulo Generali Congregationis Gallicanæ Tertiariorum reformatorum ſuper dubio à nonnullis ipſius Congregationis Religioſis circa ſua-
C rum poſſeſsionum validitatem negantibus, aliis, iiſque numero pluribus eam aſſerentibus quorum Religioſorum rationibus utrinque allatis, patienter auditis, diligenter examinatis, atque perpenſis, necnon viſis, lectis, matureque conſideratis inſtrumentis autenticis & archiviis Monaſterij Dominæ de Gratia, prope Lutetiam nuncupati, nobis exhibitis, prædictorumque omnium relatione, ad illuſtriſsimum & reverendiſsimum Legatum facta, profeſsiones ipſas validas eſſe & fuiſſe cenſuimus, & cenſemus, nec in dubium poſſe, aut potuiſſe ullo modo revocari declaravimus & declaramus; nullumque in eis ulla ex parte defectum interceſsiſſe decrevimus & decernimus: prohibentes diſtrictè, & in virtute ſanctæ obedientiæ, ne
D quis Religioſus cujuſcumque conditionis aut dignitate in prædicta Congregatione fuerit contra harum profeſsionum validitatem quicquam in poſterum aſſerere, aut eas in dubium revocare audeat. Actum in prædicto Monaſterio, tenente Capitulo generali, die quartâ Iulii, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto. Nos Rolandus Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ Archiepiſcopus Bituricenſis, Patriarcha & Primas Aquitaniæ commiſſus & deputatus ab Illuſtriſsimo & Reverendiſsimo Domino Cardinali Barberino nuncupato in Galliam à latere Legato, ad præſidendum Capitulo generali Congregationis Tertiariorum, cum magiſtro Andræa du Val, Doctore Sorbonico, &

Regio Theologiæ profeſſore, & Patre Claudio Guillain Presbytero Societatis IESV, ſuper quæſtione à nonnullis mota, an profeſſiones Monialium ipſius Congregationis Tertiariorum validæ eſſent & ratæ! cenſuimus & judicavimus eas ſolidas eſſe, nec in dubium ullo modo poſſe revocari. Datum in prædicto Capitulo generali die quartâ Iulij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto. Nos dictorum decretorum inviolabili firmitati, quantum cum Domino poſſumus conſulere ac Ordinis & Congregationis prædictorum Fratres ſpecialibus favoribus & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quâvis occaſione vel cauſa latis (ſi quibus quomodo libet innodatæ exiſtunt) ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Ambroſii, nobis ſuper hoc porrectis inclinati, decreta præinſerta Apoſtolicâ auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes & ſingulos tam iuris quam facti, & ſubſtantiales quantumvis defectus, ſi qui in illis forſan intervenerint, ſupplemus decernantes præſentes Litteras, necnon decreta prædicta, ſemper & perpetuo valida, firma & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, ac ab omnibus & ſingulis dictorum Ordinis & Congregationis Fratribus, aliiſque quibuſcunque, ad quos nunc ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari; ſicque per quoſcunque Iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici auditores judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoque, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca venerabilibus Archiepiſcopis & Epiſcopis in regno Franciæ exiſtentibus, per præſentes committimus & mandamus quatenùs ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios, quoties pro parte Fratrum Ordinis & Congregationis prædictorum fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis deffenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtrâ decreta prædicta ab omnibus quos ſpectat inviolabiliter obſervari. Contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, invocato etiam adhuc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, nonobſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. predeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis & Literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodo libet conceſſis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem ut præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die decima ſexta Decembris, milleſimo ſexcenteſimo ſexto, Pontificatus noſtri anno quarto.

Signatum. *V. THEATIM.*

Et Sigillatum, in dorſo, ſigillo prædicti Annuli Piſcatoris in cera rubra.

Habetur originaliter Pariſiis in Conventu noſtro ſanctæ Mariæ de Gratia.

In eodem Capitulo generali celebrato anno 1625. antiqua ſtatuta abbreviata fuerunt, & in meliorem formam redacta, tandemque approbata à Commiſſariis, & ſacra Regularium Congregatione, referente Eminentiſſimo Cardinale Bentivolo, die 24. Martij 1626. ſummuſque Pontifex Urbanus VIII. eodem anno 9 Calendas Julij auctoritatis Apoſtolicæ robur appoſuit diplomate, *Divinæ Majeſtatis arbitrio.*

ARTICULUS XXIII.

De Provincia Franciæ *duæ ſiunt; una ſub titulo ſancti* Franciſci*; altera, ſub invocatione ſancti Yvonis, juxta conſtitutione. Deſcribitur ſpeciatim Provincia ſancti* Franciſci.

Natura mortalium, hoc quoque nomine, prava & ſiniſtra dici poteſt, quod in ſuo quiſque negotio hebetior eſt, quam in alieno. Turbida ſunt conſilia qui ſibi ſuadent. Sicut oculus corporis non diſcernit evidenter res quæ illum proximè tangunt, & abſque ulla diſtantia; ſic humana ratio in ſui ipſius conſideratione ſæpè fallitur: magis perſpicax & lucida eſt ad alio-

rum directionem. Quapropter rectè convocantur Concilia & Capitula, ubi cum plures opinentur, mutuò & tutò ſeſe illuminant, & ad ea quæ juſta ſunt, provocant.

Loquimur de diviſione provinciæ Franciæ, quando ſcilicet diſtributa eſt in duas partes, ſervatis omnibus ſervandis. Eccleſia univerſalis plurimas compectitur diviſiones & ſubdiviſiones in ſuaqualibet Hierarchia; habet ſub ſummo Pontifice Romano Archiepiſcopos, Epiſcopos, Paſtoreſque alios inferiores, quorum omnium dignitas & juriſdictio maximè conferunt ad gloriam Dei, & ad animarum ſalutem. Lux unius mentem alterius illuſtrat: Ita in Ordinibus & Cœnobiis, *Frater qui adjuvatur à Fratre, quaſi civitas firma* Prov. 18. dum quidam facem doctrinæ & exempli præferunt, cæteri libenter & cum ſecuritate ſequuntur.

Fauſtis hiſce auſpiciis inſtituta ſuit provincia Franciæ Tertiariorum Reformatorum anno 1603. diviſa poſteà 1613. in Francicam & Aquitanicam; deindè anno 1640. ſubdiviſa in provincias ſancti Franciſci, & ſancti Yvonis. Provincia ſancti Franciſci complectebatur per iſtam ſubdiviſionem Conventus Francovillæ, ſanctæ Mariæ de gratia penes Lutetiam, Breolaci, Limurij, Senonum, Curtiniaci, Nancæi, Montis-Sion, Bayoni, Montisfelicis, Valliſcolorum, Barenſis Ducatus, Bellœvillæ & Monaſterium Religioſarum Tertiariarum ſanctæ Elizabethæ Nanceanum: his adjuncti ſunt decurſu temporis cum opera & ſtudio Fratrum Religioſorum, tùm fidelium pietate & beneficentiâ Conventus Veliaci, Luzarchii, Condeti, Gyromagnici, Lixeinii.

Principem locum tenet inter Provincias Gallicanas, non ob antiquitatem in tertio Ordine Franciſcano, ſed in reformatione. Jamdudum & à pluribus ſæculis Tertius iſte Ordo altas radices egerat, cùm in Neuſtria, per Fundationem Conventus Vernonenſis, tempore ſancti Ludovici Regis Franciæ, & Conventus Andeliacenſis, non multò poſt; tùm in Aquitania, per conſtructionem Monaſterii Toloſani, Nicolao IV. Sedem Apoſtolicam occupante. At verò Reformatio incœpit anno 1595. dum P. Vincentius Pariſinus ſolennem emiſit, cum ſex ſociis, profeſſionem, de qua ſuperius ſumus locuti, Francovillæ, cujus gratiâ Provincia ſancti *Franciſci* principatum meritò obtinet inter Provincias Gallicanas. Cœnobium quoque ſanctæ Mariæ de Gratiâ penè Lutetiam hunc eidem titulum prioris Provinciæ conciliat, quia ineunte anno milleſimo ſexcenteſimo feliciter nactum eſt Regium Fundatorem, Ludovicum nempe XIII. Regem Galliæ, cujus munificentiâ & protectione in ſpectatiſſimum celeberrimumque evaſit Cœno-

A bium extra muros Pariſienſes.

---

§. I.

Conventus Francovillenſis.

DIOECESIS eſt Bellovocenſis, & in loco, quem vulgò nominant, *Francovillam* ſub nemore; ſub nemore, inquam, vaſto, proceris & annoſis arboribus conſito; unde mundus & vanitas exulant, ubi admirabile exoritur lumen rectis corde & ſincerè Deum quærentibus. Solitudinis impatiens eſt quiſquis gloriâ ducitur: peramante con-
B trario vitam ſolitariam, quicunque Crucis opprobrium libenter vanis mundi honoribus anteponunt: eo incitati animo priſci noſtrates Tertiarii Conventum Francovillenſem conſtruxerunt, & conſervaverunt firmiter, quia ſitus in jucundo deſerto, & remotus ab hominum conſortio, ad cœlum continuò mentes erigit.

Jacobus *d'O*, ejuſque uxor Anna *l'Huillier* jure & privilegiis Fundatores meritò gaudent ab anno 1594. quo Patres noſtri poſſeſſionem inierunt hujuſce Domus: eorum ſepulchrum, ſicut & ſucceſſorum ſub altari eſt primario. Claritas, vetuſtaſque nobilis iſtius familiæ, virtutes, & præclara geſta majorum in Galliâ maximè commendantur. Religioſi hujuſce
C Monaſterii, in reformationis primordio æternæ felicitatis delicias, licet adhuc mortales, prægustabant quodammodo, & prælibabant: curam enim & ſollicitudinem rerum terrenarum prorſus abjicientes ſolo cœleſtium amore incendebantur. Amplitudo novæ Congregationis non eos tangebat ſed religioſæ perfectionis incrementum. In id ferventer anhelabant, ut Chriſtus in ipſis regnaret conſiliorum Evangelicorum ſtrictâ obſervatione.

Tam ardenti zelo diſciplinæ regularis flagrabant, ut unanimi conſenſu propoſuerint, & chirographo ſint teſtati ſe obſervaturos ſemper, quocunque quantumvis reluctante, conſtitutiones, quas ſibi præſcripſerant: ægrè
D diſceſſerunt è ſolitudine Fracovillenſi cum fideles bono virtutis odore allecti, eos in præcipuas Galliæ urbes accerſiverint, ad majorem Dei gloriam, & converſionem peccatorum. Omnes illos amabant, & reverebantur, ut quiſque aſpexerat eorum gravitatem & modeſtiam.

Titulus Sanctorum Apoſtolorum Jacobi Majoris & Minoris non ſolum conveniebat huic Monaſterio, juxta intentionem Fundatoris, ſed ipſis Religioſis, qui Apoſtolos imitabantur. Invenerunt ibi jam conſtructum Sacellum ſub Invocatione Patris Seraphici, cujus veſtigiis conabantur adhærere noſtri Tertiarii. Illuſtriſſimus Epiſcopus Bellova-

cenſis multis favorabilibus reſcriptis nos obſtrinxit ab anno 1591. uſque ad annum 1594. 23. Junii quo inivimus poſſeſſionem. Litteræ Dedicationis antiqui Sacelli datæ ſunt anno 1597.

Ut bene poſuimus initia, cætera ſequuntur: vetuſta habitatio valde modica, & minus commoda erat Familiæ Religioſæ; ædicula quoque, multum erat multum deſolata, minus parietes luto, paleis, & calculis temerè obducti, hicentibus undique rimis diffuebantur anno 1599. extructum eſt dormitorium juxta leges monaſticas, deinde anno 1602. incœpta nova Eccleſia, ſuam babuit perfectionem 1603. Laudabiliter uſi ſunt Patres noſtri facultate verbum Dei prædicandi B per totam Diœceſim Bellovacenſem ab Epiſcopo Bellovacenſi conceſſa anno 1599. qui etiam illis permiſit rogare Epiſcopum Noviodunenſem ut novam Eccleſiam conſecraret 1603. Impetraverunt autem anno 1604. Indulgentiam firmiſſimâ auctoritate comprobatam, quæ ſolenniter celebrata eſt ingenti confluentium populorum frequentiâ.

Deinceps inſignis facta fuit commemoratio ambarum Dedicationum, quolibet anno, Dominicâ ſcilicet primâ poſt ſanctiſſimæ Virginis Aſſumptionem, & primâ Dominicâ menſis Auguſti. Pluries hocce in Conventu Francovillenſi inſtituta fuit Philoſophiæ & Theologiæ Academia fidelium largitionibus, C & Dei benedictione.

Magnæ molis eſt reparare gentem; non minoris eſt momenti Rempublicam in priſtinum ſplendorem revocare, quam illam conſtituere. Ideoque Patres noſtri ſic omnia diſpoſuerunt ad reformationem Ordinis rem ut perfecerint ab exordio, ne ullus ſupereſſet locus diſceptationis.

Templa & ædificia flocci pendenda, ſi conderentur res ſpirituales quæ geſtæ ſunt Francovillæ. Reverendus Pater Poncius Clerici Commiſſarius Generalis Ordinis Minorum in univerſa Galliâ, hoc primo Capitulo præfuit, ubi comparuere Patres reformati, ſimul cum antiquis non reformatis: confirmatâ electione P. Vincentii pariſini in Miniſtrum D provincialem totius Galliæ decrevit, nemine contradicente, patres reformatos prius & ſolitum poſſe regimen tenere, necnon more vetuſto vivere abſque ullâ mutatione, modò obſervarent regulam & vota, geſtarentque cingulum Bullâ Julii II. præſcriptum. Plura alia decreta ſancivit, quibus conciliata eſt pax inter diſſidentes, & novus erga perfectionem Evangelicam ardor incenſus in noſtra Congregatione.

Ignis ille cœleſtis latè ſacrum fudit incendum uſque ad urbem pariſienſem, cujus cives profecti ſunt ſtatim in ſolitudinem Francovillæ, humiliterque petierunt Societate jungi cum Tertiariis ſæcularibus. P. Joannes A *le Brun* Minorum pontœſianorum Gardianus, & Viſitator Tertij Ordinis Regularis ante inſtitutionem provincialis noſtri, recepit Francovillæ prima vota ſæcularium, poſtquam Pater *Vincentius Muſſart*, ejuſque ſex priores ſocii, regularibus & ſolennibus votis ſe obligaverint inter manus ejuſdem Viſitatoris. Dehinc Tertiariis Superioribus plena auctoritas demandata eſt ad omnia bæc munia penitus obeunda, cùm erga Regulares, tùm erga ſæculares. Ita verum fit illud, quod ſapientes dixerunt, amicitiam niſi inter bonos, eſſe non poſſe. Tertiariorum omnium tunc conveniebant mores, licet in diverſo ſtatu, cum animorum conjunctio nulla eſſe poſſit, niſi morum illos ſimilitudo conciliet. Sodalitas eorum corde & ore porficiebatur; tradebant ſibi ſolerter operas mutuas in Chriſto. Nec mirùm, ſi fauſtum tertius Ordo progreſſum & exitum ſortitus fuerit. Concordiâ res creſcunt, ſicut diſcordiâ dilabuntur.

---

§. II.

Conventus ſanctæ Mariæ de Gratiâ penes Lutetiam.

OCcalluit animus diuturno malorum uſu: certum eſt de inveteratis peccatoribus, non de hominibus juſtis, qui longo & aſſiduo virtutum exercitio ad bonum proclives effecti, æmulantur ſemper chariſmata meliora, donec ad perfectam ſanctitatem pervenerint. Si venatio bellicæ diſciplinæ rudimentum eſt, militiſque imperiti tirocinium, quid dicam de primis juſtorum conatibus? primordia ſunt quidem perfectionis, ſed primordia ſanè ita proſpera, ut dum continuantur attentè, ſanctum opus tandem aliquando compleant.

De Conventu ſanctæ Mariæ de Gratiâ nunc eſt quæſtio. Valdè commendabilis eſt ab aëris commodâ temperie, à ſitus jucunditate, denique ab operum præſtantia. Hac itur Pariſiis in domum regiam *Vitæ ſanæ* vulgò nuncupatam, eo quod nulla ſit orbis terræ pars cujus incolæ fruantur benigniori & magis temperato cœlo: hàc etiam fit invehentis cum pompa Regis in urbem introitus: Legati pariter Principum poſt ſalutationem urbanam & bonorificàm, juſſu Regis ab inſigni quodam aulico ipſis datam in dicto Monaſterio, ſolenniter in urbem intrant eâdem viâ.

Sed omnia bæc nihil, ſi comparentur ad diſciplinam regularem & pietatem, cujus inibi ſunt præclara incitamenta. Me igitur felicem, qui in dicto Monaſterio ſolenni votorum formulâ, ſacrum ſodalitium inivi cum Tertiariis Regularibus. Celebritas Conventûs hujuſmodi

juſmodi vulgarem denominationem indidit
Congregationi Gallicanæ, inſtar aliarum
plurium, videlicet Carthuſianæ ſic nominatæ
à Carthuſia inter deſerta Delphinatus incluſâ;
Ciſtercienſis, Cluniacenſis, Grandiſmontenſis,
quæ titulum deſumunt à quibuſdam
locis potioribus. Cùm Fratres Prædicatores,
ſancti Dominici alumni, primum
domicilium in Gallia obtinuerint Pariſiis, in
vico ſancti Jacobi, *Iacobinorum* nomen illis
communiter impoſitum eſt. Seraphicus Pater
Pœnitentes ipſe nos denominavit, unde maximè
gloriamur in Chriſto, qui pœnitentia
vult viam ad cœlum parari. Multis in provinciis
gaudemus libenter hoc titulo, in multis
tamen prævalet alter, cui, obſecundantes
voci populi, non repugnamus.

Conventus iſte fundatus eſt ſub invocatione
Deiparæ de Gratiâ anno 1601. à D.
Joanna *de Sault*, D. Renati *de Rochechouart*
Equitis Torquati, Comitis *de Mortemar*,
uxore viduâ, cujus filius eſt D. Gaſpardus
de Rochechoüart regiorum Ordinum Eques,
primus inter Nobiles, Regi à cubiculis, &
verus Fundator noſter, cui ſuccedit D.
Dux *de Vivonne*, Mareſcallus Franciæ, Triremium
Præfectus.

Literæ patentes Henrici *de Gendy* Epiſcopi
Pariſienſis 27. Februarij 1601. Henricique
IV. Regis Francorum, multum roboris adjecerunt
ad hujuſmodi Monaſterij ſtabilimen.
Ludovicus XIII. magis impenſo ſtudio
videtur nos adamaſſe, dum primum lapidem
novæ Eccleſiæ anno 1611. ipſe poſuit 13.
menſis Martij, cum feſto apparatu, extraordinariâque
pompâ, quæ invitavit atque allectavit
quoſcunque proceres & aulæ aſſeclas.
Illuſtriſſimus D. Honoratus *de Laurentio*
Archiepiſcopus Ebredunenſis ritus omnes
ſacros, & ſolennes cætimonias pontificio
ſplendore executus eſt, concionemque
habuit coram Rege, qui Congregationem
noſtram mulrùm charam habuit, ut cognovit
ſanctum Ludovicum illam fuiſſe amplexum.
Teſtes ſunt hujuſmodi benevolentiæ
literæ 31. Julij 1621. quibus declarat ſe noſtrum
Fundatorem, noſque tegere ſuo præſidio.
Sub tali tantâque tutelâ, Conventus
hic proſperâ ſemper uſus eſt fortunâ, ſavente
ſupremo Numine. In eo degunt commodè
centum Religioſi. Inter loca omnia monaſtica
mirandum eſt cœnaculum, ubi Religioſorum
Ordinum Inſtitutores totâ mole, &
integrâ effigie extant, & eminent vivos adeò
vultus exprimentes, ut iis nonniſi ſpiritus
deeſſe videatur. Novitiatus, ſtudiaque Philoſophiæ
& Theologiæ ibi conſtituta, fuere
Seminaria ſancta, quibus Congregatio fauſtè
fœcundata eſt & magnificata ad honorem Dei
& Eccleſiæ columen. Id intendebat Illuſtriſſimus
Epiſcopus Pariſienſis ſuo reſcripto 21.
A Auguſti 1621. his verbis: *Vt tanto*, inquit,
*facilius & commodius dicti Fratres ſacrarum
Literarum ſtudiis operam dare, ac aliis piis
& Chriſtianæ pietatis operibus vacare poſſent.*

Plura omitto memoratu digna, ut ſacra
tantummodò enarrem. Eccleſia, quamvis
non admodum ampla, concinna tamen eſt,
compta, & conſpicua omni apparatu, qui
*flammas divini amoris excitare, geluque poteſt
ſolvere pectoris.* Videntur ibi tres Statuæ,
duæ Chriſti ſuâ ordinariâ induti tunicâ, &
ſpinis coronati; altera beatæ Virginis patientis;
Statuæ, inquam, ſic imitantes naturæ
ſimilitudinem, ut propè ſpirent. Vene-
B randæ Beatorum Reliquiæ potiſſima ſunt
hujuſce Monaſterij ornamenta: Os ſacrum,
videlicet ſancti Yvonis ſerculo argenteo incluſum,
quo Illuſtriſſimus Epiſcopus Trecorenſis
Adrianus de Ambaſia majores noſtros
donavit annu 1615. de conſenſu Canonicorum
Eccleſiæ Cathedralis. Pars veræ
Chriſti Crucis, quæ ornavit olim & conſecravit
Oratorium Henrici III. Francorum
Regis: certò incidit & felicirer; inter manus
noſtras, atque ſervatur uſque modo in
Conventu ſanctæ Mariæ penes Lutetiam:
Ibi etiam colitur Coſta ſancti Judæ, à ſummo
Pontifice Sixto V. data Cardinali *de
Pelué*, qui eam largitus eſt Abbati de Rebez,
à quo recepimus. Corpus ſancti Va-
C lentini donum eſt perinde pium ac magnificum
Innocentij X. Papæ, cujus pleniſſimæ,
certiſſimæque auctoriratis ſctiptum habetur
in hujus cœnobij rabulario. Coſta ſancti Felicis
Martyris nobis data fuit ab Eminentiſſimo
Cardinale Flavio Chigio Legato à latere
1664. reique hujus acta exſcripta fuerunt
ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Pariſienſi
17. Auguſti eodem anno.

Ibidem ſunt alia pietatis incitamenta, caſula
nempè, & ſtola quibus utebatur ſancti
Ludovici Eleemoſynarius, noſtri Ordinis
profeſſus: plures Reliquiæ ſociarum Martyrum
ſanctæ Urſulæ.

Plurium corpora, cùm generis dignitate,
D tùm rerum geſtarum ſplendore, illuſtrium,
in noſtra hæc Eccleſia jacent. Pater Vincentius
Congregationis Gallicanæ Reformator,
in choro: Joannes *de la Foreſt* vir eximiæ
ſanctimoniæ: legimus in epitaphio ſequenti,
Marchionem *d'Aumont* Mareſcalli Franciæ,
hujus nominis filium ſepultum eſſe in ſacello
S. Joſephi, quod fundavit.

*Antonio d'Aumont, &c. qui ſtatim adoleſcens
Henrici Regis maximi unici Imperatoris,
omnium præliorum comes, oppugnationum particeps,
periculorum ſocius, nobilem ad Caudebecum
victoriam vulneribus ſuis aperuit,
aliàs inſignivit, &c. Ludovico XIII. perennem
illibatamque devotiſſimi ſtudii, perfecti*

officii conſtantiam præſtitit, donec pio, placido, verè Chriſtiano exitu, ad beatam immortalitatem migravit 73. ſuo, inſtaurationis ſalutis hominum 1625. Id. April.

Ludovica Elizabetha d'Angennes de Rambouillet uxor ad ſempiternum mœrorem ſuperſtes D. O. M. perpetua, non unas ad aras ſacra marito incomparabili, necnon ſibi commune ſepulchrum fecit.

Hoc in loco quieſcunt, *& expectant beatam ſpem & adventum Domini* Rogerius Epiſcopus Abrincenſis, Joannes Jacobus, Cæſarius, Carolus, diverſa & præclara ſunt capita à primario orta, ductaque gentis illuſtriſſimæ d'*Aumont* ſtipite: Catharina quoque *Huraut* Philippi *Huraut* Franciæ Cancellarij filia, quam dictus Antonius d'*Aumont* primam habuit in matrimonio; Ludovica denique Elizabetha *d'Angennes*, bonorum demortui conjugis, ipſius Antonij d'*Aumont* uſufructuaria vidua. Sepulta eſt intra chorum Ludovica *de Maure* tanquam fundatrix: Ex ejus elogio conſtat eſſe regio ſatam ſanguine, per Annam è Britanniâ Caroli VIII. & Ludovici XII. Galliæ Regum uxorem, per aviam ſuam Helenam *de Rohan*, & per ſuam matrem Dianam *Deſcars* neptem Iſabellæ Borboniæ de ſtipite *Carenceyo*.

Rectè commemorat Eccleſia magnates & Principes ſepultos in templis, ut innuant, quod ſicut, dum viverent, Crux Chriſti à locis ſuppliciorum tranſiit per fidem ad frontes Imperatorum, juxta Auguſtini verba, ita poſt mortem eorum cineres ad pedes Crucis per humilem ſepulturam provolvuntur.

§. III.

Conventus Breolacenſis.

NOn ſolùm virtus ornat penes quos eſt, ſed permultos alios, quos incitat ad vitam ex rationis regula componendam, ut recipiant aliquando ipſius virtutis ornamentum: Ea fuit vis exempli in Antonio *Ribaut*, qui actionum ſuarum luculentos approbatores habuit omnes. Conventus fuit Breolacenſis Fundator, unà cum ſua uxore Magdalena *Boucher*: vir iſte præſtantiſſimus magnum ſibi nomen fecit impeditiſſimis regni Galliarum temporibus ſub Henrico IV. Fundavit hoc Monaſterium anno 1609. ſub titulo S. Franciſci, in pago ſuo Breolacenſi Diœceſis Senonenſis. Venit tandem hæc fundatio cum omnibus privilegiis inter manus illuſtris Domini *de Vertamont* valdè probi, clari, & exercitati viri in quibuſlibet maximi ponderis rebus gerendis. Studia Philoſophiæ &

A Theologiæ plerumque in hoc cœnobio inſtituuntur. Videtur in medio Eccleſiæ tumulus marmoreus cum Epitaphio, quo patet Antonium *Ribaut* Ærario publico præfectum obiiſſe 58. anno ætatis ſuæ, Incarnationis Dominicæ 1630. die 17. Septembris in caſtello Breolacenſi; uxoremque ejus Magdalenam *Boucher* mortuam fuiſſe 1636. Novembris 7. annum agentem ſeptuageſimum tertium, amboſque ſub eodem ſepulchro conditos eſſe.

D. Samuel *de Spiſame* Regi ab utroque conſilio, legatione functus Anglicâ, ſacellum conſtrui juſſit in honorem Reſurrectionis Jeſu Chriſti, cum obligatione divinam pluries immolandi victimam, in perpetuum.

B Magdalena Meldenſis *de Boisboudrene* domini *de Lignieres* uxor vidua ſuis ſumptibus alterum ſacellum ſancto Joſepho dicari voluit. Magnum ſui deſiderium maximè reliquit apud nos, & apud pauperes quoſcumque, tam ob largitiones, quam ob pietatis exemplum ſingulare.

§ IV.

Conventus Limurienſis.

HAbent Reſpublicæ perindè atque tempeſtates cœli, converſiones ſuas &

C commutationes: ſunt ut temporum varietates, viciſſitudines Imperiorum. Non aſpernatur eas ſapiens, ſed amplectitur, & pergratas habet, modò fiant & vergant in melius. Sic plures brevi intervallo enumerantur hujuſce Conventus Limurienſis Fundatores, quorum famam nullum temporis ſpatium circumſcribet, nulla vetuſtas corrumpet. Diſtat Lutetiâ ſeptem leucis, in ejuſque ſitus eſt diœceſi: proximè adjacet caſtello regio Limurienſi, utpotè incluſus intra muros ſepti. Primus fundator Comes Limurienſis, Philippi *de Huraut de Chiverny* Franciæ Cancellarij filius ſucceſſorem habuit 6. April. 1625. Eminentiſſimum Cardinalem Richelium, de cujus laudibus nullæ literæ tace-

D bunt, nulla unquam poſteritas conticeſcet: ad commendationem hujuſce Monaſterij, ab eminentiâ Cardinalatus tranſiit fundatio ad Celſitudinem regiam, cùm Sereniſſimus Princeps Dux Aurelianenſis, Ludovici XIII. Regis Galliarum frater 24. Decembris anno 1626. eam aſſecutus eſt.

D. Elizabetha *Deſcoubleaux*, Cardinalis *de Sourdis* ſoror, primique noſtri Limurienſis fundatoris conjux, poſtquam ſuis beneficiis matris vices egit erga nos, voluit inter nos ſororis locum tenere, profitendo tertiam Regulam Sæcularium, cujus leges plenè obſervavit uſque ad mortem, cujus

pariter munificentiâ conſtructum eſt magnificum piumque ſacellum. Nil aptius videri poteſt ad contemplationem, virtutis exercitium, & ſtudia, quam angulus iſte Limurienſis, qui, licet vicinus domus regiæ, ab omni tumultu alienus eſt, & cœleſti quadam tranquillitate perfruitur.

§. V.

Conventus Senonenſis.

Virtus, ſi cerneretur oculis mirabiles amores excitaret ſui: oculorum utique corporis aciem fugit, non animi, qui rectè natura comparatus, bonâque diſciplinâ, nunquam niſi erga res honeſtas amore incenditur: imo etiam nec oculorum corporeorum obtutum virtus fugit, cum actiones multæ ſub aſpectum cadentes, ſæpè & inſtanter ferant & invitent ad ſanctitatem. Hinc ortus eſt Conventus Senonenſis. Patres noſtri obtinuerunt à ſancti Petri Abbate 10. Junij 1617. cellam Anachoretæ vulgò nuncupatam à S. Beatâ, ubi eam tenuerunt vitæ rationem, quam omnes approbarent, laudibuſque exciperent cives Senonenſes, ſolùm leucæ quartâ parte diſtantes: tam ſancto odore allecti, non ceſſaverunt quin eos accerſerent in ſuburbium communiter nominatum *à Deiparâ.*

Eminentiſſimus Cardinalis Perronius, cujus virtutes famâ atque ſermone omnium prædicantur; ejuſque frater, qui illi ſucceſſit in Archiepiſcopatu Senonenſi, maximè nobis ſuffragati ſunt, parteſque noſtras fortiter ſuſcepere. Titulus hujus Cœnobij, *Sancta Maria de bono auxilio*, valdè fuit efficax in condendo, pariter ac in promovendo hocce Monaſterio: unde patet nil utilius, jucundius, aut glorioſius, quàm ſub tutela & protectione Dei Genitricis Mariæ manere.

§. VI.

Conventus Nanceïanus.

Fiducia aliud nihil eſt, ac firma animi confiſio, quâ certò credimus non defutura in tempore quæ ſperamus bona. Ut feliciter ſperemus, *nunquam confidamus in Principibus, nec in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.* Spes in homine poſita, fallax & inepta; in Deo verò, certa & verax, quæ Tertiariis Regularibus optimè vertit, dum divino freti auxilio ingreſſi ſunt auſpicatò in Lotharingiam, primum inſtituentes Conventum Nanceij. Caput eſt totius provinciæ, urbſque celeberrima, ubi olim Duces reſidebant, qui nobis plurimùm faverunt ab initio, ut res ſe dabant.

A Dei manifeſtâ providentiâ nacti ſumus egregios fundatores & magnâ virtute prædiros, D. Carolum *Bouvet*, ſancti Stephani Ordinis Equitem, in Tuſcia, D. *de Romemont*, &c. Duci Lotharingiæ à cubiculis, & D. Mariam *Deodatam le Poignant*, ejus uxorem. Patet ex contractu 13. Decembris 1620. receptos evidenter fuiſſe, agnitoſque tanquam veros fundatores, non ſolùm Monaſterij Nanceïani, ſed totius Ordinis in Lotharingia, itaut gauderent omnibus favoribus, privilegiis, & indulgentiis à ſummis Pontificibus conceſſis iis qui pari jure potiuntur.

B P. Vincentius Pariſinus in poſſeſſionem venit 26. Octobris 1622. obtentâ licentiâ Principis, ejuſque Miniſtrorum, qui ipſius mandata diligenter exequebantur. Illuſtriſſimus Epiſcopus Tullenſis frater Ducis Caroli IV. Literis patentibus & autenticis hanc fundationem confirmavit, utpote factam intra fines ſuæ Diœceſis, ſub invocatione ſanctæ Mariæ Angelorum. In conventione 26 Octobris 1622. Titulus beatæ Mariæ de miſſione exprimitur, cui poſteà in pactq 23. Martii 1623. ſufficitur denominatio ſanctæ Mariæ de Angelis.

Ideoque Eminentiſſimus iſte Cardinalis & præſul benedicens Aræ, & Sacello ter alta voce repetiit, *Regina Angelorum*, dum Litaniæ canerentur 22. Martii 1623. minimis
C momentis maximæ inclinationes fiunt: volubilitati, viciſſitudinive obnoxia videtur ipſa virtus, non reipſâ, ſed tantum quoad ſpeciem, cùm à mundi conſtitutione, non bac noſtrâ primùm ætate, vexantur homines probi, quorum probitas, malè audit aliquando apud improbos: prævalet tamen fulgor virtutis, quæ tandem fortes & eximios invenit profeſſores; Unde omnia ei proſperè ſuccedunt, ſicut evenit Patribus noſtris in Lotharingia, cujus principes & magnates nobis ſemper præſto fuerunt, & gratificati ſunt.

Præſtantiſſimum auxilium divinum eſt & cœleſte; à Deo ſolo procedit beatis intercedentibus
D animis, quorum protectio maxime roborat familiam noſtram Nanceïanam, ob notabiles & venerandas ſanctorum Reliquias, quas publicæ pietati exponit; Os præſertim ſancti Petri Apoſtoli mole & ſanctitate ſpectabile, dono datum D. *de Romemont* Fundatori à ſereniſſimo Duce Florentiæ D. Antonius *de Lenoncourt* Antiſtes, Primas Lotharingus Abbas *Belliprati*, Come ſacri Imperii nobis impertivit oſſa duo ſociorum Martyrum ſancti Mauritii, quę affirmat recepiſſe ab Archiepiſcopo & Electore Trevirenſi: ejus donationi 19. Octobris 1626. Juncta eſt permiſſio Epiſcopi Tullenſis 1. Augusti 1633. ut populorum venerationi exhibeantur.

Alia plura Sanctorum lipſana ſanctitatem huicce Monaſterio miram conferunt: ea præcipue quæ ex Oratorio Principis Phalsburgenſis exprompta ſunt & oblata P. Donato Nanceiano inter Gallicanos Tertiarios valdè ſpectabili, & benemerito de Ducatu & Duce Lotharingiæ, cui à pluribus annis erat à Confeſſionibus.

Deus & homines manifeſte convenerunt ad inſtitutionem, & complementum hujus Monaſterii, quo nihil fortunatius nec glorioſius cogitari poteſt, ſive in primordiis, ſeu in progreſſu. Pater Vincentius Pariſinus Conventus Nanceiani adiit poſſeſſionem adeò feliciter, ut magnam ſibi gloriam pepercrit & noſtræ Congregationi: Novitiorum domicilium ſemper inhibi fuit & Bibliotheca plena. B libris exquiſitis, præſertim manuſcriptis, inter quæ ſpectatur hiſtoria Lotharınga, nondum adhuc typis edita, cujus auctor eſt Frater *Richerius* Monachus, qui claruit eodem ſeculo, quo ſancta Elizabetha Hungarica, de qua loquitur mirabiliter.

Ornamenta magis pretioſa ſunt Reliquæ Sanctorum, quibus in gratiam præfati Patris Donati Nanceiani hunc Conventum locupletavit 1664. 13. Junii Franciſcus *Platel du Plateau* Lotharingus illuſtri familiâ natus, vir inſignis; Beatorum nempe Martyrum Victorii, Gaudentii, Aurelii, Theoduli, Sylvani, Venantii, Heunetii, Fulgentii, Vincentii, Lini, Severi, Sergii, Guidonis, Juliani, & C Felicis, cum ampulla vitrea ſanguine ſancti Victorii repletâ, & laternâ priſcorum Chriſtianorum, quam D. Plarel 22. Martii 1664. dedit Illuſtriſſimus Landuccius Senenſis Epiſcopus Porphyreus, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, Curator Sacrarii Summi Pontificis Alexandri VII.

Eidem P. Donato Princeps Femina Etruriæ 9 Junii 1667. gratificata eſt lipſanothecam ebenicam orbiculis cryſtallinis affabrè munitam, in qua includitur os brachii ſancti Trophimi Martyris. Octavianus Caraffa Archiepiſcopus Patrenſis integrum corpus obtulit Cardinali Medicæo Sacri Collegii Decano, qui dictæ Principi dedit Os vene- D rabile, de quo nunc ſermo eſt. Teſtimonia publica non deſunt: efflagitatu ipſius Cardinalis, magnus Archidiaconus, Vicarius Generalis Archiepiſcopi Florentini, ſervatis omnibus formulis hocce teſtimonium perhibet. Deinde patet reſcripto majori Sigillo ejuſdem illuſtriſſimæ Principis firmato ipſam tam excellens munus recepiſſe à Cardinale jam nominato, & P. Donato impertiviſſe.

Notandum maximè quod refertur ab eo, cujus manibus allata eſt ſarca illa theca ab Italia in Lotharingiam, videlicet, quod illum tranſiret per Catholicos fœderatorum helueziorum pagos, ardenter ipſos periiſſe, ut ape- A riretur: quo denegato ob difficultatem apertionis, funalibus accenſis totâ nocte illi honorem & cultum reddebant: non ergo mutatione temporum mutatur virtus; licet juſti ſæpiſſimè & nimium opprimantur, nunquam tamen virtus obſcuratur, ſed perficitur, ac in dies ſemper effloreſcit & viget.

---

§. VII.

Conventus Bayonenſis.

Sicut impunitati criminum conſequens eſſe ſolet pernicioſiſſima flagitiorum licentia, ita laus virtutis ſtimulus eſt ad virtutem. Fama reformationis noſtræ volabat & diffundebatur per univerſam Lotharingiam, cujus incolæ diverſa in loca Patres noſtros advocabant. D. Carolus Alexander, Dux *de Croy* Mareſcallus hæreditarius ſacri Imperii, Velleris aurei Torquatus Eques illos in oppido Bayonenſi Diœceſis Tullenſis collocavit cum permiſſione Henrici nomine II. Lotharingiæ Ducis 28. Maii 1627. jam anteà obtento 24. Februarii, eodem anno habitatorum conſenſu.

Donatio unius ex Spinis Chriſti Coronæ, cum theca argentea, auro illito ſplendida, quam dono dedit fundator huic Monaſterio, præſtantiſſimum eſt monumentum quod fideles ibi ferventer, ſupplices adorant, impetrata omni approbatione neceſſaria. Deipara de commiſeratione titulus eſt Conventus hujuſmodi: ſacra hæc ſpina munus eſt pretioſum & honorificum à Religioſis, & Abbate Gemblacenſi oblatum Carolo Alexandro de Crouy, ut membranaceo patet ſcripto ſequenti, quod ſigno & ſigillo munitum ſervatur in Tabulario noſtro Bayonenſi.

Spina ſancta ex corona illa ſpinea Evangelica, quam crudeles & ſævientes Iudæi impoſuerunt capiti Chriſti, dum per ipſum paratur Redemptio generis humani, quam habebat ex dono Domini Abbatis Ludovici à Somberch, & Conventus Gemblacenſis, illuſtriſſimus & nobiliſſimus Dominus Carolus Alexander de Croy, ſacri Imperii Princeps, Comes de Fontenoii, Dominus du Hauvacheres, &c. Quam quidem donationem gratitudinis ergo prædicto Principi Comiti & Domino factam, ſigillo noſtro Abbatiali muniri curavimus, & ſubſignavimus in teſtimonium præmiſſorum. Acta ſunt hæc in Monaſterio Gemblacenſi, anno redempti orbis 1605. *menſis Auguſti* 23.

Studioſè curavit Fundator parari commodam habitationem Religioſis in media parte Caſtelli Bayonenſis vulgò dicti *d'Haraucourt*, quam eis liberaliter elargitus eſt 28 Octobris 1624. dum adhuc degebat Bruxellis: ad eorum autem vitam ſuſtentandam ac tuendam

illos induxit in poſſeſſionem quatuor ædicularum Eccleſiaſticarum.

Prima ædicula apud Dammartinum oppidum, quod ad Vernam amnem ſitum eſt, fundata fuit à Ludovico de *Dammartin* oppidi illius Regulo, & Elizabethæ *du Chaſtel* illius conjuge, octavo Decembris anni 1478. Hæc Toparchia ceſſit Duci de Croy, de quo nunc agimus, dote Dianæ de Dammartin ipſius matre. Altera eſt in Baſilica Parochiali de *Bayon*, quæ & beatæ Virgini, ſub Annuntiationis titulo, & beato Nicolao dicata eſt 9. Octobris anno 1412. Hi verò reditus: Alio tempore aucti ſunt, adbibitæque omnes, quæ jure civili præſcribuntur, cautiones. Tertia Paſſioni Chriſti ſacra eſt in Baſilica Noſocomii de *Bayon* anno 1612. die 27. Martii liberalitate & pietate Henrici Comitis de Tierſtain & Margaritæ de Neufchaſtel ipſius uxore. Quarta quæ in Caſtello de Bayon viſitur, ab illorum majoribus dotata eſt, & ab iis Ordini noſtro conceſſa D. Maria Clara *de Croy* Duciſſa *d'Havre*, unica filia & hæres noſtri Fundatoris comprobavit omninò & ratum habuit 17. Januarii anno 1627. Quicquid pater ipſius nobis conceſſerat. Carolus IV. Dux Lotharingiæ conſenſum præbuit 19. Januarii 1629. tandem D. Genovefa d'Urfé vidua uſufructuaria Ducatus *de Croy* aſſentita planè eſt 26. Maii 1632.

Summus Pontifex auctoritatis Apoſtolicæ robur adjecit, hæc omnia rata eſſe jubens, hoſque reditus donans Monaſterio 4. Idus Januarij anno 1634. cui Vicarius generalis Epiſcopi Tullenſis parentes ſuas literas ſubjunxit 25. Martij 1639. atque 25. Aprilis 1637. Mirum videtur, Erneſtum Bugiſlaum *de Croy* Pomeraniæ Principem, Dominum Bayoni, noſtri fundatoris filium, non ſolùm confirmaſſe fundationem hanc, ſed etiam auxiſſe pluribus donis & privilegiis; imo, ſi opus fuerit, renovaſſe & inſtauraſſe: de ſuo inſuper addidit duo ſilvæ jugera in toparchia Bayonenſi, utque vindemias cogeremus, quibus ipſi toparchæ diebus conceſſit. Mirandum, inquam, eſt, cum depravatæ Religionis Lutheranæ erroribus eſſet imbutus, & Confeſſionis Auguſtanæ: quorumdam hæreticorum & malevolorum oppoſitio in cauſa fuit cur ſupremæ Curiæ Lotharingiæ judicium obtinuerimus, quo permanſimus in tranquilla & firma poſſeſſione.

Carolus Alexander Dux de Croy, paucis diebus poſt donationem truculenta ex inſidiis cæde, è vivis exceſſit Bruxellis in ſuo palatio: letali tamen vulnere accepto ſex horarum ſpatio vixit, quo nobis teſtamento legavit dena francorum millia 9. Novembris 1624. præſentibus Archiepiſcopo Veſuntino, & Comite *d'Emdem*. Pars verò caſtelli Bayonenſis, cui *de Brandebourg* nomen eſt, à Salmenſibus Principibus 18. Januarij ann. 1625. 20. Maij ann. 1626. & 21. Aprilis 1627. donata eſt, aliaque multa huic Monaſterio ex legum præſcripto conceſſa ſunt.

---

§. VIII.

Conventus Curtiniacenſis.

RES humanæ inſtabiles ſunt & caducæ, nihilque habent firmitatis, niſi divino præſidio firmentur, quod nobis comparamus meritis & interceſſione amicorum Dei. Quapropter nullus unquam inſtituitur Conventus, quin ſub tutela ponatur aulicorum cœleſtium, qui apud Deum magnâ pollent gratiâ. Duos habet tutores eximios Conventus Curtiniacenſis, ſanctum videlicet Joſephum, & ſanctam Elizabetham Hungaricam, quorum titulus ipſi addictus eſt. Urbis hujus incolæ nos in poſſeſſionem miſerunt 7. Januarij 1626. publicumque Valetudinarium, ſive publicam egenorum domum, cujus ſunt fundatores & adminiſtratores, nobis attribuerunt, & aſſignarunt, cum Regis literis patentibus, aliiſque permiſſionibus neceſſariis, eâ lege ut fidelibus cuncta præſtaremus auxilia noſtræ conformia profeſſioni.

Octavius *de Bellegarde* Archiepiſcopus Senonenſis autenticâ ſuâ approbatione declaravit evidenter quanti nos faceret, quantumque ſperaret fructum nos fore producturos, ad animarum ſalutem, & gloriam Dei in ſua diœceſi.

---

§. IX.

Conventus Montisfelicis.

MAxima ſunt virtutis commoda maxima quoque felicitas. Hoc manifeſtum eſt in Conventu Montisfelicis, cùm ex loco, qui nil aliud ſonat quam proſperitatem, tùm ex euentibus, fauſtis omninò & proſperis: ab exordio fuerunt in eo omnia auſpicata. D. Sereniſſimus Franciſcus Dux Valdemontius Henrici II. Lotharingiæ Ducis frater, & Caroli IV. Lotharingiæ æquè Ducis pater, verus eſt fundator, ut patet ex decreto Capituli provincialis 1626. Continetur intra limites diœceſis Tullenſis, & dicatur S. Mariæ de lætitia.

Oppidum eſt ſatis amplum, cujus mœnia alluit & allambit, ac circumit Araris: fundator noſter tanquam primarij prædij beneficiarij Dominus, nobis clientibus beneficiario jure partem prædij mancipavit, & tranſcripſit: Dux, inquam, Valdemontius, pro ſua in

nos benevnlentia, tres domos, unà cum iis qui ad eas pertinent hortis, nobis conceſſit, ſeptuaginta duo agri jugera, vitis quinque, omneſque reditus ſacelli illius quod in Caſtello Montisfelicis erat, noſtro conventui dedit: prætereà jus lignationis & caſtaneæ colligendæ in ſilva, pecoris omnis generis alendi in paſcuis, erigendi columbarij, piſcandi; facultatem denique alia etiam prædia fundationis, ut loquuntur, titulo, acquirendi. Franciæ, Lotharingiæ, Burgundiæ vicinitas anſam præbet Patribus noſtris Dei verbum prædicandi Gallis, Lotharingis, Burgundis, vicinorumqne utendi ſummâ familiaritate & conſuetudine; ſicque bonum exemplum imitandi variis offertur nationibus occaſio.

---

§. X.

Conventus ſanctæ Mariæ de Monte Sion.

Nihil eſt turpius quam cognitioni & perceptioni aſſertionem & approbationem præcurrere. Quæſtio eſt de Monaſterio, cujus cum ſitus ſit in monte, cuncta de eo prædicanda, ſublimia ſunt & magnifica. Primus conditor hujus Conventus Deus eſt, in quo *qui confidunt, ſicut mons Sion* prævalent ſemper, & *loquuntur victorias*, Pſ. 124. Magna igitur præfari de cœnobio *Montis Sion*, ante factorum enarrationem, non præcipitem, ſed rectè ſentientem animum ſapit, cum ex S. Auguſtino quæ fiunt in monte nullomodo repant, ſed ipſam innuant celſirudinem. Ibi quoque patent apertè magnificenria & pietas Caroli Ducis Lotharingiæ, ejuſque patris Illuſtriſſimi. Princeps hic magnâ pecuniâ liberaliter conjectâ ad conſtruendum cœnobium, coortâ repentè atroci, fœdaque aëris tempeſtate, totum ædificium diruitur antequam operi extrema manus adhiberetur: Non refrigeſcit tamen ejùs charitas; at illicò ſuppeditavit generosè quicquid opus erat ad illud perficiendum. Primordia fundationis iſtius celeberrimæ auctorem habent Ducem Valdemontium; perfectio verò & accommodatio ipſum Lotharingiæ Ducem, qui reditus annuos impertitus eſt ſatis amplos. Ex verbis ipſius contractus noctu diuque Religioſi divinas laudes canere tenentur, cæteraſque leges diſciplinæ regularis ſtrictè obſervare.

Carolus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, &c. & Comes Valdemontius, &c. Dedimus Religioſis Tertij Ordinis ſancti Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ Baſilicam beatæ Virgini ſacram, quæ Monris de Sion *dicitur, cum juribus omnibus, quæ à* Canonicis *ſancti Gengoni in nos tranſlata ſunt; illiſque permittimus, ut Monaſterium incolant quod à parente noſtro extructum eſt: illos etiam ab omni onere immunes eſſe volumus, & curabimus ut ea pecuniæ vis ſolvatur, quæ ſatis ſit pro prædiis quæ Monaſterij ſeptis clauſa ſunt, juxta æſtimationem, quæ juſſu noſtro facta eſt. Donationis perpetuæ titulo 50. modios tritici in annos ſingulos ex menſuræ Nanceianæ modo concedimus, qui hyberno tempore circa feſtum ſancti Martini ſolventur, ex frumento quod noſtri juris eſt in Comitatu Valdemuntio: prætereà octingentas cuſi argenti libras, quarum 400. ad feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ, totidem ad Nativitatem Domini penſitari jubemus ex reditibus qui exigi à Nobis ſolent ex toparchia* de Mirecourt, *cum tribus ſilvæ jugeris pro annona lignaria, quæ quotannis aſſignabuntur ex nemore cæduo noſtrorum ſaltuum in hoc Comitatu.*

Eâ tamen lege ut in Monaſterio decem ſint Religioſi, quorum unus præſit cæteris, quinque Sacerdotes, Clerici tres, duoque qui aliis inſerviant: eorum numerus nunquam ſit minor. Officium divinum ab iis diu noctuque peragatur; iiſdem ac in aliis iſtius Ordinis Monaſteriis. Nos verò colent, atque Nos excipient Duces, ut hujus Monaſterii Montis Sion fundatores. Volumus prætereà ut inter Monaſteria Congregationis, quæ ſtrictioris Obſervantiæ dicitur, cooptetur, & eâdem ratione à Viſitatoribus & Provincialibus regatur, quâ cætera Monaſteria, quæ in hoc Ducatu erecta ſunt, &c. Ita enim jubemus: in cujus rei fidem his literis propriâ manu ſubſcripſimus; appoſitum etiam Scribæ decretorum noſtrorum & Ærarii chirographum. Datum in urbe noſtra Nanceianæ 29. Aprilis ann. 1629. adſcriptumque Ducis nomen, CAROLVS.

Donum ſanè egregium, quod manifeſtò Principum fundatorum declarat mentis eximiam generoſitatem, eorumque in Dei famulos benevolæ propenſionis & venerabundi cultus eſt argumentum, ut cooſtar ex iis quæ ſequuntur. Pactio conflata fuit Nancei 24. Aprilis 1626. & comprobata eodem anno die 17. Maij in Capitulo provinciali Rothomagi celebraro, ubi præſidebat Pater Vincentius Pariſinus Reformator noſter, qui tranſegerat ipſe unà cum Sereniſſimis Principibus. Deinde totum negotium in commentarios relatum fuit.

Ad majorem Dei gloriam Dux Lotharingiæ obtulit ſanctæ Mariæ *de Monte Sion* coronam Ducalem gemmis immenſi pretij, & mirandum in modum irradiantibus ornatam; proponens ſe fore ſæpius ibi vota ſua redditurum. In ſigillo hujuſce Conventus cælatur Virgo lumine circumfuſa ſupra monrem, cui Crux Lotharingiæ affixa eſt. Videntur ibi vaſta Turrium & Palatiorum fundamenta, cum numiſmatibus æreis, argenteis, aureis,

ſculptas effigies veterum Imperatorum gentibus, quotieſcumque terra effoditur: unde liquet olim extitiſſe in hoc monte civitatem inſignem, vel illuſtre quoddam Romanorum propugnaculum. A

Sanctus Gerardus Epiſcopus Tullenſis jam à ſeptingentis annis novâ ſanctitate hunc montem affecit, in eo reſtaurans divinum cultum juxta antiquum Eccleſiæ morem. Ricardus Vaſſoburgenſis libro *Antiquitatum Galliæ Belgicæ*, loquens de Thoma Blamontenſi ſexageſimo-quinto Virodunenſi Epiſcopo, narrat Henricum nomine Tertium ſupremum Principem Comitem Valdemontium, vulgò juſtum vocatum, & Elizabetham ejus uxorem, Friderici nomine Secundi Lotharingiæ Ducis filiam, ædificari ſumptibus ſuis juſſiſſe templum in Monte Sion, ut locum teneret parœciæ, & Eccleſiæ primariæ pro incolis urbis Valdemontiæ, & pagorum adjacentium. Imago beatæ Virginis ſemper ibi fuit expoſita fidelium venerationi ob inclyta miracula ibi patrata meritis & interceſſione Reginæ Angelorum: celebri à longo tempore, Virorum, Mulierumque, Principum, Cardinalium, Epiſcoporum Tullenſium, populi Lotharingi, & vicinarum regionum multitudine frequentatus hic locus eſt. Omnia hujus Templi ſacella fundata ſunt à Dynaſtis, & prioris notæ proceribus. Miſſa ibi quotidie celebratur ex teſtamento & fundatione priſcorum Comitum Valdemontiorum. B

Anno 1396. die 16. Decembris Fridericus à Lotharingia, Comes Valdemontius, & Margarita Jonvillenſis ejus uxor, pium inſtituerunt ſodalitium, in quod olim adſciſcebantur tantùm Nobiles genere: ſtatuta hujus plena erant judicio & pietate. Videtur archetypum hujuſce inſtitutionis membranaceum in tablino Lotharingo munitum ſigillo primorum quatuordecim Magnatum, qui nomen indici adſcribendum dederunt. Henricus nomine Secundus Lotharingiæ Dux fundatione autenticâ Patres Minimos urbis Vezelienſis adſtrinxit, ut exciperent confeſſionem peregrinorum *Montis Sion*, quatuor præcipuis ſolemnitatibus beatiſſimæ Virginis. Duces Franciſcus II. & Carolus IV. ejus ſucceſſores nos ibi collocarunt, ſervatis adamuſſim omnibus formulis, ut incolis ſimul & advenis eadem charitatis officia exhiberemus. Noſtri tamen reditus poſteà aliundè petiri ſunt ex pactis, Principes inter & Religioſos initis: dataque nobis prædia in toparchia oppidi *de Proye*, aſſignataque alia pecunia eſt ex reditibus qui exigi ſolent ab incolis caſtelli ad Moſellam, Mitecurtij, & Comitatus Valdemontij. Nunquam miracula ibi deſierunt, etiam dum univerſâ provinciâ bello flagrante, Imago ſanctiſſimæ Virginis tectâ erat operta: exſcripta rerum geſtarum acta ſervantur in tabellario noſtri Conventus. C D

Supremus Dux, aulicique univerſi Lotharingiæ in ejus Comitatu commorati ſunt longiùs ibi, *ut cogitantes dies antiquos, & annos æternos in mente habentes*, magno tandem cum pietatis ſenſu ſupremum obirent diem. Pretioſa ornamenta, vaſa, candelabra, & alia id genus inſtrumenta Eccleſiaſtica, argentea ſive aurea, dona ſunt, & Religionis, liberalitatiſque argumenta Principum Lotharingorum, inter quos eminet maximè Carolus IV. qui Religioſorum fidei Spinam Coronæ Chriſti amplâ & ſumptuosâ thecâ incluſam commiſit.

Piam ſodalitatem, ſub titulo ſancti Sacramenti, ſummus Pontifex Alexander VII. conſtituit in Eccleſia beatæ Mariæ *de Monte Sion*, diplomate. 9. Januarij 1663. Carolus IV. Lotharingiæ Dux ſolenni cærimoniâ, & auguſtiore pompâ feſtum inſtitutionis celebravit, cum ipſe adfuerit, & convocaverit ſpectatiſſimos aulæ ſuæ proceres, ac ſymphoniacos, unà cum Valdemontio Capitulo. Perſcripſit ipſe in actorum codice nomen ſuum, quem imitatus eſt ejus frater Dux Nicolaus Franciſcus. Declaravit idem Dux Carolus, altero ſcripto proprio chirographo firmato, ſe ſuo tegere præſidio, ſodalitatem & omnes ſodales, quorum ſe caput & ſodalem profitebatur.

§. XI.

Conventus Valliſcolorum.

Varios graviſſimoſque motus affert Imperiis immoderata honoris cupiditas, honoris quidem proprij; cultus verò divini, bonique publici flagrans amor mirabiles producit fructus. Hoc incenſi ſtudio D. D. Baro *de Roretay*, & uxor ejus fundaverunt Conventum Valliſcolorum anno 1632. in diœceſi Tullenſi, & Provinciæ Campaniæ Gallicæ juriſdictione. Plurimùm profuerunt univerſæ patriæ hacce fundatione, quæ illùc acceſſivit operarios Evangelicos ad vineam Chriſti excolendam, ſanâ doctrinâ pioque exemplo. Sanctus Ludovicus Galliæ Rex titulus eſt hujus Monaſterij, in cujus ſigilli laterculo liliis conſperſo videtur regio indutus amictu, ſub quo humilis extat tunicâ Tertij Ordinis. Magnas & infauſtas in Rebuſpublicis converſiones efficit ambitio; è contrario magnam & mirandam proſperitatem omnibus Gallis, totique Eccleſiæ confert ſancti Ludovici humilitas.

§ XII.

Conventus Barroducenſis.

DEnominationem ſumit ab urbe paulum per diſtanti, ſituſque eſt in pago communiter nuncupato *Faims*, ſub ditione D. Caroli Florainvillenſis, qui conjunctim & uno animo cum uxore ſua illum fundavit, ſub invocatione ſanctæ Mariæ de bono auxilio 20. Octobris 1633.

Carolus IV. Lotharingiæ Dux huic inſtitutioni facillimè aſſentitus eſt literis patentibus 8. Maij 1633. quibus juſſit Comiti *de Convonges*, primatiæ fortis ſagato Prætori, quem vulgò Ballivium vocant, & Barroducenſi Gubernatori, cæteriſque Magiſtratibus, ut Religioſis procurarent perpetuum & quietum uſum iſtius conceſſionis. Princeps Nicolaus Franciſcus Cardinalis Lotharingus Epiſcopus Tullenſis, omnia confirmavit reſcripto 28. Maij 1633.

Antequam fundator Religioſos in poſſeſſionem mitteret Monaſterij, Eccleſiam, omneſque officinas monaſticas conſtrui juſſit, ſupellectili neceſſaria & commoda munivit ſuis ſumptibus, ac ita diſpoſuit, ut nihil deſideraretur; ita ſanè, ut multis poſthàc annis in eo fuerint educati & inſtructi Novitij. Hæredes nos de jure noſtro & reditibus annuis conantes dejicere, quos jam poſſidebamus, quieverunt & magnoperè ſunt lætati, dum libenter illis remiſimus, & condonavimus mediam proventus partem. Ex incommodis alterius vir iniquus ſua commoda comparat; juſtus nil æſtimans Deo charitate acceptius, alienum bonum reputat ſuum.

§ XIII.

Conventus de Bellavilla.

UT non omne vinum, ſic non omnis natura vetuſtate coaceſcit. Veritati nunquam præſcribitur, nec virtus unquam ſeneſcit. Licet Ordines Religioſi annorum intercesſu labefactentur, corruant, & penè pereant, reſurgunt tandem aliquando, & reviviſcunt, cùm novorum Conventuum inſtitutione, tùm priſtini renovatione fervoris. Conventus *de Bellavilla* hiſce temporibus fundatus ad muros Pariſienſes perpetuat ſuo modo Tertium Ordinem. Loci amplitudo, amœnitas, ſolitudo, aëris temperies, plurimum ibi conferunt ad bonam corporis valetudinem, & ad animi præclaras exercitationes, ad contemplationem videlicet, & ſacræ ſtudium Scripturæ.

A Fundatores habet D. Joannem *Bordier*, hominem ſpectabilem regij ſtabuli Argentarium, ejuſque uxorem D. Mariam *Bricart*, Contractu 10. Octobris 1638. ſub invocatione ſanctæ Mariæ de Miſericordia. Quam primum poſſeſſionem inivimus, ædificia valdè commoda & honeſta invenimus fundatorum curâ & ſumptibus diſpoſita, ad habitationem Familiæ Franciſcanæ, cujus etiam ſuſtentationi ex æquo, & ut ratio poſtulat, conſuluerunt & providerunt, ne quid detrimenti caperet diſciplina regularis.

§ XIV.

Conventus Veliacenſis.

B SIcut nova Monaſteria ſingularim, & continenti ſucceſſione ad ſempiternam temporis memoriam, Religioſos Ordines propagant, dum priſcorum Patrum renovatur fervor, unà cum ædificiorum novitate, ſic potiſſimùm immortalitate donantur, & vindicantur ab interitu, antiquorum Conventuum inſtauratione, quorum ſplendor prævijs tenebris diſſipatis, magis emicantes radios vibrare videtur.

Conventus Veliacenſis ordine inſtitutionis C primus eſt in provincia ſancti *Franciſci*: locum tamen decimum-quartum tenet in reformatione Gallicana: nec minoris ideò ſunt momenti quæ de illo dicenda. Tertiarij Regulares hunc poſſederunt jam indè à pluribus ſæculis, ſub titulo ſanctæ Mariæ *de Cheriaco*: valdè ſolitarius eſt, quamvis non longè diſſitus ab urbe Veliacenſi, diœceſis Sueſſionenſis.

Joannes *Heroüardus*, & Eligia *Silveſtris* ejus uxor, cives Veliacenſes fundaverunt hancce domum, cujus nomen valdè prædicatum eſt in provincia, propter exemplum & Evangelicos ſermones Religioſorum ibi degentium, qui plurimos peccatores de iniquitatum tenebris frequenter eruebant.

D P. Petrus *Poncet* Tertii Ordinis Regularis Profeſſus, & Lector Theologiæ in Academia Toloſana, Miniſter Provincialis Aquitaniæ impetravit à Summo Pontifice Alexandro VI. Reliquias Sanctorum ann. 1605. exponendas cultui fidelium in hoc Conventu, qui dirutus bellorum civilium tumultu, integram tamen conſervavit uſquemodò, & ad pietatem fervidè promoventem Eccleſiam.

Fatendum eſt abſentiam Religioſorum, ſpatio annorum 50. ob hæreticorum rebellionem, hoc Monaſterium reduxiſſe in deſertiſſimam ſolitudinem, deſtructis omnibus ædificiis monaſticis, Eccleſiâ ſolâ ſuperſtite, cui adjuncta eſt inſtauratio totius Conventus, permiſſione & conſenſu illuſtriſſimi Principis

Henrici

Henrici Sabaudienſis, à Rege Chriſtianiſſimo Rhemenſis Archiepiſcopi nominari. Reverendiſſimus Epiſcopus Sueſſionenſis ex tempore Literis Patentibus declaravit quantum huc cuperet familiam Franciſcanam revocari ad honorem Dei, & ſolatium Chriſtianorum.

Chopinus differens de rebus monaſticis narrat litem habuiſſe Fratres Prædicatores Conventus Veliacenſis, cum priſcis noſtris Tertiariis regularibus: hi, inquit, rogaverunt humillimè Rhemenſem Archiepiſcopum, ut Prædicatorum Conventui penitus aſcriberet cellam vicinam quam dicebant ad ſe pertinere jure gentium, tanquam ab omnibus derelictam, & proximis incolis oblatam, qui vellent eam poſſidere. Proponebant inſuper extremam ſuam paupertatem, quæ mirrebat eos quodam modo in poſſeſſionem exeſorum ac ſemirutorum parietum, velut primos abſque ulla contradictione occupantes: Sat tamen erant commodi ad antiquam Domum reparandam: Datur interim decretum ipſis omninò favens 15. Kal. Augusti anno 1587. oblato poſteà libello ſupplicaverunt Regi Tertiarii Regulares, ipſeque princeps juſſit primario Prætori Sueſſionenſi ita litem componere ut veri mancipio Domini amiſſa bona recuperarent: opponebatur conjunctio facta ab Archiepiſcopo Rhemenſi cum Monaſterio Dominicanorum; Sed Tertiarii temerè vindicatæ Juriſdictionis nomine ſummam Curiam appellarunt: Cauſam peroraram, 8. Maii 1600. à Chopino auctoris citati filio & à Loyſello, edixerunt Judices in Secreto conſeſſu, illam cognoſcendam eſſe, ex ipſis actis. Tandemque decretum fuit à ſupremo Senatu, D. Seguerio primi Conclavis Senatore univerſam rationem judicandæ litis, diſceptatoribus exponente, appellantes fore certò poſſeſſionem amiſſam recuperaturos, eâ lege ut Divinum celebrent Officium juxtà Fundationis articulos. Sic Sententia Prætoris Veromanduenſis, quem vulgò Balliyium vocant, Sueſſionibus pronunciata 23. Januarii 1598. obliterata fuit.

§. XV.

Conventus Luzarchienſis.

COævA eſt juri injuria, vetuſtate non antecedit iniquitatem, æquitas, nec ideò unquam ceſſat omnino virtus: noſtris etiam iniquiſſimis temporibus viget, dum mortua creditur. Licet ruris egeſtas, non ſinat ibi fieri amplas Fundationes, reperiuntur tamen fideles, quorum curâ pauperes Evangelizantur. D. Renatus *Coeffertus* Sacerdos & Canonicus Meldenſis id unum in-

A renlir, fundans 1658. 4. Octobris, Luzarchi, noſtri Ordinis Conventum ſub Invocatione ſanctæ Mariæ de Conſolatione, in prædio beneficiario dicto communiter, *Rocmont*, Diœceſis Pariſienſis.

§. XVI.

Conventus Condetenſis.

NON oportet expectare temporis medicinam, quam repræſentare ratione poſſumus. Qui poteſt hac ipſâ horâ ſuo mederi morbo, ne differat uti remedio, ſi præſtò

B ſit. Sapienter egerunt Condeti incolæ qui malum ignorantiæ de ſuis finibus volentes expellere, quam primùm ſcientia & probitas Patrum noſtrorum innotuerint, illos advocarunt anno 1659. ut in urbe Condetenſi Gymnaſium Literarium apertum haberent, ad juventutis inſtructionem. Domus hæc ſita eſt in Brienſi Provincia, & Diœceſi Sueſſionenſi, ac fundata ab ipſis civibus Condetenſibus, ſub nomine ſanctæ Mariæ de Pace.

Jus Fundationis nactus eſt D. Hieronymus Helyot Sacerdos, & Canonicus Eccleſiæ ſancti Sepulchri Pariſienſis, viri nobilis Petri Helyot, Regi à Conſiliis, & commentariis, atque antiqui Conſulis Pariſini, necnon Dominæ Franciſcæ du Bray ejus uxoris, filius;

C eo quod vota ſolennia in Tertio Ordine Franciſcano nuncupans, non ſolum agnoſcitan: quam Fundator, & benefactor inſignis Conventus de Bella-villa, ob largitiones conſiderationeme dignas; Sed potiſſimum expetierit, ac retinuerit ſibi, poſteriſque & hæredibus Fundatoris prætogativam Condetenſis Monaſterii, ſtipulatu & pactione conventâ die 5. Maii anno 1650. coram *Durcet* & *Parque* juniori Tabellarum Perſcriptoribus publicis, in Caſtellana Pariſiorum Cura; eâ lege, ut qualibet hebdomada in perpetuum celebretur ſemel Miſſa privata pro defunctis. Quas ob res impertitus eſt quatuor millia librarum Francicarum ad faciendam Domus & loci

D emptionem: duo inſuper millia emendi cujuſdam prædii causâ, ſicut ex contractu patet.

§. XVII.

Conventus Gyromagnienſis.

FACILE, omnes, cum valemus, certa conſilia ægrotis damus: ſatius eſt bonum exequi, quam ad illius executionem alios incendere: qui utrique dant operam, mulrum proſunt ſibi ipſis, & iis, quos ad virtutem incitant doctrinâ & exemplo. Tertiarii Regulares dictis & factis prędicantes verbum

Dei, participem tanti fructus fecerunt Provinciam vicinam Lotharingiæ, nempè Alſaciam in quâ Dux Mazarinus nos collocavit anno 1663. urpotè obituros Paſtoris munia in urbe Gyromagnienſi, Diœceſis Veſuntinæ.

§. XVIII.

Conventus Lixheimenſis.

QUÆ ſunt in lubrico, incitataque ſemel, in proclive labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. Res humanæ faciles ſunt ad lapſum, & ſemper in via præcipiti; Imo etiam res ſanctæ & Deo dicatæ mutationi vi B dentur obnoxiæ. Veritas hæc manifeſta eſt in Conventu Lixheimenſi. Olim erat Abbatia Benedictina, à Sede Apoſtolica immediatè dependens, ſita inter Epiſcopatus Argentoratenſem, & Metenſem, finitima Principatui Phalsburgenſi, & Comitatui Sarvverdenſi: Monaſterium hoc omnino dirutum fuit, Religioſis loco demigrantibus ob terribile ſpectrum iis frequenter ſe videndum exhibens.

Fridericus Comes Palatinus Rhenanus, tunc temporis Catholicus rogavit Summum Pontificem Julium III. ut plura Monaſteria, præſertim Lixheimenſe, aboleret, eorumque annuos reditus applicaret novo Collegio fundando in Academia Hildebergenſi, & accreſcendæ annuorum vectigalium aſſignationi, C Sacello ſui Palatii ejuſdem Urbis annexæ, ſecundum poſtulata, ad libellum, reſcriptum fuit à Sede Apoſtolica, cujus imperata Sebaſtianus Pighinus, Archiepiſcopus Sipontinus, legatus à latere, ad Imperatorem Carolum V. executus eſt, die 25. Aprilis anno 1550. ea lege ut Lixheimi duobus Sacerdotibus, quatuorque inopibus Scholaſticis victus & veſtitus ſufficerentur ad Divini Officii recitationem. Diploma Pontificium datum eſt auguſtæ Vindelicorum 4. Non. Januarii 1551.

Succeſſores Friderici depravatæ Religionis erroribus poſthac ſunt imbuti; quorum unus Rex Boemiæ electus, in detrimentum fami- D liæ Auſtriacæ, in prœlio pragenſi tam famoſo profligatus eſt. Quocircà ejus hæredes in Hollandiam ſe receperunt, vendideruntque ditionem Lixheimenſem Henrico II. Lotharingiæ Duci, qui eam emit nomine Ludovici & Henricæ à Lotharingiâ fratris ſui filiæ, Principum Phalsburgenſium: Hi tandem obtinuerunt ab Imperatore Ferdinando II. ut dominium Phalsburgenſe in ſacri Imperii Principatum erigeretur, non expulſis indè hęreticis administrationem præcipui Templi commiſerunt Oratorii Jeſu Sacerdotibus, qui flagrante bello receſſerunt, & relinquerunt Catholicos orbatos Paſtore, & privatos Sacramentorum uſu.

A Princeps femina Phalsburgenſis ejuſque ſecundus maritus Princeps *Grimaldus* commendaverunt omnino regimen Eccleſiæ Lixheimenſis Patribus noſtris Tertiariis, quos æſtimabant ſtrenuos & planè idoneos ad hæreticorum converſionem, & Catholicorum ſolatium: Literis Patentibus, quas impetravit P. Donatus Nanceianus Ducis Lotharingiæ Confeſſarius 9. Decembris 1657. Venimus in poſſeſſionem eorum omnium quæ ſpectant ad functiones Eccleſiaſticas, intra fines Urbis & Principatus Lixheimenſium, cum ſubjectione immediata ſoli Sedi Apoſtolicæ.

Capitulo Provinciali acceptum habente totum negotium, ſancti Antonii Patavini Titulus huic Conventui fuit aſſignatus. Alexander VII. Papa, viſis actis, libellum ſupplicem Religioſorum miſit ad generalem Congregationem Cardinalium de propaganda fide, ubi ad Judices de lite renunciante Cardinale Barberino, poſt admonita Legato Pontificio Galliarum tradita, qui deſtinatus erat Quæſitor de inſtitutione hujus Monaſterii, res omninò confirmata eſt 26. Martii 1666. deinde Summus Pontifex robur auctoritatis Apoſtolicæ adjecit, primo die Junii, ejuſdem anni 1666. Tabellario diplomate.

Amplam ibi occaſionem Dei majorem promovendi gloriam Tertiarii nanciſcuntur, inter medios hæreticos; nec ullam prętermittunt illos ad Catholicam reducendi fidem, ita ut multi poſita contumacia, ſalutari, ac ſuaviſſimo Eccleſię jugo cervices ſuas ſubjiciant, evulſiſque ſtirpitus erroribus, virtutem colant, omni ſtudio & obſervantia.

§. XIX.

Conventus Monialium Nanceianus.

HÆc via, ad gloriam proxima & quaſi compendiaria eſſe videtur, ſi quis indagat, ut quaſi haberi velit, talis ſit. Qui ſolum Dei ſibi proponit honorem, citius, & magis perfectè honoratur: *non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. 2. Corinth.* 10. Soli Deo placere ſtudentes, *D. de Romemont*, ejuſque D. uxor, Fundatores Tertiariorum regularium Nancei, fundaverunt etiam ibi Conventum Religioſarum ejuſdem Ordinis, anno 1622. ſub Invocatione Sanctæ Mariæ de Pace.

Liberales & munifici admodum fuerunt: vaſtam non ſolum aream ſunt elargiti, ſed omnia etiam ædificia, Eccleſiam, dormitaria ſuis amplis ſumptibus à fundamentis uſque ad culmen curaverunt extrui; univerſaque inſtruxerunt ſupellectili commoda & copioſa: annuos inſuper reditus firmos & perpetuos liberaliter attribuerunt, ad vitæ ſuſtentatio-

nem, & omnes uſus neceſſarios.

E Monaſterio Pariſienſi Monialium ſanctæ Elizabethæ exierunt priſcæ Matres, quæ primas dignitates obierunt Nancei longo rempore, & quæ præluxerunt exemplo, & cæteris prætulerunt facem, cum eam tenuerint vitæ rationem, quam omnes approbarint, laudibuſque exceperint.

Illuſtriſſimus Epiſcopus Tullenſis lubenti aſſenſu hanc Fundationem confirmavit ſcriptis, necnon chirographo, & ſigillo, 13. Novembris, anno 1620. anticipatione benevola eodemque anno acceſſit bona Magiſtratus venia, nemine in nrbe diſſentiente. Interceſſerunt 19. Novembris 1620. Henrici II. Lotharingiæ Ducis Patentes Literæ, quibns evidenter oſtendit ſuam in Deum pietatem, & ſinceram in Dei famulos benevolentiam; cujus inſtar n. Epiſcopus Tullenſiſt reiteravit 12. Februarii 1621. ſuam permiſſionem.

Initia ſæpe nnmerò videntur omnino modica, quorum progreſſus ampli ſunt & illuſtres: Fauſte incœpit Conventus Nanceianus, fauſtius perſtitit & progreſſus eſt. Miramur enlm quemdam fervorem ætatis & temporis quo progrediente, omnia fiunt etiam in dies mitiora, & magis favorabilia Corollarium huicce operi 'appoſnit Maria Medicęa Francię Regina ſuis quinque Literis 13. Januarii 1621. ad Dncem Lotharingiæ, ad Principem ejus eonjugem, ad Comitiſſam Valdemontiam, ad Epiſcopum Tullenſem, ad ipſum Dominum *de Romemont*, in favorem inſtitutionis hujus Monaſterii. Ludovicus quoque XIII. ſcripſit de eadem re inſigniter ad Ducem Lotharingię, & ad Epiſcopum Tullenſem 6. Martii 1621.

---

§. XX.

Conventus derelicti à Tertiariis Regularibus, & alii, qui in alienas manus tranſierunt.

CURSUS eſt certus ætatis, & una via naturæ, eaque ſimplex; ſua cuique parti ętatis tempeſtivitas eſt dara. Ut enim infirmitas puerorum eſt, ferocitas juvenum, gravitas jam conſtantis ætatis; ſic ſenectutis maturitas natnrale quiddam haber, quod ſuo rempore percipi debeat. Rerum verò hnmanarum ſtabilis eſt, inſtabilitas, certa, incertitudo: fugaces labuntur ſemper anni, nec pietas moram rugis & inſtanri ſenectæ, affert, indomitęque morti. Virtus ipſa aſcendit & deſcendit, creſcit & minuitur, fervet, frigeſcit: virtute prędiṫus non ſolum morti, ſed vitiis eſt obnoxius. Ordines Religioſi ſuas habent periodos; lucent, & tandem aliquando extinguantur: Monaſteria ſæpe alienigenos recipiunt habitatores, aut funditus diruuntur.

Sicut in Annalibus Eccleſiaſticis plures numerantur Epiſcopatus, quos infideles vel hæretici uſurpaverunt, ita nolo ſilentio ſepelire Conventus noſtros, quos anni intercedentes aboleverunt, aut in quorum poſſeſſionem alios Religioſos induxerunt.

Communis traditio fert nos olim poſſediſſe Monaſterium in urbe Jonvillenſi, ad confinium Lotharingiæ. Quidam narrant Patres noſtros antiquitùs occupaſſe Pariſiis majus Cœnobium Eremitarum ſancti Auguſtini.

Chopinns tractans de Religioſorum & monaſticorum juribus. tit 1. num. 15 narrat Ægidium Romanum Ordinis ſancti Auguſtini obtinuiſſe à Rege Philippo pulchro pro Eremitis Auguſtinienſibus locum, ubi nunc degunt, ad caput Pontis novi, ſanctumque Ludovicum anreà illum dediſſe fratribus de Pœnitentia Jeſu Chriſti, vnlgò nominatis, *Fratribus Sacci*, quos etiam multi nnncupant, *Saccitos*. Cum autem Pœnitentiæ denominatio titulo Tertii noſtri Ordinis quadret, nonſabs re eſt illos inter ſancti Franciſci Aſſiſiatis Pœnitentes recenſere.

Chopinus L. 1. tit. 2. nnm 6. reperiri aſſerit ſtatuta Fratrum ſanctæ Mariæ de Charitate manentium in Diœceſi Catalannenſi, ad fluvium, quem vocant commnniter, *Roignon*: Quæ quidem Statnta publicata fuerunt, & approbata in capitulo generali ejuſdem Congregationis; deinde typis excuſa anno 1547. Idem auctor affirmat titulo de Apoſtatis. Cap. 15. Huncce Ordinem inſtitutum fuiſſe à Papa Bonifacio VIII. ſub regula Tertii Ordinis *S. Franciiſci*, poſteàque fuiſſe à Clemente VI. Regulæ S. Auguſtini ſubactum 27. Julii 1346. Scriptæ ſunt & ordinatæ hæ conſtitutiones à Fratre Joanne Caillou Religioſo Terriario anno 1548.

Quæ ſequuntur obſervationes, notatu dignæ ſunt: extat, inquit Chopinus, L. 2. tir. 1. num. 34. in urbe Ruenſi Pontinenſis Comitatus Domus monialium Tertii Ordinis ſancti *Franciſci*: in Gallia multo plures ſunt Conventus Religioſarum quam Religioſorum, qui valdè multiplicantur in Italia. Rothomagi, Lemovici, Toloſæ, Veliaci propter Sueſſiones, Tertiarii Regulares domicilium ſtatuerunt. Idem Chopinus loquitur de Monialibus Tertiariis Caſtrogonterii, In Andegavenſi Provincia, quarum Cœnobium fundatum fuit à Margarita Alençonienſi anno 1507. Has ad notas Chopini peculiaris babendus eſt reſpectus eò magis, quo ipſe auctor ſolertem ſe præbuit in antiquiratis obſoletorum Monumenrorum indagatione.

Pater Jacobus Foderetus in hiſtoriâ Provinciæ ſancti Bonaventuræ reffert Joannam

Prevoſt honeſtiſſimam matronam, amplexam A fuiſſe Tertium OrdinemFranciſcanum, cujus Habitum publicè & apertè gerebat, dum viveret, dumque etiam ſepulta eſt in medio Chori Tertiariorum Regularium Conventus *Caſteldonenſis*. In manuſcripto Bibliothecæ Petri *Seguerii* Franciæ Cancellarii legimus Phillipum Viennenſem Dominum *de Caſtel dono*, &c Boiicorum Seneſcallum, fundaſſe de conſenſu Petronillæ *Chaſſeronæ* uxoris ſuæ in Arvernia, & Diœceſi Claromontano, propè ipſum Caſtellum Caſteldonenſe Conventum Tertianorum Regularium anno 1464. ubi ſepulturam elegerunt, amploſque reditus annuos conſtituerunt. Illuſtres alii & ſpectati viri fundationem hanc largitionibus ſuis B auxerunt & ornaverunt.

Joannes Epiſcopus Catalaunenſis diplomate 13. Aprilis 1347. citat Bullam Papæ Clementis VI. in qua expreſſa fit mentio Tertii noſtri Ordinis Regularis. Summus ipſe Pontifex declarat oblatum ſibi fuiſſe libellum ſupplicem à Superioribus & Fratribus publicæ Hoſpitalis Domus ſitæ ad fluvium, vulgò, *Roignon*, nuncupatum, ſub Invocatione ſanctæ Mariæ de Charitate, quæ dependebat immediatè à Papa, quamvis intra fines Diœceſis Catalaunenſis contineretur. Fratres itidem Domus Pariſinæ, quam communiter vocant *de Vico Iardinorum Pariſienſium*, & Domus ſancti Ludovici ſylvanectenſis & aliarum annexarum libello ſubſcribebant expo- C nentes humiliter Summo Pontifici Clementi VI. Guidonem Jonvillæum equitem Torquatum fundaſſe illud Xenodochium, quod Bonifacius VIII. prorſus exemerat à juriſdictione proprii Epiſcopi. Conceſſit etiam & permiſit Clemens VI. illud occupari à Religioſis Tertii Ordinis Franciſcani, vota ſolennia profitentibus paupertatis, caſtitaris & obedientiæ.

Sicut autem aliæ ex aliis naſcuntur & exoriuntur calamitates, Joanne XXII. condemnante Beghardos hæreticos, multi immeritò crediderunt Tertiarios Regulares in eadem eſſe noxa, quamvis omninò innoxios & Catholicos. Ideòque Xenodochii ſanctæ D Mariæ de Charitate curam habentes petierunt à Clemente VI. Regulam ſancti Auguſtini, quam obſervarunt, donec alia ex aliis mala eos opprimerent, eorumque Conventibus in diverſos Ordines tranſlatis, ipſa eorum Congregatio in nihilum redigeretur. Data eſt Bulla Clementis VI. Avenioni 6. Kal. Auguſti 1346. Pontificatus quinto.

Ex his colligi poteſt Monaſterium vulgò Pariſiis nominatum *Billetenſe*, quod nunc occupant Patres Carmelitæ Provinciæ Armoricæ, aliaque multa pertinuiſſe olim ad Tertiarios Regulares Franciſcanos, ſicut Bajocenſe, cujus Fundator eſt Petrus *de Levis*, prius Epiſcopus Cameracenſis, deinde, Bajocenſis anno 1324. Sedem Apoſtolicam tenente Joanne XXII. Videtur ejus diplomatis autographum Pariſiis in bibliotheca regia. Illuſtriſſimus hic Antiſtes, ait Sammarthanus, *diligebat adeo Fratres Ordinis Charitatis ſanctæ Mariæ, ſeu Tertii Ordinis ſancti Franciſci*, ut illos collocarit in ſuburbio Bajoci. In Capite Libri, cujus titulus eſt, *Conſtitutiones Fratrum Charitatis beatæ Mariæ*, legitur epiſtola ad R. P. Joannem *le Sage* Hujus Ordinis Generalem, ubi evidenter Auctor probat *Billetenſes* ſeu Fratres Charitatis beatæ Mariæ amplexos fuiſſe Tertium Ordinem ſancti Franciſci: Conventus Braſſiacenſis in Picardia Diœceſis Ambianenſis, quamvis lapſu temporis; & bello civili omninò exturbatum, evidens eſt Monumentum & valida probatio noſtræ antiquitatis Regularis. Cœnobium ſanctæ Barbaræ, extra muros Metenſes nobis collatum fuit à Patribus Benedictinis anno 1664. ab eo tamen receſſimus ob plura incommoda.

§. XXI.

Conventus Religioſarum Tertiariarum non amplius ſubditi noſtris Superioribus.

NEMO dubitat, quin affinia ſint veritati mendacia, & falſa finitima veris, in ſuperbo præſertim genio, qui cogitationes ſuas æſtimans velut oracula falſitate nititur eas fulcire, quas, licet indubitatas, timet abjiciendas fore, ut falſas. Ego autem ſincerè & ſine fuco recenſeo Religioſarum Tertiariarum Provinciæ ſancti Franciſci Monaſteria non ſubjecta Superioribus Tertiariis; recenſeo, inquam, juxta diſtinctas Diœceſes. Pariſiis extat Monaſterium, ſub titulo Conceptionis beatæ Virginis, inſtitutum anno 1636. viâ novâ Sancti Honorati. Quidam affirmant Conventum, quem communiter vocant *de Ave Maria*, nunc occupatum à Clariſſis, olim pertinuiſſe ad noſtram Congregationem. In Diœceſi Bellovacenſi tres ſunt Tertii Ordinis Domus, prima, Bellovaci ſub invocatione ſanctæ Mariæ & ſancti Ludovici 1440. cujus Patres Minores de Obſervantia, Provinciæ Franciæ Pariſinæ ſunt moderatores: Secunda, *Marlovii*, quam Franciſcani majoris Provinciæ regunt: Tertia in oppido ſancti Juſti.

Cœnobium ſancti Nicolai in urbe Ambianenſi fundatum eſt 1488. eodemque anno Conventus ſanctæ Magdalenæ Durlendarii erectus creditur; Mondiderii verò Conventus ſancti Ludovici 1485. Rodus ſanctæ Elizabethæ 1680. Abbavillæ, ſanctæ Elizabethæ 1456. In urbe Ruenſi ſanctarum Mariæ &

Annæ 1439. S. Joannis Baptiſtæ, Samarobrinæ A Monaſterium: Montrolii conſtructum eſt anno 1458. Fundario denique Granvillenſis valde antiqua eſt. Novem hæ ultimę Fundationes continentur intra limites Diœceſis Ambianenſis, nullóſque habent immediatos Superiores niſi Provinciales Miniſtros Franciæ Pariſinæ.

Diœceſis Bolonienſis, unicam habet Domum noſtri Ordinis ante annum 1400. Noviodunenſis numerat Monaſteria Chauniacenſe, & Beltovianum, & Sanquintinianum ſub titulo ſanctæ Elizabethæ: in Diœceſi Sueſſionenſi extant Cœnobia firmitatis Milonenſis, & oppidi Elcbeenſis: Melodonum Diœceſis Senonenſis complectitur intra muros ſuos B Cœnobium Tertiariarum Franciſcanarum.

Si tranſitus fiat in Epiſcopatum Tullenſem, offeruntur ſtatim Monaſteria Deiparæ, Nancei ab anno 1495. in urbe, *Ormes*, vulgò nominata ſub titulo Sanctorum Michaelis, Pauli, & Franciſci 1472. *Luneville* 1481. ſub invocatione ſancti Antonii Patavini. Diœceſis Metenſis celebria porrigit & oſtentat Tertii Ordinis Franciſcani veſtigia Domum ſcilicet in urbe Caſtroſalinenſi ſub titulo ſanctarum Marthæ, & Elizabethæ ab anno 1418. alteram in oppido *Deyſchenſi* fundatam 1413. à Duce Renato & Hieroſolymorum & Siciliæ Rege: Tertiam Denique Metis Domum, magni ſanè momenti, eò potiſſimum quod viri tres valde ſpectati Joannes *à ſancta Ruffina*, Joannes *de Remis*, Joannes *Marcherius*, C eorumque uxores, & plures alii Tertiari orum Tornacenſium virtutibus allecti eas in urbem Metenſem accerſiverint. 1413. omnes hi ferè Conventus gubernantur à Superioribus Provinciæ Franciæ Pariſinæ.

Ordo inſtitutus à Joanna Regis Galliarum Ludovici XI. filia meritò cenſetur inter Congregationes Franciſcanas Tertiarias Regulares: Poſtquam enim profeſſa eſt, & ſtrictè obſervavit tertiam Sæcularium Regulam, Decem Virtutum erexit Ordinem, quem ſubdidit ipſa Fratrum Minorum moderamini, tam auſpicatò ut manifeſtè exhibeat characterem Franciſcanorum: Poſſunt produci plures Conventus Sororum ſanctæ Claræ Damianiſtarum ſeu Urbaniſtarum, quæ dum adhuc eſſent teneræ, & profitebantur Tertiam Regulam combiberant bonos mores, & animum condocefecerunt virtutem ut amarent & colerent. Unde conſtat Tertium noſtrum Ordinem, quaſi tirocinii locum tenere, ubi diſponuntur animæ ad æternæ Dei providentiæ decretorum executionem, & Religionis ornamentum.

§. XXII.

Provinciæ ſancti Franciſci inſignes.

MULTI in noſtra ſancti Franciſci Provincia, doctrinâ & virtute floruerunt ad Dei gloriam & Eccleſiæ præſertim Gallicanæ dictus.

Si de Divini Verbi pręconibus ſit quęſtio plures numerantur, quos concionantes ſemper frequens, nobiliſque confeſſus celebrabat: deinde plurimi ab omnium rerum licentiâ, ad boneſtam vitæ rationem traducebantur, numinis inſtinctu permoti, illorum divinæ legis interpretandam vocem.

Si de dignitatibus adminiſtrandis loquamur, quot jam fato functi, quot adhuc ſuperſtites laudabiliter ſe geſſerunt, ad regularem diſciplinam promovendam, & ſubditorum exemplum ac ſolatium? non deſunt in hac Provincia viri egregiè literati, & inſigniter exculti omni Doctrina Evangelica. Sed longè præſtant ſilentium, ſolitudinis amor, meditationis ſtudium, crucis amplexus, charitatis exercitium, quæ omnia valde ibi commendantur.

P. Vincentius Pariſinus Reformationis noſtræ Gallicanæ conditor; Vir erat ſuo ævo clariſſimus. Jam de eo mentionem feci initio hujuſce operis, fuſiuſque agam ſub finem: tunc temporis diſſeram tantum de ſcriptis ipſius. Præclaras edidit & typis mandavit annotationes in Commentarios Dionyſii Carthuſiani ſuper noſtram Regulam; Librum de Oratione Mentali, ſub titulo Theologiæ myſticæ, alterum de Confeſſione; Tertium tandem, quem vocant blaſphematorum flagellum. Quædam præterea manuſcripta nondum prælo excuſa legi, editione tamen digna; præſertim reſponſa Religioſi prudentis, iis qui ſtatui Regulari nunc adverſantur.

P. Vincentius Rothomagenſis in lucem emiſit doctas & mirabiles meditationes de omnibus Religionis Chriſtianæ myſteriis, ſub ti- D tulo hominis interioris, & hiſtoriam imaginis ſanctæ Marię de bono occurſu, quæ multum colitur in Conventu Aginnenſi ob frequentia miracula. Natus Rothomagi, ubi habitu noſtro indutus eſt, & vota ſolennia nuncupavit; mortuus eſt Picpucii penes Lutetiam: ſicque honorat locum nativitatis & obitus. Uterque gaudet ſe poſſediſſe hominem ſingularis & excellentis genii, cujus Eloquentia & eruditio, cęteræque dotes Apoſtolicę magnam illi nominis exiſtimationem per univerſam Galliam conciliaverunt.

P. Cœleſtinus Sueſſionenſis memoriæ prodidit libros valde utiles Confeſſariis, compendium, ſcilicet, Theologiæ Moralis, & deci-

ſiones caſuum conſcientiæ, ubi Theologicas de morum informatione quęſtiones apertè & ſolidè enucleat, tanto cum fructu, ut non ſolum proſint iis, qui Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrant, ſed etiam confitentibus, brevi & lucida enodatione difficultatum.

ARTICULUS XXIV.

Inſtitutio & progreſſus Provinciæ Religioſorum Pœnitentium Tertii Ordinis ſancti Franciſci Congregationis Gallicanæ ſtrictæ Obſervantiæ, ſub titulo & denominatione S. Yvonis in Gallia.

INSTITUTA fuit anno 1639. cum decem Conventibus, nempè, Vernonenſi, Andeliaceno, Locoverienſi extra muros, Croiſſetenſi, Rothomagenſi, Novicaſtrenſi, Veullenſi, Sanvaleriano, Aquilenſi, Sanlaudenſi, qui omnes intra limites Neuſtriæ continentur: hiſque tunc adjuncta ſunt fundatio Modiacenſis, in territorio Bellovacenſi, hoſpitium Nazarenum Pariſienſe, & Monaſterium ſanctæ Elizabethæ Pariſinum. Hæc Inſtitutio confirmata fuit anno 1640. in Capitulo generali Congregationis totius Gallicanæ celebrato in Conventu ſanctæ Mariæ de Gratia, Pariſiis extra muros, Præſide Reverendo admodum Patre Joanne *de la Haye*, Commiſſario Apoſtolico, viro utique apud Franciſcanos, virtutis, doctrinæ, & præclarè geſtorum, ſcriptorumque laude, illuſtris. Ab eo tempore, annis infra notatis, additi ſunt Conventus Aumalenſis, Mulanchonenſis, Bernayenſis, Pontiſarcarum, Locoverienſis intra muros, Curvavienſis, Portuenſis.

---

§. I.

Conventus Vernonenſis.

HUjus fundatio attribuitur ab anno 1224. per traditionem communem & ſtabilem ſancto Ludovico Francorum Regi: Nec oculus vidit unquam, nec animus ſibi fingere poteſt ſitum aptiorem contemplationi, quam priſcum hujuſce Monaſterij locum, cujus Eccleſia eſt in rupe ſatis alta, ſed affabrè exciſa, ubi ſæpè Princeps ipſe piiſſimus divinas laudes canebat cum Religioſis, dum in caſtro degeret Vernonenſi. Penuria tamen aquæ, publicæque pietatis commoditas, cauſa fuere tranſlationis ejuſdem domus ad radices montis, in qua clariſſimus Alphonſus Jubertus rei tributariæ ſummi Tribunalis Præſes in Neuſtria, nos collocavit anno 1616. tanquam fundator, ſub auſpiciis & titulo D. noſtræ de bona ſpe.

Prima habitatio dicata ſanctæ Catharinæ Virgini & Martyri, quamvis ſolitaria, non eſt penitùs derelicta nec deſerta; imo erecta ibi fuit devota ſodalitas, Patreſque noſtri ſæpiſſimè Miſſam ibi celebrant, & longiùs demorantur renovandi fervoris gratiâ ambo loci, vetuſtus & novus intra fines ſunt Diœceſis Rothomagenſis.

Antiquitas & celebritas Monaſterij Vernonenſis non ſolùm ex traditione patent, ſed etiam ex diverſis actis autenticis. Illuſtriſſimi Archiepiſcopus Rothomagenſis Franciſcus Harlayus, Epiſcopuſque Carnotenſis Leonorius Stampenſis Valençayus, illud ſuâ auctoritate fulſerunt, cumulaveruntque ſuis favoribus. Idem multoties egere & libentiſſimè omnes Curiæ Neuſtriacæ.

In Eccleſia novi Conventus Vernonenſis jacent plures inſignes & eximij, tùm pietate, tùm ſcientiâ: inter alios celeberrimus iſte Doctor Theologus Facultatis Pariſienſis, Ludovicus Calonius, qui ſuas omnes opes, quas à parentibus acceperat, aut pauperibus erogavit, aut Miſſionibus Apoſtolicis conſecravit. Tertij Ordinis pro ſæcularibus à beato Patre noſtro Franciſco inſtituti, quem profeſſus erat, præcipuum ornamentum & decus fuit in ſua provincia. Tandem poſt ſanctiſſimam obiit ſanctiſſimè in eodem Conventu 26. Auguſti anno 1647. ubi, dum Pariſios proficiſceretur, gravi morbo detentus eſt.

---

§. II.

Conventus Andeliacenus.

CErtum & manifeſtum eſt Religioſos Pœnitentes Tertij Ordinis ſancti Franciſci huncce Conventum poſſediſſe & occupaſſe ab anno 1346. liberalitate Joannis *de la Vente* civis Rothomagenſis, itaut juxta intentionem iſtiuſmodi fundatoris promiſerint frater Joannes *de la Pommeraye*, Miniſter localis, Fratres Robertus *le Lieure*, Joannes *du Boſc*, & Guillelmus *Deshayes*, cæterique ejuſdem familiæ Andeliacenæ Religioſi, nomine omnium Fratrum ſuæ Congregationis, ſe commendaturos Deo in ſuis precibus & ſacrificiis Regem Galliæ Sereniſſimum, Reginamque ejus uxorem, omneſque regio ſanguine ortos Principes præſentes & futuros.

Prædij ſolutio ab lege caducaria facillimè conceſſa fuit anno 1347. à Joanne Duce Normaniæ, qui poſteà ſuccedens legitimè patri ſuo Philippo Valeſio, regnavit in Gallia. Deinde Henricus VI. Angliæ Rex Galliam & Normaniam invadens, eam confir-

Digitized by Google

mavit anno 1430. Franciſcus I. Rex Galliarum A novam confirmationem adjecit, quorum omnium fidem faciunt regia diplomata in archiviis ſeu in tabulario aſſervata.

Faverunt etiam multum huic cœnobio ſummi Pontifices: præſertim Sixtus IV. anno 1479. Alexander VI. 1501. reſcriptis expreſſis, quibus declarant Religioſos Tertij Ordinis ſancti Franciſci jam tunc frui cnnctis privilegiis Mendicantium. Archiepiſcopus Rothomagenſis, proprius Antiſtes, deputavit anno 1518. Epiſcopum alium, ad conſecrandam Eccleſiam 7. Auguſti in honorem Dei, & ſub titulo ſancti Franciſci.

Vetuſtus legitur in chartophylacio commentarius, ubi Philippus Valeſius Rex Gal- B liarum anno 1331. menſe Decembri declarat evidenter prædium, in quo ſita eſt noſtra domus Andeliacena, beneficiario vel clientelari jure fuiſſe mancipatum Henrico *le Pelletier*. Indè patet nos poſſediſſe hunc conventum ante fundationem prædictam Joannis *de la Vente*. Quicquid ſit, indubitatum eſt noſtrum locum Andeliacenſem ad Regem pertinuiſſe, tanquam regium patrimonium, per abſolutam proſcriptionem, quâ expulit Judæos è finibus Galliæ, propter execrandum crimen perpetratum ab impiiſſimo & teterrimo Judæo, qui ſanctiſſimam hoſtiam pennario cultro Pariſiis tranſverberavit, unde magna copia ſanguinis effluxit. Tunc Judæus quidam, nomine *d'Aquin*, poſſeſſor erat loci C in quo conſtructa eſt noſtra domus Andeliacenſis. Regiâ igitur, ſicut jam diximus, auctoritate tranſiit à Judæo in manus Henrici *le Pelletier*: tandem Joannes *de la Vente* ipſum emens, ibi nos collocavit.

Patres Congregationis Gallicanæ, ſtrictæ Obſervantiæ, hùc fuerunt introducti anno 1611. ſtatimque Henricus IV. feliciſſimæ memoriæ Galliæ Rex, inter alia dona quæ eis contulit, demolitiones antiquiſſimæ arcis regiæ adjudicavit anno 1610. die 8. Maij, ut novum Monaſterium conſtruerent.. Ludovicus XIII. ejus ſucceſſor hanc donationem 7. Decembris 1610. confirmavit.

Hi plurium Regum favores, aliique meritò conciliarunt ipſis non ſolùm denominatio- D nem, ſed ipſum jus fundatorum. Annonam quoque lignariam iidem Reges elargiti ſunt Conventibus Andeliaceno, Locoverienſi, & Rothomagenſi, apud quos tot tantorumque acceptorum beneficiorum memoria nnnqnam delebitur.

Non omittenda recotdatio Illuſtriſſimi viri D. Marchionis de Ponte ſancti Petri, qui nos ſibi devinxit inſigni munificentiâ & forti protectione, quotieſcumque occaſio ſe dederit.

---

§ III.

Conventus Novicaſtrenſis.

PRima inſtitutio hujus Conventus facta fuit anno 1389. Reformatio verò anno 1614. utraque ſub invocatione ſancti Franciſci, intra limites diœceſis Rothomagenſis. Eodem anno 1614. Magiſtratus urbis Novicaſtrenſis poſuere fundamentalem lapidem novi Monaſterij die 13. Septembris: ſex ex nobilioribus & hujus regionis primariis viris, D. D. *de Boſgeffroy*, *de Bully*, *de ſaint Saire*, *de Neuville Feriere*, *de Ranville*, *de la Haye la Goulée*, qnilibet ſuum; eorumque beneficiis ita diſpoſita ſunt ædificia, intra unius æſtatis ſpatium, ut in eis habitare poſſet Familia regularis. Dominus Baro *de Launoy d'Amerocourt*, urbis totiuſque Comitatus Augenſis Gubernator, Dominus *Brinon* ſupremi Senatus Neuſtriaci Conſiliarius, aliique illuſtres, multùm contulere tam ad ædificiorum perfectionem, & Eccleſiæ ornamenta, quam ad Religioſorum ſuſtentationem.

Exponuntur in hoc Conventu pietati publicæ, poſt approbationem & conſenſum Vicarij Generalis Reverendiſſimi Archiepiſcopi Rothomagenſis, ſacræ Reliquiæ, præſertim pats inſignis Oſſis brachij ſancti Elerii, cujus corpus integrum eſt in Abbatia Ordinis Ciſtertienſis, vulgò nuncupatâ *de Baubec*. Hæc quidem pars data fuit Gardiano Novicaſtrenſi à Reverendo Patre Coſma *de la Broſſe*, Doctore Theologo, Abbate Locidei, dum viſitaret, tanquam Vicarius Generalis Picardiæ, Abbatiam *de Baubec* ann. 1640. Hujus donationis fidem faciunt tam Pater Gardianus Novicaſtrenſis, & alij Religioſi ejuſdem Conventus, quam ipſe Viſitator Ciſtercienſis.

Cum priſca monumenta potiora ſint recentioribus, ideo ſubjicienda ſunt quæ ſequntur propriis verbis rationarij monaſtici. *Videtur atteſtatio ſanctarum Reliquiarum è Monaſterio ſancti Anaſtaſii ad tres fontes excerptarum, de licentia ſanctiſſimi DD. Papæ Alexandri VI. ad inſtantiam F. Petri Ponceti Religioſi Tertij Ordinis ſancti Franciſci, Theologiæ Profeſſoris in Conventu Toloſano, & in tota Provincia Aquitaniæ Miniſter generalis, qui dedit partem illarum F. Ioanni* Floquet *Religioſo Profeſſo Conventus Novicaſtrenſis. Hoc donum fuit collatum ipſi Fratri Ioanni* Floquet *Pontificatus Iulij II. anno primo, & anno Domini* 1504. *die* 12. *Auguſti.* Notatur alia donatio Reliquiarum facta F. Radulpho *Segot* Religioſo profeſſo Tertij

Ordinis ſancti Franciſci, aliiſque ejuſdem profeſſionis, anno 1389.

Eminentiſſimus Cardinalis Georgius de Ambaſia, Archiepiſcopus Rothomagenſis, tuncque Legatus à larere in rota Gallia, ſic loquitur verbis expreſſis ad Religioſos Conventus Novicaſtrenſis, in literis parentibus daris 10. Januarij 1508. *Georgius de Ambaſia, &c. Nos qui decorem domus Dei, & divini cultus augmentum, animarumque ſalutem ſupremis cupimus deſidersis, veſtris devotis in hac parte ſupplicassionibus inclinati, Conventum veſtrum, & in eo, ut præmittitur, factam reformationem hujuſmodi auctoritate Apoſtolicà, &c. tenore præſentium approbamus, &c. ut autem vos & ſucceſſores veſtri, ejuſdem Tertij Ordinis Fratres in dicto Conventu, ſub dicta Reformatsone pro tempore degentes, verbum Dei populis efficacius ſeminare poſſitis, indeque immarceſſibiles fructus, Deo incrementum dante, proveniant, concedimus vobis, & ipſis, ut aliquos ex Minoribus Fratribus ejuſdem veſtri Conventus, qui ad id magis idonei eſſe videbuntur, ſive etiam in ſacris & Preſbyteratus Ordinibus conſtituti ſint, uſque ad numerum quatuor vel quinque, pro ſingulis temporibus, in aliqnibus Univerſitatibus ſtudiorum generalium, aut aliqua earum, ad ſtudendum ibidem in ſacra Theologia, & aliis vocationi veſtræ licitis Facultatibus ad tempus vel perpetuo vivere.* Inde patet tempore Georgij de Ambaſia Conventum Novicaſtrenſem jam antiquum eſſe, cùm Reformatio præſupponar diſciplinam regularem fuiſſe collapſam, plurimoſque annos anteà effluxiſſe in ſtricta obſervanria. Patet etiam veram eſſe rraditionem de doctrina & eruditione Frarrum hujuſce domus.

Ludovicus XII. Galliarum Rex, Bleſis anno 1511. amplo reſcripto Monaſterium iſtud roboravit, exemitque omni onere. In commentarios publicos ſupremæ regiarum rationum Curiæ Neuſtriacæ aſcriptio ſequura eſt 17. Seprembris anno 1511. Ita ſe geſſerant multories Apoſtolica Sedes, Conſilium regium, aliique Magiſtratus Eccleſiaſtici & remporales. Leguntur in tabulario hujuſce Conventus elogia Ducum *de Longueville*, *d'Aumale*, Comirum *de Clerè*, *de Boulainvilliers*, *de Maillots*, *de Bacqueville*, qui omnes ſuâ benevolenriâ, ſuiſque liberalitatibus Patres noſtros affecerunt.

---

§ IV.

Conventus Locoverienſis extra muros.

SOlitudo eſt in diœceſi Ebroïcenſi amœna æquè ac devota. Ab initio titulum habuit ſanctæ Barbaræ Virginis & Martyris, nempè anno 1470. Nullus jure potitus eſt fundaroris, uſque ad Dominum *de Tilly*, in ſupremâ Curiâ Neuſtriacâ meririſſimum Senarorem, qui ſacramento Marrimonij fuit conjunctus filiæ Illuſtriſſimi Galliarum Cancellarij *de Believre*. Patres noſtri reformati hujus domus poſſeſſionem adierunt anno 1604. requirentibus & poſtulantibus urbis Locoverienſis civibus.

Eminenriſſimus Cardinalis Perronius, tunc Epiſcopus Ebroïcenſis, quanti fecerir Parrem Vincenrium totius Franciæ Provincialem Miniſtrum, ejuſque omnes Fratres Religioſos Tertij Ordinis noſtri, declaravit ſequenti diplomare. *Iacobus ſanctæ Romana Eccleſiæ Cardinalis, Epiſcopus Ebroïcenſis, omnibus & ſingulis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino: Cùm acceperimus à Reverendo Patre Vincentio Muſſart Sacerdote, Prædicatore, & Provinciali generali omnium Conventuum Tertij Ordinis ſancti Franciſci in hoc Galliæ Regno, eſſe Monaſterium prædicti Ordinis im noſtra diœceſi propè Locoverium ſitum, cujus reformasionem, diſciplinæque Monaſticæ in eo reſtitutionem aggredi percuperet, juxta facultatem ſibi conceſſam à S. D. N. Papa, & à Generali Obſervantiæ, decretis quoque ſupremi Senatus Rothomagenſis, de quibus innotuit, confirmatam, ſi noſtra etiam accederet auctoritas. Hinc eſt quod Nos ad Dei laudem, & animarum ſalutem, tam laudabili deſiderio adhærentes, viſà prætereà ſupplicatione civium Locoverienſium ſuper hac re prædicto factà, ſupradictam Reformationem in dicto Monaſterio fieri permiſimus & permittimus: inſuper omnibus & ſingulis Nobis ſubditis præcipimus, ut ſupradicto Patri in hoc, dum requiſiti fuerint, manus auxiliares porrigant. Hortamur verò Nobis non ſubditos, ne huic ſanctæ executioni ſe opponant. Datum Condeti* 1604. *die verò 5. Septembris. Iacobus Cardinalis Perronius. De mandato Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini mei, Domini Cardinalis Ebroïcenſis Epiſcopi.*

DE LIGNY.

Certum eſt Reges Galliæ, Franciſcum I. Henricum IV. Ludovicum XIII. Ludovicum XIV. non ſolùm faviſſe huic domui per ſua edicta, ſed ejus quoque fuiſſe fautores contra adverſarios. Lireræ patentes Franciſci I. datæ ſunt 7. Julij 1540.

Concurſus populorum, qui multùm venerabantur ſanctam Barbaram, fuit in cauſa cur Joannes Rolinus Cardinalis Preſbyrer, ſub tirulo ſancti Srephani, in monre Cœlio, Legatus à latere ad Regem Chriſtianiſſimum conceſſerit univerſis viſitantibus dicti Conventus Eccleſiam centum dies indulgentiæ perpetuæ, peractâ Confeſſione, aur erogatis eleemoſynis, ad conſtruenda vel reparanda ædificia noſtra. Hujus conceſſionis annus eſt 1481.

1482. dies verò 25. Februarij, Pontificatus quoque Sixti IV. annus 12. Radulphus Epiſcopus Ebroïcenſis benevolentiæ & exiſtimationis etiam dedit argumenta Patribus noſtris Locoverienſibus, addens 18. Januarij 1684. de ſua auctoritate quadraginta dies indulgentiæ pro cunctis fidelibus, qui implerent tenorem literarum dicti Cardinalis. Prætereà anno 1530. die 31. Octobris Vicarius generalis Illuſtriſſimi Epiſcopi Ebroïcenſis Domini Ambroſij *le Veneur*, declarat expreſſo reſcripto, nomine Reverendiſſimi Antiſtitis, cujus abſentis vices gereret, ſe ex ejuſdem auctoritate, adjicere ad prædictas indulgentias viginti alios dies pro iis qui obſervabant, præſertim feriâ ſecundâ Paſchatis, regulas præſcriptas à ſupra nominatis Prælatis. Injungit inſuper Paſtoribus urbis Locoverienſis denunciare & promulgare indulgentias conceſſas benefactoribus Religioſorum Sanctæ Barbaræ. Unde liquet non unum tantùm, ſed plures illis benevolos & beneficos fuiſſe.

Non ſat poſſunt exprimi innocentes ſolitudinis Locoverienſis illecebræ, ubi nil inviſum & moleſtum; omnia grata & pulchra: Fateor equidem non hîc patere aſpectum urbis vicinæ: ideoque magis Anachoretæ concham aut cellulam ſapit ac redolet; multò magis, inquam, apta eſt rerum cœleſtium contemplationi, quæ penitùs averſatur hominum conſuetudinem. Ille terrarum mihi præter omnes, angulus ridet; angulus ſcilicet ad portas Locoverij ſitus, qui non in apice clivi, ſed in medio declivi eminet, tanquam theatrum affabrè conditum ad ſpectacula diverſa & venuſta, quamvis ſolius naturæ opus ſit. Aſpectus valdè amœnus eſt, quia frondes umbroſæ undique illum circumdant, arboreſque intus variis ordinibus diſtingunt: ejus radices placidus & ſemper conſiſtens amnis, nomine *Edura*, allnit & fœcundat; commercio publico plurimùm inſervit, navigiis, quorum uſus eſt facilis, merces tranſvehentibus huc & illuc per anfractus aquarum, nec unquam jactatur procellis aut ventis. Beata ergo hæc terræ portio, felix & ſalubris hic aëris tractus, qui omnes ſenſus corporis fovet & recreat, Muſis aſſociat animum, ſtudiiſque conſecrat, &, quod præcipuum eſt, ad Angelica divinaque conſortia per meditationem erigit.

§. V.

Conventus Croiſſetenſis.

AB urbe Rothomagenſi diſtat tantùm unâ leucâ, cujus aperto conſpectu valde recreatur. Eodem titulo, nempè ſanctæ Barbaræ Virginis & Martyris donatur, ac præcedens Conventus. Ad caput, in cacumine montis adjacentis, nemus viridans locum tenet comæ ſatis comptæ, & utcumque criſpatæ. Ad pedes fluit jucundè Sequana, velut alveus domeſticus, ſine arte aut labore paratus, ad commodum & ad ornatum. Continuò naves Anglicæ, Batavæ, Hamburgenſes, exquiſitis mercibus onuſtæ, illac velificantur. Trans fluvium directè ſe offert vaſta & frondoſa ſilva ex una parte: ex alia verò planities ampla, quæ oculis metam non opponit. Ad hæc objecta non diſſipatur animus, ſed tantumdem adhæret Deo, quantum per innoxiam & juſtam oblectationem tranquillus ſit & pacatus.

Monaſterium iſtud fundatum fuit anno 1471 probatur per ſententiam contra victoriam, latam à Magiſtratu Rothomagenſi, lite quadam ortâ 1513. inter Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Rothomagenſem, & Religioſos Croiſſetenſes. Unde manifeſtum eſt nos illam domum anteà occupaſſe 40. aut 50. annis. Multis aliis actis evidentibus hæc antiqua poſſeſſio confirmatur, inter quæ videmus commiſſionem Reverendiſſimi Patris Ægidij Delphini Miniſtri generalis Trium Ordinum Seraphici Patris noſtri Franciſci, à quo deputantur quatuor Patres Tertij Ordinis ad reformationem ejuſdem Tertij Ordinis, incipiendo à Conventu Croiſſetenſi. Videmus quoque literas patentes Ludovici XII. Regis Francorum 1512. menſe Auguſto, 15. anno Regni ejuſdem Principis, in favorem dicti Monaſterij. Tandem atteſtatione Illuſtriſſimi Domini Roberti Berthelot Epiſcopi Damaſceni patet Eccleſiam Croiſſetenſem fuiſſe ab ipſo reconciliatam ſimul cum Cœmeterio die 12. Maij 1605. eo quod polluta fuerat tempore bellorum civilium. Hæc acta & plura alia aſtruunt non ſolùm antiquitatem domus Croiſſetenſis, ſed continuitatem & perſeverantiam.

Reformatio nova ibi ortum habuit anno 1601. completaque fuit 1604. per Reverendum Patrem Vincentium Muſſart Miniſtrum Provincialem totius Congregationis Gallicanæ, juxta tranſacta pacta in Capitulo nuper celebrato Francovillæ, inter antiquos Patres & reformatos. Præter decreta ſupremarum Curiarum Pariſienſis & Rothomagenſis, edicta Regum Franciæ, Henrici IV. 1597. & Ludovici XIII. 1610. multùm contulerunt ad perficiendum tam præclarum opus. Admirantur peregrini in Eccleſia hujus Conventus Altare dicatum S. Patriarchæ Jobo, cum hac inſcriptione in vitreo ſpeculari proximo, videlicet, quod ſic vicini fideles Chriſtiani ſuam pietatem exhibuerint in antiquum illum veri Dei cultorem & famulum anno 1581.

§. VI.

Conventus Bernayenſis.

PAtronus ejus titularis ſanctus eſt Leobinus Epiſcopus Carnotenſis, ab anno 1490. in diœceſi Lexovienſi, & Provincia Neuſtriaca. Pater Joannes *Hermet* nominatus expreſsè in contractu, Gardianus Religioſorum Tertij Ordinis ſancti Franciſci Conventus Bernayenſis, ſeu ſancti Leobini, nomine ſuo & ſuæ Familiæ Monaſticæ, recepit fundationem à Joanne *Filleul* cive Lexovienſi 1528. Jam anteà ſummus Pontifex Clemens VII. ſcilicet anno 1523. multùm faverat huic inſtitutioni per ſuum Legatum à latere ad univerſam Galliam, qui auctoritate Apoſtolicâ confirmaverat dictos Religioſos in poſſeſſione & executione horum omnium quæ pertinent ad ſtatum Religioſorum.

Ægrè & difficulter introducta fuit Reformatio propter diverſa obſtacula, quæ tandem devicta ſunt, favente Rege Galliæ Ludovico XIV. per diploma inſigne datum menſe Julio 1656. ubi Rex Chriſtianiſſimus ſe declarat fundatorem hujus Monaſterij, illud cumulans beneficentiâ regiâ; ideoque pro ejuſdem Chriſtianiſſimi Principis conſervatione & proſperitate celebramus quotannis quatuor Miſſas diebus Purificationis, Annunciationis, Aſſumptionis, & Nativitatis beatæ Mariæ Virginis.

Nec defuit protectio Annæ Auſtriacæ Regis matris, quæ dum ipſe minor erat & pupillus, regnum adminiſtrabat. Hujus rei faciunt fidem certam commendatitiæ literæ 16 Decembris 1651. ad Illuſtriſsimum Epiſcopum Lexovienſem, ubi Auguſtiſsima Regina teſtatur ſe magni ducere Conventum noſtrum Bernayenſem, Religioſoſque illum occupantes contra adverſarios protegere.

Protectores inſuper habent cœleſtes, videlicet ſanctum Nazarium Martyrem, cujus ſervant Coſtam; ſanctam Juſtinam Martyrem, cujus tibiam tenent; ſanctum denique Octavianum Martyrem, cujus coſtam poſsident. Tutum ſanè & glorioſum eſt degere ſub tam præclara tutela, tamque forti præſidio.

§. VII.

Conventus Rothomagenſis.

CHaritas Neuſtriacorum maximè relucet in Conventu noſtro urbis Rothomagenſis, quæ caput eſt Neuſtriæ, cujus Præſul & Metropolitanus Eminentiſſimus Cardi-
A nalis *de Ioyeuſe* Archiepiſcopus Rothomagenſis exemplum dedit, quod ſequuti ſunt adamuſſim Archiepiſcopi ſucceſſores. Hi omnes libenter conceſſerunt illa, quæ ex illorum parte requirebantur ad inſtaurationem & confirmationem novæ hujus domus Monaſticæ. Anno 1609. die 26. Junij erecta fuit in ſuburbio vulgò nuncupato *de Bouvereüil*, unde tranſlata fuit 1612. die 10. Februarij, intra muros, ubi nempè in vico ſancti Hilarij, & in Paræcia S. Viviani, amplum & pulchrum Monaſterium fuit ædificatum.

Legitur in lapidis primarij inſcriptione verbis ſequentibus nomen fundatricis, & quo
B jure noſtram Congregationem ſibi potiſſimùm aſtrinxit.

D. O. M.

Anno humanæ Redemptionis 1612. April. 1. ſedente Sanctiſſimo Domino noſtro Paulo V. Pontifice maximo, regnante Ludovico XIII. Galliæ & Navarræ Rege Chriſtianiſſimo; Nobilis Domina Martha Raſſent *hujuſce loci fundatrix, relicta Guillelmi* Aubert *Equitis, Domini* de Gouville, Claville, Boiſdurant, Grugny *&* d'Enrichemont, *&c. hujus Eccleſiæ ac Conventus Reginæ Cœli Deiparæ ſacr. in gratiam Religioſorum Tertij Ordinis ſancti Franciſci de Pœnitentiâ nuncupati hunc*
C *primarium lapidem poſuit.*

Nefas eſt tacere quantum benevoli & benefici fuerint Reges Galliæ erga hunc Conventum, non ſolùm per favores & protectionem, ſed etiam per largitiones nummarias, præter annonam lignariam. Eccleſia, Clauſtra, cæteraque ædificia, hortus, totumque ſeptum Monaſterij, valdè commoda ſunt, & religiosè ornata. Reliquiæ Sanctorum, quæ hîc aſſervantur, cum ſumma venerarione declarandæ ſunt. Dens unus, Tibiaque è Thecis celeberrimæ Abbatiæ montis Martyrum ſitæ in ſuburbio Pariſino, extracta, devotè exponuntur, coluntur que à fidelibus Chriſtianis. Dona ſunt pretioſa ab Illuſtriſſima Domina Maria *de Beauvillier*, Abbatiſſa Patribus noſtris oblata gratuitò,
D quæ Monaſterium iſtud cum inſigni omnium virtutum laude & exiſtimatione gubernavit: prætereà ſunt in Conventu noſtro Rothomagenſi, pars Brachij ſancti Victorini, Os brachij ſancti Chriſtophori, Os unius ex ſanctis Innocentibus, Os capitis ſanctæ Marthæ Virginis. Hæ ultimæ Reliquiæ fuerunt impetratæ à ſummo Pontifice Paulo V. ad ſupplicationem Patris Petri Villarſij Procuratoris generalis totius noſtræ Congregationis, in Curia Romana. Dominus de Caradas Vicarius generalis in univerſa diœceſi Rothomagenſi eas diligenter examinavit, exſcripſiſque rei geſtæ omnibus actis, auctoritate ſuâ 28. Julii anno 1635. ut autenticas penitus approbavit,

& teſtatus eſt jam à viginti quatuor annis A
aureâ publicè fuiſſe honoratas; imò etiam ab ipſo illuſtriſſimo Archiepiſcopo Rothomagenſi.

Præclara & magnifica Imago beatiſſimæ Virginis compoſita ex ligno ſanctæ Luciæ, veræ pietatis ſenſum excitat in cordibus fidelium, non tam propter artificium exquiſitum, quam ob materiæ ſanctitatem, quæ Matrem Chriſti, ad ipſam viventis ſpeciem, ut multi putant, exprimit. Devotionem quoque multum accendit Os ſanctæ perpetuæ ad pedes Imaginis incluſæ, ex dono illuſtriſſimi Galliarum Cancellarii, Petri Seguerii.

Præterea Conventus iſte Rothomagenſis beneficio accepit corpora ſanctorum Marty- B
rum Remigii & Domitii ab illuſtriſſimo Domino D. Caraffe Archiepiſcopo Patarenſi, Alexandri VII Pontificis Maximi Viceſgerentre.

Tertius Ordo pro Sæcularibus inſtitutus viget & floret ibi plurimum tam numero, quam virtute Fratrum & Sororum. Eccleſia decoratur plurimis Monumentis & Sepulchris Nobilium & illuſtrium Perſonarum; fuitque beatæ Virgini conſecrata die 2. Octobris anno 1667. à D. Andræa *Linch* Epiſcopo Urbis vulgò nuncupatæ *Finebor*, in Hybernia, ſimul cum quatuor ædiculis, quarum tituli ſunt, Dominæ noſtræ Lauretanæ, ſanctorum Joannis Baptiſtæ, Vincentii, Franciſci; eximios nactæ ſunt Fundatores, atque magis ſpectatos quà ſummi Senatus, quà Su- C
premæ rationum Curiæ, Viros. Altare primarium pertinet ad Dominum de Motteville rationum Curiæ in Neuſtria Principem, qui Fundatoris jure potitur.

§. VIII.

Conventus Aquilenſis.

PRIMARII totius hujuſce regionis viri illum promoverunt & profecuti ſunt ardenter: Ipſe etiam illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Pericardus Epiſcopus Ebroïcenſis, intra cujus Diœceſis terminos ſitus eſt D
iſte Conventus. Quædam præſtat verba reſcripti ejuſdem Antiſtitis apponere. *Franciſcus de Pericard Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ Epiſcopus Ebroicenſis, univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino, &c. Præſentium ſerie ac tenore notum facimus ac declaramus prænominatos Fratres de Pœnitentia Tertii Ordinis ſancti Franciſci, nos in prædicto loco & urbe de Aquila, noſtra auctoritate inſtituiſſe, ac de facto inſtituere, ut Monaſterium conſtruere, in eoque quietè devotum Domino reddere famulatum valeant: quod ut melius ac fructuoſius perficere poſſint, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus & indultis, ſibi à Pontificibus conceſſis in Divinorum Officiorum celebratione, Verbi Dei prædicatione, Sacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ adminiſtratione, in eleemoſynarum à Mendicantibus Ordinibus conquiri ſolitarum collectione, & aliis ejuſmodi in dicto Conventu gaudere poſſe volumus, &c. Concedimus. In quorum omnium fidem præſentes has ſubſignavimus, & ſigillo noſtro muniri curavimus. Datum Condeti anno 1620. die verò menſis Maii 13. Franciſcus de Pericard Epiſcopus Ebroicenſis, &c.* Regis auctoritas hæc omninò roboravit menſe Maio anno 1651. ſimulque contractum Marchionis, & civium Aquilenſium, quibus Suprema Curia Rothomagenſis, quod in ſe eſt, appoſuit 12. Octobris 1651.

Inter cætera dona, præſtantiſſimum eſt os integrum ſanctæ Agnetis Virginis & Martyris, quod ſervatur in arcbiviis Conventus prædicti. Datum fuit à Priore & Religioſis Abbatiæ *du Brüeil*, præhabito conſenſu Abbatis Claræ vallenſis eorum Superiore generali immediato. Excriptorum rei geſtæ actorum ultima verba ſequuntur, quibus patet validam eſſe donationem & autenticam: *Ut devote reliquiæ à fidelibus coli valeant, ſciant omnes de eorum validitate, veritate, & ſanctitate autentica teſtimonia in archiviis noſtris repoſita nobis compertum eſſe; quod per Præſentes teſtamur, quibus ad id ſigna noſtra manualia appoſuimus in noſtro dicto Conventu die 31. Auguſti anno Domini 1650. F. Ioannes Gambey Prior licet indignus prædicti Monaſterii de Brolio Benedicto Ordinis Ciſtercienſis: Frater Euſtachius Superior: Frater Rabarous, Frater Petrus Aſſelin, Frater Meuſnier, Frater Chevé Cantor Fr. du Bois.*

Hujuſmodi teſtimonium ita evidens eſt & certum, ut Reverendiſſimus Dominus Franciſcus de Pericard Epiſcopus Ebroïcenſis, eo viſo, & examinato libenter permiſerit expoſitionem publicam. Data eſt ejus permiſſio Condeti 25. Martii 1655.

§. IX.

Conventus Veullenſis.

PARVUS in ortu ſuo, magna conſecutus eſt tandem incrementa: anno 1617. Incœpit tenere nobis locum valde mediocris hoſpitii, ſub auſpiciis ſancti Vandregiſilli, duorumque aliorum Patronorum titularium ſancti Rochi, ſanctæque Apolloniæ Virginis & Martyris, quorum interceſſione factus eſt Conventus, ubi nunc degit commodè Familia Regularis. Situs eſt intra fines Diœceſis Rothomagenſis, & exemptionis Fiſcanenſis.

K ij

Ludovicus XIV. Francorum Rex hujus Conventus inſtitutionem approbavit, anno Redemptionis humanæ 1647. quarto ſui Regni, menſe Martio, Anna Auſtriaca ejus matre Regnum adminiſtrante. Illuſtriſſimus Dux Vernolienſis, Abbas Fiſcanenſis, idem fecit literis Patentibus 20. Martii, anno 1652.

A

Non ſolum Abbati & Religioſis Fiſcanenſibus ſumus obſtricti, verumetiam Abbati & Religioſis Fontanellenſibus, qui nobis ſacras Reliquias ſunt elargiti, videlicet diverſas non levis momenti partes veſtimentorum & ſupellectilium, quæ ad uſum ſancti Vandregiſilli primi eorum Abbatis olim fuere. Hæc largitio ſubſignata eſt à Fratre Henrico *Bigot Salernay* 23. Decembris 1629. junctaque ſupplicationi Religioſorum Veulenſium. Tandem permiſſa fuit expoſitio publica à Vicario generali Fiſcanenſi 5. Julii 1631.

§ X.

Conventus de ſancto Valerico.

HUjus progreſſus mirandus eſt æquè ac ortus: unanimis conſenſus Eccleſiaſticorum & Laicorum, nobilium plebeiorumque Caletenſium illud Monaſterium, conſtruxit; & corroboravit; ut manifeſtum eſt diverſis reſcriptis 10. Novembris 1620. 19. Novembris 1620. &c. Denique Patres noſtri ejus poſſeſſionem adierunt anno 1623. Fundatoreſque adepti ſunt clariſſimos potentiſſimoſque Dominos primogenitos inclytæ Domus de Breauté, alterum ſucceſſive poſt alterum.

C

Obſtiterunt huic Fundationi multi contradicentes, quorum conatus irriti fuere, protegente nos invictiſſimo Galliarum Rege Ludovico XIV. ſuâ auctoritate, ſuoque regio diplomate dato Ambiani, menſe Julio 1647. in cujus protectionis gratiam & memoriam perpetuam celebramus quotannis in hoc Conventu Miſſam ſolennem, & Officium deffunctorum pro anima Regis Ludovici XIII. diebus ſancti Ludovici Galliæ Regis, & ſanctæ Annæ, recitantes in fine Pſalmum, *Exaudiat* pro Rege, Regina eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Quamvis autem Rex Ludovicus XIV. noſtrum hujuſmodi Monaſterium tanti habuerit; ut illud in ſuam fidem & tutelam reciperet, utque noſtrum ſe declararet Fundatorem, remanet tamen etiam ſemper Fundatoris titulus & jus Dominis primogenitis illuſtris familiæ *de Breauté* alteri ſucceſſivè poſt alterum, ſicut ſupra narravimus, necnon Domino Marchioni de Fontenay Mareuil, ejuſque filiæ Duciſſæ de Geſvres.

D

Tertius Ordo pro Sæcularibus inſtitutus in hoc terrarum angulo valdè dilatatur & celebratur, pluribus ex perſonis utriuſque ſexus hujus oræ ſpectatiſſimis enixè poſtulantibus huic aſſociari in eoque omnium virtutum ſuavem ordinem exhalantibus. Inter quas eminet Domina Franciſca *de Roncherolles*, urbis ſancti Valerici Gubernatoris uxor, eximiâ pietate prædita, quæ obiit 19. Martii 1644.

Patrona Titularis eſt Regina Angelorum & hominum, ſub nomine Dominæ noſtræ boni auxilii, cujus imago de ligno vulgò dicto *miraculoſo*, Dominæ noſtræ Bolonienſis, confecta, præcipuè colitur in Sacello beatæ Mariæ Virgini dicato. Hæc Imago fuit oblata à majori, conſularibuſque viris urbis Bolonienſis illuſtriſſimo Marchioni Daumont, dum eam

B

gubernaret. Venit tandem inter noſtras manus, eâ lege, ut exponeretur venerationi publicæ, in quodam ex noſtris Conventibus. R. P. Orontius Julobonenſis Miniſter noſter Provincialis hoc atteſtatur ſigno manuali, ſuique officii ſigillo 1. die Martii 1639 publici muneris adminiſtri omnes in urbe Bolonienſi idem confirmant. Duo thecæ pretioſæ Conventum adornant & nobilitant, in quibus continentur quatuor oſſa inſignia 1. ſancti Lucii, 2. ſancti Mariani, 3. ſancti Madii, 4. ſancti Antonii Martyris.

§ XI.

Conventus Sanlaudenſis.

CHARITATE refrigeſcente noviſſimis temporibus, multùm tamen exarſic anno 1630. 10. die Aprilis, & deinceps in Conventus Sanlaudenſis fundatione facta à Joanne du Bois Regio Actore in urbe Sanlaudenſi. Lapis fundamentalis poſitus fuit, locuſque futuri Monaſterii benedictus 10. Auguſti ejuſdem anni, cum magna ſolennitate, quæ in hac inſcriptione depingitur. *Deo, optimo, maximo, Virginique Deiparæ, in honorem Seraphici Patris Franciſci, atque in gratiam Fratrum Pœnitentium Tertii Ordinis ejuſdem primarium huius Templi lapidem poſuit illuſtriſſimus Dominus D. Carolus de Matignon, Comes de Torigny, utriuſque Ordinis Eques Torquatus, ab utriuſque Regis Conſiliis, centum Equitum Scutatiorum Dux, atque in Neuſtria à ſua Majeſtate præpoſitus Generalis, unà cum Sereniſſima Principe Elenoria d'Orleans conjuge, ac Illuſtriſſimis nominis, Domino Eleonoro de Matignon Conſtantienſi Antiſtite, & Domino Carolo de Matignon Comite de Torigny filijs anno Domini 1630. 10. Auguſti, Vrbano VIII. Pontifice Maximo, Ludovico XIII. Franciæ & Navarræ Rege Chriſtianiſſimo.*

Alter lapis jactus fuit, totius urbis nomine,

à Magiſtratu & quibuſdam Urbis primariis civibus. Mirum quot & quantas tunc effuderit citò largitiones D. Joannes du Bois Fundator ad perficiendum Conventum, quem annuis vectigalibus dotavit, ut familia Regularis in eo convenienter ſubſiſteret.

Rex Chriſtianiſſimus Ludovicus XIII., Materque ejus Maria Medicæa, auctoritate ſuâ, illis omnibus quæ peracta ſunt, in hac inſtitutione, novum robur addiderunt. Idem fecere Illuſtriſſimi Epiſcopi Conſtantienſes, eorumque Vicarii Generales, prçſertim Reverendiſſimus Dominus D. Claudius *Auvry*, qui Eccleſiam dedicavit, & conſecravit ſub invocatione Seraphici Patris noſtri Franciſci, deſignans penultimam diem, ante primam Dominicam Adventus pro celebratione annui Feſti Dedicationis.

Multi Nobiles & viri ſpectati hanc Domum ſuis donis luculentis honeſtarunt. Inter & ſupra omnes elucet digniſſimus Fundator Joannes du Bois, qui plenus dierum & virtutum diem ultimam clauſit 2. Junii 1639. ipſo die Aſcenſionis Chriſti in Cœlum; ſepultuſque eſt coram ſummo Altari, abſque ullâ pompa, ſicut præceperat, & cum hoc brevi Epitaphio. *Hic jacet præclarus ille Ioannes du Bois in hac urbe Sanlaudenſi Conſiliarius & Procurator Regius, hujus Conventus Fratrum Pœnitentium Tertii Ordinis ſancti Franciſci Fundator meritiſſimus, qui cùm ſobriè, justè, & piè vixiſſet in hoc ſæculo, expectans beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei, tandem pluſquam octogenarius, die 2. Iunii anno ſalutis humanæ 1639. ipſa die & hora, qua Chriſtus in cælos aſcendit, exceſſit è vita ſpiritumque ſuo reddidit auctori. Sit in pace locus ejus* Pſ. 75.

Non prçtermittendum, quod poſt tam magnificas & eximias liberalitates ab ipſo in Conventum Sanlandenſem effuſas nullum onus Religioſis impoſuiſſet, niſi illum admonuiſſent Fundationem irritam fore, ſine hac formula. Tenentur adhuc ad ejus poſtulationem in carcerem contruſos viſitare & conſolari; patientibus ſupplicium aſſiſtere, Miſſamque privatam, pro quolibet eorum, poſtridie mortis celebrare, Verbum Dei prædicare aliquando, ſemelque quâlibet hebdomadâ populo familiariter explicare Catechiſmum, Sacrum Conventuale ſingulis diebus pro ejus animâ facimus, cæteraque ſuffragia recitamus, ſponte & ſine obligatione.

Cum *una quæque arbor de fructu ſuo cognoſcatur*, Luc. c. 6. Ut ait Chriſtus apud Lucam, evidenter conſtat Terriarios Regulares magnam ſui nominis exiſtimationem fuiſſe conſecutos in Urbe Sanlaudenſi, ejuſdemque incolis plurimum profuiſſe; Ab anno 1630. quo hujuſce Conventus poſſeſſionem inierunt, mirabiliter crevit Religionis Romanæ cultus:

A Paulò poſt ante hanc inſtitutionem hçretici primarium Templum poſſidebant. Tunc inter decem & octo millia hominum ſolùm numerabantur centum viginti & ſex Catholici, qui ad epulum Euchariſticum accederent ſacri Paſchatis tempore.

Nunc verò pauci reſtant imbuti Sacrilegis Calvini erroribus; Ita ſolerter & eruditè Patres noſtri Chriſtianæ Fidei prçcepta tradunt, & explicant à 55. annis, ut exemplum doctrinæ adjungentes, poſt rudis & inculti ſoli culturam, fauſtam faciant ſementem, amplamque pariter meſſem. Extant nunc Sanlaudi ad ſummum mille Calviniſtæ, quorum converſionis ſolennitas celebratur ſemB per in noſtrâ Eccleſiâ, dum præſertim, qui primas tenent inter illos, hæreſim abjurant. Plerique eorum morientes exoptant & advocant Patres noſtros, qui ab initio Fundationis mentis aciem intenderunt, ut ad Catholicam Religionem aberrantes revocarent.

Quapropter res controverſas frequenter ſcripto & colloquio perſequnntur; unde hæretici illos æque formidant, ac honorant, donantque libenter ſuis largitionibus.

---

§. XII.

C

Conventus Nazarenus Pariſienſis.

DICERE ſufficeret ad commendationem iſtiuſmodi Conventus miſeratione divinâ, æternâque & ſpeciali providentiâ nactum fuiſſe Fundatorem ævo ſuo incomparabilem, illuſtriſſimum videlicet Galliæ Cancellarium Petrum Seguerium, fortem æque Eccleſiæ deffenſorem, ac fidelem Monarchiæ Gallicæ Miniſtrum. Incœpit Fundatio 22. Aprilis 1641. quæ fuit confirmata omnibus actis requiſitis, tam ex parte poteſtatum Eccleſiaſticarum ſpiritualium, quam ex parte ſçcularium & temporalium.

Summi Pontifices Urbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. necnon Joannes FranD ciſcus Gondæus Archiepiſcopus Pariſienſis; Reges Galliarum Ludovicus XIII. Ludovicus XIV. Quinetiam ipſamet Anna Auſtriaca Regina Adminiſtratrix, quaſi nubem congeſſerunt Actorum autenticorum, quibus comprobant & firmant hujuſmodi Fundationem, juxta mentem Fundatoris: indè liquet certò & manifeſtè non ſolum confirmatio, verùm & validitas juſtæ adſcriptionis hujus Conventus Nazareni Pariſienſis in numerum Conventuum Provinciæ ſancti Yvonis, cui aggregatus eſt 1640. ſolenniter in Capitulo Generali Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis ſancti Franciſci Strictæ Obſervantiæ: Acta verò ſupradicta illi aggregationi pluri-

mum roboris adjecerunt, ita ut ſit negotium immutabile & conſummatum, de quo dubitari non poteſt..

Mira eſt munificentia Fundatoris tam ad conſtruenda ædificia monaſtica, & locum ampliandum, quàm ad Eccleſiam ornandam, totamque Domum inſtruendam religioſâ ſupellectili. Pietas quoque ejus, erga Matrem Chriſti ſingulare meretur elogium. Decrevit ut quâlibet Dominicâ, ſolennibuſque feſtis ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, Imago ejus argentea feratur à celebrante, dum longo ordine procedunt Religioſi per Clauſtra.

Leguntur verba ſequentia in marmore affixo parietibus Capituli.

D. O. M.

Anno Domini 1645. *Pontificatus Sanctiſsimi Domini D. noſtri Innocentij Papæ X. primo: Regni autem Ludovici XIV. Francorum Regis Chriſtianiſsimi, tertiò; Augeſtiſsimâ Regina Anna Auſtriaca Regente, Illuſtriſsimus* D. D. *Seguier, Galliæ* Cancell*arius, tam Religionis, quam publicæ rei bono ac ornamento natus, & clariſsima* D. *Magdalena Fabri uxor, pietatis atque charitatis eximium ſpecimen*, Conventus *Divæ Mariæ de Nazareth intra muros* Pariſienſes, Fundatores *meritiſsimi fundamentalem ejuſdem* Conventus *lapidem poſuerunt, integrumque ædificium ad culmen uſque erexerunt, ac munificentiſsime ornaverunt, in gratiam Religioſorum* Pœnit*entium Tertii Ordinis ſancti* Franci*ſci*, Provinciæ *ſancti Yvonis in Gallia, aliàs, Neuſtriæ nuncupatæ: R.* P. *Orontio Iulioboneſi*, Provin*cialis*, R. P. *Irenai Augenſis Deffinitoris & Gardiani officio fungentibus*.

Sciant poſteri die 24. Martii 1684. novæ Eccleſiæ fundamenralem lapidem, quamlibet ſuum, jeciſſe ambas filias Illutriſſimi Cancellarii Petri Seguerii Ducis & Paris Franciæ; Dominas D. videlicet Duciſſam Vernolienſem, Carolam Segueriam, atque Mariam Segueriam, Marchioniſſam Lavallienſem, Fundatrices hujuſmodi Conventus, prout ſimul heredes è Libella dicti Cancellarii. Eodem tempore hiſce in fundamenris ingens effigies nummaria poſita eſt, Domini D. nempe Cancellarii, ejuſque uxoris ex una parte; hiſce cnm verbis: *Domus orba parentes reperit*: Ex altera verò videtur typus hierogliphicus ſcilicet, Angelus ſalutans Sanctam Virginem, afflante Spiritu Sancto ſub figura columbæ alas ſuas expandentis ad utriuſque caput cum ſequente Epigrapho: *Beata Maria Nazarena*. 1684.

Plures thecæ argenteæ exponuntur devotioni populorum, ex dono digniſſimi Fundatoris nobis facto die 25. Aprilis 1646. ubi ipſe quoſcunque certiores facit de veritate & ſanctitate Reliquiarum. Duæ ſunt partes veræ

A Chriſti Crucis, Tibia unius ex ſociis ſanctæ Urſulæ, Tibia ſancti Sinerii; Vertebra ſancti Cyſani Martyris, pars coſtæ ſuperioris ſancti Hilarii; Verrebra colli ſancti Ludovici Regis Francorum. Quædam alia ſunt Oſſa, quorum nomina non apparent.

Teſtificatio Vicariorum Generalium Pariſinorum, Sede vacante, 19. Januarii 1663. mentionem facit quorumdam Oſſium ſancti Hippolyti Martyris, aliorumque expreſſè nominatorum in Actis, quibus teſtantur has omnes Reliquias autenticas eſſe, & veneratione dignas publicâ. Reverendiſſimus D. n. Harduinus de Perefixe Archiepiſcopus Pariſinus anno 1664. 26. Septemb. declaravit nos verè etiam habere partem maxillæ inferioris B ſancti Leonini Martyris, diverſaſque partes aliorum Sanctorum, quæ ſint exhibendæ pietati publicæ.

Anno 1665, 20. die menſis Martii D. Guillelmus de la Bruneriere Vicarius Generalis D. D. Archiepiſcopi Pariſienſis teſtatus eſt autenticè. Femur ſancti Urſicini Martyris nobis datum ab illuſtriſſimâ Principe Franciſca de *Nargonne* nuce viduâ uſufructuaria ingoliſmenſi, eſſe indubiratum. Munus eſt pretioſum ab Eminentiſſimo Cardinale Chigio, dum ipſa eſſet Romæ, oblatum, cujus rei teſtes ſunt Literæ hujus Cardinalis datæ Romæ 23. Junii 1663.

C Veneramur inſuper partem Pollicis ſancti Petri Apoſtoli daram à ſummo Pontifice Sixto V. Eminentiſſimo Cardinali Pelleveo. Venit tandem inter manus Fundatoris noſtri digniſſimi, qui nobis eam impertivit 27. Junii 1660. cum reſcripto, ubi propriâ manu enarrat, quo modo hic theſaurus ipſimet conſignatus eſt.

Obtinuit Provincia noſtra anno 1644. à Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Trecorenſis partem oſſis quod vulgò à Latinis nuncupatur, *Humerus*, ſancti Yvonis Confeſſoris ejuſdem noſtræ Provinciæ Patroni. Allata fuit 4. Septembris cum magna ſolennitate in noſtrum Conventum Nazarenum Pariſi- D num; ibique depoſita à duobus ſpectatis Patribus, qui fuerant deputati ad Capitulum Trecorenſe.

In Eccleſia hujus Monaſterii plura ſunt virorum illuſtrium Monumenra, corda præſertim illuſtriſſimi Fundatoris, ejuſque ſpectatiſſimi Generi Marchionis Lavallii.

Sodalitati Beatæ Mariæ de Nazareth in eadem Eccleſia inſtitutæ nomen dedir ipſe Ludovicus Magnus, ſeu XIV., Rex Chriſtianiſſimus Galliæ & Navarræ; Auguſtiſſima quoque Mater ejus Anna Auſtriaca, Regni Moderatrix. Idem fecerunt Philippus Franciæ, Dux Aurelianenſis, unicus Regis Frater: Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Pariſienſis nominus Ioannes Franciſcus de Gondy; ſereniſſima

Princeps Dux Lotharingiæ, Illuſtriſſimus Galliæ Cancellarius Dominus Petrus Seguerius, ejus uxor Domina Magdalena Fabri, univerſaque ejus nobiliſſima familia, Illuſtriſſimus Epiſcopus Aurelianenſis, primus Regis Eleemoſynarius, Reverendiſſimus etiam Dominus *Brandon* Epiſcopus Petrocorius. Quid dicam de cæteris? plures taceo Duces, Marchiones, Comites utriuſque ſexus: plures, inquam, maximè illuſtres & inſignes, tum nobiliſſimâ proſapiâ & dignitate, tum eximiâ morum integritate. Undè manifeſtum eſt quantum pii & fervidi ſint erga ſacratiſſimam Mariam Virginem Gallici Magnates.

Memorandum eſt ab anno 1637. ad annum B 1672. quo obiit præclariſſimus Petrus Seguerius, Patres noſtros Irenæum Augenſem, & Paulinum Aumalenſem, illi à Confeſſionibus & ſanctioribus fuiſſe conſiliis, magnâ & laudabili famâ eruditionis, pietatis, & prudentiæ apud omnes. Patris Irenæi elogium recenſeo infra inter noſtros inſignes defunctos, cum è vivis exceſſerit 1659. Ad Patris verò Paulini præconium dicam brevi, ipſum vehementioribus in dies propagandæ Religionis, & promovendæ noſtræ Provinciæ ſtimulis incenſum, plura generosè & feliciter geſſiſſe, ſervatis ſemper diſciplinæ Monaſticæ legibus.

§. XIII.

Conventus Aumalenſis.

ANno 1642. 13. Julij Magiſter Ludovicus Calonus Doctor Theologus Facultatis Pariſienſis, olim Paſtor Aumalenſis, veruſque Prædicator Apoſtolicus, impetravit conſenſum civium Aumalenſium: deinde eodem anno 5. Augusti permiſſionem Principis Nemoroſij Ducis Aumalenſis: denique 7. ejuſdem menſis Illuſtriſſimi Franciſci Harlayi Archiepiſcopi Rotbomagenſis, qui in ſuis literis hæc verba ipſemet propriâ manu inſeruit: *eâ lege, ut in Catechiſandis rudibus ac pauperibus in lege Dei ac patientiâ Chriſti erudiendis, conſolandiſque afflictis ex profeſſo verſentur, ac de ea cura ad nos quam ſæpiſſimè referre teneantur.*

Tandem 2. die Septembris anno 1642. muniti regio diplomate, à ſuprema Neuſtriæ Curia in commentarios ſtatim relato, poſſeſſionem adivimus die 13. Octobris anno eodem. Manſimus tantum in prima noſtra habitatione per novem menſes, indeque tranſlati ſumus in alium commodiorem locum 22. Julij 1643.

Illuſtriſſimus Princeps Dominus D. Nemoroſius Dux Aumalenſis nobis largitus eſt A nonam lignariam ampliſſimam, & demolitiones veteris caſtri, pro novis noſtris ædificiis regularibus. Sereniſſima Princeps Elizabeth Vindocinenſis ejuſdem Principis uxor vidua, quæ ſemper nobis favit, lapidem fundamentalem Eccleſiæ poſuit 9. die Novembris anno 1658. præſentibus Sereniſſimis Principibus ejus filiabus, quarum una nunc eſt Dux Sabaudienſis, altera Regina Portugalliæ.

Inter cæteros benefactores primas tenet piiſſimus doctiſſimuſque noſter fundator, ejus corpus quieſcit in Conventu noſtro Vernonenſi, dum ejus charitas viva eſt & florida in Conventu Aumalenſi, per beneficia, quæ ei dum viveret, contulit, præſertim per ſuæ Bibliothecæ integram donationem.

§ XIV.

Conventus Mulanchonenſis.

SAnctiſſimum nomen Jesu ejus titulus eſt, ſub cujus feliciſſimis auſpiciis anno 1644. die 22. Julij Conventus hic fuit inſtitutus, ſervatis omnibus quibuſcumque neceſſariis ad inſtaurationem & corroborationem domus Monaſticæ.

Devinxerunt ſibi nos præcipuè ſuis favoribus & donis Auguſtiſſima Regina Anna Au- C ſtriaca, quæ nos auctoritate ſuâ protexit contra opponentes. Deinde veneranda Mater Carola Superior Monaſterij vicini, Ordinis vulgò nuncupati de decem Virtutibus beatæ Virginis Mariæ. Sciat poſteritas Dominam hanc Religioſam ortum dediſſe ejuſmodi Conventui ſecretis conſiliis & auxiliis, poſteà etiam & ſemper apertis & manifeſtis.

Tandem illuſtriſſima Domina D. *de Puiſieux* Carola *d'Eſtampes* Eminentiſſimi Cardinalis *de Valençay*, præclariſſimique Archiepiſcopi Rhemenſis Leonorij *d'Eſtampes* ſoror, & Domini Marchionis *de Sillery*, mater, fundatrix noſtra facta eſt, acclamante & congratulante univerſâ noſtrâ Provinciâ, ob antiqua, novâ, & continua, uſque ad mortem D ejus in nos beneficia.

Ibidem à pluribus annis Archiepiſcopus Rothomagenſis, ſex Epiſcoporum ſibi ſubjectorum, Abrincenſis videlicet, Sagienſis, Conſtantienſis, Baiocenſis, Ebroicenſis, Lexovienſis, Conventum celebrat, auguſto ritu & magno ſplendore, tùm convocantis, tùm convocatorum, tùm denique rerum ad Eccleſiam nationalem pertinentium, de quibus deliberant.

§. XV.

Conventus Locoverienſis intra muros.

INcœpit die 16. Aprilis anno 1646. ſub titulo Dominæ noſtræ de Conſolatinne, in diœceſi Ebroicenſi: Domina Margarita *du Boſc* uxor vidua domini Joannis *de Beaulieu*, Baronis *du Bec Thomas* hujus Conventus fundatrix declarata eſt & recepta per contractum die 11. Aprilis eodem anno, omnibus quibuſcumque formulis ad id ſervatis.

Concurrerunt libentiſsimè ad promovendam, perficiendamque hanc inſtitutionem plures ex Nobilioribus hujuſce regionis, ſcilicet dominus Abbas Crucis à ſancto Leufredo; dominus Jacobus *le Doux de Melleville*, Decanus Eccleſiæ Cathedralis Ebroicenſis, Vicariuſque generalis; aliique inſignes viri, tum Clerici, tum Laïci.

Tibia integra ſancti Sebaſtiani Martyris præſtantiſsimum eſt ornamentum, tutiſsimumque præſidium iſtius Monaſterij. Dono datum fuit à Religioſis ſanctæ Barbaræ extra muros aliis Religioſis ejuſdem Ordinis degentibus intra muros Locoverienſes. Peſtis per annos multos infeſtabat & populabatur urbem Locoverienſem, quæ confugit ad S. Sebaſtianum, cujus intercesſione flagellum deſiit. Tranſlatio tam pretioſi theſauri ſacta eſt 26. Auguſti anno 1648. aſsiſtente magno populi concurſu. Sunt aliæ Reliquiæ quibus cultus exhibetur publicus, poſtquam Vicarij generales Ebroicenſes eas approbarunt 7. Julij 1662.

§. XVI.

Conventus Pontiſarcarum.

ANno 1648. 1. die Februarij ortum habuit hoc Monaſterium, cujus fundator eſt Magiſter Richardus *Cyrot* Paſtor *de Criquebeuf*. Magna meditabatur ad perfectionem ſuæ fundationis, dum mors eum abripuit 2. Octobris anno 1652. Cor ejus conditum eſt in ſacello novæ domus, in quam tranſlati ſumus die 22. Februarij 1650.

Plurimùm debemus clariſsimo Domino D. Guillelmo *de Bordeaux*, regij, publicique ærarij præfecto, inſigni noſtro benefactori, qui obtinuit conſenſum Illuſtriſsimi Ebroicenſis Epiſcopi die 10. Februarij 1650. Quamvis jus fundationis devolutum ſit inter manus domini *Cyrot*, regiarum cauſarum Actoris in urbe Pontiſarcarum, non obſtar quin etiam habeamus Regem Chriſtianiſsimum pro fundatore, qui liberaliter omnia conceſ-

A ſit, quæ expetivimus ad inſtitutionem & ſtabilimentum hujus Monaſterii.

Jus fundationis pertinet ad Regem Chriſtaniſsimum alio titulo celebriori. Initio enim poſsidebamns Xenodochium Pontiſarcarum, quod fundavit ſanctus Ludovicus Galliæ Rex, ut probatur vatiis reſcriptis autenticis.

§. XVII.

Conventus Curvavienſis.

ANno 1630. Olivarius Mareſcallus & Xanta Jordana ejus uxor, cives Pariſienſes, fundaverunr hunc Conventum in op-
B pido Modiacenſi, intra limites diœceſis Bellovacenſis: ob idque dederunt locum amplum cum reditibus annuis competentibus ad ſuſtenrandos decem Religioſos.

Illuſtriſsimo Epiſcopo Bellovacenſi denegante permiſsionem, hæc fundatio fuit tranſlata in pagum Curvavienſem propè Pariſios, cum conſenſu Vicariorum generalium Eminentiſsimi Cardinalis Retſii Pariſienſis Archiepiſcopi, qui tùm aberar à ſua diœceſi.

D. *Forne* Adminiſtrator Noſodochii Pariſienſis, vir ſummæ pietatis & prudentiæ, novam fundationem addidit, nos collocando in fundo, quem emerat eâ intentione, & prævüs quibuſcumque reſcriptis neceſſariis in
C poſſeſsionem nos induxit anno 1658. 1. menſis Martii.

Titulus particularis hujus Conventus eſt Spiritus Sanctus, ſanctiſsimæ Trinitatis tertia Perſona, qui etiam Patronus eſt generalis noſtri Ordinis de Pœnitentiâ, cujus eſt auctor, nuncupati. Sacellum dicatum beatiſſimæ Virgini Mariæ, donum eſt ipſius fundatoris Domini *Forne*. Unum adhuc eſt ſacellum ſub invocatione ſancti Joſephi, alterum ſub nomine ſanctæ Annæ, quæ adjuncta Eccleſiæ, illam reddunt perpulchram, attentoſque faciunt animos fidelium.

Secundâ in omnibus utitur fortunâ Conventus Curvavienſis; cuncta illi eveniunt ex
D ſententia, ab eo potiſſimùm tempore, quo ſancti Domitii corpus adeprus eſt ſummi Pontificis liberalitate & munificentiâ: ſupplicantibus Gardiano Religioſis, Lipſanotheca fuit ſolenniter aperta ab illuſtriſſimo Archiepiſcopo Pariſienſi, coram D. Epiſcopo Aurelianenſi, multiſque præclaris Abbatibus. Venerandum tunc diſſecatur Corpus à duobus chirurgis Anatomicæ artis valdè peritis, & reperitur omninò integrum, atque omnibus abſolutum partibus, uno duntaxat dente, & digitis quibuſdam exceptis. Incluſa erat ibi tabula velut marmorea, unum in quadrum pedem colligens, ubi legebatur nomen Sancti vetuſtis ſcriptum litteris, cum palma ſuperiùs inſculpta

inſculpta : videbatur quoque ampulla vitrea materiæ incognitæ, plena beati Martyris ſanguine : Reverendiſſimi in Chriſto Archiepiſcopi comprobatione impetratâ, fit tranſlatio in Monaſterium Curvavienſe anno 1667. menſe Octobri, feſto apparatu, extraordinariâque pompâ, confluentibus undique populis, qui celebritati adfuerunt.

§. XVIII.

Conventus Portuenſis.

HUic inſtitutioni maximè contulerunt Fratres & Sorores Tertii Ordinis ſancti Franciſci pro Sæcularibus inſtituti, quorum primi habitum receperunt à Superioribus noſtri Conventus Rothomagenſis, profeſſionemque emiſerunt inter eorum manus. Ante fundationem ejuſmodi Conventus viſitabantur quotannis ab uno ex noſtris Patribus, ex commiſſione Reverendi Patris Provincialis, qui ſæpe ipſemet Viſitator fuit. Interim deputabatur in urbe Portuenſi Sacerdos quidam profeſſus ejuſdem Ordinis, de cujus pietate & prudentia conſtabat, quique, in abſentia Patrum noſtrorum Sæculares dirigebat Tertiarios.

Primus Director fuit Magiſter Franciſcus *le Noir*, de quo fama eſt univerſa, poſt ſanctiſſimam vitam, ſanctiſſimè fuiſſe mortuum. Secundus D. Guido Martellus, cujus memoria in benedictione eſt. Tertius Reverendus Pater Auguſtinus Superior Monaſterii vicini. Quartus D. Rollandus *Leret* Doctor Sorbonicus. Quintus D. Antonius *Godes* Doctor quoque Sorbonicus. Sextus D. *Gemar*. Septimus Dominus Michaël *Bourdon* Doctor Sorbonicus. Hi omnes doctrinâ & virtute pollentes mira operabantur in mentibus Tertiariorum exemplo & conſiliis.

Hi ſunt lapides fundamentales Conventus Portuenſis, præparati & poſiti per ſpatium annorum ferè ſexaginta. Tandem diverſis diplomatibus ſpiritualibus & temporalibus: Eccleſiaſticis & Regiis rite impetratis, hiſque omnibus in acta diligenter relatis, hoc Monaſterium ortum habuit 25. Auguſti 1661. cum magna ſolennitate, ſub titulo ſancti Joſephi, de mandato expreſſo Reginæ Annæ Auſtriacæ, ut meritis & interceſſione ſponſi beatiſſimæ Virginis, Maria Thereſia Auſtriaca Ludovici XIV. Regis Chriſtianiſſimi conjux felicem fœtum ederet.

Plura in hoc Conventu monimenta ſunt, pia æquè ac pretioſa, præſertim Oſſa & Sanguis ſanctæ Dorotheæ Martyris, quorum magnifica theca non ſolùm munita eſt ſigno manuali, ſigilloque Illuſtriſſimi Domini D. *Caraffe* Patarenſis Archiepiſcopi, vices gerentis ſanctiſſimi Papæ Alexandri VII., verùm etiam Magiſtri Antonii *Godes*, Reverendiſſimi Domini D. Franciſci Harlæi Rothomagenſis Archiepiſcopi Vicarii generalis, examine & approbatione, qui poſt exſcripta rei geſtæ acta, permiſit expoſitionem publicam in Eccleſia noſtra Portuenſi.

Tranſlationis ſolennitas celebratur die 22. Octobris: differtur verò feſtum uſque ad 24 ejus menſis, eo quod dies 23. impeditur feſto ſancti Romani Rothomagenſis Archiepiſcopi. Tot & tantas benedictiones effundit divina bonitas ad invocationem beatæ Martyris Dorotheæ, ut longi ſermonis eſſent argumentum, ſi quis vellet eas enarrare: Mirabilis enim Deus in ſanctis ſuis.

§. XIX.

Conventus Pariſinus Sanctimonialium S. Elizabethæ

EArum reformatio orta eſt à veneranda Matre Franciſca Veſuntina, quæ conſilio Reverendi P. Bartholomæi à *Soluthio* doctrinâ & ſanctitate inter Franciſcanos illuſtri, convocavit plures alias anno 1604. degens in oppidò Vercellenſi propè Alſatiam, ut ſimul profiterentur Tertiam Regulam ſancti Franciſci, & vota ſolennia. Commiſſarius generalis Minorum Conventualium recepit earum profeſſionem die Aſcenſionis Jeſu Chriſti, tranſacto probationis anno. Albertus, & Clara, Iſabella, Eugenia, Flandriæ Archiduces, & Comites Burgundiæ, pariterque Reverendiſſimus Dominus Ferdinandus Longuyus Archiepiſcopus Veſuntinus, tam egregio operi libentiſſimè conſenſerunt; ſtatimque ſecuta eſt approbatio ſanctæ Sedis Romanæ. Denique in Salinenſi urbe, intra fines Comitatus Burgundiæ, Monaſterium permanens conſtruxerunt anno 1608.

Famâ jam volante reformationis Tertii Ordinis Congregationis Gallicanæ, rogavit enixè Mater Franciſca unà cum aliis Superiores Gallicanos in Capitulo Pariſiis extra muros celebrato anno 1614. ut aggregarentur dictæ Congregationi, moxque multis jam Conventibus erectis, tandem Soror Clara Franciſca Veſuntina Matris Franciſcæ filia ſecundùm carnem, Pariſios profecta eſt, novum ibi Monaſterium conſtructura beneficentiâ Dominæ *de la Grange* Fundatricis.

Sicut in Burgundia ſex primæ ſumpſerunt Religioſum habitum, ita in Galliâ, ſcilicet, Pariſiis duodecim primæ amplexæ ſunt Tertium Ordinem anno 1616. ſequentique 1617. die 30. Maij vota ſolennia pronunciarunt, præſentibus Mariâ Medicæâ Henrici IV

Regis uxore, & Annâ Auſtriacâ Ludovici XIII. etiam Galliarum Regis, conjuge: Eadem denique Maria Medicæa lapidem fundamenralem jecit ædificiorum anno 1628. in loco ubi erectum eſt magnum Eccleſiæ Altare; cum hac Inſcriptione.

D. O. M.

VIRGINI DEIPARÆ.

Quæ miro ſplendore per totum Orbem

Illuſtrat Eccleſias,

MARIA MEDICÆA,

Templi hujus Lapidem primarium poſuit,

Vt quam in Terris, Regni, Regiæ Prolis, vitæ, & nominis Ducem ac Miniſtram,

Eamdem in Cœlis habeat æternæ ſalutis Adjutricem.

Dat Templum Chriſto, Chriſtus dat Templa Parenti.	*Sceptra gerit, dum ſceptra terit, Regina dat aras,*
MARIA *Auguſta Galliæ & Navarræ Regina.*	*Creſcunt, dum florent.*

Anno 1628.

Antiqua & prima hujus Monaſterii Eccleſia dedicata fuit ab Eminenriſſimo Cardinale Retſio Henrico Gondæo Pariſienſi Epiſcopo anno 1617. die 24. Maii, ſub titulis B. Mariæ de Nazareth, & ſanctæ Elizaberhæ de Hungariâ. Nova autem Eccleſia Sanctimonialium conſecrata eſt ab Eminenriſſimo Cardinale Joanne Franciſco Paulo Gondæo, Archiepiſcopo Corintbio, & Coadjutore Pariſino 14. Julii 1646. Statuerunt ambo, ut ſolennitas Dedicationis celebrerur proximâ die Dominicâ poſt Octavam feſti ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli.

Summi Pontifices, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Reges, Reginæ, Magnateſque Gallici, hanc domum, ejuſque Religioſas magni fecerunt, & ſuâ auctoritate protexerunt. Præcipua tamen earum propugnacula ſunt Reliquiæ Sanctorum, quas exponunt publicè in feſtis ſolennioribus, ut autenticas omninò, & ut tales declaratas ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Pariſienſi. Magnificentiſſima Theca argentea condir corpus inregrum ſanctæ Euſiniæ Martyris, illis donatum à Domino Marchione *de Fontenay Mareüil*, de legatione ad ſummum Pontificem redeunre. Feſtum ejus celebratur in hocce Monaſterio ſecundâ Dominicâ poſt Paſcha; Tranſlatio verò die 20. Aprilis.

Corpus ſancti Lucii Martyris receperunt Moniales ſanctæ Elizabethæ ab Illuſtriſſima Principe Franciſca Nargonæa Duce Ingoliſmenſi, poſt reditum ejus ex Iralia, ubi Eminentiſſimus Cardinalis Chigius tam pretioſum theſaurum ei obtulerat exquiſitiſſimâ Thecâ incluſum: cujus Tranſlationis fit officium 22. Junii. Servantur & aliæ Reliquiæ in eodem Convenru, videlicet quinque magna Oſſa ſancti Mauritii, & ſociorum ejus; media Coſta ſancti Benedicti Monachorum Occidenralium Patriarchæ; Tibia ſancti Danielis Martyris, medium Brachium ſancti Amati; Tibia ſancti Theodoſii Martyris; Os gutturis ſancti Cyſani Martyris; pluraque alia Oſſa non ita ampla; quæ omnia poſt examen & approbationem Reverendiſſimi Domini Archiepiſcopi Pariſienſis fidelibus exhibentur: diebus ipſis, quibus eorum memoria renovarur in officio divino.

Non mediocri ſunr ornamenro Sepulchra Virorum pietate, ſcientiâ rei gerendæ, ac dicendi facultare præſtantium, qui rum in regio Conſilio, tum in ſupremo Senatu Pariſienſi claruerunt. Legitur coram ſummo Altari, in Epitaphio marmoreo, quod jaceat ibi fundator, ſcilicet D. Joannes Jacobus *de Got de Baſterne* Marchio *d'Anton*, Joannis Ludovici Valetenſis, Regis Galliæ Henrici III. celeberrimi quondam miniſtri ſororis filius.

§. XX.

Conventus derelicti à Patribus Tertiariis, aut quorum poſſeſſionem alii adierunt in hacce Provincia S. Yvonis.

TEſtatur Sammartbanus libro, cujus titulus eſt, *Gallia Chriſtiana*, in Catalogo Epiſcoporum Baiocenſium, tit. *Epiſcopi Baiocenſes.* antiquum Conventum Pariſienſem, vulgò nominatum *des Billettes*, pertinuiſſe ad Religioſos Tertii Ordinis ſancti Franciſci, antequam illi Billetenſes, qui erant verè Tertiarii Franciſcani, amplecterentur Regulam ſancti Auguſtini. Ibidem legimus Petrum *de Levi* trigeſimum octavum Epiſcopum Baiocenſem anno 1324. Fratres Ordinis Charitatis beatæ Mariæ, ſeu Tertii Ordinis ſancti Franciſci, in ſuburbiis Baiocenſibus collocaſſe. Idem aſſeverandum eſt de Monaſterio Ariſtorenſi, quod nunc poſſidenr & occupant Patres Capucini; ex quo tempore dicti Billerenſes ab eo depulſi ſunr, dum eorum Congregatio à priſtino fervore & ſplendore penirus decidit.

Andræas Quercetanus in Hiſtoria Druodorenſi, affirmat Religioſos Tertii Ordinis S.

Franciſci poſſediſſe olim Prioratum Dominæ A noſtræ de ſilva, propè Ariſtorum, ut patet ex donatione Regis Francorum Philippi Valeſii: donatione, inquam, unius plauſtri lignis onuſti, quâlibet hebdomadâ, factâ Piſſiaci, menſe Martio, anno 1345. Religioſis Prioratus Dominæ noſtræ *d'Aurichier*, in territorio *d'Aurichier*, Parœciæ Gonfrevillenſis, qui Prioratus fundatus fuit per Fratrem Petrum *Marcantium* Tertii Ordinis ſancti Franciſci.

Communis traditio nobis attribuit Eremitorium Cadohecenſe, ubi ſacellum dicatum eſt Seraphico Patri noſtro Franciſco, cujus Statua ſuper altare in noſtro habitu viſitur.

Non ſolùm vulgi rumore, ſed rei veritate B ex pluribus ſcriptis certi ſumus quod noſter ſit à longo tempore Conventus *de Merayo*, ſitus in diœceſi Ebroïcenſi, & in vaſta terrificaque ſilva, quæ ob diſtantiam urbium, oppidorumque, cauſa fuit ruinæ tempore bellorum civilium. Nihil igitur in eo remanſit, niſi Eccleſia ſatis ampla; cujus antiquitas innoteſcit vetuſtate ædificij & ſpecularium. Patronus titularis eſt ſanctus Joannes Baptiſta.

§. XXI.

Conventus Sanctimonialium Tertiariarum, quæ non ſunt ſubditæ Miniſtro Provinciæ S. Yvonis. C

IN Diœceſi Lexovienſi, & in urbe Bernayenſi, extat Monaſterium, cujus fundator fuit ſanctus Ludovicus Rex Francorum. Mens hujus religioſi Principis erat ibi noſocomium, ſive hoſpitium pro infirmis, inſtituere; quod tandem incuriâ Adminiſtratorum dirutum eſt: tamen reparatum fuit liberalitate Regis Ludovici XI. collocatumque inter manus Religioſarum Tertij Ordinis ſancti Franciſci.

Propè Giſortium in diœceſi Rotbomagenſi, alia eſt domus Sanctimonialium Tertiariarum, ſub titulo ſanctæ Margaretæ, cujus poſſeſ- D ſionem adierunt Patres Recollecti, nihilobſtante oppoſitione à nobis factâ 19. Júnij ann. 1607.

In urbe Novicaſtrenſi, eâdemque diœceſi, aliud Monaſterium ſub directione Patrum Obſervantium Provinciæ Franciæ Pariſinæ, ſub invocatione S. Gabrielis.

Aliud in eadem diœceſi, & in urbe *de Gournay*, ſub auſpiciis S. Salvatoris.

In regione Turonum, aliud intra fines Epiſcopatus Cænomanenſis, & in urbe Lavallenſi, ſub nomine ſanctæ Claræ de Patientiâ.

Aliud Sabolij, intra limites diœceſis Cænomanenſis.

Aliud in diœceſi Andegavenſi, Caſtrogonterij.

Aliud Nannecti, urbis Epiſcopalis, recenter nempè anno 1632. inſtitutum in eodem loco, ubi prius habitabant Patres Capucini.

Aliud in oppido vulgò dicto *Savenay*, diœceſis Nannetenſis.

Aliud in urbe ſancti Forentii ejuſdem Diœceſis.

Aliud denique ad Andegavenſem Urbem Epiſcopalem, in loco quem nominant communiter, *la Bamete*.

Juxta relationem Auctoris Franciſci à ſancta Clara minoritæ Angli typis mandatam Duaci 1658. Neoporti extat Religioſarum Conventus Tertiariarum. *Nuper*, inquit ille, *Illuſtriſſima Domina Maria Englefort uxor Baronis de Tenhan*, *nomine Roper*; *moribunda cum magnis inſtantiis à marito extorſit cor ſuum transferri Neoportum ad Monaſterium Anglicum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, ut ibi precibus Religioſarum anima ſua juvaretur.*

§. XXII.

Viri Illuſtres pietate, doctrinâ, ſcriptis, cæteriſque munijs.

AD integritatis ac virtutis laudem, excellentis doctrinæ, dicendique facultatis privatim & publicè decus, ſummâ omnium admiratione aſſecutus eſt P. Arſenius Coriſopitenſis. Cum dignitates Monaſticas, quibus poterat rationibus, incaſſùm vitaſſet, tantas in his res geſſit, ut meritò viri peræque docti, prudentis, & ſancti elogium illi tributum fuerit. Nobilis ejus proſapia, cæteræque dotes eximiæ generoſum pariter & humilem illum fecerunt: paupertatis Evangelicæ ardens erat amator, eminentioriſque pietatis ſectator accuratus & fidelis. Sanctimoniam ejus ab incunabulis ſpectatam reddidit Deus, tandemque mirando fine conſummavit, dum Arſenius annum trigeſimum tertium agens è vivis exceſſit, ut Chriſtus, ad cujus imitationem, animam ſuam poſuit, fratribus aliiſque peſtilentiâ correptis adminiſtrans Sacramenta. Supremum ille caſum non ſolum conſtanti, ſed, ut ſanctiſſimum virum decebat, tranquillo, fervido, demumque parato à teneris annis omninò ſuſcepit 1628. Septembris 9.

Pietatis & doctrinæ famam latè ſparſit P. Ambroſius Lexovienſis: Theologiam magnâ cum admiratione profeſſus non ſolum apud nos celebris fuit, verumetiam apud exteros, qui illum ſunt venerati; ut virum egregiè mo-

ratum, & tractandis magnis negotiis impri- A mis idoneum. Prudentiâ, fortitudine, & laboribus pro diſciplina Regulari tolerandis præſtitit, necnon ſingulari ſolertiâ, quâ res omnes totius Ordinis noſtri feliciter perſecutus eſt in Curia Romana. Diem clauſit ultimum Romæ 23. Novembris 1630.

Conventus Andeliacenſis ſervat oſſa. P. Ephræmi ex ea civitate oriundi, qui Provinciam noſtram, imò quoque univerſam Congregationem admirabili ſanctitate decoravit. Miniſtri Provincialis, Deffinitoris, præcipuorum Conventuum Gardiani muneribus, ita ex æquo & bono functus eſt, ut unanimi conſenſu, vir, ob excellentiorem quolibet præconio ſapientiam, ſæculis omnibus admirandus B extiterit. Abnegatio Evangelica unicus ejus erat ſcopus; undè profunda humiliras oriebatur, quæ juncta charitati eminentiſſimæ, illum tandem ad perfectionis culmen erexit. Mortuus eſt Andeliaci 26. Maii 1633.

P. Chryſoſtomus Sanlaudenſis ſumma doctrinâ, parique morum prædirus integritate vixit. Ejus monitis & conſilio uſi ſunt Regni optimates, quorum Confeſſionem excipiebat: eum impensè venerabantur, ut qui omnes Chriſtianæ pariter & Religioſæ virtutis numeros impleverit: ad tractandas res magni momenti ſæpè deputatus, clam Aulâ, poſteà, & citò dilapſus, ſolitudinem velociter petiit, ubi contemptis opibus, honoribus & deliciis totum ſe dicavit Chriſto. Illum ab humili- C tate, vigiliâ, jejuniis, ſublimi contemplatione charitate, animarumque regimine, multum Annales noſtri prædicant, ubi legitur ſequens Epitaphium. *Hic jacet in ſilentio, qui dum vixit, in omni virtutum genere emicuit, cujus poſthuma nunc Monumenta, ſed tunc vita melius pietatem & ſanctimoniam loquebatur. Modeſtus, penè dicam, extra modum; pueris purior; præter naturæ vim ſobrius, rigidam vitæ auſteritatem, religioſâ mentis demiſſione, ac lenitate, & ſimplici, ſinceràque charitate condiverat: paupertatem atque pauperes intimo quodam animi ſenſu, diligebat, ſine delectu; animas tamen præcipue, quas lucri faceret Chriſto. Bis Miniſter Provincialis, D & multoties Deffinitor Generalis muneribus illis integerrime defunctus eſt, in quibus & vitâ functus. Nomen quæris; non dicam: ſatis ille ſuis indigetatur virtutibus, vir inter indigetes aſcribendus, Reverendus P. Ioannes Chryſoſtomus à ſancto Laudo obiit anno reparatæ ſalutis 1646. 7 kal. Aprilis ætatis ſuæ 52.* Plura extant ejus ſcripta piiſſima, quæ ipſo mortuo, edita ſunt Dei providentiâ ad poſteritatis inſtructionem & ſolarium.

Inter Scriptores noſtræ Congregationis locum tenet P. Apollinaris Vallonienſis, qui vitam ſanctæ Elizabethæ Regis Pannoniæ, Andreæ, hujus nominis II. filiæ, annotationes in tertiam Regulam Seraphici Patris noſtri Franciſci, pro ſæcularibus valdè utiles typis conſignavit: doctrinâ & ſanctitate morum antecellens, Monaſticum vitæ genus exornavit. Multum laboravit in perquirendis Commentariis ad noſtrorum Annalium confectionem & elucubrationem, quos non potuit abſolvere, morte interveniente 1646. die 7. Septembris in Conventu Nazareno Pariſienſi.

P. Hieronymus Lexovienſis eruditi ingenii & ſermonis primas tenuit: quâ inſigni ſanctitate, quâ doctrinâ, noſtræ Provinciæ non tantum, ſed & univerſæ noſtræ Congregationi ſplendorem attulit, nec minus ſagaci & amico aliorum regimine præſtitit. Cum Theologicæ Scholæ, tanquam Lector meritus, per longum tempus, præfuiſſet, munera Gardiani, Deffinitoris, & Provincialis multories, ſummo omnium applauſu, eſt adeptus, & feliciter, ſanctèque geſſit. Quod tamen mirum, nil unquam egit aut protulit, quod ſui ipſius æſtimationem aut commendationem leviuſculè redoleret; imo totus erat in animi demiſſione, & in abjectis exerciriis, quantum illi fas erat: E vivis exceſſit in Conventu Rothomagenſi 16. Octob. 1647.

Magnâ præ cæteris commendatione virtutis & ſapientiæ floruit P. Orontius Juliobonenſis: munus Provincialis obiit quinquies, necnon multoties officia Deffinitoris & Gardiani, cum periti, prudentis, fortis, cordatique omninò Superioris præconio. Strenuus enim ac diſciplinæ regularis aſperrimè callens erat, & omni florens laude. Clarum poſt hæc per omnes familias monaſticas nomen ejus perſonnit, non tam longæ auctoritatis magis famâ, quam reverentiæ erga Prælatos, æquitatis ac fidei in ſocios, benignitatis & patientiæ in inferiores, quorum omnium ſecuritatem privatis ſuis commodis antiquiorem duxerit. Admirationi quoque fuit excellens ejus animi vis, & quibuſlibet magnis gerendis negotiis par ingenii ſolertis induſtria. Plura ſcripſit & publica fecit pro deffenſione ſui Ordinis, æquè ac ſuæ Provinciæ, acerrimè ſtans contra partes adverſas, & conſtanter ſe objiciens protervo cuicunque & rebelli. Mortuus eſt in Conventu Nazareno Pariſienſi 27. Aprilis 1657. annum agens 61.

P. Irenæus Augenſis per ſpatium viginti quinque annorum Confeſſarius ſummâ cum laude & benedictione fuit illuſtriſſimi Domini D. Petri Seguerii Galliæ Cancellarii. Virtute, ſcientiâ, ac dicendi facultate præexcellens, plurimùm noſtræ Provinciæ ornamenti contulit. Plures tomos valdè amplos bono publico conſecravit ſub titulo operum moralium & ſpiritualium. Egregiè & laudabiliter ſe geſſit per annos multos in muniis Provincialis, Deffinitoris, Gardiani,

palmam itidem ferens pietatis literia excultæ. Denique vitam finivit 24. Aprilis anno 1619. benemeritus de noſtrâ Provinciâ, ad cujus inſtitutionem, progreſſum & confirmationem diligenter animum applicuit.

P. Hyacinthus Novicaſtrenſis inter Scriptores ſui ævi meretur locum: pſalmodia interior, & liturgia interior ſunt nomina operum ejus, in quibus patent evidenter doctrina & pietas. Genius ejus acer eſt & vehemens. Habet enim quo ingenium non ſolum acuatur, verumetiam ali poſſit, & medullitùs inflammari. Celebratur inter primarios noſtros Superiores, poſt ternos Provincialatus, plures Deffinitoratus, aliaſque Dignitates Religionis fortiter & rectè geſtas ad Dei gloriam, & diſciplinæ regularis augmentum: res ſuæ Provinciæ adminiſtravit longiùs in Curia Romana, ubi Religioſi ac pii viri, & inſuper publicæ adminiſtrationis ſcientiſſimi famam ſibi conciliavit. Fato denique functus eſt in Conventu Nazareno Pariſino 30. Aprilis 1675.

Licitum eſt ac juſtum nominare in faſtis generalibus Scriptores etiam viventes ad exemplum ſancti Hieronymi, qui propriæ mentis fœtus divulgavit in ſua hiſtoria de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Extant igitur anni ſancti praxes P. Martialis Cœnomanenſis, qui licet bis Provincialis officium obierit, aliaque continuò regularia munera, in lucem tamen edidit praxes iſtas, varioſque alios tractatus, ubi virtutes excellenti conjunctæ ſcientiæ elucent; unde lectores planè illuminantur, & flammas veræ devotionis concipiunt.

P. Archangelus Rothomagenſis celebre apud poſteros ſuum nomen reddidit diverſis operibus piis & amplis, quorum unum vocatur verborum ſancti Evangelii flos expreſſus, complectens Meditationes in cunctos dies Adventus & Quadrageſimæ, Auguſtiſſimi Sacramenti Octavæ, in Dominicas, & ſingula Feſta totius anni: Alterum nominatur Mors Electorum; Vocatur tertium Mens Divina, ſeu Tractatus de vita interiori; quarti denique titulus eſt, Triduum deſerti myſtici, ſive terna ſolitudo Chriſtiana & Religioſa, continens triplicem vitam, quam nominamus vulgò, purgativam, illuminativam, unitivam.

P. Ambroſius Lexovienſis opera quædam poſthuma reliquit, valde digna, quæ typis excudantur; dilucidiores nempe expoſitiones Evangaliorum & Epiſtolarum, ſub titulo, ***Lampadis accenſæ in Evangelia & Epiſtolas.***

P. Hieronymus Rothomagenſis præclariores ſancti Hieronymi ſelegit, & reduxit ordine alphabetico Sententias in amplum volumen, quod nominat S. Auguſtini milleloquium.

P. Joannes à Maria Vernonenſis Auctor eſt Libri, cujus inſcriptio eſt Epictetus Chriſtianus, ubi iſtius Philoſophi documenta quatuor tomis exponuntur, & Chriſtiana fiunt, per Sanctorum Patrum ſententias, ex quo univerſa Philoſophia Moralis componitur, & omninò ſubjicitur legibus Evangelium: Edidit quoque Annales noſtri Tertii Ordinis tribus tomis, gallico idiomate, in octavo; & idiomate latino, in folio; necnon ſigillatim tomis diſtinctis, Vitas Seraphici Patris Franciſci; ſancti Ludovici Regis Francorum; ſanctæ Elizabethæ filiæ Andrææ hujus nominis II. Regis Pannoniæ; Beatæ Margaretæ de Cortona; Raimundi Lulli; ſancti Arnulphi Archiepiſcopi Turonenſis; Venerandæ Matris Franciſcæ à ſancto Bernardo, Ordinis ſanctæ Claræ; Venerandæ Matris Margaretæ à ſancto Xaverio Congregationis ſanctæ Urſulæ; Hiſtoriam Caroli de Saveuſes, primi Conclavis Senatoris in Suprema Curia Pariſienſi; Hiſtoriam Dominæ à ſancto Ralmonto; duo volumina, quorum inſcriptio eſt; Dies felices, aliud opus quod nuncupatur vulgò, luſus ſapientum; aliud, cujus nomen eſt bellator pacificus; aliud quod vocant communiter, unum neceſſarium.

Præter eos, quos ſparſim attigimus, plures alii pietate & doctrinâ commendantur, qui Provinciæ noſtræ magnum decus addiderunt, adeò ut poſſit affirmari noſtram ætatem, licet noviſſimam, non minus ſanctitatis & ſcientiæ fuiſſe feracem, quam primas.

Multi, quâ eloquentiæ, qua Theologiæ, quâ virtutis famâ & titulis clari, & præſtantes jàm deceſſerunt: multi nunc itidem diſertiſſimi, eruditiſſimi, & ſanctiſſimi extant, qui ſuâ luce non ſolum ornant noſtros Conventus, ſed etiam, qui ſuis radiis totam implent Galliam, poſtquam mundo abdicato nostrum ſunt amplexi inſtitutum regulare, ut ad cœleſtem in terris capeſſendam vitam, eſſent expeditiores.

§ XXIII.

Religioſæ quædam Tertiariæ omnium virtutum laude inſignes Conventus Pariſini.

Uterque ſexus pari zelo ſtatus Religioſi Tertii Ordinis Franciſcani aſſecutus eſt perfectionem. Mater Clara Franciſca Veſuntina nata eſt Veſuntii 6. Auguſti 1589. ab incunabulis, nil de ea memoratur, niſi nobile & forte. Jam tunc ejus virtutes elucebant: creſcebat ſimul ætate & ſapientiâ, uſque ad admirationem, dum perſpicacis ingenii comes vitæ integritas eam ſemper faceret illuſtrem. Profeſſa eſt vota ſolennia, Regulamque Tertii Ordinis ſancti Franciſci, unà cum Matre ſuâ, in Monaſterio Vercellenſi, die Aſcenſionis, anno 1604.

Mira & divina de eâ prædicantur, ſive eſſet inferior, ſive ſuperior. Comparatur ſanctæ Lyduvinæ, præ conſtantiâ heroicâ in morbis acutiſſimis: tandem piam efflavit animam 1. Aprilis 1627. in Cunventu Pariſino ſanctæ Elizabethæ, quem gubernavit ſanctiſſimè undecim annorum ſpario.

Plures aliæ hujus Monaſterii Religioſæ, pietate, virtutibuſque omnibus deditiſſimæ, vitam hanc morientem cum morte vivificante, ad cœleſtemque patriam evehente, commutaverunt.

Matrem ſolam Mariam à ſancto Carolo recenſebo, quæ ad conſanguineorum affiniumque ſplendorem, etiam Chriſtianæ & religioſæ perfectionis decus adjunxit. Vix attigerat quartum annum profeſſionis monaſticæ cùm unanimi conſenſu electa eſt in Vicariam, duobuſque poſteà annis in Superiorem: quantò altius dignitate elevabatur, tanto profundius humilitatis demittebatur ſenſu. Tot tamque præclara religioſarum virtutum documenta & exempla dedit, ut quamvis 50. annis vixerit in Monaſterio, in plurimos annos deſiderium reliquerit ſui. Variæ conditiones filiæ, conjugis, & viduæ nullam in ea fecerunt mutationem, niſi majorem in diem virtutis profectum, uſque ad mortem, quam ſubiit 27. Aprilis 1665.

§. XXIV.

Sæculares Tertiarii ſingularibus præſtantes meritis.

HAc eâdem tempeſtate docti & ſancti viri non pauci prodiere Regulam ſæcularibus præſcriptam profitentes. Inter cæteros emicuit Dominus Abbas Ollier, prædirus utriſque ornamentis, mirificâ nempè ſanctitate, ac literarum gloriâ, ut patet ex ipſius ſcriptis poſthumis, quæ inſtruunt & inflammant.

Inſignis & celebris Doctor Facultatis Theologicæ Pariſienſis Ludovicus Calonius ad Lauream doctrinæ, ritè adjecit, perfectæ palmam virtutis: probant hoc evidenter opera typis excuſa de perfectione Chriſtianâ, præſertim tractatus de caſtitate: probant labores immenſi, quos libenter ſuſtinuit, cum totus eſſet in Miſſionibus Evangelicis nocte & die uſque ad mortem. Laudatur potiſſimum ſingularis ejus erga pauperes, & Dei famulos benignitas, quibus ut in annonæ penuria ſuccurreret, quicquid opis à parentibus acceperit, aut habuerit aliundè, in illos penitùs diviſit. Fundator eſt noſtri Conventus Aumalenſis, & in noſtro Conventu Vernonenſi ſepultus jacet, ut ſuprà notavimus.

Jacobus Neel Sacerdos Sanlaudenſis inter noſtros Tertiarios ſæculares annumeratus eſt anno 1648. Prædicatoris Apoſtolici vices ferventer & indefeſsè obiit miro cum fructu auditorum: omnes eum venerabantur, etiam hæretici & impii, quos confutabat validis argumentis, & ad pœnitentiam vehementer accendebat: quicquid haberet annui reditus, pecuniæ aut ſuppellectilis, patrimonium pauperum erat, à quibus ſæpè, duris conviciis affectus, ſentiebat ſuaviter, quod & in Chriſto Jeſu. Tandem meritis cumulatus, vivere deſiit anno 1662. & in Cœlum, ut piè creditur, evolavit.

Dominus de Bernieres Cadomenſis flocci-faciens originis nobilitatem, & ſanguinis decus, ſoli virtutum praxi dabat operam, in qua profecit adeò, ut jam in hac vita Deus illi mercedem laborum ſuorum rependerit per donum contemplationis eminentiſſimæ. Tantus erat amoris ejus in Chriſtum fervor, ut quilibet ad illum accedens hujuſce incendii particeps fieret. Verus Auctor eſt Libri, cujus titulus eſt, Chriſtianus interior, qui tot radios ſpargit, totque flammas vibrat quot lineas continet.

§ XXV.

Illuſtres quædam Sæculares Tertiariæ.

SÆCULARES utriuſque ſexus celebrem fecerunt Tertium Ordinem in Provincia ſancti Yvonis. Quid illuſtrius profeſſione Auguſtiſſimæ Annæ Auſtriacæ Galliarum Reginæ, quam emiſit inter manus R. Patri Franciſci Fernandez à ſancto Gabriele, ipſius Confeſſarii: hujus profeſſionis formula ſervatur in tabulario noſtri Conventus Nazareni Pariſienſis, qui eſt caput Provinciæ ſancti Yvonis ſeu Neuſtriacæ, poſtquam Gallico idiomate concepta & pronunciata fuiſſet à Regina: conſignavit illam ipſe Confeſſarius patri noſtro Provinciali, quam præſtat latinè hìc apponere cum atteſtatione Confeſſarii.

Ego Soror Anna Auſtriaca, Dei gratiâ, Franciæ Regina voveo & promitto Deo omnipotenti, beatæ Mariæ ſemper Virgini, beato Patri Franciſco, omnibus Sanctis, & tibi Pater me ſervaturam toto tempore vitæ meæ, legis Divinæ mandata, atque ſatisfacturam, ut convenit; transgreſſionibus & erratis meis, contra Regulam Tertii Ordinis ſancti Franciſci, de Pœnitentia nuncupatam, confirmatam per Dominum Nicolaum IV. ſummum Pontificem, alioſque ejus ſucceſſores, cum fuerint requiſita ad arbitrium Superiorum.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Ego Frater Franciſcus Fernandez à ſancto Gabriele clariſſimæ Galliarum Reginæ Regentis

Annæ Auſtriacæ à Confeſſionibus fidem facio me ſecundum facultatem à Reverendiſſimo P. Fr. Ioanne Merinero totius Seraphicæ Religionis noſtræ Miniſtro Generali mihi conceſſam ſuprà dictam Chriſtianiſſimam Reginam ad habitum & probationem præfati Tertii Ordinis de Pœnitentia nuncupati ipſo die feſto Nativitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno 1643. admiſiſſe, atque integro probationis anno piè & laudabiliter peracto Profeſſionem ejuſdem Reginæ Chriſtianiſſimæ hoc die feſto Circumciſionis ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti anno 1643. excepiſſe ſub iiſdem plane verbis, modo, & forma, quæ ſuperius habentur. Actum Pariſiis, in Palatio Regio die & anno prædictis.

Fr. Franciſcus Fernandez à Confeſſionibus Chriſtianiſſimæ Reginæ.

Eadem Priceps ita gloriabatur in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in apellatione Filiæ ſancti Franciſci, ut poſteà dixerit Patri noſtro Provinciali; *Nunc una ſum de veſtris Sororibus.*

Eam imitata eſt ſereniſſima Maria Tereſia Auſtriaca Frarris filia, Ludovicique magni Galliarum Regis, hujus nominis XIV. uxor, cum eidem Ordini ſit annumerata à R. P. Alphonſo Vaſquez ipſius Confeſſario 18. Octobris 1660. in Sacello Regii Palatii.

Harum exemplum ſecutæ ſunt inclyta Princeps Carola Segueria, Henrici Borbonii, orti Regio Sanguine Principis, Ducis Vermolienſis, Conjux: Illuſtris quoque Domina Carola *d'Eſtampes Valençay* Marchio de Puiſieux, Eminentiſſimi Cardinalis de Valançay, necnon Reverendiſſimi Domini Leonorii *d'Eſtampes* Rhemenſis Archiepiſcopi, ſoror.

ARTICULUS XXV.

Provincia Lugdunenſis, aut S Ludovici.

DIVERSITAS Provinciarum in Ordinibus Religioſis non propriè diviſionem denotat, ſed præclaram plurium partium diſtinctionem, quæ ex felici orta mulriplicatione proborum, & humili ſubmiſſione conjuncta capiti generali, valdè auget ſplendorem, cùm ipſius Congregationis pecnliaris, tùm univerſæ Eccleſiæ. Reformatio Tertiariorum Regularium Gallicana ab anno 1595. quo incœpit, unicâ tantum Provinciâ conſtabat, ſub denominatione Provinciæ Franciæ: diviſa eſt autem ann. 1613. in duas Provincias, Franciæ, & Aquitaniæ; Provincia tandem Franciæ anno 1640. ſubdiviſa eſt in duas Provincias, ſancti nimirùm Franciſci, & S. Yvonis; Provincia denique Aquitaniæ, in duas Provincias, ſancti Ludovici, vel Lugdunenſem, & ſancti Elzearij, ſive Toloſanam.

Sic animæ beatæ in diverſas hierarchias cæleſtes diſtribuuntur, feliciterque coaleſcunt in unum, ſub ditione ſummi omnium conditoris: ſic in novæ legis exordio primi Chriſtiani varia obibant munera, quilibet ſuum cum differentia, abſque tamen ulla cordis diviſione: *Multitudinis enim credentium cor unum erat, & anima una.* art. 4. Sic in exercitu terreno, Imperator, Magiſter equitum, Tribunus militum, legionis Dux, caſtrorum Præfectus, Centurio, Subcenturio, Eques vexillarius, & alii agunt diverſis modis, ſed congruunt inter ſe, & unanimiter Ductori generali ſubjiciuntur: Cohors, phalanx, turma cataphractorum, aut equitum levium, licet diſtinctæ officiis, conjunctæ ſunt tamen, & conſpiratione conſentiunt ad idem intentum.

Annis 1613. multiſque ſequentibus, noſtrates Tertiarij Gallici Regulares eligebant Viſitarorem, ſeu Vicarium generalem: Commiſſarius Miniſtri generalis Ordinis Minorum, Præſes Capituli, eundem confirmabat; huicque ſuberant Provinciales, Provinciæ, necnon omnes Religioſi Gallicani. Placuit tamen ſummis Pontificibus, Urbano VIII. 1. Februarij 1642. atque Innocentio X. 1648. Octobris 1. nos immediatè ſubmittere Miniſtro generali totius Ordinis Seraphici.

Quanta, quæſo, varietas inter homines? Ejuſdem ſunt ſpeciei; differunt tamen ingenio, moribus, propenſione, ſtudiis, occupationibus. Sed quanta pulchritudo, quantus decor in civitate, quæ multorum civium dicitur unitas? Mirandum eſt quidem opus naturæ, quæ humanum genus tam ſibi ipſi diſſimile, ſermonis, habitationis, & commercij communione, cæteriſque humanæ ſocietatis nominibus, ut quibuſdam nexibus copulavit.

Gratia longè plurimum exuperat naturam in piis Congregationibus, quas amor Chriſti conflat. Factâ igitur, volente Deo & benedicente, provinciæ Aquitanicæ ſubdiviſione in duas provincias, Lugdunenſem, aut ſancti Ludovici, & Toloſanam, vel ſancti Elzearij, Provincia Lugdunenſis adepta eſt, & detinuit Conventus Lugdunenſem, Fontanenſem, Carolienſem, Bellijocenſem, Molinengilbertanum, Chemiliacenſem, Sanvalerienſem, Trivoltienſem, Avenionenſem, cum Monialium Monaſteriis, Salinenſi, pontæljenſi, Arboſienſi, Lonſalitenſi.

---

§ I.

Conventus Lugdunenſis.

SItus eſt in ſuburbio, quod vulgò nuncupant *Gailloteram*, versùs Delphinatus regionem, viâ communi & publicâ ad Ita-

liam, & provinciam Phocenſem. Eodem tempore, anno ſcilicet 1607. quo poſſeſſionem ejus adivimus, urbis Lugdunenſis Major & Conſules fuerunt electi in fundatores à Patribus noſtris. Locus ubi ædificatur hic Conventus, præclarum eſt donum Illuſtriſſimi Principis Caroli à Lotharingiâ, Ducis Meduanæ, & Henricæ Sabaudienſis uxoris ejus, regioque diplomate fuit confirmatum. Dominus Trivultius Franciæ Mareſcallus, agrorum Lugdunenſis, Bellijocenſis, & Seguſiani Gubernator, ſolùm iſtud poſſidebat, ubi conſtrui fecit ſuperbum Palatium, quod tandem bella civilia Rhodanique alluvies prorsùs diruerunt.

Novæ emptiones hujus Monaſterij territorium valdè amplificaverunt, cujus ædificia maximè lata ſunt & commoda. Dominus Marinus *d'Oſſaris* inter cives Lugdunenſes ſpectatiſſimus ſuis ſumptibus erexit, ornavitque Eccleſiam, ubi unà cum uxore ſepulturæ honorificæ mandatur. Religioſi, licet ingenti numero, laxè ibi lautèque habitant, poſſuntque facilè gratam ſervare ſolitudinem, divinâ utentes conſuetudine per cœleſtium meditationem: in vaſtis enim & amœnis hortis, videntur directa arborum deſcriptio, & diverſæ ambulationes virentes & ſolitariæ, quæ nihil aliud quam cœli deſiderium, & terræ contemptum pariunt.

---

§. II.

Conventus Fontanenſis.

MAuritius Genevenſis, prædij, quod vulgò nominant *du Buiſſon*, Dominus collocavit nos & fundavit anno 1612. in pago Fontanenſi diſtante unâ leucâ ab urbe Lugdunenſi, ejuſdemque diœceſis. Titulus hujuſce domus eſt ſanctus Carolus, ad cujus imitationem Patres noſtros adſtrinxit, ut imbecillam ætatem, rudemque plebeculam Chriſtianis moribus ac præceptis informarent ſingulis diebus Dominicis, in parœciæ templo: ad quod munus obeundum præclarè ſe gerunt. Benigno hîc fruuntur incolæ, jucundoque cœlo, & amœna aëris temperatione, ad littus Araris; maximèque recreantur ob amplitudinem & amœnitatem hortorum: ad jucunditatem conſpectus nil addi poteſt. Regionis tam ſalubris ſitus eſt multiplex, in anfractus varios recedentis, mira cum voluptate retinentis pariter ac fugientis oculos intuentium. Ex adverſò ſe offert Mons iſte celebris, quem Romani vocârunt aureum, propter mirabilem fertilitatem.

Eccleſia ita in fronte, pronao choro, ſacellis, ſacrario, & cæteris partibus diſpoſita eſt, & religioſè inſtructa, ut quoſcumque advenientes fortiter ad pietatem invitet; clauſtra & dormitoria ſatis concinna ſunt, & valdè apta ad uſus Monaſticos.

---

§. III.

Conventus Digonienſis.

ANno 1619. Theophilus Damaſcenus Digonienſis Dominus fundavit ibi noſtrum Conventum, ſub invocatione ſanctæ Mariæ de Conſolatione: intra fines Comitatus Carolienſis, & diœceſis Auguſtodunenſis, ac provinciæ Burgundiæ, ſitus eſt, duabuſque leucis diſtat ab urbe Carolienſi.

Fundator ipſe plurimùm commendatur, non ſolùm ab illuſtri origine & proſapia Principum Orientalium Damaſci, verùm & multò magis à zelo Religionis Catholicæ, in quâ conſtanter perſeveravit contra perverſum patris ſui exemplum, qui flagrante bello civili hæreſeos peſtilentiâ inquinatus eſt. Poſteritas ſciat quod poſtquam pater hoſpitium præbuerit propè ſuum caſtellum, cuidam novorum impiorumque dogmatum ſacrilego diſſeminatori, Filius è contrario nos ibi collocavit, eo fine ut locum pollutum olim ab hæreticis, piis & regularibus exercitiis ſanctitatis afficiamus.

Fundatoris noſtri pater volens in cinerem reducere veræ Crucis partem thecâ argenteâ incluſam, jampridem à Canonicis in Sacello Caſtelli ſervatam, illam pluries injecit in ignem. Unus aliquis de aſtantibus creditor hæretici iſtius hominis tam ſacrilegi, & in Divina injurioſi, illi pecunias creditas ſe condonaturum promiſit, modo crux ſacra non combureretur. Promiſſo & conditione utrinque impletis, lignum adorandum ſemper deinceps poſſederunt hæredes creditoris; nominantur communiter, *Sauniers* qui ſummam adhibent diligentiam ad conſervationem tam pretioſi theſauri.

---

§. IV.

Conventus Carolienſis.

ANNO 1619. Fundatio Monaſterii Carolienſis, ſub invocatione Seraphici Patris noſtri Franciſci, in Diœceſi Auguſtodunenſi, Provinciâ Burgundiæ, facta fuit largitionibus Dionyſii *Gerardi*, clientelari jure Domini prędiorum communiter dictorum *de la Veure*, *& de Molin Chapot*; Prætoris primarii Judiciariæ rei, in Juriſdictione Carolienſi, quem vulgò Ballivium vocant. Gaudent etiam jure Fundatoris Domina Iſabella *de Rie*. D. Philiberti de la Guiche Comitis

Chevigonii

Chevignonii uxor vidua, ac Stephanus *Dagonneau*, civis Carolienſis, quia nos reditibus annuis ad Religioſæ familiæ ſuſtentationem inſtruxerunt. Hic Conventus eſt extrà muros urbis in loco edito, multùm idoneo, ad animum curis diſtractum, varièque diſſipatum, recolligendum. Indè perſpiciuntur ad radices collis fluvii duo planitiem interſecantes, tandem in unum alveum placidè redeunt, qui circumjectos rigat & fœcundat campos.

§. V.

Conventus Belliiocenſis.

SAnctus Laurentius titulus eſt hujuſce Monaſterii in Provincia Lugdunenſi & Matiſconenſi Diœceſi: In ejus poſſeſſionem induxit nos favore ſingulari, & auctoritate ſuæ regiæ celſitudinis Sereniſſimus princeps Gaſto Dux Aurelianenſis, dum in ipſius eſſet tutelâ illuſtriſſima Princeps ejus filia, ad quam Belliiocenſis pertinet toparchia: addidit proptereà Fratrum noſtrorum Communitati beneficium eccleſiaſticum ſeu modicos reditus annuos Sacerdotis, cujus officium eſt rem Divinam facere in domeſtico Caſtelli Sacello. Veterum ædificiorum rudera & parietinas inſuper nobis elargitus eſt ad totius Domus conſtructionem, & præſertim Eccleſiæ, ſub invocatione ſancti Laurentii.

§. VI.

Conventus Molinengilbertanus.

GAbriel *Reullonius* Magiſtratus hujuſce oppidi, & Maria Roberta ejus uxor, liberis ſecundum carnem orbati, ſpirituales ſibi liberos compararunt, fundantes Molinengilberti Conventum pro Tertiariis Regularibus, in Ducatu & Diœceſi Nivernenſibus anno 1631. Sub titulo ſanctæ Trinitatis. Præter reditus annuos contulerunt multum Fundatores ad Eccleſiæ, Clauſtri, & Dormitorii ædificationem; ſed eò magis laudanda ipſorum liberalitas, quò purius ad Dei gloriam contendebant. Facti enim ratio ex conſilio penditur, cum probitas, improbitaſve actionis, ex agentis animo dijudicetur.

§ VII.

Chemiliacenus Conventus.

CHEMILIACUM intrà fines Comitatus Burgundiæ, & Diœceſis Veſuntinæ A continetur, ubi degere auſpicatò incœpimus anno 1637. auctoritate Principis illuſtriſſimæ Elizabethæ, Claræ, Eugeniæ, Archiducis Flandriæ, cujus Literæ patentes confirmatæ fuerunt in ſuprema Curia Dolana. Conventus iſte dicatus eſt ſanctæ Mariæ de Conſolatione, & Fundatores habet, colitque D. Ferdinandum *de Vilſi* & D. Margaritam *Andelotam* ejus ſponſam, ad quos Clientelari jure pertinet nobile prædium Chemiliacenſe: collocaverunt nos propè Caſtrum dominicum, in loco amœniſſimo, cum ob ſalubrem cœli temperiem; tum ob pulchram regionis iſtius diverſitatem, qua proſpectus blandè coercetur, ac jucundiſſimè diffinitur. Viſuntur ibi duo fluvii, *Charus & Drageona*, quiB bus porrò hæc terræ plaga tam venuſta & uber ſit, nihil ut eorum ibi requiras quæ ad vitæ ſuſtentationem, aut ad oculorum ſolatium agricolarum excogitare potuit induſtria.

§. VIII.

Conventus Avenionenſis.

GLORIOSUM eſt & fauſtum reſidere ſub titulo ſanctæ Crucis in ea orbe terrarum parte, quam ſeptem ſummi Pontifices Clemens V. Joannes XXII. Benedictus XII. Clemens VI. Innocentius VI. Urba- C nus V. Gregorius XI. ſuâ ſanctâ præſentiâ cohoneſtarunt conſecutorum ſpatio ſeptuaginta annorum: Civitas hæc Petri Apoſtoli patrimonium eſt illuſtre, Sedeſque Vicelegati. Huc accerſiti fuimus dum nempè annò 1639. Princeps *Sfortianus*, ſacro Cœtui Eminentiſſimorum Præſulum aggregatus hancce præclaram dignitatem adminiſtraret, qui plurimùm nobis favit, cum benevolo admodùm concurſu Magiſtratuum, & urbis ejus Pontificiæ adminiſtrorum. Extat in illo Monaſterio, plena miraculis Imago beatæ Virginis, ad quam populi venerabundi frequenter accedunt, tanquam ad tutum Reipublicæ præſidium; eâdem interveniente de ſalute communi ſupplicia vota apud Deum exponunt, D & exprimunt, unde mirandi oriuntur effectus.

§. IX.

Conventus Sanvallerianus.

ANno 1643. Joannes de Cruce Dominus de Chevrieres, Comes *de Sanvallerio*, Præſes infulatus in Supremâ Curiâ Gratianopolitanâ Patribus noſtris poſſeſſionem tribuit Monaſterii in ſuo Comitatu Sanvalleriano, Provinciæ Delphinatus, & Diœceſis Vien-

neoſis ſub Invocatione ſanctæ Mariæ de ſeptem doloribus. Superiores noſtri ei meritò titulum Fundatoris conceſſerunt, quia liberaliter locum amplum eſt elargitus cum exemptione caduci, & inſigni ejus munificentiâ Templum à fundamentis ad culmen fuit erectum. Hoc in Monumento pietas ejus & religio manifeſtè relucent, dum præſertim Religioſorum preces impensè efflagitat, ut Deum illi propitium reddant: pius eſt perindè ac liberalis & magnificus: novit benè merendo vinci, turpe eſſe forti viro; quò plus Religioſi illum Deo commendant, plus eos ſibi obſtringit opibus & præſidio, nec proptereà diſplicuerunt ei quod alios benefactores præcipuos hujuſce Conventus recipiant & prædicent: tantò ſummiſſius ſe gerit, atque modeſtius, quò altiorem dignitatis obtinet gradum.

M. Antonius *Parrinus* Sacerdos Societatis ſancti Symphoriani, inſtitutæ in oppido communiter nuncupato de Caſtello Lugdunenſi, proventus annuos conſtituit ad victum veſtitumque familiæ Religioſæ neceſſarium. M. Antonius *Rommetus*. Regius Conſiliarius, & tributariæ pecuniæ Quæſtor in Foro minori urbis vulgò dictæ, *Romans*, ſuis ſumptibus ædificavit amplum & commodum Dormitorium, Chorumque in quo ſepulturam elegit. Pia ſuaſio, quod meritis & interceſſione beatæ Mariæ Virginis è periculoſo morbo evaſerit, poſt votum ipſi factum, maximè illum incitavit ad venerationem ſanctæ Mariæ de ſeptem doloribus. Singularis prætereà benevolentia, quâ ſemper noſtrum Ordinem proſequutus eſt, multum crevit ab hoc mirabili evento.

Non eſt altera quæquam ſolitudo iſtâ felicior in orbe terrarum, nullus profectò eſt locus iſto fortunatior, aut magis idoneus contemplationi: ab urbe octingentis circiter paſſibus diſtat, à mundo tam fauſtè remotus, ut janua cœli eſſe videatur: clemens ibi & mitis eſt aër, amœna valdè tota regio; ſed ſolitudinis amatores, ibi novas reperiunt illecebras, quæ ipſos huc & blandius, & potentius alliciunt certis anni diebus, ita ut voluptates, honores & divitias terræ, meras nugas, fabulas & ſomnia æſtiment; ſi cum vitæ ſolitariæ deliciis comparentur.

§. X.

Conventus Trivoltienſir.

VErum eſt illud, quod vulgò dicitur, multos modios ſalis, ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit. Virtus probata & conſtans nec fallit nec fallitur:

A quàm primùm accedit, ſtatim ſpargit odorem ſuavitatis, qui eò magis afficit, quò longius durat. Progreſſu temporis proborum hominum creſcit fama & æſtimatio. Patres noſtri olim frequenter verſabantur Trivoltii ad Dei gloriam & animarum ſalutem: caput eſt Principatus Dombarienſis, ejuſdemque ſupremæ Curiæ Sedes, diſtans ab urbe Lugdunenſi quatuor leucis, & intra ipſius Diœceſis limites.

Familiaritas contemptum non peperit, imò familiaris conſuetudo Regularium Tertiariorum apud hujuſce Regionis habitatores in cauſa fuit cur cives Trivoltienſes in ſuam urbem Tertiarios Regulares acciverint anno
B 1654. de conſenſu Illuſtriſſimæ Principis Annæ Mariæ, Ludovicæ Aurelianenſis filiæ primogenitæ Gaſtonis de Franciâ, Regis Ludovici XIII. fratris.

Jam anteà, ſcilicet annis 1650. 1654. in comitiis incolarum Trivoltii decreta fuerat & recepta noſtræ domus inſtitutio nemine diſſentiente. Hac in Regione cernere licet, quicquid præclari cadere ſub oculos poteſt. Montis enim jucundum eſt declive quod fluvius Onaris blandè ſubterfluens inundat. Subjicitur etiam convallis amœniſſima, ad aſpectum ſanè ſpecioſa, ob rerum mirabilem varietatem, quas ſpectantibus exhibet.

C

§. XI.

Conventus Aquenſis.

TRitum eſt ſermone proverbium, ſponte qui ſe nimirum ſubdit, plerunque opprimi. Animalis homo, qui non percipit ea quæ Dei ſunt, facilè aſſentitur huic dicterio, minime grato homini ſpirituali, qui eò ſanctior efficitur, quò ſe ſe magis extenuat & demittit. Simplicitas vitæ Apoſtolicæ viam ſibi latam aperit ad quæcunque ſublimia capeſſenda: ipſi cuncta occurrunt proſpera; Principes & populi eam venerantur & adamant. Sic anno 1666. Pa-
D trem amabilem Rigodunenſem, Provincialem, Deffinitorem, divini Verbi Præconem agentem, tempore Quadrageſimæ in Archiepiſcopalis Sedis Aquiſextianæ Templo, celeberrima audientium corona ſemper commendabat, ſuoſque inſuper ipſe mores, ac ſe ipſum auditoribus tantopere probavit, ut Eminentiſſimus Cardinalis *Grimaldus* Archiepiſcopus, Suprema Curia, & Conſules Aquenſes decreverint unanimi conſenſu intra ſuæ urbis ſepta recipere, & admittere noſtrum Monaſterium.

§. XII.

Tertiariarum Regularium Conventus Salinenſis.

SAlinis extat in Comitatu Burgundiæ, & Diœceſi Veſuntina, Conventus Regularium Tertiariatũ ab anno 1607. ſub titulo Stæ Elizabethæ. Jam poſita fuerant fundamenta anno 1604. in oppido Vercellenſi, ad fines Comitatus Burgundiæ, ab Helvetiorum partibus. Mater Franciſca Veſuntina, quam anteà nominabant Margaritam *Borey*, tranſtulit hanc fundationem Salinas die S. Thomæ Apoſtoli dicato.

Sanctitas iſtius Dei famulæ, præſertim Salinis enituit, ubi longius remanſit. Singulares Dei favores, quibus adhuc vivens in terris à Deo cumulata eſt, initium ipſius remunerationi dederunt. Dono prophetiæ potita eſt, & divino incitata ſpiritu, multa mira protulit, & prænunciavit uſque ad mortem. Pridie quam moreretur curavit ſcopis purgari viam, quæ ducit à valetudinario monaſtico ad Eccleſiam: Quia cras, inquiebat, „habebitur ibi ſupplicatio, ſtructâ ſupplicum „acie. Rei veritas innotuit, dum in ſepulchrum inferebatur, iiſdem præcisè momentis quæ notaverat ſuâ prædictione, licet ejus infirmitas non fuerit tunc extrema, nec eam à libero ſermonis congreſſu amoverit. Placidè loquens & agens, hilarique fronte æſtimabatur divinitus certa eſſe de mortis hora, & de proxima beatitudine, quam ardenter appetebat. Lætitia namque animi affectio eſt, in id quod amat veluti ſeſe ſuper effundentis, quo plenius eo perfectiuſque perfruatur.

Paucis diebus poſt ejus ſanctiſſimum obitum, bis apparuit, primò petens fidelium ſuffragia; deinde albâ ſtolâ & magnificâ induta, ac floribus conſperſa aſſerebat his indiciis felicitatem æternam quâ ſtatim erat potitura, demonſtrari. Cum Monaſterium Salinenſe primum ſit in nova reformatione Tertiariarum Regularium, origo eſt iſtius Congregationis in Gallia, Burgundia, & Lotharingia.

§. XIII.

Alii Conventus Tertiariarum Regularium Provinciæ ſancti Ludovici.

VErum illud eſt quod vulgò dicitur: aurigam nullum eſſe tam peritum, qui A carucam præſtet non ſubverſam iri aliquando. Non hoc intelligitur ſolùm de œconomia exteriori, ſed etiam interiori, ſeu virtutum exercitio, cujus eventus non ſemper ſibi conſtat. Licet enim mens juſti recta ſit, & directè ad Deum tendat, humana tandem infirmitas illam ad lapſum facilem reddit; vel ſæpè quo ſpectat, minimè pervenir, & metam vororum nun attingit: remanet nihilominus juſtus homo ſui compos, tandemque reſipiſcens. & *æmulatus chariſmata meliora*, perficitur. *Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam* Pſal. 36. Nec etiam res adverſæ impediunt quo minus B triumphet Eccleſia Chriſti ſponſa:

Fluctuat; at nunquam mergitur illa ratis.

Ordines Religioſi eodem probantur experimento: Tertiarij Regulares multos obices obvios habuerunt, nec propterea defecere, ſed inde ampliorem conſecuti ſunt vigorem, ſicut & noſtrates ipſæ Tertiariæ, quæ impedimentis omnibus ſuperatis, inſtitutæ ſunt Graiaci in diœceſi veſuntina anno 1610. ſub titulo ſancti Ludovici; Dolæ 1614. ejuſdem diœceſis, ſub invocatione ſanctæ Mariæ de Angelis.

Lugduni, Conventus, quem vocant communiter de ſancta Elizabetha, fundatus eſt anno 1616. ſub directione Patrum Reformationis Gallicanæ. Submiſſus eſt tamen 1628. C Archiepiſcopo Lugdunenſi. Situs eſt propè publicum hoſpitium vulgò nominatum, *de Charitate*, habetque fundatores DD. Franciſcum *Clapiſſon* quæſturæ præfectum, Margaritam *Vlim* ejus uxorem: Joanna *Chapuis* ipſiuſque filia Franciſca *Valence*, hancce domum ſuis largitionibus cumulaverunt, Tertiariarum Regularium ibi habitum induentes, & ſolennia nuncupantes vota.

Lonſalini, earumdem Provinciæ & Diœceſis, Moniales Tertiariæ habent Monaſterium, de ſancto Sacramento dictum, ab ann. 1649. Arboſii quoque aliud ſanctiſſimæ Trinitati dicatum anno 1654. Quatuor Conventus orti ſunt ex primo Lugdunenſi, nempe D Rhodumnenſis, diœceſis Lugdunenſis, ad ripam Ligeris, anno 1634. ſub titulo ſanctæ Elizabethæ: Maſſilienſis, in Saluviorum regione, 1654. alter Lugdunenſis ſub invocatione ſanctæ Elizabethæ, in ſuburbio, dicto communiter *de Vaize*, 1654. denique Monferrandienſis in Arvernia penes *Claromontum* 1657.

Inſtitutum fuit Monaſterium Religioſarum Tertii noſtri Ordinis in urbe quam vocanr, Inſulam, in Comiratu Avenionenſi, diœceſis Cahallionenſis anno 1617. In ditione Ducis Sabaudienſis exiſtunt adhuc duo veruſti conventus; unus juxta Genevam, ſub titulo S. Laurentij; alter *Montireali* 1454. quorum fundatrix fuit Anna *de Cypro* Dux Sabaudiæ

M ij

Non ſilentio prætereunda eſt domus fundata A Caſtrivillani in Baſſinia, diœceſis Lingonenſis, in Ducatu Burgundiæ, ad confinia Campaniæ. Plures ex Conventibus ſupradictis, Provincialibus Miniſtris Provinciæ noſtræ S. Ludovici ſubduntur; cæteri alios habent Superiores.

Tertius Ordo noſter olim miſſus eſt in poſſeſſionem Conventus Gratiopolitani, quem nunc Fratres Minores, neſcio qua ratione poſſident.

§. XIV.

Inſignes Viri hujus Provinciæ Lugdunenſis. B

VIrtus & vitium maximè opponuntur: utrumque conatur latere, ſed fine diverſo; virtus, ne revelata, falſo honore evaneſcat; vitium, ne cognitum erubeſcat & pudefiat: Utrumque tamen omnibus citò patet; virtus, odore ſuavitatis, & lucis ſplendore brevi manifeſtatur; vitium, inſtar putris cadaveris brevi putorem exhalat. Vitioſus homo, qui malo coactus, ſuum officium facit, dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet; ſi ſperat fore clam, rurſùm ad ingenium redit; ſic denique ſuam turpitudinem detegit. Probus homo contra, quo plus amat neſciri, & pro nihilo reputari, plus claret & honoratur. Clauſtris non ita abduntur C viri virtute ornati, quin radios longius effundant.

In Provincia Lugdunenſi plures extant ſanctitate, aliiſque meritis clari: florent in ea virtutes & ſcientiæ, ſtudium meditationis, Evangelicæ prædicationis exercitium, regiminiſque regularis eximiæ leges: in ea quoque non deſunt Scriptores magni momenti.

Pater Elzearius Dombarienſis, licet dignitates omnes præcipuas, & potiora munia Religionis per longum tempus, laudabiliter & cum Dei benedictione obierit, ſcripſit tamen multa pia & utilia: Regulam noſtram à ſummo Pontifice Leone X. diſpoſitam pro Regularibus & confirmatam, rectè expoſuit, D & explanavit: Regulam quoque à Nicolao IV. pro Sæcularibus approbatam notis illuſtravit, quibus ritè adjunxit mirabilia documenta ad utriuſque ſtatus perfectionem acquirendam. Rituales noſtri Eccleſiaſticus & Conventualis ipſo Auctore in lucem prodierunt, variaque alia opera ſummæ utilitatis, præſertim amplum illud & præclarum volumen, cujus titulus eſt, *ſancta Academia perfectionis*, ubi ejuſdem Patris Elzearij vitæ ſpiritualis peritia & gnaritas apprimè elucent, pariterque ejus intelligentia in indagandis vetuſtis noſtræ Congregationis monumentis.

P. Albertus Pontiſælienſis ſcitum edidit & commodum chronicum, ſive compendium Hiſtoriæ Seraphicæ à Patre Gonzagâ exaratæ. P. Benedictus Lugdunenſis celebratur ob reflexiones in tertiam Regulam ſancti Franciſci à Nicolao IV approbatam, quas in mediis & ferè continuis Superiorum laboribus feliciter elucubravit.

D. Renatus Laurentius, vulgò *de Paſſay*, inter Scriptores hujuſce Provinciæ Lugdunenſis eſt recenſendus, tanquam Seraphici Patris alumnus, Profeſſione tertiæ Regulæ pro ſæcularibus inſtitutæ. In publicum nuper emiſit Librum, cujus inſcriptio eſt; *Pœnitens liberalis & munificus in pauperes.* Opus iſtud, ſicut & cæteri tam fœcundi & ferventis ingenii partus in ore omnium verſantur; unde magnam nominis exiſtimationem conſequutus eſt, cùm virtutis exercitio, tum ſcientiâ viarum Domini.

ARTICULUS XXVI.

Provincia ſancti Elzearii ſeu Toloſana.

AVARITIA ſenilis, quid ſibi velit non intelligo. Poteſtne enim quidquam eſſe abſurdius, quam quo minus viæ reſtat, eò plus viatici quærere? Miror, quomodò tam ineptum quidquam poſſit ſenibus venire in mentem. Vituperanda ſanè nimia apparatio ad ſolius corporis conſervationem; ſed laudanda maximè apparatio ad meritorum augmentum, circa finem vitæ, ut tutius anima, gratiuſque ſiſtat ſe in judicio divino. Quanto majori laude digni ſunt Ordinum Religioſorum inſtitutores, qui æternitati laborantes ita ſe gerunt, ut quo plus Ordines ſeneſcunt, eo plus Religioſorum fervor creſcat, ſi fieri poſſit? Verùm quantacunque ſit eorum præmeditatio, ardor tandem frigeſcit & minuitur, accedentibus annis.

Medetur huic malo Providentia Dei ſuſcitando viros egregios, qui collapſam Religioſæ familiæ diſciplinam, in integrum reſtituunt. Sicut Tertius Ordo noſter Gallicanus ortum lucidum habuit; pariterque habuit occaſum, non omnino quidem obſcurum, cùm in mediis tenebris lux ſtrictæ reformationis affulſerit.

Provincia Toloſana, de qua nunc agitur, hancce viciſſitudinem præſertim experta eſt: Conventus ipſe Toloſanus fundatus eſt eodem ſæculo, quo vixit Pater Seraphicus; unde Provincia ſancti Elzearii, ſi ſpectetur tempus inſtitutionis jure primum locum tenet in Galliâ; quartum vero, ſi de reformatione loquamur.

Anno 1663. ex Provinciâ Aquitanicâ duæ factæ ſunt, Provinciæ nempè ſancti Ludovici, quæ ſuprà deſcribitur; altera ſancti Elzearii,

quæ octo complectitur Monaſteria, Toloſanum, Aginnenſe, Inſulæ Jordanis, Colonienſe, Miramontanum, Turnonium, Barbaſtenſe, Caluimontanum.

§. I.

Conventus Toloſanus.

URbs Toloſana inſignis eſt valdè inter Gallos, tanquam caput Occitaniæ: reſidet ibi Suprema Curia maximè celebris, & à Pariſina cæterarum facile princeps. Multum illam commendant Sedes Archiepiſcopalis, & famoſa Academia, ubi exquiſitiſſimi Doctores Scientias omnes profitentur. Præcipuus hujus Civitatis ſplendor oritur ex multitudine & ſanctitate Reliquiarum. Septem Apoſtolorum corpora, & Angeli Scholæ Theologicæ Thomæ Aquinatis ſummam conferunt illi dignitatem, cujus Coonventus noſter eſt particeps cùm ob antiquitatem, tum ob diverſa & miranda eventa interceſſu temporis.

Notatur annus Fuodationis ejus 1287. ſub titulo ſanctæ Mariæ de Pace. Bartbolomæus *Bechinus* inter Toloſanos inclytus Domum cum primis lautam & perelegantem; amplumque hortum ad amœnitatem conſitum impertivit Tertiariis Regularibus. Locus iſte runc extabat extra muros, non longè tamen, ita ut amplificata Civitate Toloſana, Monaſterium noſtrum omniſque ſepimenti amplitudo in eâ fuerint incluſa. Nihil prohibuere temporum varietates, quin in tabulario iſtiuſmodi Conventus Toloſani reperiantur adhuc auctoritates ſcripto conſignatæ, quibus probatur Tertii noſtri Ordinis antiquitas à quatuor ſæculis.

Bulla, *in plumbo*, nunc ibi videtur, quæ eſt ipſum autographum Clementis V. & complectitur diploma Nicolai IV. qui primos Patres hic habitantes nominat, & cenſet vere Religioſos, ſeu votis ſolennibus obſtrictos cum omnibus formulis eſſentialibus. Bullæ Nicolai IV. adſcribitur dies 18. Augusti, anno 1290 Reati: Pontificatus 2. diploma vero Clementis V. datum fuit Avenioni 3. Auguſti Pontificatus 3. anno 1309. Qui patentes has Literas diligenter expendunt, planè agnoſcunt utrumque Pontificem declarare Tertiarios Toloſanos legitimos eſſe Patris Seraphici filios, & perinde Regulares ac Patres primi Ordinis. Legant ambas qui cunque voluerint, in Bullario Roderici vel in compendio Privilegiorum *Acaſaribios*, certo inducentur ad credendum nos ab æva Nicolai IV. ex ſolenni votorum formulâ ſacrum Sodalitium iniiſſe juxta declarationem autenticam ipſius ſummi Pontificis.

Domus noſtra Toloſana commendatur maximè ex Profeſſoribus Theologicis, quos Academiæ exhibuit, ad docendam publicè Theologiam, tanto cum fructu, ut multi auditores & diſcipuli evaſerint in magiſtros ad confirmationem Fidei Catholicæ, & debellandos hæreticos. Pater Petrus Poncetus inter primarios emicat: Legatus fuit ad Benedictum Papam nomine XII. dum Avenioni ſedem teneret, ut Bullam deperditam recuperarent, quam Patres noſtri opponerent Beghardis hæreticis ab Eccleſia damnatis: ſicque malevolorum os obſtruerent, qui falsò Beghardorum errores aſſignabant Tertiariis Regularibus, quorum innocentia fortiter propugnabatur à ſummo Pontifice.

Pater hic Poncetus multùm laudatur in Bulla Sixti IV. quæ bis verbis incipit, *Sacri Prædicatorum & Minorum*, *&c.* Impetravit eam dum dignitatem admioiſtraret Viſitatoris Galliarum anno 1441. die 17. Junii: Continetur in altero diplomate Innocentio VIII. & ſervatur in tabulario Monaſterii ſanctæ Mariæ *de pulchro Monte*, Diœceſis, quæ vulgo *Lodi* ab Italis vocatur, & à Latinis, laus Pompeia Provinciæ Longobardiæ.

P. Petrus *de Ramis* non minorem nominis exiſtimationem Toloſæ conſecutus eſt: ſingularem gloriam comparavit in deffenſione ſuæ Provinciæ, cujus erat Miniſter, & in diſciplina regulari tuenda: Romam profectus eo fine, plurimos favores à Sede Apoſtolica accepit.

P. Raymundus Lachanus vitâ ſanctiſſimâ functus jacet in hoc Conventu Toloſano: Superiorum conceſſu peregrinationes obiit ad loca Terræ Sanctæ: unde rediens inſtituit in Italia Monaſterium Tiburi, ubi Sibylla Tiburtina ortum habuit, ad duodecimum ab urbe Romana milliarium. Reditus ejus patriam ſummo affecit gaudio; longo temporis ſpatio deſideratus, jam tùm præſens novos & magis micantes radios ſpargebat: Charitatis igne non ſolum intus flagrabat; oculis, ſuſpiriis, pedibus, manibus flammas ſpirabat, & ejaculabatur, dum ſe totum divino cultui, ſalutique animarum penitus dicabat. Viſus eſt frequenter Crucem gerens prægravem per vicos & plateas urbis, & clamans altâ voce. *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum Cœlorum.* Afflatus ipſe numine divino, duriores animos commovebat: Cives Montalbanenſes cum non potuiſſet unquam à pravo inſtituto deducere, nec ad emendationem excitare, minatus eſt & prædixit privandos fore illos omnino cœleſti luce: rei veritas probatur pervicaci hæreſi, quâ uſque modo obcæcantur in Pervicaciæ pœnam.

P. Vincentius *Muſſart* Inſtaurator Reformationis Gallicanæ eam Toloſæ conſtituit anno 1608. Patres reformati conſtruxerunt ibi amplum & magnificum Monaſterium. In

Eccleſia præcipuè viſitur Sacellum ſanctæ Mariæ de Pace: Monumentum eſt illuſtre pietatis Dominæ *de Claris*, conjugis Domini *de Claris*, olim primarii Supremæ Curiæ Toloſanæ Præſidis; colitur Sacratiſſima Virgo ritu ſingulari, qui magnificentiam ædificiorum longè ſuperat.

Pertraoſire nefas eſt relata à Domino *Ferrieres* in ſuprema Curia Toloſana diſerto & eloquente Cauſidico, viro utique ſpectatiſſimo hac in urbe, cujus ter Conſulis dignitatem obtinuit; eoque fide dignior eſt, quo certius loquitur, utpotè rem oculis ipſe intuitus. Familia noſtra Toloſana partim conſtabat Italis, qui Eccleſiam ornabant more Italico, expoſueruntque die ſolenni effigiem ſancti Franciſci noſtro cum habitu, & ſequenti, *meam* inſcriptione: *Vade Franciſce repara domum quæ labitur.* P. Vincentio *Muſſart* poſſeſſionem illico ineunte Patres Itali receſſerunt, & vulgo quiſque opinabatur illos expulſionem prævidiſſe dum imaginem erexerunt paucis ejuſmodi verbis illuſtratam. P. P. Guillelmus *Mirapincenſis*, Didacus *Toloſanus*, Michael Aptenſis Galli in Italiam abierunt, ne P. Vincentio ſubjicerentur, redierunt tamen Toloſam, ubi ſepulti ſunt cum benedictione. Adeo verum eſt, ſicut Domino placet, omnia fieri. Eludant licet, quibus fortè ac temerè humana negotia volui, agique perſuaſum eſt. Equidem æternâ conſtitutione crediderim, nexuque cauſarum latentium, & multo ante deſtinaturam, ſuum quæque Ordinem immutabili lege, nutu Dei percurrere, benefico prorſus & benevolo.

Obſervemus cum Guillelmo *de Caſtello* ſummi Senatus Toloſani Conſiliario, in hiſtoria Tectoſaga Patres noſtros Tertiarios non ſolos antiquitus nominatos fuiſſe Bechinos ab eorum Fundatore ſic appellato, ſed etiam duos Conventus Religioſarum Tertiariarum eamdem habuiſſe denominationem. Adjacebat unus Fratribus Dominicanis; Minoribus alter, qui & noſtro Monaſterio adhærebat.

Tres iſtæ Domus Tertiariæ multis favoribus à ſummo Pontifice Nicolao IV. affectæ ſunt. Cum in iis ſemper vota ſolemnia fuerint emiſſa, Tertiarios utriuſque ſexus hæc Monaſteria occupantes, verè eſſe Regulares, cenſet & declarat. Pleniſſimæ, certiſſimeque auctoritatis eſt ejuſmodi confirmatio poſt approbationem vivæ vocis trium ſummorum Pontificum. Servatur Bullæ Nicolai IV. legitimis conceptæ verbis, exſignatæque duplicatum in tabulario Toloſano.

P. Sylveſter Gordonus antiquus profeſſus Religioſus Conventus noſtri Toloſani, vir ſane dignus cui credatur, multoties aſſeveravit ſe vidiſſe inter manus D. de Caſtello teſtamentum cujuſdam civis Toloſani, datum anno 1387. quo legabat tribus Conventibus Tertii Ordinis ſancti Franciſci, copiam nummorum; ſyngraphiſque acceptæ latæ pecuniæ patet ſummam fuiſſe diſtributam: unius apochæ talis eſt ſuſcriptio; *Fr. Petrus Religioſus Conventus Bechinorum Tertii Ordinis ſancti Franciſci in Carreria Fratrum Minorum.* Alteri ſubſcripſit Religioſa his verbis; *Soror Beatrix Religioſa Conventus Bechinarum Tertii Ordinis ſancti Franciſci, aliàs de la Branſa, in eadem Carreria Fratrum Minorum.* Tertia tandem ſic eſt ſubſcripta; *Soror Ioanna Religioſa Conventus Bechinarum Tertii Ordinis ſancti* Fran*ciſci, in Carreria vulgò appellata de Pergameris ante Conventum* Fratrum Prædicatorum. Vocabulum *de la Branſa*, innuit diſtinctionem Conventus Religioſarum & Domus in eodem vico ſitæ, ubi Tertiariæ Sæculares ſtatutis diebus ſimul aderant juxta Regulæ præſcriptum.

Diverſa incendia & tumultus bellorum citevilium, anteceſſoruum negligentia non obſtirunt, quin poſſimus alia exhibere inſtrumenceſſionem videlicet jugeti, fundi vineæ clientelaris profeſſionem anni 1398. donationem inſuper ab Antonio *Goſt de Gireſens* Sextarii frumenti;& viginti quinque librarum Franciſcarum factam Religioſis dicti Conventus Toloſani 27. Januarii 1517. Videmus inſupec diathecam Raymundi *Mairogio*, qui obitum 75. librarum Francicarum in rem & emolumentum Monaſterii Bechinorum fundavit ut in perpetuum celebretur Miſſa die mortis illius. Peculiaria hæc noſtram antiquitatem regularem in Cœnobio Toloſano planè demonſtrant, æque ac in vicinis urbibus Inſulæ Jordanis, Calvimooti, Mazeriæ, Apaniarum.

---

§ II.

Conventus Inſulæ Jordanis.

ILLUD vehementer repugnat eſſe beatum, & multis oppreſſum doloribus. Hæc tamen felix eſt ſors juſti, qui ad exemplum Pauli *ſuperabundat gaudio in omni tribulatione 2. Corinth.* Idem contingit Eccleſiæ ſanctæ quæ perſecutionibus ſtetit, & Martyriis coronata eſt; idem quoque ordinibus, qui inter Tyrannorum crudelitates, & hæreticorum violentos impetus aut florent, aut ſi ab florente ſtatu in calamitoſum dejiciantur, tandem aliquando priſtino redduntur ſplendori.

Videntur in tabulario noſtro Toloſano diverſa 1661. ſcripta quibus probatur antiquitas noſtri Conventus Inſulæ Jordanis, & quanti fiebat apud omnes: deturbatus eſt tamen ab hoſtibus fidei: ſed collapſum ereximus & inſtauravimus favente Rege Chriſtianiſſimo Literis

patentibus, quas ſuprema Curia Occitanica ſenatuſconſulto confirmavit Caſtrodonovodarij anno 1631. quinque leucis diſtat Toloſâ, ejuſdemque eſt diœceſis, ſub titulo S. Joſephi.

Princeps inſtrumentum noſtræ antiquitatis regularis probandæ in Conventu Inſulæ Jordanis, eſt autographum Bullæ 12. Julij 1371. Legimus ibi Fratres *Dominicum de Laſſaco*, & *Stephanum de Braſſati*, Tertij Ordinis Franciſcani Religioſos Conventus Inſulæ Jordanis, commutaſſe agrarium tractum cum horto vicino, ut commodius ad Dei gloriam promovendam, & regularis diſciplinæ obſervationem ſe haberent.

§. III.

Conventus Aginnenſis, aut boni occurſus.

JESUS CHRISTUS tanto honore, tantâque dilectione proſequitur ſuam divinam Matrem, ut ſibi ipſam quodammodo ſociam adhibeat ad ſalutis noſtræ negotium gerendum, dum vult ſæpè Dei gratiam in nos derivari Reginæ Angelorum interceſſione. Ideo Congregationes omnes regulares ſub ejus præſidium confugiunt & protectionem; unde feliciter iis feliciter cuncta ſuccedunt, quod præſertim patet in Conventu noſtro Aginnenſi fundato ſub titulo ſanctæ Mariæ de bono occurſu. Situs eſt penès Aginnum, urbem Epiſcopalem in Occitania ſuperiori. Ibi degimus ab anno 1612. In templo exponitur venerationi publicæ effigies ejuſdem Dei Genitricis; cujus auxilium ſupplicitet invocatum ſaluti eſt omnibus, qui opem ejus humiliter implorant deſperatis jam rebus, ut probatur frequentibus miraculis.

Ineunte hæreſi Calvinianâ, planè divinitùs ſacrata hæc Effigies ipſo in loco ubi nunc colitur, reperta fuit. Ovivm quidam cuſtos, Parœciæ Curialis ſanctæ Radegundis, quam tunc temporis tenemus, ovile aperiens, currentem vidit ſtatim Juvencum ad rubum, caput vehementer adigentem inter vepres, moxque flectentem genua more adorantis. Hujuſmodi mirandi eventus multis diebus conſecutis continuati, Paſtor rationem inveſtigans, lilium invenit inter ſpinas, Effigiem ſcilicet lateritiam beatæ Virginis Jeſum puerum ſuis ulnis amplectentis: Effigiem, inquam, ſeptuncem, aut Beſſem altitudine. Tranſlata Effigies in Paſtoris habitationem, & ſub clave cuſtodita, rediit divinitus in priſtinum locum.

Solennis omnium Ordinum inſtructo agmine procedentium, Deo gratulatio decreta fuit, cum ob theſauri tam pretioſi recuperationem, tùm, ut honorificè collocaretur in A templo Curiali, unde eodem miraculo exiens, in rubum revertitur, ubi erigitur Crux, cum ſancta Dei genitricis Imagine, in loculo induſtriè captato. Omnes illicò vicini ferventer concurrerunt ad ejus venerationem. Pio hujuſmodi cultu creſcente conſtructa eſt ædicula largitionibus Illuſtris Mareſcalli Franciæ *de Dornano*, denique perpulchra Eccleſia, fidelium eleemoſynis.

Sereniſſima Princeps, vulgò nominata Regina Margarita Valeſia, Aginnenſis Comitiſſa, charum habens valdè noſtrum Ordinem, magnique æſtimans Patrem Vincentium Pariſinum Congregationis Gallicanæ Reformatorem, multùm contulit ad hujuſce noſtri B Conventus Aginnenſis inſtitutionem. Patentes Regis literæ omnia confirmaverunt: ad quorum comprobationem ſupremæ Burdigalenſis Curiæ ſenatuſconſultum acceſſit anno 1612. Præclarum ibi conſtruximus Monaſterium, quod ampla Religioſorum familia occupat, ut fidelibus peregrinis ſacramenta Euchariſtiæ & Pœnitentiæ adminiſtrent, qui frequenter hunc locum adeunt, & vota ſua perſolvunt. Pater Vincentius Rotbomagenſis, noſtræ Congregationis ornamentum, luculenter & diſertè hanc hiſtoriam ſcriptis mandavit.

C §. IV.

Conventus Colonienſis.

NOn tam ipſo dono gaudeo, quam abs te datum cognoſco, aiebat olim quidam ſuo benefactori congratulans; licet Conventus noſter Colonienſis multis de cauſis commendetur, de hoc potiſſimum gloriari poteſt, quod auctorem, & propagatores præſtantiſſimos nactus ſit. Fundavit illum D. *Griſoulet* ſummæ Toloſanæ Curiæ Conſiliarius, propè Coloniam, ſub invocatione ſanctæ Mariæ dolentis in monte Calvariæ anno 1648. Situs eſt in diœceſi Lombarienſi, cujus D Illuſtriſſimus Epiſcopus, cùm illuſtri & antiqua proſapia, quam vulgò nominant *Daſis*, tùm merito virtutum, atque eximia doctrinâ ſummè ſpectandus, nobis omnia paternæ charitatis argumenta exhibuit, noſque ampliſ cumulavit favoribus.

D. *Berot* in ditione Toloſana Procurator Quæſtorius, & regiæ Coactor pecuniæ hac in provincia, ſingularia quoque in noſtrum Colonienſe Monaſterium, & inſignia beneficia contulit.

Ita ſalubre ibi eſt & mite cœlum, ut grata hæc & amœna aëris temperatio, verno tempori maximè ſimilis, omnes anni partes pari ſalubritate videatur percurrere. Utimur hic prætereà jucundiſſimâ varietate proſpectus in-

apertos campos. Hæc porrò terræ plaga tam A latè Exporrigitur, nihil ut eorum ibi requiras, quæ ad vitæ ſuſtentationem agricolarum excogitare potuit induſtria.

Pietas univerſalis potiſſimum eſt decus hujuſce regionis, cujus incolæ plurimum venerantes ſacratam Dei Genitricem, libenter atque certatim virginei obſequii teſſeram amplectuntur ſcapularem. Pia hæc ſodalitas inſtituta eſt in noſtro Conventu Colonienſi, impetrato à Sede Apoſtolica diplomate, magiſque in dies fit celebris multitudine ingenti fidelium, qui ſeipſos ultro & ferventer glorioſo & divino Reginæ Angelorum miniſterio mancipant.

Alter prætereà viget ibidem ritus valdè B ſanctus & religioſus, quo ſemel, menſe quolibet, luitur ſolenniter, & ſolvitur multa honoraria, ad injurias auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento illatas à ſacrilegis & nefariis peccatoribus, reſarciendas. Summus Pontifex Innocentius XI. Bullâ autenticâ ſodalitium iſtud erexit ipſemet, atque comprobavit, cui non ſolùm vulgares & plebeij homines, verùm etiam optimates quicunque nomen dant. Tantus eſt concurſus civium Colonienſium, & populorum omnis conditionis vicinorum, qui turmatim venerandæ hujuſmodi ſolennitati adſunt, die præſtituto, ut veterum Chriſtianorum videatur fervor denuò exardeſcere. C

§. V.

Conventus Miramontanus.

Gloria non ſolùm ſequitur virtutem, ſed etiam comitatur; eo ipſo quo quis rectè agit, laudem meretur, refertque apud omnes exiſtimationem. Laudanda itaque D. Carharina Henrica *de Baſſabat de Pourdac*, defuncti Ducis, & Mareſcalli Franciæ *Roquelauri*, ab uxore ſoror, Comitiſſa *de Turre*, Mirimontis domina, quæ de conſenſu D D. Illuſtriſſimi Auſcitani Archiepiſcopi (nomine *de Vic*) ibi Patres noſtros collocavit anno D 1656. reditus illis annuos ſuppeditavit, ad æquam congruentis familiæ Franciſcanæ ſuſtentationem: Eccleſiam ſuis ſumptibus conſtruxit; idoneumque domicilium Religioſis diſpoſuit. Libenter ei fundatricis literæ conceſſæ fuerunt & oblatæ. Nil aliud in animo habuit in hac fundatione, quam ut preces & ſacrificia offerrentur pro animabus mariti, filiique unici, qui mortem generosè opperiit in Flandria, pro defenſione patriæ, & Regis Francorum gloria. Solitaria eſt hæc in primis domus, ubi degere fatagunt Patres noſtri, renovandi fervoris gratiâ.

§. VI.

Conventus Turnonius.

Quæ perdifficilia ſunt, perindè habenda ſunt, ac ſi effici non poſſint. Iis, qui ſpiritu Dei aguntur, cum nihil arduum videatur, nihil eos deterret, ſive à magnis operibus aggrediendis, ſive à perficiendis. Quid laborioſius, quidve operoſius Turnonij Conventus inſtitutione? Felici tamen exitu hoc negotium terminavit anno 1660. fundator D. Joannes Baptiſta *Colinus*, primarius à Veſtiario Miniſter Illuſtriſſimi Principis Ducis Aurelianenſis, Fratris unici Regis Ludovici XIII. Hæretici Calviniſtæ ibi propugnaculum inſuperabile munimentis omnibus obvallaverant; Deo tamen ſic jubente, dirutum eſt, eodemque in loco Monaſterium noſtrum fuit ædificatum. Omnia ædificia Monaſtica camerata ſunt & fornicata; ſperamuſque cuncta huic domui eventura intercedentibus annis, fore proſpera, ut Eccleſia Catholica, Chriſti ſponſa, de hoſtibus ſubactis triumphet, injuriamque ab inimicis acceptam vindicet in ipſorum arce.

§. VII.

Conventus Barbaſtenſis.

Neraci vicinia probat hunccce Conventum undique circumdatum eſſe ab hæreticis, quorum victoriam propè in manibus habere confidimus à titulo & invocatione S. Mariæ de proſpero ſucceſſu: quamvis enim incertus ſit præliorum exitus, ac fortuna belli ambigua, & caſui obnoxia, ubi tamen res agitur Eccleſiaſtica, & Regina Angelorum invocatur, omnia dat qui juſta negat: Infernus cedit, dum cœlum præliatur. Anno 1662. hujuſce Conventus, intra limites diœceſis Condomenſis exiſtentis, poſſeſſionem adivimus, cujus ſitus valdè amœnus eſt & jucundus; ſed longe præeminet populorum pietas erga ſacram Dei Genitricem, atque hæreticorum diſturbatio, qui fere fuſi ſunt & profligati, ex quo tempore Patres noſtri agrum hunc Barbaſtenſem probis exemplis, piiſque ſermonibus ſolerter excolunt.

§. VIII.

§. VIII.

Conventus Calvimontanus.

VULGO dicitur eo faciliora eſſe negotia Philoſophis, quò minus patent multa in eorum vita, quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent. Idem cenſemus de Religioſis verè mundum abdicantibus, cum nihil habentes, omnia poſſideant, & ſponte pro amore Dei omnibus privati, nullum patiantur damnum; undique penitus, nequeant ſpoliari. Quicquid igitur crudelitatis & violentiæ in Patres noſtros exercuerint olim hæretici, nullomodo iis nocuit hæreſis, cum inde ſanctiores evaſerint: plura tamen Monaſteria ſubverſa ſunt, veluti Calvimontanum, quod ab annis trecentis & amplius ad noſtrum Ordinem pertinet. Funditùs illud Calviniſtæ exſciderunt. In tabulario Conventus noſtri Toloſani ſervatur Bulla, in plumbo, Sixti IV. 22. Maii 1480. quæ omnia privilegia à prædeceſſoribus conceſſa Eccleſiæ ſancti Joannis Lateranenſis, aliiſque Templis Monaſteriorum & domorum hoſpitalium à ſancto Joanne *de Laterano* dependentium, confirmat.

Æquum eſt credere Conventum noſtrum Calvimontanum in agro Lauracio ſitum Capituli hujus Lateranenſis Juriſdictioni ſubjici, iiſdemque privilegiis gaudere; ideòque priſci Regulares Tertiariis diploma hoc Pontificium diligenter conſervarunt, quo ſuas partes contra adverſarios tuerentur. Summus Pontifex Sixtus IV. jubet hoc Monaſterium ſub protectione tam celebris Collegii ſemper manere, cui tenentur Fratres noſtri quorannis libram piperis offerre, profitendo addictionem clientelam; permittit quoque Fratribus noſtris Calvimontanis plures Campanas in turri campanaria habere. Hæc peculiaris conditio mediocris non cenſetur, cum exprimatur in Bulla. Conventus iſte Calvimontanus intra fines Diœceſis extat Mirapincenſis, ſanctèque adeptus eſt in Fundatorem D. *de Paulà*, vulgo, *grand Bal*, inter Toloſates ſpectatiſſimum, quà generis claritate, quà meritis eximiis.

Illuſtriſſimus D. Dominus de la Broue nunc Epiſcopus Mirapincenſis, conceſſa nobis Conventus Calvimontani inſtauratione, probè cognoſcens, quantum proſint noſtrates Tertiarii Religioſi dictis & factis ad hæreticorum converſionem, qui zelo ipſius ſtudioſe obſecundant, permiſit libentiſſime præfati Monaſterii tranſlationem in urbem, quam vulgo nominant, *Maſeres*, ubi, poſt Benedictionem à Parocho, Antiſtitis nomine, impertitam ritus omnes Regulares & Eccleſiaſticos, ut moris eſt obſervare poſſumus. Poſſeſſionem reapſe iniimus, Reverendiſſimo præſente Epiſcopo. qui die feſto Corporis Chriſti juſſit Miniſtro Provinciali hujuſce noſtræ Provinciæ Concionem habere in Templo Parœciæ, quâ finitâ præcepit dicto Provinciali, reliquoque cœtui Religioſo adeſſe ſupplicantium ſolemni gratulationi inſtructo agmine procedentium quibus exempli facem præferebat Epiſcopus ipſe totius reginnis Clero ſtipatus.

§. IX.

Conventus derelicti, vel qui in aliorum manus tranſierunt.

NEc vero quemquam ſenum, audivi oblitum, quo loco theſaurum obruiſſet; omnia quæ curant, meminerunt: nulla tamen nunc mentio fit plurium Conventuum Tertii noſtri Ordinis Regularis quos vetuſtas abolevit, etiamque expunxit hominum memoriâ. Mirum ſanè: ad alia namque omnia, ætate ſapimus rectius; non ſolum unum hoc vitium affert ſenectus hominibus: attentiores ſumus ad rem ommes. quam ſat eſt. Priſci autem Regulares Tertiarii non ſic peccaverunt; quamvis enim Congregationi noſtræ perenniratis valdè eſſent ſtudioſi, multa nihilominus Monaſteria deleta ſunt, adeò ut nequidem veſtigium vel leviſſimum appareat.

Apamiis, quæ urbs eſt Epiſcopalis ad montium radices Pyrenæorum ſita, oſtenditur vicus *Bechinorum*. unde conjicitur Patres noſtros ſic denominatos à Fundatore Toloſano, ibi antiquitus degiſſe. Tutellenſis noſtra Domus, in agro Lemovico nunc occupatur à Fratribus, quos Minores communiter nuncupamus. Arbitrantur plerique Narboni, Rupellæ, Montalbani Tertiarios Regulares per longum temporis ſpatium habitaſſe.

Religioſæ Tertiariæ non modicam nominis exiſtimationem conſequutæ ſunt hac in Provincia occitanica. Ab anno 1612. præclarum extruxerunt Monaſterium Toloſæ, ſub titulo ſancti Ludovici Francorum Regis liberalitate D. Mariæ Elizabethæ *Remillon de Cavaillon*, & D. *de Neſmond*, Supremæ Curiæ Burdigalenſis principis. Etiam anno 1640. Conventum inſtituerunt Aginni Religioſæ Tertiariæ Toloſanæ ſub invocatione Deiparæ.

Plures alios poſſumus recenſere Conventus, quorum antiquitas aut deſtructio non obſtant, quin quorumdam recordatio adhuc vigeat. Fratres Minores Conventuales poſſident nunc in Diœceſi Lombarienſi, videlicet Samathani, antiquam Domum Sororum

Tertii Ordinis, quarum è manibus exierunt, aut ſunt profligata omnino lapſu temporis, & violentiâ hæreticorum Monaſteria ſanctæ Mariæ de bona Spe, Pictavienſe, Samathanum, Mirabellenſe, Campinianum, Rupipozenſe, Montanum, ejuſdem Diœceſis Pictavienſis, & Provinciæ.

§. X.

Inſignes Provinciæ ſancti Elzarii, ſeu Aquitaniæ.

MOLESTA veritas eſt, ſiquidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ; ſed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit: maxima autem culpa in eo, qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. In ſcribenda hiſtoria veritas præcipua cenſetur, & nunquam omittenda. plurima tacentur in colloquiis familiaribus, & in concionibus publicis, quæ in hiſtoria declarare oportet apertè. Si laudandi ſunt aliqui fiat ſine ulla exceptione: nihil ſilentio ſepeliendum, quod poſſit ad eorum famam conferre; ſi in aliis vitia notentur, omne verum exponatur ſive bonum, ad exemplum virtutis, quando aliqui boni habent, ſive malum, ad mali horrorem.

Provincia Sancti Elzearii multos numerat virtute præſtantes viros, ſanctamque agentes vitam, qui rerum ſacrarum meditationi addicti, valdè illuminantur ad ſuum ipſorum, cæterorumque pium regimen: inter eos plures ſunt divini Verbi Præcones, qui tantam habent dicendi vim, ut quam in partem velint impellant animos, nulla ſit iracundia, quam non ſedent, nec ſeveritas, quam non leniant, nec tantus ſtupor quem non excitent & accendant: plures denique intelligentiâ clari ſunt, & ſcientiâ pollent, unde hæreticorum converſio, induratorum pœnitentia, rectaquo morum inſtitutio hiſce in partibus oriuntur. Peſtilentiâ correptis præſertim, Toloſæ, plerumque opem dant, pluresque illis inſervientes, extincti ſunt. Alii ultimo addictos ſupplicio conſolantur & ad patientiam inducunt.

Claruit inter alios P. Cœleſtinus Bellomontanus, cujus vocatio multum continet admirabilitatis. Frater ejus natu major jam degebat in noſtro Conventu Toloſano, ut reciperet habitum Religioſum, qui ipſi promiſſus erat: Parentes intereà ſtirpis antiquitate ſpectati Senatuſconſultum obtinuerunt, quo penes ſequeſtrum cuſtodiretur, donec juvenilis conſilii impetus, quem arbitrabantur ſubitarium, deferveſceret: Verum tempore ſequeſtrationis de ardore nihil remittens hic primogenitus, Dei voluntate, diem clauſit ultimum. In ejus locum mox ſubſtitui vult enixè noſter *Cæleſtinus*, ut damna familiæ ſuæ illata inſano progenitorum amore ſarciat & compenſet. Cuncta itaque ſuperans obſtacula, expleto probationis anno, ſolemnibus votis ſe obligat; miros in virtute facit progreſſus; præclariora ſuæ Provinciæ obit munia; inter doctiſſimos Theologiæ Profeſſores, & rerum agendarum peritiſſimos emicat, magnum, in morte, ſui apud poſteros reliquens deſiderium.

De Patre Petro Neracenſi multus eſt ſermo, & celebris, qui cùm à parentibus hæreticis, pravis opinionibus addictus eſſet, poſitâ contumaciâ, ſalutari ac ſuaviſſimo Eccleſiæ jugo cervices ſuas ultrò ſubjecit, votiſque ſolennibus in noſtra Congregatione nuncupatis, inſigne, uſque ad obitum, virtutis & doctrinæ ſpecimen, ſemper exhibuit.

P. Joannes Climacus ſuum quoque meretur encomium, qui piùs perindè ac doctus animarum regimine, & antiquitatis intelligentiâ præſtans, oppidò noſtrum illuſtravit Ordinem.

De P. Baſilio Aginnenſi nefas eſt tacere, qui humilitatem profundam, charitatem fervidam, & exquiſitam literaturam ita ſolerter copulavit, ut ſcientiâ minimè inflatus, ſed humilior factus fuerit, atque cœleſti amore exardeſcens, homines quoſcunque ſibi devinciret. Præcipua ſuæ Provinciæ munera univerſo applauſu obiit, non deciſcens unquam à recto exercitiorum regularium tramite. Per quadraginta annorum ſpatium, tempore Adventus & Quadrageſimæ Dei verbum populis expoſuit indeſinenter; qui impensè exoptarat vitam finire, dum reipſa concionaretur, voti compos omninò fuit divinæ legis explicans myſteria, pro ſacro ſuggeſto, coram celeberrimâ audientium coronâ in jejunio quadrageſimali.

ARTICULUS XXVII.

Conventus Romanus.

CUM ad nationem Gallicam pari jure pertineat Conventus noſter Romanus, nullique Provinciæ peculiariter aſcribatur, ideò ſeorſim facienda eſt ejus fundationis ac progreſſus mentio; breviterque poſteà declarabitur, quænam ſit ipſius forma regiminis.

Non perperàm, nec inaniter Rex Galliæ nominatur, *Chriſtianiſſimus*; incœpit Auguſtus hic titulus à Clodovæo I. qui poſtquam in prælio, quod contra Alemannos anno 496,

geſſit, invocato uxoris Clotildis Deo, præſentem ejus opem eſſet expertus, victis hoſtibus, apud Remos à ſancto Remigio ejus urbis Epiſcopo, Chriſtianis ſacris initiatus eſt: volens autem Clodovæus omninò diſcedere à cæteris ſui ævi Principibus, qui fermè omnes Arianorum partes tenebant, ſe *Chriſtianiſſimum* eſſe profeſſus eſt, acclamante universâ Eccleſiâ Catholicâ, & libenter congratulante tam præclaro cognomini.

Deinceps Galli, eorumque Reges ſtrictum fœdus inierunt cum Romano Pontifice, eum unicè colentes, tanquam caput Chriſtianæ & Catholicæ Religionis. Ut alios taceam, ſolum propono Carolum magnum, qui devictis Pontificiæ Majeſtatis hoſtibus, Romam profectus, cunctis Romanorum Ordinibus obviam effuſis, cum ingenti ſignificatione lætitiæ excipitur: ingreſſus urbem pedibus ad Apoſtoli Petri Ædem venit, ubi, dùm eum Pontifex peramanter complectitur, ipſe Rex venerabundus Pontificis oſculatus eſt pedes.

Secuti Galli hujus aliorumque Regum exemplum, nihil aliud magis ambiunt, quam Romanæ Cathedræ firmiter adhærere, ſummiſque morem gerere Pontificibus: Viciſſim Romani Pontifices benefici & multum benevoli extiterunt in Gallos. Teſtis eſt Paulus V. qui anno 1620. nos Gallos Tertiarios Regulares collocavit Romæ, eâ lege, ut iſte Conventus pertineret ſemper, & in perpetuum ad nationem Gallicam.

Ab hoc ipſo initio degimus viâ ſeptimanâ, vulgo nuncupata *de La Longare*, deinde Urbanus VIII. nos tranſtulit anno 1630 in Monaſterium Conventualium Reformatorum, cujus titulus erat, *Beatæ Mariæ de Miraculis*, propter Imaginem ſacratiſſimæ Virginis, quâ invocatâ multa referunt patrata fuiſſe miracula.

Hinc tranſivimus juſſu Alexandri VII. in plateam *Del Popolo*, è regione portæ hujus nominis. Tranſlatio Imaginis facta fuit magnâ ſolennitate anno 1662. Illuſtriſſimus Dominus D. Henricus *de Maupas de la Tour* Epiſcopus Ebroicenſis Miſſam celebravit, habuitque Concionem, præſentibus Eminentiſſimo Cardinale Antonio, ſummi Pontificis Urbani VIII. fratris filio, Reverendiſſimo D. D. de Bourlon Epiſcopo Sueſſionenſi, plurimiſque aliis ſpectatiſſimis viris.

Innumera inſuper aſſiſtebat multitudo, quæ continuis & devotis acclamationibus Reginam cœli honorabat. Audiebantur præſertim vicini incolæ priſtinæ noſtræ Domus Romanæ, lamentantes ſe orbari & deſtitui tutiſſimo propugnaculo, ad quod confugiebant tempore tribulationis.

Favente Deo, & intercedente Dei Genitrice, amplioribus in dies benedictionibus cumulantur Fratres noſtri: ſub tantis auſpi-

A ciis. Mirandus eſt novi Conventus noſtri Romani progreſſus, Tranſlatæ ſunt cum ſancta beatæ Mariæ Virginis Imagine ſalus, proſperitas, & gloria, quæ nos in tam felici comitatu, ubique comitantur. Novi naſcuntur amici, quorum liberalitati multum debemus, inter quos inſigniter, & longè ſuprà omnes emicat Eminentiſſimus Cardinalis *Gaſtaldi*.

Adulatorium nullo modo eſt publicare, quod eſt evidens, & quod eſſet nefarium ſilere. Dicam igitur ſine adulationis nota, imo vero gratulabundus, & accepti beneficii memor dicam, Dominum *Gaſtaldi*, ut principem dignitate, ſic eruditione, & virtute habendum. Noverunt fervidum ejus in B literarum & pietatis cultores amorem, cui vicem, celebrandâ apud poſteros gloriâ, literatos præſtat referre. Egregiam maxime laudem reportare meretur, ex ædificio Eccleſiæ noſtri Conventus Romani, ubi ejus Religio peræquè ac magnificentia relucent.

Lapidem fundamentalem poſuit ipſe ſolenni ritu 6. die Octobris anno 1675. fuitque declaratus Fundator 2. Junii 1678. publico inſtrumento, quod viſitur inter acta & reſcripta auditoris cameræ Notarii, cujus nomen eſt, Thomas *Palatius*. Hoc inſtrumentum receptum fuit ratumque unanimi conſenſu, à Superioribus omnium Galliæ Provinciarum, Tertii Ordinis, videlicet à Provincia ſancti Yvonis 10. Auguſti 1678. à Provincia C ſancti Ludovici 27. Auguſti 1678. à Provincia ſancti Franciſci 1. Septembris 1678. à Provincia ſancti Elzearii 1. Octobris 1678.

Eccleſiæ noſtræ ædificio manus extrema fuit admota, Eminentiſſimo noſtro Fundatore tunc Legatoris muniis fungente Bononiæ. Fuit itaque publicæ pietati aperta & conſecrata ritu ſolenni à Cardinale *Carpegna*, ſive *de Carpineis* 5. die Auguſti anno 1681. culparum omnium cumulatiſſimâ Indulgentiâ à ſummo Pontifice impertitâ per ſingulos octavæ dies.

Nos ſolum adſtrinxit eximius iſte Fundator, ut primo cujuſlibet menſis die ſolenne Sacrum celebremus, pro fratris Marchionis D *Gaſtaldi*, aliorumque parentum animabus, addendo in fine Pſalmum *De profundis*, *&c.* recitandum coram Altari primario, feſtis diebus exceptis. Hic jam terræ mandari juſſit à latere ſiniſtro corpus fraternum, volens è regione ſuum reponi, à latere dextro, poſtquam Deo naturæque conceſſerit.

Licet noviſſimo in hoc Monumento, Eminentiſſimus Cardinalis *Gaſtaldi*, Dei cultus, quam honoris proprii, hominumque exiſtimationis lauream ferere malit, metet tamen & adipiſcetur amplas ſegetes approbationis & laudis coram Deo, Angelis, & hominibus. Tantum virum fama verat mori: morte autem interveniente univerſus orbis ejus

A erit ſepulchrum; imo potius vivet in poſterorum memoria, qui ejus præconia nunquam deſinent celebrare.

Sic autem agunt Romæ Tertiarii Regulares, Gallici Franciſcani: Romanam Domum viſitandi jus penès unum eſt Miniſtrum Generalem Fratrum Minorum de Obſervantia, quod ea Romanorum Pontificum decretis, & huic uni ſubſit, & nulli ſit adſcripta Provinciæ: A Provincialibus tamen par Religioſorum numerus eò mittitur; à ſingulis, Sacerdotes quatuor, Fratres duo, qui ea quæ noſtri Ordinis Religioſos decent, obeant munera.

B Gardianus, Vicarius, Proviſor, Ædituus ſeu Sacriſta, qui præſunt cæteris, à Provincialibus, & ſuæ Provinciæ deffinitoribus ſeparatim eliguntur; ita ut è quatuor Provinciis ſingulæ mittant viciſſim Gardianum, Vicarium, Proviſorem & Ædituum, qui ex pactis tranſactis, quæ Romana Sedes rata eſſe juſſit, ſuo per tres annos fungatur munere: Iis etiam negotia, ſuæ, cùique, Provinciæ, committi moris eſt, quæ curent, ut quam primùm in Romana Curia abſolvantur.

C Ad noſtri hujuſce Monaſterii Romani gloriam & ornamentum, præſtat, pro concluſione preſentis Articuli, inſerere Epiſtolam Eminentiſſimi Cardinalis Guaſtaldi, meritiſſimi Fundatoris.

Admodum Reverendo Patri Chryſoſtomo à Paſſione Provinciali Provinciæ ſancti Yvonis. Luteriam Pariſiorum.

„ ADmodum, Reverende Pater, literas
„ tuas, preconiis, de me refertas, in-
meris ob Eccleſiam beatæ Virginis Miracu „
lorum, ſupremum, in urbe hac, anno com „
plementum, adeptam, non abſque ingenui „
ruboris notâ perlegi: Tanti ſiquidem operis „
molimento, nihil excelsâ Cœlorum Domi- „
nâ verè dignum intentaſſe me, aut medi „
tatum eſſe, perſpicis.
Verum, cum neque Davidi parem men- „
tem, nec æquas Salomoni opes, poten- „
tiamque fuerim conſecutus, Templum quod „
pro viribus licuit, propitiæ mihi plurimum „
divæ in Holocauſtum conſtitui; nec aliud „
porrò imbecilitatem meam magis ſolatur, „
quam quod Seraphici iſtius Ordinis cuſto- „
diendum zelo ac vigilantiæ commiſerim.
Ab ipſo etenim in dies pretioſa quâlibet „
gemmâ exornatum, in auguſtiorem ſuper- „
næ Miraculorum Reginæ aulam, penitus „
evaſurum non ambigo. Ut ferventi igitur „
oratione univerſus tuus iſte cœtus me „
Deo commendatum indeſinenter habeat; „
efflagito: ſic viciſſim unicuique ipſorum, „
ut ante hac, ero ſemper in patrem; erunt- „
que iidem mihi ſemper in filios, ſicut „
etiam tui, perpetuò dignoſci exoptabo. „

Bononiæ ſexto Kal. Jun. 1681. „

Ad officia paratus. „

Cardinalis Guaſtaldus. „

TERTII ORDINIS SANCTI FRANCISCI Aſſiſiatis Annales.

PARS SECUNDA.

De Viris Illuſtribus, qui Sæculis decimo-tertio, & decimo-quarto claruerunt

VITA SANCTI FRANCISCI ASSISIATIS.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas, & Juventus.

SÆPENUMERO paupertas modeſtiam, & cæteras virtutes perſuaſit reluctanti animo: quodque nequicquam Philoſophia tentaverat, hæc implevit. Veritas hæc evidens eſt in Ordinis Minorum Inſtitutore FRANCISCO; in ipſius videlicet Inſtituti ortu, incremento, & confirmatione, ubi paupertatis Evangelicæ continua emicant miracula.

Pater ejus mercaturam profitebatur, qui inter primarios Aſſiſii cives locum tenebat, totiuſque itidem Provinciæ. Negotiationi ampliſſimæ incumbebat non ſolum apud Italos, verùm etiam apud exteras nationes; & vocabatur *Petrus Bernardonus*, illiuſque uxor, *Franciſci* noſtri mater, *Pica*. Aſſiſii naſcitur anno 1182. in ſtabulo, quo devehitur Angeli conſilio, qui ſub ſpecie peregrini ſtipem colligit, & dum Pica parturit, declarat illam certò morituram fore, niſi fiat quod præcipit. Mendicus alter ſummâ moderationis & gravitatis laude inſignis, quem omnes ani-

A mum cœleſtem arbitrabantur, in cubiculum puerperæ intrat, illamque rogat gratum habere, ut puerum de ſacro fonte ſuſcipiat. Petitioni annuitur, modo *Ioannis* nomen imponat, juxta genitricis deſiderium. Completâ baptiſmi ſolennitate, recenter natum collocat inter manus Sacerdotis, peractâque oratione, inſculpta reliquit genuum veſtigia marmori pedariæ ſedeculæ altaris, quæ ibi adhuc videntur crate ferreâ obtecta.

Tertius Angelus ſub eadem peregrini figura
B licentiam aſſecutus eſt deoſculandi & complectendi parvulum *Franciſcum*, ſicut olim ſenex & venerabilis Simeon Chriſto ſuavia dedit, & brachia in ipſius collum injecit. Crux humero pueri recenter nati impreſſâ pollice Angeli illum complexu ſtringentis, fauſtæque prædictiones, quas de illo enunciarat, magnam commovebant expectationem. Dæmon ipſe humani generis antiquus hoſtis haud quaquam interrogatus, declaravit nunquam ſe egreſſurum è corpore quod poſſidebat, niſi meritis & imperio *Franciſci*,

in cujus ortu univerſa damnatorum caterva A conturbata eſt: reverâ Pater Seraphicus pœnitentiam prædicare incipiens hunc demoniacum de tam nefanda ſervitute eripuit.

Pica eximiâ virtute prædita, probè & divinitùs ſciens præclaras filii ſui dotes, & in quantam aliquando promoveretur celſitudinem, illius educationi potiſſimum incumbebat: linguarum Gallicæ & Latinæ notitiâ imbuitur. Pater videns illum libenter & commodè, abſque interprete, cum Gallis agentem, & familiaritatis uſu conjunctum, vulgò illum *Gallum*, ſeu *Franciſcum* denominat; omnibus deindè Aſſiſii incolis ſic loquentibus, eumdem retinet titulum.

Mox ut Latinum idioma callet, è gymnaſiis educitur, & negotiationi applicatur, atque commercio. B Cum mercaturæ particeps ſit emolumentorum, quicquid lucratur, in conflanda ſymphonia, in ludis & oblectationibus, in conviviis opiparis, in veſtium pompa inſumit: omninò gloriæ avidus erat præ cæteris gentilibus atque coætaneis.

Sicut Pater lucri cupidiſſimus ab his ſumptibus abhorret, mater humillima faſtum averſatur: memor tamen hæc mirabilium ſignorum, quibus *Franciſci* nativitas fuit illuſtrata, placidâ mente jucundam & felicem morum mutationem eò magis ſperat, quo evidentius perſpicit vanum adoleſcentem uberiores eleemoſynas pauperibus erogare, *propter amorem Dei*, petentibus. C Reapſè noſter *Franciſcus* acuto ſenſu commiſerationis permovebatur ad hæc verba: advertens ſemel oblivioni tradidiſſe mendicum, ſtatim illum velociter adit, ejuſque inopiam ſuſtentat, voto ſe aſtringens nil unquam ſe denegaturum cuicumque *propter amorem Dei* poſtulanti.

Conſtat ex tribus Hiſtoricis, qui *Franciſci* noſtri vitam ſcripſerunt, nec animam, nec corpus illius ullâ impudicitiæ labe vel leviſſimâ inquinata fuiſſe. Pater Leo vir ſpectatiſſimus, qui illi erat à Confeſſionibus, ſolenniter teſtatur *Franciſcum* totius vitæ noxas exponentem multoties audiviſſe, in quibus nullum etiam minuſculum defectum contra puritatem notarit vel interiorem. D Illuſtris quidam Aſſiſias inter cæteros cives virtutum ſplendore nominatiſſimus ubique vulgabat futuram *Franciſci* noſtri ſanctitatem: coram illo, dum obvius per vias tranſiret, Veſtimenta proſternebat, genibuſque innixus illum maximè venerabatur. Cum juvenilis vanitas non ei ademerit pudicitiæ florem, nec impediit ullâ ratione quo minus floreret, aut ornaretur aliis præclaris dotibus. Magnanimus & generoſus erat, in obſequium paratus, & comis, perſpicientiæ denique & dexteritatis eximiæ vir.

CAPUT. II.

Mirabilis Converſio.

FRanciſcus in morbum incidens, ſalutem ſuam deſperatam credidit, & ad mortem ſe diligenter accinxit. Statuit eodem tempore ſe omninò putui divino commendare, aut mori paratus erat, ſi ex ergaſtulo corporis Deus vellet illum eruere; aut ex accurata virtutis amuſſi vitam ſuam dirigere, ſi amplius uſurâ lucis frueretur. Obſervarunt omnes in vivendi ejus ratione luculentam emendationem, ſanitate reſtitutâ. Miratus eſt ipſe rure habitans naturæ venuſtates non perinde gratas vel amœnas ſibi eſſe ac anteà.

Nobili cuidam penè nudo veſtibus erogatis, viſum habuit palatium pretioſis armis refertum ſignum crucis gerentibus, atque inſtructu prorsùs magnifico. Quærenti *Franciſco* cujuſnam eſſent tantæ divitiæ: Tuæ ſunt, ait vir "cæleſtis, & ad tuos ſectatores pertinent, "modo crucis vexillo cupiant inhærere, tuiſ-"que veſtigiis. Luctamen terrenum intelli-"gens, inter milites exercitus Gualterij Brennenſis ſe conſcribi curavit: dein poſt cæleſtem admonitionem, primâ nocte itineris datam, in natale ſolum rediit, ubi animum ex curarum tædio recreans, acriter à Deo percellitur.

De repente novus homo fit, nil ſpirans niſi mundi contemptum, & perfectam ſui ipſius abnegationem: crebra dat ſuo aviola, præ fervido voluptuoſæ carnis odio, leproſo cuidam occurrenti, amarè dolens ſe tantam in hujuſmodi lucta ſenſiſſe repugnantiam. Apparuit illi Jeſus, velut recenter cruci affixus, dicenſque: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me, Math. 16.* Ex eo tempore, quoties paſſionem Chriſti commemorabat, in lacrymas effundebatur.

Ardentiori amore in pauperes exarſit: præcipuo cultu Sacerdotes proſequens, luculentis eos beneficiis afficiebat, dum in egeſtatem redigerentur. Coram Crucifixi imagine aliquando meditans, his verbis provocatus: *Vade*, Franciſce, *repara domum meam, quæ labitur*, penè corruentem ſancti Damiani Eccleſiam inſtaurandam aggreditur: pecuniæ ſummam illicò Sacerdoti, cui illius cura demandata erat, libenter ſuppeditat, quia illi ruinæ periculum imminebat; nec *Franciſcus* adhuc concipit divinum conſilium, quo vocatur ad promovendam animarum ſalutem, quæ Catholicam componunt Eccleſiam, & fidelium communionem.

Equi venditio, multipliciſque mercis valdè

pretioſæ ad ſancti Damiani Ecceleſiæ reparationem patri bilem movet, qui percitus irâ, eum laceſſere vult atque diſcerpere, nec tamen attingit *Franciſcum*, qui deliteſcens in muri foramine, & ſinu per miraculum aperto, tuti ibi nanciſcitur locum propugnaculi. Quadraginta poſteà dierum ſpatio perſeverat pius adoleſcens in oratione intra profundæ limites ſpeluncæ, unde exiens ſe velociter Aſſiſium confert. Sciens pater filium ut ſtultum vituperari, lapidibus per vicos obrui, & à pueris luto conſpurcari, illum carceri domeſtico mancipat; tùm conatur bæreditate orbare coram urbis Magiſtratibus, qui rem omnem ad Epiſcopum rejiciunt.

Franciſcus cœleſti gaudio perfuſus, abjicit veſtimenta, & cum jucunditate exclamat, ſe tunc nullum verè *patrem niſi in cœlis habere.* Antiſtes ſagulum ſui olitoris illi juſſit impertiri, quod novus Chriſti miles, ſigno crucis formato, ita diſpoſnie, ut hanc devotam figuram exprimeret. Gaudebat utique, & gloriabatur inſtructum ſibi adhibens Dominæ ſuæ amantiſſimæ paupertati penitus congruentem.

Latrones per ridiculum in foveam nive plenam eum projecerunt, quod ſe jactaret magni Regis eſſe præconem: Engubinus quidam civis Anachoretæ illum habitu donavit, quo biennio uſus eſt, cum vili cingulo, rudibuſqne & abjectis calceis: baculum itidem viatorium longiorem ſemper gerebat præ manibus: demùm, ſicut Ephœbi honorarij teſſerariam ſui domini veſtem præferunt, ſic noſter *Franciſcus* Evangelicæ paupertatis ſymbola, ut honoris inſignia, quaſi venditabat: paupertatem non ſolum advenientem patienter tolerat, ſed blandè excipit; imò illam ſollicitè inquirit & peramanter ſibi conciliat, atque aſſumit, velut pergratam ſponſam, ab ineunte converſione poſt extremas ſuperatas difficultates: paucis dicam, ultrò illi occurrrit, ſi tardet; accedentem læto animo, bipatentibus valvis amplectitur; Secundo quidem numine: paupertas enim primâ fronte ſevera & ſubtriſtis, non immeritò viatori ac viro armato exæquanda eſt, eo qnod celer minaxque ſit adveneus ejus, at cum in familiaritatem admiſſa fuerit, minimè ſumptuoſa, & ſecura, ac facilis hoſpes eſt beato præſertim *Franciſco*, qui eam non ut commodam hoſpitem, ſed ut glorioſum oſtentat triumphum, quo particeps ſit Jeſu Crucifixi gloriæ.

Præ paupertatis amore peramat pauperes, & afflictos ſublevat, atque conſolatur: lepris cuidam infecto, ad pedes ſuos procumbenti, ſanitatem tribuit, illins oris frigens oſculum: ſancti Damiani Eccleſiæ ſarta tecta procurat atque decorat: deinceps apnd omnes eſt in honore, Patre excepto, qui continuis eum opprobriis laceſſit. Mendicitas, cæteræque abjectiones initio Converſionis plurimum erant moleſtæ *Franciſco*, qui, ut ſe ipſum domaret, occaſiones quas deſcripſimus ſeipſum deprimendi ubique & ſemper aucupabatur. Sacram denique & alteram Ædem Apoſtolorum Principi dicatam, tertiamque, ſub titulo beatæ Mariæ de Angelis, impensè ſarciri curavit, ut trium ſuorum Ordinum ſpecimen exhiberet, juxtà noſtrorum Annalium Scriptores.

CAP. III.

Primi Ordinis Franciſcani Inſtitutio.

SACRA ædicula beatæ Mariæ de Angelis locus proprius eſt originis hujuſmodi, annus vero inſtitutionis notatur communiter ab Hiſtoricis octavus ſupra milleſimum ducenteſimum octavum. *Franciſcus* ætatis ſuæ anno vigeſimo ſeptimo miniſtrabat ibi Sacrificio Miſſæ magna cum pietate. Cùm autem Sacerdos primùm hæc verba Mathæi protulit; *nolite poſſidere aurum neque argentum, neque pecuniam zonis veſtris, non peram in via neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam; intrantes in domum, ſalutate eam, dicentes, pax huic domui*; mox *Franciſcus* calceamenta & baculum rejicit, cum horrore abdicat, quicquid ſupereſt pecuniæ, tenuiſſimâ, pro veſtitu, contentus tunicâ, ſe aſpero fune circumcingens, & vehementer provocans populos ad pœnitentiam.

Vir quidam eximiæ pietatis, & ſingularis exiſtimationis inter Aſſiſiates his verbis affatur quemcunque obvium, *pax & felicitas.* E conſpectu autem evolat quamprimum *Franciſcus* noſter virtutis ſuæ radios effundit, quaſi *Franciſci* Prodromus ſit & præcurſor. Confeſtim adhærent *Franciſco plures ferventes* diſcipuli; Bernardus videlicet Quintavallus civis Aſſiſii nobilis & opulentus; Petrus Catanæus Eccleſiæ Metropolitanæ ejuſdem urbis Canonicus illuſtris, necnon Ægidius, quiſuas opes luculentus pauperibus omnino diſtribuerunt, in media platea ſancti Georgii; tres hi generoſi Athletæ adſcripti ſunt in familiam Franciſcanam, cum Pater Seraphicus in ſolitudinem Riotortenſem domicilium tranſtuliſſet, ad unum ab urbe Aſſiſio milliarium, non longè à priori habitatione, quam vulgo Portiunculam nominant.

Franciſcus Patrem Bernardum Quintavallum, & Petrum Catanæum in Tuſciam mittit Verbi Divini cauſâ annunciandi, dum ipſe, aſcito ſibi comite Fratre Ægidio, in Piſcenum ſeu Marchiam Anconitanam pergit id muneris Evangelici obiturus: Completa

hac excurſione Apoſtolicâ tedeunt quatuot in ſuum deſertum, ubi, ſine mora, novi condiſcipuli cum illis ſocietatem ineunt. Joannes de Capella nomen erat unius ex his poſtremis, qui ſuâ malitiâ reddens ſe indignum tam inſigni prærogativâ, eumdem tenuit locum inter priſcos Franciſtanos, ac Judas Iſcariotes, in Collegio Apoſtolorum.

Ad orationis exercitium ardenter illos incitabat *Franciſcus*, & ad cupiditatum omnium ſeveram cohibitionem: ægrè & difficulter, oſtiatim, colligentes ſtipem in urbe Aſſiſio, natali ſolo, miſeratus ſapiens inſtitutor perducit in vallem Reatinam, locum nempè ab hominum conſortio remotum, ubi præſcribere illis incipiens certam vivendi normam, divinitùs novit futurum ſui Ordinis progreſſum: redeunt paulopoſt in Hoſpitium Riotortenſe, unde ipſius juſſu Fundatoris. Iterum egrediuntur bini & bini, ad vitæ Chriſtianæ decus, pro ſacro ſuggeſtu, populos adbortaturi.

Concionum *Franciſci* præſertim fructus erat uberrimus, in regione quæ illi contigit: Deo tamen ſic jubente Aſſiſium revertitur, quatuor aggregat ſibi novos Sectatores, gaudens maximè quod omnes etiam abſentes, eodem momento ſint in comitatu. Nondum Religioſi vocabantur, nec Fratres Minores, ſed Pœnitentes Aſſiſiates: obſervant quoque ſcriptores ſummum Pontificem Innocentium IV. approbantem Ordinem Franciſcanum, denominaſſe illos tantum Franciſcanos Pœnitentiæ Prædicatores.

Conflatâ Regulâ, & ſtylo ſimplici exaratâ, ad imitationem Evangelii, Romam *Franciſcus* convolat, unà cum Fratribus, ut anctoritate Apoſtolicâ firmetur, & approbatione. Mira fuit hoc in rerum concurſu Vocatio Patris Angeli Reatini, qui illis ſe adjunxit unico verbo *Franciſci* obtemperans, ac poſtridie Religioſo habitu donatus eſt: in primo congreſſu,non facilè annuit innocentius eorum petitioni verum ei dormienti exigua eſt objecta palma, quam credebat oriri ſecundum pedes ſuos, & paulatim creſcere uſque ad celſitudinem ingentis arboris. Somniavit aliàs ſanctiſſimus Pontifex, & ſe arbitratus eſt cernere Templum ſancti Joannis Lateranenſis in ruinam pronum fulcitum humeris pauperis *Franciſci* Aſſiſiatis.

His omnibus miris eventibus, atque præclaro exemplo ſanctimoniæ *Franciſci* permotus Innocentius, applaudante universâ Curiâ Romanâ ſolenniter ejus Regulam comprobavit; illumque ac diſcipulos vota nuncupantes inter ſuas manus attentus atque benevolus excepit. *Franciſcum* itidem, primum Generalem inſtituit, ab iis expetiit iteratam conteſtato obedienriæ denunciationem: deinde permiſit illis divinæ legis, pro Concione, explicare myſteria per univerſum orbem, ad Ordines Minores Fratres Laicos admittere, & Minorum Inſtitutori *Franciſco* conferens Diaconatum.

CAP. IV.

In Conventu Beatæ Mariæ de Angelis firma ponit virtutum Religioſarum fundamenta.

PATRIARCHA Seraphicus Româ exiens, unà cum ſociis, viâ rectâ, velox in primam ſuam tendit habitationem, propter Aſſiſium. Arctus adeo & anguſtus erat iſte locus, ut cogerentur Religioſi in pedes ſtare, cum aliter nequirent ibi contineri. *Franciſcus* ipſe eorum nomina ſcripſit in ligneis tabulis, ut agnoſcerent ſeorſim in quam ſecederent partem orandi, legendi, aut quieſcendi gratiâ. Capite attingentes ſuperum tugurii tabulatum, vix poterant ſat ſpatii reperire, ubi collocarent pedes: mente & ſilentio potius quam ore Deum precabantur circa Crucem ligneam: crudis & agreſtibus herbis, abſque ullâ præparatione, veſcebantur: *Franciſco* abſente atque illis exibente ſe viſum penetrarunt omnes viciſſim & mutuo ſuæ conſcientiæ ſtatum, graduſque perfectonis

Denique certam fixit manſionem hocce terrrarum in angulo, quem vulgo nominant *Portiunculam*, vel ædiculam beatæ Mariæ de Angelis. Nec mora; nocte ſequenti, Chriſti Jeſu & ſanctæ Virginis apparitione, plurimum reportavit ſolatii: vivus & fervidus ſermo, quem habuit ad diſcipulos, de laude mendicitatis, pariterque exemplum, quo illis faciem præferebat, omnem repugnantiæ obicem prorſus abſtulerunt. Carnem ſuam mirâ ſeveritate diſcruciabat, quà flagellis, quà inediâ, conſilium tamen Evangelii extra Conventum obſervabat, ſobriè manducans indiſcriminatim, quæ apponerentur.

In ſeipſum acerbus valdè & durus, in alios verò mitis & commodus oppidò erat, atque indulgens. *Franciſci* noſtri excellentem in orando pietatem paranimi munditiès acuebat, ad videndum Deum. Id declarat talis munditiæ index innocentia vitæ, multorum ejus familiarium teſtimonio comprobata. Hi quippè profeſſi ſunt nihil ſe unquam in illo deprehendiſſe, quod cujuſquam oculos aut animum offenderet.

Animi porrò ſanctitatem perpetuâ corporis ſanctimoniâ honeſtavit. Satis conſtat ab eo virginalem pudicitiæ florem ad extremum uſque ſpiritum cuſtoditum fuiſſe: inſignis profectò in illo amor caſtimoniæ, inſigne odium

odium libidinis fuit, adeò ut vel minimas hujus generis labeculas exoſus, ipſum horreret libidinis nomen. Divino cultui ſemper incumbens, deſidiam omninò fugiebat: ad continuam occupationem Fratres hortabatur, quæ Deo placeret, & proximis utilis eſſet.

Labores Apoſtolicos tanquam virtutum aream conſiderabat, requiem è contrariò, voluptatum ſentinam: commendabat laborem continuum & indeſinentem, quia *parum*, aiebat, *proficit labor, niſi ſit jugis: nam & ipſa, quæ quæritur labore, gloria, niſi ſit perpetua, imo potius æterna in cælis; fluxa eſt, caduca in terris, necnon contemptibilis, & odioſa.* Nunquam ſe putabat nimis exagitatum laboribus, quia patiens & fortis erat. Nimium autem & parum, pro varietate patientium accipitur. Ignavo, labor omnis eſt nimius; nullus, magnanimo: fratres proindè ſemper incitabat *Franciſcus* ad virtutis exercitium, quaſi recenter religioſæ iter perfectionis aggredi incipiant.

Præcipua pietatis ejus argumenta erant paſſio Jeſu crucifixi, Genitricis Dei univerſus vitæ decurſus, Michaelis Archangeli, Apoſtolorum denique Petri & Pauli geſta præclariſſima. Vehementi Martyrii deſiderio flagrabat, haneque ad palmam æſtuans vehementer anhelabat. Indè oriebatur paupertatis inſolitus amor: acerrimè caſtigat Religioſum, qui fortuitò & innocenter atque ſine è culpâ tangit monetam obviam.

Pleuè perſuaſus de virtute Fratrum omnibus numeris & partibus explerâ, illos per omnes italiæ regiones mittit Verbi Divini prædicandi gratiâ, prævio longo & ſapienti colloquio de re tanti momenti, & poſtquam pulcherrimus adoleſcens in medio illorum cœtu ſe exhibuerit, atque omnibus largam & fauſtam Benedictionem fuerit impertitus. Subindè *Franciſcus* animat Fratres ad miniſterii Apoſtolici defatigationes tolerandas, ſibi Provinciam reſervans Hetruriæ. Peruſium accedit, comite Fratre Sliveſtro, ubi ſummam admirationem commovet verbis & prædictionibus, ſicut Cortonæ. Hæc in poſtrema urbe juvenem quemdam, quem Guidonem appellant; habitu donans *Franciſcano*, plures alios allicit, Heliam præſertim multomagis famoſum & ſpectatum in Ordine Seraphieo propter dotes humanas, & nativam indolem, quam propter mores Apoſtolicos, cum primus de Regulari diſciplinæ ſeveritate multùm remiſerit, alioſque plures ad laxiorem vivendi rationem pravo compulerit exemplo. Obſervatio voti paupertatis præſertim collabitur, quod *Franciſcus* conatur redintegrare.

Non ſolum alimenta, ſed etiam veſtem cæteraque neceſſaria, Chriſti nomine, mendicat; A tanta illi erat dulcedo Evangelicæ paupertatis: honeſto veſtitu, qui offerebatur aliquories, repudiato, ſolam adamat runicam, ſine pallio, veritus, ne ſplendorem habitus (ut ſit) aliqua animi elevatio ſequatur. *Franciſci* togâ interdum detritâ uſu jam, aut laceratâ, amici novam ei offerebant; at ille vili centone ſe involvens, nunquam paſſus eſt vetuſta lacinia ſibi detrahi, ut indueret veſtem novam. Quam libenter autem paupertatis incommoda ſubierit, quantopere in omnium rerum anguſtiis, tanquam in cœleſtibus deliciis, geſtire ſit ſolitus, facilè intelligi poteſt ex diſtributione veſtimentorum ipſi oblatorum, dum pannoſus & fere nudus B eſſe volens, illa mendieo primùm occurrenti impertitur.

Maximè oblectatur dum in ſeceſſu & extrà hominum conſortium vitam agit. Per totum tempus Quadrageſimæ aliquando pro cibo omni mediam modici panis partem adhibet, fonte vicino illi præbente potum, cujus aquæ poſteà plures ægroros ſanaverunt. Virtutum celſitudine dæmones perterret, quos ex urbe Aretio expellit, civium diſſidia componens, qui ſe viciſſim ferro & armis furioſe interrimunt: Ibi quoque priſtinum ſanitatis ſtatum puero penitus curvo, & inſigniter deformi reſtituit. Miracula quæ patravit Florentiæ magnam illi nominis exiſtimationem conciliant; Converſio potiſſimum viri cujuſdam C juriſperitiſſimi; qui unà cum filio ſuas opes quaſcunque erogat pauperibus: Plurimi etiam hoc permoti exemplo, Chriſti veſtigiis conſtanter adhærent. Vitia extirpantur, & ſolidæ pietatis leges vigent. Florentiæ tandem Monaſterium conſtruit.

CAPUT V.

Sancta Clara Converſio, & Minorum Ordinis incrementum mirabile.

D INeunte anno 1212. in oppido Sarthiano claret, atque in ſilva proxima præcipitiis & voraginibus quaſi circumvallata Conventum ædificat. Situs hic plurimùm illi arridet propter ſolitudinem terrificam, quâ ſenſus corporis minimè deliniuntur, cujus elevatio facilitatem affert Aſſiſii conſpiciendæ, ubi beatæ Mariæ de Angelis pergratum inſtituerat Monaſterium. Simul ac Religioſi poſſeſſionem ineunt, montis devexitatem illicò occupant, rupeſque locum tenet fornicis & tabulati, cujus hiatum ramis arborum claudunt.

Nunquam voluit Pater *Franciſcus* habitare in Cellula, quam pius amicus ad ejus uſum tabulis conſtrui juſſerat. Nimis illam comptam judicabat & commodam, uſque

adeo paupertatem ambiebat. Quamprimùm tamen obtinuit ut ſurculis & luto tegeretur, velut cæteræ, in ea lubens manſit: dum aliquando meditaretur, dæmon conatus eſt illum à carnis cruciatibus, & aſperâ vivendi ratione avocare, fallaciter aſſerens hujuſmodi crudelitate reum fieri nefandi ſceleris, & homicidii, ſicque Deum graviter offendere.

Fallaciam vero diabolicam divinitus novit; nec ab incœpto pœnitentiæ tramite ullatenus deſtitit: præterea diſſipavit impuram tentationem, ſe ipſum per nives longius vo'utans, poſt cruentum flagellum. appropinquante quadrageſimæ tempore Aſſiſium revertitur, & iter faciens obvios habet urbium & oppidorum cives, ramos & flores geſtantes præ manibus, ut illum honorificè excipiant, ſuoſque intra muros feſtivè introducant. Clerus inſtructo ordine tunc procedit, æris campani feſto, numeroſoque cantu celebratur gratulatio publica. Magiſtratus: univerſuſque Senatus eum honorificè conveniunt, apparata Concione alloquuntur: pani oblato benedixit, qui mirabiliter medebatur morbis quibuſcunque graviſſimis.

Aſſiſii Verbum Dei prædicavit per Quadrageſimam tanto cum fructu, tantaque energia, ut plurimi mundi vanitates abdicarint, Evangelii conſilia ſervaturi; præ cæteris ſancta Clara, quæ ſecundo Minorum Ordini dedit initium. Romam *Franciſcus* rediit impetraturus à ſummo Pontifice licentiam petendi Syriam, ut ibi infideles in ſinum Religionis Chriſtianæ dictis & factis accerſat, atque adipiſcatur martyrii palmam. Hirundines, quæ trinſando illum dicentem ad populum interpellant, in oppido Alviano tacere jubenti confeſtim obtemperant.

Dum Romæ commoratur propter ſummum Pontificem Jacoba *de ſeptem Soliis*, communiter nuncupata, illius regimini ſe penitus ſubdit, hoſpitiumque intra mœnia Romanæ Civitatis pro Franciſcanis diſcipulis ædificari curat: obtentâ ſenis Apoſtolicæ Benedictione *Franciſcus* reliquit in Conventu ſanctæ Mariæ de Angelis Patrem Petrum Catanæum, qui Vicarii munus obeat. Navem denique conſcendit perrecturus in regiones exteras & longinquas, ac ubique innumeros peccatores ad melioris vitæ normam capeſſendam reducit.

Vento adverſo increbreſcente in Dalmatiam propellitur, atque divino afflatu, navigium applicatur ad littus Piceni, ubi ſuorum Fratrum auget numerum Patris Pacifici Converſione. Alumnos redux incitat ad Evangelii conſilia fortiter amplectanda, probans efficaciter Ordinis Minorum præcipuum poni finem in perfectâ mundi abdicatione animas à dæmonibus agitatas more paterno ſuaviter & prudenter conſolatur; atque ita ſectatores ad A ſanctitatem promovet, ut omnes ferè eminentis & Seraphicæ vitæ faſtigium attingant.

Franciſcus febri continuâ, deinde quartanâ laborans ab Epiſcopo Aſſiſiate inviſitur, ejuſque juſſu tranſvehitur in Epiſcopale palatium, ubi, licet graviter ægrotans, ardentiori zelo accenditur ad regularem obſervantiam tuendam, diſcipuloſque perficiendos. Timens ne ſibi nimis indulgens fuerit ægrotationis tempore, carnem ſuam novis poſteà conflictationibus vexavit, mentemque novo depreſſit contemptu, quamvis nullum adhibuerit levamen, niſi ut expreſſo & abſoluto Antiſtitis morem gereret imperio.

B Celebratur potiſſimum in *Franciſci* hiſtoria annus 1213. quo epiſtolam ſcripſit ad omnes homines, & ſe ad Martyrium accinxit; vernæ tempeſtatis initio, remiſſâ paulſper & diminutâ febri quartanâ migravit in Hiſpaniam, Comite Frarre Bernardo Quintavallo, tranſiturus inde in Regnum Maroecenſe: nullum adiit locum abſque miraculis: modò Signo Crucis extinguit incendia; modò furentes belluas mitigat, & ad obſequium redigit, perinde ac ratione præditas; induratos peccatores Chriſti jugo ſubmittit; mortuos è ſepulchro mox eruit; in vinum aquam tranſmutat; dæmones ejicit; Monaſteria multiplicat; atque inſueto quocunque vadat, C afficitur honore.

Ex Italiâ ſecedens Delphinatum trajicit, & tranſgreditur Navarram, ubi ægrotum inveniens omni orbatum auxilio, Frarrem Bernardum Quintavallum illius cuſtodiæ præficit, libenter ſe privans jucundo ejuſmodi ſolatio, ne proximus deſeratur. Per annum Bernardus ad lectum infirmi excubavit, uſque ad Patris Franciſci reditum, qui ægro meliuſculè factum eſſe aliquantulum perſpiciens, denuò ſibi aſſumpſit ſocium Bernardum, & reduxit in Italiam.

Anno 1214. Deus volens *Franciſcum* acerrimâ corripi infirmitate, illi imperavit ut cito ſe conferret in natale ſolum, quo celeriter tendit, religioſè viſitato ſancti Jacobi in Gallœcia Tumulo, miriſque editis operi- D bus ad majorem Dei gloriam, quâ exemplorum ſplendore, quâ ſermonum efficacitate, necnon fervore Orationis.

CAPUT VI.

Quomodo ſe gerat poſt reditum ex Hiſpaniâ, variique mirabiles eventus.

HÆreticus Alexandriæ, in Longobardiæ partibus, paupertatem aſſimulans, alam capi, à *Franciſco* recipit, qui ſibi illam detrahebat temperantiæ cauſâ. Subdolus iſte & fictus

pauper, viro Dei exoptans inſolentius dicto & facto illudere, fruſtum hoc omnibus oſtentabat falſamque Patri maximè ſobrio, intemperantis & guloſi exiſtimationem conabatur inurere: attonitus tamen remanet calumniator, piſcis partem ſolùm ſuis tenens manibus; unde juſti innocentia evidenter claruit, ac cujus pedes procumbens invidus homo, veniam humilem petiit, atque hæreſi remiſit nuntium. *Franciſcus* illicò alæ caponis, nativum & priſtinum reſtituit ſtatum, ut conſiliorum Evangelii firmaretur auctoritas, quibus excitat Chriſtus Apoſtolos, ad manducandum, ea quæ apponuntur.

Quantâ lætitia perfuſi ſint itali, redientem videntes Patrem Seraphicum nec lingua, nec calamus poteſt exprimere, cujus miracula & ſanctimonia ſemper elucent. In Conventu ſanctæ Mariæ de Angelis degit aliquantulùm; deinde in montem *Alvernæ* à comite Orlando traditum iter faciendo, dum Verbum Dei proſeminaret, puella indeſinenter fiſtula concrepas, contra Apoſtolici concionatoris Mandatum, à dæmone abrepta eſt.

Homo quidam candidus & ingenuus *Franciſcum monet*, ut eadem interius virtute polleat, quæ exterius emicat coram oculis „hominum: aliter, inquit; tua ſalus periclitatur. Vir Dei confeſtim monitori gratias agit, ejuſque pedes humiliter deoſculatur, enixè rogans hoc ſibi adeò ſanctitatis donum impetrari. Tandem pervenienti in verticem amœni & chari deſerti, ubi ſuos Fratres collocaverat, ei occurrunt aves, ſuaviſſimi concentus lenocinio, & volatus blandimentis, quaſi arridentes, in ſingularis gaudii teſtimonium.

Beata Virgo, ſancti quoque Joannes Baptiſta Domini Præcurſor, & dilectus Diſcipulus Joannes Evangeliſta illi ſe viſos in auguſto hoc cacumine exhibuerunt, ipſe pariter Redemptor Chriſtus ſedens ſupra petram ad oſtium Cellulæ Patrem noſtrum Seraphicum ſua præſentia ſolatus eſt. Familiaris & intima, præter morem ſolitum, conſuetudo cum ſupremo omnium conditore *Franciſci* mentem novo ſplendore illuſtravit, atque eum ſupra modum potentem reddidit opere & ſermone.

Qui prius lucebat ut ſtella, deinde reſplenduit, inſtar ſolis, miraculorum gloria & virtutum claritate. Per viam hoſpitium auſpicatò nactus eſt apud piam & honorabilem viduam; unde è feneſtra cubiculi vallem proſpexit extra muros urbis, cujus nomen poſtulans, didicit pauperem vocari vallem: plurimùm itaque mihi, inquit, placet: Fratres „mei paupertatem profitentes Evangelicam, Monaſterium illic inſtituent. Centum annis elapſis poſteà prædictionis veritatem eventus comprobavit.

A Deo permittente, ad Patris Seraphici cumulandam perfectionem duo Fratres Minores contra illum murmur perpetuum edebant. Obtrectator magis infeſtus qui illum callidius animadvertebat, aderat dum ſacrata Virgo nocte quadam è Cœlis deſcendens puerum Jeſum inter brachia *Franciſci* benevolè depoſuit. Non amplius ad murmuratus eſt: imo potius magno in pretio habuit virum Dei; cujus licentia præclaram hanc apparitionem Fratribus Religioſis manifeſtavit tantum ſecretò. Novitius aliquis rerum inſolitarum indagator teſtis etiam oculatus fuit multarum viſionum cœleſtium, quæ apertè probabant Minorum Inſtitutoris eximiam ſanctitatem.

Regulâ Franciſcanâ ſolenniter confirmatâ B in quarto Concilio Lateranenſi, Capitulum generale celebravit *Franciſcus* in Conventu ſanctæ Mariæ de Angelis, unde ſuos Diſcipulos miſit & deſtinavit ad excurſiones Apoſtolicas in variis regionibus peragendas, ut Chriſtianorum animos excolerent. Innocentio III. Pontifici maximo, Honorius III. ſucceſſit, cujus pedes Romæ oſculatus eſt, ubi obvios habuit ſanctos Dominicum Prædicatorum Patriarcham, & Angelum Carmelitam, qui illum concionantem audierunt, & de ſuggeſto ſalutaverunt exeuntem.

Peramanter ſimul & venerabundè collocuti ſunt: *Franciſcus* Dominicum victoris hæreſeos titulo honeſtavit: Dominicus C *Franciſcum* Chriſti Crucifixi appellavit imaginem, qui pronunciavit Angelum cito adepturum in Cœlis lauream Doctoris, Martyris & Virginis: Roma excedit *Franciſcus* noſter in Gallias profecturus, quo ſe arbitratur à Divino Spiritu accerſiri. Verùm Florentiæ invenit Cardinalem Hugolinum, qui illum à Galliarum peregrinatione avocans, Romam reverti compulit Minorum Ordinem propugnaturum fortiter contra adverſarios: eodem tempore munus Provincialis Miniſtri Franciæ Patri Pacifico mandat gerendum: obtinet itidem Cardinalem Hugolinum in ſuæ Congregationis protectorem, qui paulo poſt creatur Summus Pontifex ſub denominatione Gregorii IX. quod ante electionem præviD dens Pater Seraphicus nunquam ad illum ſcribebat abſque inſcriptione ſequenti: *Reverendo Patri & Domino Cardinali Hugoni qui futurus eſt Summus Pontifex totius orbis terrarum, & pater omnium nationum.*

Mirum dictu eſt perinde ac cogitatu, quanta fuerit paucis diebus hominum & Conventuum multiplicatio in Ordine Seraphico: exoptabant terræ optimates frequenter congredi & de rebus Divinis diſſerere cum *Franciſco* ejuſque ſociis: volucres, piſces, brutæ animantes, quà cicures & domeſticæ, quà ſilveſtres & immanſuetæ, quà feroces & immanes, licet ratione deſtitutæ, cœleſti

impulſu agitatæ *Franciſcum* ſingulari afficiebant honore.

CAPUT VII.

Franciſci eximius amor in paupertatem, ejuſque Ordinis mirabile Incrementum, poſt Capitulum quod vulgò nominant de Mattis Stramineis.

UT reſiſtentibus permoleſta eſt paupertas, ſic cedentibus perjucunda: aperiebat paupertati ſui Clauſtri fores, *Franciſcus* quam totis inquirebat viribus; antequam vectes ſubitâ violentia confringeret, atque oſtiis vulſis à cardine victrix introiret, illam accelerabat, votis, deſideriis, atque factis ſe, Fratreſque ſuos amantiſſimæ conjungens paupertati, abſque divortii ullo intervallo.

Supra tectum domus conſtructæ ad uſum Hoſpitum, qui ad Conventum ſanctæ Mariæ Angelorum accedebant, aſcendit novum iſtud ædificium diſturbaturus, eò quod nimis eſſet amplum & magnificum, nec redoleret ſimplicitatem Evangelicam. Funditùs utique illud deleviſſet, niſi obſtitiſſent cives Aſſiſiates, qui, cum ſuis ſumptibus & impenſis condiderint, illud tanquam proprium ſpectabant dominium.

Peruſium proficiſcitur Cardinali Hugolino humillimam precaturus ſalutem, qui tunc Legati Apoſtolici fungitur officio. Multoties ibi cum Patre Dominico Fratrum Prædicatorum Auctore ſocietatem & ſermones init, familiari conſuetudine, qui percupit unam & eamdem exiſtere vivendi normam inter Franciſcanos & Dominicanos. Repugnat *Franciſcus* huic propoſito, quoniam diverſis modis diverſa præſtat ingenia gubernari, ut quodlibet ſuum peculiare chariſma æmuletur, ſuamque manſionem aſſequatur in Cœlo. Obtinet tamen Dominicus cingulum *Franciſci*, aut potius aſperum funem, quem Dominicus ſub externâ tunicâ geſtavit uſque ad mortem magna cum veneratione.

Decem aut duodecim annorum ſpatio ita propagatur Ordo Minorum, ut præter eos, qui remanſerant in Conventibus, quinque millia, ſi res exiliter ad calculos vocatur, comitiis generalibus, quæ nominant de Mattis Stramineis, in Conventu ſanctæ Mariæ Angelorum, celebratis, interfuerint. Sic appellatur hujuſmodi Capitulum, eo quod propter ingentem convocatorum multitudinem Capitulares in agris degebant, & pro Cellulis habebant anguſta tuguria ſtoreis ſtramineis & junceis contexta ab incolis Aſſiſiatibus, qui unà cum Fulginienſibus & Spoletanis univerſo cœtui ſuppeditarunt

A quæcunque ad ſuſtentationem neceſſaria.

Eminentiſſimus Cardinalis Hugolinus, ſanctus etiam Dominicus, pluresque Dominicanæ familiæ alumni, huc derepentè convolantes, propius adeundi tot illuſtres viros gratiâ, illorum fervorem & modeſtiam admirati ſunt. Pater autem Seraphicus divinitùs novit decem & octo millia dæmonum congregari, ut recta Fratrum Minorum conſilia everterent: qui præ cæteris ſententiam protulit magis gratam & magis damnatæ catervæ ex ſenſu, petulanter cenſuit fore incitandos ſenes, nobiles, doctores, puſiones tenui infirmaque corporis habitudine, ut in Ordinem Franciſcanum ingrediantur, poſt B mortem ipſius Inſtitutoris, aliorumque Religioſorum divino flagrantium amore. Ingemuit tùm, & acri mœrore affectus eſt *Franciſcus* atque illicò binis diebus in ſolitudinem ſeceſſit auxilium imploraturus Cœleſte contra tam violentos inferorum aggreſſus. Deinde latè diſſeruit coram diſcipulis de periculo imminenti. Vocationis Religioſæ prærogativam amittendi, licet feliciſſimam Religionis adepti fuerit ſortem.

Laudes ſummæ, quibus extolluntur Fratres Minores prudenter imminuit, ne vanam pariant gloriam, & humilitatis diſſipent meritum: fortiter obſtat ignavorum conſilio qui Regularum expoſcunt moderationem & laxamentum, commendatque maximè veneraC tionem erga Epiſcopos & Sacerdotes. Ante comitiorum concluſionem, Prædicatores ad cunctas regiones non ſolùm Chriſtianas, verum etiam Infideles excolendas, & jugo Chriſti ſubjiciendas deſtinat, ſibi reſervans Syriam, & Babyloniam, ut ibi Evangelium exponat.

Vicarii Generalis munus Fratri Eliæ Miniſtro Hetruriæ Provinciali, committit: dein verſùs Marchiam Anconitanam iter arripit. Secundo utens vento navigium cito ad littus Cypri appellitur, poſteà, ſine mora, ad oram Acæ, vel Ptolemaïdis, unde ſocios binos in varias Syriæ partes mittit, dum ipſe in urbibus & oppidis Chriſtianis populos Religio-D nis Catholicæ legibus imbuit, tandem viam maritimam iterum capeſſens ad fidelium exercitum accedit, qui tunc Peluſium obſidione cingebant.

Generosè Soldanum ſeu Satrapam alloquitur, qui magno illum proſequitur honore. *Franciſcus* eo uſque fervore Apoſtolico æſtuat, ut Aſſerat velle ſe projicere in medium ignem accenſum ad confirmandas veritates, quas explicat. Cum plenam haberet facultatem Dei Verbum proſeminandi inter Infideles, inde mirabiles fructus oriebantur. Undique votis ejus ſatisfiebat, quà Idolorum deſtructione, quà Martyrii ſpe. Revocatur tamen in Italiam, Deo ſic jubente,

Congregatis itaque Fratribus, petiit & impetravit abeundi veniam à Principe, qui ægrè tulit illius diſceſſum, declarans Religionem Chriſtianam, ſalutis unicam & certam eſſe viam. Penès Antiochiam Abbatia, quàm vulgò nominant, *de Montenegro*, Monachis Benedictinis refecta Frattum Minorum Regulam amplexa eſt: Pater Seraphicus tot radios, tamque micantes ſanctimoniæ, verbis & factis effudit, quandiu ibi commoratus eſt, ut cum illum ſemper habere præſentem nequirent, ejus leges fuerint profeſſi, atque habitum geſtarint uſque ad mortem, velut filii legitimi.

Diſcipulos ſanè *Franciſcus* noſter reperit dociles, ſed gratiâ dociles, quam illis impetrat à Deo ſuis precibus; non perdit operam, non littus arat, ſacra Evangelii ſemina fruſtrà non projicit. Naturâ, divinâ vincitur gratiâ, cui furtis & peritus colonus laboribus Apoſtolicis operam commodat.

CAPUT VIII.

Frater Helias clandeſtinis artibus adverſatur humilitati Franciſci, qui ſemper mira agit verbo & exemplo.

DEgena in Syria Pater Seraphicus à Fratre Stephano, eam ſolam ob rem miſſo, ut illum moneret de præſenti Minorum adminiſtratione reſcivit Eliæ infeſtas ad murmurationes, morumque corruptelam, quæ jam irrepſerat: rediit itaque feſtinus in Italiam, Venetiiſque, dum tranſiret, volucres tacuerunt, cecineruntque ejus imperio. Cremonæ & Bergomi iteratò obvium habuit ſanctum Dominicum: donum animas convertendi, & miracula edendi videbatur in dies creſcere: In Conventum Bononienſem noluit ingredi, niſi, poſt urgentes ſupplicationes, quibus viri ſpectatiſſimi, Fratres itidem Minores difficulter id obtinuerint, quoniam illum Judicabat nimis magnificum.

In monte Camaldulenſi per aliquod tempus commoratus eſt, & in Cellula, quam ſanctus Romualdus occupaverat toto vitæ decurſu, & quæ abhinc titulum cubiculi ſancti *Franciſci* conſervavit. Religioſi Camaldulenſes in memoriam & venerationem Patris Seraphici ſtatuerunt cantare ſolenniter deinceps Antiphonam, *Salve ſancte Pater*, quæ uſitata eſt apud Franciſcanos.

Quam primùm reverſus eſt, penitùs & abſolutè abrogavit & reſcidit quaſcumque leges ſuis contrarias, & inſtitutas dum abeſſet. Deflens aliquando ſuæ Congregationis calamitates & perturbationes, cœlitùs intellexit futura exitia multò inſtauſtiora.

A Die feſto Archangeli Michaëlis Capitulum convocavit, ubi Eliæ ademit Vicarii generalis dignitatem, illamque contulit Petro Catanæo, ad cujus pedes humiliter procumbens, omne protſus magiſterium abdicavit.

A Novitiis quidquam exigi, vel etiam recipi ſtrictè prohibet, ac fortiter repugnat Miniſtro Provinciali, qui aſſervare vult Libros in cubiculo: uſum quoque Pſalterii denegat juveni Religioſo. Non utique Pater Seraphicus amovet ullo modo Fratres Minores à ſacrarum lectione Scripturarum: ſed percupit eos ſolertem navare operam Orationis exercitio, ut quid de illis Deus exoptet, Meditatione explorantes, ex accura-
B tiſſimâ virtutis amuſſi mores dirigant, antequam ſuggeſtum conſcendant populos exhortaturi.

Quamvis Religioſis minimè præſideat, valida tamen auctoritate pollet ad promovendam ſanctitatem & vitia eradicanda. Aliquis unus contumax, & ſuave obedientiæ jugum detrectans, ad bonam frugem ſe recipit. Conſcientias magis abſtruſas pervadit *Franciſcus*; nil tam arcanum, quod non facilè penetret. Inſtituti Religioſi deſertori ſacrilego, ſe viſum exhibet, illumque citò repetere Clauſtrum compellit.

Defunctus Pater Petrus Catanæus Miniſter Generalis innumeras ferè obtinet à Deo curationes ſuis interceſſionibus: qui ſanitatem
C recuperant, tam præclaro medico cupientes ſe memores, gratoſque præſtare, mirificas largitiones, ampláſque offerunt Conventui Portiunculæ, ubi Catanæi corpus venerandum terræ mandatur; cujus gratia lautè ſuſtentantur Religioſi, atque magnificè ornatur Eccleſia. Verùm nimia peregrinorum multitudo ſilentio & tranquillitati Monaſticæ nocet: *Franciſcus* itaque zelo Domus Dei flagrans, imperat venerabili mortuo nulla amplius pattare miracula, quæ reapſè deſierunt: Sepulchro aperto, ut ſacri theſauri fiat tranſlatio, ſolenni apparatu, Catanæus reperitur non in ſtatu hominis humi ſtrati, totoque exporrecti corpore, quem ei dederant ſepelien-
D tem, ſed genibus innixus, & caput inclinans, quaſi humilem imperânti getat morem.

In Capitulo die Pentecoſtes celebrato, Pater Seraphicus divino afflatus lumine Eliam ſufficit Catanæo, ut munus Miniſtri Generalis obeat. Quamvis *Franciſcus* nihil tum in animo habeat, quam ut abroget ſibi munus Miniſtri Generalis, Religioſi tamen Eliam ſemper vocant Vicarium Generalem, *Franciſcum* verò unicum Patrem, & legitimum Congregationis moderatorem. Elias ſanè tunc erat Præfectus ipſi *Franciſco*: non tantum illius Collega, verùm, ut ut eſſet, *Franciſci* virtus clarior eminebat,

ſuo admotâ contrario. Habet hoc virtus excellens; poſſeſſoribus ſuis auctoritatem, miratoribus reverentiam, ac pudorem confert: nullo melius modo reprimitur adverſi hominis inſolentia, quàm modeſti & ſapientis præclarâ geſtione & ſolertiâ.

CAPUT IX.

Tertium inſtituit Ordinem, & Portiunculæ Indulgentiam obtinet: atque ſuis Sectatoribus præclara tradit monita.

FRatris Silveſtri, & ſanctæ Claræ conſiliis humiliter annuens, quibus excitatur ad continuandum Prædicationis Evangelicæ miniſterium, Pœnitentiam prædicat in oppido communiter dicto *Carnerio*, duabus leucis Aſſiſio diſtante, tanto cum ardore, ut auditores utriuſque ſexus, omniſque conditionis, vehementi flagrent deſiderio ſeſe in clauſtrum recipiendi. Afflatu divino intellexit *Franciſcus* in oratione, quam vivendi normam poſſent obſervare in matrimonio, viduitate, cœlibatu, ſacerdotio, minimè ſe votis obſtringentes Religioſæ Profeſſionis: hanc illis præſcripſit, Tertiamque nuncupavit Regulàm, cui plurimos ipſe illicò aggregavit.

Redux in Monaſterium beatæ Mariæ de Angelis, unus Angelorum aliquis illum monuit advocari & expectari à Chriſto Jeſu, & ſancta Virgine in Eccleſia. Invitatus à mundi Redemptore ad petendum fidenter quidquid exoptaret, illum obſecravit, peccatorum cumulatiſſimam indulgentiam impertiri cunctis Deum adorantibus hocce in Templo, haud diſtributis eleemoſynis: rogavit etiam remitti prorsùs omnia delicta confitentibus, & contritis, itaut pœna perindè ac culpa condonaretur. *Franciſcus* Dei Genitricis interventione poſtulatum impetravit, eâ lege, ut citò adiret ſummum Pontificem, qui ligandi atque ſolvendi in terris facultate præditus petitioni ſubſcripſit, abſque clauſula modum ſtatuente; Cardinales tamen moderationem cenſuerunt adhibendam; & Papa Indulgentiam, pleniorem ſcilicet noxarum veniam reduxit in unum diem naturalem cujuſque anni, ſcilicet à primis Veſperis, nocte comprehensâ, uſque ad ſolis occaſum diei ſequentis.

Franciſcus Aſſiſium rediens, in leproſorum Noſocomio pauliſper commoratus eſt, ubi divinitus novit publicatam in cœlo fuiſſe Indulgentiam, acclamante cœleſti Curiâ, & ore Chriſti ſolenniter confirmatam. Quamvis hoc auguſtum negotium peractum ſit anno 1221. dies ſolennitatis non fuit certò & per- A ſeveranter deſignatus, niſi 1223. Non minor erat triſtitia *Franciſci*, pernicioſa Fratrum exempla, & graves in vulgus offenſiones audientis, quam lætitia, dum reſciret quantum Fratres adjumenti conferrent ſanâ doctrinâ, piiſque moribus ad animarum ſalutem: ſicut jucundiſſimo voluptatis ſenſu afficiebatur, dum eo præſente narratio fieret Fratrum Minorum, qui ab Evangelii conſiliis non deſciſcebant, ita mœrore tabeſcebat, ſi aliquos ſciret bonitate originis excidere.

Volucres cœli, terræ animantes, perindè ac ſi ratione potirentur, mandata ejus implebant. Agnus piâ *Franciſci* induſtriâ docetur choro adeſſe cum Religioſis orantibus, B ibique ſervare ſilentium, ne illorum tranquillitatem perturbaret. A tam præſtanti eruditus Doctore nunquam per Eccleſiam tranſit, quin coram altari ſacratæ Virgini dicato caput incurvet, & blandum edat balatum, in venerationis ſignum: dum celebratur quoque Miſſa, flectendis genibus aſſuefit ad auguſtiſſimæ elevationem Hoſtiæ.

Agnus hic utique adamuſſim obſervabat leges à Magiſtro Seraphico præſcriptas, velut Cicadæ, quæ fritinniunt, & Luſciniæ, quæ ſuo more modulantur, necnon jubente *Franciſco* ſilent: deinceps innumera narrant Patris Seraphici miracula Scriptores, qui Toſcanellæ Paralytico ſanitatem reſtituit; Vepretum in quod ſe projecit ſanctus Bene- C dictus, Roſetum fecit, unde poſteà ſingulis annis roſæ ortæ ſunt pulcherrimæ. Caïetæ à morte ad vitam revocavit fabrum lignarium ingenti eliſum trabe: ſpinæ, per quas ſe volutavit ab impuritatis dæmone vexatus, remanſerunt abſque aculeis, teſte Wadingho, qui id uſu & experientiâ compertum habuit.

Illuſtrior ſanè triumphus conſiſtit in victoria teterrimi hujus vitii, quam adeptus eſt, dum paulò poſt ignis accenſi flammis ſe immergens, meretricem, quæ illum ad infame ſcelus provocabat, invitat ad decumbendum in eodem igneo lecto. Montis Gargani piâ peregrinatione peractâ, quem maximè colebat, Conventum ſuum Albanum carere aqua perſpiciens, Crucis format ſignum in arida D terra, unde fons exilit, in cujus undis videtur adhuc figurata Crux & expreſſa, quæ nunquam deletur. Lupum rabioſum omninò ſuis precibus Eugubii pacavit, & manſuefecit.

Ex ingreſſu Alexandri Aleſii in Ordinem Minorum ſummam hauſit conſolationem, inſignes indè prævidens eventus futuros ad majorem Dei gloriam, & ſalutem animarum. Antonii Patavini virtutibus eximiis, & ſublimi doctrinâ permotus, præcipit illi Fratres Minores Theologicâ doctrinâ erudire.

Tempore, ad pleniorem portiunculæ indulgentiam promerendam, ſtatuto & fixo à ſecundis Veſperis Principis Apoſtolorum feſti

ad vincula, uſque ad occaſum ſolis ſequentis diei, nocte intermediâ comprehenſâ, Honorius III. ſummus Pontifex ad Epiſcopos Spoletanæ Vallis ſcripſit, ut illam auctoritate Apoſtolicâ promulgarent, cujus mandati B. ipſe *Franciſcus* Tabellarius fuit.

Deinde viſione cœleſti edoctus, alteram compoſuit Regulam, priori breviorem, ob eam cauſam ſecedens in ſpeluncam, ubi quadraginta dies, pane & aquâ contentus, jejunus agit, & aſſiduæ navat operam meditationi. Reluctantibus Elia pluribuſque aſſeclis, in montem *Franciſcus* revertitur, ubi ſupra nubem fulgidam evectus, vivâ voce hancce poſtremam vivendi rationem recenter confirmat & roborat. Tertiò in cavernam remeans à divino Spiritu novum percipit robur ad obſervandam Evangelicam paupertatem, non ſolùm in ſingulari, ſed etiam in communi, cui pertinaciùs rebelles obſiſtebant.

Tandem Indulgentia Portiunculæ auguſtâ ſolennitate in publicum editâ, juxta ſummi Pontificis mentem, ab Honorio III. diploma impetrat, quod Regulæ Minorum novum robur addit & ſplendorem: non ſolùm tres ſuos Ordines generatim gubernat & moderatur; ſed etiam omnes Fratres & Sorores privatim ſic inſtituit, ut citò ad virtutis apicem perveniant, & illud ſanctimoniæ faſtigium; in quo Franciſcanorum perfectio ſita eſt, penitus aſſequantur.

Suos diſcipulos expetebat demiſſos, obedientes, moderatos, & omnibus in rebus, à quibus vitioſa abhorret natura, victores ſui. Proindè omnes in ſui cognitione multum ac diu verſari oportere, & fibris avulſis cupiditatum, veræ humilitatis radices altius agere dicebat; nempè ut qui ex acerbiſſimâ Chriſti morte & cruciatibus, dolore ardeat, facile talem dolorem inurat aliis, ita qui animi ſui motus domitos habeat compreſſoſque, eoſdem in aliis quoque regere & coercere poſſit.

Vetabat maximè, Franciſcanos hominum de ſe opinionem intueri, ne fortè fallax illa rerum facies ſuperbiam elationemque pareret, certiſſimam peſtem ac venenum familiæ Religioſæ; contraque applicare animos jubebat ad ſuæ cognitionem imbecillitatis, præcipuè verò ad ſalutarem illam cogitationem, quantum tandem inter humana judicia interſit & divina, atque inibi fundamenta jacere humilitatis ſuæ: neque tamen ſinebat, ut noſtræ nobis infirmitatis conſcii, in Chriſti militia obſequioque cadamus animis, ſed potiùs id agendum volebat, ut quam noſtris diffiſi viribus, tam freti divinis, ingentes prorsùs animos capiamus, egregiam numini operam, ipſo juvante, navaturi.

Hanc verò perfectæ virtutis conſequendæ oſtendebat viam, ut quiſque ſummâ vi ten-dens, vitia in ſe deprehenſa prorsùs corrigeret: antiquiſſimam inſuper haberet quotidianam rerum divinarum meditationem, nullumque diem ſine tali mentis pabulo ſineret præterire: meditationem verſari atque hærere in vita, cruciatibus, ac nece Chriſti Domini volebat, utpotè materiâ abſolutæ virtutis, propriâque *Franciſci*, ejuſque alumnorum. Has & alias excellentes leges ſanciebat, unde miri & innumeri orti ſunt fructus.

CAPUT X.

Veneranda Crucis Stigmata Dei digito ejus Corpori inſculpuntur, ſeque præparat ad mortem.

Singulari cultu, & ſolerti attentione divinum Officium perſolvebat, horis deſignatis ab Eccleſia, ſtans ſaltem, aut genibus innixus, nudo capite, mediis in agris, luto aliquando infectis, quibuſcumque ſæpenumero expoſitus aëris injuriis, quæ nunquam mentis perturbabant tranquillitatem. Nominibus *Dei*, aut *Jeſu* occurrentibus, dum legeret, orando, aut aliàs, intimo pietatis ſenſu commovebatur. Nativitatis Dominicæ myſterio potiſſimùm perculſus, edebat tunc temporis plura cœleſtis amoris ſigna, unde magis obdurata corda ſpectantium acerrimè afficiebantur.

Conditâ Regulâ ad uſum ſanctæ Claræ illiuſque filiarum, à regimine tamen earum prorsùs abſtinet, quod ſenſim ſuſcipiunt procedentibus annis ſectatores Franciſcani. Pater *Franciſcus* ſtrictam inediam obſervans ad honorem Michaëlis Archangeli, tempore circiter ſolennitatis ejus, eximiis cumulatur favoribus, in ſolitaria cellula; quam ſibi conſtrui curaverat, in montis Alvernæ quodam angulo magis ab hominum conſortio remoto: univerſis Fratribus prohibet ne illum ullo modo tunc adirent, vel alloquantur, ſolo excepto Fratre Leone, cui præceperat panem & aquam ad oſtium ſpeluncæ deferre, ſilentiò & nullâ editâ voce.

Inſigne Stigmatum miraculum die feſto Exaltationis ſanctæ Crucis perpetratur, quod fuſè deſcripſi in Vita Patris noſtri Seraphici, publicè jam exhibita à longo tempore, & typis mandata, poſt enarrationem ſatis amplam à ſancto Bonaventura factam perquam accuratè. Clarum adeò prævivit auſpicata monitio eventum, quâ Angelus exhortatur *Franciſcum*, ut ſe diligenter accingat ad capeſſenda fauſtiora charismata. Prævià ergo nocte dolores Chriſti crucifixi altè meditatur, qui exoriente minimo crepuſculo, ſub ſpecie Seraphini ſex alas habentis, vulnera ſua

Franciſci corpori impreſſit. Maduit terra illius ſanguine, cujus veſtes penitus ſunt etiam cruentati atque reſperſi.

Alexander IV. ſummus Pontifex Romæ dicens ad populum affirmavit veneranda ſe hæc Stigmata apette vidiſſe, necnun fuiſſe oſculatum. Pater Seraphicus, quandiu vixit mitificam iſtam prærogativam oculis hominum ſubducere conatus eſt, ſed incaſſum; Deo illam manifeſtante pluribus miraculis. Gregorius IX., qui tantum privilegium conſideravit longius, & ſagaciter exploravit, defenſorem hujus miraculi ſe præbuit contra incredulos. Legere facillimum eſt, quid cenſeat in diplomate Franciſci relationis inter Sanctos, & in aliis duobus.

Cum morbus magis magiſque ingraveſceret, magis etiam *Franciſci* patientia ac virtus enituerunt: ut in cæteris fere, cum urgentur morbo, tum maxime ſe vitioſa prodit natura, ita in *Franciſco* tum præcipue ſolida atque egregia pietas emicabat. Quippe eadem propemodum faciebat moribundus, quæ ſanus facere conſueverat: ſopitis ſenſibus in divina raptus, fit certus de æterna ſalute, & de mortis hora: Angelus lyra canens jucundiſſime, illius dolores & ærumnas omnino delinit, ita ut ignis applicati violentiam nullo modo ſentiat.

Veſtimenta ſua pauperibus diſtribuit: quò plus ſcit tempus deceſſus appropinquare, majori perfunditur gaudio. Cives Aſſiſiates excubant atque vigilias agunt circa ægrotantem, ne invidiam pretioſum theſaurum auferant. Dum in Conventum beatæ Mariæ de Angelis tranſvehitur urbi Aſſiſio benedicit viva voce, ſcriptam vero benedictionem ſanctæ Claræ ejuſque filiabus impertitur.

Jacoba *de ſeptem Soliis*, divinitus agnoſcens *Franciſcum* in extrema deveniſſe, Roma protinus exit, illum inviſura, qui vult nudus humi jacere, ut in hoc humillimo ſtatu ſupremum diſcipulis vale denunciet. Jubet legi Evangelium Joannis, cujus prima ſunt hæc verba: *Ante diem feſtum Paſchæ.*

Tunc defixo in Cœlum oculorum obtutu, læta fronte ac ſereno vultu, cum Chriſto Domino, quaſi adeſſet, colloquens, alta voce recitavit Pſalmum 141. diſtinctè proferens & ardenter, *Voce mea ad Dominum clamavi, &c.* nec deſinit viriliter clamare ad extremum uſque ſpiritum, quoad pronunciatu pie admodum ultimo verſu, *me expectant juſti donec retribuas mihi*, ſuaviter caput demittens, claudat oculos & obdormiat in Domino die ſabbathi quarto Octobris 1226. ætatis ſuæ 45. converſionis 21. Ordinis 19.

Vultus adeò hilaris manſit ac lætus, ut ſpecies ipſa corporis animi beatitudinem indicaret. Vir erat plane admirabilis cum veris virtutibus tum vero incredibili animi magni-

A tudine, ſtudioque convertendorum peccatorum: nullum unquam laborem aut diſcrimen Dei cauſa recuſavit, & ſalute Chriſtianorum non contentus, omnem orbis terrarum ambitum complexus eſt, charitate illa cui nimis anguſtus ad bene merendum totus mundus videbatur. Itaque Evangelio ac Congregatione toto jam orbe Chriſtianiſſimo diſſeminatis, in ipſa cura ac meditatione potius magis longinquos petendi, defunctus hujus vitæ fluctibus, æternæ felicitatis tenuit portum.

CAPUT IX.

B *Terræ mandatur, inter Cœlites aſſeritur à Summo Pontifice, plurimaque patrat Miracula.*

TESTE ſancto Bonaventura, citò poſt obitum, in locum expiandis poſt mortem peccatis deſtinatum, deſcendit plures ſuos diſcipulos & amicos è flammis piacularibus educturus. Deinde migravit feſtivus & gaudens in Cœlum radiis gloriæ circumcinctus; ſicut conſtat ex diverſis apparitionibus. Vultus ejus ſubfuſcus in aduſtum, dum viveret, propter nimias auſteritates, & continuam inediam, coruſcat & albeſcit ut nix poſt mortem, in toto corpore nil videtur C nigrum, niſi caput clavorum & cuſpis, quibus manus & pedes perforabantur. Lateris vulnus, inſtar pulcherrimæ roſæ, ſubrubeſcit, & ſuaviter enitet. Solenni apparatu in novo ſepulchro terræ mandatur, in Eccleſia videlicet ſancti Georgii, ubi Sacramento Bapriſmi inauguratus fuerat, primaſque Conciones habuerat ad populum.

Sanctorum albo inſcribitur die Dominica 16. Julii anno 1226. uno anno & novem menſibus completis poſt ipſius diſceſſum, prædixit, antequam moreretur, fore ſepeliendum in loco ignominiæ maculis notatiſſimo Aſſiſii. Rei veritatem probavit eventus, dum Aſſiſiates diligenter quærentes, ubinam conſtrue-
D retur Templum ad Patris Seraphici honorem, decreverunt illud ædificare in ea parte urbis patibulo deſtinata.

mox ut Sanctorum numero adſcriptus fuit, geminæ protinus Eccleſiæ ibi fundamenta poſita ſunt; una infera, quæ minimè paret, ad conſervandum pretioſum ſacri corporis theſaurum; altera ſupera, ad celebranda Officia Divina, quò quiſque ultrò & recto pede ingreditur: tertia ſuprema eſt, ubi interdum Religioſi Dei laudes concinunt. *Franciſci* corpus tranſlatum fuit anno 1230. die 15. Maii. in inferiorem & ſubterraneam, atque collocatum ſub fornicatâ camera, & ſub Altari primatio.

Summi Pontifices Nicolaus V. Sixtus IV. Ægidius Carillus Albornoſius Cardinalis Hiſpanus, Franciſcus Sforcius Dux Mediolanenſis, pluresque alii viri illuſtriſſimi venerabile hoc corpus conſpexerunt, quod ſecundùm univerſam opinionem ſtat rectum firmiter in pedes, oculis apertis, & pauliſper elevatis in Cœlum: ſanguis autem vulnerum ſubrubicundus & recens eſt.

Licet enarraverim plura miracula Patris Seraphici, multa nihilominus prætermiſi ab illo adhuc vivo edita: nunc autem ſolum quædam exponam, quæ poſt mortem patravit. Eodem die, quo inhumatus eſt, quindecim homines morbis inſanabilibus vexari, & quorum ſalus deſperata erat, ejus interceſſione omninò convaluerunt. Ab hinc alius, cujus brachium erat amputatum, corpuſque transfoſſum mucronis ictu, ab omnibus plagis, poſt *Franciſci* invocationem, prorſus liberatur.

Operarius trabe obtritus & confractus, poſtridie rurſus, ut moris eſt, labori operam dedit, eodem interveniente Dei famulo: civis Aretinus, alterque aſſiſias carceri mancipati, pari modo libertatem adepti ſunt: dolor acutiſſimus tibiorum penitus ceſſavit, poſtquam Pater Seraphicus, viſum ſe exhibens ægroto, & ſuaviter pattem magis læſam exiguo tangens baculo, in quo figura videbatur li- A teræ Græcæ T, illum omninò ſanavit.

Puer lactens, matre orbatus, nullo utebatur alimento, niſi malorum cotorum ſucco oblatorum ab avia, quæ conſilio *Franciſci* noctu apparentis, ubera ſugenti admovens, lac illi præſtitit miraculo paratum, cum præſenectute nativum deeſſet. Mulier de via feſſa, & inexplebili ardens ſiti, facilè illam extinxit, invocato Patre Seraphico, cujus apparentis juſſu tollens lapidem, fontem aperuit, ubertim ſcaturire incipientem, ubi poſthac plures ægroti remedium ſuarum ægritudinum invenerunt.

Præter hæc miranda opera *Franciſcus* quadraginta ſeptem ægrotantes, quibus mors imminebat, cujus propulſandæ nulla ſuppetebat B ratio, perfectæ valetudini reſtituit; atque octo è mortuis revocavit. Oculorum uſum planè reddit octo cœcis, aut partim viſu privatis. Novem alios ſanavit ramice laborantes, & ilium procidentiâ valde moleſta plures exemit è comitiali morbo, & ventris cruento profluvio. Denique Annalium Ordinis Minorum ſcriptor ſcientiſſimus, qui ingentem miraculorum *Franciſci* multitudinem recenſet, fatetur non illa omnia poſteritati mandaſſe, quamvis latè & fuſè ſcripſerit. Eminentem admirantes, quâ pollet apud Deum Pater Seraphicus, gratiam, imploremus ejus gratiam, & virtutes imitemur.

VITA
B. LUCHESIJ & B. BONNÆ
EJUS UXORIS.

CAPUT I.

Eorum Converſio.

LUCHESIUS *& Bonna* ipſius conjux, natione Itali, è provincia Tuſciæ, & oppido vulgò nuncupato *de Sancaſſiano*, non longè Florentia, mercaturæ dabant operam, cum aliqua immoderatæ opum aviditatis D labe. Fridericus II. tunc Imperator reverſus ab oriente totam inteſtinis odiis & factionibus Italiam replevit, quæ tùm in duas erat diviſa partes, quarum uni, quæ Summo Pontifici ſtudebat, Guelforum nomen inditum; Gibellinorum alteri, quæ Fridericum ſequebatur. Lucheſius inexplicales haſce intricas ſeſe demergens, extremo in ſuæ ſalutis diſcrimine verſabatur, niſi fauſto *Franciſci* adventu, pioque colloquio ad bonam frugem rediiſſet anno 1221.

Quamvis in rebus humanis nullum remedium efficax eſſe videatur, ubi mentem de cœleſtium bonorum contemplatione dejectam fœdus avaritiæ morbus invaſerit, *Lucheſius tamen & Bonna*, Apoſtolici Prædicatoris auditores aſſidui, ad vitæ prioris emendationem ſe applicuerunt. *Bonna* quidem, diſtinentibus illam domeſticis negotiis, non ita frequenter aderat Concionibus novi Apoſtoli; cujus tamen conſilia probè callebat, referente marito, qui ea perſeveranter audiebat.

Avaritia longè exulabat ab eorum cordibus, ubi regnabat prorſus miſericordia, nec non ab eorum domicilio, quod ſemper, & latè pauperibus, ægris, & afflictis patebat: Imo verò, ut quædam quaſi rudimenta futuræ ſanctitatis ponerent, in publicis valetudinariis, ægrotos ac egenos omni ope adjuvare inſtiterunt; ad Confeſſionis & Euchariſtiæ Sacramentorum participationem excitare, ſolari jacentes, tribulatus mœrentesque ſpe cœleſtium bonorum erigere, adeſſe animam agentibus, cunctos denique ad patientiam fidemque adhortari, non modo ſpiritualibus officiis fungi certatim; ſed ne viliſſima quidem ac ſervilia, corporibus pau-

perum curandis defugere miniſteria, ſternere A lectulos, everrere ſordes, purgare ſcaphia, cadavera defunctorum ritè curas bnmi condere, interdiu pariter noctuque omnibus præſto eſſe tanta cum alacritate ac diligentiâ, ut cuncti obſtupeſcerent, vulgatoqne rumore plurimi ad ſpectaculum convenirent.

Chariſmata æmulantes meliora officinam non ſolum occluſerunt, & renunciarunt commercio, ſed è patriâ recedentes, in exiguum pagum, vulgò, *Gagiani*, ſe receperunt, ubi ſtrictiorem pœnitentiam exercerent, tranquillius inſtarent Otationi, miſericordiæque uberius patrarent opera.

Franciſco, illac paulò poſt tranſeunti venerabundus accurrit *Lucheſius*, eique hoſpitium B obtulit, eo libentius, quo ſuæ ad Deum converſionis illum arbittabatur eſſe auctorem, *atrociter in cœlum peccavi*, aiebat *Lucheſius* Patri Seraphico, *gratiæ ſui rebellis horrendam in modum; at ſtante Divino Spiritu, oreque tuo cor meum concutiente, reſipui, & totum me Deo conſecravi.*

Manifeſtatis hoſpiti ſuo Evangelico priſtinis delictis & ignorantiis, pariterque firmo propoſito viam perfectionis Chriſtianæ ineundi, *Franciſcus* eum corroboravit præclaris monitis, narrans quæcunque evenerint in inſtitutione Tertii Ordinis præfati. Novus & exuberans ardor incendit ambos conjuges: ad poſtulandam aggregationem: cui ſatisfit repentè, ac declaratis formâ, cæteriſque hujuſmodi Ordinis ra- C tionibus, *Franciſcus* illos induit veſte ſimplici & modeſtâ coloris cinerei, & exili fune cinxit ad morem pauperum: præſcripſit inſuper Regulam ipſis, aliaque valdè utilia documenta.

Prope Aſſiſium urbs extat, vulgari nomine, *Carnerio*, ubi Pater Seraphicus admiſit ad Ordinem innumeros cives & incolas totius Provinciæ, ita ut ſolitaria penitus & deſerta fieret, ſi cunctorum petentium annuiſſet votis, qui ferventer ad Clauſtra & ad ſolitudinem aſpirabant. Non adhæſit tamen homo Apoſtolicus omnino ipſorum poſtulationibus, ſatius duxit vivendi regimen ordinare, quod poſſent, Deo juvante, obſervâte diligenter, in ſacerdotio, in matrimonio, in viduitate, in vita privata, D hocque pacto ad ſanctitatem pervenire.

Tam proſperè floruit hæc inſtitutio ſtatim Florentiæ, ut ubi è veſtigio numerus ſufficiens eſſet utriuſque ſexus ad erigendos ibi duos cœtus Tertiariorum, ſub unius Titulo Congregationis. Xenochium, vel Noſocomium conſtruxerunt, ad urbis Florentiæ muros, ubi ægrotantes, ſeneſque decrepiti, quicquid neceſſarium recipiebant à benevolis & ferventis Chriſtianis. Marianus inter hiſtoricos celebris & fide dignus, cum ob antiquitatem, tùm ob itiuſmodi regionis notitiam, ubi manebat, has ſocietates comparat Eccleſiæ primitivæ ſectatoribus, eoſque honorat iiſdem elogiis & præconiis quibus afficiuntur veri Apoſtolorum ſucceſſores.

Notandum reſtare adhuc Florentiæ egenorum domum hoſpitalem, in platea nova, ſub titulo S. Pauli, quæ tandem accedentibus annis, in mediam urbem tranſlata eſt propè S. Martini Eccleſiam, ut majori cum facilitate & amplitudine, pauperibus remedia & alimenta ſuppeditarentur. Situs hic pariterque charitatis opera fuerunt in cauſa cur Sodales iſti Franciſcani Tertiarii denominati ſint, *Boni Homines S. Martini*, perinde ac *Pœnitentes Tertij Ordinis S. Franciſci*. Licet P. Seraphicus *Lucheſium* inviſerit poſt inſtitutionem Tertii Ordinis, de quo ſermo eſt, *Lucheſius* tamen primas tenet inter poſſeſſores Tertiarios: reverâ fuit tantum compoſita Regula, ab eo tempore quo familia Lucheſiana nomen dedit huicce Congregationi. Magno igitur & præcellenti loco debent eſſe apud Tertiarios, *Lucheſius, ejuſque conjux Bonna*, utpote illuſtres vexillarii, & facem virtutis cæteris præferentes.

Marianus l. 2. c. 19. Marcus Ulliſſiponenſis, 2. Part. Chronic. min. l. 1. c. 50. & 51. Vvading. anno 1221. art. 13. & anno 1242. art. 1 & ſequent. Marianus l. 2. c. 20.

CAPUT II.

Virtus Lucheſii, ejuſque uxoris plurimum augetur.

Abjectis igitur pietatis omnibus obſtaculis, quæ fallax avaritia poterat opponere, & velut ab ubere avulſi, majores quotidie efficiebant in ſolida virtute proceſſus, & quo acrior ac diuturnior probatio fuerat, eo magis idonei evaſerunt ad nova omnipotentis Dei chariſmata capienda: primo aditu præcellebat *Lucheſius*, Pœnitentiæ exercitiis, fervore meditationis ferè continuæ, incomparabilique in pauperes charitate: ſequebatur eum longe *Bonna*, licet ad cœlum mitens; nimus nimirùm erat liberalis in egenos, quibus hilari quidem animo erogabat eleemoſynam, ſed parco & anguſto: conſervare volens ad ſenectutis ſuſtentationem, bonorum aliquam partem, quæ tantis laboribus ſibi comparaverant; præ oculis etiam habebat duobus liberis ſuperſtitibus commodam parare & relinquere fortunam.

Vultu ſat benevolo non excipiebat peregrinos, quos acceſſebat & amplectebatur maritus, qui ſæpè nil eis poterat impertiri, dum tenax mulier ſub clave cuſtodiebat, quicquid deſtinaret ipſe ad miſerorum ſolatium. Miremur & laudemus ad hæc *Lucheſii* ſilentium, & moderationem; animi ſemper erat compos; mitiſſimum ſe leniſſimumque præbens, æquâ & tranquilla mente tolerabat, quod, inter conjugatos, vel infinitam ſolet exhaurire patientiam: Deum ardenter orabat pro perfecta uxoris converſione; ſi aliquando loqueretur, id unum intendebat, ut ipſa. juxta *Pſ.* 54. *Iactaret ſuper Dominum curam ſuam*, qui ſolis miſericordibus æterna præmia pollicetur.

A Oſtiatim ſtipem cogenti magno aliquoties pauperum numero, *Lucheſius*, illicò, nudo capite, illorumque manus humiliter oſculatus, omnem quem reperit panem, elargitus eſt. *Bonna* interim commurmurabat ac intus conquerebatur, præ veneratione, moleſtiam alta diſſimulatione regens. Eodem tempore alia mendicorum multitudo miſericordiam implorat, amoremque Dei inſtanter cau-
,, ſatur. Audi, chariſſima *Bonna*, audi, aie-
,, bat, *Lucheſius*, vocem Chriſti Redempto-
,, ris, qui pro miſeris ipſe interpellat arden-
,, tiſſimè: numquid mente captus es, reſpon-
,, dit impatiens mulier, poſt tot jejunia, vi-
,, gilias, & defatigationes? Cum jam omnia
,, nobis deſint alimenta, ubi vis inveniamus B
,, ſatis obſonii ad prandium? mendicemus igi-
,, tur nos viciſſim, dum ipſos alii ſtipe dona-
,, bunt. Bona verba; quæſo, dilecta mea,
,, inquiebat vir benignus, & ſanctus, iram
,, cohibe, ſi non tibi fas eſt egentium inopiam
,, ſublevare, abſtine ab improperatis oppro-
,, briis: memento cœleſtis propoſiti, quo divi-
,, tias mundi calcantes, nos omnino cultui
,, divino addiximus. Recogita etiam, ſupre-
,, mum creatorem, qui plura hominum mil-
,, lia ſatiavit de quinque panibus, *Ioan. 6.*
,, è ſuâ omnipotentiâ nullo modo excidiſſe.
,, Confidenter & ſine morâ cellam viſe prom-
,, ptuariam; occurrent tibi derepentè ampla,
,, edulia, ad ipſorum, & noſtram plenam
,, refectionem. C

Repugnans licet, imò deridens, proficiſcitur; deinde magnam videns arcam, de cujus vacuitate certa erat, videns, inquam illam pane recenti, tenero & ſiligineo refertam, exclamavit: *Res miranda, ſumme Deus! unde hoc miraculum? ſupra omnem naturæ vim perpetratum, & divinæ virtutis opus eſt.* Fides, ſpes, & charitas *Lucheſii* inde ſplendidius emicuerunt, vivaceſque adeò radios vibrarunt in mentem *Bonnæ*, ut ipſa deinceps illum tanquam Prophetam, & intimum Dei amicum honoraverit, humillimam cum lachrymis petens veniam de cordis duritate, diffidentia, & præcipitatione.

D Prudens *Lucheſius*, occaſione utens oblatâ, eam exhortatus eſt fortiter ad ineundam ſanctitatis viam, planè & ardenter, ut in poſterum unus Deus præ oculis habeatur, deſpectis omnibus creaturis. Alacriter igitur & promptè,
,, aiebat, advola ut levamentum laborantibus,
,, afferas, minuaſque dolores, & mitiges pœnas. *Math. 19.* Illorum, *qui in regeneratione, cum ſederit filius hominis, in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebunt ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim Tribus Iſrael.* Partita eſt libenter mirandum hunc panem, quem magnificiebat ut à cœlo deſcendentem, & Angelorum manibus ſubactum.

Defectus momentaneus *Bonnæ* præclara eclipſis eſt, unde lux oritur ſplendida & coruſcans ad ſponſi virtutum plenam manifeſtationem, & ſponſæ integram converſionem: ſtimulus quoque eſt acer & pungens, quo omnes provocantur ad mendicorum auxilium: vehementes utique ſunt ac cœleſtes gratiæ impulſus modò eis non obſiſtat voluntas humana. Mariti preces ad Deum, & monita ad conjugem, conjugis tandem aliquando pervicaciam vincunt. Ex templo *Bonna* in contrarium mutata *reſpicere cœpit in faciem Chriſti* pauperum protectoris, nutritii, & patris, videlicet benefici Jeſu, qui *cum dives eſſet propter nos egenus factus eſt, ut nos ſuâ egeſtate ditaret.* Corinth. 9. Ac primùm quidem quo adminiculo erecta erat, eodem innixa *Lucheſio* ſtetit. Inde quaſi ab ſecunda origine lætius ac felicius renata egregios munificentiæ fructus edidit, *Lucheſio* jam ſimilior quam ſibi.

Ab hoc mirifico eventu, *Bonna* mendicos tanquam proprios filios fovebat & ſinu complectebatur, imò, præter largitiones amplas ipſis erogatas hilari vultus, ſermoniſque ſignificatione, pias inſuper blanditias adhibebat: mox ut querelas eorum voces audiebat, illis ſine mora præſto erat: non ſolum victum, ſed veſtitum ſuppeditabat, & quæcumque peterent. Publicas frequenter viſitabat pauperum domos, ubi vilioribus ancillarum fungebatur officiis.

Lucheſius deinceps & *Bonna* inter ſe charitate certant: ambo certatim & contentione mutuâ inſigne benignitatis & fervoris dant ubique ſpecimen; exterruiſſet alios, quod illos ſtimulabat non ægris tantum aut pauperibus adſunt, verùm ſemivivis, licet luem contagione vulgari ſciant, & fœda impendentis mortis facies ante oculos ſit.

CAPUT III.

Rectè Lucheſius & Bonna liberos educant.

POTISSIMUM illorum conſilium fuit familiam ſuam Deo gratam reddere. *Bonna* itaque ſatagebat liberis prima Fidei Chriſtianæ præcepta tradere ab infantiâ, Deum ritè precari, Sacerdotes, omneſque Eccleſiaſticos honorare, ſervare ſilentium, & modeſtè ſe gerere in Eccleſiâ, eorumque manibus ſæpe pauperibus eleemoſynam adminiſtrabat.

Lucheſius eos docebat his verbis. Chariſſi- "
mi, mori ſatius eſt quam Deum offendere; "
ab omni juramento abſtinete; diligite proxi- "
mum, pro cujus ſalute Chriſtus pretioſum "
fudit ſanguinem; Matri honorem exhibete; "
ab impiorum conſuetudine diſcedite omni- "
no; occaſionem peccati omni conatu fugite, "

„ immodeſtiæ præſertim & impudicitiæ ; per „ ſingulos dies auguſtiſſimo Miſſæ ſacrificio „ reverenter aſſiſtite ; perſuaſi tandem ſitis, „ vos hanc vitam mortalem à Deo accepiſſe, „ ut Creatori ſerviàtis fideliter, & cœleſtem „ conſequamini gloriam.

Cùm autem efficacius mulro ſit exemplum quam verba, ſecum eos ducebat in comprecationis cellam, nt liberorum preces junctæ paternis facilius poſtulata impetrarent ; in Templum, ut teſtes paternæ pietaris diſcerent quanto ardore, & quam ſolerti attentione rem ſacram, corporis nempè & ſanguinis Chriſti oblationem oportet venerari & adorare. Nec etiam Lucbeſius Xenodochia, vel Noſocomia ſolus inviſebar, ſed in comitatu liberorum, qui pariter charitatis officia, peregrinis & infirmis præſtabant. Nec ſanè deerat correctio, cum delinqnerent, non tantum monitis provocando, ſed multando flagris.

Quis unquam impenſius, & majori cum æqnitate domeſticos adamavit ? Timens *Lucheſius* ne patris dilectio aliquid nimis bumanum ant molle ſaperet, tam cautè illam expurgabat, ut ſincerus eſſet fructus perfectæ charitatis, quâ Creatori & creaturis debitum ſolveret, ut ad ſuam imitationem *Lucheſius* & *Bonna* liberos allicerent, conati ſunt ipſi Seraphici Patris imitatores eſſe. Jejunabat *Franciſcus* ab Aſcenſione Domini ad Pentecoſten, ſic ſponſus & ſponſa agebant, ut Spiritui ſancto dignum pararent hoſpitium, rerum cœleſtium contemplatione, ſolitudine, & vitæ aſperitate, inſtar Apoſtolorum : eamdem legem obſervabant ante feſtum dedicationis ſancti Michaëlis Archangeli, & à celebritate omnium Sanctorum ad Nativitatem Chriſti. Per totum annum diebus Mercurij & Veneris veſcebantur pane & aqua ; unde facile conjicitur quantâ eſſet eorum auſteritas tempore Quadrageſimæ, cum tunc inuſitaros inediæ, verberum, ciliciorum rigores, velut cupiditatum moderarores, delictorumque vindices, non minus ſæpe quam avidè, florente adhuc ætate, adhiberent, & in omni vita. Sicque perfecti fuere ſectatores primæ Fratrum Minorum Regulæ, perinde ac Tertiæ, veſtigiiſque inſtitutoris Seraphici rigidè inhæſerunt.

Adeò benefici & liberales erant, nt, ſi caruiſſent liberis, opum etiam fundum omnem pauperibus eſſent elargiti, quibns propterea velut Jeſu patientis imaginibus univerſos reditus diſtribuebant, modicam fructuum partem, ſuſtentandæ leviter familiæ propriæ reſervantes, atque ex rectæ conſcientiæ formulâ & præſcripto prudenter ſe gerebant, ne ſnos hæredes portione hæreditatis legitimâ privarent. Præ nimia cbaritate, cum iis deficeret quod darent, oſtiatim *Lucheſius* men-
A dicabat, ur ſubveniret mendicis : plures huic furri criminationem exprobrabant : Age, “ aiebant, & labore manuum veſcere hypo “ crita, ne ſurripias egenorum panem. Men- “ dicantes ipſi, quos rot largitionibus cumulabat, duris injuriis *Lucheſium* moleſtabanr, Ægroti, quos nutriebat, & omnibus modis ſolabatnr, illi acriter objiciebant, quod pauperum impendiis diteſceret, & epularerur opiparè, dum ipſorum nomine corrogans ſtipem, poſtquam ſatiaretur, relinquerer eis ſuperflua. Inter hæc opprobria & contradictiones probatur *Lucheſii* virtus & perficitur : Quo plus enim falſis & injuſtis infeſtatur accuſationibus, plus fortis fit & generoſus ad
B miſericordiæ opera exercenda.

CAPUT IV.

Mirandi charitatis actus Lucheſii & Bonnæ.

NOn illis ſufficiebant virtutis, quæ ſe offerebant, occaſiones, niſi alias alibi adjungerent. Noverant ad maris littora plurimos morbis acutiſſimis laborare, quà aëris intemperie, quà ſolis ardoribus nimiis : ſciebant inſuper non adeſſe Medicos, nec Pharmacopolas ad ſubſidium : ideò paratis emptis
C aut collectis miſericorditer Salgamis & medicamentis, quibus jumentum onerabant, ea omnia diſtribuebant magis egentibus. *Lucheſius* præſertim magnum ſibi nomen colligebat, piis ſermonibus leniens eorum dolores : Si quos viderer non ſat commodas babere domos, vel eos jumento vebi curabat, vel ipſe ulnis amplectebatur libens, ur in jucundiori hoſpitio babitarent, imò plures humeris geſtabat ad quietis locum.

Contigit, ut cum aliquando binos bracbiis, alterum dorſo portaret, quemdam præcipitem & devium, exclamaſſe remere : Quò monſtrum illud rranſvehis ? Heu miſer, in- “ quit *Lucheſius*, pœnas graviſſimas lues de “
D tam graviſſima blaſpbemia, quæ non ho- “ mines offendit, ſed benigniſſimum Redem- “ ptorem Jeſum Chriſtum, qui apertè decla- “ ravir quæcumque facta pauperibus, ſibi ipſi “ fieri, ſeque ampliſſimam impertiturum mer- “ cedem iis qui ad miſerationem proni ſunt. “ Ad hæc verba impius divini Numinis obtrectator penitus obmutuit, jugibus rivis lacrymarum pœnitentiam manifeſtans, manibus junctis & pectoris tunſione. *Lucheſius* ſtatim elevatis in cœlum oculis ; *Parce, Domine*, inquit, *parce peccatori contrito, qui in poſterum ad ſaniorem animum redibit.* Orantis vox exaudita eſt ; libertate linguæ recuperatâ, nefarius cavillator altè veniam petiit, libera-

tori gratias humillimas agens, cujus publicè A præconia celebravit.

Juvenes ſex inconſiderati, animi recreandi gratiâ deambulantes, finxeruot ſe velle expilare jumentum *Luchefii*, remediis, cibarus, omnique geoere cupediorum onuſtum ad pau-
,, peres & infirmos ſublevandos. Si conſiſtat
,, quieta menre, aiebant, de virtute ejus oefas
,, eſt ambigere : ſi verò ſit anxius & æſtuet,
,, vultu, habituque ementitur perſonam hominis pii. Luchefius divinitus ſciens eorum
,, propoſitum, clamavit alacriter : Dilectiſ-
,, ſimi, bene & optatò adveniatis; non mea
,, res agitur : nullam in partem mea intereſt,
,, ſed Dei omnipotentis, qui injuriæ à pau-
,, peribus acceptæ ultor erit. His verbis tem- B peratur inſolentia juvenilis, dum petulantes juvenes ſapere incipiunt, & flexis genibus ex admiſſa noxa acerbè dolentes culpam fateotur : deiode à ſancto viro admoniti, ne amplius in alea, vino, popinis, luſtris tempus ætatis omoe conſumereot, ſanctitatem ejus prædicabant.

Non ſolùm erga publicas pauperum domos charitas *Lucheſii* enitebat, ſed etiam in familias peculiares : tum videlicet communibus, tùm præcipuis magis afflictorum periculis commovebatur. Artifex quidam probus æque ac pauper urbis, vulgo *Poggi-Bonzi*, multo labore nec victum, nec veſtitum poterat liberis ſuppeditare, nec pendere vectigalia; ſic io maximis anguſtiis rei domeſti- C cæ verſabatur. Cum enim non poſſet tributum pernumerare dominio Floreotino, operâ viatoris ioterpellabatur, qui illum duxit in cuſtodiam, ubi remanſit dooec emitteretur à noſtro *Lucheſio*. Carcer interim nec ſinebat artificem familiæ ſubvenire, oec adire ſanctum virum de quo rumor erat vel graviter ægrotare, vel jam obiiſſe. Captivus tamen plenus fiduciâ noctû opem imploravit *Lucheſii*, quem jam beatitudine cœleſti frui credebat. Illicò ſe liberum vidit in medio urbis *Poggi-Bonzi*, Florentiâ duodecim leucis di-
,, ſtantis. Statim exclamavit : Optime Dei
,, famule, patet evidenter quantam vim tua
,, virtus habet in omnia? eodem tempore quo D
,, me arbitrabar io vincula redactum, & fœ-
,, diſſimi carceris involutum tenebris, ecce
,, me ſentio lætum & ſanum inter ubera ma-
,, tris meæ : Regis ſæculorum adoretur no-
,, men ſummumque imperium.

Lucheſius adhuc vivens in terris ignorat quæ cootigerant; artifex ſine mora charitatis illuſtre adeò miraculum in vulgus producit : voce publicâ cœlitum numero adſcribitur *Lucheſius*, qui præ ſumma humilitate ſeipſum omnium exiſtimabat infimum, quique ſupremo Conditori grarias ferventer egit, quod deſiderium pauperum exaudiat, & eorum cordis præparationem exequatur; ſicut liberavit Loth ab incendio Sodomæ, in gratiam Abrabæ, qui precator non fuerat; ſic *Lucheſio*, captivitatis neſcio, nec libertatem poſtulante, mirabiliter liberatus eſt captivus.

CAPUT V.

Sublime Orationis donum Lucheſii.

CHaritas, quæ juxtà Pauli mentem, *Cor. 2. bonum dat ingenium*, novâ quoque & profuſiori luce decorat *Lucheſium*, quâ cœleſtes delicias prægustare non deſinit. Per totum diem comitatus Martham, egenis opitu- B lando, nocto ad pedes Crucifixi in Eccleſia, vel in ſolitudioe, meditando transformatur in Deum cum Magdaleoa. Verius credunt Auctores orationem ejus fuiſſe continuam & ſine intermiſſione: omnium immemor creaturarum nnoquam amandabat à ſua memoria Creatoris præſentiam. Suavis & myſtica quies contemplationis eò magis dulceſcebat, quò res viſibiles magis exprimebant Conditoris ſupremi perfectiones, in quibus divinæ Majeſtatis imaginem diſcernebat, vel ex quibus arbitrabatur exire voces canoras quæ ad harmooiam Dei laudes canebant. Affirmabat ſæpe puros ſolum oculos viſu rerum tam mirabilium poſſe frui, aureſque ab omni concretiooe mortali ſolutas audiendo tam jucundo concentui ap- C tas eſſe.

Tempore Paſchæ, dum in Eccleſia Franciſcanorum adeſſet matutinis horis, & recitaretur Caoticum trium Puerorum Babylonis, ubi omnes creaturæ invitantur ad Factorem laudandum omnipotentem; noo ſolùm Angeli & Homines, ſed imber, ventus, grando, nix, glacies, tonitrua, dracones, & ſerpentes, fit immobilis *Lucheſius*, & rapitur prorsùs in extaſim, quocumque modo ſumatur : divini namque luminis illatione raptus ejus conſtabat, in quo luce cæleſti perfuſa mens, & magnarum quarumdem & ſublimium rerum cognitionibus occupata, aciem ſuam ad externa hæc & ſenſibilia referre oon poterat: efficieba- D tur præterea atque exiſtebat abundantia ex Deo perceptæ voluptatis : merito ergo iotus exclamabat : *Fulcite me floribus, ſtipate malis, quia amore langueo*, Cantic. 2. Ex illapſu enim hoc, ex iis ſermonibus blandis & prædulcibus, quos cum Deo anima habuit, ſenſim atque paulatim auctus amor penitus exarſit, & tanquam incendio quodam corripuit omnes animi vires, & in Deo convertit ipſum *Lucheſium* totum.

Ex quo factum eſt, ut non jam amplius corpus curare, ſed vacare uni amori, unumque Deum arctiſſimè complecti, eique adhærere omninò cuperet; unde licebat ei dulciter effari: *Læva ejus ſub capite meo, & dex-*

tera illius amplexabitur me. Cant. 2. Quæ pro- A cul dubio divinis amplexibus fruentis, inque Dei ſinu quieſcenris, nec modo amantis Denm, ſed etiam in ipſo amoris actu, voluptate colliqueſcentis verba ſunt.

Conabantur interim quidam Fratres eum ita pungere & vexare, ut exurgeret, dum cæteri ſublimitatem virtutis ejus probè callentes, decreverunt quietem myſticam non interturbandam: mox ut ſomnus divinus ceſſavit: *Quam bonus Iſraël Deus*, inquit, *his qui recto* ,, *ſunt corde*, Pſal. 72. cum erga miſerrimum ,, ſervum adeò propitius ſit: benedictus ſit ,, Deus in ſæcula. Ad primum aſpectum illorum, qui aderant, rubore ſuffuſus eſt, præ humilitatis ſenſu, quæ illum ad omnis vanæ gloriæ fugam ſemper excitabat. Tacuit con- B ſtanter favores divinos, quibus ferè ſine intervallo poriebatur, & tanta cœleſti vehementia, ut nullus vulgariter in eo perciperetur motus.

Religioſus quidam arcanorum *Lucheſii* particeps, appellavit eum nominatim: Nil autem reſpondit, quippe qui flexis genibus Deo intimè adhærens, ad nullam creaturam vel leviter attendebat. Petitâ ab ipſo poſt con- ,, remplationem ſilentii causâ, reſpondit: In ,, familiarirate Dei & Angelorum verſabar; ,, ad quid ergo vana & inanis conſuetudo ,, cum hominibus? Vitum tamen habere par eſt, quem nihil celamus, quique nobis in omnibus ſit conſcius, ſeu gratüs, ſeu adverſis. C abſque vana elatæ mentis oblectatione illa recipiamus; hæc verò ſine inquietudine. Utraque valdè proſunt cognoſcentibus, ſi opportunè & prudenter manifeſtentur.

Claruit alibi ſumma Lucheſii cum Deo neceſſitudo: Laborabat in conſtructione Monaſterii Fratrum Minorum urbis *Poggi-Bonzi*, non ſolùm ut inſignis benefactor, ſed velut operarius mercenarius, nec tamen ab oratione deſiſtebat. Poſt labores tota die exantlatos, horâ Completorii Eccleſiam aliquando ingreſſus, eo fine ut meditaretur; vix dum incœperat orare, cum divina paſſus eſt tantâ dulcedinis ubertate, ut nullo modo poſſet diſtrahi, neque exuſcitari. Tunc ſponſi mandatum impletum eſt: *Adjuro vos filiæ* D *Ieruſalem per capreas cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis ſponſam dilectam, donec ipſa velit.* Non turbatur quies Lucheſii: manet immotus, licer plurimi turbidè tranſeant & agant petulanter penes eum. Qui vacanris Deo animi quietem, & ſanctum illud & fructuoſum bonorum otium interpellant atque perturbant, vel moleſtiis inferendis, vel offenſionis atque peccati cauſis afferendis, quique è deliciis Paradiſi pertractos ſanctos homines in medias hujus vitæ turbas conjiciunt, & tanquam per vim divellunt à divino complexu, impii & virtutis hoſtes homines, non ſecus ipſi faciunt, quam caput ipſorum feciſſe legitur adversùs primos humani generis parentes; atque quemadmodum ſimiliter faciunt, ita ſimilem exitum metuere atque horrere debent. Nam deteſtatur Deus, ac peſſimè odit eos homines, qui eo uſque pravo & corrupto animo ſunt, ut non ſolum peccandi ullum modum ipſi faciant, ſed ut omnes in peccando ſimiles ſibi eſſe velint, adeo ut quoſcunque honeſtæ viræ ſectam ſequentes viderint, ad ſuum gregem pertrahere illos & aggregare ſummo ſtudio conentur; aut ſi id minus illis ſucceſſerit, pro inimicis atque adeo pro infeſtiſſimis hoſtibus ſibi eos habendos ducant.

Agitatio tumultnoſa circumſtantium nullo modo expergefacit *Lucheſium.* Æditııus ſe ex officio credens jus habere illum expellendi, Completorio abſoluto, ejuſque ſanctitatem eximiam ignorans, monet illum officiusè, tempus Eccleſiæ claudendæ adveniſſe. Nullâ factâ reſponſione, datur oranti mora ut preces abſolvat: non finiuntur tamen, *Lucheſio*-*que* ſtante ad parietem, ut firma ſtarua, multos Fratres advocat Æditııus, tanquam ad auxilium defuncti terræ mandandi, quem viderunt elevatum fermè uſque ad templi teſtudinem, brachiis extenſis, vultuque ignito & verſo ad cœlum. Exiguus eſt radius divinarum mentis Seraphicæ illuſtrationum, quæ latuerunt præ humilitate, donec eas obedientia detegerit.

Mirantes donum Dei ſe proſtraverunt omnes, divinamque miſericordiam implorabant interceſſione Lucheſii, qui viciſſim poſt raptum Religioſos videns, flexis genibus ab ipſo expectare benedictionem, & myſteriorum declarationem quæ ipſi revelata ſunt, terram deoſculatus, proteſtatur nil aliud ſcire quam quam ſeipſum dignum eſſe omni conremptu & opprobrio. Mirandis ipſis operationibus multiplicatis, ſolitudinem Deum precaturus diligenter quærebat; ideoque frequenter orabat in æde Franciſcanorum, modo ibi ſolus eſſet. Inrranti in Eccleſiam occurrit Lucheſio Religioſus ſtupefactus, dicens illam ſtatim ſubverſam funditus iri, cum jam muri concuterentur. Sta firmiter, ait vir ſanctus, " nec vento nec tempeſtate agiratur ædi- " ficium, quod omnino recens eſt. Altero " affirmante, contremuiſſe rerram, tectumque & fundamenta viſibiliter nutaſſe, dum orarer: Ne timeas, inquit Lucheſius, chariſſime " frater, Dæmonis figmentum eſt & illuſio, " ut te ab oratione abſterreat, quæ illi acerri- " mum bellum intentat. Perſiſtamus ibi in " meditatione, cuniculum diabolicum diſſla- " bimus ac faciemus irritum, erimuſque proſ- " ſus victores. Mox Lucheſius ſublatus in aërem, & Deo voce altâ colloquens, ſocium auditorem mirâ perfundebat ſuavitate, inter

inter fragores & Inferni ſtrepitus

CAPUT. VI.

Lucheſius & Bonna ſimul moriuntur.

NIl fere diximus de B. Bonna, niſi tempore converſionis, quo recepit habitum Tertij Ordinis Franciſcani ſimul cum marito: illum tamen comitabatur in omnibus exercitiis pietatis Chriſtianæ. Mutua autem & perfecta ipſorum conjunctio, præſertim elucet, cum extremum diem ſimul claudunt; unde facilè convincitur quanta inter viventes erat morum conſenſio: morimur enim plerumque ſicut viximus. Pauca de *Bonna* relata à me compenſare præſtat, ſententiâ Seraphici Ordinis Hiſtoricorum, Mariani, Marci Ulyſſiponenſis, Gonzaguæ, Wadingbi, qui omnes comitem ſemper adjungentes eam B. Lucheſio in virtutum progreſſu; nec in morte eos ſeparant, nec in ſepulchro.

Narrant *Lucheſium* cælitus monitum fuiſſe, tempus reſolutionis inſtare: quamvis ſenectus, defatigationes, auſteritates, & morbi plurimùm vires corporis illius imminuiſſent, robore tamen animi prævalens, ſe ad ultimum certamen accinxit novo fervòre.

Poſt tot annos ſanctitati addictos, nunquid C erat adhibita ſufficiens & digna præparatio? Totius vitæ noxas tamen confeſſione ſacrâ expiavit, quam excepit P. Aldobrandinus Franciſcanus, omnium ejus conſiliorum moderator, qui animans eum ad mòrtem generosè ſubeundam, ſequens reſponſum audivit. „ Gratias tibi ago, Reverende Pater, quod „ tam diligenter & benignè mecum agas: „ tanta mea eſt in Deo fiducia, ut ſi nun„ quam antea mortem fuiſſem præmedita„ tus animum tamen non deſponderem. Hæc „ fateor, ignavia extremum mihi incuteret „ tremorem; firma nihilominus perſtaret „ ſemper mea ſpes in Domini miſericordiâ. „ Verùm ab initio converſionis meæ ad obi„ tum me adorno & comparo, ut quantum D „ patitur humana fragilitas, fidenter adſtem „ divinæ juſtitiæ Tribunali: Sic enim præci„ pit Regula noſtra, ubi quotidianum præ„ ſcribitur examen.

Dum admiſſas à puero culpas rite Sacerdoti exponebat, *Bonna* in ubetes erumpebat lachrymas, poſtulans à Deo, vel conſervationem præclari ſponſi, vel mori cum illo. Datâ abſolutione, licet maritum animam efflantem videat. obſecrat hunc atque obteſta„ tur, ne è vivis excedat ſine ipſa. Volo, ait „ *Lucheſius*; te expecto; diſpoſita ſis, ut me„ cum ſuſcipias cæleſtis patriæ iter. O rem admirabilem! *Bonna* integrâ utens & proſperâ valetudine, derepentè modicâ laborat

A febri; peccata ſua enunciat Patri Aldobrandino, omnibuſque munitur ſacramentis mira cum jucunditate. Deindè petitâ à *Lucheſio* benedictione, quàm ei lubens conceſſit, è valle lachrymarum exit, & lætè evolat in cœlum.

Vir ſanctus pretioſam hanc mortem lætus admirabatur, ſeque videns cinctum illuſtri tum Religioſorum, tum Parentum & vicinorum coronâ, elevatis oculis & manibus, ſic effatus eſt: *Laudo te, ô Trinitas adoranda, quod innixus Chriſti meritis, ſiſto me cum humili fiducia ſupremum apud Iudicem, ad terrorem Dæmonum, qui turpiter fugiunt. Sacra*-B *tiſſima Virgo Maria, Patriarcha Minorum Franciſcus, univerſuſque cœlorum exercitus, quorum præſidium imploravi, victoriæ meæ ſunt teſtes*. Sacro poſteà ad ultimam luctam inunctus oleo, caput inclinavit, clauſiſque dulciter oculis, expiravit 28. Aprilis anno 1242. juxta Wadinghum in Annalibus Minorum, eodem die quo *Bonna* lucis uſuram amiſit.

Notent lectores plures Hiſtoricos fidei dignos affirmare huncce Lucheſium mortuum 28. Aprilis, eumdem eſſe ac *Lucium*, cujus mors accidit 24. Auguſti. Suam probant ſententiam ex eo quod non ſolùm ambo primarii ſint Tertiariæ Congregationis Franciſci Aſſiſiatis ſectatores, ſed quod floruerint iiſdem annis. Pater Arturus Monaſterienſis noſtri ſæculi Scriptor, valdè ſagax ad componendas hujuſmodi lites, hancce peculiarem nullo modo attingit: ſequitur opinionem Bernardini de Buſtis, Antonii à Sillis, & Maruli, qui cenſent *Lucheſium* & *Lucium*, Duos ſigillatim extitiſſe illuſtres Tertiarios, quorum ipſe facit mentionem, unius quidem 28. Aprilis, alterius 24. Auguſti.

Marian. l. 1. c. 23. Marcus Ulyſſip. par. 1. l. 9. c. 25. part 2 l. 1. c. 50. & 51. Gonzag. part 1 in BB. Fœminis Tertij Ordinis. Vvadingh, ann. 1221, 1242, 1257. Arturus 28. April, & 24. Aug. De Buſtis in Roſario Quadrageſimali ſerm. 27. part. 2 Anton. à Sillis l. 2. regul. Tertii Ord. Marulus l. 4 ſacræ Religionis in eodem Tertio Ordine.

D

CAPUT VII.

Glorioſa Lucheſii & Bonnæ Sepultura.

RUMORE obitus eorum diſperſo, vicini populi certatim accurrerunt ad exequias ſuâ præſentiâ cohoneſtandas, quâ ut aſſolet, piis pedum & manuum *Lucheſii & Bonnæ* oſculis, quâ ſupplici illorum opis implorazione. Tantus erat Fidelium concurſus, ut corpora manſerint expoſita ad ſpectantium conſolationem: gemitibus ac lamentis tota circa domum perſonabat area. Deinde triſte ſilentium conſecutum eſt, ad contemplandos conjuges defunctos, dolore convet-

ſo. Cæterùm utrumque corpus, imaginem animi, effigiem cœleſtis felicitatis intuentes fletum integrabant; jucundiſſimo aſpectu neque animos, neque oculos ſatiare poterant.

Interim Patris Aldobrandini Frater tumore acerbo vexatus, de ſanitate deſperabat: rogavitque Aldobrandinum, ut manum *Luchesii* parti afflictæ apponeret. Quo facto, dolor confeſtim ceſſavit penitus, ægerque reſtitutus in priſtinum valetudinis ſtatum exclamavit; O miraculum! cœtu „univerſo acclamante: Alii roſaria, quæ vocantur, applicare corporibus; multi etiam pilei, veſtiumque quibus uti conſueverant, fruſtulum aliquod denixè rogare, quibus cuſtodes fortiter obſiſtebant. Verum illis invitis digiti *Luchesii* extremitas amputatur, unde magna copia ſanguinis manavit rubicundi & vividi. Dum juxta ſponſi & ſponſæ efflagitationem, deferrentur ambo ſolenniter in Franciſcanorum urbis *Poggi. Bonzi* Ædem, humationis cauſâ, imber violentius quam alias fuſus, campos lubricos & inequitabiles fecerat, planitiemque univerſam inundaverat; nequidem tamen gutta vel leviſſima cecidit in funus aut in unum ex funeris aſſectatoribus.

Corporibus ſanctis remanentibus aliquandiu, abſque ſepulturâ, in Monaſterio, pia Dei famula, quæ non potuerat adeſſe funebri pompæ, ne ſolum derelinqueret infantulum, citò convolavit ad ſolennitatem: domum rediens vidit illum inter flammas, quibus jam comburebantur veſtimenta, ipſeque „ſuffocatus penè expirabat. O ſancte *Luchesi*, ait, iſta, ſuccurre nobis. Quem mater mortuum credebat, meritis beati Viri ſalvus & illæſus permanſit: Voto illum Deo & *Luchesio* conſecravit, ut deinceps nec ad terram nec ad parentes ullo modo pertineret: veſtibus omninò redactis in cinerem, nullam receperat ipſe læſionem: ulnis ſtrictè & ſuaviter Genitricem amplectebatur, declarans evidenter vultu & geſtibus, quantum ſupremo auctori debebat, qui eum à tanto eripuerat periculo.

Moleſtâ laboravit infans poſteà hydropiſi, decem annos natus, poſituſque fuit à matre ſupra tumulum *Luchesii*, cujus interceſſione ſtatim ſanitatem adeptus eſt. Ut ſatisfiat publicæ pietati, poſtridiè beati conjuges humi conduntur, elatique ſunt ampliſſimo funere, & comploratione tantâ, ut Sacerdotum Chriſtiano ritu pſallentium voces nequaquam audirentur. Continuant miracula. Civis quidam *Poggibonzianus* ægrè ferens, quod filius dilectus, præ diro apoſtemate unum ex oculis omninò amiſiſſet, enixè rogavit applicari manum *Luchesii* læſo & dolenti oculo, qui ſtatim planè convaluit, probuſque multum & acer factus eſt; mirante univerſo cœtu, jamque *Luchesio* Sanctorum honores decernente & cultum.

Bonna quoque præclaris afficiebatur laudibus, voce publicâ, tanquam comes individua illuſtris mariti, ejuſque ſanctitatis perindè ac conſiliorum particeps. Ambo tandem eodem monumento integuntur è lapide extructo. Hùc poſteri convolarunt exindeſolatium in adverſis, & in ægritudinibus medelam petituri. Nihilo enim magis *Luchesii* præſertim vita quam mors talibus ſanctimoniæ notis clara fuit & inſignis..

CAPUT VIII.

Sepulchrum Luchesii Gloria miraculorum illuſtratur.

LOCUTI ſumus de puero, qui penè flammis præfocatus, annumque agens decimum, & morbo inſanabili laborans, incolumis evaſit. *Luchesius* novum ſubſidium confert eidem familiæ. Frater hujuſce pueri duxit uxorem quæ nocte infanti mammam præbens, atque obdormiens illi ſpiritum eliſit: expergefacta, & præ deſperatione volens ſibi vitam adimere, *Luchesium* invocavit ſocrus conſilio; moxque repoſito corpuſculo ſupra tumulum Viri Sancti, in lucem infans rediit, velut ſuavi ſomno excuſſo, lachrymis expetens matris ubera.

Alter ſexcennis aut ſeptennis, Diœceſis Piſanæ, ludens cum ſociis in altum cecidit puteum: Ipſe & parentes è veſtiglo *Luchesium* ferventer inclamarunt, ejuſque implorave. runt opem, qui periclitanti apparuit, eumque de fundo putei educens ſuſtinuit, ſanum ſuprà aquas, uſque dum pater deſcendens brachiis illum eſt amplexus.

Plures cæci viſum receperunt ad ejus Sepulchrum, aut ſolâ nominis ipſius invocatione: interdum ſe illis viſibilem reddidit, Crucis Signum in oculis eorum formans, quo viſum peracrem & peracutum recuperabant; ſicut fauſtè contigit fœminæ oppidi vulgò *Linard* non longè ab urbe *Poggibonziana*. Tres ejuſdem urbis cives, in carceribus Florentinis incluſi, exorarunt *Luchesium*, qui eos ſuâ præſentiâ honorans & conſolans carcerum fores confregit, pontem diſjecit, plenamque libertatem captivis impertivit. Factiones Gibellinorum & Guelphorum excitantur iterum Florentiæ violentius, quam anteà; Primarius intereà *Poggibonzianus* incola, *Bonus de Paſcia nuncupatus*, captus bello fuit ab iis, quorum non ſequebatur partes, & in caſtrum ſancti Geminiani detruſus, cujus Gubernator nullam omiſit violentiam, ut ingens pro redemptione pretium daret captivus: juſſit ejus manus & pedes

des illigari ſudibus præcraſſis, inter medios cuſtodes. Per longum temporis ſpatium graviſſimè torquetur: auxilium implorans *Lucheſii* tam auſpicatò, ut mediâ nocte vinculis à quibus obſtringebotur, exſolutis, militibuſque dormientibus propè ignem, facilè deſilierit ex muris, & derepentè convolaverit ad liberatoris Tumulum gratias agendi causâ.

Impeditiſſimis biſce Reipublicæ temporibus, Dominus *Bindi* volaterahus in barbaras prædicti ferocis Tyranni manus incidit: pro camerâ, in carcere locum habuit anguſtum & tenebroſum, in quem nocentiſſimi deprimuntur, ibique per longum tempus, vinctus catenis, terrificam cum multis aliis patitur inediam: Vir ſanctus, in quo confidebat, ita eum feliciter eum protexit, ut cæteris fame & dolore pereuntibus, nec vires nec animum perdiderit, imò ſemper mentis præſtiterit vigore. Noctu ſuum dùm rogaret benignum conſolatorem, manibus confeſtim, & pedibus ſolutis, janua carceris ultrò aperitur, deinde currens ad monumentum *Lucheſii*, hanc veritatem juriſjurandi formulâ ſolenni confirmavit coram adminiſtris aſſeverationi miraculorum præpoſitis, catenaſque præfixit in ædis fronte, ad perennem ſuæ liberationis memoriam.

Bartholomæus *de Ponte Milio*, Ordinis Minorum Religioſus exinopinatò cadens, in profundum & rapidum fluvium *de Arno* vocatum ferè aquis ſubmergebatur; ſecurus tamen & felicirer in littore ſtetit poſt invocationem Lucheſii, veſtibus nullatenus madefactis.

Vix dum exceſſerat navigium ab Apuliæ ora, Epirum intendens, cum ventis ſævientibus, mare exæſtuans fluctus modò ad aſtra tolleret, modò ad Tartara navigantes deprimeret: malus diſruptus, & clavus avulſus nil niſi extremum periculum intentabant, nullaque ſpes ſalutis erat; prompto uniuſquiſque animo meditabatur mortem; dum inter naufragos unus nomine Angelus *de Oxia* cæteris ad *Lucheſium* ſuadet confugere, eique votum nuncupare, quo certis verbis expreſſo, eis ſtatim apparuit radianti lumine circumfuſus, Chriſti pacem offerens, integramque pollicens tranquillitatem. Deinde cadentibus ventis mare acquievit, fortunatus fuit navigationis ſucceſſus, feliciterque in Portum, quò aſpirabant, provehuntur.

Bartholomæus *de Tolomeis* Senenſis, Ordiniſque Minorum Profeſſus, è Capitulo generali in Hiſpania celebrato rediens in magno comitatu, navigationi ſe commiſit, ut peregrinatione ſancti Jacobi, Compoſtelæ, abſolutâ, parem venerationem Apoſtolis Petro & Paulo Romæ exhiberet. Non longè aberat Savonâ, cum obduci nubibus cœlum, & cæco remugitu minaciter erumpente, tum ab alto, tum à terra effundere ſe repentino impetu ventus, medius è nubibus, intumeſcere ſenſim mare, funes implicari, intendi ultra modum vela & diſcerpi, navigii latera ingemiſcere, crebro undarum illiſu acerrimè verberata: naufragium vitari nequibat: uno quoque ſeorſim divinam opem implorante, pius vir Poggibonzianus B. *Lucheſium* invocavit, cæteroſque adduxit in ſuam ſententiam. Cunctis voto ſe unanimi obſtringentibus, viſitandi ejus ſepulcbrum; clamavit devotus ille peregrinus; "noſtrum liberatorem gloriæ plenum auſpicio, flectite genua, ut eum honorificè recipiatis." Navi illicò littori Savonæ feliciter appulſa, bini profecti ſunt omnes peregrini quolibet ſuum cereum tenente, laudeſque cantante benefactoris ad *Lucheſii* Monumentum, ſupplicantium ritu ac ordine.

Annales Minorum enarrant ſequentia miracula; feminam videlicet annorum ſexaginta quæ orphanum à defuncta filia derelictum in cunis, volens nutrire, prorſus carebat prètio, quod nutrici daret, lacte tamen confeſtim mammas habuiſſe plenas, beati *Lucheſii* meritis. Duæ mulieres aliæ cum ad uteri ferendi legitimos dies perveniſſent fœtum non poterant emittere: imploratione tamen *Lucheſii* mortis evaſerunt periculum, fauſtèque pueros in lucem ediderunt. Criminis reus, tormentis admotus, eodem auxilio, caruit omni ſenſu doloris.

CAPUT IX.

Præclara duo miracula in eodem rerum concurſu.

REferunt Hiſtorici in India nefarium accidiſſe eventum, quod nempè Rex Cambianus virum apprimè generoſum ac ſtrenuum à Chriſto ad Mahometem allicere blandâ exhortatione conatus eſt. Cum vero Chriſtianus id fortiter ac præciſè negaret, quinetiam ultrò in Pſeudoprophetam probra & maledicta ingereret, horribile dictu, in os hiantis bombardæ totus inſeritur, cum gravibus minis, ni extemplò pareat, ignis à tergo applicandi. Cum, ne hoc quidem terrore de fide conſtantiâque decederet, in aſperum denique ergaſtulum unà cum cætero comitatu conjectus eſt. Ad quid, quæſo tanta in noſtra hiſtoria digreſſio, ubi ſola rei, de qua agitur, narratio convenit? non autem abs re ſunt, quæ de alienis diximus; innuunt enim non nova eſſe crudelitatis inventa, nec lectores poſſe merito ea averſari, quando proſunt ad divinæ Providentiæ gloriam, quæ de rebus omnibus oritur, modo examinentur à pondus Sanctuarii. Quod nefas fuit apud

Mahometanos, contra famulos Chriſti, fas eſt,& maximè probandum; quidni juſtis ſinum apud Chriſtianos ad ſcelerum enormium punitionem?

Furenti violentiâ urbis vulgo *Recanati*,& agri Anconitani incolæ ſe invicem jugulabant, invitis Magiſtratibus, qui nullis ſuppliciis horrendum adeo facinus poterant avertere penès Lauretum. Decreverunt tandem homicidam cum mortuo ligari, & utrumque ſic terræ mandari. Duo Fratres rixabantur, quorum unus percuſſit alterum, qui aggreſſorem occidit. Vi & auctoritate Judicum ſententiæ ſepeliuntur ambo in Franciſcanorum cœmeterio, ubi poſtridie manè pueri terram videntes commoveri, ſtatim Religioſos cantantes in choro monuerunt clamoribus validis de re tam inuſitatâ, qui peracto divino Officio ſine morâ cucurrerunt cauſam hujuſmodi eventus inveſtigaturi; fueruntque ipſi teſtes motus mirabilis, & auditores vocis intermiſſæ & obtuſæ multorum quaſi è tumulo conantium exire. Terrâ effoſſâ, verba hæc facilius diſtinguebantur. Aliqua vos noſtri capiat miſeratio; „Deum laudate ſi vivimus. Viſi ſunt tandem evidenter ambo colligati, unus adhuc plenus vitâ, alter ad vitam à mortuis excitatus, moxque educuntur è foveâ, & penitus liberantur.

Vulgatâ per urbem famâ, Epiſcopus, Clerus, Judices & plebs univerſa, ad tam prodigioſum convolant miraculum. Prælato rationem miraculi ſciſcitante, Reverendiſſime „Pater, ait is qui fuerat interfectus, lethale „vulnus ſentiens, occiſori meo libenter & in„genue culpam condonavi, humiliter & cum „fiducia B *Luchefii* opem implorans, cui mater „mea me conſecraverat: interfector verò teſta„tus eſt ſe dum conjiceretur in ſepulchrum, ac„tum contritionis produxiſſe, votumque nun„cupaſſe *Luchefio*, quod ſi aliquando de terri„bili hoc periculo eriperetur, Minorum Or„dini nomen daret. Adhæc mater eorum ſic „effatur. Me felicem quæ in animo filiorum „altè impreſſi venerationem erga Virum ſan„ctum, qui opportuno illis auxilio fuit, cui„que cum lachrymis illos commendavi, „mox ut horrendum iſtud infortunium noverim.

Mirantibus univerſis, quæ evenerant, à mortuis recenter exurgens domum maternam alacriter repetit; alter vero qui ſolennia Ordinis Seraphici vota profiteri ſtatuerat, promiſſis ſtetit, cum Epiſcopi Benedictione, omniumque fauſto applauſu. Rerum cognitarum acta diligenter perſcribuntur, ut poſteritas planè de veritate edocta, amicorum Dei potentiam rite concipiat. Sciant quoque poſteri, Cantico, *Te Deum*, ſolenni cantu recitato, poſt agmen ſupplicantium, inſtructo ordine procedens, ubi mater duobus cum filiis, ſecus Epiſcopum erant, Genitricem ejuſque liberos extemplo *Luchefii* monumentum inviſiſſe, & ab eodem ſancto viro noves & amplos retuliſſe favores; qui enim mundo non remiſit nuncium, matris curam ſumens fideliter, illi ſudore ſuo ac labore manuum neceſſaria ad vitam ſuſtendandam ac tuendam ſuppeditabat: alter ſolennia vota, quibus ſe obligaverat, ſtrictè ſervavit.

Vvadingh. ann. 1242. § 15.

CAPUT X.

Non deſiit Invocatio B. B. Luchefii & Bonnæ.

Creatore mirabilia operante frequenter ad implorationem mariti, homines non ſe pariter obſtrictos uxori credebant, cujus Hiſtorici plura tacuerunt facta inſignia, vel non exiſtimarunt narranda, cùm *Luchefio* aſcriberentur. Penès Deum eſt rem dirimere, qui ſolus novit, quanti ambo valeant. Licet de *Bonna* brevis ſermo ſit, ejus tamen virtus ſuos habet radios, lumine plenos & ardore; lumine, inquam, exempli, ad cujus intuitum pietatis regulis erudimur; ardore itidem, quandò ad illius imitationem fortiter à ſpiritu vehementi accendimur. Confugiunt plures, fateor, ſub præſidium *Luchefii*, quam ſub tutelam *Bonnæ*, uterque nihilominus Deo pergratus eſt: *Bonnæ* metus, ne *Luchefii* liberalitas in pauperes ſuæ familiæ officeret, non impedivit, quin pœnitentiâ hancce animi remiſſionem expiaverit, quin reliquos vitæ dies divino cultui fideliter dicaverit, tandemque ſanctitatem fuerit conſecuta. Sicut fuit ſemper conſors & ſocia mariti in omni virtutum exercitio, quis dubitat de mercedis æternæ conſortio? Nullus unquam peregrinus ad eorum Tumulum acceſſit, qui vota & venerationes non reddiderit utrique.

Auctores jam nominati affirmant generatim plures ægrotos B. *Bonnæ* interceſſione convaluiſſe, Fervor populorum ad amborum honorem maximè exarſit, cum dirutâ ædiculâ, ubi jacebant eorum ſimul corpora, Templum pulchrum & ingens conſtructum fuit ſub titulo ſancti Luchefii: mutato ædificio Reliquiis ſacris utriuſque ſingularis cultus ſemper fuit exhibitus, quamvis ſeparatæ fuerint, & repoſitæ ſub Arâ primariâ Templi recentis, in Tumulis marmoreis. Anno 1257. bello flagrante inter Senenſes & Florentinos, tenebant illi partes Imperatoris Friderici II. ſeu Gibellinorum, hi, ſummorum Pontificum & Guelphorum: Florentini urbem *Poggi-Bon-*

zianam (quam Bonitium nominant Latini) invadenres hoſtibus ſuis Gibellinis occupatam funditùs evcrterunt, & vaſtaverunt magnâ editâ cæde, ubi deſcenſum à Guelphis & collato pede res geri cœpta eſt, anceps aliquandiu prælii fuit exitus: civibus tamen *Poggi-Bonzianis*, fides in patriam ad extremum uſque ſpiritum egregiè conſtitit: acriter dimicantes in veſtigio cuncti mortem oppetere, quam occidenti Reipublicæ ſuperſtites eſſe maluerunt: urbs deinde congeſtis dudum divitiis opulenta, à militibus inimicis fœdè crudeliterque diripitur.

Allemanni corpus B. *Bonnæ* quam Wadinghus, *Bonnadonna* vocat, interceptum ſibi aſſeruerunt, & tranſvexerunt in Germaniam, derelinquentes unum ex brachiis in urbe Poggi-Bonziana, ubi multa patrabat miracula, dùm illic integrum Corpus aſſervabatur.

Quod autem ſpectat ad B. Luchesium legimus in Ordinis Minorum Annalibus, caput ejus magnifico incluſum ferculo eximios olim recepiſſe honores 28 Aprilis, quo in ſupplicatione populi, inſtructo agmine prodeuntis, per totam urbem *Poggi-Bonzianam* ſolenniter geſtabatur anno 1273. Summus Pontifex Gregorius X. illâc tranſiens auguſtam lipſonotbecam juſſit ad ſe afferri, quam ipſe in ingentem projecit ignem; illæſamque omninò remanſiſſe teſtata eſt univerſa Curia Romana quæ aderat: Venerandum caput longo tempore viſum fuit ſupra flammas, quaſi triumphum agens de illis, moxque vi ſupremâ divinoque impulſu ex mediis prunis ardentibus glorioſè proſiliit. Tunc Summus Pontifex reverenter manibus ipſum tenens, de periculo facto ſupplex veniam petiit, dein genua flectens veneratus eſt humiliter, & oſculatus. Expoſito denique à Papâ tam pretioſo theſauro populis, qui pari cultu illum honoraverunt, ſtatuit Chriſti Vicarius ſingulis annis continuari hanece omnium Ordinum acie ordinatâ & ſeriè, Deo gratulationem, magis religioſo cum ritu, ſi fieri poteſt, ob tot inſignes *Luchesio* divinitùs collocatos favores.

Præter ea quæ de *Luchesio* ſuperius retulimus, alia non pauca de eodem admirabilia prædicantur, quæ neceſſe non habui adſcribere, præſertim quod clarorum hominum ſanctitas, non tam ſignis atque miraculis, quam chariate in Deum, & vitæ innocentiâ continetur.

B. B. *Petrus de Colle*, *Brunnus de Colle*, & *Martolenſis*, Deo ſe dicaverunt, ſimulque Tertium Ordinem Franciſcanum ſunt amplexi perſuaſu atque inductu Seraphici Inſtitutoris, qui ad eorum ſupplicationem Regulam conflavit & præſcripſit.

B. *Petrus de Còlle*, cujus mentio fit 21. Auguſti omni virtutum genere præcelluit, & ad ſanctitatis adeò ſublimem gradum pervenit, ut Deo pergratus, acclamationes etiam hominum conſequutus fuerit ſignis & miraculis, quibus in vitâ & morte illuſtratus eſt.

Wadinghus declaratâ ejus receptione inter noſtrates Tertiarios anno 1221. ubi extemplò miro fervore claruit, loquitur de illo 1242. tanquam de perfecto ſolitario. Reverâ namque vix dum Franciſcanæ familiæ adſcriptus eſt, cùm meliora chariſmata æmulatus, citò in ſolitudinem ſe recepit, in montem ſcilicet duobus milliaribus diſtantem à civitate *Poggi-bonzianâ*, ubi auſteritates, cæteraque pia exercitia multum ampliavit. Nemo unquam magis moratus, nemo perfectior Evangelicæ paupertatis ſectator. Obitus ejus vulgatur campanarum mirando ſonitu, abſque alienâ pulſatione: indè concurſus ingens populorum, ut ei parentarent cum ſolennitate. Varia erant conſilia de loco ſepulturæ. Quidam Parœciam eligebant, alii Abbatiam, alii Conventum Fratrum Minorum: Ex inopinato litem dirimit turma papilionum, qui circa ſacrum corpus volitantes, deindè bini verſùs oppidum Caſtroplebeium tendentes viam monſtraverunt. Cleto tandem, omnique cœtu ſequentibus, venerandum Corpus tranſlatum fuit in Eccleſiam à parvulis iſtis animantibus deſignatam Constructo ibi magnifico Monumento, Commemoratio ſolennis B. *Petri de Colle* celebrabatur olim die Sanctiſſimæ Trinitatis.

B. *Brunus de Colle* ſupradicto æqualis & cœvus virtutum ejus etiam fuit aſſecla, ſociuſque in profeſſione Regulæ Tertiariorum: Sic loquuntur Ulyſſiponenſis, Salazar, de Sillis. Notatur ejus mors 22. Decembris.

De B. *Martolenſo* diſſerit Wadinghus, atque illum in Annalibus Franciſcanis apertè commendat, quod Martolenſi optimè vertit, cum laudari à viro laudato, multum ſit laudabile.

Vvadingh 1221. 1222. Marian. l. 2. c. 13. de Buſtis in roſario quadragefimali ſerm 27. part. 2 Marc. Ulyſippon. p. 1. l 9 c. 25. Gonzag. part' 1. In B B. Viris Tertiis Ordinis. Vvadingh. no 1242. Marian. l. 2 c. 23.

VITA
B. JOANNIS VELITÆ
NOBILIS ITALI.

CAPUT I.
Ejus Converſio.

QUO plus fortes ſunt & rebelles obices, plus eminent, & celebrantur exitus. Ex iis quæ obſtiterunt conſiliorum executioni, facile conjicitur, quonam in pretio habendi ſint eventus. Longiùs perſiſtunt; & magis emicant ea quæ magnis laboribus acquiruntur; virtus enim perficitur in infirmitate & contradictione. *Joannis Velitæ* Converſio in ſpem egregiam nos inducit præclarum fore ſanctitatis ejus progreſſum, ſublimemque conſummationem, tùm quia potenti gratiâ domatur ejus rebellio, tùm quia fideliſſimè illi aſſentitur.

A

Oppiduli, vulgo *Græcia* nuncupati, ſuperiori ac potiori jure Dominus erat, cujus incolæ omnium, quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſimi æſtimabantur: ignara utique Dei, & in omnem libidinem ſcelusque projecta gens erat, ac miſerandis opinionum erroribus involuta, ut aiunt priſci ſcriptores. Equibus nonnulla hoc etiam loco attigiſſe operæ pretium fuerit, ut ex ea comparatione cæteri Chriſtiani, cùm ſua clarius agnoſcerent bona, tùm ad eadem aliis impertienda vehementius inardeſcerent: tale fuit conſilium Patris Seraphici.

B

Habitatio Græcianorum inter ſilvas invias, & montes aſperos eorum criminibus favebat, cum mala opera fugiant lucem: in divina erant injurioſi, in ſacra ſceleſti. Obiter & raro Eccleſiam ingrediebantur, modo ad negotia temporalia non diverterentur.

C

Verùm Deus ſalutis humanæ avidus variis eos flagellis à ſenſu reprobo nitebatur avertere. Fœda lue aliquoties torquebantur, grandine verberabantur eorum vineæ, aëris intemperie vaſtabantur agri. Lupi die, noctuque greges devorabant, nec ipſis parcebant hominibus ſi interdùm his percellebantur calamitatibus, nullomodo ſapiebant, donec ad concionantem *Franciſcum* audientem acceſſerint, fama novi Apoſtoli percrebreſcente, qui, cùm præ nimiâ multitudine Eccleſia non poſſet omnes capere auditores, verbum Dei prædicavit vaſtâ in plateâ, præaltum conſcendens lapidem pro ſuggeſtu.

Dei Spiritu animatus tam fortiter invaſit indurata corda, ut illicò pœnituerint, oſtenderintque viſibiliter efficacem compunctionem jugibus lachrymarum rivis petra, quæ fuit concionale pulpitum, flammas evomuit poſteà in ſignum fervoris: præconis Apoſtolici. Plures digni fide teſtantur vidiſſe globos ignitus hinc erumpentes, in cœlum exurgere; mirabile ſpectaculum, quo permoti Fideles ſanctum lapidem in Eccleſiam tranſvexerunt vel in alia devota loca, unde ſemper rediit in priſtinum, ubi populorum venerationes recipit.

Joannes Velita ampliorem in partem Seraphici meriti vocatus eſt: medelam adhibere conſciæ putridis & inveteratis vulneribus abſolutè proponit, dum ſcientiſſimus, peritiſſimuſque medicus præſto eſt; cui mentis intima detegit, vitæque tranſactæ mores perditiſſimos: à miſerabili errore, certoque vitæ periculo, in rectum ſalutis iter, ſummo Dei beneficio revocatus, furorem bellicum, quo tandiu exarſit, & inſtabilem humanæ vanitatis pompam penitus abhorret ſalutaribus *Franciſci* imbutus documentis. Plurimi cives, finitâ Concione Apoſtolicâ, eamdem inierunt viam, terrenaſque omnes cogitationes abdicarunt. Ut doctrina & exemplum Patris Seraphici perficerent *Græciæ* fructus, quos jam ibi produxerant Dominum adeunt *Joannem Velitam*, cui declarant ſe tantopere profeciſſe ex iſtius divini Patriarchæ præſentia, ut ſit adhuc illis neceſſaria per multos dies, ad ſanctioris vitæ confirmationem. Placeat ergo, inquiunt, nomine Reipublicæ totius, „ placeat dominationi veſtræ obtinere, ne „ citò diſcedat à finibus noſtris: nova luxorietur, novus ardor efferveſcet prolixiori frequentiorique conſuetudine, & iteratis piis documentis. „

Dùm ſe mediatorem fore polliceretur *Velita*, de cubiculo deſcendit Vir ſanctus à quo *Velita* ſtudioſiſſimè contendit ut deinceps totius civitatis animarum curam ſuſciperet: *Franciſcus* libenter petitioni annuit ea lege

ut poſſet degere in ſolitudine vicina, unde ad arbitrium ſuum egrederetur conſolaturus cives, & inſtructurus: mons celſo, arduo & difficili aſcenſu, Græcia diſtans una leuca, illi valde arriſit: conflarunt ibi tugurium ex arborum ramis & luto: quamvis rarò in urbe compareret, mira tamen operabatur ad incolis ſanctimoniam conferendam; Babylon tandem iſta teterrima fit zelo Seraphici Patris ſacrum pietatis Chriſtianæ adytum.

Vvadinghus 1227. §. 12. Angelus Reatinus.

CAPUT II.

Sacrum & admirabile pactum Franciſci cum Civibus Gracianis.

LICET Deus ſummè abhorreat in hominibus proprii commodi rationem, non rejicit tamen omninò converſionem, cui quodam modo humanæ conſiderationes dederunt initium, dum in iis mens nullatenus immorans ad divinum tandem numen directè ſe extendit, medio cœleſti auxilio. Fateor equidem probitatem, improbitatemque actionis, ex agentis animo, dijudicari, ſcio quoque purum divinæ voluntatis intuitum citò ſanctitatem rebus æque ad bonum malumque ſpectantibus affundere: hacce via Græciani, ad perfectam vivendi formam pervenerunt.

Redeunti P. Franciſco ab oppido, *Catanello* in ſuum deſertum, & à recto itinere aberranti viator occurrit qui rogatus viam monſtrare, noluit metu belluarum ferocium; ne timeas, inquit Vir ſanctus, charitas omne avertet exitium. Deducto beato Patre in vile tectum, duo lupi non rapaces nec truculenti, ſed clementes & benigni ductorem miris blanditiis affecerunt; & tutò comitati ſunt uſque ad domicilium. Tota late regio ſtatim novit tam mirandum eventum, decrevitque novum exhibere cultum novo & illuſtri accolæ. *Ioannes Velita* cenſuit mittendos qui ab eo impetrent, non ſolum à beſtiis voracibus, ſed etiam à flagellis, quibus continuo torquebantur; prorſus liberari.

P. Seraphicus reſpondit omne bonum à Patre luminum deſcendere, monuitque ſerio ne peccent amplius, ſed à pravis moribus deſciſcant: tunc à motis flagitiis, iram Dei placatam iri ſupremamque ejus majeſtatem fore propitiam: concludit tandem ſummam conventionis duobus in articulis conſiſtere, ut reſipiſcentibus ipſis, & ad virtutem ſua conferentibus ſtudia, ipſe precibus ſuis cœlum benignum reddat & commodum. Una proriùs voce omnes exclamaverunt. *Iam nunc, & ſine morâ pœnitentiæ operam navamus.*

A Qui hnic adfuere colloquio, deliberationis caput conſectarium manifeſtarunt abſentibus qui poſtridie jam è cœno vitiorum emerſi ad bonam frugem redierunt.

Hæc mutatio dexteræ excelſi tam feſtiva & ſolennis fuit, ut novus Apoſtolus ad vitæ Chriſtianæ decus, pro ſacro ſuggeſto Concionem habuerit: adhortans populum ut ſtaret promiſſis, ipſemet ſuam renovavit pollicitationem, terribiles in eos minas jactans, qui fidei deeſſent. Promiſſa vero complentibus rorem Dei & pinguedinem terræ pollicitus eſt. Tunc maleparta reddita, condonatæ injuriæ, extinctæ libidines, fractæ cupiditates.

B Olim dæmonum laqueis irretiti, ad ritus nefarios atque ad avaritiam ac ſuperbiam, & priſtinas turpitudines miſerandum in modum revolvebantur, lucem abhorrebant, averſabantur magiſtros, & à piorum conſuetudine longe refugiebant. Nec vulgo tantum ſerpebat vitium: ditiſſimus quiſque arduum ac difficile virtutis iter eo magis abominabatur, quo majora ſibi malorum irritamenta, & deliciarum illecebræ ſuppetebant.

Verbis atque exemplo *Franciſci* tùm, quaſi ventilabro ad trituram adhibito, boni viri illico ſecernuntur ab improbis; vel amore virtutis, vel pœnæ metu perterriti; æquitate delectari, ſectari pacem, voluptates repudiare, Duces & Rectores animarum ſuarum honoC re & benevolentiâ proſequi cœperunt. Intereà, dùm tranſactæ pactiones utrinque obſervatæ ſunt, proſperè omnia ſuccedebant Græcianis: pax vigebat apud illos & tranquillitas, dum vicini miſeriis & calamitatibus opprimebantur. Cives *Græciæ* memores accepti beneficii ex eo tempore *Franciſco* ejuſque ſucceſſoribus, ut pauperibus Evangelicis, maximam olei copiam quotannis erogarunt. Si aliquando deſinit & omittitur eleemoſyna, notant Græciani non impunem relinqui ingratitudinem: tunc enim variis duriſque modis plectuntur; præſertim eorum greges luporum fiunt præda. Miri huiuſmodi cœli favores Fratribus Minoribus plurimùm gloriæ & æſti-
D mationis conciliant.

CAPUT III.

Rogatu Ioannis Velitæ Franciſcus manet penès Græciam.

HIC noſter ignis, quem uſus vitæ requirit, confector eſt & conſumptor omnium, & quòcumque invaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat. Quando diſtat ad menſuram utilis eſt, & neceſſarius; ſi nimis propinquus, nocet & devaſtat. Non ſic ſe habet

divinus ignis, quo *Franciſcus* exardeſcit. Mira operatur apud Græcianos, dum commoratur in ſolitudine, majora efficit, dum accedit ad eorum mutos: ſæpius illum adeunt fervoris accendendi cauſâ, vel ne extinguatur. Omnium ferventiſſimus elucet *Ioannes Velita*, quem ſanctus Antoninus *Virum religioſiſſimum* nominat.

A

Proſapiæ Nobilitas, & Equeſtris ſancti Joannis Jeroſolymitani dignitas acres illi admovebant ſtimulos ad ſublimia & generoſa conſilia capeſſenda. Inter præcipuos & illuſtriores Gentiles eminebat; perfectioris virtutis avidus ad unum anhelabat Deum, medio *Franciſco*, cujus utebatur conſuetudine frequenti quantum poterat. Licet primæ habitationis diſtantia nequidem illum penitus avocaret à tam grato conſortio, itineris tamen longitudo & difficultas ſolatium minuebant, & utilitatem; indè enim fiunt breviora & minus jucunda colloquia. Moleſtiam vero *Ioannes* tacuit, donec pedibus ægrè & laboriosè conſcendens in præcelſæ rupis apicem inequitabilem & inacceſſam, ubi Vir ſanctus habitabat, dixit: Non poteſt exprimi quantum „unicuique proſint Angelica converſatio, & „ ſalutaria documenta; ſed carè veneunt & „ magno pretio. Reſpondente *Franciſco*, copioſiora hinc & præſtantiora naſci emolumenta ob pœnas & labores, *Ioannes* iteravit, ampliorem utique frugem ſpiritualium fore uberiatem & perceptionem ex ferè continuis exemplis & præceptis.

B

C

P. ideò Seraphicus declarat velle ſe non longius ab urbe Græcianâ commorari, quam ſpatio unius milliaris, quo poſſet puerulus titionem ardentem projicere: tunc *Ioanni* hoſpitium gratum parare volenti, Beato Patriarchæ, occurrit infans quatuor aut quinque annorum, qui juſſus torrem ignitum ejaculari, ſilvam incendit ad *Velitam* ipſum pertinentem: miratus *Ioannes* tam ſubitum incendium, quod ardore ſuo deflagrationem toti viciniæ minabatur, ad *Franciſcum* revertitur cauſam eventus hujuſmodi ſciſcitatutus.

„ Divino numini ſic lubet, inquit Vir ſan- „ ctus, ut mibi nova conſtruatur habitatio „ ſumptibus tuis: adibo te propius, ſed im- „ penſas tu ſufficies. Tale eſt reſpondit *Ioan-* „ *nes* Dei beneplacitum: cui gratulabundus „ obtempero; ſanctificetur nomen ejus adorandum. Magna ad virtutem progreſſio, vi luminis cœlitus infuſi organo rectoris conſcientiæ, jam ipſum obfirmaverat ſolidè ad meliora ſemper chariſmata ſemper æmulanda.

D

Græciani incolæ derepentè incendio ſubventuri advolarunt, ſuntque profecti, in comitatu *Franciſci* & *Ioannis*, ſupra montem flammis: extinctis arborum ſtipites penitus combuſtos, terramque fermè redactam in cineres viderunt. Horridus tantum ſupererat collis, in cujus devexitate ardua, prærupta, & omnino ſterilis eminebat rupes, ubi fixus inhærebat titio.

Situs valde P. Seraphico arriſit, ſolitudinis cupido periodè ac paupertatis Evangelicæ. Conventus hic admirabilitatis habet plurimum: In ſaxo exciſo inſpiciuntur ſpelæa cavata, belluis convenientia, non Cellulæ Religioſis commodæ, quæ tamen eximiis viris, imo Angelicis parantur hominibus. Locus hic devius, & obſcurus mirabiles ſui amores excitat in corde Franciſci, qui vanam celebritatem, famamque glorioſam vitabat ut humilitatis Chriſtianæ, quæ cæterarum eſt parens cuſtosque virtutum, perfectionem adipiſceretur.

Secedit ergo libenter à priſtina habitatione, ubi veſtigia, ſolidæque ejus ſanctitatis probationes ad noſtram uſque ætatem clare elucent; duæ namque carpini, quibus obtegitur, vigent adhuc, & quotannis ramos producunt, licet cortice à capite ad radicem nudatæ ſint; licet etiam paſtores ovium frondes præſcindant & ſurculos, ad conficiendas Cruces & roſaria, peregrinis, qui venerabundi loca P. Seraphici præſentiâ aliquando conſecrata, inviſunt.

S. Antoninus part. Hiſtor. titul. 14. c. 1. §. 6.

CAPUT IV.

Sanctus Franciſcus diem Natalis Domini novo pietatis invento celebrat apud Joannem Velitam.

IN cæteris ornamentis ac beneficiis, quæ in Franciſcum Deus plenâ manu congeſſit, illud equidem vel præcipuum duxerim, quod in tanto perfectionis ardore, non dedit illi tantum ſpiritum ſolitudinis, animumque uni ſibi vacantem, ſed Chriſtianæ propagandæ fidei cupidiſſimum, ac mirè ſtudioſum divinæ gloriæ, ſalutiſque communis. Noverat quantum dilectus *Velita* profecerat in virtute, ſciebat quoque quam ſit periculoſum & anceps in Chriſtianæ Philoſophiæ curriculo ſine Rectore ac magiſtro verſari, ideò, ſæpe *Velitam* inviſebat Franciſcus & adibat ea mente ut confirmaret illum in ſalutari doctrina, quâ erat imbutus.

Celebris eſt hujuſmodi aditio anni 1223. Romæ tunc degens B. *Franciſcus* ſcripto *Ioannem* monuit ſe brevi iturum in Conventum Græcianum, ut ibi extraordinario apparatu, feſtoque ritu diem ſolennem Nativitatis Domini coleret. Omitto quæ in ceremoniis ſingulariter contigere, cum diſtinctè narrentur in vitâ B. Patriarchæ Minorum à

me in lucem jamdudum edita. Abundè hic ſufficit, ad honorem *Velitæ*, de ſuavi & auguſtâ ſanctiſſimi Pueri Jeſu viſione loqui. Cantus permulcet aures, pulcritudo movet oculos & delectat; irretitæ tenentur, inquam, aures ſuavitate cantus, pulcritudine verò corporis, dulciter ac jucundè reficiuntur oculi; ſed quid hæc ſunt, quando delectatio ſenſus externos ſolùm afficit? quid hæc ſunt omnia, niſi cordis intima repleantur. A

Hac inæſtimabili ſpiritus dulcedine, & inſolitâ divini luminis copiâ potiti ſunt Franciſcus, ejuſque ſectator Tertiarius *Joannes Velita*, viſo pro tabellâ pictâ, reipſâ conſtanti Divino Puero Jeſu.

Præter cætera, quæ, quod mortalem naturam exuperant, verbis exequi difficillimum B eſt, quo die Chriſti Natalis advenit, res Franciſco contigit, vel ad memoriam poſteritatis inſignis, vel ad confirmandos in propoſito *Franciſcum* & *Joannem* cæteroſque haud mediocriter efficax. Etenim orandi cauſâ *Franciſco* circà devotum præſepium ædiculam paratam ingreſſo, ſtatimque, ut ſæpe ſolebat, abſtracto à ſenſibus, atque altâ quâdam animi contemplatione defixo, clariſſimâ in luce per ſpeciem illi ſeſe Jeſus Patris Filius omnipotentis oſtendit, ſub formâ pueri, illumque in fidem ac patrocinium libentiſſime recepit, placido ad eum ſerenoque vultu converſus: eâdem viſione gaudens *Joannes*, earumdem particeps fit deliciarum, quo tanto & cœleſti ſolatio mirum in modum evectus C & confirmatus *Franciſcus*, ac ſocium deinde „compellens, quid nobis, ait, futurum ſit „frater, in Crucem, ne, an in rotam agi nos „velit Deus, ignoro, unum ſcio, quidquid „eveniat, ipſum Chriſtum nobis propitium „fore.

Quæ res, non in præſentia tantum illos inſueta quadam lætitia & voluptate perfudit, ſed etiam in poſterum contra omnes difficultates atque pericula magnopere corroboravit ac munit.

Dato ad horas matutinas ſigno *Joannes* ſolus remanens in pio ſtabulo ſimili fruitus eſt jucunditate, dum *Franciſcus* choro aſſiſtens Divinas canebat laudes cum cæteris Fratribus. D Charitas & munificentia Tertiarii noviter converſi claruerunt evidenter in hoc rerum concurſu, in convivio nempe ſumptuoſo ac magnifico, exquiſitiſſimis ſtructo ferculis pro Religioſa communitate & peregrinis, ubi ciborum affluentia & nitor ex æquo certabant, nec minus enituit ejuſdem humilitas in paterna correctione perferenda, qua *Franciſcus* objurgavit ei paupertatis Evangelicæ violationem.

Qua viſione myſtica, quâ, monito Seraphico permotus *Joannes*, in alterum evaſit hominem. Quoniam ſuperioribus annis, humanæ laudis famæque appetentior, & mundiriarum, ornatuſque corporis erat ſtudioſior, ut vitium utriuſque diligentiæ pari neglectu rependeret, natalium ſuorum generis ſplendorem, ne quis illi honos haberetur, ſtudioſè celare, & capillum quem pro ejus ſæculi more promiſſum, impenſius comere curareque conſueverat, relinquere cœpit impexum & ſqualidum, quinetiam ungues ipſos excreſcere per diuturnam incuriam pati, atque in hoc tam aſpero tamque horrido vitæ inſtituto conſtanter id ad omne refugere, quod ullam poſſet afflictæ carni delectationem aut levamen afferre. Itaque cum eſſet decoro vultu, & egregia totius corporis firmitate; detractis paulatim viribus, omnis ille vigor acerrimi bellatoris, & forma viridis juventæ prorſus elanguerunt.

Collocuti ſunt longius *Franciſcus* & *Joannes* de vita interiori, undè, utroque novo ardore divinæ dilectionis incenſo facile conjicitur, libenter Seraphicum Patrem ſuum diſcipulum in Tertium Ordinem allegiſſe. Credunt multi *Franciſcum* hoc in Conventu Græciano divinitus inſpiratum ſecundam ſuam Regulam pro B. Clara, ejuſque filiabus compoſuiſſe, aliaque ibi præclara ſuæ manſionis reliquiſſe veſtigia.

De *Joanne* verò *Velita* poſtquam emiſerit Profeſſionem Tertiariorum ſæcularium nil referunt, niſi; quod, defuncto *Franciſco* anno 1226. triennio ſcilicet peracto à venerandâ piaque dicta ſolennitate, præſepii loco Sacellum conſtrui juſſerit, aramque erigi, ubi Puerum Jeſum vidit, tanta veneratione colitur ſacer ille terrarum angulus uſque in hodiernum diem, ut templo Lauretano quodam modo comparetur, à peregrinis, ob Religioſos animi affectus, quibus afficiuntur dum in hac ædicula preces effundunt.

Mox ut *Joannes* è vivis exceſſit, terræ fuit mandatus prope altare, ſive locum præſepii. Monſtratur ejus ſepulchrum, quod populi ſumma devotione venerantur. Ejus memoria nunquam peribit aut delebitur, cum, tanquam juſtus, ab audicione mala nullatenùs timeat: ſuo ejus præſidium confugiunt populi, præſertim ſecundo die menſis Novembris, quo diem ultimum clauſit. Virtutum ejus recordatio mira efficit in mente ſuperſtitum qui ſanctum ejus exemplum ſequi conantur.

S. Bonavent. c. 10. Sancti Franciſci.

VITA B. CARDINALIS DE COMPOSTELLA.

CAPUT I.

Ejus Converſio.

SENTIUNT multi. Cardinalem nominari ex eo quod tantum eſſet inter primarios Canonicos Templi Sedis Epiſcopalis S. Jacobi in Gallæcia, quos omnes Paſchalis II. ſummus Pontifex titulo & ornamentis Cardinalatus inſignivit. Joannes Baptiſta *Moles*, qui cœteris expreſſius de illo diſſeruit, verum fuiſſe Cardinalem Romanæ Curiæ, & Eccleſiæ Principem affirmat. Non æquè ſpectanda eſt eminentiſſima dignitas ac præclara virtus, quâ illam fortiter abdicavit, ut ſe totum vitæ interiori dicaret.

Compoſtellæ degebat, dum Franciſcus anno 1213. illàc tranſivit in Regnum Marocenſe profecturus, Deique verbum prædicaturus Regi Miramolino, cujus non ambiebat favores, ſed vehementer & avidè crudelitatem expectabat, ut martyrii palmam conſequerètur. Fratres Minores ægrè ferebant iſtam peregrinationem, ne Ordini naſcenti eſſet noxia, Patriarchâ Seraphico abſente. Exauditæ ſunt voces eorum à Deo, qui morbo ſubito l. borare volens Patrem, monebat illum interiùs ut quam primum rediret in Italiam & ad filios. Pietas ejus erga Jacobum Apoſtolum evidenter enituit Compoſtellæ, ubi etiam Chriſti regnum amplificavit mirâ multorum converſione, quos divinis legibus aſſiduè ferventerque erudiebat.

Cardinalis noſter ſe libentiſſimè ſubjecit ejus diſciplinæ. Colloquia cùm publica, tum privata illum ſuaviter demulcent & vehementer alliciunt. Miratur luminis cœleſtis ſplendorem, quod ſcit manare, non à ſtudio humano, ſed à divino oraculo. Ad ſublimiorem ſanctitatem aſpirans, humiliter & fervidè poſtulat Familiæ adſcribi Franciſcanæ. In animo non habet univerſas auſteritates pœnaſque ſuſtinere; nec ea quidem mens eſt Inſtitutoris, ut iis ſubdatur, ſed ut extra Clauſtrum juxta conſilia Evangelica ſe gerat.

Ab eo tempore Cardinalis vitam ſpiritualem quantum poſſet ſtatuit amplecti; & èx prototypo Seraphici Patris ſeipſum effingere.

A Subiit autem repentè illum ea cogitatio ſe juſtum eſſe, neque ullo pacto ſibi de ſempiterna beatitudine dubitandum. Cui ſuaſioni, dum reſiſtere vi ſummâ conatur, intelligens ut quiſque ſibi maximè placet; ita Deo maximè diſplicere; diuturnum & anceps intra ſeſe certamen tantâ tentatione, metuque ſuſtinuit, ut miris modis quotidie torqueretur, majoremque ex offenſionis divinæ formidine, quam ex ipſa omnium noſtri præſentis exilii miſeriarum vehementiâ, metum ac ſolicitudinem caperet. Verſabat videlicet in omnes partes hominis animum Dæmon callidus, Chriſti permiſſu, & quem deſperationis jaculo paulo ante ſuperare nequiverat, cum-
B dem rurſus nimiæ confidentiæ ac vanitatis elatione ſupplantare ac evertere conatur.

Cardinalis Diaboli victor, & è laqueis inferni ereptus, pleniore gradu incedit per ſanctitatis ſemitam.

Gonzaga 3. part. in Conventu S. Mariæ de Angelis, Provinciæ S. Gabriëlis Vvadingh. tom. 1. ann. 1214. §. 20. & 21. Joannes Baptiſta Moles in Provincia S. Gabriëlis c. 29. & 30.

CAPUT II.

Proficiſcitur Cardinalis Compoſtellâ in Italiam cum Patre Seraphico.

C QUandoquidem divitiæ, voluptates, mundique honores graviſſimo ſuo pondere animam obruunt, quæ eis perditè adhæret, prior ad id opera conferenda eſt, ut humanis molimentis, cunctiſque terrenis inſaniis prorſus nuncium remittamus. Hoc ideo præſertim conſilium Chriſtus dabat volentibus Evangelij documentis ſubeſſe. Non patet autem Patrem Seraphicum iſtud propoſitum innuiſſe noſtro Cardinali, quamvis à pluribus idem exegiſſe compertum ſit.

Attamen conſtat Eminentiſſimum iſtum Principem animoſe calcaſſe omnem ſæculi pompam & opulentiam anno 1214. mox ut ſermonum ſancti Franciſci auditor fuerit.

Abrogavit

Abrogavit ſibi beneficia Eccleſiaſtica, cæteraque munera lauta licet & ſplendida, nullum Cardinalatus retinens characterem, niſi perfectiorem vivendi rationem. Parentes ejus in crimen vertentes, quod gloriæ illi eſſe debuit, tribuebant ejuſmodi mutationem culpæ Franciſci, quem duriſſimis convitiis impetebant. Pecuniâ ex venditione bonorum pauperibus erogatâ, conſtanter adhæret conſcientiæ ſuæ rectori, quamvis non ſumpſerit habitum Minorum, ad quem non ſe vocatum exiſtimabat, nec Tertiariorum Ordinem amplexus fuerit, qui non erat adhuc inſtitutus.

Mirandus ſane fervor, qui ad ſummam paupertatem ſine voto Prælatum illuſtriſſimum redigebat: ſine voto, inquam, ut magis eluceat perſeverantia pauperis. Voventes quidem multum merentur cordis holocauſto, quia fructum & arborem Deo conſecrant. Nec cæteri verò, qui non vovent, merito penitus privantur, imò quæ Deus ſuggeſſit fideliter exequentes, ſanctitatem ſibi propoſitam aſſequuntur. Opulentum & omni copiarum genere priùs abundantem, ſubito fieri egenum & inopem extra clauſtrum, quis non miretur? Illuſtrem virum, doctrinâ atque optimarum artium ſtudiis eruditum, diſciplinæ ſubjici hominis illiterati & imperiti, cujus fama non adhuc percrebuerat, divini Spiritus efficaciam probat, diſcipulique humilitatem.

Eminentiſſimus Cardinalis ſine cultu ornatuque, ut ſimplex Sacerdos, ſe ſemper comitem Franciſco adjunxit, in templo, ut ſimul oret; in publico pauperum hoſpitio, ut ad ejus exemplum adminiſtret infirmis neceſſaria; nec unquam concionatur divinæ legis novus Interpres, quin novitius Cardinalis præſtet ſe attentum. Inſtituendi Compoſtellæ Minorum Conventus obtentâ licentiâ, qui purpuram Cardinalitiam exuerat, mercenarii operarii lubens vili fungebatur officio in ædificiorum conſtructione cum Religioſis, & ipſo Patre Seraphico, cui in Italiam redeunti offert ſe in humilem ſocium. Sic egit ſpectatiſſimus ille Antiſtes Turonenſis Martinus, qui in Gallias venit in comitatu ſancti Hilarii Pictavienſis Epiſcopi, virtutum ejus & doctrinæ illecebris omnino pellectus.

Ex Hiſpania feliciter egreditur Franciſcus unà cum aſſecla tam conſpicuo. Demorati ſunt pauliſper, quieſcendi gratiâ, in diœceſi, quam vocant *Loria*, propè urbem vulgo nuncupatam *Robbedillio*, ad radices præcelſi & ardui montis, cujus aſcenſu & deſcenſu multùm defatigati latè patentem amœniſſimamque planitiem proſpexerunt, quam rivus ſub Aquilæ nomine jucundè interſecat, eo quod Aquila ſingulis annis fingens nidum in hujus montis vertice, hiſce aquis adeò puris & nitidis ſitim extingueret. Dum à diuturno

A labore noſtri itinerantes vires quiete recreabant, Aquila coram ipſis potum ordinarium ſuaviter ſumpſit. Tunc Franciſcus extensâ manu, locumque præciſè oſtendens ubi potabat: Obſervate, inquit, meam prædictionem; Lampas accendetur, & perpetuo exardeſcet: adorabunt ibi Deum Fratres Minores, laudeſque Creatoris cantabunt. "

Conſiderabat attentè Pater Seraphicus plagam contemplationi aptiſſimam, quæ eum deliniebat, prævidenſque fore ibi conſtruendum ſui Ordinis Conventum, jubilabat interius, alios etiam ſui jubili læto vocis tono reddens participes. Mirabatur nativum territorii ſitum, quod ſponte lautiores in epulas,

B & medicamenta mortalium, fundit plantas, herbas & fructus varii generis, è quibus univerſis mirificus odor incomparabilis ſuavitatis emanat. Hinc eminet tractus ſilvâ feliciſſimâ viridans, illinc lucus frondium veſtitu & frugum copiâ ſatis amplum pateſcit in campum, atque inde ſplendidi aquarum rivi ad ſubjectam planitiem irrigandam levi murmure defluunt. Ubique commoda eſt cœli temperies. Rerum omnium Auctorem laudat Franciſcus; ſed blandis his ſolatiis non irretitur, niſi quia contemplationis exercitium juvant & promovent.

Licet tunc nulla daretur occaſio Conventus ibi conſtruendi, verè tamen vaticinabatur divino afflatus Spiritu Minorum Inſtitu-

C tor, veritaſque vaticinii effectu tandem comprobata eſt. Itinere continuato *Cardinalis* accedens ad Italiam diviniùs novit revertendum eſſe extempore in Hiſpaniam, ut Deo famularetur, eodem in loco ubi Aquilam bibentem inſpexerat. Revelationi calculum adjecit Franciſcus, dicens: Perge citò, & ſine " mora, chariſſime, in ſolitudinem tibi à cœlo " monſtratam: prædictio effectum ſortietur; " Fratres mei te è veſtigio ſequentur, qui ibi " tuis auſpiciis & ſumptibus monaſterium " conſtruent. Interim ab oculis & hominum " convictu remotus vive, non omittens ullo " pacto Verbi divini prædicationem, & ad- " miniſtrationem Sacramentorum, ne ſalus "

D animarum periclitetur. "

Conſtat quod ſecundas res ſplendidiores facit amicitia, & quod adverſas patiens communicanſque amico facit leviores: Patet igitur ſejunctionem Patris Franciſci à filio *Cardinale* utrique fuiſſe duram, cum eorum amicitia nihil aliud eſſet, niſi omnium divinarum humanarumque rerum, cum benevolentia & charitate, ſumma conſenſio. Separati ſunt corpore, non animo, Deo ſic jubente; Diſcipulus cum lachrymarum profluvio: Magiſter, cum ſenſu paternæ commiſerationis. Utriuſque tandem dolorem leniit divinæ providentiæ decretum, cujus intuitu Franciſcus, licet gravatè & cunctando, cum

R

Sacerdos non eſſet, ultrò tamen præ ſanctâ & intimâ dilectione alumno ſpirituali benedictionem impertivit: *Cardinalis* verò in Caſtiliam regrrſſus rſt, & confinia Luſitaniæ, ut faceret dignos pœnitentiæ fructus ad ripam Aquilenſis rivi.

CAPUT III.

Cardinalis ſolitarius ſaluti animarum operam navat, & moritur.

SIcut gratiæ lumen, Dei munificentiâ, liberaliter cunctis communicatur hominibus, ut eâ gnaviter & probè utentes felicitatem æternam conſequantur: ita Deus ab æterno deſtinat viros inſignes, qui gratiam per univerſum terrarum orbem ſpargant verbis Apoſtolicis, & ſancto exemplo. Dum Franciſcus incumbit colendæ Chriſti vineæ in Italia, libenter privatur ſuavi conſortio dilectiſſimi Cardinalis, quem formandis Hiſpanorum moribus præficit.

Ager, quamvis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. Religio floret in Hiſpania, virtutes germinant, ubicumque agit & prædicat noſter Cardinalis, qui ſolitudinem ſuam conſecrat novo ardore & novis conatibus; non tantum ut ipſe fiat ſanctior, ſed etiam ut peccatores ad pœnitentiam adducat ſtabilem: vile ſibi tugurium conſlat, ſi corporis oculis reſpiciatur; magnificum verò & pretioſum fervore meditationis & praxi virtutum. Vigiliæ, jejunia, auſteritates aſperrimæ, ſunt ejus delitiæ. Horrentia ſetis induſia, cruenta flagra, cilicia nocte & die illum comirantur & divexant, ut ſemper Chriſto patienti conformetur, & ſuo Rectori obediat, qui hanc vivendi rationem præſcripſit. Nihil tam illum demulcet quam ſolitudo: nunquam ab ea divellitur; in mediis concionibus, in ſumma hominum frequentia, quando ſalus fidelium ſic exigit, geſtat in ſinu ſolitudinem, imò illam fovet, ac peramanter amplectitur & toto corde.

Unde mira eveniunt in ſceleratorum & impiorum converſione: nullum eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum ars non elaboret: rude quidem ſolum & incultum *Cardinali* Compoſtellano contigit; ſed ut peritus arator, illud citò & feliciter exaravit. Indurata pectora verbis emolliens, exemploque alliciens invicto, tantam prudentiam adhibebat, ut permittendo quod non erat prohibitum, eos prorsùs à rebus illicitis abſterreret.

Socios peccatotibns convertendis erudiendiſque operam daturos non modò lectiſſimos requirebat, ſed huic rei maximè deditos, ut nihil, quamvis ſpecioſum ac præclarum, tanto A præferrent negotio, quo nihil ſuperis gratius, mortalibus utilius reperiretur. Nec magnificus ſolum hortator erat, ſed etiam auctor, plus factis oſtendens, quam eloquio præcipiens. Namque animarum converſione atque inſtitutione in omni vita ipſemet nihil habuit antiquius, quocirca cenſebat ad Apoſtolicum munus deligendos viros egregiâ diuque ſpectatatâ fide, virtute, conſtantiâ, ſanctitate, tum quia tales utique viros res ipſa poſtularet: tum verò quoniam uſu doctus ſenſerat eam Provinciam graviſſimis Satanæ tentationibus, moleſtiis, ærumnis expoſitam. Proindè in ejuſmodi Dominicæ vineæ operariis prudentiam magis ac ſanctitatem, quam ſcientiam doctrinamque expetebat, ratus ad B tot tantaſque difficultates ſuperandas neceſſariam profectò eſſe virtutem.

His præſtantiſſimis dotibus inſtructus, vexillum aliis Evangelicis præconibus ſolenniter præferebar, ampliori cum fructu, uberiori ſegete. Dum aliquando ad januam ſuæ cellulæ quieſceret, exiſtimans ipſum eſſe locum Franciſco revelatum, magis certò & clariùs de hoc novit Dei conſilium. Duo namque paſtores greges ad paſcua ducentes percontabantur quo pergerent. Ad fontem Aquilæ, reſpondit alter. Ad hoc reſponſum Cardinalis rediit in memoriam deſerti, ubi juxta prædictionem Patris Seraphici lampas in perpetuum accenderetur, laudeſque divinæ ca- C nerentur ſine intermiſſione. Huc derepentè domicilium ſuum tranſtulit: caverna eſt invia & horrida, in qua reliquis vitæ diebus rigidam exercuit pœnitentiam, cœleſtibuſque amplius cumulatus eſt beneficiis. Priſcam conceſſit manſionem impudicis mulieribus, quæ corpus ſuum addicentes obſcœnæ libidini, omnia pudoris & naturæ ornamenta perfregerant. Hac in ſolitudine criminum expiationem exolventes ſub moderamine Cardinalis, Regulam Tertij Ordinis Franciſcani ut putat Gonzaga, rigidè obſervabant.

Poſt quatuor aut quinque annos ad ipſum miſit Franciſcus B. Joannem *Parens*, cum pluribus aliis Religioſis, qui ſacrum iſtud deſertum occupaverunt, & conſtruxerunt Mo- D naſterium ſub titulo *Sanctæ Mariæ de Angelis*, magnâ exiſtimatione commendatum apud Hiſpanos, cum ob incolarum ſanctitatem, tum ob miros eventus.

Adeò altâ multoties obſitum eſt nive, ut FF. ibi cõmorantes exire nequirent, ad ſtipem cogendam, nec externi ad illud accedere cum eleemoſynis: ultra creberrimam denſamque nivem de cœlo cadentem, gelu & perpetuo rigore terra & nix ita conſtringebantur, ut ne avium quidem feræve ullius veſtigium extaret: nil tamen deerat famulis Dei, quibus inopinatò incogniti homines, vel potiùs Angeli, ut creditur, à Deo miſſi omnia ſuppeditabant.

A *Cardinalis* noſter certior factus à Religioſis recenter ab Italia profectis, de inſtitutione Tertij Ordinis illum amplexus eſt, publicavitque in Hiſpania. Plürimi fideles huic ſtatim nomen dedere, ſe libenter regimini tam illuſtris Præſulis ſubmittentes, ſicut in Italia Tertiarij B. Bartholomæo morem gerebant.

Delectabatur admodum Cardinalis poſt meditationis exercitium, in erudiendis Tertiæ Congregationis ſectaroribus, quorum numerus brevi tempore mirabiliter excrevit. Mirabantur Hiſpani ejus cùm animi, tùm corporis vires; continua namque rerum cœleſtium conttmplatio nullatenùs illum à Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ adminiſtratione, nec à verbi Dei prædicatione avocabat, licet innumerorum penè frequentiâ & aſſiduitare poſtulantium ſtiparetur. Nec mirum; donantur enim inſignes Dei amici, non ſolùm duplici ſpiritu Eliæ, ſed altius provehuntur. Sanctus Chryſoſtomus de Apoſtolo diſſerens, unicum in viris illuſtribus agnovit Spiritum, ſed robore cœleſti de univerſo terrarum orbe triumphantem: centum manibus & totidem brachiis præditi ſunt, ut etiam apud ipſos Antipodes fortiter agant.

Quamvis *Cardinalis* noſter Principatum Eccleſiæ præ humilitate lubens depoſuerit, illi tamen hujus dignitatis deferendi ſunt honores. Vita ejus in Chriſto abſcondita cum Deo, ſemper remanet eminentiſſima, multoque magis emicat virtutum miraculorumque ſplendore, quam veſtium rubore & purpurâ. Obüt tandem 5. Junij; pretioſaque mors ejus fuit in conſpectu Domini. Sepultus eſt in Monaſterio B. Mariæ de Angelis,
B cujus erat fundator. Longo tempore poſt ejus obitum aperitur ſepulchrum, reperiturque corpus abſque ulla corruptione, quod ideo è terra extractum honorificè reponitur in Sacrario, ubi maximè venerantur illud populi: Conventuum B. Mariæ *de Monte Cœli* & *ſancti Marci*, qui ambo Provinciæ ſancti Gabriëlis annumerantur, cuilibet conceditur una ex tibiis Emintntiſſimi Cardinalis ad eorum efflagitatum & contentionem.

B. ORLANDUS COMES CHIUSI.

CHRISTO frequenter adjungente ſibi ſocios Petrum, Jacobum, & Joannem facile conjicimus eos cæteris anteferri, potioribuſque favoribus donari. Qui ad ignem prope accedunt, calefiunt citò, & illuminantur. Licet Auctores pauca enarrent de B. Orlando, non minus illum exiſtimo; ſat refertur ad ejus honorem, quod fere ſemper & ubique Seraphici Patris individuus aſſecla fuerit.

Revera Franciſco in oppidulo, *à Sancto Leone*, concionante coram magna hominum illuſtrium multitudine, de mundi vanitate, ita *Orlandus Cathanius* præſens numine divino inter cœteros afflatus eſt, ut cordis intima in familiari colloquio manifeſtare planè & ſeorſim efflagitaverit præconi Evangelico. Diſcipulus conſervabat in pectore ſuo omnia
D verba Magiſtri, cui obtulit montem *Alvernæ* tanquam mancipio & clientelari jure Dominus: inſtitutionem Conventus Minorum ibi fieri ardenter avebat, ſperans hoc pacto nunquam ſe orbandum fore præſentiâ Franciſci, aut ſaltem fruiturum jucundâ & perutili conſuetudine ſectatorum, qui ſpiritum Seraphicum induiſſent. Miſit confeſtim vir ſanctus duos ex ſuis alumnis inviſendi gratiâ locum oportuniorem hujuſce montis aſperi & terrifici, ubi familia Franciſcana poſſet religioſe habirare, & contemplari divina myſteria majori cum tranquillitate.

Comes, ut virtute præſtans, ſingulariter hic voti fuit compos; receptis illis benevolè;
C liberaliter partem terræ conceſſit quam deſignaverunt, anno 1213. Religioſamque habirationem conſtruxit, quæcumque neceſſaria ad habitantium Fratrum vitam ſuſtentandam & tuendam ſuppeditans. Simul ac primùm aliquid otii Franciſco erat ab Evangelii Prædicatione, cæteriſque laboribus Chriſtianis in montem Alvernæ feſtinus currebat, ubi ſummâ oblectatione perfundebatur in augendis auſteritatibus piiſque exercitiis amplificandis.

Illuc Fratres P. Seraphicum duxerunt ſtatim poſt reditum ex Hiſpania, qui jucundiſſimo animi ſenſu affecit *Orlandum*, ſuâ præſentiâ. Fuit in Franciſco præter divinitùs infuſa chariſmata, mirum etiam atque efficax ingenium & ſtudium ad homines demerendos, ſalutis eorum procurandæ intuitu. In principum amicitias opportunè inſinuare ſeſe, eoſdem obſequio & ſubmiſſione tueri, propter Chriſtum; pares facilitate ac ſuavitate morum allicere; inferioribus & egentibus auctoritate, opere, necnon ex omni conatu præſto eſſe; morbo aliquo laborantes vel cum valetudinis & contagionis periculo adire, ſolarique amantiſſimè, eorum quibuſcum viveret, ageretue, vel difficultatem naturæ, & arrogantiam perpeti, vel ineptias ac ſtultitiam, quoad ita res ferret, exſorbere diſſimulatione mirabili ad arbitrium ac voluntatem, quibuſcunque rebus honeſte poſſet,

ſemper accommodare ſe ac flectere; omnibus denique in Chriſti gratiam omnia fieri: ubi penitùs in hominum ſenſus ac voluntates irrepſerat, tùm demùm officiis ac benevolentiâ comprehenſos occupatoſque pro ſuo quemque captu, ſenſim & caute progrediens Chriſtianæ Religionis, præceptionibus, & Evangelii conſiliis excolebat.

Atque his ferme divinis artibus, & ſimul ſanctimoniæ ac mortificationis exemplo, plurimos, à turpi ac flagitioſa vita non modò ad ſobrietatem & continentiam, ſed etiam ad contemptum rerum mortalium, atque ad eminentiora Chriſti documenta convertit. Iſta præſertim magno fuerunt emolumento Comiti *Orlando*, qui ſub tanto Duce mirificos in virtute fecit progreſſus, nec unquam hujus accepti beneficii fuit immemor, cum in *Orlando* gratiæ referendæ voluntas & effectus erga *Franciſcum* evidenter claruerint uſque ad mortem. In monte Alvernæ constructa fuit ædes juſſu ejus, & impenſis, in honorem ſacratæ Virginis, ſanctorumque Joannis Baptiſtæ, & Joannis Evangeliſtæ, juxta exemplar ab Inſtitutore Minorum præſcriptum. Amplificata eſt poſteà, ut patet evidenter Innocentii IV. diplomate dato Lugduni 17. Novembris 1252. à Chriſti Nativitate, & 25 anno à morte Patris Seraphici, cujus in venerationem, & ob veneranda Stigmata ibi recepta Alexander IV. præcepit hancce Eccleſiam dedicari & conſecrari iiſdem ritibus & ſolennitate ac templum Beatæ Mariæ de Angelis Aſſiſiatis.

Adfuit huic Conſecrationi ſanctus Bonaventura Miniſter Generalis, ſimulque cum eo ſeptem Epiſcopi, qui ſolenni cæremoniâ, & auguſtiore pompâ Feſtum celebrarunt, & totum circuierunt montem, ut cunctis ejus partibus benedictionem more Eccleſiaſtico impertirentur. Nil ſane omittendum, quod ad cultum *Franciſci*, in cujus gratiam Deus ſacrum hunc locum mirificis favoribus decoravit, vel commendationem Donatoris *Orlandi*, poſſit conferre. Sanctus profectò *Franciſcus* & *Comes de Chiuſi* Fundationis montis Alvernæ univerſam referunt laudem, alter ob Chriſti vulnera ſuo corpori impreſſa; alter ob immenſas largitiones, quibus Dei famulos cumulavit.

Quamvis *Orlandus* raro admodùm & modico tempore à dilecto monte ſecederet, ejuſque Rector *Franciſcus* divinitùs ad converſionem vocatus peccatorum multoties abeſſet, Conſtat P. Seraphicum ita in deliciis habuiſſe mirabile hoc deſertum Alvernæ, ut celeriter

A hùc rediret. Sic *Orlandus* non longius orbatur magiſtro cœleſti, qui illum in Tertium Ordinem allegit eodem fermè tempore quo novus fit Crucifixus mirificâ Chriſti cicatricum impreſſione.

Articulus utique dignus, qui obſervetur, nempe Novitium & Tironem Tertiarium igne cœleſti incenſum fuiſſe aſpectu, amplexibus, & oſculis plagarum *Franciſci*, dùm primus & recens emittitur ſanguis. Cellulam Patris amantiſſimi ingreſſus, ut longius, propius, liberiùſque contempletur corpus ſacris vulneribus confectum & conciſum, vulneratur ipſe graviter & percutitur; ſtatim atque recordatio Crucis Chriſti ſubit animum, illicò lachrymæ erumpunt, & oboriuntur, B præ dolore quidem & commiſeratione, ob peccata, quæ Salvatorem iterum crucifigunt; præ gaudio autem, novum ob amoris Divini incendium, quo B. *Orlandus* ſupramodum flagrans atque exæſtuans lætatur ſe cruore Seraphico perfundi & madere.

Quam jucundè audiebat diſcipulus magiſtrum, quæ in tam illuſtri eventu ſingulariter contigere, diſtinctè recenſentem: quot verba, tot flammæ ardentes ex ore Patris prodibant, quibus totum filii cor, ignis fit. Nunquam *Orlandus* deinceps conjiciebat oculos in veneranda vulnera ſine intimo doloris ſenſu, qui cum eſſet fervidus & igneus perinde ac amarus, illum Seraphicum reddidit, inſtar C *Franciſci*, cujus brevis fuit poſthac commemoratio in ſolitudine Alvernenſi: revertitur enim confeſtim Aſſiſium, extremum dicens vale *Orlando*, qui nullum abhinc conſortium habuit, niſi cum Angelis in amœniſſimo deſerto.

Pluribus annis feliciter tranſactis in rerum cœleſtium meditatione, vigiliis, jejuniis, cæteriſque auſteritatibus, è vivis ſanctiſſimè exceſſit, terræque mandatus eſt ſolenniter in Templo ejus ſumptibus conſtructu, & magnificè ornato. Vulgatâ ejus pretioſâ morte ingens repentè concurſus ſacri corporis viſendi causâ factus; atque hi manus, hi pedes certatim exoſculari, alii Roſaria, quæ vocantur, applicare corpori; multi etiam pilei, veſD tiumve quibus uti conſueverat fruſtulum aliquod enixè rogare: ad noſtram uſque ætatem ſepulchrum illius honoratur, ut magnificus theſaurus, ubi reconditur perfectus Tertii Ordinis Franciſcani ſectator, cujus noſtrum Martyrologium celebrem mentionem facit 30. Junii.

Marian. l. 1. c. 10. § 12. Vvadingh. tom. 1 ann. 1213 § 19. & ſequent. de Sillis in c. 1. Regul. Tertiar.

B. ALBERTUS COMES DE MONTE-ACUTO.

MAGNATES ſicut & cæteri, qui *Franciſci* veſtigiis inhæſerunt, maximè oculati erant & perſpicaces: non enim fallacibus divitiarum, honorumque ludibriis deliniebantur, aut voluptatum illecebris; ſed alliciebat eos, ſolos ipſe Dei Spiritus, quo potiſſimum agebatur *Albertus Comes de Monte-acuto*, dùm à ſacris hiſce partibus ſterit. Sanctitatis ejus argumentum, prompta eſt & ampla converſio, necnon Patris *Seraphici* peritia in rebus ſpiritualibus, cujus colloquio frequenti utebatur de Chriſtianâ & ſublimiori perfectione.

Omnium plauſu & gratulatione ad Tertium Ordinem aggregatur, cujos regulas & ſtatuta obſervabat adamuſſim & adeò rigidè, ut Inſtitutor tantam admirans virtutem, ei cum plenâ fiduciâ conſcientiæ propriæ arcana detegeret. Receptis ſacris Stigmatibus anno 1224. Dum rediret in ſuum Conventum B. Mariæ de Angelis Aſſiſienſem pernoctavit & diverſatus eſt apud dilectiſſimum Comitem, cui ſacrata vulnera per longum tempus exoſculanda & lachrymis irriganda exhibuit: quia præmeditatio futurorum malorum, lenit eorum adventum, quæ venientia longè ante videris, *Franciſcus* diſcipulo declaravit ultimum hunc eſſe mutuum ipſorum congreſſum. Indè *Albertus* rogavit enixius Rectorem venerandum, ut ſibi aliquam benevolentiæ „teſſeram relinqueret. Solam, inquit, ha„beo tunicam vilem & laceram, tibi dan„dam, modò alteram mihi ſuppedites æquè „miſeram & abjectam.

Paratur ſtatim nova veſtis Patri Seraphico, antiquâ remanente inter manus pii hoſpitis, qui eam purporæ Imperatorum præferebat, & majoris æſtimabat pretii, quam omnes margaritas exquiſitiſſimas. Incommodorum in amicitia ſumma cautio eſt atque una proviſio, ut ne nimis citò diligere incipiamus. Dilectio *Franciſci* & *Alberti* cœleſtis eſt non terrena; nec lenta nec feſtina, ſed vera, probata & firma; ferventer incœpit, ferventius progreditur, ferventiſſimè perficitur, quia procedit à Deo, & in Deo ſolidatur. Licet cognitio proximæ mortis *Franciſci* dolore afficiat cor filii, nec Patris nec filii quies mentis interturbatur, quia Deus totius conſolationis utramque regit & poſſidet. *Albertus* profectò de receſſu *Franciſci* Deum laudat, benedictione paternâ corroboratus, & veſte ditatus purpureâ, purpureâ, inquam, videlicet pretioſo ſanguine tinctâ, quam concione textis bombycinis involvit.

Mox ut reſcivit obitum Patris Seraphici, & relationem inter Sanctos, venerandum veſtimentum honorifice depoſuit ſupra aram de condicto extructam in Sacello domeſtico, ubi Cardinales, Epiſcopi, totiuſque regionis optimates illud venerabantur. Confluebant etiam illùc innumeri populi eadem pia mente, nec inde unquam, niſi inviti recedebant; adeò vehemens erat & fortis animi ſenſus, quo percellebantur, erga magnificum hunc theſaurum. Ibi ſervatus fuit ſingulari cum veneratione, ſpatio ducentorum & octoginta annorum, uſque ad uſurpationem, quâ Florentini poſſeſſionem hujus loci adeuntes ſecum tranſvexerunt nobile iſtud depoſitum Florentiam, tanquam Florentinæ urbis propugnaculum & aſylum, in quod ſe recipiunt tempore tribulationis & anguſtiæ.

Evidens eſt & efficax protectio Divina in B. *Alberti* familiâ, quæ ipſius interventione ſucceſſus omnes habuit proſperos: terræ proſperitates cum divitiis gratiæ rectè congruunt, quando rerum terrenarum copia virtutis profectum non impedit; qui ſecundâ fortunâ utuntur ad Dei gloriam, & pauperum ſolatium, ut Gentiles noſtri *Alberti*, *Luc. 19. faciunt amicos de mammonâ iniquitatis, ut recipiantur in æterna Tabernacula.*

Sanctiſſimam denique vitam ſanctiſſimè finivit *Comes de Monte-acuto*, die 25. Novembris, ut aſſerit Martyrologium Franciſcanum. Tulerunt omnes probi, præſertim Tertii Ordinis Profeſſores, obitum ejus acerbiſſimè, ſicut jucunditatem omnem penitùs amiſerint, dolentes ſe privari exemplò tantâ & tam prævalentis efficacitatis. Minuit tamen eorum dolorem, defuncti virtutum recordatio, quas valde probabile eſt æterna beatitudine compenſari.

Salazar. l. 9. Chronic. Provinciæ Caſtellæ. cap. 10. Vvadingh. anno 1224. Ioannes Torres in praſt. exhort. ſupra Regulam Tert. de filiis in cap. 1. ejuſdem Regul.

VITA
SANCTÆ ELIZABETHÆ
DUCISSÆ TURINGIÆ.
Prima Tertij Ordinis Franciſcani Religioſa.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas, & Infantia.

SANCTA Elizabetha Andræam II. Regem Hungariæ patrem habuit cunctis virtutibus Chriſtianis apprimè ornatum: Gertrudis ejus mater Ducis Carinthiæ filia, iiſdem præclaris dntibus, ſuoque ſtatui congruis erat decnrata: Elizabetham adhuc alvo gerens, inſnlitis pietatis motibus ſe ſentiebat abripi. Ardentius aliquando cœleſte auxilium implorans, ſubitò tremore afficitur, cnjus ignorat cauſam: certa fit illicò de ſingularis beneficij magnitudine, quod in familiam ſuam & ſuas Provincias conferret, ac univerſæ Eccleſiæ in lucem educens filiam, quæ inter illuſtriores Dei famulas impendio emineret.

Vix natam anno 1207. jam parentes cnnjugem ſpnndent illam hæredi Principi Turingiæ, Saxnniæ, Palatinatus, Heſſiæ. Nil unquam in Elizabetha puerile extitit, niſi ſola ætas: mnribus & egregiâ vivendi ratione virilitatem, & ſenij moderamen ſemper exhibuit. Ab incunabulis virtutes ejus enituerunt, præſertim in pauperes commiſeratio. A patre deprehenſa dum adhuc triennis currit illis diſtributura lautius & delicatius pabulum coquinæ pio ſublatum furto, reſpondit, meras eſſe rnſas; quod miraculn inſigni verum compertum eſt. Dynaſtâ Turingiæ illam expoſcente in uxorem filii primogeniti, C celebri legatinne, illuc qnadrima perducitur magnifico & ſnlenni apparatu.

In Cnria Turingiæ fervnre magis exardeſcit, pietatiſque operibus magis ſnlertem operam navat, quam inter Aulicos Hungariæ. Proficiens ætate & ſapientiâ, licet cuſtns ejus & prncuratrix cnnetur ardorem ejus moderari, ne vires corporis atterat, perſeverat tamen conſtanter, & altius progreditur palæſtram virtutum peragens abſque intervallo. Eminenti orationis dnno pollebat, vimque lacrymarum profundebat, dum ſacrificio A Miſſæ aderat: ſi aliquando innocenti cuipiam oblectamento & liberali vacaret, condiebat illnd, imn potius rectum atque ſanctum efficiebat piâ & ſecretâ induſtriâ à divinn ſuggeſtâ Spiritu. Declaravit arcanorum ſuæ conſcientiæ moderatoribus eruditam fuiſſe, dum quadrima aut quinquennis extaret, ſalutaribus documentis, quæ hnmilitatem pariant, & leviores actiones purâ intentinne elevent, ad præmium cœleſte promerendum.

Quæ ludendo poſſet lucrari, quæve ad oblectationem, cnltumque prnprium ſuppetebant, deſtinabat omnia atque erogabat egenis & mendicis. Rex Hungariæ ad Terræ B ſanctæ recuperatinnem ſe accingens, Bancbantium conſtituit adminiſtratnrem Regni Hungarici, ferocem utique & barbarum tyrannum, qui prnpriis manibus interemit tam præclari Principis dignam ſponſam, mox ut in viam ſe dederit. Lacrymæ ex nculis Elizabethæ manantes ob ſceleſtiſſimum illud flagitium juſti doloris teſtes fuerunt, nec prnpittereà, vel modicè fregerunt ejus cnnſtantiam.

CAPUT II.

Virtutibus magis in dies reſplendens, conjugio illigatur.

MAtre fato functâ, vitam multo plus clauſtrn cnngruam qnam aulicis gratam Elizabetha amplexa eſt. Sophia Turingiæ Duciſſa, & Curiæ inſani ſectatores illam contemptui habebant & ludibrin; unde hauriebat ipſa magnam conſolatinnem. Gau-“ deo, inquit, quod injnriam acceptam “ ab iis qui meam genitricem crudeliter in- “ terfecerunt, poſſim nunc vindicare, aſper- “

„ nando falſas mundi promiſſiones. Hermanus Turingiæ Dux illam tuebatur & defendebat : ſed illa protectio brevis fuit, Principe iſto citius è vivis excedente : dum Elizabetha novennis adhuc moleſtiores patitur ærumnas, morte protectoris, novos gradus ſanctitatis comparat. In coercendis cupiditatibus mirabiliter ſagax erat & arguta illapſu divino.

Si interdum ſiniſtrâ uteretur aleâ, pecuniam negligens, maximum exiſtimabat lucrum, à ludo non deſiſtere, ut contemptionem toleraret : ſi quæſtus faceret, velociter recedebat complacendi Chriſto gratiâ, poſt quam ſaltando pauliſper decurriſſet, ut crederent illam omnes hujuſmodi imbecillitatis innoxiæ, harumve minutiarum capacem & participem. Saltationem comitabatur ſponte inflicta vexatio carnis, cum in calceamentis exiguos poneret lapides, qui dolorem inferebant. Singulis diebus, ſæviente durius frigore, in Eccleſia ſine chirothecis aut manicis longins perſiſtebat.

Setis aſperæ ſubuculæ, & flagra cruenta illi erant ordinaria : Corona, quam capite geſtabat, Miſſam audiens diebus feſtis & Dominicis, ut moris erat tunc apud Principes, Elizabethæ non arridebat, ac proinde illam aliquando dimiſit. Sophia verò ægrè ferens tam generoſum mundi muliebris contemptum, multo magis nurum ſuam deſpexit, atque adduxit in deſpicientiam novis irriſionib s.

Quatuor nobilibus fœminis perſuaſit Dei famula, quæ illius veſtigiis cuperent inhærere, ut quælibet ſibi in patronum disjunctim aſciſcat unum ex Apoſtolis, quorum nomina in ſchedulis ſeparatis ſcripta, ſupra altare ponerentur, poſt ferventes & longis preces. Auditâ igitur Miſsâ, & pabulo Euchariſtiæ ſuſcepto, factâque ſchedularum diſtributione, à Sacerdote, Joannes Evangeliſta ſorte obtigit noſtræ Principi tertiò, quæ multum gaviſa eſt, divinitus eum nactam eſſe in perpetuum mediatorem; plurimum quoque mœſta & dolens fuit, quod immineret virginei floris jactura, ob inevitabile conjugium cum hærede Turingiæ, cui jam deſponſata eſt. Joannes illi ter apparens, omnes animi commotiones ſedat, affirmans illam à Deo in matrimonium deſtinari.

Irritis contradictionibus Sophiæ & Aulicorum, quibus Elizabethæ virtutum ſplendor oculos perſtringebat, Ludovicus Turingiæ Satrapa, annum natus viceſimum primum, illam ſibi ſponſam copulavit anno 1221. quæ decimo-quarto ſuæ ætatis nubens, elucebat jam maximè inter ſanctiſſimas quaſcumque mulieres. Cum totus dies minimè ſufficeret ad orationem, majorem noctis partem in meditatione inſumebat. Sponſus eximiæ pietatis vir ſuſpiriorum & halituum ſtrepitu

A exuſcitatus confeſtim exurgebat, non ut ſuccurreret conjugi, ſed miraretur immenſa divini Spiritus dona ei collata.

Brachiis tamen illam ſopitis ſenſibus omnino in cœleſtia abreptam fulciebat, donec vehementes myſtici amoris flammæ tantillum minuerentur. Eminentes iſtæ gratiæ operationes Dynaſtæ Turingiæ oppidò placebant, qui dilectam ſponſam ad perſeverantiam provocabat. Nobilis Iſentruda ſemel volens expergefacere Elizabetham, vellicavit maritum inopinatò, qui blandè conjugem monuit.

Ab ortu auroræ convolabat in Eccleſiam, ubi in manifeſtationem fervoris interni facies ejus mirificè aliquando reſplenduit, B luce templum perfundens, & plurimos ſpectatores. Meditabatur præſertim tempore Quadrageſimæ Chriſti Jeſu dolores & cruciatus, quo auſteritates, pietatis exercitia, eleemoſynas augebat, & ſui ipſius ingeminabat deſpicatum.

Tres liberos peperit, filium, quem nominant Hermanum, qui patre defuncto legitimâ ſucceſſione Satrapiam Turingiæ poſt patris obitum conſecutus eſt. Cum Princeps eſſet perpetuæ dignus vitæ ob eximias dotes, modicum vixit in terris, & fato functus eſt anno ſcilicet ætatis ſuæ decimo octavo, crudeli famulæ manu, quæ illum veneno peremit illicò poſt nuptias.

Puellam etiam *Elizabetha* in lucem edidit, C *Sophiam* nomine, quæ in mattimonium collocata Duci Brabantiæ, evidenter oſtendit universâ vivendi ratione ſe non degeneraſſe à celſitudine aut ſanctitate ortus ſui, ſed apprimè patris & matris virtuti reſpondiſſe. Habuit alteram filiam, quæ virginitatem ſervans in Abbatiſſæ dignitate celebris Monaſterij Franconiæ adimplere meruit, quod ſancta ejus mater tantopere ipſamet exequi volebat.

Magna pars rerum humanarum umbra eſt, magna pars mortalium vento paſcitur, & in ſomniis gaudet. O quam multi cum hac ſpe ad æternos labores & bella deſcendunt. Nil D ſperavit Elizabetha quod non obtinuerit : plura quidem expetiit, quæ non adepta eſt, quamvis ad ſuum finem pervenerit, videlicet ad divinæ voluntatis executionem : aſpirabat quidem ad palmam virginitatis, quam Deo nolente, minimè eſt conſecuta; non virgineo flori voluntas, ſed voluntati flos virgineus defuit, cujus locum egregiè tenuit conjugalis ex omni parte abſoluta caſtitas: virginalis inſuper filiæ Religioſæ continentia ſummam illi attulit conſolationem.

CAPUT III.

Tertium Ordinem Franciſcanum pro Sæcularibus inſtitutum amplectitur; moleſtiſſimas patitur ærumnas; & largas erogat eleemoſynas.

SAncta Elizabetha prima inter omnes Alemannos nomen ſuum dedit Patris Seraphici Tertiæ Congregationi, de conſenſu illuſtris pijque ſponſi, qui pariter eandem profeſſionem lubens ſuſcepiſſet, niſi tenuis obſtitiſſet infirmaque corporis habitudo, quæ non permittebat illum regulas Tertiariorum obſervare.

Sanctus Franciſcus velut lætitiæ teſſeram, qua fruebatur ob ingreſſum Elizabethæ in Ordinem Tertiariorum, miſit ad eam vile ſuum pallium, poſtquam Cardinalis Hugolinus protector Ordinis Minorum ipſemet ex humeris Patris Seraphici extraxerit illud, atque in faſciculum viatorium concinnaverit, quod beata Princeps moriens, nobili fœminæ quam multum diligebat, reliquit.

Elizabetha mœrore acerrimo ſemel vexata nil in animo habebat niſi terribile & execrandum, cui, quamvis omninò repugnaret, extrema tamen patiebatur tormenta, eaque magis horrida, quo plus patienti erant odioſa, utpotè contraria ſanctitati: credens tunc ſe privari divinâ gratiâ, manifeſtanſque cordis ſui arcana, conſcientiæ moderatori in nemore muris obſito, propè caſtellum: Vide, inquit, „ hanc arborem in adverſa margine vicini „ fluvij plantatam, facilius priuſque tranſibit „ in noſtras partes, quam mens mea tranquilletur. & quieſcat. Eodem momento arbor à littore in aliud tranſiliit, ibique perſtitit cum radice & fructibus, frondenti conveſtita viriditate; innumeris teſtibus admiratione defixis, qui tantum publicarunt miraculum. Ab eo tempore plenâ potita eſt tranquillitate, piiſſimiſque favoribus Deus illam cumulavit.

Ante connubium divinus Spiritus ſine medio Elizabetham noſtram dirigebat, qui illam, quam primùm nupſit, ut patri Rodingerio ſe ſubjiceret, excitavit. Verùm dum ſeptemdecim annos vix nata orbatur hocce gubernatore, magiſtrum Conradum Maſpurgenſem, virum ſane eximium in ſuum ductorem elegit, cui perfectum morem gerebat tanquam voto obedientiæ obſtricta, de conſenſu mariti in Eccleſia, coram auguſtiſſimo Sacramento, anno 1225. Adjunxit quoque votum caſtitatis, modò ſuperſtes eſſet Principi ſponſo.

Quamvis jejunia, cæteraque carnis cruciamenta, necnon virtutum exercitia magnam

A commoverent admirationem, præcelluit tamen *Elizabetha* noſtra eminenter mundi vanitatatum contemptu. Cum in quadam ſolennitate, præter ordinem, apparationis & ſpecioſioris pompæ, gemmis capilliſque pretioſis decorata eſſet, Crucifixi Imago, quam attentè conſiderabat, illam graviter objurgat, quod aliena ſit à ſemita Crucis. Illicò *Elizabetha* vim lachrymarum profundens, ab ſenſibus, abducitur extaſi extraordinaria.

Semper & præcipuè pauperum inopiam ob oculos mentis ſibi proponit, atque ægrotorum pœnas; quapropter ſingulari apud Deum pollet gratia. Leproſus aliquis aſcendens in anterius conclave, voce lugubri le- B vamen & auxilium expoſcit: putridorum ulcerum conſpectu aulicis omnibus perterritis, *Elizabetha* illum in ſuum cubiculum accerſit, atque devehit in Principis lectum, qui mox, gladio ſtricto, minax, iraque percitus currit; volenſque trucidare inopem decumbentem, audit Regem Angelorum, quaſi recenter Cruci affixum & clamantem: *Ludovice, Ludovice, quare me perſequeris?* Protinùs Ludovicus in terram humiliter procumbit, impotentem iracundiæ impetum deteſtatur, & ſupplex veniam à ſponſa dilecta expetit; aliàs ipſa paludamentum ſuum largitur egeno, quod illi per miraculum reſtituitur.

Fame penè confecta univerſa Germania, C biennio *Elizabetha noſtra* nongentis mendicis, diebus ſingulis ſuſtentationem & victum ſuppeditabat: exhauſtis horreis miro ſtudio curat advehi triticum ex omni parte, impendit ſupremarum quatuor ſatrapiarum reditus, omneque publicum ærarium, minimè parcens ſupellectili argentariæ, ipſiſque pretioſis unionibus & margaritis. Creſcente numero mendicantium, vel nondum cibariis & commeatibus allatis, licet minuantur eleemoſynæ, pauperes tamen planè ſuſtentantur univerſi. Charitas ejus præſertim enitet in Noſocomio, quod ſuis ſumptibus conſtruxerat & amplis dotaverat vectigalibus, ubi ad ægrotos quoſcunque moleſtiores ſe appli- D cat, viliora quæcunque illis exhibens miniſteria.

CAPUT IV.

Quo modo ſe gerit tempore viduitatis.

LUdovicus Turingiæ Dynaſtes ex itinere Italico rediens, fortiter illuſtrem ſponſam tuetur, & propugnat adverſus conquerentes de immenſis largitionibus in pauperes effuſis. Deinde militarem expeditionem, ad Terræ Sanctæ Provincias armis acquirendas aggreditur, adminiſtrationem ditionum ſuarum chariſſimæ demandans ſponſæ, quæ ſemper ſibi conſtans miram oſtendit mentis

mentis firmitatem in Principis egreſſu. Febri A Ludovicus correptus Trojæ, in Sicilia; navem tamen conſcendens, moritur, ſepeliturque Hydrunti (nominant incolæ *Otranto*)

Summis defunctum laudibus extollunt Germani Scriptores, Chriſtianiſſimumque appellant, & beatiſſimum, affirmantes ſepulchrum ejus miraculis claruiſſe. Denuntiatur *Elizabethæ* lamentabilis iſta mors, quam deflet more utique Chriſtiano, miſericordias Domini cantans voce canora, & mente inconcuſſa: ſpoliatur Imperio & divitiis; è Palatio noctu exturbatur, velut incapax principatus adminiſtrationis; &, undè plurimum ingraveſcit pondus afflictionis; participes ſunt calamitatis maternæ filius quadrimus, B ambæque filiæ, una triennis, altera bienna.

Extruſa è Caſtello, pernoctis tenebris, violento hoſtium impetu, nullum invenit incolam in urbe Metropolitana, qui hoſpitium velit ipſi concedere. Ab ingrata & atroci muliercula, quam luculentis largitionibus donarat, occurrente, in lutum projicitur, & publicis exponitur cachinnis ac deriſionibus. *Elizabetha* Dei laudes concinit interim, licet magna, velut mare, ſit ejus contritio.

Hæc, inquam, altè ſic meditatur, ut narrant, „ auctores imperio depulſas tum: Habeo igitur „ gratiam depellenti; durum auribus, animo „ liquidum vere intelligenti quod ſtatuo & „ propono, depulſa enim ſum, unde erat „ abeundum, & quod ſponte debueram, C „ coacta facio, imo ultrò à manu divina re„ cipio. Optanda vis equidem, non deflen„ da. Nam quis pudor hominem natum, „ aut regnum ſuper homines optare, aut ſe „ parem hominibus factum indignari? Si ex„ cellere pulchrum, atque optabile? quidni „ omnium pulcherimæ rei excellentia optan„ da ſit? non ſuperbiæ ergò, neque licentiæ, „ ſed virtutis, ex qua veta diademata Regum, „ non ex gemmis, auroque fieri, nemo tam „ auri cupidus, aut gemmarum eſt, qui neget.

Victrix præſertim erat in corde *Elizabethæ* Chriſti Crucifixi meditatio, cujus veſtigiis percupiebat inhærere: audiens Miſſam abalienatur ſenſibus, tandemque ſic exclamat: D *Quam bonus Iſraël Deus his qui recto ſunt corde: heu! quam præclarum eſt, jucundum & utile, pati propter amorem Dei!* Altera extaſi finita hæc verba diſtinctè profert: *Dubio procul dulciſſime Domine, cum velis mecum eſſe perpetuò, tecum in æternum manebo, & à te nullatenus ſeparabor.* Declaravit nobili fœminæ Sentrudi quam maximè habebat in deliciis, cœlos vidiſſe tunc apertos, Jeſumque familiariter colloquentem, è cujus colloquio plenam hauſerat conſolationem.

Abbatiſſa Kiringenſis *Elizabethæ* amita, illam advehi jubet ſua rheda in ſuum Monaſterium, Epiſcopus Bambergenſis Patruus honorifice in ſuam aulam advocat, qui fruſtrà conatus eſt illam connubio jungere Principi vicino: Sancta namque Vidua nunquam voluit in ſecundas convolare nuptias.

Defuncti ſponſi corpore, à Turingiis, qui in ejus erant comitatu, longinquæ expeditionis tempore, in Turingiam aſportato, coram ejus oſſibus, quæ detecta deſideravit conſpicere, altâ voce voluntatis ſuæ conſenſionis cum divinâ præclarum elicuit Actum egregii bellatores, qui eximiæ fortitudinis ſpecimen in pugna, contrà Infideles, ediderant, *Elizabetham* noſtram in priſtinos revocaverunt honores.

Ipſa verò declarans ſe ad nullam adminiſtrationem aſpirare; ſed tantum eniti, ut liberis conſervaretur, quicquid iis legitimè competeret, rogavit ut uſusfructus certæ partis bonorum mariti, qui ſuperſtiti uxori conceditur, non æſtimatis prædiis diſſolveretur, ſed præſenti pecuniâ: deinde mundo nuncium remiſit, & vitam exegit ſolitariam.

CAPUT V.

Votis ſolennibus ſe adſtringit, & Miraculis clara ſupremum obit diem.

De licentiâ Gregorii IX. Summi Pontificis Pater Buchardus Ordinis Franciſcani Religioſus, tunc temporis Haſſiorum Provinciæ cuſtos *Elizabethæ* capillum reſecat, habitum illi donat & velum Novitiarum, pariterque ejus aſſeclis in Conventu maſpurgenſi, quem beata Princeps ſuis ſumptibus extruxerat.

Confecto anni probationis & tyrocinii curriculo tria vota Religionis ſolennia nuncuparunt, ſub Regulâ tertiæ Congregationis Franciſcanæ, ea lege ut *Elizabetha* annum tunc agens vigeſimum ſecundum, aut tertium jus nudi uſus nanciſceretur eorum, quæ illi aſſignata erant in dotem conjugalem, ad propriam ſuſtentationem, & pauperum ſolatium.

Redire prorſus noluit in Hungariam, quamvis à Rege patre per Legatum fortiter compelleretur. Exoriuntur in eum novæ, & acres vexationes, quas æquanimiter tolerat, inferioribus affluens deliciis ex alto delapſis, dum à Deo fit certa de veniâ peccatorum, & confirmatione in gratiâ. Ferventior in meditatione aſſiduâ, & in cohibendis animi cupiditatibus, reprimendâque carnis petulantia magis intenta, tandem virtutum exercitio majorem navans operam, ſplendidiores ſanctitatis radios ſpargit.

Elizabetham Deus miraculorum dono illuſtravit: aquam è puteo dum hauriret, ad

S

uſum ægrotanrium, quibus miniſtrabar, mirabilirer occurrir illi procerus piſcis, ab infirmo quodam expctirus, qui tamen caprari non poterar, cum nec hamo nec reri piſcatus exercererur, fluviis quibuſcunque gelu adſtrictis. Piis ſermonibus, & fervida Orarione nobilem adoleſcenrem diſſolutum omninò & perditum à turpi vita ad emendationem adduxir.

Gertrudis Regina Hungariæ, mater *Elizabethæ* defuncta, illi noctu flammis circumſepta apparuit: beara filia miſeratione permota pro illius levamine Deum ardenter obſecrat, cruentiſque flagris ſe ipſam dilaniat. Gertrudis confeſtim in ſecunda apparitione liberatrici gratias agit, cujus interventu ab igne piaculari fuerar eruta.

Duobus cæcis viſum reſtituir: hominem paralyticum, ſurdum pariter ac mutum penitus ſanavir: Signo Crucis alium morriferè ſauciarum, ictu videlicet letbali & profundo caluariam findente; in priſtinam valetudinem revocavit.

Ex eo die quo vota ſolennia nuncupavit ferè continuò ſopitis ſenſibus tota in divina abripiebatur, ſacrata Dei Genitrix illam frequenter inviſebat, & familiariter alloquebatur. Chriſtus Jeſus illi ſe viſum exbibens certam mortis proximitatem prænuntiavir, quam manifeſtavit multis amicis fœminis arcanorum ſuorum participibus, & potiſſimùm ſuæ conſcientiæ moderatori.

Huic prædixit, quamvis gravi morbo decumbenti, ſe è vivis egreſſuram, antè illum, qui tandem martyrii palmam adipiſceretur quarto poſt die, quam hæc præſagivit: omnia reipſa effecta ſunt: *Elizabetha* ægrotare incœpit ſemper adbibens ad Confeſſiones & conſilia Patrem Conradum, qui ſanus omninò diu noctuque moribundæ adfuit. Diebus duodecim elapſis Angelus ſub ſpecie pulcherrimi volucris, cantus jucunditate dolores ejus delinivit: canoræ hujuſmodi cœlorum voci

A jungente ſuam *Elizabetha*, lenis & ſuavis fiebar harmonia, quæ aliorum canrorum cœleſtium barmonicâ conſenſione aucta, aures demulcebat & corda omnium. Obviàm runc ibanr beati Spiritus ſolenni & feſtivâ pompâ ſanctam Principem in cœlos triumphanrem perducturi.

Artentos tenebat & irretitos verbis & exemplis ſanctiſſimis quoſcunque adſtantes, dùm citò, juxtà priſcos auctores, caput dulciter demitrens videbarur ſe in quierem dare: verum generoſo divini amoris affectu & impetu perculſa, ineffabilique gaudio perfuſa è corporis ergaſtulo erupit, ranta cum tranquillirate, ut mors in ea nullum ſui veſtigium B reliquerit. *Elizabetha* obdormivir in Domino ætaris ſuæ 24 19. Novemb. 1231. Gregorio IX. Sedem Apoſtolicam occupante, Friderico II. Imperatore.

Terræ mandatur apparatu magnifico & auguſto; miraculis ad ejus Sepulchrum, illiuſque interceſſione perpetratis, magno numero: in ejus vitam, inquiſitionem inſtituendi Provincia demandatur Sigiffredo Arcbiepiſcopo Moguntino, quæ interrupta ob mortem Magiſtri Conradi *Elizabethæ* Directoris & Confeſſarii, renovata fuit Turingiæ Ducum ſtudio & diligentia; tandemque relatio inter cœlites perfecta à Gregorio IX. Summo Pontifice, anno 9. Pontificatus. 1225. Redemptionis: quadriennio poſt Elizabetbæ C deceſſum, die 25. Maii, quo tunc feſtum Pentecoſtes contigit.

Tumulo aperro coram Archiepiſcopis Moguntino, Colonienſi, Trevirenſi, & Bremenſi, præſenribus etiam Friderico II. ſanctique Imperii Principibus, reperitur beatæ defunctæ caro prorſus converſa in oleum balſaminum, ſuaveolens, quo circumſepinntur omnia oſſa integra & firma in ſuis commiſſuris, ſiruque naturali. Goſſipium hujuſmodi intinctum oleo, quoſcunque morbos ſanabar.

VITA B. BARTHOLOMÆI DE BARRIO.

CAPUT I.

Ejus Converſio.

INCENSO divini Amoris igne, in omnibus fermè Iraliæ partibus, ab homine Apoſtolico *Franciſco*, novus ardor oritur ejuſdem Concionibus Romæ, magiſque mirandæ fiunt converſiones; avocatur præſertim *Bartholomæus de Barrio* à rebus terre-

nis ad bona cœleſtia. Nominatur àſuæ originis Provincia, quæ ſita eſt in Regni Neapolitani confinio. Diſertus erat & eloquens cauſidicus, atque cunctis in cauſis forenſibus, quas agebat, præclarè conſiſtebat; ſive in Prætorio aſſiduus, ſeu ut Patronus, de Jure, domi reſpondens, ampliſſima laudum præmia conſecutus eſt.

Cæterùm dum dignitatis magis quam ſalutis memor ſtudia & eloquentiam ad humana tantum refert emolumenta, inanibus ejus contentionibus cœleſtis vis intervenit, hominemque avidum gloriæ ad glorioſius piæ ſanctæque vitæ curriculum aliquandò traduxit. Non illum Hiſtorici arguunt de injuſtitiâ, ſed quod nimius ardor in litibus innumeris dirimendis illum omnino à viâ ſalutis amoveret. Non illum aſſiduus frangebat labur; non ludus intempeſtivus, non voluptas, cæteræque lubricæ ætatis, aut etiam provectæ occupationes avertebant ab inſtituto cauſarum forenſium curſu, vel retardabant; de negotio autem æterno nulla illi erat cura.

P. Seraphicus intereà Romam proficiſcitur anno 1217. Cardinalem ſui Ordinis protectorem, à Summo Pontifice Honorio III, impetraturus: ad obtinendum hocce propoſitum valdè contulit Cardinalis Hugolinus, qui jam à Patruo ſuo Innocentio III. confirmationem Ordinis Fratrum Minorum adeptus fuerat. Commendavit præterea non vulgariter *Franciſcum*, ut coram Summo Pontifice concionaretur; cui propoſitioni reſtitit fortiter novus Apoſtolus, ſuam, præ humilitate profundâ cauſatus imbecillitatem, & inſcitiam: obſecutus eſt denique, & diligentem adhibuit præparationem quæ ſancto Spiritui minimè fuit grata: cùm enim prius loqueretur ſemper ore *Franciſci*, Prædicatoris Oratio adeò liberè fluebat, ut nuſquam adhæreſceret; nunc os *Franciſci* ita obſtruxit, mentemque turbavit, ut lingua prorſus captus, obmuteſceret.

Temerè ſe geſſiſſe humiliter confeſſus, à Deo petit veniam; ſtatimque ſe in imam partem concionarii ſuggeſti demittens, & protinus exurgens mira de Pœnitentia dixit divino inſtinctu. Ea qua valebat Divina dicendi vi, deſides inſtigavit, inertes accendit, mores omnium, quos allocutus eſt, immutavit, commovit animos, & in omnem partem convertit: Inter alios auditores amarè flebat noſter *Bartholomæus*, qui admiſſarum actus pœnitudine culparum promptè fugit in conclave Secretius, hæc attentè recogitaturus.

„Vocantem Deum audiam, nudumque
„Chriſtum nudus ſequar? at durum vitæ
„genus, & abjectum erit ſubeundum. Dei
„voce contempta, vitæ ſplendorem, meum-
„que retineam inſtitutum? enimverò peri-
„culum eſt, ne ſi, vocante Deo renuerim,
A iratus ille in meo interitu rideat? Qui tan-“
dem Crucis acerbitatem probrumque per-“
ferre potero? Quid igitur? Malimne aggre-“
gari, *inimicis Crucis Chriſti*, *quorum finis*“
interitus, *& gloria in confuſione ipſorum*,“
Philip. 3. Franciſcus ſua ſimplicitate me“
longè fuit ſapientior; honores, volupta-“
teſque mundi abjiciens, gloriam minimè“
marceſſentem, deliciaſque permanenter“
conſequutus eſt, quacumque diſcriminis“
alea, vivendi rationem volo mutare.“

Extemplò cuncta ſuæ converſionis obſtacula ſtrenuè devixit. Roma exiens abſcondit ſe in villa ſolitaria haud procul eugubio, in Provincia Umbriæ, ubi vitam priſtinam per- B fectè emendavit meditationi, omniumque virtutum regulis ſeriò navans operam. Dum mens ſanctiſſima Dei conſuetudine frueretur corpus jejuniis, vigiliis, ciliciis cruciabat: Donatus denique contemplationis eximio favore adhuc mortalis, jam quodam modo poſſidebar immortalitatem, quà, ſublimitate animi, quà, purgatione carnis & elevatione.

Vvadingh. anno 1217. S. Antoninus tit. 24. c. 6. §. 1.

CAPUT II.

A ſancto inviſitur Franciſco qui Dæmoni ſilentium impoſuit.

C BARTHOLOMÆI famâ diſperſâ, Minorum Inſtitutor illum adit. Ad primum aſpectum Magiſtri, Diſcipulus exclamans ſe pudore ſuffundi, quod minimè prævenerit, declarat tamen ſuum gaudium de tanti hoſpitis fauſto adventu, à quo ſe ſperat perfectæ virtutis legibus erudiendum, & contra hoſtium
„propugnandum incurſus. Adſum, reſpon-
„der Franciſcus, lætitiæ causâ ſignificandæ,
„ob *Bartholomæi* ſtrenuitatem, quâ fallacia
„mundi promiſſa generosè abdicavit, ut ſe
„totum Chriſto conſecraret. Poſtquam recenter converſus affirmavit mutationem hanc dexteræ Excelſi tribuendam, qui linguâ novi D Apoſtoli uſus eſt, ſimul collocuti ſunt trium dierum ſpatio de vita interiori, atque eminenti contemplationi vacabant.

Diſcipulo narranti ingenuè quæcumque ſublimia & inuſitata experiretur, labores & prælia, quibus infernus illum exercebat, & ſolatia divina, pius Rector animos addebat, & alacritatem ſuis conſiliis, eximios favores
„manifeſtans ſibi ipſi divinitus collatos. In-
„ſtitui tres Ordines, ait; pro Fratribus Mi-
„noribus unum; alterum pro Virgine Clara
„ejuſque aſſeclis; tertium pro Tertiariis Sæ-
„cularibus, utriuſque ſexus, quem matri-
„monio juncti aut cœlibes poſſint obſervare
„extra clauſtrum.

Probavit plurimum hæc Inſtituta fervens A auditor, qui præſertim magno applauſu Tertium evexit, eo quod viam ſanctitatis aperiret omnibus, licet ad exercitia monaſtica minimè vocarentur. Nec verbis tantùm laudavit huncce vivendi modum, ſed facto, enixè poſtulans Tertiariorum Congregationi annumerari. Aſſentitur libenter Franciſcus tam fervido efflagitatui, illum ad habitum admittens & profeſſionem deinceps, purâ & firmâ inter eos contractâ neceſſitudine: ſicut *Bartholomæus* ſæpè in Monaſterio B. Mariæ de Angelis, penès Aſſiſium, cordis arcana ſincerè Franciſco detegebat; ſic Franciſcus viciſſim *Bartholomæum* adibat officioſæ ſalutationis, paternæque amicitiæ causâ: nil in ea humanum, ſed divinum prorſus omne; uti- B nam par eſſet apud cæteros Chriſtianos familiaritas: rectè ſe credunt amare, modò hæc prima lex in amicitia ſanciatur, ut neque rogent res turpes, nec faciant rogati; diligit utique Franciſcus *Bartholomæum*, ut illum perficiat; honorat & amplectitur Franciſcum *Bartholomæus*, ut ejus præceptis ſanctior fiat.

Utriuſque benedictionem plures alii participarunt. Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus refert quemdam ex domeſticis *Bartholomæi* vexatum fuiſſe à Dæmonio non muto, ſed loquaci, qui tacuit accedente Franciſco, & tribus diebus ſilentium obſervavit dum aderat Pater Seraphicus, quo re- C cedente tumultuatus eſt, horribilemque ululatum edidit. Tunc *Bartholomæo* ſciſcitante rationem tanti tumultus, Dæmon reſpondit, duriſſima paſſum fuiſſe præſente Franciſco, cujus abſentia plenam loquendi libertatem illi
„ reſtituerat. Mira operabitur, & longè ma-
„ jora prioribus opera patrabit, inquit Dæ-
„ mon, quæ univerſus orbis terrarum attoni-
„ tus mirabitur.

Interrogatus quo pacto ſecretum iſtud reſciverat, dixit Principem tenebrarum convocaſſe participes & affines ſui ſceleris & ſupplicij, ut ſimul de modo genus humanum in ultimum exitium adducendi deliberarent. Præterea declaravit Lucifer citò illuſtrem exiturum hominem qui diſturbaret & debel- D laret infernum; crimina quidem in terris eſſe innumera & execranda, nec ideò tamen Dei clementiam exhauſtam, quæ ſemper juſtitiam mitigabat. Concludit tandem Mundum renovandum fore verbis & exemplis Evangelici præconis *Franciſci* nomine, qui non pallio tenùs Philoſophus erit, cum veſtis faciliùs multò mutetur quam mens, verùm omni ope ſibi enitendum exiſtimabit, ut illa exterioris amictus inſignia, ad intimos animi ſenſus occultâ quâdam animi affinitate pertingant.

„ Iſte profectò vir eſt eximius, ait, quem
„ Æternus Pater cum hominibus reconcilia-
tus per Jeſum Chriſtum, deſtinavit, ut ejuſ- "
dem Filij Unigeniti vitæ & mortis myſte- "
ria exprimeret in ſuo corpore: quicquid "
agat Infernus ad impietatis & erroris vi- "
rus effundendum; quicquid moliatur, ut "
Sedi Apoſtolicæ, & Catholicæ veritati ne- "
farium atque impium bellum indicat, ſatis "
apparet, cùm maximè furorem ſuum con- "
tra omnia divina & humana jura, legeſque "
ſacratas obarmaret Satanas; tùm ex alterâ "
parte, præter alia militantis Eccleſiæ ro- "
bora, novum etiam hunc ducem Franciſ- "
cum excitatum divinæ Providentiæ nutu, "
quem Chriſtus Imperator & ſectatores ip- "
ſius, obligatos Religionis arctiſſimo ſacra- "
mento, adactoſque nominatim in verba "
Romani Pontificis, furori ac libidini hæ- "
reticæ pravitatis opponeret. "

Dæmoniacus inſuper commemorabat, naſcente Ordine Minorum, contra ſeptem Fratres Minores congregatos, exercitum conflatum fuiſſe octo mille Inferni militum, qui penitus ſunt profligati pio zelo & ſanctimoniâ Religioſorum. Maligni tamen Spiritus, "
ait ille, non deſtiterunt à propoſito, ſta- "
tuentes ad ruinam Seraphicæ Congrega- "
tionis vota aliquando funditus extermi- "
nare; caſtitatis quidem, nimiâ cum ſexu "
fœmineo familiaritate, obductâ charitatis "
ſpecie; nimis facili receptione Juvenum, "
qui ſibi, ut aſſolet, perditè indulgent. "
Votum paupertatis decreverunt abole- "
re, ſumptuoſâ ædificiorum magnificentiâ, "
& eleemoſynarum ubertate; obedientiæ, "
porro, Doctorum ingreſſu, qui ſubtilibus "
ſententiis mandata Superiorum eludunt. "
Franciſco nihilominus ſuccedet alter illu- "
ſtris, qui Jeſu Chriſti imperium glorioſè re- "
parabit. "

Bartholomæus non ignorans Dæmonem eſſe mendacem, auctoremque mendacij, probe quoque noverat illum Dei juſſu proferre ſæpenumero veritates indubitatas, abhinc Inſtitutorem Minorum majori habuit in pretio, illique Satanæ prava conſilia patefecit, quæ ſibi jam divinitus comperta erant.

Vvading, ann. 1221. §. 22. S. Antonin. 3. part. Hiſtor. tit. 24. c. 7. § 5.

CAPUT III.

A ſancto Franciſco inſtitutus in primum Miniſtrum Tertij Ordinis: pretioſè moritur.

QUAMVIS inter Sæculares Tertiarios nulla ſit auctoritas juridica, nec poſſint Superiores juſſionibus ſuis obſtringere ſubditos, neque etiam ſubjiciantur inferiores citrà

u'lam immunitatis ſpem : mutua tamen inter eos viget conſenſio & convenientia ; quidam imperant, alij obediunt : Hæc meditatus eſt Pater Seraphicus, & ordinavit in Tertiariorum Congregatione, ut fructus uberiores in Eccleſia produceret. Poſt diuturnum cum Bartholomæo colloquium de forma regiminis aliorum plenè inſtructus Franciſcus, illum abſolutè Tertio huic Ordini præficiendum deligit. Non ei tamen iſtud propoſitum tunc manifeſtat, ſed poſteà in Conventu ſcilicet beatæ Mariæ de Angelis, quando Bartholomæus inviſit Franciſcum.

Gratiæ primùm, ut æquum erat, actæ ſunt Superis, quorum benignitare res bene feliciterque vertiſſet. Deinde, quoniam in dies creſcebat numerus Tertiariorum conſtituere Miniſtrum (ſic enim qui cæteris præeſſet appellare placuerat) ex ipſo Tertiariorum corpore, viſum eſt. Miniſtrum tandem Bartholomæum declarat Franciſcus, nemine præter ipſum Bartholomæum diſcrepanre. Igitur exploratâ jam Numinis volunrate, ad Bartholomæum venerabundi accurrunt Frarres ; at ille parendi nimirum longè quam imperandi cupidior, ſevero vultu jubet eos abſiſtere, negatque ſe munus viribus impar ſuis ullâ ratione ſubiturum ; multaque ſeriò diſputat, cur alium potiùs quemlibet ſufficere debeat Seraphicus Pater. Sed videlicet quibus rebus putabat voluntates Franciſci aliorumque aliò poſſe transferri, eæ ipſæ, vel maximè ſtudia eorum incendebant: nihil enim ad conciliandos homines æque valet atque animi moderatio, ac ſubmiſſio, quò factum eſt, ut nihil eroum quæ ad munus detrectandum Bartholomæus afferebat, non modo ad animum admitterent, ſed ne ad aures quidem ; ſed poſt multam denique & piam altercationem Bartholomæus victus, omni ſpe in uno Deo rei bene gerendæ repoſitâ, dedit manus, vocique Dei loquentis ore Franciſci lubens obtemperavit.

Lætabatur novus Miniſter ſe delectum cælitùs, ut ad converſionem peccatorum conferret, ad imitationem Moyſis, qui filios Iſraël educens è captivitate Ægypti, eos in Promiſſionis Terram introduxit. Valdè auxit Tertiariorum numerum in Tuſcia, in agro Anconitano, & in univerſa Italiâ.

Ordo iſte magnas radices egit in Gallia, ubi S. Ludovicus Rex Francorum, Margarita Phocenſis ejus uxor, Blanca de Caſtilia mater, pluresque illuſtres aliæ perſonæ, & Iſabella ſoror, eum ſpontè ſuſceperunt. Germania fuit particeps cœleſtis hujuſmodi favoris, dum Elizabetha Andreæ II. Hungariæ Regis filia, ejuſque fidæ aſſeclæ profeſſionem Tertij Ordinis Sæcularis publicam emiſerunt. Bela IV. Hungariæ Rex, ſponſa illius Maria conſtantinopolitana, Zinga vel Cunegundes amborum filia, multique alii celebres homines huic Congregationi nomen dedere : adeò fauſtè dilatata eſt per totum orbem Chriſtianum, ut qui eam non amplectebantur, ipſius inviderent laudi, mirarenturque tam celerem & amplum progreſſum.

Notant Annales Minorum ex ſummâ perfectione primi Ordinis Seraphici ortum habuiſſe ejus relaxationem & dejectionem à priore ſtatu, ob humanam infirmitatem, quæ vivente ipſo Patre Seraphico, Fratres Minores languidos reddidit & diſſolutos. Reverâ multi ex iis clauſtri muros prætergredientes publica cum offenſione vagabantur. Vir ſanctus indigna eorum probroſaque facinora complorans, non mediocrem accepit conſolationem à Deo, qui juſſit animum erigere, & beato Bartholomæo demandare negotium cum vagis & improbis Religioſis agendi de reditu in Monaſteria : Franciſcus eum tantâ judicij laude ſciebat præcellere, ut illum rei gerendæ maximi utique momenti planè præficiat.

Exitus proſpetos conſecutus eſt, ſibique ſuâ prudentiâ & maturitate ita devinxit univerſum Ordinem Seraphicum, ut Inſtitutor lubens votis ipſius annuerit, quod vix paucis optime de Religione metitis concederetur ; licere videlicet quibuſdam Ftatribus optimè moratis, & intimè ſapientibus ea quæ Dei ſunt, convivere & commorari domeſtico ritu apud Bartholomæum. Emicabat inter illos ſanctiſſimâ & religioſiſſimâ vitâ, quam virtutibus plenus finivit 3. Januarij, ut legitur in Martyrologio Franciſcano Patris Arturij Monaſterienſis, qui aſſerit B. Bartholomæum primum fuiſſe Tertiariorum Superiorem, quorum mirandus progreſſus in ipſo etiam exordio ſic deſcribitur à Petro de Vineis Imperatoris Friderici II. Cancellarij. *Duas novas Fraternitates creaverunt, ad quas ſic generaliter mares & fœminas receperunt ; quod vix unus, & una remanſit, cujus nomen in alterâ non ſit ſcriptum.*

Oderat valde Fratres Minores ille Auctor ; fide igitur dignus eſt dum laudat quos oderit ; & quæ refert de Tertij Ordinis dilatatione, in dubium nullo modo poſſunt revocari, cum honori vertunt Franciſcanorum, quos laceſſebat. Affertur nunc convenienter hoc teſtimonium ad laudem Bartholomæi, qui multum illuſtravit ſuum Ordinem.

Vvadingh. anno 1261. Petrus de Vineis l. 1. epiſt. 37.

BEATA PICQUA S. FRANCISCI MATER.

NASCENTE *Franciſco* anno 1181. tot & tanta coruſcarunt miracula, ut jam pateficeret ejus ſanctitas, ipſiuſque Genitrix ſummo perfunderetur gaudio. Partus dolores non ceſſarunt, niſi in ſtabulo quod Angelus ſub forma mendici indicavit, ibique poſteà ſacellum conſtructum eſt curâ & pietate Matris, quæ auſpicatò pepererat. Baptiſmus novo miraculo celebratur. Alter Angelus ſub ſpecie peregrini ſe offert, ut Infantem de ſacro fonte ſuſcipiat, eique nomen *Ioannis* imponat juxtà *Picquæ* deſiderium.

Tertius Angelus, ſub figura quoque humana, Joannem ſalutaribus aquis imbutum oſculatur ſuaviter, & amplectitur blandè, lætus & geſtiens perindè ac olim venerabundus Simeon, dum ulnis Jeſum portabat. Nutrici recenter natum ſtudiosè commendavit Angelus, tanquam à Deo ad præclara opera deſtinatum. Ad hæc facilè conjicitur, quantâ Mater afficiebatur lætitiâ, quanto ardore laudabat Deum, & quantâ ſolertiâ operam dabat dilecti filij educationi: quem non ſolùm ad omnem honeſti rationem inſigniter erudivit, ſed etiam omnem ſuam cogitationem in hoc uno fixit atque locavit, ut ei theſauros virtutis aperiret & traderet.

Felices fuerunt conatus Matris in educando filio, cujus mox ut gratia cor attigit, illud protinus ſublimavit ad eminentia quæque ſuſtinenda & patranda, omni contradictione breviter ſuperatâ. Ad Deum con-
A vertitur filius ſine mora, & perfectè; unde Mater mirum ſolatium accepit, violentiam patris mitigans, & patientiam *Franciſci* confortans, januâ carceris apertâ, in qua detinebatur. Hiſtorici, relatis iis rebus quas *Picqua* communes habuit cum *Franciſco*, illam ſilentio ſepeliunt; & inferunt Patrem Seraphicum illam in Tertium Ordinem admiſiſſe, ubi ex accuratiſſima virtutis amuſſi mores dirigens, ſanctiſſimam vitam exegit, clauſitque pretioſiſſimâ morte. Quis neget *Picquam* receptioni ſacrorum Stigmatum ſuperſtitem & contemplantem illa oculis attentis ſtetiſſe quaſi ad pedes Crucis, in comitatu Virginis ſacratæ, ut dolorum *Franciſci* particeps, Jeſu quoque pœnarum partem haberet, & ſentiret in ſe
B quod & in Chriſto Redemptore. Flumen quo latius fuſum eſt, hoc placidius ſtagnat; at anguſtis ripis coercitum, & in anguſtiorem alveum eliſum, torrentes aquas invehit; contrà ſpatio alvei, ſegnior curſus eſt. *Picqua* domi, & inter familiæ limites minus rutilat; nec minus tamen lucida, cum magis ardeat; ſi latius & extra virtutis radios ſpargat, porrectione lumen ejus non minuitur, ſed velut omne bonum augetur ſui communicatione, ubique fulget, ubique ſibi & exteris prodeſt.

Maritus ejus non eamdem nominis exiſtimationem aſſequutus eſt, eum utique non virtutum ſplendore ſit clarus aut famoſus, ſed vitiorum inuſſerit dedecus & notam honori ſuo.

VITA
B. HORTULANÆ.
S. CLARÆ ASSISIENSIS MATRIS.

CAPUT I.

Pietas ejus in conjugio.

SEPARARE *Hortulanam* à Picqua nefas eſt, cum non ſolùm æquales & coætaneæ, verùm etiam fuerint ſociæ in ſchola *Franciſci*, qui eas paribus erudivit præceptis. Digna ſane fuit *Hortulana* ſuo nomine, quod
C horti proprie cultricem ſignificat. Tres generoſas plantavit & excoluit Arbores: B. B. nempè tres filias, Claram, Agnetem, & Beatricem, quarum ad honorem poſt obitum aræ ſunt extructæ. Cura de familia educanda

non à ſtudio propriæ ſanctitatis eam amovebar, imo nova ei merita comparabat & ampliora.

Ex illuſtriſſimâ Spoletanâ orta proſapiâ matrimonio juncta eſt Favorano inter nobiles Aſſiſiates ſpectatiſſimo: fideliſſimè Deo fabulabatur, pauperibus tantâ cum liberalitate ſuccurrebat, ut non ſolum ſubveniret notis, ſed ignotos inter xenodochia & noſocomia perquireret, & ſeu egenos ſeu ægroros, quibus neceſſaria ſuppeditaret, vel etiam magis abjecta & laborioſa præſtaret miniſteria.

Favoranus fervidum uxoris żelum mirarus, libenter ei permiſit peregrinationem in Terram Sanctam ſuſcipere, ubi vehemenriori flagrans amore, multo perfectior evaſit: Vix dùm redierat è Paleſtinâ, cum ei permiſſio fuerit prorogata viſitandi Romæ Sepulchra ſanctorum Petri & Pauli, Ædemque ſancti Michaëlis in Monte Gargano. Id eſt difficile, quod cum ſpe magnâ ſis ingreſſus, id non exequi uſque ad exrremum. Sicut *Hortulanæ* cor divino afflatum Spiritu nihil demiſſum aut repens aggrediebatur, ſed omnia elevata & ſublimia ad Dei gloriam, ita nil inchoatum ant imperfectum relinquebat, ſed omne qnod exorſa erat feliciter Deo juvante, perficiebat felicius, Deo collopbonem addente.

Dum geſtans in alvo ſanctam Claram Aſſiſienſem Deum precaretur ante Imaginem Crucifixi, ut fauſto, facilique partu perfungeretur, vox de ore Chriſti egreſſa dixit: *Paries cum benedictione lucem quæ latè radios per univerſum orbem ſparget.* Probavit effectus prædictionis veritatem. Marer ideo filiam nominari Claram voluit, ob claritatem luminis recenter orti. Deinceps *Hortulana* tota fuit in moribus liberorum & præſertim Claræ formandis quam prævidebat mirabile allaturam ornamentum Ordini Seraphico & univerſæ Eccleſiæ.

Hortulana obeundis pietatis exercitationum muneribus momentorum retinentiſſima erat. *Franciſco* itaque tunc emicante Aſſiſii Concionibus Apoſtolicis, & mirifico exemplo, celebrabatur ejus auditorium ingenti confluentium hominum frequentiâ: aſſiduiſſimè illum audiebat *Hortulana*, quæ beneficiis innumeris Conventum ſanctæ Mariæ de Angelis cumulabat. Nobilis quidem Aſſiſias ejus conſanguineus habitum Fratrum Minorum ab Inſtitutore recipiens, vocarut Ruffinus, pervenitpue ad eminentem ſanctitatis gradum: hiſce piis eventibus tanquam aureis vinculis *Hortulana* ſe exiſtimabat fortius obſtrictam Ordini Seraphico, ejnſque Fundatori, quem in Rectorem abſolutum ſuæ conſcientiæ delegit illi dilectam filiam Claram planè ſubjiciens.

Inſtar matris ab annis tenerioribus modeſtiæ laude & auſteritaris præſtabat, ſæpè utens cilicio veſtibus magnificis tecto: Conciones *Franciſci* de Pœnitentia, illam ad mundi contemptum vehementer provocaverunt. In comitatu Dominæ cujnſdam ſuæ cognatæ, quam Marianus *Bonnam* nuncupat, inviſebat aliquando Præconem Evangelicum, cujus conſilia magnifaciebat quæ maximè juvabant ad perfectionis Chriſtianæ apicem conſequendum: tempore Quadrageſimæ, anno 1212. Concionantem hunc Virum Aſſiſii celeberrima ampliſſimaque auditorum corona ſingulis diebus commendabat; aderat ſine ulla intermiſſione Clara cunctis Concionibus, quarum verba tanquam ſtimuli acerrimi ejus pungebant animam, & ad ſolitudinem incitabant: conſulto tamen divinæ Legis interprete ſancti propoſiti manifeſtationem publicam diſtulit, uſque ad Dominicam Palmarum: in ſolenni omnium Ordinum ſupplicatione viſa eſt cum ſumptuoſo ornatu muliebri: grata exiſtebat tunc oris ejus venuſtas, majeſtaſque corporis, qualis fingi animo, nedum cerni oculis, auguſtior nulla poſſit, ut cum anteà formoſiſſimas feminarum facile ſoleret Clara vincere dignirate formæ, tum inſpecta ſit ſecum ipſa certans, ſeipſam viciſſe.

Veſperè Domo paternâ egrediens, omnibus inſciis, & nullo teſte in Monaſterium fugit Fratrum Minorum, cujus Superior illam induit habitu regulari. Qui prius Claram viderant in ram magnifico & pretioſo cultu, vanitatem ſuſpicantes, manſerunt attoniti; ſed magis hoc ſpectaculo percellebatur *Hortulana*, & maximè ipſa Clara, quæ verecunda non auſa eſt ad Guidonem Epiſcopum celebrantem accedere, ut de manu ejus ramum acciperet: Pontifex tamen accurrens ramum *Claræ obtulit*, pro quo gratias egir humillimas, ac ſuo ordine cum inſigni modeſtiâ, & magnâ pietate ſupplicationi publicæ interfuit, Concionique Patris Seraphici qui novum incendium divini amoris in corde ſponſæ Chriſti peperit.

His omnibus expletis ex conſilio Rectoris, cætera tandem, quæ ſpectant ad converſionem perfectam cum miro fervore exequitur. Quando quidem noctu decumanum oſtium parernæ domus claudebatur, nec audebat janitorem accerſere, ut aperiret, amovit ipſa prægrandes lapides, trabeſque ingentes occludentes portulam, quà facilè cucurrit in cujuſdam ſociæ, ſuorumque arcanorum participis domicilium, unde modicam poſt quietem, facibuſque accenſis domina, ejuſque filiæ, & plures domeſtici conducunt illam in Conventum B. Mariæ de Angelis.

Horas canebant matutinas Religioſi, quibus finitis, eam cereos tenentes quilibet ſuum, in Eccleſiam admiſerunt, & recitantes Pſal-

mum, *Quam dilecta Tabernacula tua Domine virtutum*, Pſ. 83. & alias precationes devotas. Deinde Clara genibus poſitis in pedaneo ſubſellio altaris beatæ Virginis, attentè audivit exhortationem quâ *Franciſcus* eam ad ſuſtinenda fortiter prælia quæcunque imminentia incitavit; capillus ſtatim tonſus, velum impoſitum, cæterique ritus magis venerabiles & auguſti in hoc rerum obſervati concurſu.

Amicæ, quarum in comitatu venit, eam exuentem veſtes exquiſitè magnificas juvarunt, aliaque veſtimenta tecta fuerunt ab ipſo *Franciſco* citò tunicâ, è vili craſſaque lana facta, donec penitus illa privatim Clara depoſuiſſet. Cantico, *Te Deum*, ad harmoniam abſoluto, vir Apoſtolicus inculcavit ei omnem contemptum mundi, ut perfectè uni Deo adhæreat. E veſtigio in Monaſterium Benedictarum illam deducit, cujus Abbatiſſa hoſpitium promiſerat ad certam uſque & permanentem manſionem.

Vvadingh. ann. 1212, §. 12 S. Antoninus c. 6.

CAPUT II.

Hortulana conatur Claram à propoſito abducere.

HORTULANA & Favoranus multa in hac vocatione, quod carperent, comprehendebant. Perquiſitione factâ, norunt degere Claram in Abbatia ſancti Pauli, interventu Franciſci. Iratus Favoranus, gemenſque *Hortulana* decreverunt illam avocare ab hac ſolitudine, mediis Agnetis & Beatricis (ſorores erant Claræ) ſeu blanditiis, ſeu violentiâ. Recordatio mirabilium, quæ cœlum pollicebatur ad illuſtrandam & ornandam Eccleſiam meritis Claræ, non quidem *Hortulana* ſuſpiria cohibebat; nec etiam exhauriebat lachrymas ejuſdem *Hortulanæ*, quæ flevit uberius ad primum aſpectum Claræ ſacro & vili opertæ velo. Clara interim firma & immobilis permanens matrem enixe rogavit, ne ipſam cogeret à con-
„ſiliis ipſis maternis diſcedere. Docuiſti, me
„inquit, ſemper Creatorem præferre omni-
„bus creaturis, atque leviora peccandi peri-
„cula vitare, ut æmuler chariſmata meliora.
„Parentes ſe æſtiment felices, quando Deus
„eorum liberos in pios famulos vel potius in
„filios chariſſimos adoptat. Me ſtatueras in
„matrimonium collocare præſtantiſſimo cui-
„dam: poteſtne tibi fingere ſponſum ditio-
„rem, digniorem, aut illuſtriorem Jeſu-
„Chriſto Filio Dei Unigenito.

Non id videndum, conjugum ut bonis bona, at ut ingenium congruat, & mores mori-
A bus; probitas pudorque, Virgini dos optima eſt. affluunt divitiæ apud Chriſtum, pariterque honores, & deliciæ, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei reconditi*, Coloſſ. 2. quorum particeps eſt anima, quam in ſponſum deligit, opimam igitur & glorioſam adipiſcitur ſortem, quicumque *omnia arbitratur ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciat.* Philipp. 3.

Inſtat *Hortulana* enixius, ut Clara priſtinam vivendi rationem amplectatur, aſſeritque Favoranum vim facturum, niſi ſponte domum paternam redeat. Reſpondet Clara, nil profecturum Patrem, ſive blandus ſit, aut violentus, ſeque mortem potius ſubitu-
B ram millies, quam datam Chriſto fidem violare. Ab *Hortulana* repentè Favoranus certior factus de reſponſione, jurat, Deum conteſtans, ex animi ſui ſententia contra immutabilem oppoſitionem Claræ in Clauſtrum ingredi volentis, Religioſamque profeſſionem emittere, licet *Hortulana* ſe divinitùs noſſe affirmet quanta miracula in Clara Deus ſit operaturus: ex conſilio Parentum Favoranus in Monaſterium ſe transfert, ubi per minas & atrocia verba nullo modo filiam terret, ſed in cœleſti propoſito confirmat. Omnipotenti Deo, ait Clara, qui per te mihi vitam "
largitus eſt, me totam debeo; cùm igitur "
ſibi me velit votis ſolennibus obſtringere, "
C triplici hoc ſancto vinculo illi alligabor, "
quod nunquam rumpetur. "

Monaldus Claræ Patruus, impedivit quominus velum, pauperemque Claræ tunicam laceraret Favoranus: Monaldus intereà Claræ proponit quod in ſpem magnæ felicitatis obtinendæ vocetur extra Clauſtrum; proponit utique matris exemplum, quæ omni virtutum genere floret in matrimonio: tamen Clara inconcuſſam, tot inter adverſa retinet, firmitatem animi: Verùm ut omnem declinet violentiam, ad altare currit: tùm celeriter velum evellens, omnemque comæ concinnationem, capillum abraſum oſtendit, conteſtatò iterùm denuncians prius è vita exceſſuram, quam ab inceptâ vivendi ratione.

D Nullam ſanè in puella iſta infirmitatem mentis, nullam conſilii mutationem deprehendas: leonum animi, index cauda, ſicut & equorum, aures; Clara audiens attentè quid loquatur Deus, fideliter exequitur: nondum finis; nondum pervenit ad curriculi metam, ſed exunque judicemus, ab exordio conjiciamus quantum ſublimis & eminens evadet Clara, cùm virtutum ſtadii calcem attigerit: jam ſpectaculum facta eſt mundo, Angelis & hominibus, præſertim *Hortulanæ*, quæ commiſerationis pio ſenſu commota, licet lachrymas effundat, approbat tamen & laudat filiæ conſtantiam: Favoranus autem exacerbatus fruſtra nititur amicorum

interventu

interventu filiam à ſuſcepto conſilio detorquere. A

CAPUT III.

Agnes altera Hortulanæ filia ſequitur Claram, Hortulana verò Tertium Ordinem amplectitur.

SERAPHICUS Patriarcha Novitiam inviſens, & incitans ad perſeverantiam ſalutaribus erudivit præceptis ad perfectiunis Religioſæ apicem conſequendum; deinde comitantibus Fratribus Beroardo Quintavallo, & Philippo illam deduxit in alterum Benedictarum Monaſterium, nomine ſancti Angeli *de Panſobaſti*, penès muros Aſſiſienſes, ubi tota erat in rerum cœleſtium meditatione & bonorum operum exercitio. Illud præſertim in votis habebat uti ſororem Agnetem à mundi vanitate abduceret, & ad Chriſti imitationem pellicere poſſet. B

Virtutum amicitia adjutrix à natura data eſt, non viriorum comes, ut quoniam ſolitaria non poſſet virtus ad ea quæ ſumma ſunt, pervenire, conjuncta & conſociata cum altera perveniret. Clarebat profectò Clara pietate jam ab ingreſſu Clauſtri, imò ab incunabulis, omniumque applauſu jam celebrabatue, radios tamen magis micantes ſpargit, dum ſuo exemplo illuſtrat Agnetem, eamque à terræ negotiis moleſtis & operoſis eripiens, ad Dei ſingularem cultum allectat pulchrum quidem eſt conſiliis Evangelicis operam dare, at multo pulchrius de plenitudine ſanctitatis tivos in alios effundere. Totius boni fons eſt Chriſtus qui Clara utitur velut medio canali ad cor Agnetis aquis gratiæ irrigandum. C

Tanti ponderis ſont preces Claræ apud Deum ut tandem plenam Agnetis converſionem obtineant, quæ citò quindecim poſt diebus fugit in ſolitudinem, ut aſſidua cum ſorore, veſtigiis ejus ſemper inhæreat. Dum utraque fruitur ſacris duliciis, quas guſtant ubertim Crucis amatores, Crux amara utrique paratur à Favorano, cujus amaritudo patientiâ & divino amore dulceſcit. Mittit ille Sarellites duodecim feroces & protervos, qui non Claram, quam penitus conſtantem norunt, ſed Agnetem aggrediuntue. Unus ex iis hanc videns firmam duriter percuſſit, nihili faciens ea quæ ad ſuave Chriſti jugum laudibus extollendum proferebat. Cæteri extra Clauſtrum eam nefaria inſolentia educere conantes, veſtes dilaceraverunt, convulceruntque capillos. D

Clara interim precibus impetravit à Deo, ut milites immobiles fierent, nec movere poſſent innocentem ovem; implorata vicinorum ope nihil prorſus omnes profecerunt; Deo ſtante à partibus Agnetis. Coacti ſunt tandem exclamare: prægravis eſt & "ponderoſa nimis, eo quod per totam noctem plumbum comederit: quâ ſeriò, qua "joco verum dicebant, nempè ita confirmatam fuiſſe in propoſito, ut minimè ſperarent eam permovere.

Ducebat armacos Favorani frater Monaldus, qui ſe credens fore victorem Agnetis, ab ea victus fuit: ſubito furore percitus conatur illam gladio transfigere, quem cogitur repentè in terram abjicere, præ dolore manuum acerrimo. Clara ſororem à longè ſequens, militibus denique appropinquans perſuadet ne amplius Deo reſiſtant, qui pluribus miraculis ſat declaravit Chriſto dilectam ſponſam præripere, ſacrilegum eſſe & impium ſcelus. Monet præterea niſi ceſſent Agnetem vexare, eadem pœna multandos ac Monaldum. Miros ſtatim eventus vulgaverunt, & quo pacto dux tenerrimæ filiæ de mundo, & aliis inſenſis hoſtibus ſubactis triumpharint.

Plurimi ad comprobationem tanti triumphi affluxerunt, ex iis proceres aliquot iſto exemplo, & piorum adhortationibus incitati mentem per id em tempus ad pietatem adjunxere, quaſi Crucis vexillum inſpicientes ante oculos ſuos pergebant alacres in dimicationem contra carnem & Satanam; ſigni hujus & beneficio (tantum fiduclane deeſſet) victoriam utique reportaturi. Quo tanto Chriſtianæ rei, viræque Evangelicæ incremento admodum læta *Hortulana* Deum laudabat, & vota ſolennia volebat nuncupare, conſentiente marito. Favoranus ipſe Dei digitum hic maximè exprimi fatetur, ejus beneplacito ſe libenter ſubmittens.

Pater Seraphicus, velut alter Joſué, in cœlum manus levabat, dum ſtrenuè prœliabantur ambæ ſorores, ut de inimicis triumphum agerent: certus de exitu felici mox eis gratulatur, novoſque incutit ſtimulos ad perſeverantiam. Dein, parato Religioſo habitu, diem indicit quo publicè induenda ſit Agnes, nemine contradicente, cæremonia peracta coram amplo & illuſtri cœtu cenſuit ambas transferendas alium in locum, ubi facilius poſſent auſteritates & paupertatem obſervate, quas vellent amplecti. Cum autem ab Epiſcopo Aſſiſienſi permiſſum fuerit *Franciſco* Eccleſiam Damiani reparare laboribus ſuis quam à quatuor annis inſtauraverat, illic eas abdit, documentis Evangelicis imbuit, omnibuſque neceſſariis ad vitam tuendam munit, ſtipem oſtiatim cogendo.

Fama Claræ & Agnetis novo huic Ordini plurimas ſectatrices brevi comparavit, quæ brevi Monaſterium repleverunt & illuſtrarunt. Hùc quoque tendebat *Hortulana*, ſi Favoranus menti ejus faviſſet. Verum

expectans patienter ſalutare Dei, ſæpe inviſit Claram & Agnetem, quæ pius collocutionibus eam ad Tertium Ordinem à *Franciſco* recenter inſtitutum, unà cum Beatrice natu minore ſorore, induxerunt. Fit inde ferventior *Hortulana*, & magis incumbens in virtutis ſtudium, pauperumque ſolatium. Secreta pœnitentiæ, & mortificationis exercitia, quibus operam dabat, ſolu Deo teſte, valdè illam diſponebant adorationis donum, quo Deus eam decoravit in ipſo ſtatu matrimonii.

Firmamentum trium Ordinum. Antonius de Sillis c. 2. Regul. 3. Ordin.

CAPUT. IV.

Miracula, ſanctitas, & obitus B. Hortulanæ.

ET ſenſerunt veriſſimè, & aſſeverarunt prudentiſſimè Philoſophorum vetuſtiſſimi, ſi eſſet aſpectabilis virtus, ſuæ pulchritudinis ac nobilitatis admiratione & amore rapturam ad ſe, ac inflammaturam omnium mortalium animos. Floccifacienda ſanè approbatio vilium aut reproborum hominum: quò magis laudantes, laudabiles ſunt, eò majori ab iis laudari, laude digni ſunt. Quantum igitur commendabilis erat *Hortulana*, dum in mediis conjugii curis prædicatur à *Franciſco*, & Clarâ tanquam in altum perfectionis faſtigium jam provecta. Tunc enim ſi ægroti ſe offerrent ſanandos, quacunque detinerentur infirmitate, à Franciſco & Clarâ mittebantur ad *Hortulanam*, quam noverant apud Deum gratiâ valere.

Adducitur ad Claram infans captus oculis: Signo Crucis his in partibus expreſſu, inquit: „ad matrem meam, eundum eſt ut integra „ſalus teſtituatur. Quo facto contendunt inter ſe non ad gloriam curationis adipiſcendam, ſed rejiciendam, ut ſoli Deo tribuatur: Clara potens ſermone palmam aſſecuto

A eſt, ſuadens *Hortulanam* quamvis ignotam admirabilitatis habere plurimum, ejuſque opem implorandam in omnibus, quia dederat illi perfecta virtus aditum ad magnam auctoritatem.

Mortuo marito in Monaſterium ſancti Damiani ſe recepit, ut cum filiabus ex ſolenni votorum formulâ ſacrum Sodalitium iniret. Clara Abbatiſſa matris humilitatem & fervorem mirabatur: neque ex annis in ſenectam provectioribus, neque ex dignitate maternâ ullam ſibi parabat gloriam, imo ſe indè magis teneri virtutis legibus arbitrabatur: cum enim nullo caſu hoc conſtanti homini poſſit contingere, ut ulla intermiſſio fiat B officii, maximè obligatur, dum ætas, exemplum, aliæque id genus circumſtantiæ id exigerint.

Erubeſcens *Hortulana*, quia ſibi exiſtimabat ab iis pietatis facem præferri, quibus deberet prælucere, ad deſtinatum horæ momentum prima aderat in obeundis exercitationum regularium muneribus: Lachrymarum abundantia, quas meditando effundebat, corporis afflictationes inſolitæ, & honos, quemminimis habebat Religioſis, illam cæteris, velut exemplar prævalens, exhibebant.

Beatrix altera filia in patrui Monaldi tutelâ degit, donec ad ætatem prudentiæ capacem perveniens in Conventum ſancti Damiani C ingreſſa eſt, ubi, cum matre & ſororibus, ad virtutem ſua ſtudia conferens adeò ſancta evaſit, ut in vita & in morte miraculorum gloria fuerit illuſtrata.

De *Hortulana* compertum non eſt, an ſcilicet ante vel poſt filias diem clauſerit ultimum. Affirmant ſolum hiſtorici obiiſſe in Monaſterio Sancti Damiani 2. Februarii, ibi ſepultam fuiſſe, corpus ejus tandem tranſlatum unà cum oſſibus ſanctæ Claræ in Eccleſiam ſancti Georgii, ubi venerantur illud fideles, magnâ pietate, ob miracula patrata, dum viveret, & poſtquam è vivis exceſſit.

Marianus l. 1. c. 9. Rodulphus fol. 139. Vvadingh anno 1251. § 15. Bartholomæus Piſanus part. 4.

VITA
B. VIRGINIS BURGUNDÆ

CAPUT PRIMUM.

Ejus Educatio, & egreſſus è Patris domo.

NOTATUR præſertim annus 1225. in Annalibus Mathæi Pariſii, Angelici Scriptoris, ut mirandus & celebris, eâ potiſſimum ratione, quod tunc claruerit Virgo, de qua quæſtio eſt. Tempus hoc cum medium ſit inter Stigmatum

Chriſti renovationem in corpore *Franciſci*, A & ejuſdem *Franciſci* mortem, verè tempus eſt cœleſtis incendii, quo *Virgo Burgunda* Divini Amoris ardore tota deflagravit.

Quamvis Burgundia, ubi naſcitur, longè ſita ſit à Provincia Umbriæ, ubi *Franciſcus* originem ſumpſit & diem obiit ultimum, *Virgo* tamen *Burgunda* amplam venit in partem flammarum Patris Seraphici. Felix Burgundia tam fauſto partu! Beata Gallia cujus intra limites & Imperium continetur adeò fortunata regio.

Filia erat unica, ejuſque familia multum dives, perindè ac illuſtris, non tam majorum gloriâ quam virtute clarior. Nec verò illi ad ſanctitatis faſtigium adjumenta vel divina, vel humana, unquam defuere. Ab incuna- B bulis in ſinu optimorum parentum educata, pueritiam egit exeorumdem ſanctiſſimâ diſciplinâ; primamque ejus ætatem ſolers magiſtrorum cura iis artibus erudivit, quibus ingenia ad ſummum excitantur decus: à Latinis literis, Rhetoricâ, Philoſophiâ, & Theologiâ ritè informata, non ut aſſolet, vanitati adhæret, ſed fit humilior, & magis grata Deo per contemptum mundi.

Erat in eâ rara indoles animi, egregia corporis forma, conſtitutioque, magnum & acre ingenium, ſtudium ſcientiarum (ut eſt captus puerorum) non vulgare: nihil illâ probius, nihil feſtivius, nihil comius, quibus illa rebus aſſequebatur, ut notis igno- C tiſque chara eſſet: nec mortalibus eodem tempore charior fuit quam cœleſtibus. Vel illud argumento eſt, quod in tanta affluentiâ rerum, juventæque licentiâ præclara ſpecie habituque corporis adoleſcens, pudore cupiditatem frænante, ſui potens fuit, ſingularique Dei beneficio virginalis integritatis florem intactum illibatumque ſervavit; Ut cœleſtis ille Sponſus, *qui paſcitur inter lilia*, Cant. 2. Jam tum videretur certam in ea ſedem ſibi delegiſſe. Acuebat, ut fit, caſtimonia ingenium, animumque ad ſapientiæ ſtatus accipiendos, tanquam purum ſolum, diligentius præparabat.

Voto virginitatis nuncupato nil antiquius habebat jejuniis, ciliciis, diſciplinis, quibus D certò noverat conſervari pretioſum hunc theſaurum. Oratio continua, cui nonnullum fermè intervallum afferebat, Deo & Angelis ſolum patebat. Ejus interim nuptias Principes viri ambiebant quia præclariſſimis animi corporiſque dotibus & ornamentis eminebat. Timens ne hoſtium potentia & multitudine opprimeretur, & à pii propoſiti executione avocaretur, ad divinum recurrit Sponſum opem ejus implorans renovanſque votum. Parentes tamen, de filiæ ſubmiſſione certos ſe exiſtimantes, viro omnium præſtantiſſimo deſponderunt illam inſciam. Re cognita ad pedes Chriſti tota nocte provoluta, lachrymis oborris & ferventi prece meretur divinitùs admoneri, ut ſine mora domum paternam relinqueret, Franciſcanæ familiæ nomen datura. Compoſuit ſtatim mendicantis ſaccum: ad veſperam egreſſa paulſiper ſtetit in foſſæ crepidine, ubi exuens veſtes magnificas, vilem ſumpſit amictum, deinde ad lucentem lunam iter octo leucarum peregit. Ejus abſentia parentes plurimum afflictavit, ſuſpicantes raptum fuiſſe ab amaſio quodam; cujus cœco amore ſtolidè implicata erat.

Poſt eam currunt ſervi inaniter: jam enim longius Virgo ſeceſſerat, cum præ zeli fervore, qui illi alas præſtabat, tùm ob pœnitentis habitum quo quærentium oculos eluſit. Splendido denique apparatu reperto in foſſa octo poſt dies, conjecit mater filiam ſtipem cogere in longinquis regionibus, inſtar ſancti Alexii. Cogitatio hæc licet pia, acerrimo dolore cor maternum transfixit, profunda elicuit ſuſpiria, uberesque expreſſit lachrymas.

Fratrum Minorum Fauſto occurſu *Virgo Burgunda* Franciſcanæ familiæ leges, Patriſque Seraphici virtutes novit, quam conata eſt imitari, ejus tertium Ordinem amplectens: cilicio utebatur, nudis pedibus incedebat, operiebatur ſacco, tondebat capillum, abjecto caput tegens capitio: victum mendicatò quærebat. Poſtquam per diem pauperibus & ægrotis cuncta charitatis officia exhibuerat, vacabat nocte meditationi, in qua Deus mirificis favoribus eam cumulabat. Duriſſimis quotidiè flagris carnem vexabat, undè manabat ſanguinis fluvius: terra lectus ejus erat, aut tabulatum ſtorea inſtratum. Nil officiebant omnes hi ſeveri conatus excellenti ejus formæ, quam pudor honeſtabat: dejectis ejus in terram oculis, quantum & ore velato: elucebat enim ſemper ſublimis, concinnaque licebat ſtatura, quamvis illam niteretur auſteritatibus obterere.

Marianus l. 1. c. 9. Rodulphus fol 119. Vvadingh. 1253 § 21. Barthol. Piſanus art. 4 Mathæus Paris de geſtis Anglorum ad annum 1125. § 25.

CAPUT II.

Juſſa eſt à Deo Evangelium prædicare, & Pœnitentiam.

QUandoquidem Tertius Ordo noſter de Pœnitentia nominatur, à peculiari profeſſione hujus virtutis, Tertiarios præſtat non ſolùm illi totis viribus navare operam, verumetiam alios exemplo, & verbis ad illam amplectendam incitare; verbis, inquam, dum ſe ſentiunt gratia prædicationis à Deo

T ij

prædiros. Si ſpectetur ordinaria Miſſio, conſtat *Virginem Burgundam* nullum unquam jus habuiſſe publicum obire concionandi miniſterium, quod ſupra captum eſt ſexus fœminei, cui tantum licet audire in Eccleſiis, nullo modo loqui. Si conſideremus tamen æternum Dei conſilium, omneſque præclaros eventus, qui tam illuſtri Sorori Tertiariæ contigerunt, juxta priſcos auctores, Divini Spiritus, quo agebatur, efficaciam mirabimur; pariterque ſolertiam, & fidelitatem Virginis in excellenti favorum cœleſtium uſu, cum ad ſeipſam perficiendam, tum ad proximi ſanctitatem promovendam.

In oppidis & pagis concionabatur ardenter & aſſiduè, facili & nitida methodo, quam ſibi comparaverat, ſeu ſtudio aut labore proprio, ſeu potius, quam divinitùs acceperat, contemplatione, & Theologia myſtica. Non prædicabat in Templis, ſed in plateis commodioribus, ubi vehementer de fuga peccati, de virtutis amore, de noviſſimis hominum, de vita & morte Redemptoris tanto cum fructu diſſerebat, ut innumeras pene animas ad Deum converteret.

Dæmon callidus & invidiâ flagrans, ob virtutis eminentiam quâ florebat, eam conabatur malignis ſuggeſtionibus, in morum corruptelam præcipitare, ſed fruſtrà; nam ſine intermiſſione orans, profligabat hoſtem, modeſtè ſemper ſe gerebat; ſemper cauta & prudens expectationem de ſe concitatam tuebatur, utens ubique hoſpitio matronæ, cujus de laudibus omnium conſentiens erat fama. Inter hæc, volente Deo ſuam famulam probare, tenebris intus involvitur, languida fit & omnino faſtidioſa in pietatis exercitiis: Sathan illam exiſtimans animam deſpondere, & prorſus deficere viribus novo prælio cum illâ congreditur blanditias parentum depingens, dolores de abſentiâ, & manifeſtè commemorans delicias, honores, ac divitias, quas abdicavit: acerbè illam torquet violentâ fame animo ejus effingens ſpeciem menſæ exquiſitiſſimis ferculis inſtitutæ.

Moleſtius angitur à turpiſſimis cogitationibus, quarum Dæmon auctor erat, & ab obſcænis aculeis, quos in carne defigebat, ſed noſtræ Burgundæ ſemper mens invita & reluctans. Cum Paulo dicere poterat: *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, qui colaphiſet* 2. Corinth. 12. Amare dolebat virgo, præ conſenſus metu: tantus erat pudicitatis eis nitor, ſed cum Burgunda Dominum ferventer rogaret, ut diſcederet tentatio, puriſſimus cœleſtis ſponſus, mundiſſimaque Chriſti Mater fovebant illam, & ut pupillam oculi tenerrime cuſtodiebant, dum videbantur ſurdas precibus ejus aures præbere, quæ inceſſanter clamabat, vivendique rationem valde auſteram tenebat.

Quo magis Pœnitentiæ leges eam gravabant, ob defectum interioris ſuavitatis, eò magis experiebatur earum amaritudinem & pœnas, eòque magis tentatio fiebat acer, & pernicioſa: quid dicam ultrà? monita Rectoris non onus levabant, ſed augebant, quia nullum ſolatium recipiebat. Infernus alios ſuſcitat perſecutores, ut ad peccandum inducatur: Quidam *Virginem* fortem contemnunt ut ridiculam & inſanam, vel inſectantur, injurioſe illam tractantes & contumelioſe.

Inter has cordis jactationes, quæ per ſeptem menſes permanſerunt, impia dicta & ſacrilega in cœlites, in res ſacras & divinas, mentem ejus obnubilabant: adeò non ſapiebat ei palatum interius, ut ſe crederet ab omni virtute alienari & abhorrere: verùm à corpore crudelius laceſſebatur, dùm flammis impudicitatis vehementius incaleſcens, mentem denſiſſimo obtegit fumo, quæ tamen ſuperna luce nunquam orbata ſemper ſibi conſtat, Deoque integram ſervat fidem.

CAPUT III.

Dæmon illam juvat ad Virginitatis intemeratæ cuſtodiam.

SICUT pacatam procellam excipit tranquilitas, ventiſque cadentibus acquieſcit mare, ita ſedatis perturbationibus animi pax interior *Virginem Burgundam* plurimum recreat & reficit, ſingulari Dei favore, quem ſic alloquitur fidenter. Vbi eras bone Jeſu " dùm tam periculoſè jactabar? in medio " corde tuo, reſpondet Chriſtus, quod pro " pugnabam & conſolabar, quando conclamatam eſſe tuam ſalutem arbitrabaris. "

Confeſtim Satanas infamis & probroſus veniam poſtulat, ſeque Virginis perpetuæ ſervitui addicit & mancipat, ſublimem ejus ſanctitatem laudans, puritatemque mirabilem. Adoranda ſane Dei potentia perindè ac amanda, qui Diabolum non amplius ſinit tyrannidem exercere in dilectam ſpoſam; imo vult tyrannum ipſum impuritatis auctorem, Virginis fieri cuſtodem aſſiduum. Officioſâ dæmonis operæ delatione repudiatâ, *Burgunda* generosè perſiſtit in aſſueta vivendi ratione, nec ſolum eòdem pergit ire, quo cœpit, ſed tandem perſeveranter agendo, perfectam cumulatamque virtutem conſequitur: de rebus divinis continuò dicit ad populum.

Stupor omnes defigebat admiratione rei tam inuſitatæ. Mirabantur nimirum puellam oppidatim in trabe, aut in loco eminenti, pro ſuggeſto, Evangelicam doctrinam publice tradentem tanto cum zelo, ut auditores

gementes & intus permoti è veſtigio confugerent ad Sacerdotum pedes iniquitatum abſolutionem recepturi. Vox ejus canora, reſonans & acuta vehementer corda pungebat, Divino Spiritu animante ipſam prius & inflammante; deinde ex admiſſâ noxâ quiſque acerbè dolebat, delictique expiationem ſuſceptâ pœnâ conabatur exolvere.

Hoc officio charitatis exhibito pago cuidam, cum non poſſet in ſolitudinem reverti ante veſperam, pernoctare coacta eſt apud devotam matronam, cujus filius, Virginis licet aſpero vivendi inſtituto marcidæ inſano amore captus, ei ſtuprum obtulit: fallacibus blanditiis fortiter obſiſtens *Burgunda* ſe in cubiculum recipit, objecto munimine, ut prohiberet hoſtis irruptionem, qui exhauſto pudore januam perfregit, violentiâ nitens obtinere quod ex conſenſu non ſperabat: dùm perditus adoleſcens à corruptelarum illecebris non deſiſtit, Virgo opem inclamans, nec impetrans dæmoni imperat, ut ipſam adjuvet. Confeſtim medium impudicum arripiens in terram deturbat, & penitus diſcerpiſſet, niſi furori modum impoſuiſſet juſſus à Virgine, quæ tantum voluit infamem amatorem expelli à cubiculo, rebuſque ſalvis ſubduci in tutum.

Chriſto de victoriâ reportata impenſè laudato, omnem in præcavendo ſolertiam & diligentiam adhibuit, ne inverecundus iſte flagitator etiamnùm ipſi moleſtus eſſet: iterùm tamen libidini deditus eam adoritur non vi aut impetu, ſed blanda ſubmiſſione, & flexis genibus petens ut ſuis peſſimis votis aſſentiatur. Ex præſcripto imperantis *Virginis* dæmon impudentem aggreſſorem mediam in aream projicit: temerè nihilominùs auſit eamdem ad ſcelus tertiò provocare. „Mox clamante *Virgine*, pœnas luat acerbiſſimas, ne amplius me torqueat. duriſſimis flagris exceptus eſt, licet reluctans, & tranſvectus in regiones longinquas, ita ut poſteà nullo pacto *Virginis* perturbata ſit tranquilitas.

Quis poterit unquam condigne Dei ſapientiæ laudes celebrare, quæ vult puritatis inimicum, puritatis fieri deffenſorem, malignumque ſpiritum ſubjici mandatis adeò generis humani hoſtis genio repugnantibus? Uno verbo ſciſcitor qua de re conſilium inferni tendens ad perditionem & interitum puræ animæ, multum confera ad ejus promovendam ſanctitatem. Si vere *Burgundam Virginem* imitaremur, devictis tentationibus de inferno triumpharemus ovantes, denique ad perfectiunem nobis ab æterno deſtinatam perveniremus.

Quæ narravimus ſufficiunt ad commendationem beatæ noſtræ Tertiariæ, quæ diem clauſit ultimum tertio Februarij. Non nominatur propriè, ut diſcamus illos pulcherrimo titulo decorari, qui voluntati Dei obſecundant; quia nimirum ſunt Frater, Soror, aut Mater Chriſti, qui hoc reſponſo uſus eſt ad Parentes, dum illum tanto ſtudio quærerent. Opus non eſt noſtram *Burgundam* nominatim invocare.: noſtras preces non aſpernabitur, modò illi gratæ ſint; nobis illam certe ſcio, quo meliores multo erimus, obtemperaturam magis. Obſecratione humili ab eâ contendamus, ut nobis ſuccurrat adversùs Dæmonum impetus, & vitiorum illecebras.

Ex manuſcripto Conventus Panormitani colligitur olim extitiſſe beatam Elizabetham, quæ decimo tertio vitæ ſuæ anno jam ad tam eminentem ſanctitatis gradum pervenerat, ut Tertiarij Franciſcani ſummũ ornamentum ſuo Ordini conciliaſſe arbitrentur, in illum ipſam admittentes; quod ex tenerâ profectò juventure deerat, explevit virtutum magnitudine. E vivis excedens dum decimum-tertium ageret annum, recepto habitu Franciſcano, emiſſâque Profeſſione, conjicere facillimum eſt, quantum ab incunabulis perfecta eſſet, & quantum accepta Deo, qui tantis eam favoribus cumulabat. Wadinghus loquens de Fratrum Minorum Conventu Panormitano, aſſerit ibi ſepultam eſſe, populoſque ipſam velut ſanctam venerari: teſtatur etiam è vita diſceſſiſſe anno ætatis ſuæ decimo tertio, juxta Toſſinianum. Præcipuus honor illi exhibetur quarto Februarij, quo creditur fato functa.

BEATA *Iutta*, quam Martyrologium Franciſcanum commemorat 19. Martij, obiit anno 1252. cum ſanctæ Elizabethæ Regis Hungariæ filiæ, Turingiæque Principis fœminæ, honoraria fuerit Puella, plerique Auctores qui ſcripſerunt hiſtoriam Elizabethæ, de *Iutta* mentionem expreſſam fecerunt, quam aliqui *Guttam* vocant. Superſtes fuit Principi Elizabethæ, cujus exemplo & ſalutaribus erudita documentis magnos habuit ad virtutem progreſſus uſque ad mortem. Sicut arcanorum omnium ſanctæ Elibethæ conſcia fuit, ita & gratiarum particeps. In vita & poſt obitum eximiis illuſtrata eſt miraculis. Trithemius & Wadinghus illam inter noſtros Tertiarios recenſent.

Vvadingh. tom 1, ann. 1224 § 43. ex Toſſiniano c. 2.

VITA B. JACOBÆ, DE SEPTEM SOLIIS VIDUÆ.

CAPUT I.

Primus ejus acceſſus ad Patriarcham Seraphicum.

CONSTAT B. *Jacobam* Chriſto probari, perindè ac Franciſco, qui Jeſu erat perfecta imago, quantumcumque poteſt humana fragilitas. Antonius de Sillis eam recenſet honorificè inter illuſtres perſonas Tertij noſtri Ordinis, cujus fuit ornamentum. Illam deſignat ſub titulo Italico, *Jacoba Setti Soli de Roma*; unde patet ortam fuiſſe ex nobili proſapia Romana, quam nominant *de ſeptem Soliis*. Ejus anteceſſores ad ſupremas dignitates Romanas Civiles & Eccleſiaſticas meritò provecti ſunt. Paulo poſt mortem Franciſci peſtilentiâ longè latèque per totam Itali graſſante, nullus penè ſuperſtes celebris hujus familiæ remanſit.

Nec minus erat *Jacobæ* maritus majorum commendatione inſignis: Viro orba duobus pupillis tutrix præerat, tanto ſtudio, & tantâ prudentiâ, ut iis aditum patefecerit in Senatorum Romæ faſtigium; adeò provida fuit, ut honeſtatis ſemper retinentiſſimi fierent. Vulgatâ Seraphici Patris famâ, ejus occurſum vehementer efflagitat, quo auſpicatò fruitur anno 1212. dum ipſe faciens iter in terras Infidelium, verbi Dei prædicandi causâ, Romæ per aliquot dies manſit, benedictionem ſummi Pontificis Innocentij III. impetraturus. Audivit attentè *Jacoba* conciones Evangelici Præconis, quibus accenſa magis ac magis ejus colloquium expetebat, quo longius privata fuit, propter circumſtantium Cardinalium frequentiam. Oblato tamen ei hoſpitio, de ipſo mox prandio, *Jacoba* mentis arcana Franciſco evidenter detegit, ab eoque planè docetur ſublimioris virtutis viam cujus apicem brevi conſecuta eſt. Dei man“data ſerva diligenter, ait Franciſcus: ſe velle “ulterius progredi, ſcilicet æmulari chariſmata meliora, perfectionemque evangelicam amplecti. Laudavit propoſitum Pater Seraphicus, monens, quamvis eſſet vidua, non ei licere venditionem, cum liberos haberet, quorum ad vitam tuendam teneretur.

Inter uberes divitias & proſperitates Deo „te ſemper conjungi totis viſceribus, & ege-A nis alacriter ſubvenire præſtat; pietatis in-“ſuper regulis domeſticos imbue: ſic, inquit “Franciſcus, eris perfecta, ac æternæ tuæ felicitati ſagaciter laborabis, & cæterorum ſaluti. Noctem ſequentem inſomnem traducens animo volvebat, quam difficile ſit divitibus cælum adipiſci, ſtatuitque ſoli Deo adhærere. Opibus deinde abdicatis, liberiſque in eorum poſſeſſionem inductis, vitam exigebat ſolitariam, videbaturque ſolum in templis ab omnibus rerum fluxarum cupiditate & blandimentis aliena. Meditationes ejus erant aſſiduæ & ſine intermiſſione, de Chriſti cruce, quæ juges & amplos lachrymarum rivos eliciebant. O quam viléſcebat oculis ejus B terra, cum cœlum aſpiceret. Sola pauperum perum miſeria illam commovebat ad creaturarum aſpectum, ut eis opitularetur attendebat, præſertim ad Dei famulos, qui mundum abjecerunt, ut uni Deo ſervirent perfectius, quorum pro veſtitu ſtamina deducebat.

A ſancti Coſmæ Abbate partem publicæ egenorum domus obtinuit in civitate Romana, ut ibi Conventus Fratrum Minorum conſtrueretur, quibus ſanis & ægrotis ad vitæ ſuſtentationem omnia ſuppeditabat; antequam Romæ hoſpitium inſtituiſſent apud *B. Jacobam* diverſabantur, quæ illos tecto, menſâ, lectoque eripiebat, niſi quidam ex ejus liberis idem officium ipſis exhiberet. Tantò C in pretio erat apud Patrem Seraphicum, ut quamvis à fœminarum conſuetudine longè remotus eſſet, longèque diſcipulos avocaret, habitabat nihilominus in *Jacobæ* domicilio, libenterque utebatur ejus largitionibus, quia genius ejus nec mollis; nec muliebriter fractum, ſed virilis & omninò cœleſtis erat.

Laudanda ſanè quod prima Franciſci virtutum ſtudia foverit, ſeque ipſam duxerit felicem, quando illum Romæ vidit, partim ut Franciſcum longo intervallo reviſeret, partim etiam ut unà cum quibuſdam aliis piis feminis ad normam illius atque præſcriptum ageret vitam. Atque Franciſcus quidem ſoſ-

pitem adventum mulieri de ſe optimè meritæ gratulatus eſt, & omnia officia detulit, quæ ſalvo Religionis inſtituto præſtare poſſet: curam verò feminarum ſuſcipere ſeſe negavit poſſe, plurimis graviſſimiſque occupatiooibus impeditum.

Ar illa nihilominus inſtare, ſanctiſſima Chriſtianæ amicitiæ jura teſtari; poſtulari æquitatem obtendere: denique ubi magis magiſque obfirmatum vidit Franciſcum, ad aulicas innocenter confugit artes, atque ut erat nobili loco nata, per viros Principes facilè obtinuit, ut Pontifex maximus Franciſco munus idipſum, quod recuſabat, injungeret. Sed ea res magnum in Franciſcanæ familiæ commodum vertit, præter ſpem: ac noſtros, non ſolùm in præſens, verùm etiam in poſterum à tam periculoſa Provincia liberavit.

Etenim Franeiſcus, Pontificis juſſu, eâ procuratione ſuſceptâ, paucis diebus tantam difficultatem ae laborem ſenſit, dum quærimonias mulierum audire, ſuperſtitiones evellere, inanibus & curioſis quæſtiooibus reſpondere idemtidem cogitur, ut penè plus ei negotij paucæ feminæ, quam Ordo univerſus Minorum faceſceret. Itaque lieet *Iacobæ* pro ejus in ſe promeritis gratificari admodum cuperet, tamen Franciſcus reputans apud ſe quantum ex bujuſmodi tricis detrimenri reſpublica Franciſcana pateretur, ſimul etiam cogitans fore ut barum exemplo aliæ deinceps Religioſæ mulieres virgineſque idem à Fratribus Minoribus in poſterum expeterent, nequaquam ignarus quam periculoſa & ſuſpicionibus plena ſir ea conſuetudo, privati officij rationem poſthabere communi utilitati, ae totum boc genus adminiſtrarinnis à Congregatione Franciſcana prohibere omni ratione conſtituit. Perſtiit Franciſcus firmirer hoc in propoſito, ſanctæ Claræ ipſas filias ſubdens Ordini Ciſtercienſi: & ſeverè punivit Religioſum Franciſcanum, qui primus ſe regimini Monialium implicarat. Annis tameo intercedentibus Dei providentia Franeiſcaois hoc pium onus impoſuit.

Nec mious Franciſcus æſtimavit *Iacobam*, quæ voluotati ejus lubens obſecundavir, unum requirens, ut Tertiariis Sæcularibus annumeraretur. Humilis ejus ſtrenuitas aut potius viriliras adeò placuit Patri Seraphico, ut non Sororem *Iacobam*, ſed egregium & fortem Fratrem *Iacobum* deinceps vocaret, ſinens eam ad ſe & ad Fratres Mioores familiariter aecedere.

Vadingh. anno 1221. . 4 Marian. l. 10. c. 5.

CAPUT II.

Sanctus Franciſcus illuſtrem Dominum Mathæum de Rubeis, & B. Iacobam Tertiariorum induit habitu: denique moritur Iacoba.

ANNO 1222. Pater Seraphicus per Romam iter fecit in agrum Laborinum, ad pœnitentiam populum adhortaturus; habitavitque trans Tyberim parvulo in hoſpitio, quod ei paraverat dilecta filia *Iacoba*. Mathæus *de Rubeis*, ex celebri Urſinorum familia oriundus, ſtatim eum invitavit ut manducaret cum illo: re factâ ut perebarur, tempore prandij Franciſcus in condictum locum ſe contulit; cibi tamen ſumptio dilata fuit propter abſentiam invitantis. Diſtribuebatur interim juſculum pauperibus in area, quibus ſe jungens Franciſcus ignotus eodem uſus eſt ferculo. Dominus illius domus adveoiens vidit Ftaociſcum inter epulantes mendicos, eorumque convivium, menſæ jam pro viro Apoſtolico cupediis adornaræ, & conquiſitiſſimis epulis extructæ præferentem.

Quanta cum voluptate ambo veſcebantur opſonij ratâ parte cujuſque ex egenis accumbentibus, non poteſt exprimi, adeò paupertas io deliciis erat utrique: ſed ſpleodidior longè & delicatior eſca ſpiritualis eolloquij poſt refectionem corporalem. Mathæo diverſis virtutum documentis à Franeiſco exculto, juxta propoſitas quæſtiones, Franciſcus Mathæo declaravit Tertij Ordinis inſtitutionem, illumque ardenter poſtulantem confeſtim Terriariorum habitu induir.

Seraphici Patris benedictio plurimum profuit hoſpitis hujuſce ſpectatiſſimi puero lactenti, quo quidem oblato Franciſcus Mathæum ſic allocutus eſt. Quanto honore, "quantoque amore dignus eſt infans iſte, qui "aliquando in ſummum Pontificatum eve-"hetur, eritque nominatiſſimus inter maxi-"mos Pontifices. Demum puerulum benignè affarus rogabat eum, ut cum ſederet in throno Principis Apoſtolorum Ordini Franciſcano faveret. Mathæus hæc audicos valdè lætabatur, ſperabatque inclytum ſplendorem fore evenrurum familiæ ſuæ & Eccleſiæ univerſæ. Completa verò fuit ejus lætitia perſpectis tantæ prædictionis effectibus, dum poſteà filius ejus ſupremus Pontifex ereatus eſt ſub titulo Nicolai III., ſuumque dedit ſtudium promovendæ Minorum familiæ.

Per totam urbem Romanam diſſeminato ſermone de receptione Mathæi ad habitum Tertij Ordinis, cujus regulas ſtrictè obſervabat, plures ſplendido luco viri & feminæ

nomen huic dare voluerunt, B. præſertim *Iacoba*, quæ ægrè ferebat ſe primam ſectatricem hujus vivendi rationis non fuiſſe, cum à longo tempore proximè accederet ad Franciſcum, ejuſque diſcipulos. Quanto ardore Patrem Seraphicum ſupplicaverit ut Tertiariorum Congregationi adſcriberetur conjicere fas eſt, qui eam extemplò admiſit, è vili amictu coloris cinerei cooperuit, funiculo cinxit, ac denique rudi pallio circumvolvit.

Notandum *Iacobam* in publicum primam prodiiſſe illo cum ſimplici & auſtero Pœnitentiæ apparatu, cujus exemplum cæteri Tertiarii ſequuti ſunt in Italia, ubi ritus hic habetur conſuetudinis loco. Vitabat humilis *Iacoba*, quantum poterat, oculos hominum, Patri cœleſti, *qui videt in abſcondito*, Math. 6. placere cupiens. Gratiſſimum interim ſpectaculum ejus virtus præbuit, ſub vili tegmine, quod magno hominum riſu, cavillabantur inſani jaculatores. Miras itaque ibi pugnas edidit, nobileſque de ſe tulit victorias. Coercebat râtin contumaciam naturæ: non ſefellit ſive dæmonis ſive naturæ dolus humilitatem & ſolertiam *Iacobæ*: igitur poſteaquam refrigeſcere ſenſit contemptus amorem, ſibimet infenſa, ſuamque animi mollitiem increpitans, meritas de ſe expetere pœnas, atque illud delicati animi faſtidium penitùs exuere ſtatuit, inconcuſſâ perſeverentiâ.

CAPUT III.

Aſſiſium proficiſcitur ut morienti Franciſco adſit, ipſaque moritur.

ANTEQUAM Pater Seraphicus Româ exiret, proſeminandi Evangelii cauſâ, in Provinciis Laboriarum, Apuliæ & Calabriæ dedit filiæ dilectæ *Iacobæ* agnum, quem tantopere amabat. Iterùm adhortatus eſt docile iſtud animal, ut quietus remaneret domi, dum oraret *Iacoba*, nec meditationum ejus ullomodo perturbaret tranquillitatem; comitaretur illam in Eccleſia pari eum quiete, denique, ut ſe hùc citò transferret, ſi oblivisceretur: dùm ſacra oſtendebatur, à Sacerdote Hoſtia genua flectebat, ac balantum edebat oppidò dulcem, in adorationis teſtimonium.

Quando *Iacoba* non ſurgebat è lecto horis conſuetis, quod ſat fortè ſomni non cœpiſſet, vel majorem noctis partem transegiſſet in contemplatione, illam corniculis excitabat, & vellicabat donec in Templum perveniſſet. Conſtat omne animal, ſimulatque ortum eſt, applicari ad ſe diligendum: creditur etiam facile propenſionum habere na-
A turalem ad Auctorem naturæ, quantum poteſt, colendum. Quæ narrantur de noſtro agno, fateor, ſuprà naturam fieri, virtute divinâ collata Franciſco, nec tamen eſt incredibile Franciſci curâ & attentione nativam & docilem agni imaginarionem hiſce ſpeciebus intus affectam, externos motus expreſſiſſe.

Seraphicus Pater afflatu divino perſuaſus de mortis ſuæ proximitate, & de æternæ gloriæ celſitudine, chariſſimam filiam voluit per literas ſuæ lætitiæ participem facere, verbis urens adeò fervidis & efficacibus, ut quas ipſa epiſtolam legens, effunderet lachrymas illum præſentem videndi ante obitum ſpes, derepentè comprimeret.

B Anno 1226 exeunte menſe Septembri reſponſum de cœlo habuit indubitatum, quod dies ſuæ mortis inſtaret, nempè quartus Octobris: nuncium itaque tunc parari juſſit Romam profecturum: cum autem captus eſſet oculis, ſcribenti ſocio dictavit literas ad *Iacobam* perferendas quibus eam in ſuſcepto virtutis tramite confirmar, doloriqne futuro medicinam incipit adhibere. Videtur hæc Epiſtola inter opuſcula ſancti Franciſci, eſtque decima octavâ & ultima, cujus ſubjungo ſequens fragmentum. *Dominæ Iacobæ, Servæ Altiſſimi, Fr. Franciſcus pauperculus Ieſu Chriſti, ſalutem & ſocietatem Spiritus Sancti, in Domino Ieſu Chriſto. Sciat, chariſſima, quod*
C *mihi Chriſtus benedictus per ſuam gratiam vitæ meæ terminum futurum in proximo revelavit. Quapropter, ſi vis me invenire vivum; viſis his litteris, ad Sanctam Mariam de Angelis venire feſtina. Nam ſi poſt diem ſabbathi veneris, me vivum invenire non poteris; & porta tecum pannum & cilicium, in quo corpus meum involvas, & ceram pro ſepultura. Rogo etiam quod portes de illis comeſtionibus, quas mihi conſuev iſti dare, quando infirmabar Romæ.*

Ea eſt ſingulari præſtantia & laude virtus, ut quidquid boni eſt in homine, multis partibus perficiat, quidquid mali ac vitioſi ad rectum, fructuoſumque uſum adducat.
D Ex eo tempore quo *Franciſcus* & *Iacoba* ſimul conſueverunt, eorum conſuetudo tam ſancta & cœleſtis erat ut nil terrenum vel leviſſimè redoleret: unde mirum utriuſque ſanctitatis incrementum; unde etiam mutuæ accretio amicitiæ, quæ progreſſum virtutis ſequebatur. Non perinde cæteros omnes atque dilectam filiam accipere ſolebat Pater Seraphicus: ejus in ipſam omnia ſummæ neceſſitudinis, ſecundum Deum, officia conſtabant.

Epiſtola quæ ſupremum voluntatis teſtimonium perhibet, caſtiſſimi amoris notis eſt etiam inſignita: verum imperfecta reman ſit, neque miſſa eſt: dum enim ſcriberet cœlitùs

novit

novit *Franciſcus Iacobam* jam Roma egreſſam deferre ſecum, quæ ipſe efflagitaret. aliquanto poſt cum duobus filiis Senatoribus, magnoque comitatu advenit, narravitque Angelum Domini ſibi oranti indicaſſe quæcunque Franciſcus poſtularet. Solam *Iacobam* intra Monaſterii ſepta admiſit, quam Fratres, morientis permiſſu, ad lectum in quo jacebat, perduxerunt: ſtatim ad pedes ſacris Stigmatibus conſignatos accedens, illoſque rigans lachrymis, præ intimo pietatis ſenſu, incredibili fruitur ſolatio.

Juſſit eam Seraphicus Pater immodici laboris defatigatione debilitatam, longoque itinere ingraveſcentem, tantillum quieſcere: *Iacoba* hoc juſſu magis exarſit ad ejus obſequium, voluitque eveſtigiò Romam domeſticos facere miſſos, ut libærius Franciſco inſerviret, qui ab iſto conſilio illam averrit aſſerens quatuor tantum vitæ dies ſibi ſupereſſe, & ſabbatho proximo ſe fore moriturum. Rei veritatem probavit eventus; omneſque Religioſi defuncti funus ſolenniter celebrarunt, illumque mandaverunt terræ recenti tunica coopertum, à *Iacoba* advecta, quæ totius funebris pompę magnificos ſumptus omninò ſuggeſſit.

A Magnum apud omnes ſui deſiderium reliquit Franciſcus moriens, præſertim apud chariſſimam filiam, quæ rerum caducarum inanes illecebras faſtidiens, extremam Romæ nunciavit ſalutem, & Aſſiſii collocavit ſibi & duobus liberis habitationem, prope ſepulchrum Patris Seraphici, ubi tredecim annos mœrens & ſolitaria vixit: ſuaviſſimum cujuſlibet virtutis odorem, per totam late regionem ſpargens. E vivis tandem exceſſit anno 1239. & ſepulta eſt in Eccleſia ſancti Franciſci, quam tenent Minores Conventuales, quo tranſlatum fuit corpus eorum Inſtitutoris. Beatæ *Iacobæ* Tumulus oſtenditur in ipſo hujuſce Templi muro penes ſuggeſtum,
B quam fideles, ad noſtram uſque ætatem, pio & religioſo cultu honorant. Licet brevis ſit morum ejus deſcriptio, ampla tamen laus ei debetur, cùm ob vitæ ſanctitatem, tùm ob Franciſci neceſſitudinem, cui potiſſimum erat in animo, ut *Iacobam* omni virtute exornaret, & Chriſto traderet nuptui intactam.

Vvadinghus anno 1229. opuſcul. S. Franciſci. Bartholomæus Piſanus c 2. conformit. fruct 6. part. 2. verſ. fin. & c 9 fruct 4. part 2. circa medium Marcus Ulyſſip., 1. part. Chronic. L. 2. c. 67.

VITA
B. VIRIDIANÆ
VIRGINIS.

CAPUT PRIMUM.

Ejus Pietas ab Infantia, Charitaſque à Iuventute.

FRANCISCUS à Deo miſſus ad mundi converſionem, non ſolus clatuit ſuo ævo cujus ornamentum fuit ſingulare; ſed plures alii virtute nobiles illud decorarunt. Eodem ferme tempore naſcitur B. Viridiana in oppidulo Florentino tribus aut quatuor leucis diſtanti Florentia: jam ab incunabulis modeſtiæ laude præſtans & gravitatis, altique ſilentii obſervantiſſima ſpectabatur pretioſum ut cœli donum, ad ſanctitatem terræ conferendam. Colloquens interius & ſine intermiſſione cum Deo, nugas, quæ tantopere pueris arrident, ſtudioſe vitabat, ut ſoli Deo vocaret tota die per meditationem: vilibus veſtimentis utebatur inter coætaneas illuſtris ſuæ ſortis quæ pompam ſæculi affectabant: à matre juſſa veſtiri ex
D
C feito cultu, è comptiori formula; tota Chriſti ſum, inquit, rem ei conſecratam violare " nefas eſt: nihil in me unquam mundus ſibi " gratum reperiet. "

Quantum ſciebat ſe aliis patis ætatis & conditionis diſplicere, tantum gaudebat, eo magis, quo plus ab iiſdem contumeliis appetebatur: innocuæ *Viridianæ* inſolenter attribuebant, defectus in quos incidebant ipſæ, quorum pœnam patienter ferebat. Annos nata duodecim cilicium induit nec depoſuit unquam, pro cingulo ſemper utens circulo ferreo; & quotidie pane & aqua pro omni cibo, quà ad corpus vexandum, quà ad pauperibus erogandum ſecretò, quod ſibi de victu quotidiano ſubtrahebat.

Avunculo valde opulento efflagitante ra-

tionem adminiſtrandæ rei ſuæ domeſticæ A
tradere *Viridianæ*, id oneris initio manifeſte averſata eſt; obtemperavit tamen mentis ſuæ rectori, ſeque recte geſſit hac in adminiſtratione vitam contemplativam nocte agens cum Magdalena, activam vero die cum Martha: erat in componendis rebus mira ejus accuratio: in id omni cogitatione curaque incumbebat, ut domeſticis & egenis plene ſatisfaceret: ab ea utrique læti & æquo diſcedebant animo; domeſticis quidem juſtitia debitam perſolvebat pecuniam; mendicis vero, ægris, & afflictis quæcunque neceſſaria & commoda, charitate & miſericordia, ſuppeditabat: id in quo ſibi temperabat in ſumptu, fraudans ſe
victu ſuo, ex morbo convaleſcenti cuidam, & B
vires recreanti tradebatur; quodque aliunde habebat, in nudis locabatur veſtiendis.

In Provincia Florentina hiſce temporibus fame laboratum eſt, qua plurimi perierunt, tantum patriæ exitium deflente Viridiana præ intima commiſeratione: deplorabat præſertim extremam cordis duritiem avunculi ſui, qui mendicantium miſerias nolebat ullo pacto levare: *Viridiana* ſe utique miſeram arbitrabatur, quod nulla ſibi ratio ſuppeteret eos ſolandi hoc in rerum concurſu: invenit deinde auſpicatò ingentem arcam in horreo fabis refertam quas pauperibus omnino diſtribuit: Avunculus verò magnam pecuniæ vim, ex fabis venditis in extrema populi
neceſſitate volens conficere, ab ea petiit quid C
„de illis ſit factum: in manu Dei ſunt, ait, „pauperum ſcilicet, quos Deus tibi offerebat eleemoſynam recepturos, ne deficerent „omninò ad Januam domus tuæ.

Avunculus uſque eò excanduit iracundia, ut probris omnibus eam onerans, deque furti crimine inſimulans, quod abripuerit ipſa, expoſtularet: per totam itaque noctem ſupplex Deum rogavit, ut duriſſimo diviti reſtitueretur non quod ei fuerat ablatum, ſed quod charitas pro Deo famelicis fuerat elargita: cœlitùs didicit & certò arcam perinde eſſe plenam fabis atque prius; deinde avunculum ſine mora fortiter alloquitur, omni aſſeveratione confirmans ſe ipſam, conſcientia
inſtigante obligatam ſenſiſſe, ad opem feren- D
dam Chriſti expreſſis imaginibus. Quod ege„nis, inquit, diſtribui extremâ ineditâ labo„rantibus, ipſi Chriſto oblatum eſt pro tua „ſalute; imò non ad te, ſed ad illum perti„nebat: iniquos videns tui cordis motus, „Pater noſter, qui eſt in cœlis, fabas tibi „reddidit, licet indebitas; omnes in te ter„rores, periculaque impendent omnia: gu„ſtum aquæ deſiderabis aliquando, quæ tibi „non concedetur. Sic monitus avunculus, & valdè manè ſurgens è lecto ad arcam currit, & verba quæ audierat, ad effectum perpexit adducta; denique fabas per *Viridianam* juſſit inter manus pauperum cito revolvi, ipſamque deinceps ad ſuum arbitrium ſe erga eos poſſe gerere declaravit.

Ex hac re magnam dignitatem collegit *Viridiana*, & amplum emolumentum comparavit avunculo, cui ſicut nihil potius erat anteà, quam ut divitias accumularet, ita, ab illo tam miro eventu, admiſſæ culpæ tactus pœnitudine expiationem exſolvit, *Viridianæ* conſilia ſalutaria ſequens, quibus adhæſit firmiter uſque ad extremum diem.

CAPUT II.

Recipit Habitum Tertii Ordinis à ſancto Franciſco, pluribus completis piis Peregrinationibus.

IN omnibus negotiis, prius quam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens: ſi enim ſubitam & fortuitam Orationem commentatio & cogitatio facilè vincit; hanc ipſam profecto, aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit. Vita B. *Viridianæ* tam recta fuit à teneris unguiculis, ut jam indè à prima pueritiâ ſanctitatis rudimentum poſuerit, & miraculis comprobarit ſanctitatem; quibus obtinuit ab avunculo, ut palam & manifeſtè pauperibus eleemoſynas erogaret.

Viſitabat publicas egenorum & ægrotantium domos nocte & die: miſerorum lectos & grabatos circumibat, mœſtos blande conſolans, perditos cœleſtis vitæ ſpe recreans, confirmans moribundos, omneſque ad patientiam, ad honeſtatem, pietatemque acriter impellens, ut, quorum morbi inſanabiles erant, eorum mores, quacunque poſſet ratione, ſanaret. Ad hoc facilius juvari poſſe animos rata, ſi inſerviret corporibus, ipſamet valetudinarium everrere, lectos ſternere, purgare ſordes, abjectiſſima quæque miniſteria, Chriſtianæ humilitatis rudimenta, exſequi, mortuos denique ipſos de more ablutos rite ſepelire: Inter hæc munera inſignis quidam fervor ex ejus vultu atque oculis eminebat; Chriſtum ab illa in affectis hominibus latentem cerni oculis quodam modo, eique ipſi date operam crederes.

Gerebantur hæc in luce celeberrimi valetudinarii, in oculis clariſſimæ civitatis, tam inſolitâ alacritate, atque lætitiâ, ut multis ad novæ rei famam concurrentibus, ſpectaculo *Viridiana* eſſet non Deo ſolum & Angelis, ſed etiam hominibus: unum atque idem ſentiebat avunculus, qui tum ipſe illius ſanctitatem prædicabat: unus quiſque *Viridianæ* judicium exquirebat, ejuſque ſe commendabat precibus, ut à Deo impetraret quæ neceſſaria eſſent. Ad occurſum illius

„pueri elamabant, en famula Dei, quæ mi- A „raeula operatur: futiles bos honores ad pedes Crucis aſpernata, & cœleſti expoſtu latâ luee, deerevit conſuetam veſtem, veſte mendicanris feminæ commutans, ſocietatemque iniens cum aliquot piis, eximiiſque mulieribus, peregrinationes obire in Gallœciam, colendi Jacobi Apuſtoli gratiâ, ad Chriſti exemplum, qui ſublatus eſt à conſpectu circumſtantiam turbarum, dum eum vellent rapere, ut regem facerent.

Rumore pererebeſeente, quod *Viridiana* ſe receperat in ſolitudinem, plauſus hominum vanos abborrens, inter itineris longi defatigationes, nihil de ſeveritate vitæ remiſit: fruſtulo panis quotidie veſcebatur, & aquâ B modicâ ad veſperam: humi cubabat in villulâ, vel in aprico dumi, & plano campo: novis favoribus cumulata eſt propè ſepulebrum ſancti Jacobi, cœlituſque monita ut viſitaret ſepulchra Apoſtolorum Petri & Pauli, undè rediit in priſtinum domicilium ſolitudinem obſervatura. Avunculus cæterique parentes tanti eam expendebant, ut liberaliter ad ejus ſolarium & habitationem, eellulam extrui juſſerint penès Eccleſiam ſancti Antonii, quem in exemplar ſibi propoſuerat imitandum.

Velo virgineo à Superiore aecepto, omnis deinceps humani conſortii exſors, vitam traduxit, omnem cellulæ aditum muro intercludans unicâ feneſtellâ exceptâ à parte Ee- C cleſiæ, nt miſſam audiret auguſtiſſimumque Sacramentum adoraret, ab altera quoque ut panem & aquam ad victum reciperet. Abanno 1208. quo ingreſſa eſt boc deſertum, uſque ad annum 1241. quo interiit, ſanctiſſimè vixit, ab omnibus ſe creaturis perfecte ſegregans: inedia corpus, aliiſque afflictationibus atterebat, ut Deo ſtrictius animum conjungeret: dùm exitus aquarum deducebant oculi eorporei, applicabantur ſpirituales attente eontemplandis Dei ſplendoribus; raro aperiebatur feneſtella volentibus colloqui: adventus & Quadrageſimæ tempore, feſtiſque diebus linguæ omnino parcebat. D

Patre Seraphico, ut moris erat, per diverſas regiones rranſeunte ad inſtituendos Conventus, & Evangelium prædicandum, eodem fine venit in locum, ubi manebat *Viridianâ*, quæ ab eo viſitari expetiit. Ante mutui & angelici colloquii exitum inixè rogavit Minorum Patriarcham, ut illam in Tertium ſuum Ordinem allegeret: factum eſt & efflagiraraat, & in poſterum ſe humillimam pauperis Franciſci filiam eſſe gloriabatur.

CAPUT III.

Dæmones crudeliter eam inſectantur ſub ſpecie ſerpentis.

PLurimum *Viridiana* profuit cultus pecnliaris, quem ſancto Antonio exhibuit, ab eo tempore, quo ſolitariè vixit; eum enim illum ſibi ad imirandum propoſuiſſet, non ſolùm in oppugnatione dæmonum propulſandâ fortiter perduravit, ſed etiam eos fudit ae diſſipavit. Sieut Deo permittente, bumani generis boſtes ſub figurâ erocodilorum, aliorumque animalium virulentorum dire in deſerto vexabant Antonium, ita permiſit *Viridianam* ab iis borribiliter torqueri, in medio Cellulæ ſub forma terri & fœdi ſerpentis, qui illam fodiebat acribus ſtimulis, & morſu ferociter convulnerabat, caudâque atrocites eontundebat, ferme uſque ad interitùm.

Eſt in dæmonis artibus, quas ad bonorum perniciem aſſidue meditatur, illa vel peſſima, ut quos ita videt ſtudio virtutis ac Religionis addictos, ut Inde terreſtrium vel honorum ſpe, vel eommodorum, & voluptatum illecebris avelli non poſſint; bos per ſpeciem ipſiuſmet honeſti, quod adamarunt, ad immoderatam inediam, & earnis maeerationem acrioribus incitamentis impellat, eoſdemque præteriti temporis piacula reputantes, ac cœleſtis iræ ſervili metu pereulſos, in ſingula momenta miſero quodam angore ſolicitet.

Id autem eo conſilio, ut vel planè defecti viribus, per cauſam recuperandæ valetudinis, paulatim ad ſocordiam atque ad ignaviam delabantur, vel aſſiduâ ſcrupulorum agitati moleſtiâ, dum ſe ipſi calumniari non deſinunt, ſi minus inertiâ, certè defatigatione âc laſſitudine ab incœpro deſiſtant, cujus utriuſque eladis utinam ne tam multa nobis quotidie exempla ſuppeterent.

Hæc autem eadem fraus *Viridianam* minimè in diſcrimen adduxit: obtinuit enim ex quo ſeſe ad Chriſtum adjunxit in ſummâ vitæ auſteritate perpetuam animi tranquilitatem atque lætitiam, quam, ne ex quotidianâ copiâ vilem duceret, nec ſuis meritis per inſolentiam adſcriberet, cœpit illi pater cœleſtis pacem non internam ſed externam repentè ſubſtrabere dæmonum incurſibus; ſic ut interdum, cum maximè gaudens exultaret in Domino, tunc ſubitò nullâ præcedente ſignificatione, prorſus exui, nudarique ſe foris omni gaudio & jucunditate ſentiret inferni machinationibus ſub ſpecie eolubri: nec tamen in precibus, neque in Pſalmis, neque in cæteris, quibus aſſueverat, pietatis officiis

Digitized by Google

ullam experta eſt perturbationem; imò mente quietâ Deum conſiderans ita diſpoſuiſſe ut probaretur novo modo, ferventius Deum adorabat, ſe felicem æſtimans pro Chriſto novâ mala pati.

Aliquando vita eſt in tabulato cubiculi ſtrata, ferè animam efflare præ violento ſerpentis impetu; nec tamen crudelitas & violentia virtutem ejus debilitabant; ſed dæmones ad duellum provocabat, corpus ſuum illis offerens, ut durius exerceretur, oranſque Deum ut iis liceret eam amplius torquere; præferebat enim inferni malevolentiam, hominum fallacibus blanditiis.

Infernus attonitus *Viridianæ* conſtantiâ, illam formidabat: audiebantur undique dæmonum clamores & ululatus, quibus victoriam ejus & triumphum apertè proclamabant: ſola ejus nominis prolatione à poſſeſſis corporibus ſtatim exibant, & cogebantur exclamare: quandiu nos perſequeris, ô *Viridiana*? quando tu à nobis eripies, quod poſſidemus? Deo concedente gratiam patiendi *Viridianæ*, dæmones advexerunt in cellulam duos terrificos ſerpentes, proceritate & craſſitudine ultrà modum prodigioſos.

Ad Deum humiliter confugiens, ſerpentes eſſe veros agnovit, miſſos non ad perniciem, ſed ad probationem, foreque manſuros cum ea ut inſtrumentum martyrii, plagis & vulneribus, quæ continuò ipſi infligerent. Permultos legimus Dei famulos inſignes familiariter egiſſe cum leonibus & tigridibus abſque ullo damno, illas Deo immanes belluas, ex aggreſti barbaraque natura ad humanitatem informante, ut amicorum ſanctitatem manifeſtaret, quos ipſæ feroces beſtiæ honore afficerent; ſerpentes vero ferocitatem naturalem conſervaſſe affligendi cauſa *Viridianam*, ut clarum argumentum eſt potentiæ divinæ, ita ſublimis eſt ſpecimen virtutis manifeſtum animæ, quæ tam acerbè probatur.

Alebat eos eleemoſynis potioribus, quæ ipſi ſuppeditabantur; cum eſſent prehenſionis labilis & fluidæ, in ſcutellam Viridianæ ſe invehebant motu lubrico & ſine ſenſu brachia ejus ſuo amplexu circumplicabant, & linguam vibrantes uſque ad illius digitos turpiter tangebant, quæ ori ſuo apponebat. Cum primùm hoc factum eſt *Viridiana* rejicit illos cum horrore; tunc rabido furore concitati fere illam vita privarunt per ſummam crudelitatem. Quot & quanta miracula, quæſo, hic in una occaſione? vivere & habitare ſemper cum monſtris & draconibus, reliquiis eorum veneno infectis veſci, nec proptereà perimi, res miranda; vera tamen & certa ſuprà quam cuiquam credibile ſit, in teſtimonium ſanctitatis *Viridianæ*, cujus experi-

A mentum non eſt commune, ſicut præter conſuetudinem eſt æternum de illa conſilium.

Archiepiſcopus Florentinus eam officioſe inviſens, primo aſpectu duorum ſerpentum terrore percellitur, miratuſque *Viridianæ* conſtantiam monſtra hæc terrifica vult expellere. Maneant, maneant, obſecro te, Reverendiſſime Pater, inquit ſolitaria; miniſtri quidem ſunt, & comites pœnitentiæ meæ, à quibus ſeparari non poſſum; non ægre, nec moleſte ſed æquo animo, ea tolero, quæ mihi patientiâ latum præbent & intimum aditum ad Jeſu Crucifixi imitationem.

Cum aliquando Ruſticani vidiſſent in campis ſerpentes illorum, fruſtrà conati vitam
B adimere, præciderunt caudas. Redeuntibus nocte in cellulam *Viridiana* benigne feneſtellam aperuit, & à Deo impetravit caudarum reſtitutionem: verùm accepti beneficii immemores in eam funeſtius ſævierunt, nec aliud ſane ab iis obſequium expectabat, niſi ut atrocius vexata cito perveniret ad virtutis apicem.

CAPUT IV.

Miracula ejus, & obitus.

DOLOR in longinquitate lenis, in gravitate brevis eſſe ſolet: ut ejus magni-
C tudinem celeritas, diuturnitatem allevatio conſoletur. Viridianæ tamen tribulatio cum longa fuerit & gravis, nec lenita fuit, nec minuta, ſingulari Dei decreto, ut *æternum gloriæ pondus operaretur*. 2. Cor. 4. Admirabilitatem utique magnam habet vita hæc, cum ob contemptus amorem, tum ob honorem meritum, quem illi virtutes pepererunt, ſine miraculis; nec tamen deſunt, imò verò multa produntur miracula.

Puer aliquis, qui ab prolapſione crus & manum ſibi comminuerat, *Viridianæ* oblatus fuit à parentibus ut ſanaretur: pulſatâ feneſtellâ, vel laudis vitandæ causâ, vel quia ſopitis ſenſibus in divina tunc tota abripieba-
D tur, nil reſpondit. Puero tamen vix tangenti feneſtellam priſtinus valetudinis ſtatus reſtituitur: ſtupor deinde omnes rei admiratione defixit. Vas aqua plenum benedicens in vinum exquiſitum illam convertit, quod bibentes quicumque ægroti, è morbo convaleſcebant. Mulieri captæ oculis benedictione ſuâ viſum reddidit. Certabant invicem humilitas & charitas in *Viridianâ*; ut humilis, honores execrabatur; ideoque invitè, non libenter miracula patrabat; humilitas ejus ſæpe conabatur non extinguere charitatem, ſed abſcondere, ne laudaretur. Cum tamen æquè prædita eſſet humilitate ac charitate, illuſtrationes divini Spiritus & com-

monitiones perquam accuratè ſequebatur.

Ambo ſerpentes ab eâ tandem receſſerunt, quorum alter ab incolis interfectus fuit, alter evadens nuſquam rediit in cellulam *Viridianæ*, quæ doluit ſe privari tam fauſtâ patiendi occaſione, & Chriſtum imitandi: afflictum nihilominus à mœrore animum ejus erexit mortis præſagium, quo divinitus paucis poſt diebus monita, totius vitæ noxas confeſſione ſacrâ expiavit, tanto cum lachrymarum profluvio, tamque acerbâ compunctione, ut ſe flagitioſam & ſceleratam inter omnes exiſtimans, ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumere nunquam auſa fuiſſet, niſi abſoluto Confeſſarii juſſu.

Sicut in ſolitudine vitam exegerat, ita ſolitariè obiit ſine intermiſſione orans: fervore novo exardeſcebat in ſupremo vitæ agone; à terrenis ſecedens, cœleſtia contemplabatur; ſicque diem ultimum clauſit 1. Februarij 1241. Remanſit genibus flexis & manibus ſupra pectus cancellatis, vultum elevans in cœlum, propè feneſtram, cujus proſpectus erat verſus auguſtiſſimum Sacramentum. Ne mireris *Viridianam* ſine adjurore extremum certamen exhalantis animam ſuſtinuiſſe contra dæmones, quæ toties illos dum viveret, ſola vicit, præſidio non æget moriens, ut eos in fugam adigat: ad primum aſpectum *Viridianæ* hoſtes humani generis fugiunt, cujus radiis deturbantur. Quis eam ſub Dei tutela aggrediatur? cum Angelorum cœtu ſtipata ſit, inutiles ſunt homines & oneroſi.

Tintinnabulis reſonantibus per univerſam urbem, nemine concutiente causâque ignotâ, „ puer lactens adbuc, & trimeſtris: Sancta „ *Viridiana* mortua eſt, inquit, ſancta ſoli- „ taria in cœlum hodie migravit. Confluunt omnes ad cellam, diffractâque feneſtellâ, viderunt corpus ſacrum in poſitu quem deſcripſimus. Voluit populi multitudo murum fervido atque tumultuoſo impetu diruere: ſed ex conſilio ſapientum acceſſerunt Epiſcopus & Judices, quorum auctoritate & juſſu ſtationariis vigilibus collocatis, circa domum patefactus eſt aditus liber; dein quiſque venerabundus oſculatus eſt pedes *Viridianæ*, cujus tandem corpus ſolenniter delatum eſt in ſacræ ædis partem inferiorem ubi expoſitum remanſit diebus ſeptemdecim, ut Florentinorum, Piſanorum, Senenſium pietati ſatisfieret.

Permulta per idem tempus miracula edidit divina vis ad teſtificandam *Viridianæ* ſanctimoniam, cœleſtemque felicitatem: plures gravibus affecti morbis humi procumbentes coram defunctæ lipſanis, ſtatim convaleſce-

A bant. Mulier lepris laborans, pedibus ejus dato oſculo repente fuit ſanata. Dæmoniaci clamantes ſe à *Viridiana* comburi & dire torqueri, ipsâ confeſtim invocatâ, quieſcebant & lætabantur. Poteſtas ejus præſertim eucebat in Dæmonum expulſu, & vulnerum vetuſtate occaleſcentium, & penè conclamatorum curatione: quamdiu ſacrum corpus extra ſepulchrum jacuit, gratiſſimum odorem ſpirabat, animoſque ſpectantium recreabat cœleſti ſuavitate; nec ullo modo ſancti Spiritus templum contemplandi ſatietas replebatur. Denique tamen perquam ſplendido apparatu integitur ſepulchro, cum miraculorum gloria.

B Nobilis quidam Romanus, ex cujus crure Chirurgi peritiſſimi non poterant ſagittam extrahere, graviter affligebatur; vix dum pervenerat ad *Viridianæ* tumulum, pio ſtudio, eum ſtatim levamen plenum ſenſit, telo ſaliente tanto cum impetu, ut murum oppoſitum percuſſerit. Vir iſte inſignis accepti beneficij memor, magnificis muneribus ſacellum beatæ honeſtavit, ubi ejus effigiem expreſſam, quam proximè ad nativam ſpeciem erigi juſſit in habitu Tertij Ordinis, cum fune pro cingulo, ſicut nunc adhuc videtur.

Clemens VII. nomine, ſummus Pontifex, præcepit examen & inquiſitionem fieri vitæ & miraculorum, illaque omnia approbans

C diplomate Apoſtolico 20. Octobris anno 1538. permiſit *Viridianam*, ut Sanctorum numero adſcriptam, coli, ejuſque Officium recitari in Eccleſia. Servatur Bulla Pontificia eodem in loco, ubi ſepulta eſt, quem non amplius nominant *de ſancto Antonio*, ſed *de ſancta Viridiana*. Julius II. dies centum Indulgentiæ perpetuæ conceſſit omnibus religioſè viſitantibus ædem, in qua jacet. Marcus Uliſſiponenſis in Chronicis Fratrum Minorum, & Antonius à Sillis, de ea loquuntur. Si quis in dubium revocat familiarem cum ſerpentibus conſuetudinem, aliaque capita, legant Annales Wadinghi 1242 § 22. vitamque *Viridianæ* in epitomen coactam, quam Philip-

D pus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ complexus eſt.

Non ſolùm inſpicias pœnas *Viridianæ*, ſed multo magis ſcopum egregium, quem ſibi proponebat. An cenſes eam tantos labores diurnos nocturnoſque ſuſcepturam fuiſſe, ſi iiſdem finibus gloriam ſuam, quibus vitam eſſet terminatura? Ob oculos mentis ſemper habebat æternam beatitudinem, Chriſti exemplum, adorandum Dei beneplacitum: gerere ſic nos debemus inter adverſa.

B. JACOBUS DE CASTROPLEBE MARTYR.

BEATUS *Jacobus Landerus* nominatur ab Hiſtoricis *de Caſtroplebe*, natali ejus ſolo in quo ortus & procreatus eſt, ſito in Tuſcia: pater illius vocabatur *Lucas Antonius de villa*; mater, *Meſtiola*, quæ de illo gravida jucundiſſimè ſomniavit ſe filium pariturum humeris ferentem Eccleſiam, & generoſè dimicantem pro ejus deffenſione. Veſpere præcedenti noctem quâ fœtum emiſit, viſum divinitus ei objicitur lilium rubri coloris. Generoſitas *Jacobi* in propugnandis juribus Eccleſiaſticis per totam vitam, uſque ad ſanguinis effuſionem, quo lilia virginalis ejus pudicitiæ tincta ſunt; generoſitas, inquam, iſta demonſtrabatur bis viſionibus, juxta propheriam ſancti cujuſdam Anachoretæ qui eam Meſtiolæ declaravit.

A primo ætatis exordio *Jacobus* in Eccleſiis frequens erat, aderatque libenter & miniſtrabat Miſſæ, precique precationi operam aſſiduè dabat. Hæc parentum illius cura fuit una de maximis, ut toto pectore in ſtudium literarum incumberet: annos natus duodecim, jam longe plurimum ingenio valebat: progreſſus in utriuſque Juris intelligentia non mediocres effecit, animum interim ſemper appellens ad exercitia virtutis, conſervanſque illibatum virginitatis florem inter ſociorum pernicioſa exempla.

Audiens hæc Evangelij verba: *Qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe Diſcipulus*, mundo nuncium remittere & ſibi ipſi decrevit. Studiorum curriculo peracto impetratam patrimonij partem diſtribuit pauperibus, ac Tertij Ordinis Franciſcani habitum recepit, quem cum cucullo propalam gerebat. Sacerdotio initiatus, noſocomium deſtructum urbis de *Caſtroplebe* curavit reparari, ibique egenis & ægrotis vigilanter inſerviebat, oſtiatim quærens quicquid ad eorum infirmitates depellendas, vitamque tuendam erat neceſſarium. Modicum panis & aquæ pro victu ſuo reſervans omnibus modis ſibi bellum indicebat. Legum civilium & ſacrarum peritiam, quâ approbè præditus erat, orphanorum & viduarum protectioni applicabat. Cingulum, quo Pater Seraphicus utebatur, fauſtè adeptus eſt *Jacobus Landerus*, qui omnium miraculorum, quorum ipſe erat auctor, gloriam addicebat huic cingulo, ut vanam gloriam prorſus abdicaret.

Gravis illi fuit conflictus cum Epiſcopo Cluſienſi, qui majorem redituum annuorum noſocomij ſuam in ditionem revocaverat: contemptâ à Præſule humili ſupplicatione *Landeri*, Illuſtriſſimus tandem ipſe Epiſcopus Cluſij, Peruſiæ, ac demum in Curia Romana causâ cecidit, qui conceptum animo furorem pro tempore continens, invitavit B. *Jacobum* ad prandium, præcepitque ſicariis illum interimere, dum in ſuum domicilium rediret: pro truculentis percuſſoribus Deum enixè moriens precabatur, qui ut crimen tegerent, ſacrum corpus in foveam longè à via communi & publica projecerunt, ad radices piri agreſtis quam pluribus ramaliis & vepretis occluſerunt.

Poſt aliquot dies nondum redeunte Martyre in valetudinarium, vehementi quiſque ſolicitudine afficiebatur, de ejus abſentia, cujus cauſa vulgata eſt à Paſtoribus: videntes enim hanc pirum viridi fronde veſtitam floribuſque refertam menſe Januario, quo *Jacobus* martyrio coronatus eſt, citò accurrerunt: perſpicientes dumeta & ſenticeta, quibus ſacrum corpus operiebatur, quaſi ſerta & corollas produxiſſe, admirati ſunt hoc ſupra omnem naturæ vim perpetratum opus, cujus cauſam plane cognoverunt voce canora & reſonanti, quæ ſic effata eſt. "Accedite fidenter, chariſſimi, ego ſum Presbyter *Jacobus*, qui vitam amiſi pro Eccleſiæ deffenſione: educite me hinc."

Obtemperantes his verbis ruſticani, caput invenerunt trifidum, quo extricato, cives Caſtroplebenſes de tam miro eventu monuerunt, qui innumeris adjunctis vicinis citiùs convolarunt ad illius contemplationem. Dum rerum cognitarum acta perſcribebant Judices, ingens oritur lis inter plures civitates, quæ de ſacratis reliquiis poſſidendis contendebant. Peruſia Martyrem fuiſſe occiſum intra limites ſuæ juriſdictionis, ſuoque in territorio affirmabat. Cluſium aſſerebat *B. Jacobum*, eo quod erat Epiſcopo Cluſiano ſubditus, ſepeliendum eſſe in Epiſcopalis Sedis Cluſianæ templo. Caſtroplebenſes minimè patiebantur incolam nativum & oppidanum ſibi abripi. Juris peritiſſimus, cujus hac de re habita fuit deliberatio, reſpondit, ſolum conſulendum eſſe divinum oraculum: duos ſcilicet ferociter exilientes tauros carrucæ jungendos, in qua reponatur pretioſus theſaurus; tunc Dei voluntatem fore indicandam.

Bijuges iſti præcipites abierunt versùs Hoſpitium publicum Caſtroplebenſe, ubi ſteterunt firmiter, ſacrumque corpus terræ mandatum fuit cum ſolenni pompa: ad ejus perpetuam memoriam antiquæ Eccleſiæ damna reſarcita ſunt, plurimaque miracula ſepulchrum ejus reddiderunt glorioſum.

Septuaginta-quatuor annis poſteâ venera-

bile corpus inventum eſt illæſum & ab omni putredine immune, cum integro habitu Tertij Ordinis, vulneribuſque cruentis adhuc & ſubrubeſcentibus. Jam tunc præ ſumma pietate illud fideles thecâ ligneâ, contectâque affabrè, & ferreis circumcinctâ circulis incluſerunt, & populorum aſpectui venerationique expoſuerunt.

Sereniſſimus Princeps Franciſcus *Balleonius* poſſidere cupiens Peruſiæ hoc adeò magnificum depoſitum, clam per vim extulit, Deo nihilominus aliter diſponente, qui illud expectabant, poſtquam in itinere conficiendo pernoctaverint, inopinatò ad muros noſocomij Cluſiani ſteterunt, dum ſe ad portas Peruſiæ perveniſſe arbitratentur; viderunt præterea cum admiratione ſacrum corpus in priſtino tumulo, eodem jacens modo quo prius; nec amplius conſilium fuit unquam illud tranſvehendi. Ejus mortis dies notatur in faſtis 15. Januarij anno 1304. Benedicto X. vel XI. Sedem Apoſtolicam tenente.

Pater Arturus Recollectus ſic cenſet, putatque cognominari *Landerum* aut *Nandam*, nec differre à beato *Iacobo Olda* ſive *de Lauda*, cujus mentionem facit 20. Aprilis. Non patet igitur quâ ratione illos ſeparat in ſuo Martyrologio, ſi reverà unus & idem ſit. Quamvis abſque ulla diſtinctione unus ſolus ſpectetur *Landerus*, eam tamen tenuit vitæ rationem, quam omnes magnoperè approbent, ſummiſque laudibus excipiant: at verò tot argumentis manifeſtatur differentia ut ignorari nequeat. Legere ſufficit quæ narrantur ab Auctoribus, ad tollendum omne dubium. Pater ipſe Arturus, qui videtur huic veritati contradicere, hac de re abſtinere non potuit, affirmando tandem quod prius negaverat, cum de ambobus loquitur duobus diverſis diebus, duobus etiam anni menſibus, uſque adeò eſt indubitata propoſitio.

B. JACOBUS DE OLDA.

LICET venerabilis *Iacobus de Olda* floruerit centum annis ad minimùm poſt *B Iacobum Landerum* proximè tamen geſta *Landeri* deſcribo acta *de Olda*, ut lector melius concipiat quodnam inter ambos extet diſcrimen.

Pater *Iacobi de Olda* vel *de Landa*, vocabatur *Marchiſino*; mater, *Floridimina*; felices ſane, quod præclarum adeò partum ediderint. Cum ex Ephœbis vix dum exceſſiſſet, jam omnia naturæ ingeniique inſtrumenta ad laudis jactationem convertebat, defluebatque luxu & inertiâ: conjugem denique ſibi ſumpſit, tribuſque liberis procreatis, mundum aſpernatus eſt, ac Tertio Ordini Franciſcano dedit nomen, ſecùm alliciens matrem & uxorem: ſacerdotio initiatus vehementiori amore flagravit erga Deum & proximum: aſpero ſemper cilicio induebatur, cibò & vino prorſus abſtinebat, verùm etiam myrrhâ vel abſynthio aquam permiſcebat. Præter jejunia quæ præſcribuntur ab Eccleſia, plura alia obſervabat tam rigidè, ut aliquando totos octo dies jejunus exigeret; terra nuda lectus illi erat; liber, pulvinus, amictus vilis, abjectus galerus.

Annuncians vicatim Evangelium, & prædicans pœnitentiam, plurimos à turpi vita ad emendationem abducebat: donò præditus erat Prophetiæ. Opem ferens ægrotantibus in noſocomiis monuit ſocium, nomine *Franciſchinum*, Tertij Ordinis fervidum ſectatorem, ſe & illum brevi morituros. *Franciſchinus* præclarè ſecum agi putans, quod citò Deo fruiturus eſſet, obiit ſanctiſſimè quadriennio langoris expleto, ſepultuſque eſt in clauſtro Fratrum Minorum. *Iacobus* levi & exiguo morbo correptus diem clauſit ultimum anno 1404. magno cum pietatis ſenſu, hæc verba hilariter pronuncians: *Dirupiſti, Domine, vincula mea, &c.* Pſ. 15. Terræ mandatus fuit in Eccleſia ſancti Juliani Martyris, quam ipſe fundaverat & ædificaverat in ſuis ædibus. Corpus ejus ante exequias quaſi in triumpho per vicos & plateas tulerunt fideles veſtitum Tertij Ordinis Tunicâ, manſitque per aliquod tempus in comitiali Prætorio. Omnes gaudio ad ſtuporem complebantur, mirantes ejus pulchritudinem, & cœleſtem odorem, quem latè exhalabat.

Plura jam tunc miracula patravit. Mulier nomine *Antonia* gravi ſtomachi dolore à duodecim annis laborans, vix dum oſculata erat beati *Iacobi de Olda* manum, cum è veſtigio ſanitatem recepit. Poſt humationem, à biennio vir quidam ægrotans, audito facto, quod ejus rogatu celebratum fuit ſupra B. *Iacobi* tumulum, ſtatim ſanatus eſt. Sebaſtianus urbis *de Landa* civis & incola, votum Deo fecit & promiſit in extremâ vitæ lucta, cum nulla ſalutis ſpes eſſet; promiſit, inquam, ſe letalem culpam nunquam commiſſurum, ac ſancti viri viſitaturum tumulum, qui illi ſe videndum præbuit, integramque pollicitus eſt valetudinem, modò voti fidem liberaret. Eodem momento ceſſavit febris: triduo poſtquam hæc geſta ſunt, ſalvus profectus eſt in Eccleſiam ſancti Juliani, ubi, auditâ Miſſâ, votum declaravit, mirabilemque ſanitatis recuperationem.

A Maria Alexia nobilis ejuſdem civitatis fœmina, à pluribus annis celebri viro nupta, partus expers erat, & omnino infœcunda, meritis tamen B. *Iacobi* puerum ex marito peperit. Danielem juvenem Joannæ Padernæ filium morbo inveterato affectum Sanctus noſter Tertiarius ſuâ viſione multum recreavit,
„ ſicque allocutus eſt. Matrem commone de
„ voto mihi pro tua ſalute nuncupando, &
„ apponenda meo ſepulchro imagine cereâ.
His omnibus perſolutis, ægrotus convaluit, gratiaſque venerabundus egit benefactori ſuo in ejus Eccleſia. Septennio poſt obitum *Iacobi* cadaver ejus effoſſum prorſus integrum reperitur, cum odore quidem jucundo ſuavique. Sumptuoſum & magnificum mo- B numentum ad illius honorem in eodem loco erectum eſt, ubi tot & tanta miracula eſt operatus, peſtis ſcilicet, carcinomatum, ulcerum, ſtranguriæ, phreneſis, aliarumque ægritudinum curationes.

Honeſtiſſima ornatiſſimaque Domina, nomine etiam *Ioanna*, ſine ſomno noctes traducens, præ violentâ febri, quâ torquebatur à multis diebus, opem B. *Iacobi* ſupplex imploravit, qui certam eam fecit de ſanitate recuperandâ, modò Tertium Ordinem amplecteretur. Viſum narravit Patri Othoni *de Landa* Fratri Dominicano, Doctori celeberrimo, qui eam excitavit ad votum ex- C ſolvendum, quo impleto, perfectè convaluit. Catalogus Sanctorum & Beatorum urbis Laudenſis honorificè B. *Iacobum* commemorat ſub titulo Tertiarij Franciſcani, cujus Epiſcopus hujuſce diœceſis oſſa collocavit in auguſtiori loco, auctoritate ſuâ comprobans effigiem ejus radiis micantem, cum Beati programmate.

NEfas eſt ſilentio præterire *B. Ioannem Ravennatem*, poſtquam Marcus Ulyſſiponenſis, Antonius de Sillis, Wadinghus eum proclamarunt ut virum approbè virtutis compotem, & gloriâ miraculorum ornatum. Martyrologium Franciſcanum illum propo- D nit die 6. Junij.

B. *Andreas Tadertinus*, quem veneramur 6. Martij, omni virtutum genere floruit, poſteriſque commendandus eſt propter geſtorum admirabilitatem. Sic cenſent Wadinghus, & Antonius à Sillis.

B. *Bonifacius de Volaterra*, quem nominant aliqui *Bonamicum* aut *Benaxicium*, obiit 11. Julij dignuſque eſt ſummis laudibus ob ſanctimoniam, factaque mirabilia juxta mentem Auctorum quos tunc citabam.

B. *Alexander Perusianus*, qui deceſſit decimo Septembris, inſignem pietatem ſublimi doctrinâ cumulavit: non ſolùm in Doctorum decuriam cooptatus eſt, ſed etiam Theologiæ magiſterium exercuit Doctor. Marianus apud Lucam Wadinghum recenſet illum inter primos ſectatores Tertij Ordinis Franciſcani.

B. *Laudenus de Monte Feltro*, *Laudo* aut *Laudenus*, non minorem eſt adeptus exiſtimationem, vitamque finivit die 29 Julij.

B. *Richardus* Epiſcopus Alexandriæ, ex ſententia Marci Ulyſſiponenſis celebratur in Annalibus Minorum ut vir ſcientiſſimus & maximè perfectus Franciſci imitator. Gonzaga, qui hunc Præſulem ſummè honorat, aſſerit illum fuiſſe Epiſcopum Fotoſempronianum. Fato functus eſt 7. Auguſti.

B. *Roſtagnus* ex Provincia Phocenſi oriundus, inter vetuſtiores Tertiæ noſtræ Regulæ profeſſores plurimùm enituit. Ultimum diem obiit 23. Maij, funere amplo & magnifico decoratus eſt in Conventu Fratrum Minorum Aquenſium: ante & poſt mortem dono miraculorum eſt illuſtratus. Lucas Wadinghus & Antonius à Sillis illius expreſsè meminerunt.

B. *Nicolucius Senenſis* commemoratur à Wadingho diverſis in locis Annalium, ſub titulo *Nicolai de Silvamis*. Martyrologium Franciſcanum eum enumerat die 30. Auguſti quo è vita diſceſſit, ſanctitate & miraculis clarus.

B. *Ioannellus* cognominatus *Ioannes Eremita* à noſtris Scriptoribus, non eſt tradendus oblivioni. Memoriam hujus præclariſſimi viri excipient omnes anni conſequentes, ſi legatur Hiſtoria Seraphica, ubi mors illius notatur 1. die Februarij: ſplendor miraculorum non ei defuit.

B. GERARDUS A VILLA MAGNA.

TESTANTUR Auctores Franciſcani *Gerardum* prius in Equitum ſancti Joannis Baptiſtæ Jeroſolymitani ſeu Melitenſium Ordinem allectum, amplexum poſteà fuiſſe Tertium noſtrum Inſtitutum, cui divino impulſu, per profeſſionem publicam in perpetuum ſe addixit.

Villa magna penès Florentiam gloriatur ſe illum ediſſe ex inclytis parentibus, fuiſſeque illuſtratam, ab ipſa *Gerardi* prima pueritia virtutum ejus humilitatis, pietatis, & charitatis ſplendoribus erga pauperes: nullus unquam Torquatus Eques generoſior fuit; nullum habuit Eccleſia magis egregium deffenſorem

ſorem; Dei timor, qui eum plenè divinæ providentiæ decretis ſubjiciebat, animum ejus accendebat reddebatque invictum contra omnes oppugnationes: verùm manſuetudo, modeſtia, & puritas illibata omnes numeros ſanctitatis *Gerardi* continent, eique Colophonem addunt.

Temeritas quidem eſt florentis ætatis, prudentia ſenectutis: quovis tempore *Gerardus* nec temerè nec inconſideratè ſe geſſit unquam; ſeipſum aliquando juveniliter exultantem ſuâ patientiâ molliebat, vel furentem ita cohibebat, ut nihil impotenti animo faceret. A Patre igitur Seraphico ſui Ordinis Conventum Florentiæ inſtituente, *Gerardus* humiliter petiit adſcribi inter Franciſcanos Tertiarios: factumque eſt ut poſtulabat; timens ne inter hujus ſæculi filios in intemperantiam & immoderationem diſſolveretur, prudenter ſe adſtrinxit ſanctorum Auguſtini & Franciſci legibus obſervandis, in quibus firmiter & amuſſatim perſtitit uſque ad mortem. Cum utraque Regula ſumma eſſet conſiliorum Evangelij, utriuſque ſtricta obſervatio *Gerardum* ad Chriſtianæ perfectionis apicem evexit, ut aſſerunt Annales Melitenſes.

Aſpero cilicio utebatur, ſolitudinem quærebat, ubi jejunus & ſine intermiſſione orans, pœnitentiæ opera exercebat: ſanctis Antonio & Hilationi Anachoretis minimè impar exiſtimabatur. Priſci geſtorum *Gerardi* Scriptores commendant præſertim profundam ejus humilitatem, victum, cultumque in primis horridum & acerbum, paupertatiſque Evangelicæ intimum amorem, quo permotus omnia quæ ei dabantur, pauperibus erogabat, non ſibi reſervans in craſtinum diem etiam neceſſaria.

Solicitudo ægrotantium illum aliquando amovebat à ſolitudine, ut iis humiliter inſerviret Pietas quoque, ut qualibet hebdomadâ tres Eccleſias inter ſe longo intervallo disjunctas viſitaret diebus Lunæ, Mercurij, Veneris, quibus Tertia Regula Franciſcana jejunium præcipit vel abſtinentiam. Licet tunc honorare cuperet ſacras peregrinationes quas obiit Chriſtus dum hîc viveret: in mente etiam habebat animas defunctorum die Lunæ, pro quarum æterna quiete Deum ferventer precabatur; die Mercurij *annos præteritos recogitabat in amaritudine animæ ſuæ*. Iſa. 38. delictorumque expiationem conabatur exſolvere ſuis precibus, pœniſque ſubeundis hoc in rerum concurſu: proditionis Judæ die Mercurij in Jeſum ſtructæ recordatio *Gerardum* acriter angebat, gravique afficiebat dolore. Die tandem Veneris pacare Deum enitens in peccatores juſte iratum, interponebat infinita Chiſti merita, quem obſecrabat & impensè obteſtabatur, ut pretioſum ſanguinem Patri cœleſti offerret pro Hæreticorum & Infidelium converſione.

Citiùs redibat in deſertum amabile, quo longinquiores populi velociter confluebant undique Apoſtolicas ejus conciones audituri, ſalutariaque accepturi conſilia: præ nimis auſtera vivendi ratione, menſe Januario in morbum incidens, pro cibo appetiit nova ceraſa, quæ divinitùs eodem momento ceraſus cerbor produxit, cunctis admirantibus tam mirum eventum, ut ſatisfieret Dei famulo, cui jam divino oraculo notus erat. Sororum poſtrema, quæ *Gerardo* fratri ægrotanti præſto erat, ægrè ad credendum adducta, nolebat illicò decerpere fructus quos impoſſibiles & commentitios putabat, ob hiemis injurias: verùm efflagitanti *Gerardo* acquieſcens, vidit cum admiratione arborem viridantibus foliis tectam ceraſiſque onuſtam perpulchris, & guſtatu jucundis: oblata manducavit ægrotus Deum laudans, ſororique porrexit; cujus ex oculis volentis denuò ceraſa delibare, iiſque caniſtrum implere ad ſuum uſum, ſubducta ſunt; tunc citò evanuerunt fructus & folia, nihil aliud retinente arbore, præter algorem & deformitatem hibernæ tempeſtatis.

Multa operatus eſt miracula. Videntur adhuc hodie digitorum ejus veſtigia prægrandi lapidi impreſſa, in quo quievit poſt longas defatigationes. Ætate provectus & plenus meritis, quatuor ingentis magnitudinis ſaxa paravit ipſe ad ſepulchrum, rogavitque Colonum, quem credebat amicum, ut curulem inſtructum commodaret ad illa vebenda: petitione non obtentâ: Hominibus, ait *Gerardus*, ſapientiores erunt beſtiæ. Vidit extemplo duos juvencos nondum vecturæ idoneos, quos ſic allocutus eſt ad imitationem Patris Seraphici, acceptâ repulsâ à conductore: "Opem veſtram imploro, ut materiam tumulo" men cõtruendo neceſſariam efferatis; Deus" vobis ſat roboris ad id operis ſufficiet. Protinus capitis inclinatione duo juvenci obedientiam ſignificantes, jugo colla ſubdiderunt proprio motu, & per tria milliaria Italica traxerunt onus, cui decem juga boum non ſuppeterent.

Gerardus, carrucam ſequens, auctorem hujus miraculi Deum ferventer laudabat, & admirans creaturarum ſubmiſſionem ægrotavit, mox ut pervenit in ſolitudinem. Habet ſenectus, honorata præſertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris ſit, quam omnes adoleſcentiæ voluptates; illa quidem inter alias ſenectus *Gerardi*, quæ plurimis annis multitudinem & perfectionem virtutum adjungebat. Piaculorum ſacrorum ope præſidioque inſtructus, ſat vixit, ut præcepris Chriſtianis eos omnes imbueret, qui ejus conſilium exquirebant, ſuam mortem dolentes ſolaretur, & eoſdem ad Pœnitentiam provocaret. Obiit tandem divino amore totus æſtuans 18. Maii, anno 1241. juxta hiſtorias

Melitenſes aut. 1277. ſi fidem adhibeamus Annalibus Fratrum Minorum.

Ubi *Gerardi* Obitum fama vulgavit, populi tam triſti nuncio ferè exanimati, confeſtim ad ejus, velut, ad communis parentis funus evolant; ac primò gemitibus & lamentis tota circa tugurium perſonabat area: deinde triſte ſilentium conſecutum eſt, ad contemplandum *Gerardum* dolore converſo. Cæterum ejus corpus, imaginem animi, effigiem cœleſtis felicitatis intuentes, fletum integrabant; jucundiſſimoque aſpectu neque animos neque oculos ſatiare poterant: Fidelium rogatu *Gerardi* feretro in loco eminenti expoſito diviſerunt inter ſe quod veſtimentorum, aut pauperis ſuppellectilis ſupereſſet, quibus tanquam pretioſis reliquiis venerationem exhibebant.

Interim muliere Tertiaria fato functâ, cadaver ejus efferentes per locum tranſierunt ubi corpus Beati *Gerardi* in excelſo & ſplendido Theatro colebatur. Mortua ſtatim rediviva, exclamavit ſe recuperaſſe vitam *Gerardi* precibus: interruptis feliciter exequiis ſucceſſerunt jubilationes & cantica ad laudem Dei, qui tantopere honeſtabat famuli ſui funus: revivifcentem comitati ſunt, omnes qui aderant, dùm *Gerardo* gratias actura, Monumentum ipſius, pio cultu viſitavit, quod ſibi ipſe diſpoſuerat.

Mirum dictu, corpus *Gerardi*, quadrigentis poſt annis, prorſus integrum videtur; modò humatum crederes: nullus gravis odor, ſed potius ſuavis: nulla tabes, ne in naſo quidem qui primus mortuis effluere ſolet: color vivax, caro planè recens, veſtimenta nullâ ex parte tabefacta, læſave, ne vigor quidem, qui ex ſpiritu conſtat, deſtituit vultum; vix ut peregrini *Gerardo*, velut ſpiranti admovere manus ſuſtineant. Certis diebus oſtenditur ſub Altari primario, die præſertim feſtorum ſecundo Pentecoſtes; quo celebratur ejus feſtum. Exponitur, inter cætera lipſana, ejus zona, qua ſe ægroti cingentes, protinus ex omni morbo convaleſcunt.

VITA
SANCTI LUDOVICI
REGIS FRANCORUM.

CAPUT I.

Nativitas illius, atque educatio, donec idoneus eſſet Regno.

NON in ſpecioſo cognomine, ſed in verâ juſtitiâ, Regis, Regnique ſalus ſita eſt, quæ patet multo plus in rectâ adminiſtratione, quam in ſucceſſione legitimâ: plus enim veræ laudis in progreſſu ac fine, quam in principio rerum Utroque modo inſigniter claruit noſter *Ludovicus*, qui Galliarum verus hæres Gallias ſanctiſſimè gubernavit, & novo illuſtravit ſplendore.

Poſſiaci natus eſt 25. Aprilis 1215. Blanca celtiberat mater ejus obſervavit æs campanum minimè pulſatum fuiſſe in Eccleſia Regio caſtello Vicinâ, ab eo tempore quo ex puerperio decumberet, ne obtunderetur. Juſſit itaque ſe tranſvehi in locum remotiorem, hactenùs vulgò appellatum, ſancti *Ludovici* Villam, ut ritus Eccleſiaſtici continuati permanerent.

Ludovici nomen illi fuit Poſſiaci impoſitum, ubi ſacro latice intingitur, in luſtricis Parœciæ Fontibus, qui ſupra columnam, uſque modo elevati videntur in Sacello hujus Templi & conſervati, quoniam pii Chriſtiani plurima fruſta, præ ſumma veneratione, abſcindentes velut ſacra lipſana, illos paulatim deſtruebant. Inde oritur denominatio *Ludovici Poſſiacenſis*, quam beatus Princeps tam ſibi frequenter & ſtudioſe aſciſcebat. Altare primarium Eccleſiæ Religioſarum Dominicanarum hujuſce urbis Poſſiacenſis erectum fuit in eadem parte, in qua Blanca Regina *Ludovicum* filium peperit: id intendens Philippus pulcher ejus nepos, in Majorum Palatio, magnificum Monaſterium conſtruxit, & amplis munivit vectigalibus.

Ludovicus VIII. ſancti noſtri *Ludovici* Pater, variis bellicis implicatus expeditionibus, ejus educationi plenam navare operam cum non poſſet, omnem & præcipuam curam ſagaci & piæ conjugi demandavit, quæ tenero Principi, in præceptores, ſanctorum Franciſci & Dominici Religioſos

addixit. Inter Franciſcanos autem primarius & ſpectatiſſimus erat Pater Pacificus, qui magnâ gratiâ pollebat olim apud Imperatorem Fridericum II. Mathæus Mommocancæus, & Joannes Neeſlenſis illum quidem ſtatus publici & militaris legibus erudierunt.

Ludovico VIII. vitâ functo 1226. Novembris 7. Ludovicus IX. cujus hiſtoriam ſcribo, Rex in Remis auguratur ejuſdem menſis trigeſimo tertio die. Mirum progreſſum fecit in litteris divinis & humanis. Eximia dicendi facultate valebat, quæ demulcebat auditores, & ad admirationem quoſcunque etiam infenſos commovebat: cum doctis & piis viris erat frequens, quos ſuæ menſæ regiæ volebat familiariter aſſidere, ut de rebus eximiis ſimul colloquerentur.

Gubernatores eum faciliime ſalntaribus & egregiis documentis imbuebant cum præſtanti eſſet indole, & illuſtri ingenio, atque ad omne generoſum propenderet opus: Nominis Dei, vel Jeſu Chriſti ſola pronunciatio, minimaque Fidei Myſteriorum expoſitio mentem ejus perquam jucundè percellebat: à Blanca, Regni tunc Adminiſtratrice ad Eccleſiam, pias Conciones, & Noſocomia perductus, fratres univerſamque Regiam Familiam invitabat. Jonvillæus quem potiſſimùm in deliciis habebat; *Ludovici* noſtri Scriptor Hiſtoriæ, apprimè illum depingit, ut inter omnes coævos Principes ex omni parte perfectiſſimum, qui toto corde timebat Deum, colebatque.

„ Mallem, aiebat ſæpenumero Blanca te „ videre & deoſculari mortuum, quam letali „ coinquinatum noxa: ædificium ſanctitatis „ fundans in peccati horrore, ſequentes regulas ſtriſtè & adamuſſim obſervabat. Statutis & fixis horis meditationi vacabat, imò continuò meditabatur indeſinenti & intima cordis ad Deum applicatione: Sacerdotale penſum, Pſalmis ritè recitandis, quotidie perſolvebat, aderatque ipſemet ſolenni Sacro cum ſymphonia celebrato.

Frequenter Euchariſtico reficiebatur Pabulo, ſinguliſque feriis Sextis peccata ſua Confeſſario exponebat, aliis etiam quando leviori ſtimulo conſcientiæ angebatur. Ab ipſis ferè incunnabulis ſetoſa induſia, flagra cruenta, jejunia, cæteraſque carnis vexationes adhibebat ſupra quamcuiquam credibile eſt, pauperes innumeros fovebat, & conſolabatur, illis humiliter inſerviendo, largaſque erogando eleemoſynas.

Armorum primitias contra Albigenſes hæreticos & rebelles conſecravit, atque fortiter direxit, profligata prius in ſuam auctoritatem flagitioſa conjuratione: magnanimiter propugnavit Campaniæ Comitem, annoſque pubertatis optime terminavit Monaſterii ſanctæ Catharinæ de Valle Scholaſticorum Pariſiis inſtitutione, necnon Abbatiæ Montis Regalis, in Diœceſi Bellovacenſi.

CAPUT II.

Matrimonio illigatur, atque ſuum gubernat Regnum juxta leges Chriſtianas.

GUALTERIUS Senonenſis Archiepiſcopus, & Joannes Neellenſis vir præcellens Legatione auguſta funguntur ad Comitem Provinciæ Phocenſis, Margaritam filiam ejus natu majorem poſcentes in uxorem Regis Galliarum, quæ confeſtim ſpondetur. Egregia Princeps ab Antiſtite Legato in urbem Senonenſem deducta inauguratur Regina Franciæ, & coronatur anno 1234.

Conſtat ex manuſcripto in Bibliotheca Regia ſervato ſponſum & ſponſam prima nuptiarum nocte ſolos remanentes in conclavi interiori tres dies & totidem noctes traduxiſſe, Deum perſeveranter orando, antequam matrimonium conſummarent. Tempore Adventus & Quadrageſimæ nullo modo coibant, ſed penitùs abſtinebant ab omni carnis commercio; paremque tenebant vivendi rationem Vigiliis & Feſtis ſolennibus. Nunquam ad Sacram accedebant Synaxim quin prius & poſteà, eadem pariter, & per idem ſpatium, temperantia uſi fuerint.

Nullos ſibi Miniſtros aſciſcebat, niſi virtutibus præſtantes, quibus idonea & ampla ad vitam, cultumque præſidia ſuppeditabat: verbum omne in res divinas petulans & injurium, juramenta quæque à *Ludovici IX.* Aula prorſus exulabant, ſicut helluatio & alea: à ſtudio & benevolentia Regis excidebant, quicunque à decoro in dictis & factis, in corporis denique habitu & ſtatu deflectebat: ludicras cavillationes, ſannas etiam & dicteria, quæ nimis pungerent, abhorrebat, præcipiens quibuſlibet ſuis domeſticis honore ſe invicem prævenire.

Affirmat Confeſſarius *Ludovicum noſtrum* tam moderato fuiſſe more uſum loquendi, ut nullibi proximum impeteret. Nil unquam temerè aut inconſiderate geſſit, nec unquam juveniliter exultavit, teſtibus univerſis, qui cum illo frequentes erant. In ſuo comitatu volebat ſemper habere Miniſtros quoſcunque Completorii tempore, ſeu penſi Eccleſiaſtici partis ultimæ, quam ſolenniter recitari ſuo in Sacello jubebat. Querelas eorum, & diſſidia patienter, & blandè audiens cuilibet incommodo, medebatur ſummâ prudentiâ: ægrotantes inviſebat ſtudioſè, propriis manibus quæcunque illis neceſſaria præbens & commoda.

Pacatis jurgiis & rebellione Comitis Campanæ, aliiſque infenſis motibus compoſitis, Pariſios advehi curat ſumptibus immenſis, & augusto apparatu Coronam Jeſu Chriſti ſpineam, ſanctiſſimæ inſignem Crucis portionem, ſpongiam, quâ Judæi fel Domino potandum exibuerunt, ferrum lanceæ, quo ejus aperuerunt latus, aliaque ſacra Paſſionis Dominicæ monumenta.

Iterum Albigenſium turbidas cohibet factiones, alioſque violentos adverſariorum impetus: deinde fratre Principe Alphonſo in Comitatu Pictavienſi generosè confirmato, irritis Hugonis Luſignani Marchiæ Comitis atque Henrici III. Regis Angliæ conatibus adverſis, familiam ſuam augeri videt nativitate filii ſui primogeniti, aliorumque liberorum, quorum educationi diligentem navat ipſe operam.

Auſpicata valde eſt & felix ejus gubernatio, ut pote nutui divino plane ſubjecta: quamcunque contumelioſam verborum impietatem, graviſſimâ multat pœnâ, linguæ videlicet ferro candenti tranſverberatæ, abſque immunitate ulla. Nullum unquam Regnum amplius floruit quàm Gallicum, regnante *Ludovico IX* contra hæreſim Albigenſium, inquiſitionem ſacram inſtituit, ſive extraordinarium Juriſdictionem delegatis attributam Quæſitoribus, quorum munus eſt, cognitionem exercere de rebus ad Religionem pertinentibus, & in eos animadvertere, qui de Deo, diviniſque rebus impiè ſentiunt.

Intendit præſertim *Ludovicus IX.* radices evellere Albigenſium errorum, quibus Gallia inficitur. Ideoque Inquiſitores tantopere colit, ut, dum illum adeunt, muneris obeundi cauſâ, ſe ipſum à quocunque ſubducat negotio, ad confutandos hujuſmodi hæreticos. Eximiæ virtutis ſpecimen exhibens aulicis, peccatores magis depravatos à vitiis avocat, & ad meliorem compellit frugem: Beneficia Eccleſiaſtica ſemper confert iis, qui morum probitate, & doctrinâ præcellunt, ipſique ſunt noti poſt exploratam rei veritatem; nec ſinit unum Beneficiarium duplicis annonæ jure frui, ſeu binum Sacerdotis cenſum vel munus poſſidere.

CAPUT III.

Primam expeditionem maritimam ſanctè aggreditur & generosè.

QUASI inter tumidos fluctus, vitæ humanæ puppis, conſilii inops, & Magiſtro deſtituta concutitur, naufragio proxima, niſi bono illam, dum nondum manu clavus excidit, tuto aliquo & ſalubri inſiſtat in portu, jactiſque anchoris conquieſcat prius, quam illum animi tempeſtas oppreſſerit. *Ludovicus* noſter mediis in procellis ſemper fuit tranquillus, quoniam ubicunque degeret, fundatus erat ſupra firmam petram. Pace fruitur interiori, quam nemo ab eo auferre poteſt, quamque Deus confirmat permanens in ejus corde, totum Imperium tranquillans Gallicum regnante *Ludovico IX.*

Expeditionem militarem & maritimam meditatur, ut Infideles aggregans numero fidelium utroſque participes reddat opulenti doni pacis, videlicet quam ſolus Chriſtus dat, & ſuis reliquit Diſcipulis. In gravem incidens morbum Pontœſiæ univerſos fideles mœrore afficit, potiſſimùm Gallos qui fervidis precibus ſanitatem illius obtinent.

Subitâ virium & ſenſuum defectione correptus, quam Guillelmus Nangiacus veram exraſim arbitratur, moxque liberatus, Crucem vult induere teſſerariam, ne Chriſtiani Terram Sanctam incolentes longius auxilo deſtituantur. Sacrâ Crucigerorum militiâ Pariſiis publicatâ ab Eminentiſſimo Cardinale Odone de Caſtro-Rufo, Legaro Apoſtolico, quem miſerat Innocentius IV. Epiſcopi, Principes, plurimique Regni Proceres libenter nomen dant.

Rex illicò Lugdunum proficiſcitur Summum Pontificem inviſurus, qui hùc ſe receperat, Friderici II. Imperatoris vexationes evitans & contumelias, deliberaturus cum eo de rebus tunc gerendis. Lutetiam redit, unde citò exit, in Palæſtinam velificaturus anno 1248. feriâ ſextâ infrâ Octavam Pentecoſtes. In navem conſcendens aquis-mortuis, & commoratus uſque ad Paſcha in Inſula Cypri, die Veneris poſt feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis, Peluſii portum ferè obrinuit, conſpicientibus Barbaris, qui urbis aditum conantur illis occludere.

Ludovicus exercitus ſui parte tantum aliquâ ſtipatus non ſolum imperando præeſt cæteris bellatoribus, verumetiam generosè præliando: tanquam Prætor peritiſſimus, & in agendo verſatus Imperator aciem inſtruit, firmatque exemplo, & imperio: ipſe præterea cum hoſtibus confligit, velut miles manipularis, audax & induſtrius, undis immergitur uſque ad collum, parique modo ac ſtrenuitate illum omnes inſequuntur Chriſtiani decertantes, dum infideles è littore, quod firmiter occupabant, innumeris ſagittis enituntur *Ludovicum* & ſtipatores transfodere.

Victores tamen ſunt Crucigeri, & terram felicirer attingunt ſalvi & incolumes fugatis penitùs adverſariis, quorum plerique aut interempti, vel graviter vulnerati erant: Saraceni hoc in prœlio Peluſii Gubernatorem amiſerunt, binoſque tei maritimæ Præpoſi,

tos. Eodem tempore Triremes noſtri fluminis oſtium invadunt, poſt univerſam hoſtium diſſipationem. A

Jubente Rege caſtra poni in fluvii ora, ibi noſter exercitus pernoctat; die proximè conſequenti, quæ erat Dominica, à manè unuſquiſque præſcriptum locum tenuit reliquas expectando turmas, quæ navalem Claſſem cuſtodiebant, ut ſimul omnes junctæ victoriam perficerent, urbis expugnatione. In eam ingreſſus Rex Chriſtianiſſimus Canticum, *Te Deum* ſolenniter decantari imperat in primario Mahometanorum Delubro, quod Legatus conſecravit, rem faciens divinam celebrioris ritus.

E bino prætereà certamine Chriſtiani ſupe- B
tiores diſceſſerunt, Maſſaram, ſeu Babylonem accedentes, *Ludovico* noſtro ſemper hoſtes forti atque infracto animo profligante nihil enim eſt, quod non alta mente Princeps ille aggrediatur, aut cautiſſimis conſiliis non adminiſtret, aut ſtrenuo labore, ſummas inter difficultâtes non perficiat.

Deus tamen voluit Chriſtianos morbis, aliiſque duris ærumnis conflictari, quibus ſanctè permotus pius Rex; *Iudex omnipotens*, inquit, manus & oculos elevans in cœlum, *& juſtiſſimè, omnia quæ feciſti, in vero judicio feciſti, quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedivimus; ſed da gloriam nomini tuo, & fac nobiſcum ſecundum multitudinem* C
miſericordiæ tuæ. Hic ure, hic ſeca; hic nobis non parcas, ut in æternum parcas.

Scientes Mahometani Chriſtianos velle redire Peluſium, eunt obviam cum innumeris, validiſque copiis. Faciliter hanc peragunt expeditionem, quia bellicorum operum machinatores Gallici, pontes non diruerant, ſicut præceperat prudens & invictus Rex.

Tandem Infideles ſuperbiâ inflati, ſumma vi, impetuque contendunt, & bello capiunt illum, atque ambos fratres Alphonſum Comitem Pictavienſem, & Carolum Comitem Andegavenſem, cum cæteris, qui erant in eorum comitatu, 5. die Aprilis, anno
1250. Soldanus admirans Regis intrepidi reſ- D
ponſa, ac totius oris, & corporis auguſtam „ dignitatem, captivi licet & ægrotantis, tu „ videris, ait, me deſpicere perinde ac tuis „ vinculis alligatum, non loqueris ut ſubdi„ tus, ſed ut triumphans Imperator.

Mirabiliter enitet *Ludovici* pietas, dum in mediâ captivitatis moleſtia nil prorſus remittit de conſuetis divini cultus exercitiis, quibus eadem applicatione vacat, ac ſi proſperos omninò rerum exitus conſecutus eſſet. Quamprimùm adipiſcitur libertatem, Peluſio tranſit, atque Ptolemaïdem adventat, ubi Regina conjux, quæ haud quaquam ab illo receſſerat, niſi à paucis menſibus Deum laudans ferventer, ſponſum peramanter amplectitur.

Decrevit *Ludovicus* reſidere ibi ad fidelium conſolationem, citòque ſatrapæ univerſi, quamvis infenſi* hoſtes, inſolitis illum afficiunt honoribus. Sacram Ædis Nazarenæ Peregrinationem ita fauſtè obiit ut adorandum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſceperit die Annuntiationis, in ipſo auguſto conclavi, ubi Archangelus Gabriël Dei Genitricem ſalutaverat, ipſaque divinum conceperat Verbum ad generis humani redemptionem. Blancâ Regni Galliarum, abſente *Ludovico* filio, adminiſtratrice, fato functâ, die trigeſimo Novembris 1253. Rex in naves ſecum exercitum impoſuit, vigilia ſancti Marci 1254. Franciæ repetendæ gratia, ſui relinquens in Terra Sancta deſiderium, & nominis exiſtimationem, ob pietatis, charitatis, animi fortitudinis, & prudentiæ egregia exempla. Queis fretus, enitens ſemper ad ardua, labore nullo territus, adverſæ riſit fortunæ minas, nullius hoſtis reformidavit impetum, infinitamque demùm collegit, nunquam intermorituræ gloriæ, ſegetem.

CAPUT IV.

Quo modo ſe gerat poſt reditum è Syriâ; ſecunda militaris & maritima expeditio contra Infideles, & obitus illius.

CLASSIS, flantibus ad puppim ventis ſubvectâ ad inſulas, quas vulgò, *Yeres* nominamus, penès Provinciam Phocenſem, appellitur: Rex illicò exſcenſum facit, & equis aſſumptis Pariſios proficiſcitur ſua præſentiâ per univerſum ſpargens Regnum, gaudium & lætitiam.

Operam dedit præcipuam diſſidio Doctorum quorumdam Facultatis Theologiæ Pariſienſis, & Religioſorum Franciſci & Dominici componendo: Hoſce *Ludovicus* auctoritate regia validè protexit, non ſolum intra ſui Regni limites, verumetiam Romæ ſeribens fortiter ad ſummum Pontificem, & Eminentiſſimos Cardinales, atque de meliore commendans nota Regularium cauſam.

Novarum & excellentium legum ſanctio; atque priſcarum inſtauratio efficax decorant plurimùm, & illuſtrant annum 1256. quarum major Dei gloria, Eccleſiæ ſplendor, Juſtitiæ confirmatio, populorum levamen ſemper erant ſcopus. Inſtituta hæc non tantum ſcriptis patebant, ac publicatione, ſed multò plus executione inviolata, qua immunis nemo eſſe poterat, Rege ſic ſe habente, ut in parvis rebus ſemper diligens ultor, gravem ſe potiſſimùm ad majora vindicem ſervaret. Remedium præſertim affert ſingulari certamine congredientibus, qui, dum abeſſet,

furore iſto magis perciti fuerunt.

Fratre ſuo Comite Andegavenſi dominium ſupremum capeſſente Regni Siciliæ, conſiliis ſuis & auxilio, alteram aggreditur navigationem, contra Eccleſiæ adverſarios, poſtquam Galliæ monarchiam tranquillam reddidit; & omninò florentem. Rurſùs mari ſe commiſit, Aquiſmortuis, ſub finem menſis Junii, & brevi tempore navigio applicatus eſt oræ Tuneti, non longè à Carthagine antiqua.

Galli in ſuam poteſtatem redegerunt fortiſſimam turrim, portus propugnaculum, quod invaſerunt primo impetu, & generali oppugnatione, interfectis pleriſque inimicis, & cæteris in fugam actis. Carthago autem, regnante *Ludovico IX.* modicum erat oppidum, nullius momenti, Caſtrum nihilominùs adeò præclara priſcæ arcis veſtigia exhibebat adhuc, ut mirarentur omnes tam ſubitam & facilem obſidentibus deditionem.

Inſalubre cœlum & grave, alimenta fœtida & corrupta, publicè graſſantem morbum excitaverunt, quo Joannes Triſtanus Nivernenſis Comes, & Legatus Apoſtolicus laborantes, vita privati ſunt. Philippus Regis Filius primogenitus febri quartana, & ventris profluvio correptus eſt; convaleſcit tamen, antequam pater diem clauderet extremum. Rex ipſe communi & plebeia afficitur ægritudine, quæ in febri continua, & dyſenteria conſiſtit.

Teſtamento conſcripto, rationeque habitâ eorum omnium, quæ ad monarchiæ ſuæ regimen ſpectant, antequam egrederetur è Galliis, prohibuit abſolutè, ne quis auderet aliquid illi proponere quidquam, niſi de præparatione ad divinum judicium: Totius vitæ noxas diſtinctè expoſuit *Gauffrido de bello* loco ſuo Confeſſario, qui nullam agnovit culpam mortiferam, hac in declaratione, undè pœna æterna plecteretur: quamvis ante extremam ægrotationem ſcriptis mandaverit præcepta filio tradita, iteratò nihilominus ea protulit in lecto moribundus, mirabili fortitudine: Sacro Euchariſtiæ munitus Viatico, & ad poſtremam luctam Divino inunctus Oleo. *Dulciſſime Ieſu*, inquit, *Fac nos proſpera mundi deſpicere, & nulla ejus adverſa formidare.* Deinde adveniente horâ mortis exclamat. *Domine in multitudine miſericordiæ tuæ, introibo in domum tuam, adorabo ad Templum Sanctum tuum; & confitebor nomini tuo.* Extra torum voluit ſupra nudam jacere paleam, & cinerem: moxque ductis in crucem brachiis, atque elevatis in cœlum oculis emiſit ſpiritum. eâdem horâ, quâ Chriſtus Cruci affixus fuit, vigeſimo quinto die Aprilis, anno Incarnationis Dominicæ 1270. Regni Gallici 44. ætatis ſuæ 55.

Manifeſtatur ejus gloria plurimis viſionibus, A quas in dubium revocare nefas eſt, ob graviſſima teſtimonia, tumuluſque illuſtratur ingenti miraculorum multitudine. Servatur honorificè venerandum illius corpus in Abbatia ſancti Dionifii, penès Lutetiam, ac pretioſa theca includitur, ab eo tempore, quo illum Bonifacio VIII. Papa eum inter cœlites ſolenni pompa referente, erutus fuit è terra, & pietati, votiſque fidelium expoſitus, venerationem omnem ſanctis debitam recipit.

In æternum revireſcet ejus memoria apud poſteros, Templorum magnificentia, Noſocomiorum, & Monaſteriorum inſtitutione, quæ reditibus annuis locupletavit. multi famam ſe mereri ſperant, & ceu viatores erro- B nei, dum accedere æſtimant, retrocedunt, qui nominis ſplendores ambiunt; celebrari utique deſiderant, ſed non aſſequuntur celebritatem, quia illius ſe indignos reddunt propter injuſtum deſiderium, & quoniam laus deſiderata putreſcit & fœtet. At *Ludovicus* noſter, qui ad ſolam Dei gloriam tendebat, ſe ipſum floccifaciens, divinum cultum maximè ampliavit: Deus vero fidelem ſuum famulum illuſtrem reddidit & celebrem, inter poſteros perinde ac inter coævos.

Hoc quotidianum vulgare eſt, ut multi in vita famoſi & clari, poſt obitum ſint incogniti & obſcuri. Cauſa rei hujus in promptu eſt, affabilitas quædam; ſermo comptus, C ac lepidus; blandum ſupercilium, clara frons, benigna ſalutatio, beneficia in vicinos, protectio in clientes, hoſpitalitas in exteros, in cunctos urbanitas, hæc & his ſimilia, viventibus famam quærunt: ea verò, mox ut hinc abierint, non durant, niſi quandiu, qui illos noverant, ſuperſunt; quod ipſum quam breve ſit, conſpicis quomodo autem durarent non in ſolido radicata? Naturale eſt, ut debiliter, leviterque aucta, breviter dilabantur; ut ſit fama durabilis, aut vitæ ſanctitas, aut geſtorum claritas, aut inſignis ſcriptorum elegantia præſtabit.

Vtroque merito pollet *Ludovicus* noſter labili, & permanenti: nunquam vir ullus fa- D cilius aut plenius delinivit aliorum animos, quam Rex ille cujus dicta, factave, totiuſque oris habitus infenſiores adverſarios demulcebant. Sanctiſſimus prætereà fuit, & digniſſimus qui albo ſanctorum inſigniter inſeratur: geſtorum excellentia & ſublimitate plurimum claruit; belli utique decus fuit & pacis, ac omnigenæ virtutis alumnus, ad fovendos ſubditos, hoſtes debellandos, atque proſperandum Galliæ Regnum: ſcripta quoque famam *Ludovici* perpetuant, non ſolum ab illo, ſed de illo, cum innumeri graveſque ſcriptores ejus laudes exquiſitiſſimis verbis proſequantur, & prædicent, irrito quorundam livore, qui cum non poſſent virtu-

tum ejus ſplendorem ſuſtinere, tam coruſcanti ſideri aliqoam obſcuritatis labem fruſtra conantur aſpergere, ob mediocrem rationis politicæ, ac civilis diſciplinæ intelligentiam, quam illi falſò attribuunt.

BLANCA CASTELLANA FRANCIÆ REGINA.

Nascitur anno 1185. Patrem habuit Alphonſum IX. Caſtiliæ Regem; Matrem verò Eleonoram Henrici II. Angliæ Regis filiam: in matrimonium collocata fuit Ludovico VIII. Galliarum Regi anno 1200. Virtutes ejus mirabiliter enituerunt tempore viduitatis perindè ac conjugii. Ægrè paſſa eſt Caſtellana Curia diſceſſum noſtræ *Blancæ*: Galli verò ſummò gaudio perfuſi ſunt ad ejus acceſſum, qui tam pretioſi theſauri poſſeſſores illos efficiebat. Adhelaïs Campana mater, & Engelberga Dana ſponſa Philippi Auguſti, ambæ Principes eximiæ pietatis, ac perfectæ prudentiæ multum contulerunt ad *Blancæ* conſummandam perfectionem, ſicut *Blancæ* ratio vivendi præclarum illis moderationis & gravitatis ſpecimen exhibebat.

Alphonſus Caſtellanus à Miramolino Maroci Rege violenter exagitatus eſt, qui ex Africa tranſiens in Hiſpaniam cum quadringentis millibus reipſa ad prælium accinctis, exercitum amplificavit; mox ut appulerit, conjunctione centenorum millium Maurorum, qui jam provincias quaſdam Hiſpanicas occupabant. Cum non poſſet tunc *Blanca* noſtra manu & armis decertare præſens, egregiè præliatur abſens, fervidis precibus, piorumque operum diligenti exercitio.

Chriſtianorum fortitudo non in multitudine militum ſita erat, ſed in omnipotenti Dei brachio, cui innitebantur humili & plenâ fiduciâ. Divinis armari Sacramentis, ſupra pectus omnes ſignum gerentes crucis, atque procumbentes humi, orandi gratiâ, crucis vexillum conſpexerunt in aëre, tantoque impetu irruerunt in adverſarios, & tantâ magnanimitate, ut Miramolinus terga verterit confuſus omninò & diſturbatus, ducentenos mille mortuos è ſuis militibus relinquens in prælij campo, ubi Chriſtianorum tantum viginti quinque millia occubuerunt anno 1212. die Julij decimo. ſexto.

Poſt obitum Ludovici VIII. qui contigit anno 1226. *Blanca* ejus uxor regnum Gallicum prudenter & generosè adminiſtravit, uſque ad Ludovici IX. filij ſui pubertatis tempus: hunc Principem ſolerter imbuit ac ſtudiosè ſalutaribus documentis; qui concepit inde tantum peccari horrorem, ut nullum unquam commiſerit pœoâ dignum æternâ; imo potius abhinc ſemitam virtutis inierit, ac denique ad ſanctitatis pervenerit apicem.

Gubernans iterum *Blanca* regnum Gallicum, dum illuſtris filius Ludovicus in Paleſtinâ degeret, vocatur in invidiam multorum, quos ejus adminiſtrationis florens ſtatus urit & cruciat. Prævalet tamen ejus illibata probitas, diſſipatque invidorum infenſos conatus. Auctores omnes magis celebres & periti illam commendant ut ſolidum vitæ Chriſtianæ exemplar, virtutis abſolutæ ſpeculum, Eccleſiæ turricem, pauperum nutricem, & Religioſorum columen: alij laudibus illam extollunt, velut gloriâ miraculorum ornatam.

Bernardinus de Buſtis, Marianus, Gonzaga, Antonius de Sillis, Marcus Ulyſſiponenſis, Wadinghus, Arturus Monaſterienſis, amplexam fuiſſe Tertiam ſancti Franciſci Regulam aſſerunt. Mors illius, quæ anno 1253. contigit, dolorem acerrimum attulit cunctis fidelibus. Venerandum illius corpus in Malodumi Abbatia penès Pontœſiam jacet: Cor autem ſervatur in Cœnobio Lilienſi, propter Melodunum.

VITA
B. HUMILIANÆ VIDUÆ.

CAPUT PRIMUM.

Juventutis ejus pietas.

PUERITIAM redolet, velle; adoleſcentiam, exequi. Voluit & exequuta eſt B. Humiliana quæcunque ſpectant ad virtutem. Florentiæ naſcitur illuſtri loco anno 1220. Pater ejus nominabatur *Olivarius Cerchius*, maximè commendandus propter generis ſplendorem. *Humiliana* ab unguiculis ſe Deo conſecravit, illum deprecans cum ſumma pietate: luſus & oblectationes coævarum avertabatur, ut longius & tranquillius vacaret orationi, cum lachrymis & compunctione. Silentio, prudentia, & modeſtia cæteris coætaneis præcellebat. Auſtera vitæ ratio conjuncta meditationi valdè gratam reddebat eam Creatori, novaſque in dies benedictiones illi comparabat. Ad ſolitudinem anhelabat, ſed ex æterno Dei conſilio in *Humiliana* progreſſu temporis mundus argumentum viſurus erat, quod animi pauperras cum divitiis, humilitas cum terræ dignitatibus rite conveniant; quod tandem quiſque poteſt fieri ſanctus inter peccatores.

Veſtium ſimplicitate gaudens, quod comparcendo ſepoſuerat, pauperibus elargiebatur, & ægrotis, quibus famularem operam navabat: quæ victui ſubducebat, convertebantur etiam in uſum mendicorum, qui ſine mora eleemoſynam recipiebant ab ipſa *Humiliana*. Viliores ancillas adjuvabat aſſiduè in abjectioribus miniſteriis. Si quis in conjugem ſibi *Humilianam* poſcebat, illius prævidens officioſum aditum, non adſcititiis utebatur ornamentis, cæterarum more puellarum, quibus ætatis vitio una ineſt ea cura & cogitatio, ut cultu formam alieno fucent, ut fulgore radient non ſuo; contemni affectabat, & inviſa fieri apud omnes, agrum ſtercorans propriis humeris, ut odoris fœditas amaſium longius amandaret.

Quamvis ſe voto virginitatis non obſtrinxiſſet, cupiebat tamen illam ſtrictè obſervare, parenteſque flexis genibus rogavit, ne eam ulli homini matrimonio copularent, quæ núllum unquam præter Chriſtum, amatorem „ admitteret. Hac de re non agitur, ait pa- „ ter iratus, cum acta ſit jam & abſoluta: „ de tua collocatione conſtat, ſponſam te „ certo promiſimus viro ſcito & eleganti,

A quem ſæpe vides. Iſto reſponſo contriſtata " *Humiliana*, *Fiat*, inquit *voluntas Dei.*

Vadingh. ann. 1246. §. 28. & ſequent. Marian. l. 2. Marcus Ulyſſiponenſis p. 2. l. 1. c. 19. & 20. Raphaël Volateran. Silvan. in vita Sanctorum Hetruriæ. Gonzag. p. 1. in BB. Tertij Ordinis.

CAPUT II.

Matrimonium ejus, & virtutes quibus illud decoravit.

NUPTA anno ætatis ſuæ decimo-ſexto
nobili viro, de quo ſumus locuti, ca-
B lamitoſam agebat vitam; erat enim maritus
in conſuetudine multùm difficilis, durus, &
acerbus; hujus utique morum non erat aſ-
peritas ſolùm ſed feritas, quam ne immaniſ-
ſimæ quidem ferarum omnium attingere poſ-
ſint, cupiditates etiam habens effrenatas &
indomitas, omni ſe vitiorum generi manci-
pabat. *Humilianam* initio ſingulari humani-
tate proſequebatur, ſinens eam in Eccleſiam
libenter proficiſci, diviniſque intereſſe offi-
ciis, & noſocomia frequentare, cum ancilla
cubiculari.

Ficta hæc obſequia cito convertuntur in
convicia & facta injurioſa: dum jubet illam
rei familiari operam dare, haud ſane erat
quod ſic præciperet; cum exercitia pietatis
C nullo modo avocarent *Humilianam* à dome-
ſtica adminiſtratione. Timebat immeritò in-
fidus maritus ne conjux in largitione fieret
effuſior erga pauperes. Ipſa interim volens
maritum ad Deum allicere; minus aſſidua vi-
debatur in templo, eleemoſynaſque admini-
ſtrabat ſecretò, & manu aliena: duplicatâ
pœnâ torquebatur, diminutione ſcilicet opis
mendicorum, cui ſubdebatur invita, & fœ-
noris ſævâ & injuſtâ exercitatione cui maritus
ſe addicebat.

Rogabat enixè Deum cum lachrymis *Humiliana*, ut tam duri cordis contumaciam frangeret; remanet tamen ferreus & immiſericors, vultque piam uxorem ſuæ inhumanitatis participem reddere, quæ fortiter obſtitit tantæ ſævitiæ. Mercatores, inquit, mer- "

ces

„ ces aut pecuniam fœnerantes aleam adeunt, „ & bonorum ſuorum mancipium amittunt; „ ſic ordinante Principis edicto, qui ſortis & „ fœnoris jacturam fieri prohiber; tu commo„ das quidem, ſed cum pactis uſurariis & cum „ pignoratione, in grave conſcientiæ damnum.

Maritus in perfido commercio perſeverans duriſſimè percuſſiſſet beatam conjugem, niſi mori millies cupiens potius quam Deum offendere, ptudenter evaſiſſet illa: Deo juvante, ſemper ſibi conſtabat Humiliana, nec annuebat ullo modo impiis avari votis, qui conſobrinæ ſuis cum moribus & naturâ congruenti rerum œconomicarum procurationem tradidit, eâ lege ut ſubeſſet Humiliana. Nullum videlicet in humanis remedium efficax eſt, ubi mentem de cœleſtium bonorum contemplatione dejectam, fœdus avaritiæ morbus invaſerit.

Quamvis ſervilem in modum haberetur familiæ domina, nil tamen duriùs ferebat quam non poſſe amplius mendicos aut ægrotos ſublevare. Patientiæ, humilitati, ſummiſſioni ſe totam & continuò dabat; ſponſi exſcandeſcentis ſurores, furiiſque agitatæ feminæ violentiam ægro animo ſuſtinens ptopter Chriſtum. Lætitia tamen videbatur ſemper geſtiens, adeò ut communiter ſummâ frui felicitate cenſeretur ab omnibus incolis Florentinis. Gaudebat profectò, quod nunc longius & commodius pietati & meditationi operam navaret, ablatâ utique dandi eleemoſynas facultate, poterat pauperes & infirmos inviſere & conſolari.

Multo mane ſurgens, & ante lucem, in ſecretius conclave ſecedebat contemplandi gratiâ, priuſquam domeſtici à ſomno excitati eſſent. Albente cœlo, & ſub ſolis ortum in Eccleſiam convolabat ſacrum auditura, deinde in noſocomium, ut miſericordiæ opera exerceret uſque ad prandium, à quo derepentè conſuebat, vel e colu fila ducebat ad egenorum uſum: ſibi ferè omnino temperabat in victu & veſtitu, ut pauperibus quantum poterat ſubveniret. Charitatis hoc mirum adeò ſpectaculum crudelem maritum ad iram provocabat, qui acerbius in uxorem invehebatur, & fuſtè illam multabat.

Verùm non defuit conſolatio divina: favente cœlo, fauſtè nacta eſt *Humiliana* inſignem conſolatricem, ſociam Ravennam ſcilicet, ex mariti fratre ſororem, omni virtutum excultam genere, quæ cum ea manſit quinque annorum ſpatio, donec inhumanus perſecutor vivendi finem fecerit.

CAPUT III.

Mariti Humilianæ mors, atque Humilianæ ingreſſus in Tertium Ordinem.

BENEFICUM eſſe erga maleficos, benevolum in malevolos, Philoſophiæ Chriſtianæ, imo & perfectionis Angelicæ gradus eſt ſupremus, quem attigit *Humiliana* perofficiosè in omnibus, & peramanter trucem adhibens maritum, ad cujus ægrotantis lectum vigilanter excubans, viliora obibat miniſteria Cunctis Monaſteriis, aliiſque piis cœtibus ſedulò commendavit animæ ejus ſalutem, pariter & corporis.

Uxoris efflagitatu, Pater Michaël Florentinus Conventus Religioſorum ſancti Franciſci Gardianus, curam ſuſcepit diſponendi maritum ad extremum certamen: rerum iſte ſpiritualium peritiſſimus magiſter, moribundi animum volens devincire, illum ad ſpem ſanitatis conſequendæ excitavit; monuit tamen conſcientiæ tranquillitati providere. Monitum placuit, ægerque cogitans, quam horrendum ſit incidere inter manus ſupremi Judicis, privari ſcilicet æternâ felicitate, aut præcipitem agi in ſempirernum ignem, in deſperationem delapſus eſſet, niſi Patris Michaëlis ſalutaribus conſiliis adjutus, precibuſque *Humilianæ*, fructus feciſſet pœnitenriæ dignos.

Confeſſio & contritio non ſatis erant, niſi ſatisfactio acceſſiſſet, quæ bona iniquo fœnore conquiſita jubebat reſtituere. Binæ ſic filiæ ſuperſtites eò redactæ erant, ut iis minimè ſuppeterent ad vitam neceſſaria: morienti hanc extremitatem declarare, quis poſſet? Conclamatum eſt tamen de tua ſalure, in- „ quit Pater Michaël, niſi contenti ſint cre- „ ditores; inſtantes mortis die, præcipe ſal- „ tem iis quibus debes, ſatisfieri citò poſt „ tuum obitum; aliàs tibi negabitur abſolutio. „ B. *Humiliana* rogavit enixè maritum, ut ſoli Deo adhærens familiam ſuam oblivisceretur: cuncti qui aderant, huic conſilio aequieverunt, dum omnibus munitus ſacramentis, piorum more Chriſtianorum deceſſit.

Quæ paſſa eſt Humiliana æquanimiter graves ictus & contumelias accepitque à ſalvo marito, bellè & blandè eidem ægrotanti charitatis univerſa exhibet munia: miris eſt perindè ac fortis, & utrovis modo Chriſto conformis, & Deo grara: quæ illi à natura comcomparata erant, gratia ſummopere perficiebat. Audaciæ comes eſt indolis ingenuitas; qui enim ſeſe hoſte ſuo ſuperiorem fore confidat, is nequaquam fraudulentas artes adhibet; quippe quæ abjecti animi notæ ſunt, & imbecillitatis argumenta. Æquè *Humiliana*

generoſa erat, ac humilis, & ſincera: nec deſpondet animum inter rabioſos mariti furores, nec inter mariti dolores & depreſſiones *alta ſapit, ſed timet utrobique* Rom. 11. & dolenti ac depreſſo benignè famulatur: patiens eſt ac magnanima, quia vera Chriſti ſponſa.

Omnibus ſuffragiis Chriſtianis quæ potuit excogitare, admiſſas demortui in hac vita noxas eluere conata eſt & expiare: parentes itidem impenſiùs rogavit, ut juxta promiſſa creditoribus nomina explicarentur. Expellitur cum opprobrio, velut in rebus tractandis rudis & inexercitata, cenſeturque tutelæ filiarum indigna, quarum primogenita nondum quartum attigerat annum: quantus dolor, & quam acerbus in corde matris, dum à regimine teneræ & imbecillæ prolis violenter & injuſtè amovetur. Commiſit illas Dei providentiæ, *cui derelictus eſt pauper, quique orphanis eſt adjutor.* Pſ. 9. Ob teſtamenti exequendi adminiſtrorum negligentiam, aut potius impietatem, irriti fuerunt conatus H*umilianæ*, quæ fortiter urgebat, ut æs alienum diſſolveretur: ideò ſua omnia ſuppeditavit, magis eligens affligi, & egere cum populo Dei, ut ſalvò jure, æterna quies defuncto adveniret.

Patri ſuo *Humiliana* de ipſa matrimonio collocanda iterùm cogitanti planè reſtitit, ardenterque poſtulavit habitum Religioſarum ſanctæ Claræ: novit tamen divinitùs ſe vocari in Tertium Ordinem Franciſcanum, ubi vitam agens ſæcularem lectiſſimarum eſſet exemplar viduarum. Approbavit pater illud conſilium, cui exequendo multum fávit. Quocirca H*umiliana* ſecum aſſiduè certans, ac ſemet vincens ſedulò, in dies & fortior ſeipſa fiebat & melior. Præcipuè adjumento erat crebra ac pia Chriſti cùm vitæ mortiſque, tùm verò eximiæ illius charitatis meditatio, maximum divini amoris invitamentum, chriſtianæque virtutis.

CAPUT IV.

Progreſſus ejus ſpiritualis in Tertio Ordine.

VIDENS ſe H*umiliana* veſtiarium Franciſci gerere ſymbolum, ſe quoque credidit adſtrictam, ut ejus virtutes imitaretur. Pietatis operibus diligenter vacabat; inediæ, verberum, ciliciorum aſperitatem, velut cupiditatum moderatrices, delictorumque vindices non minus ſæpe quam avide adbibuit florente ætate, & in omni vita. Sororibus in ejus perniciem incumbentibus ex invidia, ſeceſſit in locum paternæ domus magis ſolitarium, ubi famula à Parre deſtinata quæcunque neceſſaria illi adminiſtrabat.

Rerum caducarum inanes illecebras dele- A vit apud illam omnis prorsùs oblivio. Qualibet hebdomadâ quatuor modicis panibus veſcebatur: propter ſtomachi debilitatem parum addebat olei. Nunquam omiſit quadragenaria Franciſci jejunia: diebus etiam ſingulis Lunæ, Mercurij, Veneris per totum annum jejuna erat. Ad laneam & ſimplicem tunicam pœnitentiæ lini nibil adjiciebat; imo verò ſetis aſperâ ſubuculâ utebatur, quam nunquam deponebat, niſi expreſſo Confeſſarij juſſu; ipſe tamen cilicini thoracis uſum *Humilianæ* interdixit, colicum ob morbum: multum effundebat ſanguinem ſingulis noctibus, præ flagri & verberum violentia.

Antequam illuceſceret contemplationi da- B bat operam, die adveritante in Eccleſiam proficiſcebatur, ubi plura audiebat ſacra, & concionem: deindè recitatis Horis, in valetudinarium currebat, renovatoque ad omnem laborem conatu, in corporum ſimul & animarum curationem tota incumbebat; uno eodemque tempore inſerviebat multis, huic laboranti manus, iſti dolenti aures, illi animam agenti aures præbebat & hortamenta, elargiens quicquid ſibi temperabat in valde modico ſumptu. Illico patre inſalutato amabile deſertum petebat Hymnos & Pſalmos cantatura, pioſque lectura libros, præcipua ejus occupationis materia conſiſtebat in rerum cœleſtium contemplatione, unde manabant è cœlo ſuavitates incredibiles & fa- C vores inſoliti.

Ne imagines externæ internæ tranquillitati officerent, aures & oculos diligenter tuebatur ab hoſtibus, à pluribus nimirùm viſis & auditis, quæ mentem poſſint perturbare. Approbè noverat Orationis puritatem contaminari fœdis imaginibus, quæ ſenſibus corporeis in animam irrepunt. Severum ita erat ejus ſilentium, ut religioſè & inviolatè ſemper illud cuſtodiret, præſertim diebus Communionis Eucbariſticæ, quibus nullas recipiebat amicorum officioſas ſalutariones, nec obibat, nefas exiſtimans alloqui creaturas, dum tempus eſt ſermocinandi cum Creatore. Accedentes tunc ad ipſam monebat de ſolo D Deo fari; aliàs ipſam fore ſurdam, ad audientiam, & mutam ad loquelam.

Cum perſeverantia ſit animi conſtantia quædam, obfirmantis ſeſe, adverſus diuturnitatis incommoda, magnopere illam à Deo poſtulavit velut theſaurum cœleſtem & impetravit. Dùm ſincerè & unicè Deo adhæret, bomines fraudes ei moliuntur: Parer filiæ in propoſitis implendis firmitatem callens, ſimulationis artificio utitur ut illa ſinat recipi dotem, quam conceſſerat, & ut creditoribus fiat ſatis: ab illa enim pater cautè obtinuit cbirographo munitam omnium tranſcriptionem bonorum mariti, quæ ſibi jure vindicabat. Iſto conſenſu parentes ad reſtitu-

tionem cogi poterant; quâ fraude cognitâ A dolebat *Humiliana*, cœlituſque facta certior de liberatione omnis negotii moleſti & operoſi geſtiebat gaudio: meditatio namque indè fit lucida magis & fervida, magis quoque ſevera fiunt exercitia Pœnitentiæ, minus ſomni deinceps capiebat, totâ die, & totâ ferè nocte actioni, lachrymis contritionis, & virtutibus adamuſſim applicatis.

Beati ſpiritus, ipſa Regina Sanctorum ſæpenumero eam ſuâ præſentiâ honorabant, dum zelo divinæ gloriæ flagraret, tantâque cor ejus afficiebant lætitiâ, ut rerum fluxarum oblectamenta nullum apud *Humilianam* locum teoerent.

Chriſti Crucifixi memoria ex ejus oculis B continuas educebat lachrymas, donec Deus ad ejus probationem voluerit illam obdureſcere intus, & quaſi mente fieri ſtupidam. Attonita hac mutatione, quamvis rerum ſpiritualium ſcientiſſima, altè ſuſpiria p·rebat, animique nervos contendebat, ut fletus priſtini denuò fluerent; calcis etiam vivæ fruſtula oculorum angulis appoſuit, ut lachrymis exſtillaret; quod ei male verriſſet, & illam excæcaſſet penitus, niſi Deus inſigni miraculo attuliſſet remedium.

Confeſſarius redarguendo monuit *Humilianam* lachrymarum donum gratuitum conſiſtere non in gemitu exteriori, ſed in criminum deteſtatione, & in terræ miſeriarum comploratu, quæ criminum pœnæ ſunt irrogatio; conſiſtere, inquam, in ſenſu & dolore intimo ob vulnera & mortem Chriſti, quam ipſi noſtra peccata accerſiverunt. C

Sciſcitatus eſt ab *Humilianâ* quomodo tantum profecerat in virtutis ſtudio. Planè ſum „inſcia, reſpondit, ſicut patet ex meo præ„ſenti regimine. Si quid boni in me reperi„tur, *deſurſum eſt deſcendens à Patre lumi„num*, Jacob. 1. Quadruplici viâ. 1. A te„neris unguiculis Orationes diurnæ & noctur„næ meæ erant deliciæ. 2. Pauperibus ſem„per & infirmis opitulata ſum ſeu in noſo„comiis, ſeu propriis in domiciliis. 3. Si „quæ mihi tribulationes acciderunt, meip„ſam contemnens magnum mihi robur com„paravi, ad ſuſtinendas fortiter cruces. 4. D „Ad gloriam ſolius Dei dirigens omnia, „uniuſque Creatoris rationem habens cæ„tera, *arbitror ut ſtercora*. Philip. 3.

Redeunte lachrymarum gratiâ tota verſatur in contemplatiooe vitæ & mortis Jeſu. Quò plus materiæ ea commentatio addebat divinæ charitati, hòc magis in *Humilianæ* pectore exardeſcebat humanæ ſalutis, ac Martyrii cupido. Eò demùm res evaſit, ut Dei filio, qui ſuum caput pro ejus ſalute devoviſſet, invicem totam ſe pro ipſius gloriâ & ſalute hominum in perpetuum devoveret.

CAPUT V.

Mundus & Infernus eam duriter inſectantur.

EO moleſtiores ſunt vexationes, quo major ratio ſperandi erat à vexatoribus favores & præſidia. Pater, maritus, fratreſque *Humilianæ* à quibus comiter & honorificè tractari meritò ſperabat, cum eâ peſſimè egeruot; nec tamen ejus exhauſerunt conſtantiam, aut patientiam. Ipſa ancilla non ſolum juſſa *Humilianæ* ſpernebat: ſed B & ipſam dominam redigebat in ſervitutem, atque crudeliter plectebat. Vas plenum aquæ, quod humiliter petierat, projecit furioſa in ejus caput, & vulnus ei luculentum inflixit.

Silentium fuit unica deffenſio devotæ Tertiariæ, quæ Deum orans pro crudeli famulâ, plagam obtexit, ne ſceleris rea puniretur. Ob tumorem vultus, publico abſtineos, ſupremum imploravit Medicum, ut ſanitate recuperata perfectius ei deſerviret; tuoc ducto in crucem pollice ſuper intumeſcentem partem, manum aliam ſentit, quæ idem Signum Crucis, ritu Chriſtiano, exprimens, vomicam aperuit, unde ſanie manante abſque dolore, vulnus balſamo cœleſti linitum momento temporis, penitus curatum eſt, nullâ remanente C cicatrice.

Initio dæmones *Humilianam* laceſſebant alieno impetu, nunc verò propriis incurſibus, quos jejuniis, Oratione, variſque vitæ auſteritatibus diſſipabat. ſub diverſis ſpeciebus ſe hæic offerebant ut pietatis leges, quas ſibi præſcripſerat, infringeret; ſemper verò triumphabat. Satis gnara *Humiliana* diabolum plus terroris, quam virium habere; & timidi canis ritu, cedentibus inſtare, reſiſtentibus cedere, alacrius etiam quam ſolebat (victricem diceres) ſtatuit ad certaminis ultro reverti occaſionem. Igitur Dei maximè diabolicam vim frænantis præſidio confiſa, loca ſolitaria quæ dæmon conabatur D infeſtare, ſupplicandi cauſa, *Humiliana* ſola frequentare ſuſtinuit: infernaſque illas belluas ad vanos tumultus accommodatas, impunè contemnens, documentum fuit nihil, diabolis eſſe contemptius, atque infirmius, ſi eos audeas contemnere. Namque illi ſemel egregiè victi, cum aperta vis minùs ſucceſſiſſet, ad dolum verſi, ejus orandi ſtudium, ſi minùs avertere, at aliquâ parte morari, conabantur.

Iterum & violenter dæmon agebat, duris alapis *Humilianam*, ſub figura trucis & robuſti hominis verberans; aliquando illam faucibus prehenſam retinebat, & ſtrangulare

nitebatur; ſæpe illius humeris onus graviſſimum imponens, eam reddebat immobilem; ſed infernum protinus famula Dei Signo Crucis edomabat. Territus dæmon nec die aggredi *Humilianam*, neque nocte auſus, dum ipſa vigilat, dormientem improviſò attentat, ingenti fragore, horrendiſque ſtrepitibus quieſcentem perturbans, ut virtutum exercitio minùs fiat idonea, virium debilitate: Signo Crucis dolus inferni evaneſcit.

Terrorem incutit, ſi poſſit, draconis ſpecie, qui rapido volatu & terribili ſibilo cellulam *Humilianæ* commovens, fœtorem ſpargit teterrimum: expergiſcens Tertiaria Signo Crucis diabolicum fugit exercitum, qui erubeſcens de ſua diſſipatione non vult omninò recedere, at pro dracone ſerpentem non fictum, ſed reapsè exiſtentem in medio cubiculi reliquit. Ultimus hic hoſtis permanſit ibi, Deo ſic jubente, ad probationem ſponſæ Chriſti, quæ multum affligebatur, dum terribile iſtud animal truci fremitu, clamoribus variis, horribilique cuncta complebat ſono; in precatione in vitus *Humilianæ* perigrinabatur animus: ejus etiam quietem neceſſariam ſerpens turbabat, pulvino vultuique inſidens: ſpe igitur divinâ roborata ſerpentem foras projicit per feneſtram, ne amplius moleſtus eſſet.

E Templo redeunt tria ſpectra occurrerunt, tria nimirùm corpora velut mortua ambarum filiarum & ſororis ex marito, quas peramabat. Illico perculſa his viſis, ſuſpicatur dolis ſedeluſam eſſe à fratribus, quibus erat inviſa, ut ſubito percipiens eorum mortem acerbius angeretur ratiocinans tamen artificium illud tribuit dæmoni, Signoque Crucis tria cadavera dilabi cogit, vaporem exhalantia fœtidiſſimum.

Malignus poſteà ſpiritus *Humilianæ* ſub pueri ſpecie, deinde ſub venerandi Abbatis figura, eâdem ſemper mente apparuit, ſcilicet ut in errorem induceret; ſed illam ſemper Deus ſuo texit præſidio, ſuâque tutelâ conſervavit. Tandem boſtis generis humani deſperata de *Humilianâ* victoria per fraudes & ordinarios incurſus, illam ad minas & prædictos impetus intrepidam, tumultuoſiſſimè adortus, atrociſſimè cædit, factis dictiſque odium explens ſuum. Illa inter vulnera, crepituſque plagarum magis de conſtantia quam de corpore ſuo ſolicita, Dei parentem ſui certaminis ſpectatricem implorare; vanos inimici tumultus magnitudine animi eludere, Orationem inſtituram non fortiter ſolum, ſed etiam conſtanter urgere. Quocircà dæmones, moleſtos illos & importunos interpellatores fortis atque invicta perſeverantia acerrimum adverſus infeſtos diabolos telum, facile abegit. Et *Humiliana* quidem ferendo ſpernendoque eorum impetus adeo fregit, ut nunquam poſthac ſuſtinuerint aliquid conari.

Dæmon itaque belluæ monſtroſæ & immanis accipiens uno pede anteriori jugulum *Humilianæ* præfocavit, dum oraret, altero, ita ferociter percuſſit ejus os vultumque, ut dentibus & maxillis penitus confractis illam proprio ſanguine madentem & penè extinctam humi proſtraverit: præ doloris violentiâ nec manducavit nec bibit quindecim dierum ſpatio, infinitam Dei bonitatem laudans quem certo ſciebat tribulatorum eſſe propugnaculum & refugium.

CAPUT. VI.

Favores quibus illam Deus cumulavit.

Quantum *Humilianâ* abſterrebatur à falſis terræ voluptatibus, tantum Deus illam potabat torrente cœleſtium deliciarum. Ad veſperam meditari incipiens flexis genibus, & cum lachrymis, pernoctabat, & protendebat meditationem eodem modo ad tempus matutinum, ut teſtis eſt aſſecla, quæ illam ſæpe humi ſtratam reperiebat, & quaſi mortuam. Sorores *Humilianæ* credentes eam dormire, commovebant eam & acriter pungebant ut expergiſceretur; myſticus ſopor aliquando abrumpebatur: interdùm vero illapſus divinus adeo validus & intenſus erat, ut per totum diem perſeveraret. Quinque annis commorationis ſolitariæ in turre, de qua locuti ſumus, haſce uberes *aquas in gaudio de fontibus Salvatoris multoties hauſit*, Iſai. 12.

P. Michaël *Humilianæ* Confeſſarius, & Frater Vigor Cortonenſis teſtes locupletes, & idonei affirmarunt in exſcriptis rerum ejus geſtarum actis ſe nunquam audiviſſe *Humilianam* de vitæ ſpiritualis arcanis diſſerentem, quin ſtatim viſa ſit rapta in aërem, vultu flammas ſpirante, oculiſque ſuaviter luceſcentibus: ceſſante dein raptu explicabat, P. Michaële jubente, quæ cœlitus didicerat.

Res admirabiles, quæ partim divinâ vi patratæ ſunt à noſtrâ Tertiariâ, partim ei divinitus contigere, teſtimonia quædam fuerunt atque indicia eximiarum virtutum, quæ in ejus animum divina bonitas plenâ, ut dicitur, congeſſerat manu: neque enim miraculis, quam cœleſtibus virtutibus fuit inſignior. Ex quo numero aliquot à nobis (quæ etſi ſedulo ab illa occultatæ, tamen ſuâ ſponte foras eminebant) in vulgus edentur. Eòque libentius hæc quam ſuperiora perſequar, quod ſanctimoniæ ſint non indicia ſolùm ſed etiam exempla, quippe cum illa in admirationem tantùm, hæc etiam in imitationem cadant. Atque ut ab ea virtute initium capiamus, quæ caput eſt ac fons aliarum, orationis, contemplationis, meditationiſque ſtudium, in illa eximium extitit.

Etſi enim mentem in Dei divinarumque rerum cognitione defixam perpetuo habebat, ſtatum tamen ac certum quotidie ſeponebat tempus, quod ereptum negotiis, tribueret meditationi rerum cœleſtium. Maximè verò in Chriſti vitæ mortiſque meditatione acquieſcebat; ſatis gnara ibi eximia omnis exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri atque imitari licere. Hoc meditationis genus maximè ſalubre ac frugiferum (præcipuum utique exemplar Chriſtianæ vitæ, & ingens invitamentum divinæ charitatis) impensè & complectebatur ipſa, & aliis commendabat.

Familiaris & ferè diurna conſuetudo Angelorum erat cum *Humiliana*, quam multo feliciorem æſtimo neceſſitudine, officioſaque amicitia Chriſti, ejuſque Matris Mariæ ſignificatione: aſſidentes interdum lecto illins eam lætitiâ inenarrabili perfundebant: ſuper ejus cubiculum ſæpe radij lucidiſſimi perſpecti ſunt, velut gratiæ interioris argumenta: auguſtiſſimam Trinitatem adoranti tres Soles ſplendentes & diſtincti ejus oculis ſe obtulerunt, mox in unum reducti globum, qui tanto lumine replevit *Humilianam*, ut deinceps hoc profundum myſterium abſconditum à ſapientioribus, fuerit illi manifeſtum & evidens, quantum ſimplici creaturæ licet, & poſthàc à celeberrimis Doctoribus conſuleretur.

Dum noctu precaretur, claritas cœleſtis diffunditur per cellulam, & alba ſicut nix Columba, roſtro pulcbram gerens roſam, coloris ex rubro albicantis in caput ejus deſcendit; mox in ejus mentem ſubiit alta Spiritus ſancti contemplatio, Columbâ Solis ſpeciem ſumente, quæ ſuavitate incredibili animam *Humilianæ* afficiens mox evaneſcit. Antelucanis vacans precibus, favente manu quâdam cœleſti, accenſa fuit lampas: præ ubertate ſolatij divini plurium dierum inedia nullo pacto ei nocebat. Ad imitationem ſancti Bernardi invita ordinariis alimentis utebatur; corpus ſuum torquebat velut miſerum remigem, cui erogabat modicam eleemoſynam, dum juſſu Dei, vitam mortalem, quaſi ſtativum locum tutatur, donec Deus vitæ & mortis arbiterè vinculis corporis animam eripiat. Bone Deus, fons amoris, aiebat, quamdiu hancce in ſervitutem redigar? heu, quis me à tam moleſta ſervitude liberabit? quandonam dulcedine præſentiæ tuæ ſatiabor?

Præclarius ſecum agi putavit in terris, cum certior facta eſt de dono perſeverantiæ, quam à Deo enixè poſtulaverat: ſe ſcriptam ſic videns in libro vitæ, non poterat diutiùs vivere abſque miraculo: reliquis diebus novos & magnos progreſſus in ſemita virtutis effecit, quorum participes alios reddebat conſiliis & exemplo: eligebat ſibi unuſquiſque *Humilianam* in moderatricem, cujus regimine omnes apprimè proficiebant: præ humilitate profunda tacebat dona mirabilia quibus eam cælum boneſtabat, nec unquam manifeſtabat, niſi ex obtemperatione, vel ignaros inſtruendi, miſeroſque ſolandi gratiâ.

Fauſtos ubique ſortiebatur exitus & fortunatos, quà inſcios docendo, quà oppreſſis opitulando. Plurimos ad religioſam vitam inducebat Sanctorum geſta narrando quæ poſſent imitari; aliis perſuadebat remanere in ſæculo, ſanctitatis regulas præſcribens hujuſmodi ſtatui conformes, quarum præcipua humilitas erat. Cuidam conſulenti tria hæc dedit præcepta. Recogitando malitiam & multitudinem peccatorum tuorum, acerbo ex noxis doloris ſenſu afficiare. 2. Rebellem te cognoſcens caſtis gratiæ illecebris, ingemiſce, & fatere, licet interdum conſenſeris, nunquam tamen vocationi divinæ omninò ſatisfeciſſe. 3. Corde pœnitentiâ purgato, ſervatiſque longo & continuo tempore virtutis legibus, contemplandis ſupremæ majeſtatis perfectionibus nava operam: totum cor tuum flamma amoris divini accendat; nihil in te relinquatur tibi, nec quo reſpicias ad te ipſum: ſolam divini beneplaciti executionem vehementius appete: multo gratior eris Deo, ſi bonitate, ſapientiâ, immenſitate, ac ejus potentiâ gaudeas, quam ſi à Deo poſtules delictorum veniam, & cœleſte præmium. Salutaribus *Humilianæ* monitis unuſquiſque eruditus à turpi vita ad emendationem abducebatur.

CAPUT VII.

Miracula ejus interceſſione patrata, dum viveret.

Trienno poſt ejus mortem Frater Hippolytus Franciſcani Ordinis Religioſus, à proprio Epiſcopo miraculorum inquiſitionem inſtruendi, & interrogandi teſtes, provinciam ſuſcepit, & ea quæ ſequuntur enarravit, tanquam ejus obitum præcedentia. Adire *Humilianam* non erat facile infirmis aut afflictis, qui ipſius egebant ope: ſemper enim in ſua turre incluſa à periculo vanæ gloriæ declinabat.

Coram *Humiliana* diluculò in Eccleſiam proficiſcente, pauper fœmina quædam in genua procumbens, ſuppliciter poſtulavit, ut precibus ſuis ſanitatem obtineret ægrotantis à longo tempore pueri, quem ei offerebat: *Humiliana* ſtatim ad pedes ſupplicantis provoluta ſe facinoroſam proclamavit, & indignam, cui Deus faveret. Ad hæc verba, populi vox eam compulit, ut matri mœrore confectæ ſuccurreret. O bone Deus, excla-

A „ mavit beata Tertiaria, ó bone Deus, noſti „ ſcelera & flagitia mea: creaturæ tamen vo- „ volunt ut à ſuprema tua Majeſtate hujuſce „ pueri ſalutem obtineam. Fateor me non „ poſſe abſque arrogantia eorum votis an- „ nuere. Animam ergo meam pledens, ſana „ hunc infirmum, mihi pœnam ipſius infligens. Mirum dictu eodem momento, ægro convaleſcente, ſana *Humiliana* adeò gravi morbo laboravit, ut difficilè tranſvecta ſit in domicilium.

Sitienti ardenter *Humilianæ* illuſtris domina (quam credunt Hiſtorici Reginam Angelorum) occurrit beatorum ſpirituum cœtu magno ſtipata, dum ancilla ad ejus lectum excubans dormiret. B Potato deinde ſcypho ptiſanâ pleno, ab Angelo miniſtrato, amiſſam valetudinem recuperavit.

A tera è ſororibus *Humilianæ*, Sibilla nomine, cujus brachium paralyſi afficiebatur, eam rogavit ut ſanitatem impetraret. Rejecit initio talem petitionem, ambæ tamen ex noſtræ conſilio Tertiariæ, certa ſibi pietatis exercitia impoſuere, quibus peractis, paralyſis omninò ceſſavit.

Frater Galbanus *Humilianæ* patruelis, inter Franciſcanos virtute ſpectatiſſimus, letifero ulcere ſaucius in brachio ejus imploravit auxilium, non ut bene valeret, ſed ſanctè mo- „ reretur. Surgat, inquit, devotus patruelis, „ vitam illi ſanam Deus reſtituit, eâ lege ut „ gloriæ ſummi Conditoris illam addicat. C Probavit eventus quanti faceret Deus preces famulæ ſuæ.

Beatrix *de Populo* honeſtiſſima & prudentiſſima urbis *Sanctiminiati* matrona, lecto affixa præ virium debilitate & gravi morbo; per ambos filios *Humilianam* rogavit, aut officioſi aditus gratiam, aut precationis ad „ Deum pro valetudine. Mea præſentia inu- „ tilis eſt & vana reſpondit beata *Humiliana*; „ at verò Dei bonitas ejus poſtulatis acquieſcit. Redeuntes igitur liberi matrem plenè convaleſcentem repererunt.

Ad eum modum ſe geſſit erga alteram ex ſuis filiabus in vitæ diſcrimen ultimum adductam.

Non ſolùm erat efficax in morborum curatione, D ſed etiam in expulſione Dæmonum, quos primo acceſſu, & abſque ſacro exorciſmo, percellebat, minimè intentans dirarum imprecationum fulmina.

In *Humilianæ* oculis, in ejus ore vultuque omnes mœſti acquieſcebant; afflictos à mœrore animos erigebat conſpectu ſuo, jacentes excitabat, confirmabat languentes: modo labores & ægritudines mœrentium calleret, dulces fiebant & levabantur.

Oleo deficiente ad diurnum lampadis uſum, aquam adhibebat, quæ ardebat lucebatque mirabiliter. Tantâ denique florebat apud Deum gratiâ & auctoritate, ut quodcunque poſceret, adipiſceretur.

CAPUT VIII.

Extremæ ad finem vitæ ejus vexationes, & pretioſa mors.

FACTA hæc tam illuſtria & præclara non exemerunt *Humilianam* ab hominum oppugnationibus, qui debitos honores virtuti ejus non perſolvebant, ſed toti in ejus perniciem videbantur incumbere: ſic cum ea Deus agi ſinebat, ut vanitate extinctâ „ particeps contemptus & dolorum eſſet Chriſti Salvatoris. Paternâ domo à fratris filio, nomine Galbano, emptâ, emptor patruelem è turre nititur exturbare; ſed irriti fuerunt ejus conatus, volente Deo *Humilianam* ſuæ curſum pœnitentiæ conficere, ubi incœperat.

Pater, cæterique parentes, ob ejus firmitatem exacerbati, victui neceſſaria illi denegabant, eam falsò aſſerentes vitam bonam ementiri atque adumbrare, cum venefica eſſet, opifexque incantamentorum, quibus miracula effingebat. Galbanus ejuſque uxor furore perciti ejecerunt *Humilianam* è turre, in qua ſuam ſibi privatam habitationem eligebant, quamvis incommodam: dolenti *Humilianæ* venerandum hunc locum profanari, Chriſtus imperavit, ut declararet ipſos brevi morituros, ſi perſiſterent in pravo propoſito. Galbanus verò ejuſque conjux monitum noſtræ Tertiariæ aſpernantes, illamque cogentes degere modico tempore apud pauperculam feminam, poſtridie graviter ægrotarunt, mox fato functi ſunt, ab *Humiliana* petitâ humiliter veniâ, cui priſtinum reſtituerunt domicilium.

Pater aliique communione ſanguinis devincti ardentius excandeſcentes, infamiæ tenebris Dei famulam obſcurare conabantur, & veneficiis aſciſcentes opera tam illuſtria, ieveritati judicum vitam ipſius permiſiſſent, niſi prompta mors eam abripuiſſet, cujus proximitatis optatiſſimum nuncium attulit ei Chriſtus ipſe, certam illam faciens de æterna beatitudine. Laboravit tamen per aliquot menſes febri ardenti, quâ incœpit æſtuare ineunte anno 1246. uſque ad obitum. Privata longo tempore omni humano auxilio, uberem accepit conſulationem ab Angelis, qui ipſi medicorum & valetudinarii præfectorum blanda & aſſidua exhibebant officia. Etiam ut res ita ſe haberet, unoquoque nihilominus mane perrepebat in Eccleſiam uſque ad menſem Martium, quo dolore crebreſcente, coacta detenta eſt in lecto: cum pedem è limine cubiculi non efferret amplius, conjecit ædium cuſtos morbum ingraveſcere, & omnibus in rebus ſe *Humilianæ* commodavit. Pater Michaël Florentinus Ordinis Minorum Con-

feſſarius, & Pater Bonamicus Tertiarius eam inviſerunt, ejuſque ſummâ calamitate ad miſericordiam adducti, eleemoſynas ipſi, & famulam quæ ægrotantis curam gereret, conciliauerunt.

Ne miremur tantam derelictionem accidiſſe *Humilianæ*, quæ omnes fovebat & conſolabatur; votis ſuis potitur; quod poſtulavit, impetravit; ſolius Dei præſenriâ contenta, ab hominibus cupiebat deſeri, ac pene deſerta eſt: ſed nunquam magis læta quam cum ſola, quia ſimilior eſt Jeſu crucifixo, cui ſe credens ac committens firmiter & cum gaudio ſtat: fiducia enin aliud nihil eſt ac firma animi confiſio, quâ certò credimus, non defutura in tempore quæ ſperamus bona.

Interrogata ab his Patribus quidnam men,, te revolveret, ait: Mors mea proxima eſt, ,, cui ſuccedet abſque intervallo felicitas æ,, terna, de qua certiorem me fecit divinum ,, oraculum, adeò ut Angelo mihi oppoſi,, tum annuncianti fidem non adhiberem. Novit cœlitus à populo ſuos fore pedes oſcula venerabunda recepturos mox ut vitam finierit; ideoque ipſa obitus momento voluit calceari, ne ulla vel minima pars corporis nuda videretur. Prædixit Patrem Michaëlem ſuum Confeſſarium, duoſque alios ſibi conſanguinitate conjunctos brevi motitutos, ac patrem ſnum gravi morbo conflictatum iri: cunctaque evenerunt ſicut illa prænunciaverat.

Mirum dictu, vitæ ſuæ poſtremis quatuor aut quinqne diebus Humiliana duriora patiebatur; generoſa tamen & invicta nullum exercendæ virturi ſtatuebat modum; nullâ, inquam, moleſtiâ, difficultateque, in colenda pietate frangebatur, habebat ntique ubi oſtentaret præclaram illam patientiam doloris univerſi, nervorum convulſionis & rerum omnium inopiæ: aliud ex alio malum fere naſcebatur; aliam alia calamitatem excipiebat. Dum enim augeſcunt corporis ægritudines, Dæmon animam agitare nititur: mutatur facies, oculi aperti ſunt abſque ullo motu. Illi angor vocem includit; modicùm ſe erigens exclamavit: Atrox eſt & truculenta poteſtas tenebrarum: ſignum crucis reïterat, videturque manuum & brachiorum agitatione quaſi vi vim repellere.

Miſeratione commoti omnes qui adſunt, fortitudinem Humilianæ mirantur & fervotem, dum laborantem ſuis precibus juvant, Confeſſarius Crucifixum illi offert, quem religioſe & humiliter oſculatur; ſtatimque fu,, giente dæmone: Laudetur noſter Redemp,, tor, ait Humiliana, qui me liberavit à fu,, neſtis diaboli incurſionibus. O dulciſſime ,, Jeſu, miſericordias tuas in æternum cantabo, quæ contigerant narravit Humiliana devotis ſuſpiriis, piiſque ſermonibus declarans quantâ pace interiori frueretur, quantoque amore flagraret erga Deum.

Nocte ad diem Veneris elapsâ multa cum quiete, hilariter dixit mane Sabbathi ſe à longo tempore peroptaſſe hunc diem fore ſuæ vitæ ultimum, ut quæ in eo ſingulariter coleretur ſanctiſſima Virgo Maria, divinæ illam morientem Majeſtati præſentaret: Poſt innumeros " favores, ait *Humiliana*, quibus me donavit, " huncce præcipuum addere dignatur: piaculo" rum igitur ſacrorum ope, præſidioque in" ſtruar, ſine mora: hodie namque moriar. " Deinde extremâ ſacramentorum expiatione deſuncta cum mirabili fervore & lacrymarum abundantia canticum Simeonis recitavit: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine, &c* Luc. 2. Gratias agens aſſiſtentibus, veniamque petens à patre ſuo, alterâ manu cereum, alterâ verò ſuſcipiens Crucifixum, his verbis Chriſti uſa eſt: *In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum*; diſtincte auguſtiſſimum pronunciavit nomen Jeſu, & benigno oculorum conjectu in Confeſſarium, quaſi extremum illi valedicens, ac proximum indicens obitum, è vivis exceſſit tranquillâ penitus mente conſiſtens die Sabbathi 4. Maii anno 1246. ætatis ſuæ 26.

Totâ urbe de ejus deceſſu diſſeminato ſermone, falſæ & iniquæ contra Humilianam criminationes extinguntur. Unuſquiſque ejus ſanctitatem extollens accurrit ad venerandum ſanctum corpus. Parentes acerrimi quondam illius inſectatores acerrimè angebantur, & ad oſcula pedum lacrymoſi & venerabundi procumbebant, ac pœnitebant intimè ſe innoxiam vexaſſe. Miracula tunc patrara incredulos & vacillantes confirmarunt. Undecim ægroti curationem non admittenres, momento temporis planè convaluerunt; duo cæci fuerunt illuminati; mutus linguæ libertatem conſequutus eſt; paralyticus facilem membrorum uſum eſt adeptus; ſeptem viri dolores articulorum habentes è morbo emerſerunt; quinque contractione laborantes nervorum reſtituti ſunt in ſtatum valetudinis priſtinum.

Sepulta fuit ut Soror Tertiaria in conventu Florentino Fratrum Minorum, qnem nominant, *à ſancta Cruce*, cum multiplicationis miraculorum gloria & ſplendore. Tribus poſteà menſibus, ſeptimo die Auguſti tranſvehitur ejus corpus in locum magis honorificum, noviſque miraculis decoratur tranſlatio, quorum continuatio in cauſa fuit cur reponeretur in pretioſa theca propè cætera lipſana.

peſte non infici exiſtimat: quod libentius facit, ipſa acriter ſecum excutiens, quantum ſibi diſpliceat illorum perfidia. Sæpe viij odium calcar ad virtutem fuit, quo plus contemnitur *Margarita* noſtra ob converſionis primordia, plus inflammatur ad perſeverantiam & ad cacumen ſanctitatis conſequendum.

CAPUT II.

Ingreditur in Tertium Ordinem Franciſcanum, miroſque virtutis facit progreſſus.

MULTOTIES inſigni fervore gratiam Tertij Ordinis Franciſcani alumnæ conſequi percupiens, minimè exauditur, imo patitur repulſam: voti nihilominus compos eſt tandem anno 1277. Cortonæ, ubi non abſterrita à propoſito, nec propreteà ſtomachoſe abjiciens ſpem obtinendi quod poſtulat, ſanctum denique recipit habitum.

Margarita per aliquod tempus ſtipem oſtiatim cogebat, & mendicatò quærebat vitæ propriæ ſuſtentationem, necnon filij meretricio partu editi. A moderatore conſcientiæ mendicitate illi prohibitâ, vilis coquæ functione fungitur apud nobilem Dominam, cujus numeroſa oppidò familia pluribus cùm infirmis, tùm validis & ſanis conſtans illam tenent ſemper & ſummoperè impediram: nec tamen quid remittit de pietatis & virtutum exercitatione. Admirationi erat propter ſilentium, modeſtiam, humilitatem, diligentiam, & lacrymarum donum, quas præteritæ delictorum vitæ memor perpetuò profundebat.

Quamvis labor & deſatigationes continuæ multùm illi arriderent, tanquam pergratæ contritionis ſociæ, ſolitudinem tamen aucupabatur, velut divini amoris incendium, & cordis contriti refrigerium ac delicias: ab altera illuſtri femina abjectum illi tugurium offertur, in quo deſertum ſibi parat omnino auſterum & invium, nemini patens niſi Angelis, quorum jucundam ſocietatem inierat meditatione attentâ, & cœleſtium communicatione favorum.

Mirandum ſane commercium cœli videlicet & terræ, ſed infinitè citra omnem comparationem, mirabilior Jeſu Chriſti comis, ut ita dicam, facilitas ad *Margaritæ* noſtræ mores ſe componentis & genium, quam diverſis apparitionibus erudivit, & de lege ſua docuit: nuda terra illi erat pro toro, petra pro pulvinari, vel trabes lignea, cilicinum thoracem ad veſtimentum ordinarium adhibebat: cruenta flagra orationem comitabantur atque indiviſim.

Pauxillum panis furfuracei, & aquæ frigidæ illi ut pauperi erogarum, lantiora ejus convivia conficit, quibus aliquando addebat, juſſu Confeſſarij, paucas nuces aut crudas herbas. Compertâ tamen eminenti & extraordinariâ vocatione, ſinitur omninò & libenter agere, juxta divinum illapſum. Præcipuus *Margaritæ* character in odio generoſo, quo ſe mordicùs proſequebatur, & in cœleſti magnanimitate, quâ nil experiebatur virtuti repugnans, uſque adeò retuderat naturæ corruptæ rebelliones.

Infeſtæ dæmonum phalanges omnium aſtuum vafritie illam obſident, quas tandem fugat, protsùs & debellat: valde comis erat & benefica erga pauperes, quibus egregiè largiebatur quæcumque ab aliis recipiebat, aut lucrabatur manuum labore, viles etiam & proprias veſtes ſuppeditans, domeſticumque omnem inſtructum. Mentis puritate pollebat eximiâ, quæ ex aſperitate vitæ, afflictatione corporis efflorefcebat, dubia interdum an leviſſimam labem contraxiſſet, præ infando terrore in lacrymas prorumpens, ſudore copioſo diffluebat & opprimebatur deliquio morti proximo. Si maternorum viſcerum proclivitati adhæſiſſet, filium quem in lucem ediderat, ut idolum eſſet amplexa; & inſano deperiret amore; illum tamen ſuis regulis ſubjiciebat, nil aliud volens fortunatius aut fauſtius ei conciliare, quam ut Jeſu Chriſti perfectus evaderet ſervus.

In ſolitudine illum educavit, donec proprio marte, ſuâque induſtriâ ipſe victum ſibi comparare poſſet. Tunc Religioſis Franciſcanis illum offert, in conventus obſequium, ubi per aliquot annos vitam tolerans Fratrum Minorum charitate, & ſalutaribus adhuc præceptis imbutus, religioſo denique donatur habitu, vota ſolennia nuncupat, monaſticas adamuſſim obſervat leges, factuſque præco evangelicus ſanctitatis laudem, inſignis eloquentiæ gloriâ cumulat. *Margarita* ſciens tam laudabilem filij ſui progreſſum, miro afficitur gaudio, majori ardore & aſſiduitate Deum obſecrans, ut religioſæ perfectionis curriculum plane compleat, ſuiſque ad id fervidis exhortationibus illum compellit.

Dæmones ſuâ humilitate perterret, qui in oppido ſancti Sepulchri Cortonâ longè diſſito, adoleſcentem dirè vexantes declarant, dum intentantur exorciſmi, non expellendos fore niſi *Margaritæ* Cortonenſis imperio, quam Deus vult tam illuſtrem referre triumphum. Parentibus, qui poſſeſſum juvenem producebant, Cortonam accedentibus, maligni exclamant ſpiritus, aërem fervore ſanctæ Pœnitentis inflammatum, novos & magis urentes ignes flammis admovere ſempiternis, unde ipſi atrius torquerentur.

Crudelius tùm exagitant & lancinant dæ-

moniacum, quem violenter extollunt in aëra, & confeſtim in terram præcipitant, velut ſemimortuum. Mox ut aſtantes perſpiciunt illum in pace & tranquillitate, Deum ferventer laudant, citoque convolant ad *Margaritam* hujuſce neſciam miraculi, quæ præ intimo humilitatis ſenſu, vehementer percullſa eſt, ob gratias amplas de hujuſmodi generoſa liberatione habitas.

CAPUT III.

Margaritæ agendi ratio in ſuſpicionem vocatur, quæ multum confert ad peccatorum converſionem.

ACCEDEBAT ad hæc ſolicitudo ingens, atque indefeſſus labor in ſublevandis pauperum difficultatibus, orborum, orbarumque educatione ac pudicitiâ procurandâ tuendâque, & perditis mulieribus à turpi quæſtu ad meliorem frugem & continentiam traducendis.

Quibus illa in rebus, dum Chriſti cauſam agit intrepidè, multorum, ut fit, odia, ſimultateſque contraxit. Igitur vulgus, ut eſt plumâ & folio levius, quam nuper ſumma cum approbatione ſuſpexerat, eamdem repente contemnere & acerbiore in dies indignatione execrari cœpit, & caput innocentis dirâ imputatione opprimere prorſus, ut jam non modo cum proximis agere, ſed ne pedem quidem januâ tutò efferre poſſet. Religioſi vero Franciſcani, licet magna ex parte fictas criminationes putarent, tamen rati ſubeſſe neſcio quid, quod tantæ invidiæ flammam foveret, aut immutatâ vel certè labefactatâ in *Margaritam* voluntate, videbantur.

Prohibitum etiam fuit ipſi Confeſſario, cum illa colloqui, ut moris erat. Jeſus interim illi apparuit conſolationis gratiâ, declarans manifeſtè ſe velle ejus uti miniſterio ad plurium peccatorum ſalutem. Nulla res magis patefecit ejus incredibilem animarum zelum & mentis magnitudinem, quam infinita quædam cupido Evangelij toto orbe terrarum circumferendi. Par tantæ fortitudini, Dei hominumque charitas fuit.

Namque in omnibus vitæ partibus non alia virtus magis, quam divini cultus proferendi, hominumque ſalvandorum eminet ſtudium. Nimirum charitate in Deum tantâ flagravit, quantum exiſtere oportuit in ea, quæ humanis rebus penitus contemptis aſſiduæ rerum cœleſtium commentationi dedita foret. Hinc in Deum, ſummum bonum munificentiſſimique conditoris conſervatoriſque ſui amorem mens erecta, vel in mediis hominum congreſſibus jucundiſſimos ſermones miſcebat cum Deo.

A Hinc inflammatus ille in Jeſum Chriſtum, benigniſſimum Dominum Salvatoremque ſuum, amor; identidem ſuaviſſimum illud ac ſalutare nomen dulciſſimè uſurpans; in diem accenſa illa proximorum ſalutis cupiditas, quæ nec ceſſare unquam illam, nec defatigari patiebatur. Nimirum adeò inſitus erat illi hic juvandorum hominum, propagandæque Religionis amor, ut ferè innatus videretur. Huc illa toto impetu ferri, in hoc tota eſſe, hoc omnibus expetere votis, in hoc maximè acquieſcere, ut Chriſto aggregaret quam plurimos, etiam magis pertinaces & obſtinatos. Mulier quædam atrocibus flagitiis contami-

B nata, quæ accedens ad Sacramentum Pœnitentiæ nunquam Confeſſario detexerat, *Margaritam* adit: nondum peccatrix ſacrilega ſua facinora Dei famulæ declaraverat, quando hæc divino illuſtrata Spiritu illi recenſet enucleatè minima quæcumque & graviſſima ſcelera, illamque ita efficaciter percutit, ut à depravatis moribus ad rectam vivendi rationem abducatur.

Salutandi cauſâ viſitatur ab alia nefanda meretrice, cujus *Margarita* divinitùs diſcens profundas libidines, harum annotat ſpeciatim dies, horas, ſceleris ſocios, participes, & affines, varioſque occurſus, tantâ evidentiâ, ut repente fortiter radiante ſole juſtitiæ, impudica mulier fœtidis conſcientiæ ulceribus mederi decernat, ac reapſe, quantum poteſt

C afferat medicamen contritione & Sacramento Pœnitentiæ.

Unus aliquis adoleſcens, ſuo genere nobilis, peracto ſtudiorum curriculo, fit impurus helluo, vino luſtriſque confectus, in morbum extremum incidens, omni ſpe orbatur, ſeque jam ſempiternis addictum ignibus arbitratur: probi quicumque ac docti accerſuntur viri ad illum exhortandum, & divinâ roborandum fiduciâ, qui oleum perdunt & operam. *Margarita* noſtra, matris rogatu illius, cujus ſalus videtur deplorata, celeriter advenтat, ejuſque conſiliis æger deſperatus, ſacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, atque mo-

D ribundi ſacræ Unctionis ſuſcipit: tandem plures eliciens actus contritionis, fidei, ſpei, & charitatis fato functus eſt.

Creſcit mirabiliter ejus zelus ad peccatores convertendos, & augetur pluribus monitis cœlitus miſſis, manifeſtiſque Chriſti Jeſu crucifixi apparitionibus. Sacerdos magnæ exiſtimationis cum femina libidinosè agere ſtatuit: *Margarita* ſciens divinitus nefarium adeò propoſitum, ſcribit ad impudicum ſtylo ita perfecto & perſuaſorio, ut humiliter veniâ poſtulata, & crimine ſacramento Pœnitentiæ expiato, effrenatas mentis cupiditates juxta leges modeſtiæ omnino temperaverit.

Alius quidam omnium libidinum maculis notatus, è cœno vitiorum emergit, & ab im-

probâ peccandi conſuetudine ſe revocat, fervidas poſt *Margaritæ* exhortationes, ardenteſque preces, quibus ejus converſionem à Deo impetrat.

Homo perditâ nequitia alienam uxorem conſtuprabat, & ad meliorem frugem haud quaquam videbatur poſſe reduci; fruſtum tamen panis à *Margarita* contactum illi offertur, quo manducato, confeſtim ab iniquitatis ſemita deflectit, & arctam virtutum init viam.

Univerſa Italia bello flagrante, diffidentibus pacem affert *Margarita* & perturbatos animos tranquillat, qua oratione ad Deum recurrens, qua piis dans operam conſiliis, ut diſcordes mutuò reconcilientur. Plures animas è loco, expiandis poſt mortem peccatis deſtinato, eruit, & inter cœlites elevat, annuente Deo votis ejus ad ſuam majorem gloriam, & Fidelium ſempiternam requiem. Puellam à tyrannico hoſpite dæmonio oppreſſam liberat, puero in ultimum vitæ diſcrimen adducto plenam reſtituit ſanitatem; alterumque è mortuis ad vivos revocat.

Eminenti Orationis dono pollebat *Margarita*, cujus acuratam Confeſſario reddebat rationem: obeundis exercitationum muneribus, momentorum erat retinentiſſima, ſtatis vicibus ore Deum laudans tantâ cum applicatione, ut cor potiorem locum teneret, & divino Spiritu ſemper afflaretur. Frequenter Euchariſtico reficiebatur epulo, quo intimo ſupremæ Majeſtatis conſortio perfruenti, & diebus ſacræ Synaxeos nunquam recedenti ab Eccleſia Chriſtus Angelorum choris ſtipatus illi ſe reipſâ viſum exhibebat. Sacerdote ſemel ei per incogitantiam offerente profanam & non ſacram Hoſtiam, conſueto ſapore, ſeu dulcedine cœleſti internâ privatur, novâ tamen apparitione permulcet illam Jeſus, omnem tollens amaritudinem hujuſce eventus cauſâ apertè manifeſtatâ.

Mirum dictu, quinetiam cogitatu: *Margarita* noſtra nunquam animi torpore gravatur, ab eo tempore quo Deum incœpit amare: imo potius, inter duras conflictationes viriliter agit & ſtrennè. Cum enim torpor hic ex imperfectâ voluntate oriatur, longiſſimè abeſt à fornace ardenti, qua exuritur *Margarita*, mox ut Chriſto adhæret; ardor eſt equidem tunc atque impetus, qui cùm ad multa ſit peſſimus, eſt optimus ad virtutem.

CAPUT IV.

Mors ejus, miracula, & inter beatas mentes relatio.

SUMMO cum oblectamento audiebat Præcones Evangelicos, piiſque aderat colloquiis, ubi de virtutis legibus tractabatur, variiſque ſemitis, per quas mens hominis ad Chriſtianæ perfectionis evehitur apicem. Delectabatur potiſſimùm in myſteriorum Chriſti Servatoris conſideratione, qui volens aliquando in ejus corde flammas divini amoris vehementius accendere in illius memoriam revocavit ſingulos favores, quibus illam cumulaverat.

Margaritam, reapſè, prærogativâ ſingulari, participem reddit ſuæ mortis cruciatuum, Matriſque dolorum ſtantis firmiter ad Crucis pedes, dum truculenti tortores diris non ſolum ſuppliciis ſacrum dilaniant corpus, ſed etiam aures Chriſti patientis, ſacrilegis laceſſunt imprecationibus. Tunc oculi *Margaritæ* copioſo manant ſanguine, unde pars illa maximè delicata extraordinarium contraxit tumorem.

Sopitis ſenſibus tota in divina abripitur die Paraſceves in Eccleſia Fratrum Minorum; univerſos Paſſionis Chriſti articulos tanto ardore, tantaque tunc deſcripſit efficacitate, ut viſa ſit quaſi exanimis & mortua, dum incœpit de Redemptoris interitu diſſerere. Horâ nonâ matutina, mirabili iſti & divino prorſus exceſſui datur initium, qui duravit uſque ad veſperam.

Myſtico animi raptu extra ſenſus ineunte, pauci erant teſtes, quorum tamen numerus ita crevit, ut aliquandò poſt cùm non potuerit Eccleſia continere omnes accurrentes ad tam mirificum ſpectaculum, proximus vicus citò refertus ſit ingenti ſpectaculorum multitudine. Prima hac ab corpore mentis alienatæ abreptione illuſtratur, in honorem utique ſacratiſſimæ Virginis, cujus eſt acerrimos experta dolores.

Alteram patitur à poteſtate mentis abſceſſionem, ad gloriam Pœnitentis Magdalenæ, dum *Margarita* noſtra alta & lugubri voce conqueritur, ſe præſentia perjucunda dilecti ſponſi orbari, quem in ſepulchro reliquerat: à feria ſexta majoris hebdomadæ uſque ad ſecundam Paſchæ inediam ſuſtinuit, triduum ſcilicet ab omni cibo & potu ſe abſtinens. Inſomnis quoque permanſit, donec ſummo mane Chriſtus ſeſe videndum gloria plenum, & ſole ſplendidiorem illi obtulit. Innumeri Angeli in Redemptoris comitatu hymnos ſuaviter concinebant, Reſurrectionis glorioſæ celebrantes triumphum. Tunc *Margaritæ* morientis abſterſit lacrymas Chriſtus, atque internos compoſuit motus, arcana illi detegens cœleſtia, trium præſertim defunctorum æternam felicitatem.

Status adeò fauſtus angit & cruciat dæmones, qui obverſantur illi horridis ſpeciebus, & terrorem conantur incutere ſollicitationibus pravis atque execrandis. At nullo modo obſequens, imo potius fortiter obſiſtens divinum obſecrat ſponſum, ut illam edu-

cat de corporis ergaſtulo. Vigeſimo tandem poſt converſionem anno, à Nativitate ſcilicet Domini 1297. Chriſtus ipſe *Margaritam* nova apparitione certam facit, fore de Valle miſeriarum eruendam, & inter cœlites admittendam die 22. Februarii, multis ſtipatam animabus, quas flammis piacularibus eripuerit.

Divinis munita Sacramentis, inebriatur ab ubertate domus Dei, & torrente voluptatis ſupramodum potatur: facies ejus reſplendet ſicut ſol, animamque exhalat mira cum ſuavitate: Cubiculum gratiſſimo perfunditur odore, Vir quidam pietate eximia, & eminenti contemplationis dono præditus illam in cœlum aſcendentem conſpicit, unà cum animabus, quas è loco expiandis poſt mortem peccatis deſtinato, liberaverat.

Vulgato ejus obitu, populi undique accurrunt; atque terræ mandatur magnifica & ſolenni pompa. Decem mortuos in vitam revocavit; ſex illuminavit cæcos: tribus mutis loquelæ uſum reſtituit; quinque claudi facilem exercent ambulationem; aliaque diverſa patrantur miracula. Venerandum illius corpus à quadringentis fere annis, à die nempe deceſſus illæſum, & ab omni corruptione immune remanet.

Leo X. Cortonæ degens, circumſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis, diplomate Apoſtolico feſtum Margaritæ conſtituit ſolenniter celebrari ſingulis annis, ipſo die dicato ſancti Petri Cathedræ Antiochenæ, vigeſimo ſcilicet ſecundo menſis Februarii, quo *Margarita* è vivis exceſſit.

Urbanus VIII. Chriſtiernæ Florentiæ Ducíſſæ rogatu, titulum illi ac deſignationem Beatæ confert, ſumma religione ac cærimonia: permittit inſuper feſto ritu, & apparatu extraordinario diem obitus illius coli, atque Officium publicè recitari.

Hiſtorici omnes Ordinum ſancti Franciſci Aſſiſiatis honorificè de Margarita Cortonenſi loquuntur, cujus memoriam ob virtutum præclara facta excipiet ac tuebitur immortalitas. Quo enim plus priſtina vivendi ratio, & intemperans licentia videntur illam obſcurare eò major ad ejus exiſtimationem facta eſt acceſſio, eoque clarius ejus ſplendor dignitatis eluxit, ob ſeveram pœnitentiam, ob profundam humilitatem, denique ob ſupereminentem ſcientiæ charitatem, quibus decorata, in pulcherrimam & ſanctiſſimam Chriſti ſponſam evaſit.

VITA
SANCTÆ ELIZABETHÆ,
LUSITANORUM REGINÆ, VIDUÆ.

CAPUT I.

Ortus ejus & educatio.

MAGNA ſemper fuit, toto penè Oriente, totoque Occidente, gloria nominis Luſitani: magna, cùm bellicæ virtutis, tum opum ac divitiarum exiſtimatio. Neque miror, ſi per Luſitanos licitum eſſet, omnes nationes tenuit negociandi cupiditas, ſtabiliendæ cum Luſitanis, prout negotiationi incumbentibus ſocietatis & amicitiæ gratiâ; multò magis laudandi ſunt ob religionem & virtutes chriſtianas. Quamvis *Elizabetha*, de quâ nunc ſcribo, orinnda non ſit ex Luſitaniâ, ſed ex Arragoniâ, Luſitaniæ tamen illuſtre eſt ornamentum; cujus ſceptrum ſuâ ſanctitate & prudentiâ plurimum decoravit.

Naſcens anno 1271. miranda jam ferebat indicia æterni conſilii de ejus regimine ac progreſſu: corpus illius velis & retibus involvebatur, quæ juſſu matris thecâ argenteâ incluſa, diligenter aſſervata ſunt tanquam pretioſa lipſana. Ex his ligaminibus & vinculis facile multi conjecerunt, *Elizabetham* fore modeſtiæ inſigne exemplum, & fore ſe Chriſto aliquando alligaturam ſtrictâ Legum Evangelicarum obſervatione. Pater ejus Petrus nomine Arragonenſis-Infans, nondum adhuc Regni thronum occupabat, quia *Elizabetha* oritur Jacobo Arragonenſi avo ſuo adhuc regnante.

Hujus Avi laudes celebrant Hiſtorici, ob debellatos multoties penitùs Mauros. Mater, nomine Conſtantia, Mainfredi Regis Siciliæ filia, & Imperatoris Friderici II. neptis, Ordinem ſanctæ Claræ, mortuo marito, amplexa eſt: tantâ claruit in vitâ & in morte, virtutum perfectione, ut locum habere meruerit in Martyrologio Franciſcano, die 24. Aprilis.

Elizabethæ nomen, Principi de quâ diſſero, aptiſſimè imponitur, dum luſtralibus aquis initiatur, ad æternam memoriam Elizabethæ Andrææ Regis Hungariæ natæ, & violantæ Aviæ paternæ ſororis. Jacobum Regem Arragonenſem Avum natalis hic dies non mediocriter conſolatur: mitigat & prorſus lenit indignationem quâ exardet in Petrum Arragonenſem; cui licet meritò ſuccenſeat: in puellæ tamen oculis, in ore, vultuque acquieſcit, adeò ſuaviter, ut animo tranquillo & attento illius educendæ curam ſuſcipiat in ſuo Palatio, velut futuræ pacis arbitræ, & cordium infenſorum moderatricis.

Pius hic Princeps, jam ætate provectus puellam docebat methodum facilem, divinæque præſentiæ exercitium, millieſque mori potius, quam Deum offendere illam adhortabatur.

Adeò ſolerter hiſce documentis cohærebat *Elizabetha* ut avius judicaret illam fore præcipuum decus Regiæ Arragonum Familiæ. Vix ſexcennio completo, *Elizabetha* remanſit poſt mortem Jacobi ſub tutela Regis ſucceſſoris, in cujus baſilicâ, inter medios Aulicos pietatis leges omni ſtudio obſervabat. Octennis jam recitabat horarias preces, Sacerdotibus ex Officio recitandas. Pauperibus lubens erogabat, quicquid illi erat integrum: uſqueadeò æſtimabatur præ virtutis ſplendore, ut felices proſperique ſucceſſus Regiæ totius familiæ meritis ejus tribuerentur. Benè incipit, melius progredietur, optimè perficiet; crux non deerit; ſed crux *Elizabetham* extollet atque magnificabit uſque ad finem vitæ. Acta jam tunc ætas honeſtè ac ſanctè, tantam afferet conſolationem, ut illam qui ita vixerit, nec aſtringat ægritudo, nec perleviter pungat animi dolor.

Zurita 1. p. l. 3. cap 14. & 43. cap 12. l. 7. cap 18. rerum Hiſpanarum. Vuading. ann. 1271. § 12 13 ann. 1312 1315. 1336. Marc. Ulyſſip. p. 2. l. 8. cap. 7. § 1. & à cap. 28. uſque ad 31. Gonzog. part. in Monaſterio Conimbrienſi.

CAPUT II.

Connubio jungitur Dionyſio Luſitaniæ Regi.

VULGATA famâ ejus per Chriſtianas regiones magis remotas, peroptatur in conjugem à multis ſupremo Imperio Principibus. Reges præſertim Neapolis & Angliæ ad nuptias illius contendentes Legatos miſerunt: ſi de re illa fuiſſet rogata ſententiam, nullum præter Chriſtum, habuiſſet ſponſum *Elizabetha*, quæ, Deo ſic volente, Luſitaniæ tandem Regi, nuptui deſpondetur. Alphonſo III. defuncto, Dionyſius filius ejus primogenitus ei ſuccedit, atque per

A Joannem Velho, Joannem *Martinez*, & Vaſqueſium *Piez* extra ordinem Legationem decrevit Regi Arragoniæ, ab illo conjugem *Elizabetham* Luſitaniæ Regi poſtulaturos, qui, poſt deliberationem cæteris præfertur, prius tamen, ob gradum conſanguinitatis, obtempta à lege exemptione.

Joannes *Velho* gerendi negotii Princeps, Regis nuptias iniit, adeo feliciter, ut quibuſcunque aſſiſtentibus ipſis etiam Legatis Anglicis & Siculis planè probata fuerit ejus tota ratio. Rex Arragonenſis, deducens *Elizabetham* ad limites uſque Caſtiliæ, in officioſa digredientium conſolatione à lacrymis abſtinere non potuit. *Sanchez* Caſtiliæ Rex tunc

B bellum conflans exercitui præſens ipſe imperabat: ideoque fratri ſuo Jacobo dedit in mandatis adventantem Luſitaniæ Reginam honorificè excipere, quæ probè & cum apparatu geſſit.

Alphonſus Luſitaniæ Regis frater nationis Luſitaniæ dignitatem egregiè ſuſtinuit proficiſcens Bracaram Caſtiliæ & Luſitaniæ confinium, ſpectatiſſimoſque totius Regni viros habens Comites, ad occurſum *Elizabethæ*, quam Dionyſius ſponſus expectabat in ipſo Luſitaniæ aditu, ubi ſolennis cæremonia conjugii, nuptialiſque gratulationis epulum cum amplitudine & pompa celebrata ſunt: tunc vero ſponſa vix attigerat duodecimum ætatis

C annum.

Familia ejus inſtituta fuit omnino juxta Luſitanorum leges, & quod præcipuum, inter ampliſſimos honores, & ſumma laudum ornamenta quibus exornatur, modeſtia & pietas ſplendidius elucent. Deum aſſiduè & ſine intermiſſione precatur; corpus pœnis ſponte ſuſceptis atterit, acriterque comprimit erumpentes animi motus, nil aliud habens in mente, quam Chriſtum Crucifixum, cui ſoli placere ſtudens ſic ſe gerit, ut etiam marito plene ſatisfaciat: ejus conceſſu manè antelucanas preces, matutinam, ſcilicet & primam recitabat, deinde flexis genibus Miſſam audiebat muſicis modis celebratam; Manus Sacerdotis ſemper oſculabatur, præclara offerens

D dona, cùm ad miniſtrorum Eccleſiæ uſum, tùm ad egenorum levamen: finito Sacro, cæteriſque horis divinis completis addebat beatæ Virginis, & defunctorum Officia.

Ab ipſo derepentè prandio veſperis in proprio Sacello cantatis intererat; poſtea meditationi dabat operam intimum exprimens fervorem uberibus lacrymis: nunquam omittebat piorum lectionem librorum, quos arbitrabatur fecundiſſimos eſſe nuncios à Deo perlatos, ut cœleſtibus documentis erudiretur. Nunquam vacabat ab opere; poſt Orationem, vel lanas elaborabat, vel aulea textili deſcribebat pictura, aut ſericum aliumve pannum acu variabat ſuo incitans exemplo

ad honeſtum laborem miniſtras cubicularias, omneſque aſſeclas, imo quoque nobiles & primarias feminas, ne ceſſatione torpentes otio diffluerent, & ſolverentur: ſicque effingebantur veſtiaria Altaris ornamenta.

Ad ſacram Synaxim frequenter accedebat *Elizabetha*, prævia diligenti & accurata Confeſſione: continuum Dei præſentiæ exercitium mirabiliter illam diſponebat ad Euchariſtiam; pariterque eam adornabant cupiditatum victoria, ſtrictaque jejunia, non ſolum diebus ab Eccleſia præſcriptis, verùm etiam omni tempore, temis diebus, qualibet bebdomada; per totum Adventum, & à feſto ſancti Joannis Baptiſtæ uſque ad ſolennitatem Aſſumptionis Genitricis Dei Mariæ. Je- B junium Angelorum menſe Septembri obſervabat, quod Seraphicus Pater circa Dedicationem Sancti Michaëlis Archangeli inſtituit, & ipſe primus cum ſeveritate obſervavit: ſingulis per totum annum diebus Veneris & Sabbati jejuna erat, aqua pro victu & pane contenta: ſeipſam acerbius tractaſſet, niſi mariti auctoritas adhibuiſſet moderationem.

Declaravit Deus inſigni miraculo quanti *Elizabethæ* ſanctitatem facere gravitet ægrotanti parum vini propinandum medici præſcripſerunt, at enim Regina omnino abſtemia adduci nunquam potuit ut huicce medicorum præſcriptioni aſſentiretur, ſed ex aqua bis illi oblata, vinum bis divinitùs factum C eſt. Iis uti ſincerè, quæ guſtui blandiuntur, regulis virtutis non repugnat ſic ordinante Dei providentia. Miraculum iſtud non ſolum curationem Elizabethæ operatur, ſed inſuper exaltat ejus temperantiam, quæ jam incipit in terra mercede aliqua valde inſigni potiri.

CAPUT III.

Ejus Eleemoſyna miraculis honorantur.

ID quo ſtudioſius à Sanctis opprimitur & abſconditur, eo magis eminet & apparet: lucem fugit, umbram quærit *Elizabetha*, D ne videantur ab hominibus, quas diſtribuit pauperibus, largitiones, prædicantur tamen apertè, & magnam illi gloriam pariunt: nullus unquam mendicus ab ea paſſus eſt repulſam, ſtipis erogandæ curatore, juſſu illius, abſque ullo diſcrimine, omni petenti, largiter ſubveniente. Qui gratificantur cuipiam, quod obſit illi, non benefici, neque liberales judicandi ſunt: dabat *Elizabetha* non ſolum grata & utilia, ſed ita comiter & jucundè ut plures fidenter ad illam accederent cùm eleemoſynam recepturi, tùm hancce egregiam dandi rationem attentè conſideraturi.

Mendicus quidam ex iis qui ſacrarum A ædium veſtibula conterunt, precationi apprimè intentam intuitus, manum ad ſtipem porrigit ſupplex, cui cum Princeps ipſa miſericors, ex ea quam habebat pecunia, nummulum hilari vultu tradidiſſet; atque is (ut fit) rem ad cæteros pauperes detuliſſet, alius aliuſque deinceps ad *Elizabetham* accurrere, quos illa cum ſe per Chriſtum obſecrantes fruſtrari fas eſſe vix duceret, à minoribus nummis ad majores paulatim progreſſa, brevi totam crumenam ita penitùs exhauſit, ut ſimul quicquid teneret eleemoſynarius, fuerit diſtributum, quam rem iidem pauperes mox conſpicati, & maxima quadam admiratione correpti Sanctam illico exclamant, quibus plauſibus, vocibuſque nequaquam inflata ipſa, cum uno bono conſcientiæ niteretur, ſolumque Chriſtum inſpiceret, in Regiam inde ſine ulla cunctatione profecta eſt.

Non exiguam partem curarum aliis quoque rebus *Elizabetæ* impertiit, atque iis maximè quæ ad ſalutem & commodum populi, atque ad ſplendorem Eccleſiæ Romanæ pertinerent. Novit plures Dominas illuſtres Luſitanas ob paupertatem, pudicitiæ violandæ manifeſtum incurrere periculum: multas quoque mulierculas à maritis diffidentes, & ideo in intemperantiam & immoderationem diſſolutas iri, niſi afferretur remedium. *Elizabetha* tanto huic malo obviam eundum rata, ſumma ope expedire illarum animos cœpit. Primùm igitur eas omni obſequio demereri deinde quicquid poſſent æquum expetere qua ad vitæ ſuſtentationem, qua ad conjugium ineundum illis expeterere regia & Chriſtiana munificentia ſuggerebatur: matronis etiam ſapientibus & honeſtis in officio continendas, & coercendas quaſdam tradere conſueverat.

Sed cùm creſceret numerus, ne cui gravior eſſet impenſa, locum pluribus ex iiſdem recipiendis, alendiſve publicè parare conſtituit ſuis ſumptibus, exemplo ſuo provocans primores Luſitanos, ut ad ſuum præclarum opus conſilium, ſtudium, aut pecuniam conferrent: nemo tamen ſe profiteri nec volebat, nec poterat Principem tam glorioſi inſtituti, cujus Regina ſola, poſt Deum laudem juſtè merebatur. Augebat in dies largitiones conſuetas, licet, quæ ſui juris erant viderentur excedere: in largiendo erat effuſior, ſolennis inediæ tempore, ſumptuum propriorum moderationem libenter iis conſecrans, qui *Chriſto configuntur Cruci*. Gal. 2.

Per totam extremam Quadrgeſimalis jejunii bebdomadam Horis Canonicis, divini verbi Prædicationi, Sacrorumque cærimoniis ſolennibus prorſus intererat, valdè ſimplici veſte induta; ſextis quibuſlibet feriis Quadrageſimalis temporis, tredecim egenorum lavabat pedes, & devotè oſculabatur: idemque charitatis officium tredecim paupe-

bus feminis die Jovis recolendæ Euchariſtiæ inſtirutionis ſacro exhibebat: hoſpitalitatem præſertim ſectabatur ex Pauli ſententia, Rom. 12. Hebr. 13. in peregrinos, quibus victum & veſtitum ſuppeditabat, viarium etiam commeatum, ſi opus eſſet. Monaſteria quoque utriuſque ſexus omnibus commodis abundabant ejus liberalitate. Charitas *Elizabethæ* ſuperefluebat extra Luſitaniæ limites, & diffundebatur per regiones exteras; attendebat maximè ad ſubſidium eorum, qui cum nobiles & divites fuerint, acerbam & duram aliquando fortunam experiuntur.

Eximiam ejus charitatem Deus multis illuſtravit miraculis dum adhuc in terris degeret: pauperis cujuſdam feminæ fœdo ulcere labo- B rantis, abluens pedem: Videam, inquit, alterum quem à meo conſpectu amoves ob fœtorem & putredinem; deinde blandè tangens partem afflictam, & tergens vulnus, & oſculans, mulierem infirmam planè ſanavit.

Die Paraſceves quidam ex iis quibus hocce humilitatis officium exhibuerat *Elizabetha*, præ debilitate corporis non potuit cum aliis ex aula citò exire: indignatus immeritò janitor fuſtem illi impegit, vulnuſque inflixit luculentum. Regina ſtatim trucem juſſit miniſtrum puniri, acceerſitumque ægrum adeò fauſtè curavit, ut poſtridie ſanus omnino gratias ampliſſimas egerit auguſtæ ſuæ liberatrici, non ſolùm pro ulceris curatione, ſed inſuper lepræ quâ à plurimis annis erat in- C fectus.

Miraculum quod ſequitur, cum tanta certitudine narrant Hiſtorici, ut aſſerant tritam rem eſſe in Luſitania, & à pueris decantatam *Elizabethæ* ingentem in tunica gerenti pecuniam pauperibus erogandam Rex occurrit, cui poſtulanti quidnam ferret tam ſtudioſé, reſpondit, roſarum eſſe faſciculum. Veritatem comprobavit eventus: pecunia fuit è veſtigiò mutata in roſas recentes, ſuavem ſpirantes odorem, quæ etiam ſubrubente colore florebant hybernâ tempeſtate. Depingitur propterea *Elizabetha* ad noſtram uſque ætatem cum his floribus in roga. Conventus Monialium ſanctæ Claræ quem ſundavit & con- D didir, *Ianua de Roſis* vulgò nominatur, quia ibi ſolebat *Elizabetha* largitiones pauperibus partiri. Inter omnia bonum publicum habebat in mente, ſcilicet extruere Valetudinaria & Xenodochia, pontes & fontes ad uſum communem, ſuis nullo modo ſerviens rationibus. Cavebat attentè ne gentilitius ſcuti typus vel notæ characteriſticæ ibidem unquam apponerentur. Eccleſias interdum reperiens nondum perfectas, aut alia ædificia publica derelicta, jubebat illis colophonem admoveri ab architectis, hiſque præſentem pecuniam numerari.

Berengaria nobilis & virtute præſtans Do-

A mina initium dederat conſtruendo Religioſarum Ciſtercienſium Monaſterio, cui morte intercedente manum extremam non adhibuit: Rogavit igitur Reginam ut opus ad exitum deduceret: faſtigio ſine mora impoſito ſumptibus *Elizabethæ*; ipſius quoque juſſu Conventus ſemper diſtinctus & notatus eſt titulo ſolius Berengariæ primæ fundatricis, cujus corpus humilis Princeps in ſuperbo monumento ſepeliri imperavit cum ſolenni pompâ.

Martinus Epiſcopus Sentarenenſis, Franciſcanæ familiæ alumnus, inchoatâ domo publicâ pro Infantibus expoſitiis, in ultimum vitæ diſcrimen adducitur, tumque petiit à Regina, ut quod erat incœptum perficeret:
B Rem amplificavit ipſa luculentius, magnos reditus annuos adjiciendo, ad ſuſtentationem non ſolùm certi numeri, juxta fundatoris intentum, ſed quorumcumque omnium ſine delectu. Invitabat aliquando in ſuum palatium nutrices cum infantibus, ubi diverſis blanditiis eos deliniebat, & propè volebat accedere ad menſam dum pranderet, illis porrigens amabiliter conquiſitiſſima epula. Grandeſcentes curabat artis cujuſpiam præceptis imbui & excoli; deinde tirocinio egreſſis tabernam inſtrui & ornari, ſi in morbum inciderent, hocce in hoſpitio publico remedia & allevamenta quæcumque recipiebant. Juſtum eſt, aiebat *Elizabetha*, ut cum hæc domus eorum ſit mater, licet adventitia, illis
C quoque præſto ſit & adjumento in ægritudinibus, more nativarum genitricum, illæ proprios cognoſcerent fœtus. Emanuel Luſitaniæ Rex impetravit à ſummo Pontifice Innocentio VIII. hujus Xenotrophij adjunctionem alteri ejuſdem urbis.

Elizabetha idem inſtituit in civitate Leixienſi pro pupillis, & ſacras pro Canonicis annonas: in oppido, vulgò *de novis Turribus* domum refugij condidit ære proprio, & annuis reditibus locupletavit, ubi filiæ, corpus vulgò publicantes, rectè atque honeſtè vitam peragant. Inter omnes agros illi uſuariâ donatione attributos, urbem adamabat nominatam communiter *Alenquierum*, ibique
D jucundius commorabatur & longius: à Spiritu ſancto ſub ſpecie Columbæ nocte fuit monita, ut craſtinâ die ſe transferret in locum, ubi magnificum Templum conſtrui juberet, juxta operis figurationem lineamentis expreſſam, quam hic reperiret: præſente Magiſtratu, qui in ejus comitatu erat, viſionis veritatem experta, flexiſque genibus Deo gratias agens, ſopitis ſenſibus tota in divina abrepta eſt, per ſpatium ſemihoræ. Eodem momento *Elizabetha* opifices adhibuit, cui illos inviſenti occurrit puella ſertum roſarum offerens: deinde roſam cuilibet operario præbuit Regina, quæ in monetam auream divinitus converſa pecuniæ debitæ penſionem am-

Digitized by Google

pliter exſolvit. Ab hoc miraculo nomen & ſanctitas *Elizabethæ* in ore omnium verſantur & recenſentur cum elogio. A

CAPUT IV.

Perditi mores Luſitaniæ Regis comprobant, & plurimum exercent Reginæ patientiam.

ÆQue perfectum eſt conformari voluntati divinæ, permittenti hominum peccata committere, ac eos moleſtiâ & ægritudine affici volenti, dum ſuprema illius Majeſtas B nullo modo ab hominibus offenditur, Si autem juſti in eodem rerum concurſu pati coguntur ab aliis afflictiones, quæ Dei mandata violent, tunc qui ad nutum Dei ſe accommodant & fingunt, egregiæ virtutis ſpecimen exhibent, ſicut noſtra *Elizabetha*. Rex Luſitaniæ omnium libidinum maculis inuſtus erat; cæco amore ſeptem concubinarum ſtolidè illaqueatus, totidem ex iis liberos ſuſceperat: quamvis Regina formæ caſtigatiſſimæ jam anno ſuæ ætatis decimo-ſeptimo filiam peperiſſet, Conſtantiam nomine, quæ Regi Caſtiliæ Ferdinando III. nupſit; deinde ad annum vigeſimum provecta filium procreaſſet, quem nominarunt Alphonſum, quique poſt obitum patris regnum Luſitaniæ poſſedit.

C Dum maritus extra rationis limites effuſus vitam nequiter ac luxurioſè traducit, uxor belle & rectè ferebat hæc mala, iniquitatem conſtanter averſatur, ſed æquabilitatem vitæ conſervans, dum Rex per libidinem & ſævitiam fit dirus oſtentator, Regina nullam ex his depravatis moribus offenſionem videtur accipere: ferventer Deum orabat pro univerſo Regno, at in primis pro Regni moderatore, cui ſtudium ſuum & operam deferebat, non ſolùm verbis honorificis, verùm etiam factis illuſtribus: filios iniquitatis curabat in ſuum palatium advehi, quos proprios vocabat filios & tenerrimè fovebat, liberaliter educans, optimiſque ipſos inſtituens moribus. D Nutrices eligebat magis idoneas pro primo ætatis exordio, politoſque & egregios educatores, qui pubertatem & adoleſcentiam approbè excolerent; dum præ commiſeratione intimo ſenſu, aut favoris ambiendi gratiâ, teſtabantur quidam ſe vicem ejus dolere, nec de marito quicquam expoſtulabat, ſive apud maritum, ſive apud alios, verùm excipiens æquanimiter quæcumque adverſa, graviſſimas pœnas ferebat ſilentio.

Id eſt difficile, quod cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non exequi uſque ad extremum; *Elizabetha* cum nil ardentius appeteret, quam Regis converſionem, hocce conſilium nunquam depoſuit; ut autem illum captaret, omnibus in rebus concubinarum filiis obſecundabat. Eos igitur omni obſequio demerebatur, inde ut quiſque obvius erat, hilari vultu blandiebatur illi, volebatque menſæ regiæ cunctos viciſſim accumbere, imo quoque ſublatos collo ſuo admovebat, gratias Deo agens qui tales pueros ſpem ſtirpis dediſſet, & ſimul honeſtam eis ſanctamque vitam expoſcebat precibus, ſubinde (exceſſus demiſſionis in aliis foret, quod illius ſanctitas facilè ſuſtinebat) puerorum matres acceiri deſiderabat, accitas benignè alloqui, & unicuique virtutis commendare formam.

Nec ſalubria dicta in irritum cadebant, quibus ipſe Rex ad converſionem fortiter incitabatur, adjuncto ſancti Ludovici Epiſcopi Toloſani exemplo: filius erat iſte Caroli II. Siciliæ Regis, & ſancti Ludovici Regis Galliarum fratris filius; ideoque Regum Luſitaniæ conſanguineus. Recens ejus obitus, pluriumque miraculorum operatio locum dabant & materiam piis Elizabethæ ſermonibus, quos Rex ipſe omneſque aulici impunè cavillabantur.

Attamen venationem exercens in ſilva Montis Regalis, ad urbem vulgò *de Beia*, quam Luſitani *Pacem Iuliam* nominant, ſolus inſectatur urſam ingentem, quæ illum humi deturbans, & pedibus ſtrictè apprehendens equi frenum, Regi in memoriam reduxit cachinnorum, quos in beatum Ludovicum evomuerat, veniæque humiliter petendæ conſilium inſinuavit.

Eodem momento Illuſtriſſimus Præſul apparuit in Fratris Minoris habitu, ſacras capite gerens infulas: ſtatimque ſubtidens: Jocularium, inquit, tibi libenter gratiam facio; pugione hanc belluam jugula: quo facto, actiſque Deo gratiis tantum ob favorem, in equum inſiliit, ſtipatoreſque ſuos advocari jubet.

Trajiciens montem obvium habet agricolam, qui ad petitionem, unde oriundus ſit: Ex pago orior, ubi prandium adornatur Regi, quem vellem à dæmone abripi. Qua de cauſa ſic loqueris, ait Princeps, animo pacato? Colonus deinde addidit, rei familiaris regiæ adminiſtratorem violenter aſportaſſe vaccam, tres arietes, & quatuor volatilia, abſque ulla debiti æris ſolutione, aſſerendo ſupremum Principem pleniſſimâ auctoritate rerum omnium, quæ ad ſubditos pertinent, eſſe dominatorem. Illicò Rex ei reſtitui pretium venalibus ablatis indictum & catapultatis glandibus latâ ſententiâ rei domeſticæ curatorem condemnavit.

Redux ad Reginam citò enarrat quæcumque contigerant, præſertim ſancti Ludovici viſionem, ad cujus honorem edixit Rex ædificandam ædem in Eccleſia Fratrum Mino-

rum

rum *Beienſium*, ubi fideles votorum religione ſe abſolvunt. Uxor, *una de numero prudentum*, compellit maritum ad virtutem. Novit quod ſicut ſenectus facit ut animus tanquam emeritis ſtipendiis ambitionis, ſecum ſit, ita ſcitum eſt, periculum ex aliis facere, nobis quod expediat; recti regiminis hæ ſunt leges: ſenes utique redeunt ad cor, ut amplius ſapiant; experti clarius illuſtrantur experientiâ. At verò nil fauſtius excogitari poteſt quam tempore juventutis pariter ac ſenectæ mortem mulcere & quaſi cicurare immanem hanc belluam, tum mortis ipſius aſſiduâ meditatione, tum puritate conſcientiæ, ut morte adveniente ſecuri ſiamus, & fidentius ſtemus coram Juſtitiæ divinæ tribunali.

Cor Regis Luſitaniæ colloquio ferventi Reginæ, jam paulatim ad æmulanda meliora chariſmata 1. *Cor.* 2. incendebatur, & ad capeſſendam converſionis plenæ viam, miroque randem eventu illam aſſecutus eſt. Ephebus quidam Reginæ alteri æmulabatur, credens eum magis Reginæ arridere, illumque falsò accuſabat de nimia cum *Elizabetha* conſuetudine & familiaritate: Rex haud quaquam ſui compos, primum nuncium, quem ipſe mitteret, ab uſtrinæ opificibus imperavit in ardentem fornacem è veſtigio projici. Puer honorarius nequiter delatus, jubetur illicò calcarium coctorem adire. Signo autem dato per viam, quod cœleſtis hoſtia ab ara excitata populo adoranda proponeretur, in Eccleſia Fratrum Minorum, in eam ingreditur, ibique pluribus ſacris adeſt, dum iniquus accuſator ultrò & celeriter currens, ut citò regij præcepti maturaret executionem, præcipitatur ipſe in flammas, quibus ſine mora conſumitur. Rex verò quod acciderat audiens *Elizabethæ* ſanctitatem comprobat, vitamque univerſam ad rationis normam dirigit.

CAPUT V.

Inter ſe diſſidentes conciliat.

IN oratione quam recitant fideles ad laudem *Elizabethæ*, meritò illi attribuitur illuſtre donum pacificationis. *Clementiſſime Deus*, inquiunt, *qui beatam* Elizabeth *Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellici furoris ſedandi prærogativâ decoraſti; da nobis, ejus interceſſione, poſt mortalis vitæ, quam ſuppliciter petimus pacem, ad æterna gaudia pervenire.*

Præclari hujuſce privilegij ſingulare ſpecimen multoties edidit, ſummos inter Principes pacem conſtituens, qui bellum gerebant internecinum, ferro & flammâ in ſeipſos ſæviebant.

Alphonſus Luſitaniæ Regis frater ægrè fe-

A rebar agros ſibi uſuariâ donatione attributos injuſtè auferri: verùm cum lis non poſſet componi, niſi ex utraque parte conflarentur exercitus, qui viciſſim incendio ac cæde complerent omnia, tamen *Elizabetha* in priſtinam eos concordiam reduxit, reddens marito quaſcumque ipſa poſſeſſiones haberet in Luſitania, ut fratrem Alphonſum frui ſineret bonis ipſi addictis.

Frequenter & ſtudiosè incitabat Regem, ut viros meritis claros magni penderet ac peramaret, nec facilè audiret meras malevolorum delationes: cujuſlibet ſubditorum altercationes & rixas probè noverat *Elizabetha*, quibus promptè medebatur adeo feli-

B citer, ut debitores creditoribus ſatisfacerent: ſi præ inopia ſolvendo non eſſent, fraudabat ſe etiam neceſſariis, ut ære alieno expedirentur: Pro reis autem & flagitioſis ſe deprecatricem nullo modo præbebat, nec poſtulabat veniam, ut juſtitiæ locus daretur.

Gentes quoque exteras mirificè tranquillavit, ne Mauri Mahometiſmum profitentes, inter Principum Chriſtianorum diſſidia, in eorum provincias perfidè involarent. Hac eadem tempeſtate, partim uſurpatâ ab Infidelibus Hiſpaniâ, reliquum fuiſſet illis ſine magna reſiſtentia ſubjectum.

Jacobus *Elizabethæ* frater, Rex Arragniæ, & gener ejus Ferdinandus Caſtiliæ Rex

C ſe invicem armis inſectabantur, quamvis magnates Chriſtiani ſtudium & operam componendæ controverſiæ darent. *Elizabetha* interim eos prudenter induxit, ut Principe marito ſuo uterentur arbitro & diſceptatore: ob id ſe tranſtulit illa in Arragoniam, ubi Regibus, ad quos res ſpectabat, pacem attulit & tranquillitatem, universâ congratulante & applaudente Europâ.

Sponſus ejus Rex Luſitaniæ, Ferdinanduſque Caſtiliæ Rex certarunt invicem, unde ad arma conclamatum eſt, & graviter perturbatum utriuſque regnum: ad pugnam venientibus, & acie ſtatim congreſſuris, ad ſubverſionem Chriſtianorum Africæ finitimorum,

D propter Mauros eos aucupantes, *Elizabetha* tam ſagaciter & generosè concordiam perſuaſit, ut publicari juſſerint utrobique armorum ceſſationem & pacificè convenerint complutum, ubi ſanis Reginæ Luſitanorum conſiliis pax coaluit & ſtatuta eſt matrimonio Ferdinandi cum filia *Elizabethæ*, nomine Conſtantiâ; & Alphonſi ejuſdem *Elizabethæ* filij cum Beatrice Ferdinandi ſorore.

Facultas hæc celeberrima ſedandi magis commotos animos ſolenniter claruit in componendo mariti & filij primogeniti diſſidiis. Rex quidem ſerò cognovit, quantum noceant liberis parentes præ inſano & impotenti amore; ſic enim liberi à virtute deflectunt, & pravis moribus inficiuntur. Revera Prin-

ceps filius non expectans, ut demortuo patre hæreditati ſuccederet, copias contraxit factioſas & turbulentas, urbem invaſurus, ubi Rex manebat; qui de rebellione monitus exercitum confecit, noctuque rebellem prævenit: Inter hæc *Elizabetha* ad Deum confugit, & mittit ad filium varios extra Ordinem curſores, ut illum regiæ poteſtati ſubjiciat: perſiſtit in prava mente ſeditioſus volens cum patre collocato pede prœliari, ipſique mortem inferre, à quo vitam acceperat. Precibus ſuis & fletibus Regina iram Dei juſtam mitigans, temperat ſimul quodam modo furorem Principis.

De benevolentia ingentes matri habet grates, quæ ipſum fortiter incitat, ut à patre humiliter poſtulet veniam. At vero iterùm Regis imperium detrectans, uxorem filium, & quæcunque magis pretioſa æſtimat, in caſtiliam tranſvehi jubet, nempe complutum. Deinde in regnum paternum cum militaribus copiis rediens agros Luſitanos depopulatur, & devaſtat, Pagos incendit, plura oppida & caſtella violenter uſurpat. Dionyſius Rex ſuo ſtipatus exercitu Conimbricam obſeſſurus convolat, ut rebellem ibi prehenſum teneat.

Nova crux piæ evenit Reginæ: ab invidis quibuſdam perſuaſus Rex quod *Elizabetha* rebellioni aſſentiretur, imperavit illi ut urbem, vulgò *Alanguierum*, haberet pro cuſtodiâ: ſcelus utique execrandum invidia, quam parit dolor, & deſperatio quædam adipiſcendi boni quod contigit alteri. Auctoritas *Elizabethæ* in componendis belli fluctibus emicabat; Aulici verò livore contrubeſcebant; iis enim æmulamur, qui ea habeant, quæ nos habere cupimus.

In exilio & in cuſtodia plures & integras exegit hebdomadas ſumendo pro victu panem tantum & aquam: orabat continuò Deum pro conſervatione amborum Principum, & pro Regni tranquilitate. Miranda in primis ejus patientia, quâ ferebat æquo animo propter propter Chriſtum ſe ut factioſam cenſeri. Probos omnes & in Rempublicam bene affectos adverſus hic caſus acerrimè commovit; omnes ejus miniſtri, clienteſque beneficiarii obſtrictiores polliciti ſunt & detulerunt ei ſtudium ſuum & laborem, copias & opes contra tam violentos impetus. Regi obedite, inquit Regina, &, ubi „agitur de publici ſtatus ratione universâ „contra impugnantes viriles eſtote.

Duo nihilominus exercitus caſtrametati propè *Conimbricam* viciſſim & ſuas mutuò diverſas fundebant partes, & velitando ſe invicem graviter laceſſebant, tandemque ſe accingebant ad prœlium, ut in medium rerum omnium certamen devenirent atque diſcrimen: tunc mulam divino inſtinctu inſcendens *Elizabetha* inter ambos exercitus

A videtur, curritque mox ad filium ut ſubmiſſionem ei commendet, mox ad patrem ut miſericordiam obtineat; denique ſeditioſo promittente obedientiam, ſummoque Principe veniam dante imminentem Luſitaniæ calamitatem extremam feliciter avertit.

Factioſus Alphonſus, quod affirmatè, quaſi Deo teſte, promiſit, & chirographo confirmavit, non præſtitit: articulos pacis tranſgreditur, & in priſtinum facinus reincidit: Ulyſſiponem contendit ipſe ducens agmen in cornua diviſum: ſpreto patris imperio, qui jubet filium aliam inire viam, Pater antecedit; jamque conſertis manibus pugnabant, cum Religioſa *Elizabetha* inter militum cu-

B neos ſtans diſſidentibus illicò pacem affert. Cœleſti auxilio freta Principem rebellem ita comprimit, ut reſipiſcens & tantum ſex equites ſocios ſibi adhibens in tentorium regium ſubitò proficiſcatur, poſtulandæ veniæ gratia, flexis genibus, & lacrymis obortis, Patrem elatâ voce ac diſertè vocans ſuum Regem & primarium Dominum; ſuæ rebellionis pœniteat, polliceaturque emendationem. Initio Rex ſeveris utitur verbis, minas intentans, niſi deinceps perſpicientiæ, dexteritatiſque vir fiat. Regina mediatrix omnem difficultatem ſolvit, & animos perturbatos tranquillat cum tanta ſagacitate, ut pacis peracta conciliatione in Luſitania poſthac omnia fuerint quieta & tranquilla.

C

CAPUT VI.

Ejus Miracula.

SUMMAM gravitatem cum ſingulari comitate copularat *Elizabetha*; Majeſtas ejus blanda erat & ſuavis, pietas auguſtæ dignitatis plena. Nec igitur mirum, ſi tam facile reprimit præcipites, & furentes exarmat: ſi tam citò commovet animos, & in omnem partem convertit: potens erat ſermone & opere, verbis ac rationibus jungens miracula, quibus ab juriſdictione Principis diſcedentes, alioſque obſtinatos edomabat.

D Ferdinandus III. Caſtiliæ Rex, qui nupſerat Conſtantiæ filiæ *Elizabethæ*, in ætatis flore, fato functus eſt, Rex & Regina Luſitanorum ſtatim profecti ſunt in Luſitaniæ & Caſtiliæ confinia afflictum viduæ animum à moleſtia avocaturi. Dum in civitate, vulgo nominant, *Rodrigo*, degerent, aſſecla quædam *Elizabethæ*, ipſique ob eximiam virtutem pergrata incidit in morbum, qui ægrotantem privavit linguæ beneficio, rationis uſu, edendique & bibendi facultate: jam ſalute prope deſperata, illi tamen meliuſculè factum eſt aliquantulum; ægra ſtatim Reginam, ut à Deo vel integram valetudinem,

aut celerem de terra exitum impetret: *Elizabetha* precibus peractis, formatoque Signo Crucis in fronte, oculis, ore & genis, ac pectore infirmæ, plenam ſanitatem ipſi reſtituit, ita ut nunquam poſteà hac ægritudine laboraverit.

Soror Margarita Religioſa Ordinis ſancti Auguſtini in Monaſterio urbis Ulyſſiponenſis vicino, ex tumore ſtomachi, dolore afficiebatur acerbiſſimo, quem prorſus ſanavit *Elizabetha* ductâ in crucem manu, hanc tangens partem. Margarita ſanata pleniore medicam Principem ore laudabat, licet invitam: ſed quo plus ad reſiſtendum laudibus ſtudii conferebat humilis Dei famula, eò plus amplitudinis & exiſtimationis aſſequebatur.

In pago, cujus nomen eſt *Arabriga* exhibetur illi puella à nativitate cæca, cujus mater exoptabat inſtanter & cum magna contentione proſequebatur integram curationem, firmiter credens quod tangens oculos Sancta Regina viſum reſtituet. *Elizabetha* volens tantum conſolari & recreare matrem mœrore confectam, blanditiis puellam demulcebat, cui tamen levi & ſacro contactu oculorum uſum reddidit. Omnium ſermone celebratur tantum miraculum, quod perſpicuum fit matris ac filiæ, cæterorumque domeſticorum declaratione, ante & poſt obitum *Elizabethæ*, licet hujuſmodi publicationi ipſa enixè repugnaret.

Conſtantia uxor vidua Ferdinandi Caſtiliæ Regis è vivis exceſſit paulopoſt mariti mortem; cui *Elizabetha* genitrix quæcunque præbuit ſuffragia precibus, eleemoſynis, cunctiſque ſponte ſuſceptis cruciatibus. Proficiſcenti Ulyſſiponem in comitatu regio, apparuit Heremita, quem ſtipatores non ſinebant prope accedere: quid petis, ait Regina interim: monete cupio Majeſtatem Regiam, reſpondit Solitarius, me ſæpius Reginam Caſtiliæ obviam habuiſſe in mea ſolitudine, dum dormirem, mihique ſuas duriſſimas pœnas pateſeciſſe, à quibus liberabitur, modo ſingulis diebus, per ſpatium anni unius celebrari cures Divinum Religionis Chriſtianæ Sacrificium à Sacerdote caſto & pudico.

Accerſivit mox Regina Ferdinandum de *Mendoſa* quem communiter æſtimabant omnis prorſus urbis expertem, & præclaræ caſtimoniæ laude ornatum: factis expletis ad mentem piæ Dei famulæ, Conſtantia peracto anno in ſomniis obverſata eſt albâ & magnificâ veſte induta *Elizabethæ*, aſſerens ſe in cœlum aſcendere æternum poſſeſſuram præmium, merces, inquit, ampliſſima manet te Princeps illuſtriſſima, quæ tam rectè & generoſè mecum egiſti. Expergiſcens Regina viſum Regi manifeſtat, & è veſtigio currit in Templum valde mane, Deo grates actura copioſaſque erogatura eleemoſynas: obvium habet Sacerdotem, qui affirmans celebratas omnino fuiſſe Miſſas omnem dubitandi cauſam de felicitate Principis defunctæ ademit.

Traditio communis eſt in Luſitania avorum ore accepta, quam Breviaria Luſitana commemorant, Virginis quam vocant Irenes propter Chriſtum anno 653. occiſæ & in flumen, Tagum nomine, projectæ, ſepulchrum extructum fuiſſe in mediis aquis: referunt etiam majores, quod licet venerandus Abbas Martyris *Irenes* Patruus divinitus cognoverit, ingentes ſolis æſtus hiſce locis ariditatem invexiſſe, nunquam tamen potuiſſe transferri ſacrum corpus neque tumulum: alii narrant aquâ recedente quotannis, fideles facile hùc conveniſſe ut Reliquias venerarentur, ſicut olim primitivi Chriſtiani ſe gerebant erga ſanctum Clementem Summum Pontificem.

Divino afflatu impulſa noſtra *Elizabetha* eamdem præſtare voluit Religionem: in littore fluvii Deum enixè rogavit genua flectens, & cum lachrymis ut antiquum renovaretur miraculum, fieretque commodum iter ad illuſtre monumentum: acquievit cœlum ejus petitioni; quaſi per pratum ſiccaneum, ad ſepulchrum beatæ Martyris ſicco veſtigio pervenit, deinde poſtquam per ſolidum diem pietati vacaſſet, videns undas, inter quas, velut mortium concava, fugatis fluctibus, tutò pertranſierat, in priſtinum ſitum lentè redire, ſeceſſit ipſa in ripam eadem facilitate qua venerat.

Potiſſimùm *Elizabethæ* miraculum, eſt quod rerum caducarum inanes illecebras, quibus undique circumſepta erat, prorſus abhorruerit: falſam gloriam plerique ſpirant, & cæco flagrant ſui amore; Verùm *Elizabetha* ſemper aſpernata eſt mores aulicos, quibus alii oblectari ſolent; illam nihil morabatur: imò dum corpore præſens erat in Regio Palatio, abſcedebat animo, ut Chriſtum Crucifixum jugiter amplecteretur.

CAPUT VII.

Poſt mortem mariti habitum ſanctæ Claræ induit.

NON dubito quin toties jam *Elizabethæ* operam in Principum pacificatione, afflictorumque ſolatio verſatam legentibus præter ſatietatem, illud quoque ſuccurrat, quod mihi ipſi idem repetenti miraculo fuit, unde tantæ illi vires ſuffecerint, quæ toties tot at tanta uno tempore onera ſuſtinerent: ſed eximia illa Princeps, ut erat incredibili corporis & animi robore prædita, divinâ cha-

ritate prævalidam naturam accendente, vigorem concipiebat tantum, ut Dei causâ unâ omnia quodam modo efficere & vellet & poſſet. Aſſiduè autem ſine ulla defatigatione aut ſatietate in eadem chriſtianæ charitatis munia intenta, nihil prætermittebat eorum, quæ mortalibus ſalutaria, Deo grata conſtabat eſſe. Ergo perinde ac ſi integris & nuſquam libatis viribus eò veniſſet, ut maritum ægrotantem vidit, ad lectum ejus excubat, qui eam quieſcere ſuppliciter rogat: ut ſuperſtes & incolumis in Principis ſucceſſoris conſilium adhibeatur.

Perſeverat tamen cum fervore, aſſerens in hoc miniſterio non laborem invenire ſed ſaporem & refrigerium: Chriſti Crucifixi dolores noſtros portans: curam & ſedulitatem *Elizabetha* acuebat, ut tantam pœnarum ſubiret molem: nam cæteris eriam regni negotiis navabat operam, pauperibus præſertim benignitatem ſuam impertiendam rata, quantum diurnis nocturniſque laboribus conſequi poterat. At tamen præcipui ſtudii memor, ſolennia Sacramenta Regi miniſtrari curavit; mœſto conſolationem, morientique in Deo fiduciam adhibere inſtitit, ut diem ultimum ſanctè obiret. Advocabat itaque viros doctos & pios, ut prius deflectentem, rectam in cœli viam ſuis exhortationibus inducerent ob idque preces & eleemoſynas congeminabat, ſocios ſibi aſſumens quoſcunque noverat virtuti ſingulariter addictos.

Animam tandem Rex efflavit ex legibus inſtitutiſque Chriſtianis, *Scalabiſci*, vulgò *Santaren*. *Elizabetha* obitum mariti tulit acerbiſſimè, ſic ut jucunditatem omnem amiſerit, ſed abſque ulla mentis commotione, quæ Deo penitùs adhærebat: oſculo manibus dato, ac orc ori compoſito, in ſenetius conclave ſe recepit, ubi humi procumbens exclamavit his verbis: *Dirupiſti, Domine, vincula mea; nil amplius me tenet mundo affixam; tua ſum omninò, & ſine ulla exceptione* Pſal. 115.

Nullâ interpoſitâ morâ Ordinis ſanctæ Claræ Habitum induit, quem jam à longo tempore parari juſſerat, tùm ut eo ſe operiret demortuo Rege, tum ut in eò ſepeliretur, ſi ante Regem è vivis excederet: cuncta libenter regia abierit ornamenta, capillum tondendo, ſumendoque vilem amictum, quem ſimplici zonâ cannabinâ cinxit.

Mirantibus Aulicis humilem adeò inſtru-„ctum, Regis mors ait, vitam mihi ad-„emit, ne me igitur conſideretis ut viven-„tem cui commercium ullius rei cum terra „non eſt. Spectaculum ſimul atque verba miſeratione digna, ſaxa flere, & lamentari cogebant: Inter alios Alphonſus filius profundebat lacrymas impenſè rogans matrem, ne ipſum derelinqueret, cujus petitioni acquievit, nunquam tamen exuens veſtem Religioſam: ſtetit immota ad feretrum, donec funebris celebraretur pompa, defunctuſque devcheretur in Conventum Religioſarum Ciſtercienſium, penès Ulyſſiponem, ubi ſe velle ſepeliri declaraverat Princeps defunctus.

Elizabetha Regis cohoneſtavit exequias; ſacriſque funeris adfuit ritibus, quibus finitis per menſes multos manſit juxta monumentum, non ut lacrymis aut triſtitiæ ſe daret, *ſicut & cæteri quiſpem non habent*, 1. Theſſal. 4. ſed ut mortui quietem obtineret precibus, & exercitio virtutum omnium, largitiones immenſas & extra ordinem effundens, maximamque ſacrorum piacularium copiam jubens peragi.

Decrevit tunc peregrinationem ad ſanctum Jacobum de Compoſtella eadem mente obire, quam ſuis ſtipatoribus aut domeſticis nullo pacto ſignificavit; ſed illis tantum præcepit ut ſe ad diuturnorem viam pararent. Mox iter aggrediens per fluvium, qui vulgo ad Hiſpanis *Darius* nominatur, & præruptos montes tranſiliens, fere perpetuos hac in via, quam primùm conſpexit turres Eccleſiæ, Compoſtellenſis, deſcendit è rhedâ hymnos unà cum famulis, ad honorem ſancti Apoſtoli cantatura: Reliquum iter pedibus conficiens pervenit ad limen Apoſtolicum, ibi plurium dierum ſpatio ad virtutem novo fervore ſua ſtudia contulit. Imminente ſancti Jacobi feſtivitate, quam ſuâ præſentiâ volebat cohoneſtare, viſitavit interim quæcunque loca majorum pietas hac in Regione conſecraverat.

Deinde Compoſtellam rediens, ad conditum ſolennitatis diem, tei divinæ ab Archiepiſcopo factæ interfuit: obtulit Eccleſiæ prædivitem coronam, opere, ornatuque magnificam, aurea & argentaria vaſaria luculenta & exquiſita, puludamenta Regia, ſumptuoſa, gemmis & adamantibus pretioſis perſperſa & interſtincta, velamenta ſacri cultus, ſacraſque infulas, præſulibus neceſſaria, dum Pontificio ſplendore celebrant, veſtiaria Altaris ornamenta, pendentium aulæorum continentem ordinem, quæ acu phrygionicâ variata diſtinguebantur Gentis Arragonenſis & Luſitanicæ ſcutariis teſſeris: poſteà mulam præſentavit pullam ſtratam argento texto, auroque pretioſè pictò, arte Phrygionis: gerebat prætereà mula ingentes adeò nummos, ut nunquam viſa fuerit tanta largirio.

Viciſſim Archiepiſcopus beneficii gratiæque cauſâ, ſaccum ſarcina trium longiorem baculum viatorium, qui notæ ſunt peregrinatinis compoſtellenſis illi obtulit: pergrata vero habuit hæc munera, perinde ac ſæculi pompam aſpernata eſt, *ut Chriſtum lucrifaceret*: denique reverſa in Palatium regium exeuntis anni juſta feralia marito Principi demortuo

perſolvit nnà cum Alphonſo ſucceſſore Epiſcopis, cæteriſque illuſtribus Aulicis: deinde Conimbricam profecta eſt Monaſterio ſanctæ Claræ, cui dederat initium vivente conjuge, colophonem addirura.

Perfectionis vitæ cupidine flagrans, quæ jam egir, licet præclara, imperfecta æſtimat, deſideria, commotiones animi ſunt, quibus, ceu ſtimulis augetur, & velut igniculis incenditur ad inveſtigationem & adeptionem boni quo caret. Non ſolum ſanctitatem deſiderat *Elizabetha*, ſed poſſidet, altiuſque in dies tamen contendit, & provehitur.

CAPUT VIII.

In Tertium Ordinem ſancti Franciſci allegitur.

DIVINO amore ſuccenſi effuſè donant, nilque aſſervandnm ſeponunr; imo eriam ſe totos immolant ipſos ad Dei gloriam. Beata noſtra vidna, in repoſirorio condendæ ſelectioris gazæ, ac pretioſæ ſuppellectilis inveniens plurima mundi muliebris prerio cultuque inſignia inſtrumenta, diſtribuit illa templis & Convenribus Luſiranicis, ut applicarentur ſacris trabeis, Daimaticis Diaconorum tunicis, caſulis lampadibus, candelabris, thuribulis, ad uſus Eccleſiaſticos.

Prudens erat, ſagax, & provida ejns liberalitas; imo eriam omnis urbanitatis ſciens retinenſque. nec amiſir memoriam Reginæ filii Alphonſi uxoris, neque Mariæ Caſtiliæ Reginæ, nec Eleonoræ Arragonenſis Reginæ, neque aliarum Principum conſanguinearum aur affinium, quas gratuitò diverſis & præclaris muneribus donavit, nempe unionum lineis, pretioſis armillis, aur inauribus, monilibus tandem extra prerium, uſque adeò pretium omne exuperabant.

Inregra hæc ſpoliatio facilem omnino reddebat ingreſſum Clauſtri, ſi tale fuiſſer conſilium ſapienrum qnibns plenam adhibebat fidem: ex eorum ſentenria in mnndo remanſit, ad pauperum ſolatium: ſacrum tantum ſodalitium inir cum Sæcnlaribus Tertii Ordinis ſancti Franciſci, profirens Regulam ex eadem formula quæ cæreris ſecularibus Franciſcanis præſcribitur. Conſtrui ſibi imperavir ſimplex & commodum domicilium propè Religioſarum ſanctæ Claræ Conventum, quò, ad ſuum arbitrinm intrabar cum nuru ſuâ Reginâ Beatrice, conceſſu ſummi Pontificis.

Quoad longiſſimè poterar mens ejus reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueririæ memoriam recordari ultimam, indè uſque reperens, hic videbatur illi Princeps Neruus

A & ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam rationem ſui regiminis, extiriſſe, exemplum ſcilicet *Elizabethæ* Hungaræ à quâ virtutes parirer ac nomen hæreditate adepta eſt. Ideòque juſſu ac ſumptibus *Elizabethæ* Luſitanæ ædificatur valetudinarium illius ædibus regiis proximum, ubi triginta pauperibus quæcunque tum ad vitæ ſuſtenrationem, tùm ad ſaniratem tuendam aur recuperandam neceſſaria ſuppeditabat, manibus propriis, velut infima & vilis ancilla.

Sedis Apoſtolicæ permiſſu, quinque ex ſelectioribus Religioſis diſtinebat, jungebarque ſibi ſocias, ur ſimul & certatim accuratiſſimâ virtutis amuſſi mores dirigerent, dum ſe in B Clauſtrum recipiendi copia non eſſet: poſt modicam quietem noctu ſurgebanr, ad Dei laudes canendas, Matutinam videlicet & Primam, anrequam illuceſceret: aderant poſteà tribus ſacris: primum Sacrificium, ſummo manè, celebrabatur ſine cantu in Sacello domeſtico, ſeu comprecationis cellâ, quod Regina vidua & quinque Moniales tantùm, audiebant: altera Miſſa ritus erat celebrioris, quam concinebat ſymphoniæ chorus in regio Sacrario, pro anima Regis defuncti, adſtante univerſo Reginæ comitatu. Tertium quoque ſacrum peragebatnr multo ſplendore, juxta diverſam feſtorum ſolennitatem. Diebus Dominicis, aliiſque ab opere feriatis habebatur Concio: poſthac *Eliza*- C *betha* horam ſextam perſolebat, antequam ab Eccleſia diſcederer.

Sumpto valde modico cibo, mox opificibus, qui juſſu ejus dabant operam piis ædificiis, quid agendum, præſcribebat; deinde attenras aures præbebat libellis ſupplicibus, quoſcunque excipiens, præſertim Eccleſiaſticos & pauperes, viduas & pupillos tam benignè & prudenter, ur nullus mœſtus abiret, aut deſpondens animum, omnes è contrario magnopere illius reſponſa prnbabant.

Sine mora dilectam in ſnlitudinem ſecedens, Nonæ Officio defungebatur; Veſperis interer erat compoſitâ modulatione cantatis in Æde Palatii Regii, quas ſubinde reperebar voce D demiſſâ cum quinqne Religioſis aſſeclis: ſi non erat jejunium, tenuis erar cœna & quaſi per tranſennam, ur ſtatim Completorium recitaret, cui defunctorum Officium adjungebat, pro Rege mortuo. Tandem ablegatâ omni prorſus familia, pernoctabat ſoliraria in precario cubiculi res divinas contemplans unà cum ordinariis qninque comiribus, uſque ad primum galli canrum. Tunc fervidis precibus, lacrymis & ſuſpiriis Dei juſtam iram pacare nirebarur; tunc etiam ob humilitatem, cordiſque munditiam, favente Deo, rorrente cœleſtis voluptatis perfundebatur, & ſancti Spiritus illuſtrabatur radiis.

Invita denique & coacta in lecto decum-

bebat, qui licet auſterus, & vilis, tamen dulcis nimium & magnificus ipſi videbatur: ideoque ancillis recedentibus, humi procumbens, ſuper ſtramentum pauliſper quieſcebar, ſeipſam poſt levem ſomnum flagris acerrimis vexatura. Præ nimiâ vitæ aſperitate, ſupra ætatem ſenior apparebat, & quamvis in conjugio ſublimem jam gradum perfectionis attigiſſet, tantos ab obitu mariti fecit progreſſus, ut pauci cum illa in contentionem virtutis poſſent venire: nihil quidem tam altè natura conſtituit, quò virtus non poſſit eniti: utut ſit de aliorum conatibus ad ſanctitatis adeptionem, *Elizabetha* montem tranſcendit, & victrix cupiditatum maximè perfecta evadir atque triumphat.

CAPUT IX.

Conimbricenſes fame pereuntes ſuſtentat.

ERAT annus à Virginis partu milleſimus trecenteſimus trigeſimus tertius inſignis annonæ caritate, ac per hiemem præcipuè tantâ frugum inopiâ, ut paſſim jacentes in publico pauperes frigore fameque confecti miſerandum in modum expirarent Conimbricæ, ubi tunc degebat *Elizabetha*: quo ſpectaculo commota, rantæ calamitati omni ope ſubvenire decrevit. Itaque ex omni parte magnum frumenti numerum curavit advehi iu amplum noſocomium: huc & illuc multos dimiſit, qui in id hoſpitium, ut quemque periclitantem extremâ inediâ inveniſſent, vel inter manus, prout opus eſſet, vel ſellâ geſtatoria deferrent.

Hîc verò præſertim Reginæ charitas ac virtus emicuit: non ſolum enim eadem præſide ac duce adhibebantur, ubi neceſſe erar, adjutores, bajuliqne; ſed etiam diluculo præſto erat ipſa ad quæcunque onera ſubeunda: diſcurrebat ad diverſa officia ſine ulla perturbatione vel tumultu; recens illatos pauperes clementer exuebat, & callidâ elutis aquâ corporum ſordibus in lectulo collocabat: aſſidebat languentibus, eoſdem amiciſſimis conſolabatur verbis; cibos excoquebat diligenter, & inſtruebat, fercula inferebat, & longa fame propemodum nectis pretioſa inſtillabat liqnamina. Sternebat cubilia, ſcopis pavimenta purgabat; denique Regina ipſa, inquam, ita ſe gerebat, ut præclarè teſtaretur in minimis illis agnoſcere ſe Regem Regum & Dominum Dominantinm; neque vero corpora ſolum egentium, ſed animi quoque eadem *Elizabethæ* operâ curabantur.

Plurimi quippe rudes, Chriſtianæ Doctrinæ præceptis probè inſtituti, multi à turpi quæſtu, fraudibuſque deterriti, & quod ca-
A put eſt, ſacra omnes Confeſſione expiati, ac pane cœleſti, longo intervallo refecti ſunt: deinde ut aliqui convaluerant, ſuccedentibus invicem aliis, cum tegumentis ad frigus arcendum & certo pecuniæ ſubſidio dimittebantur. Præterea divites implicatam habentes rei domeſticæ rationem, manum auxiliatricem *Elizabethæ* ſenſerunt, quæ ad vitam ſuſtentandam illis ſuccurrit. Omnes Conventus ditionis ſuæ ejus anxilium experti fuerunt, quo deficiente periiſſent, uſque adeo liberalitas Reginæ latè diffuſa eſt.

Emicuit potiſſimùm ejus charitas in pauperes qui obierunt hocce in rerum concurſu: illos namque curabat ſplendidè ſepeliri ſuis
B impenſis. Innumeri autem *Elizabethæ* auxilio & cura mortem evaſerunt, tempore famis, vel ſaltem impedivit ſuis largitionibus, quominus defuncti à feris laniarentur; omneſque mortuos ſepultura honorificè donari voluir.

A Miniſtris monita, reditus annuos non ſufficere ad tam ingentes ſumptus, ne unquam talia mihi demonſtreris, ait, Regina “panem libenter ori meo ſuſtraham, ut liberis impertiar Chriſti cujus providentia nunquam me deſeret; frumenta adhuc coacervate undique: Deus providebit.”

Anno generis humani redemptionis 1335. *Elizabetha* ſuæ ætatis annum agebat ſexageſimum quartum, quo ineunte reſcivit ſolen-
C ne Jubilæum indici in Eccleſia ſanct Jacobi Compoſtellæ: piam hanc peregrinationem obiit non utique numeroſo & magnifico ſelecti apparatus comitatu ſtipata, ſicut primam, ſed peregrinæ amictu, cum baculo viatorio longiori, duabus ancillis, incognita, pedeſtris, æſtuante acriter ſolis ardore, ſeu media æſtate, propriis humeris ferens ſuum inſtructum, & ſtipem cogens oſtiatim.

Poſt reditum, unam ſolam præparationem ad mortem habens in mente, ſibi tumulum extrui juſſit, quod jam peractum in Eccleſia Religioſarum ſanctæ Claræ Conimbricenſium tranſvehi præcepit in locum ſublimem
D quo deſperabant opifices poſſe transferri præ nimio pondere. Pergite, chariſſimi, ait “nihilominus Regina, felix erit exitus conatus veſtri”: dum operarii omnes nervos incaſſùm contendebant, ne fruſtrà laborarent, *Elizabetha* levi fuſte machinam ſuſtinens, illam abſque ſtrepitu & pœnâ loco appoſuit deſtinato.

Sciens litigium Alphonſi filii, Regis Luſitaniæ, & Alphonſi nepotis Caſtiliæ Regis, gravi mœrore afficitur, infauſtos meruens exitus belli indicti duo inter Regna finitima: mortem appetiit, ſi Deo ita beneplacitum eſſet, mortem hiſce calamitatibus ſuaviorem æſtimans, & magis gratam. Decrevit igitur

iſtius diſcordiæ flammas in primordiis extinguere, & ambos Principes adire, ut eos demereretur, nihil prohibenre, Julij menſis æſtu, fruſtraque repugnantibus miniſtris, qui ſaluti Reginæ conſulebant.

„ Deus pacis, ait *Elizabetha*, vult me for-
„ titer & ſtudioſe agere, ut diſſidere incipien-
„ tibus tranquillitatem afferam, ne longius
„ & periculoſius graſſetur diſcordia: campe-
„ ſtres excurſiones agitare non diffidunt val-
„ de incommodâ tempeſtate, ut hoſtilem
„ controverſiam ferro dirimant. Quare igirur
„ in componendis Chriſtianorum motibus
„ pigrarer? Quidni omnes curas & cogita-
„ tiones ad pacem familiæ regiæ transfer-
„ rem? Ex templò trajecit fluvium, quem Latini vocant *Tagum*; Hiſpani, *Taxo*, obvium deinde habens filium juxta fines Luſitaniæ & Caſtiliæ, quem conciliare volebat cum nepote, reconciliandæ gratiæ fidem incœpit dare, brevique fuiſſet ac firmirer pax ſancita, niſi ea quæ illius ineundæ auctrix erat, tum obiiſſet.

CAPUT V.

Moritur Elizabetha dum pacis ineundæ, inter Luſitanos & Hiſpanos ſpem facit.

IN bonis, nedum in malis mors ponenda eſt: E*lizabethæ* quidem moriendum fuit, quoniam homo nata erat. Sed illi ſupplicium non eſt, imo præmium, certe ad præmium aperta janua. Vehementer tamen comploratum eſt in ejus obitu à Chriſtianis omnibus, præſertim à Luſitanis, qui tam adverſum caſum ſat deplorari non putabant, dum ipſa beatitudinis æternæ proximitate gaudet, ubi Deus perfectè amatur. Concordiam gnaviter procurans inter Principes diſſidentes ſubitum in morbum incidit, abſque ullo mortis imminentis præſagio. Longa fuit ægrotatio, non violenta, quæ ægrotantis animum virtute jam eximiâ Deo penitus addictum, nullo modo impediebat, quin ſemper & facile *cogitaret dies antiquos, & annos æternos in mente haret*. Pſ. 76.

Aderat quotidie cærimoniis Eccleſiaſticis, divinoque Officio, cum Rege Luſitaniæ filio ſuo: prævisâ randem interitus horâ, teſtamentum condidit, & ſcribenti dictavit, ubi præſertim & inſigniter memor fuit Eccleſiarum & pauperum. Denique morbo ingraveſcente, omninò lecto affixa, cogitationes ſuas prorsùs à rebus terrenis abduxit, ut uni & ſoli Deo plenius vacaret. Paucus poſt dies totius vitæ noxis confeſſione ſacrâ expiâtis, cum lacrymis uberibus rogavit Confeſſarium ut Miſſam celebraret in cubiculo vicino; aditu patefacto divina audiebat verba, ſacroſque videbat ritus: ſurgens ſtatim tempore Communionis, & religioſum habitum induens, quem ſumpſerat poſt mariti deceſſum, nemine adjuvante, in locum pergit, ubi ſacrum peractum fuerat, flexis genibus humiliter petens auguſtam Euchariſtiam, quâ receptâ, erigens ſe in pedes, redit firmirer & recte in cubile, ubi mirabilem Chriſti Redemptoris ſuavitatem, auguſtaque beneficia longiùs animo tranquillo verſabat.

Summa in beatam Virginem pietas frequenter ex ejus ore verba hæc dulcia eliciebat.

Maria Mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et horâ mortis ſuſcipe.

Regina Angelorum ſemel apparuit E*lizabethæ*, de cœlo deſcendens, amictu operta niveo lacteoque albore magis candida, radios vividos ſpargens, & choris Angelicis ſtipata. Nurui ſuæ Reginæ Beatrici lecto aſſidenti dixit eodem momento: Recede è veſtigio, & da locum ſupremæ Dominæ Cœli & "Terræ; nunquid vides Genitricem Dei erga "me jucundo & honorifico ſalutationis fun- "gentem officio: Deinde à ſenſibus manſit abrepta, donec ſuſpiriis & ignitis ſermonibus declaraverit, quanto fervore mundum abdicaret, & quam vehemenrer appeteret felicitem æternam, de cujus poſſeſſione intra paucos dies certa fiebat.

Memor tamen pacis conciliandæ inter populos & Principes, ut moris erat, luculentum de ea re habuit ſermonem cum Rege Luſitaniæ filio ſuo, eumque obteſtatus eſt, ut in priſtinam concordiam reduceretur cum Rege Caſtiliæ, ne bellorum calamitates amplius ſerperent: ipſo die Julij quo deceſſit, animi ſordibus adhuc confeſſa deletis, ſacroque audito, ſe tranſtulit velut anteà ad pedes altaris, ubi divino pane recreata eſt: iterumque in lecto decumbens, id unum optabat in primis, ut deſideriorum cumulum, permanentem nempe Dei fruitionem attingeret.

Deinde ſanctam invocans Virginem verbis præfatis, ſacro ad luctam ultimam inuncta eſt oleo, crucifixum deoſculata eſt, ſymbolum Apoſtolorum recitavit, Orationem Dominicam, aliaſque preces conſuetas; dum ſupremo Conditori animam ſuam commendaret, vox illam defecit, atque ſopitis ſenſibus, & immoto corpore, oculis & vultu ſublaris, in cœlum è vivis exceſſit quarto Julij anno à Mundi reparatione 1336. ac ætatis ſuæ 65. Magnum apud omnes ſui deſiderium reliquit moriens, quæ vivens omoibus prælucebat exemplo, & ſolatium præbebat.

Vitam non amiſit *Elizabetha*, innovavit & mutavit in meliorem. Grandæva quidem erat, ſed quid eſt tam ſecundum naturam, quam ſenibus emori? Adoleſcentes mori ſic mihi videntur, ut cum aquæ multitudine, vis flammæ opprimitur; ſenes autem, ſicut ſuâ ſponte nullâ adhibitâ vi, conſumptuſque ignis extinguitur: & quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur; ſin matura & cocta decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas. Eodem vultu mortem excepiſſet juvenis *Elizabetha*, quo excepit ætate provectior, quia ſemper pia & Dei ſubmiſſa fuit voluntati.

CAPUT. XI.

Ejus ſepultura, miracula, & inter Sanctos relatio.

REGINA defuncta in teſtamenti exequendi adminiſtros Regem Luſitaniæ & Epiſcopum Lamacenum nominaverat, qui in id omni cogitatione curàque incubuerunt, ut extrema ejus voluntas omnino adimpleretur. Conſilium non erat illam terræ mandare hocce menſe Julio nimium ob ſolis ardorem: Princeps tamen cunctationi haud conſentiens imperavit cito corpus transſerri Conimbricam, in Eccleſiam ſanctæ Claræ, cujus erat fundatrix *Elizabetha*. Funus ipſe proſequebatur & celebrabat, ingentem admirans populorum confluxum, qui undique accurrebant ut ſacra lipſana venerarentur.

Præ diverſis motibus & itineris agitatione fit apertio in ſancto locolo, unde manat liquor ſuavem odorem exhalans, quo perfunduntur omnes, odoratu etiam magis hebeti & obtuſo. Illius oſculo duo febri violentâ laborantes ſtatim convaluerunt, quorum alter in comitatu Epiſcopi Lamaceni erat. Septimo itineris die celebris hic cœtus Conimbricam pervenit, moxque venerandum corpus deponitur in medio ſanctæ Claræ templo, ubi ſolo tactu feretri plurima patrantur miracula. Mulier cujus manus peſtilenti ulcere tumebat, dolore opprimebatur: ægrâ tamen hac parte linteo, quo aliàs utebatur pia Princeps, involutâ, amiſſam valetudinem recuperavit.

Epiſcopus Lamacenus mœrorem & lamentationes totius urbis Conimbricenſis, ob deplorandam adeo calamitatem, conſiderans, timuit merito, ne magna plebeios inter & nobiles ſeditio cooriretur, utriſque nimis acriter dimicantibus de loco ſepulturæ: ad dirimendas igitur controverſias, ſatius duxit Illuſtriſſimus Antiſtes noctu transvehi venerandum corpus, dum pro illo cenotaphium exhiberetur in tabulato multis alto gradibus excitato,

A tum, ut ſic ij qui diſceptabant ludificati cohiberentur. Deo propoſitum iſtud non approbante, Magiſtratus, quorum præſentia deſiderabatur, irrito omni conatu non potuerunt expergefieri, diuque ſolennes omnes ritus ſplendide & honorifice peracti ſunt.

Religioſa quædam Monaſterij, ubi beata ſepeliri volebat, flectere genua non poterat, nec incedere præ dolore acerrimo, quo circa pedum & digitorum articulos afficiebatur: vehementer dolens quod adeſſe non poſſit exequiis *Elizabethæ*, enixe rogavit eam, ut hæc ipſi facultas à Deo concederetur. Dum ergo instructi ſupplicantium Religioſarum ordines B procedunt ad chorum, ut venerandum corpus recipiant, prior & feſtina progreditur pervulgans & late diſſeminans miræ ſuæ curationis beneficium. Princeps & magnates, qui ſacram Reliquiarum thecam efferebant, ſuaviſſimis odoribus imbuti Deum adorabant.

Altera Religioſa nomine Conſtantia, peſſimè à carcinomate vexata, quo labia ejus & gingivæ penè exedebantur, implorato *Elizabethæ* auxilio, ipſiuſque oſculans feretrum, reſtituta eſt in ſtatum valetudinis priſtinum, ac deinceps multo magis ejus effloruit pulchritudo, oriſque venuſtas. Inter odoramentorum ſuavitates quæ afflantur ex beatis oſſibus, funeris ſolennitate abſolutâ, Ferdinan- C dus Stephanus civis Conimbricenſis, magnâ oppreſſus hominum frequentiâ, qui ad ſua revertebantur, in pede clavum defigit decidentem è contabulatione, ubi exhibetur ſanctum corpus: nec ſtare poterat, nec ambulare, uſque à Deo convulneratus erat. Beata Princeps, inquit iſte, ſineſne ad ſepulchrum " tuum graviter ægrotare ſanos, dum ægroti " interceſſione tuâ convaleſcunt? Fide & hu " militate ad ſalutem reducitur, clavo illicò exeunte abſque ullo dolore aut cicatricis impreſſione.

Nominis *Elizabethæ* ſolâ invocatione tot & tanta edita ſunt miracula, & ad noſtram uſque ætatem perpetrantur, ut ei merito ſanctæ Reginæ elogium & velut innatum co- D gnomen comparaverint. Plura omitto, ut præſertim commemorem ſupra omnem naturæ vim, opus, in hanc horam perſeverans, cujus oculatos teſtes habemus. Anno 1612. videlicet ducentis ſeptuaginta ſex annis poſt obitum *Elizabethæ*, apertum fuit ejus ſepulchrum marmoreum coram Magiſtratibus, Medicis, pleribuſque aliis viris illuſtribus & peritis. Loculus quo includebatur corpus, corio tectus erat, & ferreis circulis circumcinctus, ac rubigine vitiatus omnino: ſacrum tamen corpus ſerico textili involutum reperitur integrum & illæſum: non videtur mortua Regina; ſed ſuaviter dormiens; imo etiam ſalubria pietatis conſilia fortiter ſuggerit ſpectantibus

tibus

Digitized by Google

tibus, qui præ cœleſti gaudio lacrymis extillant.

Mors Albicaſtri Epiſcopi Conimbricenſis, & Philippi III. Regis Hiſpaniarum, qui ultimâ die Martij menſis obiit anno 1621. Mors pariter Pauli V. ſummi Pontificis, qui fato functus eſt eodem anno die 28. Januarij, relationem *Elizabethæ* inter ſanctos retardarunt uſque ad Pontificatum Urbani VIII. Tunc Philippus IV. unà cum Elizabetha è regio Francorum ſtemmate ejus uxore, Ludovici Juſti ſorore, & Henrici Magni filia Galliæ Regum, ſic negotium iſtud præclarum commendavit apud Sedem Apoſtolicam, ut majori curâ, ſtudio, ac ſolicitudine animi commendare non poſſet; obtinuitque tandem, ut ſancta Luſitaniæ Regina in cœlitum ordinem aſſereretur, non à Gregorio XV. ut ſperabant omnes, quia diem clauſit extremum ſeptimâ Julij 1623. Sed ab Urbano VIII. 25. Maij, quo fideles feſtum adorandæ Trinitatis, & ſancti Urbani Papæ & Martyris celebrabant, anno Jubilæi 1625.

Jam celebris erat commemoratio ſanctæ *Elizabethæ* tempore Leonis X. qui eam permiſit fieri in Diœceſi Conimbricenſi, ad Miſſam & divinum Officium die quâ è vivis exceſſit, ſic poſtulante Emanuele Luſitaniæ Rege. Deinde Paulus IV. conceſſit Joanni IV. hujus Emanuelis filio hancce memoriam fieri per totum Luſitaniæ Regnum: Deus autem declaravit pluribus miraculis quam gratos haberet illos honores *Elizabetha* delatos, cujus meritis & precibus tres Religioſi Inſtituti ſanctæ Claræ ſectatrices morbo levaræ ſunt, quarum deſperata ſalus erat.

Quid ego nunc beatam *Elizabetham* laudo? Satis certo ſcio, nunquam magnifice quid dicam, id ipſius quin ſuperet virtus, ſempiternum illis præconium tribuetur: pro laudatore populus fuit eritque, cujus vox, Dei vox eſt. Alij quippe prædicant reconditam & infuſam ſapientiam; alij prudentiam; alij comitatem ac manſuetudinem, & ſine faſtu vel arrogantia gravitatem, ſine indignitate ſummiſſionem, ſine fuco pudorem atque modeſtiam; alij caſtimoniam inſignem & voluntariam paupertatem, & longa jejunia, vigiliaſque, orborum educationem ac diſciplinam; viduarum ac virginum pudicitiam egregiè cuſtoditam; curatos per ſummam patientiam ac ſedulitatem ægrotos, diremptas plurimorum inimicitias; alij denique in primis bellici furoris ſedandi prærogativam; alij veriſſimas prædictiones, atque miracula; multo videlicet plura quam quæ nos attigimus, ac Chriſtianorum greges à perdito vitæ genere ad meliorem frugem traductos, horumque tutelæ, commodis, ornamentis omni ratione conſultum; alij denique magnitudinem animi in rebus arduis capeſſendis, conſtantiam in promovendis, & quod ſuper omnia mirandum, adeo ſalubri temperamento miſtam actione contemplationem, ut cum utramque coleret, propemodum ex æquo, neutra tamen officeret alteri.

VITA
SANCTÆ ROSÆ
VITERBIENSIS.

CAPUT PRIMUM.

Ejus ortus & infantia.

FRIDERICO II. imperante & devaſtante ferè univerſam Eccleſiam, depopulante præſertim Italiam, nata eſt Roſa. Invaſit tumultuoſe Imperator Viterbium, quò violenter intreduxit alienigenas & hæreticos, qui fidelium ruinam & ſtragem machinabantur. Roſæ pater, Joannes; mater Catharina nominabantur iambo Viterbienſes, & de parochia ſanctæ Mariæ Pogenſis: cum illis nulla ſpes eſſet ſobolis, Roſa naſcens fuit ipſis ampliſſimo ſolatio, à qua nullam unquam moleſtiam pertulere: tranquilla, pacifica, & immota permanebat quo ipſa poſitu ſtatueretur: nec flebat ullo modo, nec clamabat, oculos ſemper elevans in cœlum, vixque loqui incipiens pie proferebat auguſtiſſima nomina hæc JESUS & MARIA.

Priores ſuos greſſus conſecravit, ſupplex ſe abjiciens ad pedes imaginum Jeſu, Mariæ & ſancti Præcurſoris Joannis Baptiſtæ, quæ illi paſſim occurrerunt in domicilio paterno: ſolum etiam bima attente ſuſcipiebat documenta parentum, illaque omni ſtudio obſervabat ita accurate, ut jam facile conjicere-

tur ad eminentem virtutis gradum divinitùs vocari: volucres in venerationem innocentiæ, nullius culpæ affinis, ſponte avolabant inter ejus manus blandientes, & ſecure comedentes quæcumque illis offerebat.

Amiram mortuam *Roſa* triennis tantum in lucem reduxit, tangens defunctæ feretrum, in quo recluſum fuerat corpus per ſpatium unius diei: Præter exſcripta hujus rei geſtæ acta, videtur expreſſe miraculum in tabella Eccleſiæ deſcriptum, ubi quieſcit. Cives Viterbienſes hoc tam miro eventu commoti, milites præſidiarios ab Imperatore in ſtativis Viterbij collocatos ejecerunt ex urbe, in quam denuò admiſerunt recentes conſcriptas ſummi Pontificis copias. Geſta *Roſæ* naturæ vim excedentia à virtute præcellenti novum robur ſumebant. Pueriles jocos omnino averſabatur. Erat illi maxime in amore & in deliciis in ſolitudinem ſe recipere, Eccleſias frequentare, ubi ſopitis ſenſibus in divina tota abripiebatur, coram auguſtiſſimo Sacramento, dum præſertim aderat divinis Officiis à Fratribus Minoribus decantaris, titillato cœlitus ejus animo delicatarum lenocinio vocum: delectabiliter audiebat ſacras conciones, quas cum lepore & venuſtate repetebat ad utilitatem auditorum.

A teneris unguiculis decrevit Chriſti vitam imitari, & Evangelij legibus firmiter adhærere. De ſuo humili ortu gratias Deo agebat immortales, paupertatem ſummè diligens, quam Filius Dei ſponſam ſibi in terris adjunxerat: Nudis pedibus incedebat, abſque ulla comæ concinnatione, cui ſolum ſatis erat capillus neglectus & inconcinnus. Vili & aſperâ tunicâ tegebatur, ſine interiori linteo, & ſine zona. Ineditâ corpus ſuum macerabat: ſevera & rigida in ſemetipſum, omnino comis & benigna erat erga pauperes, quibus erogabat panem domus paternæ, quoſcunque provocans exemplo & verbis ad charitatem.

Toti late agro circa Viterbium vaſtitate illata ab Imperatoris Friderici exercitu, *Roſa* juſſa eſt à patre abſtinere ab eleemoſynis: obtemperavit humilis filia, diſtribuens ſolùm egenis quicquid ei ſuppetebat ad propriam ſuſtentationem, cum aliis panis fruſtulis clam & prudenter ſepoſitis. Pater nihilominus eam intercipiens, volenſque ſcire quid ſub veſte gereret, vidit menſe Januario roſas perpulchras & velut recentis carpturæ: dedit illi proptereà facultatem pauperes deinceps, ut prius ſublevandi.

Mater ſatagens circa frequens miniſterium, valde angebatur & tumultum movebat, quod in gallinario deeſſet gallina. *Roſa* itaque divinitus cognoſcens à muliere vicina fuiſſe abreptam ſecreto, illam adit, ne erubeſceret: furti tamen rea & conſcia *Roſam* obruit injuriis, eodemque momento altera ex ipſius genis operta fuit & obducta plumis gallinaceis: mox genua flectens, culpam humiliter confitetur, enixeque rogat beatam *Roſam*, ut ſuâ interceſſione auferat iſtud opprobrium, quod novo miraculo repente deletum eſt.

Septennis dum aquam hauriret ad uſum domus paternæ, de fonte proximo, puella quædam ſitulum ſuum fortuito confregit; lacrymiſque obortis matrem ſuam advocavit, cui falſo & impudenter declaravit, *Roſam* hujuſce caſûs originem eſſe: inſana hæc mater perinde ac ejus filia Roſam ipſiuſque genitricem prorſus inſontes aſperius tractaverunt. Tunc Roſa poſt humilem & ferventem precem, collectis partibus hydriæ conquaſſatæ, illam prorſus redintegravit, in poſterum ambæ accuſatrices Roſam laudibus ad cœlum extulerunt.

Hiſce temporibus cum non poſſet partum edere mater Roſæ, licet parturiens & enitens à multis diebus, ad extrema pene devenerat; verùm beata filia impertavit à Deo fauſtum puerperium, ſicut cœleſti voce parturienti ſignificatum eſt.

Gonzaga. part. 1. in BB. FF. Tertiariis Franciſcanis. Vvadingh. ann. 1241. §. 6.

CAPUT II.

Parvam in cellulam velociter ſe recipit.

ANNO 1247. Imperator Fridericus II. iterum invadens Viterbium, decrevit ibi validum munitionibus caſtrum conſtruere, ut cæteris Eccleſiaſticæ Monarchiæ urbibus dominaretur abſolutè. Ideo collocavit ibi magis infenſos hoſtes Sedis Apoſtolicæ, Gibellinos videlicet, alioſque nefarios homines & omnibus flagitiis coopertos, qui diruere ſummorum Pontificum auctoritatem viribus totis intendebant. Viterbium olim pietatis & Religionis zelo præſtans fit exemplo criminum & impietatis ſentina & ſterquilinium.

Septennis Roſa tam infauſtam dolens vicem, Religioſas ſanctæ Claræ obſecravit, ut eam intra clauſtri ſui fines admitterent, quæ obſecrationi nullo pacto conſenſerunt ob pueritiam & paupertatem obſecrantis. Paravit igitur ſibi in ædibus paternis modicam cellulam, & ita anguſtam ut vix in ea lectulum & cubitale precarium habere poſſet. Noctu hìc diuque meditationi vacabat, amarè flebat, corpuſque affligebat ſponte, ſuſceptis cruciatibus pro converſione peccatorum, & Eccleſiæ Chriſti ſponſæ proſperitate.

Non ſolùm quotidie indictivam Quadrageſimæ ſtrictè inediam obſervabat, verùm etiam per hebdomadas integras abſtinebat ſe prorſus omni cibo. In ſeipſam flagris ita ri-

gidis animadvertebat, ut rivos ſanguinis uberes effundens in langorem ſolveretur. Mane in Eccleſiam proficiſcens Miſſam auditura, præclarum modeſtiæ ſpecimen erat, nec levabat oculos, nulliuſque unquam viri vultum aſpexit. Parentes initio ſeveræ huic vivendi rationi obſiſtentes, annuerunt tandem miraculorum ſplendore perſuaſi.

Novennis graviter ægrotavit in ſolitudine, nequaquam de primo animi ardore decedens, quamvis efflagitatu parentum paulò commodius decubuerit: morbo ingraveſcente ſpatio trium dierum, omni ſenſu orbatam putaverunt omnes illam eſſe mortuam, cui tunc Deus plurima declaravit arcana de felicitate cœleſti, & doloribus inferni: cognovit etiam plures viginti annis & amplius, antequam noſceretur defunctos locum tenere hiſce tam in diſparibus locis, quorum diverſos eventus manifeſtavit, à corpore alienatæ mentis abreptione ceſſante.

Colloquia deinceps Roſæ ampli & fervidi fuerunt de pœnitentiâ ſermones, ad quam auditores excitabat adeò efficaciter verbis ipſiſſimis ſacræ Scripturæ, ac ſcientiæ infuſæ energiâ, ut emendatio magis induratorum cordium certiſſime fieret. Die Mercurij 22. Junij 1249. ſic tranſactâ, abſque ullo prorſus alimento, aliam nocte ſequenti paſſa eſt à ſenſibus animi alienationem. Exhibente ipſi eſcam matre, inquit: ,, Celebratur feſti Nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ vigilia, quâ ,, ſacrum colitur jejunium. ideoque cibo oblato libenter utar: aſſidentis habitu in lecto inſiſtens mox ut paululum ſumpſit alimenti, divino gaudio perfuſa, junxit manus, laudeſque ſonore cecinit Chriſti, ejuſque Genitricis, ſanctæ Annæ, beatorumque Spirituum emodulatione blandiſſimâ per aures ipſum animum ſuffurans auditorum.

Mœrens ſtatim ſupra modum lacrymis manantibus, humi prona procubuit, tamque alta ſuſpiria trahebat, ut mater citò advenerit, in lecto eam compoſitura: exclamavit ,, illico Roſa: Heu quam ſola mundi recor- ,, datione perhorreſco; nihil unquam ex eo ,, hauriam, niſi dolorem acerbiſſimum, ſic ut ,, jucunditatem omnem penitus amiſerim: Horrenda ſubinde viventium hominum peccata divinitus cognovit, pariterque pœnas, quas paſſura erat ad eorum liberationem. Inter hæc expromebat mira de accurata momentorum obſervatione ad Dei cultum & Redemptoris imitationem. Craſtinâ die ante diluculum primum ordinarias virtutis & corporis afflictationis leges novo ardore amplexa eſt.

Cœlitus fuit monita de Peluſij expugnatione, & de ſancti Ludovici Regis Galliarum claſſis apparatu, qui ſpe divinæ opis erectus haud ſegniter bellum capeſſebat adver-

A ſùs Infideles. Arx eſt in edito loco poſita, nec minus manu, quam ſitu munita; & fraus hoſtium acceſſerat: quippe imminentis belli haud ignari, circa muros longe ac late ſtimulos, muriceſque ferreos refoderant, in quos Galli ſeſe inducerent, ſi propius acceſſiſſent. Exitialis non ſolùm, ſed irrita oppugnatio extitiſſet, niſi præſens periculum Ludovici avertiſſent preces, intercluſumque aditum aperuiſſent: cum utrimque omni ex parte depugnaretur acriter, & Ludovicus ſe fortiter, ſupra quam cuiquam credibile eſt, commiſiſſet in aciem, ecce attonitis barbaris inſuetus terror incutitur. Chriſtiani Imperatore tam egregio ingentem ediderunt ſtragem;
B pleroſque hoſtium aut fideles proſtraverunt, aut pavor compulit in fugam: ergo portus, oppidum, totaque regio priori hoc certamine ſubacta.

Memorabilem adeò victoriam divinâ magis quam humanâ ope partam etiam inter infideles conſtitit. Cæterùm tam oportunam Saracenorum exercitus diſturbationem communis Chriſtianorum conſenſus acceptam Ludovico retulit, qui velut non ſolum alter Joſue dimicans, ſed velut alter Moyſes deprecans ipſis cum perfido hoſte bellantibus divinam opem conciliarat, ut cujus belli fautor & dux extiterat, præcipuus quoque exiſteret adjutor.

C *Roſa* probè ſciens ex alto omnia quæ contigerint hoc in rerum concurſu, exclamavit, flectite genua, confugite ad Deum pro " felici exitu Fidelium: Unuſquiſque ad hæc " verba flexis genibus, & in uberes lacrymas erumpens, illam comitatur: deinde manifeſtavit quæcunque didicerat de re tam celebri, ita ut nuncius adveniens altero poſt menſe nil novum narraverit, cum jam totus orbis Chriſtianus percreparet his *Roſæ* dictis, quibus tanquam indubitatis fides habebatur.

CAPUT III.

D *Jubetur à ſanctiſſima Virgine Tertium Ordinem Franciſcanum amplecti.*

SEVERITAS jejunii à Roſâ obſervati die vigiliæ ſancti Joannis Baptiſtæ graviorem ejus morbum reddidit, pluresque illam fore morituram nocte ſequenti arbitrati ſunt; nec recedere voluerunt, ut ultima morientis verba propriis auribus exciperent. *Roſa* igitur aſſidentis ſtatu ſe in lecto collocans, gaudio incredibili geſtiens oblatam divinitùs ſpeciem vidit Reginæ coronâ redimitæ; admirandâ & eleganti eminebat corporis ſtatura, eam in ipſo dignitatem, majeſtatemque præferens, quæ auctoritatem, venerationemque conciliet: veſtem moniliaque

gerebat exquiſita concinnitudine, & ſicut ſol A
fulgebat, cum magno & ſplendido comitatu.
„Quid moramur, ait *Roſa*, eamus citò ob-
„viam, cœli & terræ Imperatrici, & coram
„illa humi procumbamus: exurgens illicò
quaſi nullo modo ægra ad januam velociter
currit cum ſuis aſſeclis, flexiſque genibus
„exclamavit: Ecce noſtri Salvatoris Geni-
„trix cum nequeatis ſplendorem vultus ſuſti-
„nere, ſilentio, aures attentas præbete di-
vinis ejus ſermonibus, quorum ſumma ſequi-
tur. *O Roſa pulcherrima & gratiſſimum odo-
rem afflans, cujus virtutes quorumcumque ſan-
ctitatem exuperans, perſevera in pietatis exer-
citiis, & chariſmata æmulare meliora*; ami-
ctumque omnem ac ornatum meum circum- B
ſpice, 1. *Corinth. 12. In magnifico apparatu,
quem ſibi ex variis & ſumptuoſis ornamentis
commodati acceptis nomine, compones, teipſam
expones in Eccleſia Chriſti præcurſoris, &
Franciſci Minorum Inſtitutoris. Deinde, poſt-
quam viſa fueris palam & publicè, illum abdi-
ca in medio Templo meo Pogenſi apparatum
ubique capillo tonſo, & ſumpto rudi cilicio,
vilem habitum indue Tertii Ordinis Fran-
ciſcani, quem tibi afferet Sita ejus Supe-
rior. Poſteà myſtico ſancito fœdere cum Ieſu-
Chriſto ſponſo tuo, Deo meo & filio Pœ-
nitentiam prædicabis, ſæculi mores depravatos
argues opportune & importune. Fortiter pro-
pugnabis Religionem contra hæreticos, haud
quaquam metuens eorum vexationes: Fideles C
tuos auditores variis favoribus Deus cumula-
bis, eos autem, qui te contemnent, ingenti
verecundia percellet.*

Ex oculis ſubductâ ſacrâ Virgine, *Roſa*
omninò convaleſcens Concionem dimiſit,
narratiſque Sitæ omnibus, quæ cœlitus eve-
nerant, ardenter poſtulavit admitti in Ter-
tium Ordinem: deſideratur tunica, quæ mo-
nitu Roſæ invenitur ſub cervicali ipſius ab
Angelis præparata, juxta piorum mentem,
ne differatur cæremonia; nec deeſt zona,
cùm ex ejuſdem *Roſæ* conſilio, aſelli con-
tempta habena adhibeatur in hunc uſum.

Quænam res ad aſpectum magis præclara
unquam fuit? inceſſu nempe modeſto & D
gravi puellæ decennis, per vicos & plateas
civitatis, cum inſigni pompa & inſtructu
ſplendido; beatæ inquam, puellæ, quæ in
numeroſo & illuſtri concurſu, celeberrimis
ſancti Joannis Baptiſtæ, ipſa die illi ſacra,
necnon Minorum Fratrum Inſtitutoris Se-
raphici, ædibus viſitatis tandem pervenit in
Eccleſiam ſacræ Mariæ de *Poggio*, ubi arti-
culi omnes Reginæ cœlorum mandati ſuos
effectus adepti ſunt: Sita *Roſæ* cilicium ex-
hibuit, quod, licet gravi morbo laborans,
nunquam depoſuit: veſtem quoque aſperam,
quam Cœlum confecerat, cingulumque hir-
ſutum appoſuit illi.

A Chriſti Crucifixi effigiem oſculandam præ-
buit novæ Tertianæ, quæ illam manu, &
ſupra pectus, nudis pedibus & aperto capi-
te, peramanter geſtabat, inſignibus magni
amoris argumentis: prætereà conceptis ver-
bis vota nuncupavit paupertatis, caſtitatis
& obedientiæ erga parentes, cæteroſque qui-
bus intererat illi leges præſcribere: pro clau-
ſura perpetua divino afflatu intellexit eligen-
dam eſſe ſolitudinem in priſtino & tam ju-
cundo carcere, cui ſe jam mancipaverat;
unde neceſſitas ſolùm charitas, & obediendi
ſtudium illam educebant. In ſuo deſerto,
juxta exemplum ſancti Præcurſoris Domini,
Joannis Baptiſtæ, ad expiationem delictorum
B exſolvendam, & ad vitæ Chriſtianæ decus
adhortabatur populum; contemplabatur aſſi-
duè divina myſteria, jejunio perpetuo, va-
riiſque afflictationibus corpus domabat, qui-
bus conabatur iram Dei mitigare, & impio-
rum obtinere converſionem. Quod gravius
erat, multi arguentem ferre nolebant; iſtud
verò longè acerbius erat, & maximè deplo-
randum, quod tantum malum in pluribus cu-
rationem non admitteret.

Plurimi autem ſapiebant ad æternitatem,
Deumque ſibi operibus Pœnitentiæ propi-
tium conciliabant, cujus exorabilis iracun-
dia ſemper cedit ineffabili miſericordiæ.

C

CAPUT IV.

Pœnitentiam prædicat ardenter & fructuosè.

M*Irabilis Deus in Sanctis ſuis*, Pſal 67.
Qui Danielem annis juniorem Cœli
arcanorum Præconem conſtituit: ſed æquè
mirum decennam *Roſam*, zelo flagrantem
Apoſtolico, ſapientiæ æternæ myſteria expli-
care. Ad eam confluebant, quamvis ſolita-
riam, innumeri auditores omnis ſexus &
conditionis, ut præceptis chriſtianis imbue-
rentur.

Labente paulatim diſciplina, mores quo-
D que magis magiſque lapſi cœperant præci-
pites ire; jamque homines ſalutis & honeſta-
tis immemores, quicquid liberet aut expe-
diret, fermè etiam licere credebant, tantam
ad nequitiam contagio valet conſuetudinis.
Itaque *Roſa* illorum animos adeò graviter
affectos intuens ut jam nec vitia ſentirent,
nec eorum remedia ferre poſſent, perditas
mentes mira adoritur arte.

Primo comiter, in illorum ſe familiarita-
tem dare, medendi voluntatem diſſimulans,
indè & comitate illorum animis devinctis;
ſenſim ad inveterati morbi curationem ſibi
viam facit, modo divinis legibus propoſitis
flagitia ipſorum oſtendens, modo intentatis

vatiis humanæ vitæ caſibus Dei terrorem incutiens. Ad ultimum mentibus pręparatis admovet manum; avaritiam reſecat, libidinis illecebras removet, recrudeſcentia conſcientiæ vulnera divinæ miſericordiæ oleo delinit ſanatque.

Laborem benè poſitum perceptus indè fructus oſtendit. Satis conſtat *Roſæ* operâ malè partas pecunias à pleriſque reſtitutas; permultis pellices complures admirabili ratione ſubſtractas, nonnullis ægrè eas dimittentibus, ut matrimonio ſecum jungerent; perſuaſum plurimos ſacrâ expiatos Confeſſione, atque ad pium vitæ genus adductos. Nec privatim magis ſermonis facilitate profecit, quam publicæ gravitate Orationis: Conciones enim ad populum habebat non minore fructu, quam approbatione auditorum.

Quos ut magis urgeret, atque ut altius in eorum animos ſalutaris deſcenderet metus, quæ divinitùs imminebant civitati, ingenti animi ardore prædixit.

Roſa ergo imminentia mala divinitùs prævidens, ſive ut iram divinæ juſtitiæ aliqua molliret ex parte, ſive ut incolarum animos ad impendentem cladem perſerendam præpararet; talibus calamitatibus ſubindè intentatis auditores admonebat, ut aliquando ad conſilia ſalubriora ſe verterent. Nec fruſtrà id fuit: plures irarum cœleſtium horrore, ac Religione perfuſi, tandem exitiali animi ſopore diſcuſſo reſipuerunt.

Beatam Puellam triumphantem furens dæmon violenter aggreditur & laceſſit. Mox puritatem contaminare conatus, modò fervorem extinguere. His conatibus irritis patris in filiam furorem provocat, qui *Roſam* à Prædicatione Evangelii verbis & verberibus avocare omninò cupit. Fatetur humilis *Roſa* ſe quamvis ſuperbam & deſpectam id genus Prædicationis Evangelicæ, non fuiſſe
„amplexam niſi divino afflatu; Cum Deus
„inquit, olim uſus fuerit luto & ſputo, ut
„cæcum ſanarer, quid mirum ſi nunc viliſſi-
„mo inſtrumento peccatores in meliorem
„vitæ frugem reducat: cęterum non invito
„auditores ad meas conciones: cœlitùs mo-
„niti ipſi libenter & turmatim accurrerunt:
„parata ſum non ſolum verbera, ſed & mor-
„tem pati, ut Dei conſilium æternum ſtet
„fixum & permanens.

Ad hoc reſponſum amarè flens Pater veniam petiit, Puellamque ad perſeverantiam excitavit, pręſentibus *Roſæ* avo, necnon Paſtore ſanctæ Mariæ de Poggio, qui ipſius quoque *Roſæ* omnium conſiliorum moderator erat. Sita etiam & plures alii præclaræ virtutis cupidi aderant, in quorum conſpectu *Roſa* Crucifixum manu geſtans, flexis genibus, demiſſiſque oculis in terram exclamavit: *Veſtram mihi Benedictionem impetiamini omnes, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, meque ſequamini.*

Extemplo videtur per vicos & plateas magno ſtipata cœtu, & quoſcunque accendens ad morum converſionem; utque à Deo impetrent Eccleſiæ Catholicæ triumphum; viſitans tres ſacras Ædes à beata Virgine indictas tanto ardore Deum precata eſt, tamque ſtrictè crucifixum complectebatur, ut extremum videretur claudere diem, coram ſpectatoribus, quos præ commiſeratione in eamdem redactos extremitatem credidiſſes.

Rediens in amabilem ſolitudinem, mortem & dolores Chriſti ſibi proponit ante oculos mentis, ita ut, pro ejus amore cupienti mori, penituſque in divinum Sponſum transformatæ, apparuerit Chriſtus ſuo ſanguine prorſus madens, & vulneribus dilaniatus. Deficit ad hoc ſpectaculum, & penè mortua humi procumbit *Roſa*, renovat tamen vires, & recreatur invocatione ſacratæ Virginis, quæ illam confortavit. Tunc denuo contemplans Jeſum in pœnis & cruciatibus lacrymis diffluebat, pectuſque percutiens ſic effabatur. *Deus meus & Dominus meus, quis tam male te multat? amor ſolus*, reſpondit Chriſtus. *Roſa* addidit: *Sed quis te tam acerbis flagris excepit, tamque crudeli Cruci affixit?* Salvator adjecit: *peccatum peccatorumque efferata malitia mei ſunt carnifices, meumque ſunt ſupplicium.*

Quot Salvatoris verba, tot ſuere telà, imo etiam fulmina in cor *Roſæ* divino amore ſauciæ vibrata; auſpicatò, inquam, fulmina, quæ non deſtruunt, ſed corroborant & perficiunt: ad extremum dolens, martyrium amoris ſuſtinuit & complevit: ex alto enim fuit monita planè de flagitiis horribilibus orbis Chriſtiani, quorum ſubita recordatio ita eam percellit ac pungit, ut altâ voce, & ſic vehementius fuerit vociſerata: *O Domine, miſericordia, ò Domine, miſericordia*; & velut animam exhalans in langorem fuerit ſoluta

Deinde præ vivo doloris ſenſu veſtes lacerat, pectus duriter percutit, & quam maximâ vociferatione utens omnibus terrorem incutit: Crucifixum manu tenens in Templum Sanctæ Mariæ *de Poggio* pergit, ubi coram auguſtiſſimo Sacramento, lacrymis manantibus, deficientis animi prolapſionem iterum patitur. Nobilis vir quidam ſuum in domicilium *Roſam* deduxit, unde divino amore languida, & proximi dilectione flagrans, ſtatim egreditur; lacrymosè & dolenter ejulans ſequentia verba pronunciat. Fratres mei, "
ſorores meæ Pœnitentiam agamus, ut ira "
Dei mitigetur, qui ſeveriſſimas nobis minas "
intentar. "

Lugubres oppidò ejus accentus cives percellebant, quibus commoti relinquebant illi-

cò domos & familias, *Roſæ* inhærentes veſtigiis & exemplo. Ipſi hæretici urbem occupantes à tyrannicâ invaſione Imperatoris Friderici tanto ſplendori minimè poterant eſſe rebelles, diviniſque motibus jam incipiebant quodam modo obſecundare. Reverſa *Roſa* in cellulam duriſſimis ſe flagris cædebat, ad quorum ictus violentos mater accurrens, januam perfringit, filiamque penitus ſanguinolentam in lecto pauliſper decumbere cogit & quieſcere.

De Syllis in cap. 1. Reg. Tertiaror. ex Bulla Pauli III.

CAPUT V.

Plenus Gloriæ Chriſtus illi apparuit.

SICUT Dei Genitrix non ſemper ſtetit juxta Crucem mœſta, ſed tandem fuit uberis particeps lætitiæ, quam Reſurrectio Chriſti afferebat, dum illum vidit è mortuis glorioſè excitatum; ita poſtquam *Roſa* ſpinarum Coronæ Chriſti ſenſit aculeos, præfata viſione tam luctuoſa, lacrymas nunc exſiccat ad Solis Juſtitiæ radios, qui ſe illi ſplendidum & triumphantem exhibuit, confirmatque jam tunc in ſponſam æterni Regis Illam aſſumi: ferventiori amore capta cœleſti Sponſo gratias agit, poſtulatque à matre ſertum ex herba, quam mentham vulgo nominant, confectum: ponens iſtud inter ubera & in genua provoluta petit à Deo ut ipſi benedicat, necnon ipſius cellula, ac domus parti Monaſterio ſanctæ Mariæ de Roſis proximæ, quæ aliquando intra limites hujuſce Conventus erat includenda.

E conſpectu abeunte Chriſto, remanet tamen *Roſa* torrente deliciarum delibuta, matrique reddens ſertum, affirmat Deum illud conſecraſſe, necnon cellulam, & locum Mo-
„naſterio vicinum, cui nomen meum impo-
„netur, & ubi ſepeliar, inquit: congregatis plurimis Sororibus eximiæ ſanctitatis, quæ noctu diuque canebant ſimul Laudes Jeſu & Mariæ, ſequentes leges præſcribebat; mode-
„ratè agaris omnia, voſque modeſtè gera-
„tis; ſolitudinem & ſilentium amate, dili-
„gite paupertatem; illibatum pretioſæ Vir-
„ginitatis florem, pluſquam proprios oculos
„ſervate, humiles eſtote, ſobriæ, & ſinceræ.
„obedite parentibus veſtris, Religioni Ca-
„tholicæ uſque ad mortem firmiter adhære-
„te: Chriſti paſſio nunquam recedat è veſtra
„memoria: ejuſque exemplo veſtris inimi-
„cis libenter condonate.

Quotidie Crucifixum manu tenens publicè Pœnitentiam à decennio prædicabat; aliquoties in plateis aut Compitis Viterbii de rebus A divinis dicebat ad populum, conſcendens tabernæ cujuſdam pluteum, aliàs pro ſacro ſuggeſto, in mediis Templis, Chriſtianæ Legis explicabat Myſteria abſtruſiori eruditione, quæ captum omnis acquiſitæ ſcientiæ prorſus exuperabat. Quàm igitur ſublimis eſt *Roſæ* Miſſio quæ illam exemit à Mandato Pauli prohibentis mulieres in Eccleſia non ſolum docere, vel etiam loqui.

Verùm multo magis mirabilis morum emendatio, quam Evangelicis operatur Concionibus: inculcante plerumque *Roſa* ſummiſſionem ſupremo Pontifici debitam auditores vehementer conclamabant: *Vivat* B *Papa, Chriſti Vicarius, Petrique ſucceſſor, triumphet Eccleſiæ Catholicæ auctoritas, in cujus ſinu vivere volumus & mori.* Deinceps Viterbium, cùm prius fuerit draconum nidus, & hæreticorum ſpelunca, viſio fit pacis, & ſolis tabernaculum, *Roſæ* ſalutaribus documentis & exemplis.

Non illi demunt animum vexationes, non calumniæ, nec plagæ. Quotidianis & publicis concionibus devotas aſportabat prædas ex unguibus dæmonum: ipſa ſemel concionante inſanus quidam hęreticus, equum laxis habe. impellens illam impetiit, graviterque vulne-
„ravit: ſeverâ punitione dignus es, ait *Roſa*,
„miſericorditer tamen tecum agetur: hujus
„facti te quondam pœnitebit: intra tertium
„diem, ludibrio, ſibiliſque aliorum teipſum
C objicies: cum ergo anteà benè fuerit barbatus, ſeque ſemper jactaverit de capillo compto & concinnato, omne illud ornamentum ſubitò amiſit, ſeu potius vanitatis incitamen.

Nunquam Evangelicam doctrinam propoſuit ſine miraculis. Andreæ Viterbienſi oculis omninò capto, Signo Crucis, aſpectum omninò reſtitu, coram innumeris teſtibus, qui Concionis fuerant auditores. Cum nimis depreſſus eſſet lapis, ſupra quem de rebus divinis dicebat ad populum, ita ut nec videretur *Roſa*, nec audiretur à tota multitudine, elevatus eſt lapis, & ſuſpenſus, quandiu locuta eſt: finito ſermone ſtatim in priſti-
D num rediit locum. Multoties id evenit, ad veritatem rerum, quas prædicabat comprobandam: adeò R*oſæ* veneratio cunctorum perfuderat animos, ut omnes certatim veſtes ejus contingere, & aliquid indè ſubripere niterentur: oſculabantur itidem terram per quam tranſierat, quam putabant greſſibus ejus conſecratam. Horum mentio fit expreſſa non ſolùm in pręſcriptâ rerum ab illâ geſtarum renunciatione, ſed etiam in antiquâ pictura Templi ſanctæ R*oſæ*.

Digitized by Google

CAPUT VI.

Deviƈtis fortiter hoſtibus Eccleſiæ Catholicæ permanet illæſa tribus horis in luculento igne ad Fidei confirmationem.

IN rebus noſtris plerumque cæcutimus: nil tam noſtra intereſt quam ſalus noſtra, quæ ex momento vitæ pręſentis pendet: cæci nihilominus ſumus hoc in negotio tam præclaro, & penitus inſani: ad beatitudinem contendentes, ad infelicitatem præcipites imus ô nefaria cæcitas! è virtutibus beata vita exiſtit, beatæ quoque vitæ merces. Hanc viam iniit R*oſa*, quæ illam adhuc viventem reddidit in terris felicem, & in cœlo feliciſſimam: felicem utique in terris etiam inter medias flammas, quibus libenter ſubjicitur ad hęreticarum & impiarum mentium errores exterminandos.

Vix undecim annos nata doctiſſimos inter hoſtes Eccleſiæ provocavit ad certamen, qui pugnam non detractantes, validiſſimiſque R*oſæ* argumentis debellati, falſis tantum & inſanis injuriis obſtiterunt. Obteſtantur ergo Gubernatorem Viterbii ut illam capite damnaret velut Imperatoriæ majeſtati rebellem. Mortis terrore objecto vetat judex, ne concionetur amplius, aut in publicum prodeat ullo modo: Verùm Crucifixum extollens conſtanter aſſeverat ſe nunquam finem impoſituram Prędicationibus Evangelicis, paratamque eſſe pro Chriſto effundere ſangui„nem & mori. Perſeverate, inquit, ſuis „auditoribus, in ſubmiſſione Sedi Apoſto„licę debita.

Iniquo Pręſidi, qui eam rebellionis & lęſę majeſtatis arguebat, adeò generoſè reſpondit, ut evidenter pateret, quanto ardore ad Martyrii palmam aſpirabat. Teneram nihilominùs ob ętatem, quę forſan populum commoveret, Viterbio in exilium perpetuum ejicitur, cogiturque proficiſci cum patre & matre *Sorianum*, octo milliaribus diſtantem: exeuntes pernoctarunt ſubdio medio in nivium aggere, menſe Decembri, egentes & derelicti.

R*oſa* interim, pedibus & capite nudis, vilique tunicâ induta, verbis & exemplo patientiæ facem pręferebat: inſigni miraculo protecti poſtridie tempore meridiano *Sorianum* pervenerunt, cujus cives divinitùs moniti de adventu R*oſæ*, deque futuris ejus documentis ad hæreſum deſtructionem, ac inſtaurationem virtutum, obviam venerabundi acceſſerunt. Licet viæ labore fracta, Concionata eſt illico ita efficaciter, ut oppidum vitiis & pravis opinionibus infectum, aliud effecerit Sanctuarium.

A Monuit illam Angelus poſteà, quod obtentis pace & triumpho Eccleſiæ, navanda eſſet opera morum correctioni: novit quoque divinitùs certo brevi moriturum Fridericum Imperatorem, Summumque Pontificem ſtatim Romam glorioſè reverſurum. Viterbium aliæque multæ urbes ſervitutis jugum excuſſerunt, & tyrannicas expulerunt copias. Audiens R*oſa* aliud oppidum, quam *Orchianum* vocant, incantamentis illigari à præſtigiatrice nefandâ, illuc ſubito currit, ubi Crucifixi elevatione populos ad Dei Verbum audiendum invitans, plurimos cum erroribus addictos ad Catholicam Religionem revocavit, tum à turpi vitâ ad emenda- B tionem abduxit.

Magâ ſemper veneficiis pergente populos irretire, neceſſaria fuit diſputatio, quâ licet mendacium confundatur veritatis declaratione manifeſtâ, calumniæ tamen & falſa miracula. Plures excæcabant, qui nunquam radiis cœleſtibus fuiſſent illuſtrati, niſi R*oſa* noſtra veris miraculis tenebras omnes diſſipaſſet. Cæca à nativitate filia oculorum uſum facilem omninò recuperavit, Signo Crucis à R*oſa* impreſſo coram innumerâ civium multitudine. Non ſolùm Orchianenſes incolæ emerſerunt tunc è cœno vitiorum, tam miro eventu perſuaſi, verumetiam plerique vicini, qui R*oſam* ſummis laudibus extollentes, manum Domini nullo pacto ab- C breviatam eſſe proclamabant feſtis plaudentium & gratulantium vocibus. Veneficâ intereà muliere faſcino corda afficiente, & veritatem continuo oppugnante R*oſa* pollicetur ſe integra viginti dierum inediâ, ſine ullo eſu aut potu, planè convicturam. Negante" magna hoc viribus naturæ fieri poſſe, ignis" accendatur, ait beata, convocentur cives" ſigno campanæ, in conſpectu omnium pro" jiciam me extemplò inter flammas. Flexis" deinde genibus, oculiſque ac manibus in" cœlum elatis, atque ductâ manu in Cru" cem in ardentes prunas intrans, exclamat." O bone Jeſu ne permittas ſceleratam hanc" feminam prævalere, indue me virtute ex" alto, ut duritie pectoris hujuſce pertina" D çis mollitâ, Eccleſia Catholica è certa" mine victrix abeat: animos mihi da ut ani" moſè in ignem ingreſſa perſiſtam inteme" rata, utque Divina Myſteria clarius elu" ceant: ſic omnes profitebuntur te unicum," ſolum & verum Dei eſſe, ſponſum & pro" tectorem Eccleſiæ.

Ligno penitus in cinerem redacto, & foco penitùs extincto, in cujus mediis ardoribus, trium horarum ſpatio, remanſit illæſa R*oſa*, dum aſtantes Deum ferventer rogant, præſtigiatricem adit, quæ lacrymis obortis morum pravitatem, opinionumque perverſarum corruptelam humiliter fatetur, R*oſa* illu-

ſtrem publicans victoriam, & ad bonam ſe recipiens frugem.

Veritates chriſtianas validis rationibus, appoſitis quoque ſimilitudinibus & exemplis cum *Roſa* illuſtraſſet, adſtantes omnes etiam adverſarii illi aſſentiebantur, illas planè rationi conſentaneas eſſe, ſecundis acclamationibus declarantes: maximo argumento eſt protuendâ fide, quod in tali diſceptatione, ſi quis adhuc repugnet *Roſæ*, tenebræ ac receſſus quærantur, arbitrorumque ſententiæ ſummâ ope fugiantur.

CAPUT VII.

Adjunctis Chriſto in dies novis ſectatoribus, ſanctiſſimè moritur.

CONTINUA *Roſæ* victoria magnum Chriſtianæ momentum attulit, hoſtibus Eccleſiæ, quotquot poſteà ſemet Evangelio opponere ſunt auſi, perpetuo felicitatis tenore ſuperatis, hominibus verbo & exemplo ad omnem virtutem ac pietatem erudiendis egregiam Divini Verbi tubam, & vineæ Domini cultricem, ad extremum uſque ſe præſtitit: donis & præconiis quiſque eminentem *Roſæ* ſcientiam, & miracula proſequebatur, ſed hæc omnia, ut, humilis, & paupertatis amatrix contemnens, generoſe abire decrevit in locum, ubi cruces & opprobria ſolum reperiret. Tandem undecimo ſuæ ætatis anno & 1251. ſcilicet, à Virginis partu anno Viterbium reverſa, ſummo populares affecit gaudio: luculentis benevolentiæ & venerationis argumentis ab iis excepta quæ multùm illi diſplicebant cito ſe recipit priſtinam in ſolitudinem: Deinde Supremus Pontifex Innocentius IV. è Galliâ recens Romæ factus certior de mirabilibus verbis ejus & factis, diploma ad *Roſam* mittit Apoſtolicum anno 1252. quo illam ad Pœnitentiam, ut ſolebat, prædicandam in omnibus Eccleſiis, incitat, auctoritate ſuâ roborans univerſam ejus vivendi rationem.

Præcepit inſuper Literis Pontificiis, eodem anno datis Priori ſanctæ Mariæ de gradibus Ordinis ſancti Dominici, & Archipreſbytero ſancti Sixti Viterbienſis ſcriptis mandare vitam & Miracula Roſæ, prius conficiendo rerum cognitarum acta, ut aliquando in Sanctorum ordinem aſſeratur.

Inde Wadinghus colligit *Roſam* è vivis excedentem anno 1252. expleviſſe tantum annum ætatis ſuæ duodecimum, cui facilè conſentiunt diverſi auctores, illam propterea vulgo nominantes parvulam Virginem Viterbii. Cum autem ſemper adhæſerim ſententiæ Petri Coretini, qui beatæ *Roſæ* Vitam Italico idiomate excerpſit, & compoſuit ex auctoritatibus publicis & teſtimoniis, dicavitque Eminentiſſimo Cardinali Cæſarino Epiſcopo Viterbienſi; ab ejus opinione nunquam diſſentiam: affirmo igitur cum eodem Auctore *Roſam* motibus Eccleſiæ pacatis impleruque Summi Pontificis mandato ardenter contendiſſe in ſolitudinem; quâ de cauſâ ut feſtas plaudentium & gratulantium voces vitaret, enixè rogavit Religioſas ſanctæ Claræ, ut in ſuum cœtum & Clauſtrum ipſam allegerent.

Roſa verò duabus petitionis ſuæ acceptis humiliter repulſis, ſubridens ſpiritu prophetico reſpondit: libenter poſſidebitis ali " quando mortuam, quam nunc contemnitis " viventem. Petrus Capoſtotus Paſtor ſanctæ " Mariæ *de Poggio*, qui Roſæ erat à Confeſſionibus, illi deſtinavit locum vulgo, dum etiam viveret nuncupatum, ſanctæ *Roſæ* Oratorium, ubi plures filiæ ſtatum vitæ eumdem cum illa tenentes, formam veri Monaſterii confecerunt: Attamen ſagaciter conſuluit, ante receſſum, eorum ſaluti & perſeverantiæ quos præceptis chriſtianis imbuerat: quamvis pax floreret tunc in Eccleſia, tacitos adhuc habebat hoſtes, & ideò magis infenſos, in veritatis Catholicæ odium, ſimul ac pietatis. Invictum ſemper in *Roſâ* animi verè Chriſtiani robur enituit. Cum errores fortiter oppugnabat; tùm virtutes commendabat zelo repleta Evangelico: curâ ejus fidelium numerus perinde ac piorum hominum augebatur: Curabat præſertim, ut hæreſi abjurata & prorſus devicta de æterna unuſquiſque ſalute ſolicitus eſſet: Moribundis etiam parentibus, non ad proſequendum obitum, lacrymas aut ſuſpiria præbebat, ſed expianda crimina Sacerdotem: Inter aliorum ſingultus & complorationem una ſiccis oculis & placido vultu *Roſa* ſic loquebatur: ego " vero quod doleam habebo nihil, niſi noxæ " aut piaculi quippiam iis ſupereſſe, quod " eluant. Nam alioqui probe intelligo iis qui " iſtud pretioſi leti genus obierint, præclaram " eſſe mercedem paratam in Cœlo: Clemen- " tis Dei pacem ac veniam fidenter implo- " rent; ſeque in hoc tranſitu viros exhibeant: " id unum in mea ſolitudine maximo mihi " ſolatio fuerit: In hujuſmodi tam acerbo " caſu, tantum abfuit ut quicquam Chriſtiana ſpe & gravitate indignum admitteret, ut etiam venientes ad ſe doloris leniendi cauſâ familiares ultro conſolaretur.

Sublimis *Roſæ* ſenſus, & eminens in proximum charitas, citra comparationem & infinitè laudabilior videtur, quam ejus, quæ ad primum de morte filii nuncium, exanimata eſt, aut illius, quæ lætitiâ conſpecti repentè nati, quem mortuum crediderat, expiravit.

Rogatu ſanctæ Claræ Sororum Papa Alexander IV. Bullâ anno 1255. notatâ, præcipit *Roſam* cum ſuis aſſeclis à domicilio recenter

Digitized by Google

recenter inſtituto diſcedere, aut iſtud penitus ſupprimi, quia nimium vicinum erat Conventui Clariſſarum: Sæpe juſtorum conatibus repugnans fit alter conatus, cui cedere coguntur, ut diſcant abundare & penuriam pati, ad Dei nutum. *Roſa* ut perfecta Evangelii filia in priſtinam rediit cellulam domus paternæ, ubi perſiſtens in ſanctiſſimâ vivendi ratione uſque ad annum 1258. incipienſque ægrotare, exclamavit cum Paulo; *Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* 1. Philip.

Habebant aliud nihil in quo acquieſcerent parentes & amici, niſi in divinis *Roſæ* verbis; cum ſeſe è lectulo movere non poſſet, elutis per Confeſſionem animi ſordibus, ſumpto ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & ſacro ad Supremam Luctam oleo inuncta, Chriſtum, cujus Cruci affixi in ſinu fovebat effigiem, ſuaviter alloquens, inter charorum manus & lacrymas animam efflavit: prorſus invictus ad laborem ac patientiam æque corporis animæque vir potius Roſa noſtra dicenda quam puella, & cuilibet ſuæ ætatis, vel regiminis ſpiritualis ſcientiâ vel experiri conſilij magnitudine non ſolum comparanda, verùm etiam præferenda. Moritur incredibili cum tranquillitate ſextâ die Martij anno 1258. ſacratam Virginem, ſanctos Joannem Baptiſtam, & Franciſcum Aſſiſiatem invocans, ſupra torulum ex modicis compoſitum axiculis emicantes valdè radios vibrans, & cœleſtem late ſpargens odorem. Annum agebat decimum ſeptimum cum decem menſibus, juxta Coretinum hiſtoricum modò citatum.

Viterbienſes de morbo Roſæ moniti, mœrentes accurrunt, & ab ingreſſu cubiculi perdifficulter impediuntur, maxime cum vellent illam attente inſpicere, ejuſque ultima excipere verba, ad virtutis profectum. Siletur mors die integro; irati ſunt interim cives, id quod erat indignum & nefas, à populis ſacrum corpus laceratum iri, qui venerabundi cuperent veli, cinguli, veſtiumve, quibus uti conſueverat, fruſtulum aliquod præcipitanter auferre: ideoque in loco humenti & ſqualido illud ſine arca derepentè defodiunt, prope urceum aquæ luſtricæ, in parœciæ templo ſanctæ Mariæ *de Poggio.* Verùm pio funeri aſſeantes mirantur habitum quieſcenti quam mortuo propiorem, compoſitos artus, decoram faciem, ipſam denique pietatem adhuc ſpirantia lineamenta.

CAPUT VIII.

Beata Roſa per miracula & planè divinitus transfertur in Conventum S. Claræ.

OCTODECIM elapſis menſibus mirabantur omnes Roſam non clarere miraculis, quæ vitam egerat tot miraculis inſignem. Summus Pontifex Alexander IV. Viterbij tunc degens menſe Auguſto anno 1260. Roſam vidit in ſomnis luce ſplendenti circumfuſam, quæ ſic locuta eſt. *Roſa ſum Viterbienſis, Chriſti, ejuſque Genitricis Mariæ humillima famula; Deus qui me in cœlum elevavit ſuâ miſericordiâ infinitâ, annuit quoque petitioni meæ. Deſiderabam olim adſcribi in Congregationem Clariſſarum, votaque ſolennia nuncupare in Monaſterio ſanctæ Claræ de Roſis: Cum poſtulatis meis non acquieverint Sorores hujuſce Ordinis, Chriſtus cujus geris vices in terris, jubet ut meum corpus ipſe transvehas de Templo beatæ Mariæ de Poggio in Eccleſiam ſanctæ Claræ, ubi uſque ad ſæculorum conſummationem permanebo: Ipſemet præſens exequaris iſtud mandatum. Ita Pater ſumme, quoniam ſic fuit placitum ante divinam Majeſtatem. Nolo enim attrectari aliis, quam ſacris tuis manibus. Statimque evaneſcit.*

Tremebundus expergiſcitur Papa, qui tamen hoc eſſe merum putat deliramentum. Iterum illi Roſa apparet iiſdem fulgens radiis gloriæ, ſed eadem verba repetens cum vehementiori ardore. Augetur tremor Alexandri, nihilominus nil agit, quin prius quæ animo agitat, Cardinalibus patefaciat: cenſuerunt, expectando tertiam viſionem ad Deum oratione recurrendum: tertio igitur die Septembris, ſcilicet octo diebus poſt primam viſionem, offert ſe denuò Roſa. Supremus Pontifex ſemiſopitus illam conquerentem de mandati divini retardatâ executione audivit: quoad locum ſepulturæ: ne vacilles, inquit iſta, deſignatus eſt, Roſâ in florem emicante.

Illicò Alexander è lecto ſurgens veniam à Deo & à Roſa petiit de cunctatione: poſteà convocans Cardinales Ordinemque omnem Eccleſiaſticum 4. Septembris ad campanæ ſignum, ingrediens in Eccleſiam perſpexit è primo aditu veſtibuloque templi Roſam perpulchram & Alabandicam, quam ferebat arbor roſa ſupra beatæ effoſſum ſepulchrum. Summus Pontifex piam poſt precem, arbore ſemota, terram ipſe effodit, donec ſacrum corpus invenerit, quod tranſtulit per quam ſplendido apparatu in monaſterium præfatum & in pretioſa theca incluſit. Religioſæ miraculorum multitudine & efficaciâ perſua-

ſæ, ſe felices exiſtimarunt poſſeſſione auguſti theſauri, quem recipere noluerant, & prophetiæ veritati adhibuerunt fidem.

Reperit etiam Papa ſub venerando cadavere margæ quoddam genus metallicæ, ſuaveolens & balſaminum ſuccum valde exquiſitum, qui per longum temporis ſpatium, è primo tumulo manavit, quoque ſemet illinentes ægroti omninò convaleſcebant. Ad ſepulchrum univerſi conveniunt, beatum corpus attente circumſpiciunt, attrectantque; non modo integrum, & aſpectu jucundum, oculis cernunt aviditate ac ſtudio explorandi quæ ferebat fama; ſed etiam quo magis obſtupuere, ſuaviter admodum fragrans, gaudentes ſuam de Roſæ ſanctitate opinionem comprobari divinitus.

Summus autem pontifex declarans *Roſam* beatam & ſanctam, permiſit invocari publicè, illique Sanctorum honores, cultumque decrevit, vivæ vocis oraculo, pollicitus ſe brevi cæremonias ſolennes ad id obſervaturum. Urgentibus tamen negotiis Viterbio coactus egredi, morteque adveniente, Roſæ relatio inter Cœlites, apparatioris & ſpecioſioris pompæ relicta fuit ſucceſſoribus. Non tamen obſtitit hæc dilatio, quin univerſalis Eccleſia deinceps Roſam coluerit & invocaverit, ut jam cœlo ſolenniter aſſertam.

Conventum quò beatum corpus fuit tranſvectum, non amplius nominarunt fideles *Conventum ſanctæ Mariæ de Roſis*, ſed à tranſlatione ad noſtram uſque ætatem nomen *ſanctæ Roſæ* illi indiderunt. Feſtum quoque ejus diem celebrarunt Viterbienſes, præſentibus ſupremis Pontificibus, qui frequenter olim Viterbij commorabantur. Aſtra miramur nos, quæ per ſtatas motuum periodos, terras circumeunt; miremur potiùs Roſam, quæ ut præfulgens ſidus, omnem brevis vitæ ſuæ curſum ita conſtanter & perfectè confecit, ut quaſi conſtans ſit ex omnibus aſtris, id eſt, cæteris Dei famulis ſignum.

CPAUT IX.

Diverſa & inſignia Roſæ miracula.

JAm decimus nonus aut vigeſimus à morte agebatur menſis, atcam detegunt Sacerdotes & Sorores Clariſſæ, nihilominus corpus incorruptum extrahunt, palamque & publicè exponunt mirabundi, adhoc uſque tempus illæſum. Haud dubio Dei nutu, ut liquidius poſteà de admirabili integritate conſtaret. A quadringentis annis in eodem ſtatu manifeſtè perſeverat, quamvis ſæpe illud moveant & contrectent Religioſæ, ſpoliandi, & ornandi pretioſis veſtibus gratiâ.

Illuſtris inter Germanos dominus quidam, A in natale ſolum cupiens partem aliquam Roſæ lipſanorum ferre, impetravit digiti annularis unguem; corpus inde venerandum livida afficitur contuſione, rubeſcit, & rumet, quaſi humoris noxij fluxione laborans: Quæ peccaverat Religioſa hac donatione, fere ad dementiam redacta eſt; pœnitens verò ingemuit, ejuſque contritio aliud obtinuit miraculum, nempe ut digitus mutilatus ſanaretur, fieretque ſubito alabaſtrite candidior, & colorem exhiberet eximium, quo à cæteris diſtinguitur, qui ſubnigri apparent, velut mortuis peculiares. Propter mirandum hunc eventum Sorores omnes Deo gratias egerunt, ſolarumque Abbatiſſæ & antiquiorum Matrum fidei B tam auguſtum theſaurum commiſerunt, cujus ſuam quælibet clavem ſervat.

Anno 1357. Innocentio IV. Sedem Apoſtolicam tenente, ſacellum ubi corpus Roſæ quieſcit, igne celeriter concepto, late fudit incendium: campanis ultro & per miraculum reſonantibus expergiſcuntur Religioſæ, & civium adjumentum implorant, qui tantum ſpectatores ſunt & teſtes ignis divinitus extincti: ſacello namque penitus incenſo, capſa è ligno arido conflata redigitur in cineres, aduruntur omnino veſtimenta, margaritaria monilia, unionum exquiſitarum lineæ & crotalia, annuli quoque quorum gemmarium caput adamas eſt ſummi pretij, plura demum vaſa aurea & argentea, liquefacta ut aqua C fluunt. Venerandum tamen corpus nullo pacto attingitur; ne quidem ullus capillus vel leviſſime illo incendio afflatur: unicum flammæ veſtigium in cute pauliſper fuſcata ſupereſt, ut ſciant poſteri acceſſiſſe ignem ad venerationem, non ad nocumentum.

Eccleſiaſticus quidam legitime in Archiepiſcopum electus, Romæ ſolicitabat ſuæ confirmationem electionis: diffamatus ab invidis audiri nequivit à ſummo Pontifice, ab amicis domeſticiſque derelictus, atque opibus omnino exhauſtis in Curia Romana, cogebatur mendicare. Ad ultimæ neceſſitatis anguſtias adductus Viterbium venit, ibique in cauponam divertens, nullo cibo petito in cubiculum ſe recipit, volens per deſperationem fame D perire. Dormienti verò beata Roſa apparet felicem propoſiti negotij promittens exitum. E ſomno excitatus, nonnullam habens conſolationem, & ſumpto modico alimento, tumulum ejus viſitat, votique ſe religione, poſt aliquot preces lacrymoſas & fervente obſtringit quotannis roſam illi auream oblaturum. Eodem die certior factus de ſummi Pontificis benevolo & facili aditu, Romam revertitur; & innocentem ſe probans crimen diluit, ac inauguratur Archiepiſcopus. deinceps quolibet anno monumento ſuæ conſolatricis duas roſas, unam auream & alteram argenteam appoſuit ad perpe-

Digitized by Google

tuam accepti beneficij memoriam.

Monaſterio Viterbienſi, ubi jacet, multoties immenſo auxilio fuit, in extrema neceſſitate. Monuit ædificiorum ſubitâ ruinâ Religioſas fore opprimendas, niſi afferretur remedium: declaravit etiam ſuum corpus abreptum iri, plurimis à longo tempore nefanda conſilia conſociantibus ad iſtud ſacrilegium.

Plures mortui ad vitam revocati ſunt, illuminati cæci, aurium libertas ſurdis reſtituta, Roſæ meritis & interceſſione, innumeri homines mortiferè ſauciati recuperarunt ſanitatem: ejuſdem interventu in carceribus multi loco anguſto & tenebroſo detenti, in quo nocentiſſimi includuntur, rapti divinitus in aërem interveniente Roſâ, plenam conſecuti ſunt libertatem.

Mirum, quod Viterbij non expectet invocantes, ſed miſeris eat obviam, eos compellendo ut ad ſepulchrum Roſæ accedentes ejus auxilium implorent. Ipſi ſummi Pontifices, Imperatores, Reges, aliique Principes Viterbium profecti ſunt, & venerabundi ad ejus ſepulchrum ſe proſtraverunt, firmâ ſpe prompti & potentis auxilij. Perſcripta renunciatio rerum ejus geſtarum diverſis annis renovata eſt, ac tandem Calixtus III. Roſæ Sanctorum honores, cultumque tribui decre- A vit abſque alia ſolennitate, præcipiens ut numero cœlitum adſcriberetur: in Martyrologio Romano 4. Septembris videtur.

Nefas eſt ſilere quod Carolus VIII. Rex Francorum, poſt regni Neapolitani expugnationem, Inviſit beatæ Roſæ monumentum die Pentecoſtes: Monſtreleti Gallici Hiſtorici Additiones hanc veritatem commemorant anno 1495. Multi Auctores celeberrimi miris laudibus Roſam extollunt.

Cardinalis Eminentiſſimus Baronius inter alios in Annotationibus Martyrologij Romani; Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ; Odoricus Reynaldus tom. 14. Annalium Eccleſiaſticorum, anno 1252. §. 7.

B Conſtat jure merito nitere Roſam virginem inter virgines Chriſtianas, velut roſam florem inter alios flores. Quis, amabo, roſam neſcit florum eſſe reginam, hortorum decus, nativam terræ purpuram, menſium amœniſſimi amœniſſimum ornamentum, & tempeſtatis floridiſſimæ partum ſpecioſiſſimum? Quis utique cum noſtrę beatę Roſę curſum vitę breviſſimæ contemplatur, non aſpicit præfulgidum ſidus, virtutis thronum, mœrentium ſolamen, Chriſti crucifixi imaginem, Tertij Ordinis Franciſcani ſplendorem nimis cito evolaſſe?

VITA
B. RAYMUNDI LULLI
MARTYRIS.

CAPUT I.

Ejus Converſio.

BREVEM ordior narrationem eorum quæ ſpectant ad beatum *Raymundum*, qui licet apud inſanos & infenſos, male audiat, vel ambiguæ ſit famæ apud aliquos ſagaces & bene meritos viros, tamen à multis ſanis & veridicis judicibus celebratur, ut apprime doctus & orthodoxus omnino, imo verò ut eximiâ virtute præditus, & Chriſti Martyr.

Naſcitur anno 1236. in inſula Balearium majore, & in urbe Metropolitana (vocant vulgo *Majoricam*) inclytis parentibus: patris nomen eſt, *Raymundus Lullus*; mater oritur ex Herilium ſtirpe valde illuſtri in Catalonia. Contendunt *Raymundum* inter ſcientiſſimos literatum promovere; ſed fruſtrà, cum à ſcien- C tiis alienatum prorſus haberet animum. Illum igitur parentes in aulam regiam invehunt, tanquam Ephebum, & Jacobi Majoricæ Regis aſſeclam, quem ita ſibi demeretur, ut totius inſulæ Majoricenſis ſecundariæ curiæ ſummum Prætorem Princeps illum inſtituat, & regij Palatij magiſtrum.

Raymundus vir quidem commodis & ſuaviſſimis moribus cito captat omnium benevolentiam, & amaſiarum plurium gratiam prenſat amœnis verſibus, aliiſque blandimentis, quibus aliis placebat, perinde ac ſibi erat exitioſus: etiam conjugatus cæco & impotenti amore ſtolidè implicatus erat. Quadraginta annorum ætas, præclaraque domina cui nupſit, non extinxerunt libidinoſum ignem quo

irrerirus inſignem matronam deperibat: Hæc aurem, quâ vix alibi vel oris ſuavitate, vel ſtaruræ dignitate præſtantiorem intueri liceat, ex accuratiſſima virrutis amuſſi mores dirigebar, æquanimirer ferens acerbum carcinomatis dolorem, quo pectus ejus erodebatur.

Patientia matronæ cruciarum diſſimulantis, illam non minus pulchram, imo potius ipſius vultum venuſtiorem quodammodo reddebat virtutis penicillo. *Raymundus* itaque per urbem equitans, amaſiamque perſpiciens in templum ingredientem. ac præcipiranter ſequens, ludibrio ſibiliſque aliorum ſeſe expoſuit. Prudens marrona ſtolidi amatoris vulneribus cupiens mederi, officioſum ab illo poſtulat aditum, de conſenſu mariri. Detegens igitur ſinum uſque ad intima viſcera exeſum, verbis ntirur piis adeo & ferventibus, ut ſtupens illico *Raymundus*, & perterrirus, exclamaverit: „ Quanra, heu, quanta inſania! pro vermibus & ſterquilinio ſe in opprobria exprobranris populi dare, atque in exitium ſempirernum. Porro unum eſt neceſſarium, Deo „ nempe ſervire ac æternam poſſidere felicitatem. Confeſtim ſe in ſuum domicilium recipiens, & in conclave interius, coram Deo humi procumbit, humillimè veniam petit, & è cœno vitiorum ſtatuit emergere.

Illi Chriſtus apparuit, dicens: *Sequere me; ad exemplum meum te compone; doctrinæ meæ adhære; leges Evangelij amplectere.* Non ſemel, ſed pluries viſum *Raymundo* ſe exhibuit Jeſus, cujus ad nutum ſine mora humanis favoribus abjectis, & inanibus fortunæ promiſſis, peccator fir juſtus, cupiditaris ſervus fit omnium dæmonum triumphator. Bona cuncta vendit & diſtribuit pauperibus, modicos tanrum commearus ad familiæ ſuſtentationem aſſervans præciſè neceſſarios.

Jam tunc menris compos percipit quoniam libido atque cupiditas plura appetunt, neque ſatianrur unquam: percipir liquido unum eſſe bonum, & quod ipſum ſummum ſit bonum, deſiderar; nam neque bina aut plura eſſe poſſunt ſumma bona. Sanè intelligit, quoniam vanæ ſunt cogitationes bominum in ſe ſatis viriu̇m arque præſidij eſſe arbitrantium ad felicem & beatam vitam; aut eam collocantium in aliquo terreno atque interituro bono. Aliunde enim, id eſt à Deo ea nobis petenda & accerſenda eſt; nec ſolùm à Deo poſtulanda, ſed collocanda etiam in ſolo ipſo.

Ideoque fatetur *Raymundus* in amaritudine animæ ſuæ veram ſibi votis feliciratem optaſſe, qua ſe factis peſſimis privavir, primoribus labiis illam incipiens delibare. Deteſtatur priſcam vitæ rationem: vult & *petit videre voluptatem Domini*; non tantum perir, ſed requirir; quando quidem curâ arque diligenriâ adhibirâ decernit irerum atque ſæpius & indeſinentet illam quærere. Perſeverans enim in ſtudio vit-

A tutis inſtat, & pulſans uſque in finem, ad oſtium divinæ pieratis atque clementiæ tandem conſequitur bonum quod cfflagirat.

CAPUT II.

Ejus amor in Deum, mirabiliſque ſcientia.

AB initio converſionis dies & noctes traducebat Deum orando abſque inrermiſſione, & amarè deflendo ſuas iniquitates; Chriſti Jeſu myſteria, chriſtianaſque veritates aſſiduè conremplabatur. In ſolitudine ſemper degens, ſolâ Angelorum conſuetu-B dine utebatur, ad eorum exemplum divino amore deflagrans, Dei laudes perpetuò canebat: mediis in plareis nihili faciens hominum contemptus, pietatis cantica alra voce proferebar; plerique ſublimiorum chariſmatum neſcij, illum veſanum prorſus & amentem arbitrabantur.

Si tantiſper ſomno gravetur, vim lacrymarum profundir, ne ſopitus cœleſtis ſponſi memoriam amittat. Recogitãs interdum homines innumeros non rite guſtare, quantum ſuavis eſt Dominus, ſubitâ virium & ſenſuum defectione afficitur, atque ira periculosâ, ut multoties ad mortem penè redigatur. Per campos ejulat, & ad miſericordiam commovet C duriores animos, quod ſe videat tam à cœlo remotum, ubi habirat ille quem diligit.

Obvium habens Eremitam ſecus fontem clarum & nitidum: Indica, dilecte mi, in- “ quir, quomodo de carcere meo evadam. “ Solirarius eodem affectu percirus reſpondet, ſe pari pulchritudine irretiri, eidemque amabili captivitati mancipatum eſſe: amor proinde fletus uberes ex eorum oculis exerir, dum ſibi mutuo ſuas adeò jucundas deregunr pœnas. *Raymundus* ægrotum alloquens, qui immemor felicitatis ærernæ imminenris, tantum fatur de ægrotatione, *Raymundus*, inquam, miſeriam deplorat ingenij ram hebetis & plumbei.

Si aliquando cbartam reperiret aut codi-D cem, in cujus exordio non perſpiciat nomen Jeſu exaratum, dolebat maximè Chriſtianorum vicem, qui minus Jeſum Chriſtum colunt, quam Turcæ infamem ſuum Mahometam, cujus nomen ſemper ſcribunt in capite quarumcumque literarum, Scriptorumque omnium. Colloquia, quæſtiones & reſponſa omnia *Raymundi* noſtri ex intimo pectore divinum amorem anhelabant. In urbes ingrediens ſciſcitabarur quinam civium plus cœleſti dilectione flagrabant: petenribus ab eo, cujus eſſer: *Amoris totus ſum*, aiebar. *Vnde venis? ab amore: ubi manes? in amore.*

Res omnes à Deo creatæ illi erant pro ſpeculo, in quo perfectiones immenſas adorandi

& dilecti Conditoris ſpeculabatur. Exoriente ſole feſtivè cantabat & delectabiliter: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum; & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: Exultavit ut gigas ad currendam viam, à ſummo cælo egreſſio ejus*, Pſ. 18. Conſiderabat flores, ut pulcherrimos oculos, quibus illum reſpiciebat Jeſus: muſica ſuaviſſimo concinentium vocum lenocinio, ità demulcebat ejus animum, ut ſopitis ſenſibus totus in divina raperetur, pie ſibi fingens tunc pronunciati dilecti elogium.

Concentus avium *Raymundo* videtur multâ vividæ alacritatis & jucundæ ſymphoniæ ſuavitate conditus, velut carmen amatorium, quo Dei opera ſuum illi cultum ſuamque dilectionem manifeſtè ſignificent. Effundere cupiens ignis quo ardebat, flammas in alios à Chriſto rogat ardore & luce repleri, ut hoc egregium propoſitum feliciter exequatur. Saracenos præſertim miſeratus, conatur impensè illos in bonam reducere frugem: longiores poſt preces illuſtratur divinitus, & ita roboratur, ut eos aggrediatur fortiter, & planè convincat.

Ad Montem-ſerratum religionis causâ proficiſcitur, beatamque Virginem enixe obſecrat, ut ſicut illam Deus adhibuit ad operandum ſuperadorandæ Incarnationis myſterium, ita ipſe inſtitueretur Verbi Dei miniſter & prædicator apud infideles. Peregrinationem obiit ſancti Jacobi Apoſtoli, Compoſtellæ in Gallæcia, idem poſtulaturus, aliaſque viſitavit ædes præcipuis amicis Dei ſacratas, eorum ardenter ambiens protectionem & præſidium.

Præmeditatio futurorum adverſorum non illum terret, ſed excitat, renovans vires ſpe divinæ gratiæ, quæ præcedit & juvat audacem Raymundum: Lenit etiam eorum adventum, quæ venientia longè ante viderit. Si cadit in ſapientem animi dolor, qui profectò cadit, non turbatur verè ſapiens *Raymundus*, qui licet vehemens, & ſuâ indole rapidus, ſic omnia diſponit, ut rem perficiat, ex ratione temporis, ac rerum ſua comparans conſilia, divino favente Spiritu & afflante.

CAPUT III.

Linguis Latinâ & Arabicâ imbutus, Evangelium annunciat in Africa.

NE magnitudo ſcientiæ jam infuſæ *Raymundum* extollat; vult Deus illùm ſe dare in diſciplinam Pariſiis, Præceptori nomine Thomæ, ſub quo repueraſcere, in gratiam Chriſti maturâ jam ætate vir (quippe quadrageſimum circiter agebat annum) & elementarius propemodum fieti non erubeſcit. Cæterùm ad illa ſpinoſa rudimenta Grammaticæ capienda, ediſcendaſque verborum inflexiones, & omnium, cùm alia ei erant impedimenta, tùm illud præcipuè, quod animum ad rerum cœleſtium ſenſa concipienda longo jam uſu promptum & agilem, ſi *amandi* vocabulum, vel alia quæpiam ejuſmodi vox admoviſſet eorum quæ pie ac religioſe cogitare & commentari conſueverat, ſubitò penè abſtractus à ſenſibus, in contemplationem divinæ charitatis, ac ſempiternæ beatitudinis totâ mente raperetur.

Labore tamen & perſeverantiâ ad notitiam linguæ Latinæ pervenit, nulloque non tempore ſtudioſum referendæ gratiæ expertus eſt illum Magiſter, cui *Raymundus* libenter præclara patefecit arcana, pluresque dicavit libros. Arabicè loqui volens, ut Turcas ad Chriſtum adduceret, captivum ſervum hujuſce nationis emit, ab eo linguam Arabicam diſcendi gratiâ. Sceleratus autem ſervus timens ne *Lullus* eminenti ſuâ doctrinâ Mahometanorum ſectam impiam everteret, vel irâ exardeſcens quod à præſtanti diſcipulo egregie fuiſſet caſtigatus ob contumelioſam verborum impietatem contra Chriſtum Dei Filium; ſervus, inquam ſceleratus cultro perfidioſe conatus eſt *Lullum* interficere, qui proditorem generoſe propulſavit, & in carcerem projecit, ubi, velut alter Judas, ſibi fune quo ligatus erat, vitam ademit.

Raymundus poſteà ſolitarie degens ſupra montem excelſum non longè diſtantem à ſuo domicilio, ſeptem diebus exactis in contemplatione, elevatiſque oculis in cœlum, videt lumen oriri, quo repletus, homo fit divinus, & ſcientiâ planè interiori, ac longe plus quam anteà reconditâ & exquiſitâ ornatur. Nil reperit ambiguum, cuncta dubia patenter evolvit; quæcumque vult ſcire, facilè penetrat, cœleſti oraculo. Commoratus in Eremitorio quod ibi extruxit, plurimis à Deo cumulatur favoribus, frequentia è cœlo excipiens viſa, in meditatione, cui dabat operam aliquando per integrum menſem abſque intervallo.

Egreſſus è ſolitudine, ad radices montis, ſedet in vinea, ſecus arborem, quam Hiſpani *Lentiſco* nominant; poſt longam & ſublimem contemplationem myſteriorum, quæ cœlitus noverat; arboris hujuſmodi folia characteribus Græcis, Latinis, Arabicis, & Chaldæis notata perſpiciuntur & inſignita: miraculum illuſtre, quod à trecentis annis & amplius perſiſtit. Concipit *Raymundus* mirabili hoc eventu, ſibi à ſummo omnium conditore provinciam demandari, nationes convertendi, quæ his linguis utuntur. Feliciter executus eſt Dei juſſa, præclaros in lucem edens codices diverſis illis idiomatibus, artiſque ſuæ

vel methodi explicationem quam adhibebat, ad Fidei Chriſtianæ propugnationem.

Jam tunc ſtatuit variis in locis Collegia inſtituere viris præſtanti eruditione, & eximiâ virtute præditis, referta, quos ſuis exhortationibus accendit ad Martyrium, ne deſpondeant animo, dum Evangelium annunciantes tyrannorum crudelitati exponuntur. Omnia, quæ narrant ſcriptores de *Raymundo*, quamquam egregia atque expetenda per ſe, tamen eo pluris ſunt in eo facienda, quo magis ſunt cum aliorum fructu & utilitate conjuncta. Nam in cæteris ornamentis ac beneficiis, quæ in eum Deus plenâ manu congeſſit, illud equidem vel præcipuum duxerim, quod in tanto perfectionis ardore non dedit illi ſolum ſpiritum ſolitudinis, animumve uni ſibi vacantem, ſed Chriſtianæ propagandæ Fidei cupidiſſimum, ac mirè ſtudioſum divinæ gloriæ, ſalutiſque communis: quæ ſuſcepit moleſtiſſima itinera in regiones longinquas & barbaras, cum laboribus plurimis, cum vulneribus & opprobriis, ejus conſtantiam nullo pacto labefactarunt, imo potius illum imflammarunt, ad amplificandam Jeſu nominis gloriam.

Romam profectus, ut à ſummis Pontifibus impetraret quæ ipſi neceſſaria eſſent, ad implendum propoſitum, Pariſios itidem venit ſuam artem docturus juſſu Bertoldi Galliarum Cancellarii, deinde Monſpelium, & Genuam, unde velociter ſe Romam iterum confert; nullum deinde ſperans auxilium à Principibus Chriſtianis, ſolus in Africam vadit anno 1287. ut Saracenos ad Chriſti cultum traducat. Genuam adveniens, in navem conſcenſurus, miris laudibus ab uno quoque extollitur, propter mentis generoſitatem, quæ tam ardua molitur & ſublimia.

Metuens nihilominus pericula maris navim vela facere paratam dimiſit, cujus ignaviæ pœnitens violatâ febri correptus, graviſſimè ægrotavit, & uſque ad extrema. Se tamen devehi curat in Eccleſiam Fratrum Prædicatorum die Pentecoſtes, ubi decantato Hymno *Veni Creator Spiritus*, *&c.* ſe humiliter ſocordem & ignavum eſſe coram populis confitetur, recentique fervore, promittit ſe brevi ad majorem Dei gloriam, Oceanum pernavigaturum.

Per aliquod tempus lecto commiſſus in præfato Monaſterio, donec ſanitatem recuperet, Habitum Religioſum poſtulat, pro peregrini veſte quâ induebatur: continuo ut revertitur ſuum in domicilium, peroptat Fratrum Minorum togam, quam non obtinet: In expirantis diſcrimen redactus ultimum, formulâ conceptum exaravit teſtamentum: humique procumbens, pedes Sacerdoris deoſculatus eſt, atque ſacro Euchariſtiæ Viatico munitus; ferè lethali contabeſcebat langore nec mortem obire poterat: ardore interìm vehementiori inflammatur ad Infidelium converſionem, ſcienſque triremem mox diſceſſuram in Affricam, vult abſolutè in illam transferri cum libris ſuis, tabidus licet & languidus.

Opponuntur parentes & amici eximiæ virtutis, qui magnâ vi hunc reducunt in proprias ædes, undè tandem meliuſculè ſe habens, clam ſubducitur, ut navigio tunc temporis ad diſceſſum parato Tunetum appellat: timore ceſſante, qui cor ejus compreſſerat, rediit plena ſalus, *Raymundus*que in priſtinam animi magnitudinem reſtitutus, navem incendit.

Felix ad bujuſce urbis littus acceſſus novos illi animos dat; fortiter aggreditur impios homines publicè alcoranum docentes tanto cum fructu, ut primarius inter Saracenos doctor Regem monuerit Mahumeticam ſectam everſam iri, niſi Chriſtianus hic morte cito plecteretur: eodem tempore ligatus *Raymundus* in profundam foveam projicitur. Conſilio habito de modo ſupplicii, unus aliquis de judicibus moderatus & prudens, quem valdè permoverant argumenta *Raymundi*, non omnem utique pœnæ impetravit liberationem, ſed tantum effecit ut accuſatus exilium pateretur, ea lege ut ſi rediret, lapidibus appeteretur à populo.

Deinde mercatoris Genuenſis navigio impoſitus, à plebe convitiis & execrationibus oneratus eſt, Sacerdorum inſtigatione, donec ex eorum oculis abierit. Dolebat interea Chriſtianus Concionaror ſe cogi plurimos relinquere, qui ſacris Baptiſmi aquis expiari peroptabant: illum cautè obſervabant Infideles in navi, ventum expectantes commodum: hoc in rerum concurſu perſpicitur intra urbem alter Chriſtianus vultu & habitu *Raymundo* ferè ſimilis, quem popelli ſaxis incipientes obruere, penitus mactaſſent, niſi ſtrarionarii vigiles aſſeruiſſent obtemperaſſe *Raymundum* Principis imperio, & in navigio latere, quod tandem Neapolim pervenit.

CAPUT. IV.

Labores ejus immenſi pro Fidei propagatione.

NEAPOLIM ingrediens è veſtigio ſocietatem init cum præſtantibus viris, qui ad Legis Mahumeticæ extirpationem ardenter anhelabant: Sciens Religioſos ſancti Franciſci converſionem Infidelium maximè in votis habere, illamque totis viribus promovere, à Raymundo Gauffrido Minorum Generali Miniſtro Literas commendatitias obtinet Monſpelii datas anno 1290. ad Provinciales Romaniolæ: Apuliæ, Siciliæ:

nullam aliam prebenſat gratiam *Raymundus* noſter, quam benevolè audiri à Fratribus harum Provinciarum, dum illis patefaciet quo modo ſe debeant gerere, ad prædicandum gentibus Chriſti Evangelium, & Turcarum confutationem. Benefactoris inſignis titulus, ipſi à Miniſtro Generali in patentibus inditus ob id ſolum commemoratur, ut grate nova beneficia recipiantur, quæ conferre peroptat.

Summos Pontifices Honorium IV. Nicolaum IV. ejus ſucceſſorem, Philippum pulchrum Galliarum Regem, ſupremoſque Principes Siciliæ, Balearium majoris, & Cypri, Reſpublicas Piſanam & Genuenſem B inſtanter excitavit ad inſtituenda & conſtruenda Collegia, ubi diverſis linguis informarentur homines idonei ad Infidelium errores confutandos: ſingulari ſtudio conatus eſt diſſidia Equitum Ordinis ſancti Joannis Hieroſolymitani, ſeu Melitenſium, & Templariorum, atque Teutonicorum, componere, ut confœderati & idem ſentientes, Chriſti nominis infenſos hoſtes penitus profligarent. Præterea cum Averrois Libri plures mortifero veneno inficiant, & jugulent fortiter enixus eſt illorum lectionem impedire. Tria hæc propoſita illum graviter exercuerunt, dum ad executionem coactus fuit plura edere in lucem volumina, ac peragrare varias & longinquas Regiones, cum incredibili defatigatione.

Defuncto Papa Nicolao IV. Cœleſtinus V. ſufficitur, cui *Raymundus* confeſtim tres libellos ſupplices offert; nullo dato reſponſo, eo quod Cœleſtinus ſummo ſe Pontificatu abdicaverit, Bonifacius VIII. Sedem Apoſtolicam occupat, qui petitionum *Raymundi* nullam habet rationem: animum tamen non deſpondet, ſed Genuam remeans, plurim os ibi libros elucubrat; deinde ad Balearium majoris contendit Regem, qui illum in ſpem ſancti exitus obtinendi inducens, conſilium renovat redeundi Pariſios, ubi *Raymundus* diverſatus apud Carthuſienſes, intimos ſuos, plures tractatus conſcribit, ſuamque doctrinam explicat in celeberrima iſta Academiâ. Quæ profectus eſt magnâ cum ſolicitudine apud Regem Philippum pulchrum non magis profuerunt, quam Romæ. Se igitur confert Majoricam, ubi diſputatione acerrimâ debellat Saracenos innumeros in hujuſmodi habitantes Inſulâ.

Andiens Regnum Cypri hæreticis, ſchiſmaticis, Jacobitis videlicet, Neſtorianis, Georgianis, aliiſque rebellibus eſſe refertum, omnem explorat, & captat occaſionem cum illis colloquendi, ut illos Eccleſiæ Catholicæ ſubjiciat. Conciones etiam ejus publicæ idem collineant. Cum autem *Raymundi* occurſum evitarent, quicquid auctoritate & gratiâ valebat apud ſupremum hujus provinciæ Dynaſten, adhibuit, ut ſaltem illis præciperet ſermonibus publicis aures præbere; tantum abfuit, ut proficerent, ut etiam propinarent illi venenum: incolumis tamen evaſit inſigni miraculo.

Tantam abhorrens pervicaciam denuo ſuſcepit iter Genuæ, ubi recentes codices in publicum emittit: Lutetiam dein proficiſcitur eodem fine, atque ſuam doctrinam palam & continuò exponit cum approbatione, cui præſertim nomen & chirographum ſubſcripſit Joannes Scotus, Doctor ſubtilis Ordinis Minorum; vir utique nominatiſſimus inter Philoſophos & Theologos.

Hic quidem famæ celebritate Pariſiis innumeros pene diſcipulos pellicat, quibus reconditas ſublimioris Theologiæ opes accuratius explicat; præcipuum inter alios auditorem habet aliquando *Raymundum* noſtrum: conſpiciens hominem Scotus detrita, laceraque veſte indutum, ac ſenem aſpectus horridi, qui cervicem motans videtur detrectare, quæ audit, deſpicit illum, & interrogat joculari cavillatione, coram Doctoribus, *Dominus, quæ pars*, miratus tamen argutam & ſolidam reſponſionem, *Deum ſcilicet non eſſe partem, ſed totum*, reſpondentem veneratur & compellit ad fuſius diſſerendum de Fidei Chriſtianæ myſteriis; publicato poſthac tractatu, cujus titulus, *Dominus quæ pars*, Lugdunum proficiſcitur, ad ſummum Pontificem ClementemV. qui Sedem Apoſtolicam Avenioni conſtituerat; propoſitis Chriſti Vicario tribus ſuis poſtulationibus, quas prædeceſſoribus multis, iitidemque Principibus Chriſtianis exhibuerat, nec etiam ab ipſo fuit probatus, imo coactus ſuam in patriam ſe recipere. C

Inter has agitationes quænam ſit mens „*Raymundi*, refertur ſic à ſcriptoribus: *mihi* „*adhærere Deo bonum* eſt: *& ponere in Domi-* „*no Deo ſpem meam*. Non quæſivi mihi „amicitias hominum, propter me, ſed pro- „pter Chriſtum, ejuſque ad cultum promo- „vendum. Hominum amicitia rara eſt, ra- D „rior utique amicitia Regum, quos fortu- „næ ſplendor, tumorque animi, omnium „imparium contemptores facit. Vilis eſt ani- „ma, virtus, fama, quies, otium, ſecuri- „tas, illi qui Principibus vult charus eſſe, „quibus boni quam mali ſuſpectiores ſunt, „ſemperque aliena virtus formidoloſa eſt. „Melius eſſem incognitus, melius forſitan „odioſus: fugerem, quod nunc ſequor, diſ- „crimen. Pejor eſt avibus invitantis aucupis „blanda modulatio, quam villici ſonitus „deterrens. A primâ tamen meâ ſententiâ „non deſiſto, à Chriſto ſcilicet infidelibus „prædicando: ſi quâ aliâ viâ poſſum hùc „pervenire, Deus me docebit, cujus nutum „obſervo.

CAPUT V.

Firmus perſeverat in ſuis laboribus Evangelicis.

UXORE ejus etiamnùm in vivis exiſtente, rebus domeſticis conſulit, ſanctique Franciſci Tertiam Regulam amplectitur: Amore Divino magis exardeſcens rutſus ſtatuit in Africam ſe confetre, ut Fidei Chriſtiani myſteria annunciet, ſubeatque Martyrium: navio appulſus ad Bugiæ littus divini Verbi præconem egit fortiter clamans in plateis, & dicens ad populum Jeſum Chriſtum, ſolum & vetum Deum eſſe; Mahometum verò falſum eſſe, & impium Prophetam, atque Alcoranum plenum impietate, erroribus & mendaciis: pollicebatur inſupet hæc dogmata ſolidis & inſuperabilibus argumentis deſtruenda.

Dum plebs furore exardeſcens R*aymundum* jam per vicos & compita crudeliter raptaret, inciperetque lapidibus obruere, magnus Turcarum Sacetdos plebeiæ rabiei obſiſtens illum accerſivit ad ſuum Tribunal, & temeritatis inſimulavit crimine, quod acerbius in Mahometum inveheretur: *Lullo* reſpondenti, verum Chriſtianum ſemper generoſè loqui, & intrepidè ad Evangelii deffenſionem, Mahometanus Præſes obloquens, jubet dictorum rationes afferri. Noſter itaque R*aymundus* tanto cum ardore, & robore tam vegeto diſſeruit, ut ſceleratus Judex, licet legis ſuæ nefariæ ſcientiſſimus, pariterque Philoſophiæ, ſolas adhibens injurias pro ſuo propugnaculo Concionatorem Apoſtolicum in fœtidum & obſcurum carcerem detrudi imperaverit.

Populi fœx, & infima multitudo occurrens, ingenti cum impetu, contumelioſis verbis illum inſectatut, ſuoque arbitratu verberibus contundit, capillos & barbam dirè vellicat. Deinde in foueam aquâ & ſordibus plenam deturbatur R*aymundus*, ubi ferventer Deum laudat, maximo ducens honori, opprobria & tormenta pro Chriſto, & cum Chriſto pati. Mercatores Genuenſes curaverunt illum collocari in loco minus incommòdo, ubi incluſus ſpatio ſex menſium, nomine Pontificis Mahometani, à Doctoribus Turcis frequenter inviſebatur, non ut diſputatione eruditiſſimâ avocaretur à Religione Chriſtianâ, ſed nt blanditiis, muneribus & promiſſis delinitus, facilius induceretut in ſectam Mahometicam.

Obtulerunt illi theſauros immenſos, ſponſamque promiſerunt ex illuſtri proſapia, cujus parentes, præſtantiores Regni obibant dignitates, multâque gratiâ pollebant apud

A Principem. R*aymundus* è contrariò tantùm illis proponebat æternam felicitatem, ac virtutis leges, quibus homines, divino freti auxilio, ſeipſis moriuntur in terra, & omninò immortales in cœlo fiunt. Prærogativum ſane jus, cujus illis ſponſionem faciebat, modo Chriſtianæ militiæ nomen darent.

Quamvis utrique firmiter ſuas partes ſuſtinerent, pacti ſunt tamen de rationibus ſuis mutuò tradendis ſcripto, quæ validiores judicarentur; dum ob id moveret calamum R*aymundus* Rex Bugienſis recenter adveniens educit illum ex ergaſtulo, jubetque in navem Genuenſem conſcendere, timens ne novus iſte Doctor acerrimo ſuo ingenio, & argumentorum auctoritate Mahometanos Præceptores B nimis debiles & imbecillos debellaret. Navigium quo vehebatur, tempeſtate violentâ impulſum in oram Piſanaam, naufragium fecit, R*aymundus* tamen ſingulari Dei providentiâ natatu auſpicato evaſit per ligneam tabulam.

Piſis renovans librorum editionem, primarios cives excitat ad recuperationem Terræ Sanctæ; proponitque inſtitutionem Equeſtris Ordinis, cujus profeſſores idem inirent conſilium Paleſtinæ recuperandæ: à Piſanâ Republicâ impetratis Literis ad ſummum Pontificem, & Cardinales, Avenionem proficiſcitut, ubi manebant. Ejuſmodi quoque fœdus cnm illo percuſſerunt Genuenſes, pluresqne Dominæ pietatis eximiæ vigintiquin- C qne millia circiter nummorum aureorum depoſuerunt intet manus *Raymundi*, nt certi inciperent ſtatui teditus alendis & excipiendis his omnibus, qui tanto operi adlaborarent.

Conatus iſti ſicut præcedentes ptorſus irriti fuerunt: *Raymundus* veſte obſoletâ tectus, ipſo deformi otis habitu, velut Eremita vagns, & pannoſus contemnitur; quamvis ſub paupere Tertiarii Franciſcani tunicâ virtutum omnium ſpecimen exhibeat: permittit Deus famnli ſui juſtas utique propoſitiones non eſſe hominibus gratas, ut pœnam ſubeat duplicem, laborandi ſcilicet, & in caſſum laborandi, ad heroicæ conſtantiæ probatio- D nem.

Quicqnid in re ſit, ſpem *Raymundo* nullus eripit; hanc aufferre poteſt nemo: quamvis ipſa ſeſe videatur ſenſim eripere, & inopinis eventibus ſæpe luſa, conſumi, ſperat tamen multa, quia Dei ſolam attendit gloriam, cujns exequitur juſſa: multa etiam timet eodem intuitu divinæ voluntatis: ut enim oppoſita ſpes timori eſt, ſic adverſo de fonte oritur & neceſſe eſt, qnod ſperare cœperis, ejus contrarium ut formides: ſperando timet *Raymundus*, & timendo ſperat; ſed pellit omnino timorem charitas, quâ ille ſperare meliota non ptohibetur.

CAPUT VI.

CAPUT VI.

Nova itinera ſuſcipit ut Apoſtolicum intentum aſſequatur.

ETSI repulſam ubique patiatur non propterea Romachoſus abjicit ſpem obtinendi quod poſtulat, nec abſterretur à propoſito: Lutetiam redit; apud Patres Carthuſienſes Theologiam profitetur, & componit indeſinenter libros præſertim contra Averroem, cujus Commentarios in Ariſtotelem ægrè ferebat explicari in Scholis Chriſtianis.

B Concilio generali celebrato Viennæ anno 1312. à Clemente V. ſtatim adfuit fervens noſter *Raymundus* qui conſtanter trium poſtulatorum, quæ jam memoravimus, approbationem perſequitur. Inſtitutio Collegiorum, ubi Chriſtiani Linguas Orientales, Hebraïcam, Arabicam, Syriacam ſeu Chaldæam, docerentur, ſortita eſt ſuum effectum. Fundatur ob id in Curia Pontificia Collegium; Bononiæ, alterum; Pariſiis, Tertium; Salmanticæ, quartum; Oxonii, quintum in Anglia, ſumptibus ſummi Pontificis, & Prælatorum nationum apud quas fundationes hujuſmodi erigerentur. Verùm eſt tamen Philippum pulchrum Galliæ Regem, cujus ſibi benevolentiam *Raymundus* conciliaverat, ex C Regio patrimonio ſuppeditaſſe ad Pariſienſis Collegii ſuſtentationem neceſſaria.

Alterum poſtulatum tendens ad redigendos omnes Ordines Militares ſub unum caput, ad exitum quodammodo adductum eſt, dum Templarii deleti ſunt, atque extincti: horum quidem diſſidia & Equitum ſancti Joannis Hieroſolymitani (quos nunc communiter Melitenſes vocamus) obſiſtebant Evangelii propagationi apud Infideles. Mox verò ac Templarii exterminati ſunt, reditenſque eorum competitoribus traditi, Chriſtiani facilius Terræ Sanctæ peregrinationes obierunt.

Peracto Concilio Viennenſi *Raymundus* D Lutetiam redit, atque indè in Hiſpaniam proficiſcitur ut Principes Chriſtianos ad bellum excitet gerendum contra Infideles, qui ad Imperium ſuum adjungebant amplius in dies urbes ac Provincias Chriſtianas. Papa hoc in rerum concurſu huic propoſito repugnat, etiamſi multi Principes aſſentiantur; nec tamen *Lullus* incœpti perficiendi curam abjicit: In Mauritaniam Africæ Provinciam velociter currit, ibi prædicaturus Evangelium, ſuumque omnem ſanguinem pro nomine Chriſti profuſurus: Conciones ejus profecerunt maximè in urbe Hipponenſi: cujus Epiſcopatum tenuit ſanctus Auguſtinus: Convicit ibi ſeptuaginta Philoſophos, acerrimos Averrois doctrinæ ſectatores, ſacro Baptiſmo inaugu-

A ravit, & ſpiritualibus inſtruxit armis, ad debellandos Eccleſiæ hoſtes.

In Algerii Regnum ſe transfert, ubi Prædicationibus Apoſtolicis, piiſque colloquiis plurimos Infideles ad Chriſti Fidem convertit: furens itaque dæmon inſtigat Præfectum ut dirè vexet *Lullum*, ac detrudat in carcerem, ubi fame pereat; etenim reverâ per quatuor dies nec illi potus, neque cibus offeruntur: imò verò juſſu præſidis lupatum frenum intra os ejus applicatur, ut dentes & gingivas prohibitus omnino movere, fato confeſtim fungeretur.

Reficitur tamen *Raymundus* non pane corporeo, sed mannâ cœleſti, unde Tyrannus B perterritus imperat crudeliter ipſum verberibus plecti per vicos urbis Algerienſis; illum poſteà exilio multat, & relegat è toto Regno, capitalis pœnæ ſanctione: tunc novus noſter Apoſtolus apertè ſignificavit Verbum Dei non eſſe alligatum, cum ex ora Africanâ nullo pacto exierit ob crudele iſtud Edictum, ſed Fidem Chriſtianam adhuc populo propoſuerit pluribus in locis. Denique poſt exanſlatos plurimos duroſque labores, tranſit rurſus in Italiam & Avenionem pervenit, ſummo Pontifici commiſſionis rationem redditurus, atque declaraturus quibus modis fideles aggredi poſſint Africam, illamque addere Imperio Chriſtiano.

C Videtur accedere ſummus Pontifex ad ejus ſententiam, votiſque annuere, ideoque *Raymundus* ſine mora, quamvis ſenio confectus longo fatigatus itinere, & onere feſſus in remotiores proficiſcitur Provincias, ut Principes Chriſtianos excitet ad induendam Crucem teſſerariam, & milites conſcribendos ad ſacræ Crucis exercitum. Jacobus Rex Balearium majoris juſſit ut *Raymundo* ſuam vitam, cunctaque ſua itinera ſcriptis mandaret, ex quibus omnia, quæcunque enarro, exprompſi ad imitationem Wadinghi Annalium Franciſcanorum Auctoris.

Multi credunt *Lullum* Monſpelio mare trajicientem in Angliam, artem inveniſſe mutandi D in aurum quodlibet metallum, quam ibi exercuit, Anglorum Regi fuſile aurum cylindro ductum, & in toros figuratum offerens; ibi quoque compoſuit chimiæ libros, qui ipſi tribuuntur. Wadinghus autem dubitat de iſto itinere Anglico, debemuſque cum illo aſſerere tractatus chimicos ſub *Lulli* noſtri nomine vulgatos non eſſe illius ingenii nec calami partus.

Satius eſt exiſtimare Monſpelio illum tranſiiſſe in Italiam; & inde ſuum in domicilium, ubi Librum de fine ſcripſit qui declarat ærumnas & defatigationes, quas paſſus eſt, & modum Terram Sanctam recuperandi, atque Crucis vexilla in monte Calvario ſolenni apparatu erigendi.

Tantorum, tamque inſperatorum inter repulſas & contradictiones beneficiorum magnitudinem Deo acceptam referens, ut debebat *Raymundus*, multo etiam ardentius ac liberius ad Chriſtianam Fidem tuendam; atque amplificandam incubuit: ac præter cæteras artes exterminandis Gentium ritibus ad eam diem adhibitas, toto orbe, quantum potuit, curavit palam ſanciri, ne quis Mahometi effigiem ullam, aut Alcoranum, vel privatim, vel publicè coleret, haberetur: monuit inſuper nationes, jam incipientes illuminari, cavere etiam atque etiam ne à veritatis oblatâ ſibi divinitùs luce ad cæcas iterùm tenebras delabantur; nec minas, paratasque à tyrannis copias pertimeſcant; Deum immortalem, cujus eo in negorio agatur cauſa, pro ſuâ ſummâ juſtitiâ & bonitate rectè ſentientibus affuturum.

CAPUT VII.

Seneſcens ætate, revireſcit mente, atque ardenter Martyrium exoptat, & patitur.

QUâ celeritate barbaras & longinquas *Raymundus* regiones peragravit, eâdem exultavit, ut gygas, ad currendam virtutis viam. Rebellis fuit aliquando gratiæ, obſecutus eſt tandem eum tanto profectu, ut Chriſti Martyr voluerit eſſe, & revera fuerit.

Quem admodùm ſole oriri incipiente, ab infimis, atque humidis locis nebulæ excitatæ, & in altum evectæ, ac late ſe diffundentes, ipſi ſoli obſtant, quominus radios lucis ſuæ ad nos poſſit tranſmittere, eodem autem curſu ulterius progreſſo, ac cœli medium capeſſente, & quaſi de ſuperiori loco lucis ſuæ tela emittente, nebulæ conſidunt primò, deindè evaneſcunt, ac purum nobis & incontaminatum luminis aſpectum relinquunt: ſic profectò de cœleſti illo gratiæ lumine, & tanquam ſole, cum *Raymundo* oriri cœpit, judicandum eſt. Sive ob malè agendi, malèque cogitandi uſum, longâ conſuetudine inolitum, ſive quod ita ſit comparatum, ut nihil novari in vita poſſit, ſine magno aliquo rerum motu, ipſeque communis humani generis hoſtis, ægrè ſcilicet ferens *Lullum* ſibi eripi, hoc eſt, à regno tenebrarum transferri in admirabile lumen Dei in ipſo initio, & honeſtæ vitæ ingreſſu, quando maxime imbecillis *Raymundi* erat virtus, agmina iſta malarum cogitationum, ad eum loco movendum ſubjiciat.

Itaque naſcenti gratiæ luci in *Lulli* corde oppoſuerunt ſe obices erroris atque tenebrarum: at eidem jam corroboratæ & amplificatæ, & ad omnes receſſus animi lumen ſuum tranſmittenti conceduntr. Illuſtratur non ſolùm *Raymundus* ſed planè inardeſcit, Martyrii Palmam efflagitat, & conſequitur, finem videlicet ſuorum omnium itinerum & laborum, quos ſuſtinet, aut ut Fidei Chriſtianæ inimicos convertat, vel ut pro nomine Chriſti moriatur.

Emicat hic fervor omnibus ejus in ſcriptis, ac præſertim in Libro de Contemplatione Tom. 2. cap. 130. *Precor te*, inquit, *Domine Deus, ne me permittas è vita præſenti decedere, naturæ defectu, ſed amoris tui jaculo. O me beatum, ſi tuum poſſem imitari zelum, qui tibi mortem intulit. Pudet me timoris effeminati, quo inter pericula correptus ſum: enixe cupio corpus etiam meum igne amoris tui comburi, & gaudio geſtire, dum pro tua gloriæ propugnatione, ſanguinem ſuum effundet.*

Sic loquitur caput 131. *Humillimus ſervus tuus, ò Majeſtas ſuprema, volens ſe immolare Tyrannorum furiæ, ad tuum cultum promovendum, per fervidam contemplationem tuæ bonitati conjungi efflagitat, eminentiſſimam expectans prærogativam moriendi propter te.*

Leguntur cap. 132. hæc verba, Clementiſſime Redemptor, *numquid citò conſtringentur manus meæ, ut ad jucundum ducar ſupplicium, quod ambio propter nominis tui honorem:* Magnifaciens Martyrum triumphos, cap. 160. Sic exclamat: *indignus ſum, Deus omnipotens, lauro Martyrii: à divinâ tamen miſericordia decus hoc ſublime ſpero & poſtulo. Si beneficium jam acceptum ſpem innuit plura alia adipiſcendi, ingens copia favorum, quibus me cumulaſti meum erigit animum, ac inducit in cogitationem meliorem, me annumeratum iri inter illuſtres Athletas, qui tuis partibus adhærentes, glorioſe occubuerunt: ſi autem propter mea crimina Palma iſta mihi abripitur, mora detur ut amare plangam dolorem meum, & tanti boni privationem: fervens deſiderium pro te moriendi, eumdem finem habebit ac vita mea, nec citius deſinet.*

Licet annum ſeptuageſimum nonum agens, meditatur adhuc & decernit novum iter in Africam, & reapſe illud ſuſcipit anno 1314. ad converſionem infidelium, & confirmationem eorum quos jam ad Chriſtum adduxerat, denique ut decertando pro Fide Chriſtiana vitam amitteret. Salutatis parentibus, amicis & primariis civibus Majoricæ ad navem deducitur quorum nomina recenſentur in tabulario hujuſce urbis.

In navigium conſcendit 14. Auguſti, & Tunetenſi littori applicatur, ubi diſcipulos fortiter incitat ad Chariſmata meliora, perfectioremque Chriſti imitationem: Bugiam profectus plures ibi Mahometanos ſalutari Baptiſmate conſecrat, poſt Conciones ſecretas, colloquiaque privata: condemnans nihilominus ſuam animi demiſſionem & vecor-

diam, prædicat audacter, pro ſacro ſuggeſto, A
& in Compito publico, Chriſtum crucifixum.

Turcæ excandeſcentes Concionatorem Evangelicum crudeliter ſauciatum in carcerem „præcipitant cum diris conviciis: hic ſum, „ait *Raymundus* Præfecto, ille ſum, quem „jam vidiſtis intra veſtros muros: audiatis „me, quæſo, intrepidè probantem & validè „veritates Evangelicas, falſitatem demon„ſtrans Mahometicorum dogmatum, & Jeſu „Chriſti inſinuans cultum atque adoratio„nem. Recentibus plagis afficitur, torquetur equuleo, inediâ per longum tempus tabeſcit, damnatus ejurandorum perperam dictorum, ut diſcipulos ſuo exemplo ad re- B
tractationem inviter poſt aliquot dies Miſſionis in calcerem ad lapidationem addicitur: Satellites *Raymundum* circumſtantes capitalem executionem relinquunt populo, qui eum fuſtibus obruunt & lapidibus.

Corpus venerandum religioſè inviſitur anno 1611 die 5. Decembris à Magiſtratibus, & præſtantioribus incolis Regni Majoricenſis, multis Superioribus, Patribuſque ſpectatiſſimis Ordinum Carmelitarum, Auguſtinienſium, Dominicanorum, Franciſcanorum & Societatis Jeſu, atque è magnifico Sepulchro marmoreo, ubi jacebat, exeritur ſummâ cum veneratione: reperiuntur in capite quatuor vulnera valde profunda, nondum etenim obductæ erant cicatrices duorum enſis ictuum, C
quorum alter occiput findebat, alter verticem: videntur quoque duæ contuſiones, aut ſine vulnere vitiationes obliſæ carnis, à lapidibus validè intentatis, partim ſupra aurem ſiniſtram, partim poſt occipitium.

Omnes corporis partes erant vulneratæ ob percuſſorum multitudinem, qui in *Raymundum* execrandam prorſus rabiem exercuerunt, qui in crudelitatis cumulum, illum exiſtimantes mortuum cooperuerunt ingenti petrarum acervo. Vix receſſerant, cum mercatores Genuenſes ſupra hæc ſaxa congeſta columnam perſpexerunt igneam, inter quos Stephanus Colonius, & Ludovicus Paſtorganus, inſignes viri, ſicut olim Joſephus & Nicode- D
mus à Magiſtratu licentiam poſtulaverunt Beatum *Lullum* Genuam tranſvehendi.

Invenientes illum adhuc viventem poſt reditum in navim, timenteſque ne rumor per urbem vulgaretur, illicò anchoram ſuſtulerunt, & in altum provecti ſunt: omne ſtudium, quod adhibuerunt, ad conſervandam Martyris vitam, illam ſolum prorogavit duorum ſpatio dierum: è vivis tandem exceſſit die vigeſimo nono Junii, anno 1315. in conſpectu littoris inſulæ Majoricenſis.

Genuenſes Rempublicam ſuam locupletare cupientes & ornare hoc pretioſo theſauro, quandiu remanent in orâ Balearium, illum cautè abſcondunt, admiratione tamen defiguntur, dum ter velis vento permiſſis, navigium ſtat immotum, quamvis ſit aura ſecunda, & conentur totis viribus demigrare: ſecretò propter hunc mirandum eventum revelato, omnis Ordo Eccleſiaſticus Majoricenſis Corpus ſacrum transfert ſolenni pompâ in Eccleſiam ſanctæ Eulaliæ, ac terræ vult mandare in Sacello ſancti Marci, ubi *Raymundi* ſepeliuntur Majores.

Verùm Fratres Minores, *Lullum* Tertii Ordinis Franciſci alumnum fuiſſe exponentes, ſententiâ deffinitivâ obtinuerunt ejus lipſana, quæ, poſita in feretro ligneo, collocarunt honorificè in Sacrario, prope tumulum Principis cujuſdam Luſitani, qui lucis uſuram Majoricæ amiſerat, poſt reditum è Paleſtinâ. Deinde aliquot annis elapſis, Eccleſiâ Minorum, univerſa deflagratione, in pulverem omninò redacta, ſolum corpus noſtri Martyris intactum penitùs remanſit.

Hoc miraculo cives Majoricenſes permoti in honorem beatæ Virginis, quam *Raymundus* religioſiſſimè colebat, ſumptuoſam conſtruxerunt ædiculam: erexerunt quoque præcelſum & magnificum Monumentum, ubi corpus ejus integrum incluſum fuit auguſto apparatu, anno 1448. centum & triginta annis ab ejus obitu: ex adverſo, noctu, diuque, ad noſtram uſque ætatem innumera accenduntur cerea funalia, necnon olearii lychni.

Ibi etiam die 26. Aprilis *Raymundi* cultui dicato, decantatur ſolenniter ejus Officium, de conſenſu ſummi Pontificis. Celebratur ipſius memoria miris laudibus in Martyrologio Franciſcano, à Patre Arturo Ordinis Recollectorum; affirmatque Pater Pacificus Capucinus in deſcriptione Regni Perſarum ſe rem divinam feciſſe in ipſo Altari, ubi Reliquiæ beati noſtri Martyris exponuntur venerationi publicæ.

CAPUT VIII.

Apollogia ſeu defenſio Doctrinæ Raymundi Lulli, geſtioniſque univerſæ.

PRÆSTAT nunc propugnare *Lulli* doctrinam, quem multi illuſtres viri, de errore vel etiam hæreſi inſimularent: aggredior hancce apologiam, ſcriptoris auctoritatem proponendo, qui poſtquam illum vehementiſſimè oppugnavit, velut gravis & infenſus adverſarius, illius è contrariò verbis exquiſitiſſimis laudes proſequitur & prædicat, tanquam hominis divini, qui ad religioſiſſimam virtutis Evangelicæ normam, vitam exegit.

Reverendus Pater Pacificus citatur, qui in narratione itineris Perſici aſſerit, dum Majoricæ commoraretur, teſtem oculatum,

ideoque locupletem & idoneum fuiſſe honoris exhibiti ſepulchro beati Lulli, quem ibi venerantur fideles, approbante Sede Apoſtolicâ, velut Apoſtolum martyrij laureâ donatum, & Doctorem penitus orthodoxum, in quo fuerunt plurimæ literæ, nec vulgares, ſed interiores quædam ac reconditæ, virum denique ab hæreſum peſtilentia prorſus alienum.

Bernardus Luxemburgenſis, Sanderus, Genebrardus, Mariana in ſua Hiſpaniarum Hiſtoria, Garaſſus in doctrina curioſa, Scipio Pleixius in Galliarum Annalibus, acerbè illum vituperant tanquam ridiculum, & poſteritatis indignum memoriæ; immo quoque illi hæreſis notam injuſtâ accuſatione inurunt. In Raymundum acerrimè inter alios cenſores invehuntur Nicolaus Eymericus, & Bzovius, qui ejus defenſores negant eſſe Catholicos, illoſque rejiciunt tanquam viros ſuſpectæ fidei.

Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus narrat Eymericum uſque adeò injurioſè & violenter tractaſſe noſtrum Lullum, ut ſcripſerit illius opera delata fuiſſe coram ſummo Pontifice Gregorio XI. velut trecentis nefariis erroribus & amplius inquinata. Hujus horrendæ calumniæ cauſa fuit diploma ſubreptitium falſo huic ſummo Pontifici tributum ab infenſo Eymerico, cujus falſitas condemnata fuit poſt litis omnem controverſiam judicio exhauſtam, ac diremptam, quo violentus ille calumniator vincitur & cauſa cadit.

Sic differunt Vaſqueſius, Pineda, Cavellus; anno milleſimo ſexcenteſimo-quarto fuit in lucem editus liber, cujus titulus erat: *Sententia deffinitiva in favorem Lullianæ doctrinæ, Iuris ordine & Apoſtolicâ auctoritate lata, & in veritatis triumphum, inque glorioſæ vindicationis memoriam denuò impreſſa, & principalibus reſcriptis munita.*

Præterea obſervandum eſt alterum extitiſſe *Lullum* aliquot annis *Raymundo* noſtro poſteriorem, Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui plures condidit libros impietate mixtos, & peſtiferâ pravarum opinionum contaminatos labe, inter quos videtur Tractatus, *de Invocatione Dæmonum.* Propter nominis ſimilitudinem à multis exiſtimantur ambo *Lulli* à ſuis invicem moribus & dogmatibus non longe aberrare; ſed immeritò, cum toto cœlo diſtinguantur, & tanta ſit inter eos, quanta maxima eſſe poteſt, actionum ſtudiorumque diſtantia: lux etenim omninò alia eſt Solis, & lychnorum; plurimum utique inter doctum Lullum Franciſcanum, & rudem ſtultumque alterum intereſt, quorum vita perinde diſcrepat ac doctrina.

Poterat quidem *Raymundus* noſter ex umbra & pulvere ſcholaſtico in apertam fori aut belli lucem prodire, & ad rerum admini-

A ſtrationem ſe conferre; nec enim deerant opportuna civilis diſciplinæ præſidia. Nec felicitate verſus pangendi etiam Latinos, nec ſolutâ oratione ſcribendi, magnam laudem non eſt aſſecutus; homo inſuper erat emunctæ naris, acri nempe exactoque judicio, nares habens perpurgatas, mucoque emunctas: aliena vix illi placebant, nec etiam approbabat ſua, ita acurus & terſus reſtituendis ac repurgandis aliorum aut propriis dictis auctor ſcriptis aliquando fuit.

Labores, ærumnas, & omnis generis contradictiones patientiſſimè tulit, nec unquam ingemuit omnes ſibi caſus à cœlitibus immiſſos, quamvis aſperos & immites. Interdum
B ab Aurora uſque ad multam noctem ſtuduit, immemor cibi & potus: quod bonum, rectumque erat, libenter amplectebatur, æquitatem magnificiens, & ſi quando perturbationibus à vero abducebatur, bene monenti è veſtigio credebat; unde pravæ, circa Chriſtianæ Religionis myſteria, & contumacioris opinionis ſuſpicionem omnem à quocumque evellit: longè igitur à ſe propulſat erroris cujuſpiam impij conflatoris aut propagatoris ſuſpectionem: memoriâ & judicio incredibili erat, excipiente ſcribâ ſtatim dictans.

Libri ejus, quamvis Auctori glorioſi, & omnibus utiles, paucis grati ſunt; rari erunt qui iis ſciant uti: Nos quanti ſint, ex eo æſtimare poſſumus, quod paucorum hominum ſunt, & plures habebunt, qui non capiant,
C quam qui iis capiantur.

Utitur in ſcriptis certâ & compendiariâ viâ, non apertâ nec facili, ſubtili & ſtrenuâ ratione, non expeditâ nec commodâ, quia nimis alta eſt & obſtruſa: Plures tamen illam ſequuntur & obſervant, utpotè quæ non ſolum præbet lucem ad ſcientias novas capeſſendas, ſed inſuper earum notitiam refricat, quæ oblivioni eſſent traditæ. Quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari, indè uſque repetens, hunc video multis Principem, & ad ſuſcipiendam, & ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum ex-
D titiſſe.

Stet itaque doctrinam noſtri Lulli nullo modo patere aut obnoxiam eſſe invidiæ vel calumniæ, modò judex ſit ipſa veritas, quæ Sedem Apoſtolicam occupat, unde citatum oraculum emanavit. De moribus autem ipſius nullus eſt dubitandi locus: Claruit præſertim humili cordis demiſſione, quam Chriſtus tantopere commendavit verbo & exemplo. Hanc virtutem tanto ardore amplectebatur Raymundus noſter, ut potiſſimùm gauderet ſe vehementi divini cultus exardeſcere cupiditate effuſè & ſupra modum, quod inde plerique anſam arriperent illum quaſi mente captum contemnendi.

Digitized by Google

Quamvis fervidus ad miraculum, nil tamen unquam temerè aut periculosè fecit: etenim pro Chriſto mortem peroptare, & gloriam martyrij ambire, quis audeat temeritatem appellare, aut periculoſum eventum, aut plenam diſcriminum aleam? Ridiculè & imprudenter agunt ambitioſi, qui inconſultà honoris aviditate incenſi, dum inanem ejus ſpeciem amplexantur, nihil animo, niſi mera monſtra concipiunt; vanâque expectatione ſuſpenſi, & nuſquam mente vel corpore conſiſtentes, in ambitionis rota perpetuò verſantur.

Fervor Raymundi non turbidus, ſed tranquillus perindè ac igneus, flamma quidem eſt amoris divini, humilitatis fota incubatu, quæ illam à converſione ardentem æquè ac demiſſum reddidit & conſervavit uſque ad martyrium. Quod ſenectus facit in multis, nempe ut animus, tanquam emeritis ſtipendiis ambitionis, ſecum ſit, hoc multo perfectius gratia operatur in Raymundo noſtro eodem momento quo ad bonam frugem redit.

CAPUT IX.

Continuatio Apologiæ Lullianæ.

NON deſunt illi defenſores præſtantes & egregij. Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus maximè laudatur, qui ſuam omninò mentem ſubjiciens Sedi Apoſtolicæ, Raymundum prædicat ut Dei famulum mirâ virtute præditum, cum permittat Eccleſia pari ſolennitate coli, ac cæteros, qui Sanctorum numero adſcribuntur.

Gualterius illum imitatur, qui poſtquam Lullum velut hominem ab communi more abjunctiſſimum, & Religionis contemptorem depinxit, in prima Editione ſuæ Chronologiæ, illum in altera ſummis extollit laudibus. Pater Cauſſinus decus & ornamentum Societatis Jeſu, ſicut duo præcedentes Auctores, Lullum recenſet inter omnes, qui eximiæ virtutis ſpecimen aliquando exhibuerint, neque ullo modo in dubium revocat quin æternam felicitatem fuerit aſſecutus.

Horum illuſtrium virorum mens juſta & recta merito cenſetur, poſt Concilium Tridentinum, qui librorum prohibitorum ſeriem conſtituens, nullam operum Raymundi mentionem facit, quia in iis nil jure carpendum aut improbandum repêrit. Billeta Doctor Barcinonenſis ſtrenuè decertavit pro Scriptis Lullianis, impediens fortiter quo minus intexerentur in indice librorum quos Eccleſia rejicit & condemnat.

Academiam Pariſienſem olim fuiſſe adverſatam acriter Lullo quis neget? Sic Gerſonus loquitur in Epiſtola ad Fratrem Barthole-
A mæum Carthuſianum Nuperrimè actum "
fuit ab alma Facultate Theologica Pariſien "
ſi, contra Novatores quoſdam, qui conan- "
tur famam comparare, & ſplendorem ac- "
cerſere doctrinæ alienigenæ Raymundi Lul- "
li; quamvis ſublimis ſit, & veritatem pro- "
ponat, atque contineat in pluribus articu- "
lis, quia tamen in multis aliis longe eſt di- "
verſa ac ſejuncta à ſacrorum Doctorum "
modo loquendi, & regulis conſuetis doctri- "
næ & traditionis Scholarum, Pontificio fuit "
affecta interdicto, & abrogata publicâ ſen- "
tentiâ.

Sequuntur verba quibus idem Gerſonus
utitur in ſuo tractatu de ſolertia & diligentia
B adhibenda in præcavendo, dum libri legun-
tur. Breve, inquit, opus fuit compoſitum "
de examine diverſarum doctrinarum, & "
aliud, quod ſingulariter ſpectat ad doctri- "
nam Raymundi Lulli.

Quamvis nil ibi contineatur, quod cenſoria nota inurat Lullum noſtrum, tanquam errore vel hæreſi infectum, alma nihilominus Facultas Pariſienſis iſtud negotium accuratiùs diſcutiens & enucleans, doctrinam ejus ſuo aſſenſu comprobavit, ut fortiter affirmant Ludovicus de Paramo, de rebus Fidei Apoſtolicus Inquiſitor in regno Siciliæ, & Daca.

Bzovius impotenti motu abreptus & abs ſe
deſciſcens contra beatum Raymundum vitu-
perio dignus eſt: immeritò illi criminationem
C intentat & exprobrat errorum qui nunc ma-
nent & ſerpunt per Scholas. Hæc Bzovij pro-
poſitio ſuis ipſis defectibus deſtruitur. Ut ita-
que prorſus confutetur, quæſo, legantur quæ
de hoc argumento ſcripſerit Reverendiſſi-
mus Pater Hugo Cavellus, Ordinis Mino-
rum Religioſus, cujus æquare merita laus
nulla poteſt, cujus præclara doctrina digna
eſt quovis elogio: Armacanenſis erat Archie-
piſcopus, Primas Hiberniæ. Legatur quoque
Wadinghus, Hiſtoriæ Franciſcanæ Scriptor
tom. 3. anno 1315. Raymundum omninò eri-
piunt ex criminibus illi falsò & injuſtè impo-
ſitis.

Bzovius hallucinatur qui hunc mere laïcum
vult extitiſſe. Profeſſio tamen publica Tertiæ
D Congregationis Franciſcanæ, cujus habitum
palam & apertè ſemper gerebat, munus etiam
concionatoris Apoſtolici quod obiit cum tan-
to fructu, variis & longinquis in locis, pro-
bant certo dignum eſſe, qui annumeretur in-
ter Eccleſiæ miniſtros, quamvis non pateat
initiatum unquam fuiſſe ſacris Ordinibus.

Merito igitur locum tenet inter Illuſtres Viros Tertij noſtri Ordinis, quem plurimùm decoravit virtutum ſublimitate, & ſplendore ſcientiæ. Utroque titulo præcellenti ſpectatiſſimus de hoſtibus ſubactis triumphavit: nulla eſt natio, quæ non egregiè contulerit ad ejus memoriam celebrandam.

Philippus Pulcher Rex Galliarum nominat Raymundum *ſancti Spiritus organum*, *& Doctorem divinitus illuminatum*: Doctores Pariſienſes vocant illum, *novum hominem*, *novâ ſcientiâ repletum*, *Doctorem venerabilem*, *& approbatum*: Hiſpani illum honeſtant titulis eminentibus, *primarii Magiſtri in Philoſophia & Theologia*; *Auctoris Artium*, *& mirabilium Scientiarum*: Ab Italis laudatur, *ut artis univerſalis Inſtitutor*; *qui nihil ignorat eorum omnium quæ ab hominibus ſciri poſſunt*: Ab Anglis, *magnus Philoſophus Catalanus*.

Alij ſuſtinent Lullum noſtrum *coruſcantem eſſe radium mundi*, *ſupremam Minervam*, *promotorem utilitatis publicæ*, *lumen diſſipans tenebras orbis terrarum*. Galli tandem illum exquiſitis laudibus exornant, aſſerentes quod ſit *theſaurus abſconditus*, *vir incomparabilis*, *ab adverſariis vexatus*, *afflictus à ſuperbis*, *ab ignaris & illiteratis condemnatus*, *fidelis Dei famulus*, *præclarâ eruditione homo atque pietate*, *divino flagrans amore*, *ſcientiâque plenus infuſâ*.

Conſtat ex dictis Gallos qui *Raymundum* potioribus præconiis extulerunt, non mediocriter poſteritati commendandos: etenim noruntij, quibus quidem haud ignota panegyrici natura eſt; plus illam ad ſcribentis famam, quam ad illius in cujus laudem ſcriptus eſt, commendationem conferre. Non optat Gallia *Raymundum* laudando magis laudari quam *Raymundus*; Galliæ ſufficit, ut exiſtimetur *Lullus* noſter omnis expers erroris; immo verò ut prædicetur non ſolum tanquam omnis artis & diſciplinæ gnarus, ſed etiam Religionis cultor eximius.

Æquè fuit ſanctus ac illuminatus: facto. rum ſuorum pariter & documentorum approbatores habet omnes, qui non facilem adhibent fidem rumoribus incertis. Fateor plures peritos Scriptores, quorum mens recta eſt, multa in crimen vertiſſe, quæ gloriæ *Raymundo* eſſe debebant, quædam videlicet ſcripta; novas quaſdam opiniones, quæ vel illi falſò tribuuntur, vel in contrariam detorquentur partem.

Expendant, quæſo, hancce quæſtionem ſapientes; bene illico ſentient de doctrina & ſanctitate *Raymundi*; nec amplius auctorem eſſe ineptiarum & inſulſitatum credent, de quibus perperam arceſſitur, nec aures præbere patulas omnium ſermonibus, nec dare inconſultè conſenſum narrationi cuilibet expedit: Poſteriores ſapientum ſententiæ anterioribus prævalent. Facile mihi perſuadeo illos, qui contra *Lullum* ſcripſerunt, aut dixerunt, palinodiam cantaturos, ſi conſiderent pauliſper & attentè quæ ſunt prolocuti.

Accepi ab amico ſcientiarum cupido, qui varias & longinquas obiit peregrinationes, extare in Bibliotheca Hiſpaniarum Regis plurimos Raymundi libros, cùm manuſcriptos, tùm prælo excuſos, qui limati exquiſitiſſimique judicij hominibus valdè placent.

Cauſſinus tom. 4. Curiæ ſanctæ, tract. 1. ſect. 31.

B. JOANNA DE FELICIBUS.

Maxime commendatur à Wadingho anno 1251. qui teſtatur in Eccleſia Fratrum Minorum Conventus de Ara Cœli Romæ jacere B. Joannam, domini Joannis Franciſci de Felicibus filiam, juxta corpora quorumdam ſociorum Patris Seraphici. Idem Auctor expreſſe affirmat fuiſſe profeſſam Tertiam Regulam Franciſcanam pro Sæcularibus inſtitutam, eximiæque virtutis ſingulare ſpecimen præbuiſſe. Antonius de Sillis collocat eam in ſerie Illuſtrium Tertiariarum. Deceſſit die 16. Januarij.

Diſtinguimus B. *Juttam* ab altera Tertiaria ejuſdem nominis: quæ ſe nunc offert, vidua eſt, & celebratur in Martyrologio Franciſcano 30. Aprilis: altera virgo, cujus fit commemoratio 19. Martij. Jutta verò vidua origine nobilis erat perinde ac virtutibus. Illuſtris familia unde oritur, quam vulgò vocant *de Sangerhauſen*, præcipuum locum obtinet in provincia Thuringiæ, nec non in univerſa Germania. Conjux ejus clariſſimo latus ſanguine, magni faciebat nobile Juttæ conjugium, potius ob eminentem ſanctitatis gradum, quam propter ortus dignitatem. Deus multum illi favebat in gratiam ſponſæ, quæ marito mortuo ſuas opes pauperibus elargita eſt, Tertiumque Ordinem Franciſcanum ingreſſa: dono lacrymarum præſtabat, mirandiſque illuſtrabatur ſplendoribus, qui illi plane detegebant arcana mentium: peractis ſolerter quæ Dei erant, operibus miſericordiæ vacabat; ac præſertim cæcis, claudis, & paralyticis miniſtrabat. Creditur communiter nullam unquam commiſiſſe noxam mortiferam. Anno 1246. è vivis exceſſit die Aſcenſionis Jeſu Chriſti. Corpori ejus in Eccleſia Metropolitana Culmiæ in Pruſſia ſepulto maximus adhibetur ex veneratione cultus, ob edita inſignia miracula, quibus permoti Epiſcopi Pruſſienſes, Primateſque Ordinis Teutonici, unà cum præpoſito Generali, oblato libello ſupplicarunt Sedi Apoſtolicæ, ut beatam Juttam Sanctorum numero adſcriberet.

BEata *Franceſchina* Eugubienſis propenſam animi voluntatem habebat erga Inſtitutum Patris Seraphici; naturæ proclivitas, gratiarum abundantia, fideliſque conſenſus ſanctitatis perfectionem illi conciliaverunt. Minorum Patriarcha frequenter verbum Dei prædicans Eugubij, propter Aſſiſij proximitatem, ubi degebat, multum juvabat cives Eugubinos ad virtutes acquirendas. *Franceſchinæ* valde profuit tam fauſta conſuetudo: Ab exordio Tertiæ Congregationis, huicce nomen dedit; corporis afflictationes, cupiditatum victoria illam brevi dono ſublimis contemplationis ornaverunt: miracula, quibus ejus vita inſignita eſt, perſeverarunt poſt
B mortem, quæ contigit 4. Martij anno 1255. Terræ mandata fuit in Eccleſia ſancti Franciſci, cum ſolenni ritu. Quamvis *Franceſchinæ* ſepulchrum miraculorum gloria illuſtratum fuerit, Eugubienſes nihilominus incolæ non ſtatim debitam illi venerationem exhibuerunt ex oblivione; non autem ex contemptu: ſerò autem ſapiunt, & verè, dum Hungari poteſtatem *Franceſchinæ* reipſa experti miraculo inſigni Eugubium veniunt gratulabundi & voti ſe abſolvunt religione, magnum illi tribuentes præconium. Dein ad *Franceſchinæ* tumulum confluunt peregrini, qui teſtantur plurimas morborum curationes ipſius invocatione fuiſſe impetratas. Ejus effigiem circumſtant plures votorum tesseræ ſeu notæ, ad perpetuam acceptorum beneficiorum memoriam. C

BEata *Dulcelina* Maſſilienſis meritò ſe nactam fuiſſe beatum Hugonem Diniacenſem cùm fratrem ſecundùm carnem, tùm patrem ſpiritualem, & conſcientiæ moderatorem. Præcellebat vir iſte virtute perinde ac doctrinâ & eloquentiâ, ad honorem familiæ Franciſcanæ, & ſplendorem Eccleſiæ. *Dulcelina* veſtigiis Hugonis ſolerter inſiſtebat. Marcus Ulyſſiponenſis cenſet illam Tertium noſtrum Ordinem ex fratris conſilio fuiſſe amplexam, Patremque Seraphicum perfectè imitatam. Plures habuit aſſeclas, quæ ſimul in habitu pœnitentiæ cum ea, & ſub ejus regimine ſanctè vixerunt, ac regulas à beato Hugone præſcriptas ſtrictè obſervarunt. Florebant inter illas omnia virtutum genera, vulgoque dominæ *de Robando* vocabantur. *Dulcelina* cæteris præſtabat, ſæpe ſopitis ſenſibus in divina tota abrepta, Angelorum fruebatur conſortio.

Die Pentecoſtes audiens Fratres Minores, dum officium recitant in choro; & conſiderans quod juſti in terra divinas canentes laudes idem obeunt munus ac Angeli in cœlis, mirificâ ſuavitate perfunditur. Cogitat etiam *Spiritum ſanctum tanquam ignis diſpertitas linguas apparuiſſe Apoſtolis, & ſediſſe ſupra*
A *ſingulos eorum, dum orarent omnes pariter in eodem loco*. Act. 2. Ab hominum tumultu ſemoti. Non hæc fuit ſimplex cogitatio, ſed tranſiit ad effectum. Videt enim mente diſtinctè *Dulcelina* tertiam auguſtiſſimæ Trinitatis Perſonam deſcendentem velut igneas linguas ſupra Religioſos Franciſcanos, qui Deum ferventer laudant: Video, inquam, Paracletum amore cœleſti eorum corda incendentem, ut iiſdem flammis ad pœnitentiam provocent peccatores.

Beata *Dulcelina* ſacro aſſiſtens interdum in Eccleſia Fratrum Minorum diſtinguebat per radios plus vel minus emicantes ex eorum vultibus, diverſos & peculiares gratiæ gradus, quos ipſi recipiebant, ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum accedentes. Denique reſplendens eximiâ ſanctimoniâ, & ſupra omnem naturæ vim perpetratis operibus, diem clauſit ultimum anno circiter 1282. ſepultaque eſt honorificè in templo Minorum Maſſilienſium, prope beatum Hugonem, ubi Deus felicitatem *Dulcelinæ* confirmat novis miraculis.

Noſtra *Dulcelina* differt à beata *Roſtalina*, Abbatiſſa Monaſterij Ordinis Cluniacenſis, vulgo nominati *Selli Robandi*, quæ florebat circa ann. 1206. Ab anno 1501. Fratres Minores occupant hunc Conventum, qui vigeſimus eſt provinciæ ſancti Ludovici, ut notat Gonzaga.

B. Benevenuta Anconitana.

COnjugij legibus, Deo ſic jubente, ſe ſubjicit, quamvis enixe cuperet vota Religioſa nuncupare: marito plane ſatisfaciens, Chriſto penitus placebat, qui eam mirâ luce perfundebat, ſuâque præſentiâ viſibili aliquando conſolabatur. Illam quoque inviſebat adſpectabili ſpecie ſacrata Virgo Maria, cujus inſtinctu in Tertium Ordinem Franciſcanum ingreſſa eſt.

Benevenuta libenter conferebat de rebus piis cum Fratribus Minoribus, quos ſe protegere, & magno habere in pretio declaravit Dei Genitrix. Illorum acceſſum divinitus prævidens *Benevenuta*, menſam & cibos pa-
D rabat. Pater Conradus d'*Offida* Anconitanus Franciſcanus, eximiæ ſanctimoniæ vir omnium ejus conſiliorum erat moderator. Præclarâ eruditione atque doctrinâ, cæteriſque pulchris dotibus ornatus, per decem annos culinam exercere, & pro Fratribus oſtiatim mendicare, præ humilitate voluit. Condocefecit quoque Pater Conradus *Benevenuta* animum, humilitatem ut amaret & coleret, quæ ſic meruit multos cœli favores.

Bonorum inter eos ſpiritualium mutua & integra erat participatio. Angelus ſub volucris ſpecie ſeſe Conrado videndum exhibebat, cujus cantu ac pulchritudine dulciter ac jucundè reficiebatur. Apparuit illi Cœlorum

Regina die Purificationis, inter ejus velut inter venerandi Simeonis ulnas, dilectum Filium deponens.

Sæpe, & per longum temporis ſpatium, non audebat Miſſam celebrare, nil ſibi conſcius quidem, ſe tamen humiliter æſtimans reum.

Nimiam timiditatem objurgavit ei *Benevenuta*, ſicut ipſe manifeſtavit Fratri Andrææ, ſuo intimo. Notavit præſertim Sacrificium Conradum non peregiſſe die quadam Dominica, eo quod timeret ne ſolenne funus celebratum in Conventu tunc temporis ipſi „cauſa eſſet mentis evagationis. Cur times? „ait *Benevenuta*, Filii Dei Majeſtatem ſu„pra Altare te invitantem ad Convivium „Angelicum vidi: timor ſervilis illi multum „diſplicet, accede cum fiducia & humilitate.

Beatus Conradus electus eſt à Miniſtro Generali ut habitaret in Monte Alvernæ, quem Stigmata vulnerum Chriſti in corpore Patris Seraphici recepta conſecrarunt. Præclára Conradi virtus hac electione probatur, cum nullus ibi commoraretur, niſi tanquam rerum divinarum aſſiduus contemplator, virtutem omni ſtudio & obſervantia coleret in ſolitudine, dum alii Fratres vitæ ſolitariorum ſuſtentandæ actione & labore proſpicerent: ſcriptis rogavit *Benevenutam* ut ſuo interventu obtineret miſſionem in deſertum minùs celebre; ſicque ſilentio perpetuo ſepeliretur.

Reſpondet *Benevenuta* jubenti Deo morem eſſe gerendum, qui vult illum in montem Alvernæ tranſire, ut ſanctitatem attingat, ad quam vocatur: diſtantiam locorum nullo modo officere animorum conjunctioni, ſibique invicem ſemper remanſuros præſentes, ſicut erant diebus ſanctorum Joannis Evangeliſtæ & Innocentium, quando divinitùs hæc omnia cognovit.

Vinum primariæ notæ ad uſum mariti deſtinatum, illo abſente diſtribuit pauperibus, & Religioſis Franciſcanis. E peregrinatione remeans, *Benevenutam* verbis & ictibus inclementer excipit. Sancto Franciſco intercedente, ad quem ſupplex ipſa recurrit, non ſolum dolium, verumetiam ingens cupa repletur vino eximiæ generoſitatis, imo & voluptatis, quod aſſerit *Benevenuta* meritis Patris Franciſci obtentum fuiſſe. Plures ægroti hoc pretioſo liquore ſanitatem impetrarunt; ipſe *Benevenutæ* conjux, & Religioſus quidam Ordinis ſancti Franciſci è gravi & longo morbo evaſerunt.

Maritus, ab uxore venia petita, bene affectus fuit erga Patrem Seraphicum. Dein periclitatur in mari, aliique permulti in ejus comitatu: leni flatu initio provectis, vehemens ab occaſu extitit ventus, idque cum fulgetris, & cœli fragore, tetraque ac minaci nubium vi: tum inhorreſcens mare paulatim attolli, majoreſque in ſingula momenta cieri

A fluctus. Cum in adverſum obtinendi, remigio deſtitutis, nulla eſſet ratio, paulìſper ad dubitatum à nautis, utrum, demiſſis antennis in ſalo tranſitum tempeſtatis expectarent. Verùm Oceano magis magiſque ſæviente perterriti, ſimul propter anni tempus, abjecta ſuperandæ procellæ ſpe, retrò pari conſenſu vela dare conſtituunt: ſed ne id quidem voto ſucceſſit, violenti adeo ac repentini flatus ab Oriente, diverſiſque coorti plagis quaſſatæ jam navis in perniciem conſpiraverant. Horum impetu vela primùm diſciſſa, malus deinde, mox gubernaculum, fruſtrà fluctus evitante magiſtro, diſtringitur: præterea coſtis immodicâ jactatione convulſis, multò plus

B accipiebatur undæ, quam ut exhauriri aut egeri ſummâ turbæ navalis contentione & induſtria poſſet.

Neque præcipitata levandæ navi bona onerum pars avertebat exitium. Per hunc modum ſpoliati armentis, obverſante perpetuâ mortis imagine, dies aliquot in alto jactati, poſtremò urgentibus à meridie ventis, certum ad naufragium, ad terram appelluntur; neque erat in malis potius quicquam, ne viventes videnteſque hauriri profundo, vel in cæca vada, ſyrteſque adigi mallent: ad teli ergo miſſum jactæ utrâque parte anchoræ, dum ſcaphis, quæ una ſupererat ſalus, in continentem evaderent, interceſſione Patris Seraphici. Maritus *Benevenutæ* in portu omnes vidit merces feli-

C citer occurrentes, quas credebat perditas. Ambu deinceps ſponſus videlicet atque ſponſa Deo ſervierunt unamiter: *Benevenuta* verò ſanctiſſimè obiit anno 1282. Arturus Martyrologii Franciſcani Scriptor declarat illam anno 1300. floruiſſe. Utut ſit, in vita & poſt mortem miraculis claruit.

B*Eata Conſtantia de Caſtro* vidua, cujua Martyrologium Franciſcanum mentionem facit 14. Junii Comitibus *de Lemos* conſanguinitate proxima erat. Maritus ejus, quem vocant Rodericum *Dias de Andrada* primas tenebat inter viros ævi ſui magnanimos & fortes: in Regno Granatenſi mortem generoſè oppetit ſub Rege Ferdinando, nomine Catholico, pro deffenſione Fidei. Wadinghus

D narrat corpus *Conſtantiæ* in Conventu Fratrum Minorum urbis Vivarienſis, de Provinciâ Gallœciæ, & in Sacello ſanctæ Crucis ſepultum, à terrâ eductum fuiſſe, ſuaviter olens, & plura edidiſſe miracula. Ad latus dexterum Altaris primarii tranſvectum fuit, cunctis Deum laudantibus ob cadaver penitùs illæſum, licet cum ipſis veſtimentis in arcam incluſum, & vivâ opertum calce, per longum temporis ſpatium: mirum hunc ob eventum à Patre *Petro Fernandez Zorilla* Epiſcopo Diœceſis, ubi ſolenniras agebatur, miſſis doctis viris & probis, qui viſa, auditaque actis conſignarent, ad Judices renunciatum fuit

tum fuit *Conſtantiam* multùm ſuâ ſanctitate decoraſſe Tertium Ordinem Franciſcanum, cujus, babitu ſumpto, profeſſionem denique emiſit.

B. Mea Senenſis juxta Wadinghum, Bernardinum de Buſtis, Antooium de Sillis, virtutibus præcellebat & miraculis; unde Tertiarii noſtri, quorum erat ſectatrix, magnum referunt ſplendorem. Magnam nomiois exiſtimarionem ſenis conſecuta eſt, ubi vixit & obiit 13. Decembris. Terræ mandata eſt in Eccleſia Religioſorum (ſervites vocant) ejuſdem urbis, ubi ſepulchrum ejus ſingulari veneratiooe colitur.

B. *Adriana de Cortona* illuſtris Margaritæ ſoror etat, cujus exemplum ptoponitur ad imitationem, non ſolum peccatoribus ut pœniteant, ſed etiam juſtis, ut perficiantur. Utraque ſtrictè obſervavit P. Franciſci Regulas pro Tertiariis inſtitutas. *Adriana* Aſſiſium profecta 2. Auguſti, pleniorem noxarum Indulgentiam mereodi gratiâ, ita compreſſa fuit ingenti Peregrinorum multitudine, ut vulnere accepto poſteà interierit 11. ejuſdem menſis, quam primum redierit Cortonam. Margarita amare deflens ſororis obitum, dum precaretur Deum pro defunctæ æterna requie A cœleſtem vocem audivit, quæ declarabat non tranſiiſſe *Adrianam* per locum expiandis poſt mortem peccatis deſtinatum, ſed rectâ viâ perveniſſe in beatitudinem, poſtquam omnium cumulatiſſimam conſecuta fuiſſet indulgentiam.

De B. *Gilia* Cortonenſi ſat eſt dicere, à converſione ſanctæ Margaritæ *de Cortona* in illius ſemper ſuiſſe comitatu, plurimumque profeciſſe ex ejus exemplis & præceptis ſalutaribus; illi præſto erat in omnibus, eamque ſuis ulnis ſuſtinebat dum ſopitis ſenſibus in divina tota ab. ..iebatur: Margarita quidem effuſâ libidine, ... epiſſimâ flagrabat aliquando cupiditate, non item *Adriana* quæ tamen B virtuti & pœnitentiæ Margaritæ acceſſit quam proximè. Miracula quæ *Gilia* patravit ſanctitatem ejus manifeſtant, cujus mercedem æternam in cœlis adepta eſt. Fato fuogitur 23. Septembris *Cortonæ*, ubi jacet in Eccleſia ſaocti Franciſci cujus Tertium Ordinem amplexa fuerat. *B. Margarita* divinitùs certa de *Giliæ* felicitate, cum fervore Deo grares agebat, quod exier... de hac lacrymarum valle, inicò teouerit ... inter Angelorum Choros.

VITA
B. ANGELÆ *vel* ANGELINÆ
DE FULGINIO VIDUÆ.

CAPUT I.

Quanam viâ ſemitam virtutis ingreditur.

QUAMVIS probroſum ſit & infame committete peccatum, glorioſum tamen eſt illud confiteri & diligenter vitare. *Angelina* ſeu *Angela* inter Fulginates origioe & dignitate plurimùm illuſtris, æque nobili viro connubio jungitur: erga hujus vitæ oblectationes ſtudioſe prius affecta, inanem denique & falſam gloriam prorſus ſpirat. In Eccleſia ſancti Fraociſci vicioa Sacrum aliquando audiens, tanti Interceſſoris opem implorat, cujus precibus obtento Divioi dono timoris, acriter torquetur recordatione delictorum, maximè quod res ſacras olim profanaret: jejuniis, vigiliiſque, & aliis carnis afflictationibus vires atterebat; præ deſiderio crimina expiandi; in ſacrilegum nihilominùs flagitium incidebat, quoties per Confeſſionis Sacramentum volens exonerare con- C ſcientiam, peſſima facinora involvebat ſilentio.

Quærenti Confeſſarium, cui poſſet cum fiducia noxas omnes detegere Pater Seraphicus noſter apparuit, & Sacerdotem indicavit ex ſuis alumnis, quem poſtridie concionantem audivit in Templo ſancti Feliciani: Epiſcopo erat ab explationibus, ejuſque Præfectus Sacello, & animarum regiminis valdè peritus: animi ſordibus Confeſſione integrâ deterſis, magnâ perfruitur paee *Angela* miroſque facit virturis progreſſus.

Continuâ meditatione mortis & dolorum Chriſti, in mente *Angelinæ*, terrenus amor penitùs extinguitur, ſoluſque Deus omninò regnat. Timens ne maritus, liberi, propriaque mater adhue viventes ipſam tantulum à recto perfectionis tramite avocent: Deum

rogavit ut ab his obſtaculis expediretur, quo æternæ providentiæ collibuerit modo. Omnibus impedimentis, quæ cor ejus poſſint dividere, ſublatis, vel leviter, planè tranquillatur, & in dies igne cœleſti magis efferveſcens omnes vendit facultates, quas invitis parentibus, egenis diſtribuit, deinde Tertii Ordinis Franciſcani induit Habitum.

Arnaldus Religioſus Minorum Ordinis *Angelinæ* Confeſſarius vitam ejus ſcripſit, prout excipienti dictabat ipſa obediendi ſtudio, enumeravitque octodecim gradus quos cœlitùs agnoverat, ut ad virtutum culmen perveniret. Primus conſiſtit in verâ peccatorum notitiâ. 2. in humili & profundâ contritione. 3. in auſtera & rigida pœnitentia Quartus gradus eſt conſideratio immenſæ Dei miſericordiæ, qui tanto tempore, tamque longanimiter ejus converſionem prçſtolatus eſt. Quintus, lux interior, qua delictorum enormitatem clarè perſpiciens, ex oculis quaſi duos lacrymarum fontes emittebat. Sexto gradu evidenter advertens quantum Creatorem & creaturas offenderat, mirabatur quomodo ab omnibus non fuerit prçfocata: velut horribile monſtrum.

Septimus illam evehebat in contemplationem Jeſu Crucifixi. 8. immenſitate beneficii Redemptionis declarata, acerbum ac vehementem corripiebat dolorem de ſua ingratitudine, & proponebat *omnia arbitrari tanquam ſtercora, ut Chriſtum lucrifaceret* Phil. 3. 9. Solam Crucem amplectens, mundo paulatim moritur, ſibi ipſi quoque; totaque transformata in Deum, Evangelii puris legibus inſiſtit. 10. Chriſtus ſe *Angelinæ* multoties exhibens vulneribus laceratum illam arguebat velut tantorum cruciatuum cauſam: unde tanto afficiebatur dolore, ut ardentes & ignitas effunderet lacrymas, quibus refrigerandis neceſſarium erat aqua frigida genas ejus aſpergere.

11. Præ ferventi deſiderio patiendi, cruces & tribulationes ſemper & avidius expetebat 12. Tantopere delectabatur in memoria mortis Chriſti, ut meditatione aſſiduâ conaretur adeſſe indeſignenter venerando huic ſupplicio, cum ſanctâ Virgine Maria, & ſancto Joanne Evangeliſta, quorum meritis ſperabat favorem iſtum ſe adepturam fore. 13. Ferventi & firmo huic deſiderio favens Chriſtus, aperuit *Angelinæ* dilectæ ſponſæ intimum ſui cordis. 14. Redemptor noſter lateris plagam detectam offerens, juſſit os adhibere, ut ex eâ ſanguine fluente potaretur: certior deinceps facta de remiſſione peccatorum, ad Martyrium vehementer contendebat. 15. Gratiâ communicationis Crucis & dolorum Chriſti conceſſâ ardentius *Angelina* Chriſtum amavit, & magis terram deſpexit. 16. Abſtruſiſſima ſecreta in Oratione Dominicâ comprehenſa pervadens mente, rerum ſpiritualium guſtu mirificè capiebatur: humilitas potiſſimùm & caſtus Dei timor in ejus corde profundas agebant radices: ad ſacram ideò Virginem ſupplex recurrebat, ut Divinum pacaret Filium, cui ſe non audebat abſque pacis ſequeſtri, ſiſtere. 17. Dei Genitricis interceſſione fidem ita vivam & accenſam obtinuit, ut deinceps exiſtimaret ſe, nec anteà verè crediḋiſſe, nec verâ charitate fuiſſe inflammatam: penitiores divinorum Myſteriorum receſſus ita accuratè rimabatur, ut ſuavitas animi in iis perſcrutandis ſenſus etiam corporis afficeret.

18. gradus, viſiones frequentes, quæ cœleſte incendium per totum ipſius cor latè ſpargebant, complectebatur. Oneri erant illi graviſſimo eſus & potus, quibus ſe dolebat perturbari, & vagari animo, dum meditaretur. Ad ſolam nominis Dei pronunciationem aut Jeſu Chriſti, ſuaviter contremiſcebat, & exclamabat ſubito cum ardore: ad primum aſpectum Jeſu patientis imaginum ſancta febri laborabat. & viribus deficiebatur. B. Paſchalina, ſocia ejus amantiſſima ſtudioſè amovebat, ab illius conſpectu aut occurſu omnes has amoris cœleſtis exhibitiones.

Conſiderantem attente iſtos octodecim gradus præſtat *B. Angelinam* imitari prioribus, quos operatur contritio in omnibus, dummodo velint re verâ æternam conſequi ſalutem. Gradus autem poſteriores Dei munificentiam manifeſtant, qui peccatores extollit ad ſupremum ſanctitatis verticem, cum gratiæ motus fideliter ſequuntur, *Angelinæ* veſtigiis inhærendo. Indè conſtat cujuſque ſapientiæ eſſe exiſtimare omnem amplitudinem & dignitatem in virtute eſſe poſitam; virtutem verò conſiſtere in exacta conſenſione, & humili convenientiâ voluntatis humanæ cum gratiâ divina, quæ nemini unquam deeſt. Ex aberratione igitur animi ad ſeſe redeant homines, & ſeipſos colligant, diſſipatas mentis partes, rurſus in ſuum locum cogentes, ut introſpiciendo mirum *B. Angelinæ* contritionis exemplum, ſequenti ejus vitæ ſe prorſus accommodent.

CAPUT II.

Horrendæ Angelinæ tentationes, & conſolationes mirabiles.

RECTE & meritò Franciſcus Salezius dixit neminem poſſe partem legere ejuſmodi vitæ *B. Angelinæ*, quin intima permoveatur commiſeratione: per totum corpus durius vexabatur; dæmone illam infeſtiſſimum in modum inſectante, humi ſtrata ja-

„ cebat : crudelius mens ejus angebatur. Simi„lis eram, inquiebat Confeſſario, ſimilis „eram homini, qui oculis obductis faſcia, „ligatiſque manibus, collo ſuſpenſus, nil ſub „pedibus haberet, quo ſuſtineri poſſet, cui„que nullus à tantis ærumnis pateret exitus: „omni virtutum genere videbar privata & vi„tiis omnibus oppreſſa. Natura corrupta „prævalebat, lumen rationis obtenebrans. „Ira ſeu zelo exaſperante tantopere flagra„bam ut me invitam dilaniarem temerè & „inſipienter. Dolor extremus ab impuritate „oriebatur. Infernus in carne mea horribile „adeò incendium excitabat ut nequiret ex„tingui niſi per ignem quo ſemiambuſtum „remanebat corpus meum, & caro mea vul„neribus operta.

Jubente Confeſſario ab iſtiuſmodi pia exacerbatione abſtinuit. Enimverò denſis obvoluta tenebris, tetroque mœrore languens, præcepit ferri maluiſſet in ardentem focum, quam diutiùs perſiſtere hac in amariſſima amaritudine, quæ nihilominus duravit duorum annorum ſpatio, quibus completis ſuavem & tranquillam egit vitam. Beati Spiritus *Angelinæ* de glorioſa victoria gratulantur. Paret Seraphicus illi benedictionem impertitur ampliſſimam, & præcipit ut familiam Franciſcanam ad Pœnitentiæ & Evangelicæ paupertatis leges obſervandas excitet: Paupertatis cupida, quam Franciſco maximè in deliciis eſſe noverat, Fulginio pergit Aſſiſium, poſtulatura Minorum inſtitutoris meritis & interceſſione & ad ejus ſepulchrum præclaram hanc virtutem; Romam deinde proficiſcitur Apoſtolos Petrum & Paulum eodem fine invocatura.

In via quæ ducit Aſſiſium, *Angelinam* perquam liberaliter adhibuit Spiritus Sanctus, dilectam intus illam nominans ſponſam, & affirmans neminem in univerſa valle Spoletana magis Divinæ Majeſtati arridere. Ingrediens tamen Eccleſiam S. Franciſci, ſuavitate interiori quodammodo ceſſante, exclamavit *O dulcis Amor, vix appares & jam evaneſcis.* Audiebant aſtantes hæc verba in quibus erubeſcebant parentes ejus. Blanda tamen & hilaris amicitiæ Paracleti ſignificatio frequentior fit & uberior poſt reditum de peregrinatione ſicut declaratum fuit Paſchalinæ Virgini divinitus voce hac cœleſti. *Curre ad Angelinam* „quæ cum tertia auguſtiſſimæ Trinitatis Per„ſona familiariter verſatur in cellula, huic mandato obediens Paſchalina deinde fuit particeps gratiarum *Angelinæ* quæ illi planè omnes ſuos favores, & illuſtrationes manifeſtabat.

Orationis & contemplationis ſtudium, quod caput eſt ac fons virtutum, in Angelina eximium extitit. Etſi enim mentem in Dei divinarumque rerum cognitione defixam per-

A petuò haberet, ſtatum tamen ac certum quotidie ſeponebat tempus, quod tribueret præcipuè meditationi rerum cœleſtium. Maximè verò in Chriſti vitæ mortiſque conſideratione acquieſcebat, ſatis gnara ibi præclara omnis exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri atque imitari licere. Hoc meditationis genus maxime ſalubre ac frugiferum (præcipuum utique exemplar Chriſtianæ vitæ, & ingens invitamentum divinæ charitatis) impensè & complectebatur ipſa, & aliis commendabat: quo in negotio haud majore mentis ardore verſabatur, quam animi conſtantia.

Id adeò non alias magis intellectum eſt, B quam cum operam daret operibus charitatis. Etenim cum aſſiduæ aliquando occupationes nullam ei diurni temporis partem ad orandum vacuam relinquerent, Orationis magis quam ſomni memor, nocturnæ corporis quieti detrahebat horas ſemper aliquot, ne animus cœleſti illa optatiſſimaque fraudaretur requie, pabuloque, adeò ejus mentem divini dulcedo colloquii cœperat: binas fermè, ut plurimum ternas ſomno horas tribuebat, ſed ita, ut ne ſomnus quidem vacaret Oratione. Sæpius enim per ſomnum emittebat ejuſmodi voces: *O Ieſu bone, ò Creator mi*; aliaſque conſimiles, orare illam non dormire crederes.

Aſſiduitate orandi, perinde ac fideli atten- C tione meruit ſingulares prærogativas. Nulla dies abibat, quin divina evidenter pateretur, ſopitis omninò ſenſibus, modo Angeli, modo Joannes Evangeliſta illam amanter & honorificè inviſunt; ſæpius Pater Seraphicus. Paſchalina videt ſupra *Angelinæ* raptæ pectus aliàs ſtellam fulgentem ac variantem; aliàs ſcilicet die Sabbathi Sancti *Angelinam* perſpicit velut in tumulo collocatam Redemptoris, qui eam invitabat ad transfixi cordis oſculum, cum officioſa adeò & alacri allocutione, ut *Angelina* tantæ benevolentiæ indiciis æſtimans ſe indignam ferè contabuerit, fueritque ſoluta in langorem dilectionis conſummatæ. Facile & vehementer effervеſcebat Chriſti Crucifixi D dolorum contemplatione, qui aliquando hac ſub ſpecie illam incitavit ad ejuſmodi præclarum exercitium, tribuens quinque benedictiones iis impertiendas, qui illud obirent.

Obtulit interdùm Mater Dei Filium Jeſum oſculandum *Angelinæ*, & ulnis familiariter, ſed cum humili, profundo ac ſummo cultu amplectendum. Diſcretio ſpirituum, & diſcrimen veræ & falſæ revelationis illi patefiunt: certa fit etiam quantùm cœlites in eam eſſent benevoli, quantùmque propenſum eſſet in eam cor ſacratæ Virginis Mariæ: perpetuæ & cœleſtis quoque felicitatis ſuæ futuræ ſtatim poſt obitum ſuum exploratam habuit cognitionem. Myſterium Trinitatis, ſupra quam

cuiquam credibile eſt, introſpexit. Locos obſcuriores ſacrarum paginarum penetrabat & funditùs enuclebat ac dilucidè. Tribus diebus tota manſit in divina abrepta, & alienata à ſenſibus.

Narrant Hiſtorici mirabiles ſeptem illi viſiones exhibitas fuiſſe ad honorem Sacramenti Euchariſtiæ, ubi ſæpenumero vidit Salvatorem ſub forma pueruli: interdum ſpecies ipſas adorandas, in carnem converſas. Exorto in mente *Angelinæ*, dum ſe diſponeret ad auguſtam Synaxim, vehementi deſiderio aſpiciendi naturam humanam Redemptoris in eodem ſplendore, quo fulget in cœlo inter Choros Angelorum, vox cœleſtis hæc verba protulit: *Accede nunc citò ad altare, Chriſtus Principibus curiæ ſuæ ſtipatus, multa te pace perfundet*, tuumque implebit deſiderium. Os ſuum aperiens ut adorandam Hoſtiam reciperet, Majeſtas Divina; ſupremam illi ſuam pulchritudinem patefecit, chariſſimam que illam ſororem nominavit; pollicitus eſt inſuper ſe Angelinæ expectationi ſatisfacturum nunc & in perpetuum. Cum interdum volens ſacroſancto Chriſti Domini Corpore paſci, deerat Sacerdos, qui adminiſtraret, Angeli id muneris præſtabant. Per ſpatium duodecim annorum divinis & ſolis hiſce epulis veſcebatur.

Marc. Ulyſſi. part. 2. l. 7. à cap. 6. uſque ad 17. Iacobilus de ſanctis Fulginatibus. Gonſag. p. 1. in B. B. Fœminis Tertii Ordinis.

CAPUT III.

Chriſtus illam conſtituit plurimorum Diſcipulorum moderatricem & matrem, quos ad ſanctitatem promovet tam exemplis quam verbis.

CUjus aures clauſæ veritati ſunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus ſalus deſperanda eſt. Arguebat, juxta conſilium Apoſtoli, & monebat, *In omni patientia & doctrina*, Timoth. 4. delinquentes *Angelina*, qui eam ſæpius conuiciis & plagis afficiebant, ſicque multum conferebant ad illius perfectionem; verè enim patiens erat, cum æquo animo ea toleraret mala, quæ ad iracundiam commovere animum ſolent: pro vexatoribus Deum impensè rogabat, ut cuncta eis benè cederent ad eorum ſalutem.

Quò magis ſe deprimebat, eò magis evehebatur coram Deo & hominibus. Divino impulſu inſtituit Seminarium, ubi magnam multitudinem perſonarum utriuſque ſexus Chriſtianis imbuebat documentis, & exemplo antecedebat. Excepit *Angelina* ſemel oblatam divinitùs ſacratæ Virginis ſpeciem, quæ viris & fœminis in ejuſmodi tam pium inſtitutum aggregatis benedicebat: omnes ſuaviter amplectens, noviſque obſtringens beneficiis à Deo impetratis. Aliàs Pater Seraphicus viſum ſe exhibuit hilari & blando vultu, qui ut hancce aggregationem auctoritate ſuâ comprobaret his verbis utebatur *Angelina, filia chariſſima, vehementer cupio æternam benedictionem, quam Deus mihi impertitur, effundi ſuper hos filios meos & tuos dilectos.* Excitabat præſertim Diſcipulos ad humilitatem & pœnitentiam. Nobis Deus, inquiebat, multum favet; ſub umbra alarum ejus protegimur, Pater noſter eſt, ſicut & beata Virgo mater noſtra. Ad imitationem Chriſti abdicare prorſus honores, voluptates, & divitias. Virtuti ſtudioſè demus operam, non ut ſoli fiamus ſancti, ſed ut cæteri potius noſtro exemplo, quam eloquio perficiantur. Non quæramus hominibus placere, ſed Deo. Res divinas diligenter curemus: ipſe verò noſtras miſericorditer adminiſtrabit.

Angelinæ documenta plurimùm proderant: Pater Ubertinus Caſalenſis, Religioſus Franciſcanus, rerum divinarum ſcientiâ & contemplatione inſignis, teſtatur ſe initio converſionis ferventem & illuminatum, his tandem favoribus caruiſſe, quia nimiâ ſolicitudine navabat operam Theologiæ Superiorum juſſu explicandæ. Incaluit tamen ejus fervor conſiliis *Angelinæ* cui ſe ſubmiſit imitando plures viros eximios, quos conſtat pari modo Chriſtianam perfectionem attigiſſe. Die Jovis recolendæ Euchariſtiæ ſacro conduxit illos in valetudinarium ſancti Feliciani; venditis confeſtim linteis quibus ipſa & Paſchalina ſua tegebant capita, unde pauci piſces emerentur, pauperibus diſtribuendi, oſtiatim panem petiit eodem fine: utraque laverat anteà fœminarum pedes, & hominum manus ægrotantium, inter quos extabat lepris quidam infectus, quorum ulcera fœtidè ſuppurabant. Deinde prudens *Angelina* monuit ſuos diſcipulos nunquam fauſtius poſſideri Deum, quam ab iis, qui propter Chriſtum patiuntur; affirmavit præterea Deum nunquam glorioſius adeſſe, & magis favere quam Crucis amatoribus.

Mirum dictu, *Angelina* illicò, & Paſchalina animo generoſo magis quam imitabili, aquam potarunt, quæ leproſi lavacro inſervierat. Ambæ nihilominus fatentur lautum oppidò, & ſuave inveniſſe hujuſmodi poculum, quod perhorreſcunt homines luxu ac deliciis diſſoluti: Angelina à converſione ardentius abjectionem & crucem quæſivit, quam dignitatem anteà & honorem, aut delectationes quæſierat. Id adeò proprium eſt fermè præſtantium ingeniorum, ut quamcunque in partem ſe dederint, eo toto animi ferantur impetu. *Angelinæ* itaque ſanctitatis

Palmam exoptanti, prima (ut aſſolet) orta eſt pugna cum corpore. Cum autem caro *concupiſcat ſemper adverſus ſpiritum*, ſemper edomandum ſibi eſſe corpus ſtatuit, ne illius rebellio pervicaciaque Chriſtianæ perfectionis curſum moraretur.

Quocircà uſitatas inediæ, verberum, ciliciorum aſperitates, velut cupiditatum moderatrices, delictorumque vindices, non minus ſæpe quam avidè, tùm florente ætate, adhibuit, tùm in omni vita uſque ad obitum. Fortitudinis & alactitatis ejus indoles inter prima militiæ rudimenta haud levibus ſe prodidit argumentis. Inter æquales gregaleſque ſuas tripudio (unus hìc ludus cordi fuerat) libenter ſe impigréque exercens, aliquando corporis agilitate, quâ reliquas longe anteibat, nimium ſibi placuerat; igitur, ubi reſipuit, levem noxam, miniméque diuturnam vindicavit graviſſimo multorum dierum ſupplicio. Dies quippe aliquor continuos exegit, noxis membris funiculo non ſine acri dolore conſtrictis. Eodem tempore animi quoque elationem expiandam rata, aſſiduâ rerum piarum meditatione exercuit mentem, ut pœnæ magnitudo in poſterum & animum cohiberet & corpus: nec minus ad mentem excitandam, quam ad culpam eluendam juveniles domuit motus.

CPAUT IV.

Mors ejus pretioſa.

QUo pede incœpit *viam mandatorum Dei currere*, Pſ. 118. eodem perrexit uſque in finem. Mors inſtat, ad cujus acceſſum crux ampliatur & magis amareſcit, ut præmium augeatur. Monita de obitus die, longè antequam eveniret ſe diſpoſuit novo & ferventiori virtutum exercitio: formulâ conceptum exaravit teſtamentum in mortis lectulo, diſcipulis maximè commendans Chriſti crucifixi imitationem.

Angelinæ divinum laudanti ſponſum, quod illam ſuorum participem dolorum efficeret, apparens Chriſtus, ſic loquitur. *Perge animo forti, chariſſima, pœnis tuis brevi ſuccedet æterna felicitas. Comitem habeo ſervum meum Franciſcum, quam ut Patrem amantiſſimum venerâris, iterum te, dum animam efflabis inviſam, Angelis ſtipatus meis; qui te in gloriam intromittent.* Licet toto corde grates Deo ageret, durius tamen torquebatur, ut pefectior fieret ejus patientia.

Ægritudini creſcenti circa feſtum Nativitatis Dominicæ unicum adhibuit remedium, hanc ſcilicet exclamationem, *Verbum caro factum eſt*, ſine motu perſtans, & oculis aper„tis: deinde quaſi expergefacta. Quis poſſet A inquit comprehendere? omnis creatura ad nihilum redigitur modo incognito Angelis ſublimioribus. Mox aſtantes alloquens; quantum, ait, debeo Salvatori qui me tunc ſuo ſanguine abſterſit recenti & calido perinde ac ſi ipſo momento quo loquor è venis mandaret: me Patri cœleſti obtulit, qui mihi tanquam ſponſæ dilectæ promiſit gloriæ indumentum & coronam; mihi quoque revelavit, quomodo Verbum Divinum Humanam aſſumpſit naturam, & quomodo adoranda Trinitate generatur. Idem verbum aſſeruit me in cœlo à juſtis expectari."

Repetenti pridie mortis verba hæc, *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, ex alto reſponſum fuit, quod Deus, qui ſemper B adfuit viventi, morientem non deſereret. Videns gementes diſcipulos, quid fletis? ait, præſtat ut quibus celavi mortis tempus, uſque modò, nunc iis denuncietur, pridiana deceſſus vigilia. O rem admirabilem! dolores, qui nulla dabant intervalla, derepente ceſſant, fruiturque *Angelina* tam alta quiete, ut jam delitias æternæ beatitudinis prægustet. Vixit nihilominùs uſque ad horam Completorii diei ſequentis, quo celebratur Octava Innocentium; anno nempe 1309. Januarii 4. è vivis exceſſit, cum magna tranquillitate, quæ dormienti ſuaviter potius conveniebat, quam verſanti in ſupremo agone vitæ. Devectum fuit ejus corpus in Eccleſiam ſancti Franciſci; quam ante deceſſum elegerat. C Poſteà includitur in magnifico monumento marmoreo prope Sacrarium, in peculiari Sacello, ubi nunc hodie videtur illæſum & incorruptum, ſummaque veneratione colitur à populis undique confluentibus ob miraculorum multitudinem.

Sicut B. *Paſchalina* multum decoravit Fulgininm, ubi nata eſt, ita ipſi optime vertit, quod diſcipula fuerit, & gentilis *Angelinæ* Fulginatis, cujus veſtigiis perfecte inhæſit: anno 190. ad ejus exemplum Tertio Ordini Franciſcano nomen dedit, quod novo & ſtricto vinculo eas colligavit. Abnegatio Evangelica, Oratio aſſidua, & rigidæ corporis afflictationes, grata & continua erant D *Paſchalinæ* exercitia. Ad tam excelſum ſanctitatis gradum pervenit, ut Angeli pluries *B. Angelinæ* ſignificaverint *Paſchalinam*, longe ſuperare omnes animas quas gubernabat ipſa *Angelina*. Inſignis hæc prærogativa confirmatur Chriſti apparitione, qui de Cruce deſcendens coram *Angelinæ* diſcipulis, luculentioribus benevolentiæ argumentis accipit *Paſchalinam*, quam officioſius compellit, ut plus ſanguinis hauriat de lateris vulnere manantis; unde vultus *Paſchalinæ*. ſplendidior videtur. Quoddam *Angelina* poſtulanti beneficium à Deo: Concedo, reſpondet ipſe, " non ſolum tua cauſa, ſed etiam propter "

„ ſociam *Paſchalinam*. *Angelina* petens aliàs pro ſe ipſa Domioi benedictionem, pro Confeſſario ſuo Patre Arnaldo, necnon pro *Paſchalina*, manum Chriſti extenſam conſpicit, ſimulque tres Signo Crucis ioſignientem. Genitrix Dei viſam ſe exhibens aliquaodo *Angelinæ* & *Paſchalinæ* primas tamen defert *Paſchalinæ*, quæ quatuor annis ſuperſtes *Angelinæ* quotidie viſitabat ejus ſepulchrum, tandemque è vita migravit anno 1313. Februarii 4. voce publicâ conclamante præclaram ejus virtutem dignam eſſe quovis præmio ac laude.

Eodem aono 1313. lucis uſuram amiſit in urbe, quam nominant *Montfalco*, *Margarita* quæ hoc ipſo oomioe donatur: Annales Minorum illam cum Paſchalina jungunt, narrantque fuiſſe profeſſam Tertii Ordinis Regulam; & citò poſteà mortuam. Martyrologium Franciſcanum eam commemorat 13. Martii.

VITA
B TORELLI
DE POPPI CONFESSORIS.

CAPUT PRIMUM.

Ejus Converſio.

EDucitur è ſinu matris in Tuſciâ, non longe ab nrbe, vulgò dicta, *Poppi* in valle Caſſeotina. Patre defuncto, dedit ſe vitiis & libidinibus, ita nt cupiditates haberet effrenatas & indomitas. Vult tamen miſericors Deus gallo è feneſtrâ proſiliente in humeros Torelli, & tertiùm canente memorem eſſe Torellum Pœnitentiæ Principis Apoſtolorum. Extemplo acri dolore ex admiſſis culpis afficitur, amboque ejus oculi duo fiunt lacrymarum fontes.

Abbati Monaſterii ſancti Fidelis ſua peccata expoſuit, declaravitque quo dolore arderet, à fauſto galli ſaltu, cantuque felici. Piis Prælati ſermooibus incenſus religioſæ vitæ diſciplinam in Familiâ Franciſcanâ ſtatuit amplecti: verùm differre coactus ſponraneis interim pœnis ſe ipſum diſcruciabat. Abbas conſiderans juvenem iſtum, annum agentem vigeſimum circiter quintum aut ſextum, quâ naturali propenſione ad honeſtum, qua divino afflatu ad eminentioris virtutis ſemitam inductum, conatur illum allicere in ſuam Congregationem, Deus tamen quatuor poſt annis eum vocat in tertiam Regulam Patris Seraphici.

Cupiens autem *Torellus*, ſejunctus ab omni humano conſortio degere, diligenter quæſivit, octo dierum ſpatio, in ſilvis, locum ab oculis & homioum convictu remotum omnino, quem in mediis campis invenit, tuncque tribus ſolum modicis panibus herbiſque non ſativis veſcitur. Tandem ſuum elegit domicilium in vaſta & ſolitaria ſpelunca ab urbe *Poppi* ad milliarium diſtante. In paternas ædes reduci, ut venditas facultates pauperibus erogaret, fruſtrà parentes, ejuſque amici obſtiterunt, atque incaſſum oppoſueruot ſe tam egregiæ vocationi: nil ſepoſuit, niſi quod ſtrictim eſſet neceſſarium ad modicam Anachoretæ cellam conſtruendam, & agrarium exilem tractum acquirendum, ubi hortulum coofecit. A vitæ aſperitatibus illum avocare deſiderantes, ne viribus deficeretur, nil obtioueruot conſanguinei.

Tota ejus viveodi ratio in ſeverâ pœnitentia, profunda humilitare, & paupertate Evangelicâ cooſiſtebat. Unâ tuoicâ contentus, ſicut Pater Franciſcus, adhibebar pro lineâ ſubucula, pellem porcinam, cum ſeta adeò rigidâ & aſperâ, ut eratis ejus deriperetur. Pro zuna gerebat uodoſum funem, pro pileo galericulum acuminatum juxta veterum morem Tertiariorum: quolibet die quatuor unciis panis veſcebatur, quibus paucas addebat herbas crudas abſque oleo & ſale: exiguo aquæ frigidæ potu utebatur, quem diminuebat æque ac eſum, diebus queis Eccleſia jejunium præſcribit. Laudanda ſane moderata abſtinentia, habenda quidem ratio valetudinis, utendum exercitationibus modicis, tantum cibi & potionis ſumendum, ut reficiaotur vires, non opprimantur. *Torellus* autem de corporis incolumitare nullo modo ſolicitus, ad mentis perfectionem contendit, quam duris afflictationibus carnis aſſequitur, & cupiditatum victoriâ.

Decumbebat in ligneis tabulis juxta corporis menſuram, ubi ſpinæ & rubi diſperſi, maximam ſomni partem illi eripiebant: pro pulvino ingentem habebat & durum lapidem: in ſeipſum flagris ferreis acriter animadvertebat. Sicut libidine dominante, temperantiæ locus non eſt, nec omninò in voluptatis regno conſiſtere virtus poteſt: ita ubi regnat amor pœnitentiæ, velut in corde Torelli, ſpiritus floret, caro marceſſit, natura deprimitur, gratia prævalet ac triumphat.

Gonzag. p. 1. in BB. Viris Tertij Ordinis. Vuading. ann. 1242. § 2. & ſequent.

CAPUT II.

Devincit Torellus Infernum, beſtias feroces, nec non intolerabiles morbos, patientiâ & fortitudine.

NOn eſt conſentaneum, qui invictum ſe à labore præſtiterit, vinci à voluptate. Victor utrobique eſt Torellus noſter, qui viribus ſemper vegetis, ſemper egregiè laboravit à primo converſionis momento; qui quam primùm Deum vocantem audivit, ſe tractavit duriſſimè, atque in ſublimioris ſanctitatis amore ſuaviſſimè acquievit. Infernus, permittente Deo, illius mentem violenter oppugnat, objectâ ſpecie voluptatis, quâ victus anteà & debilitatus, tradebat ſe libidinibus conſtringendum. Spurcæ illæ & ſordidæ mentis aberrationes accendunt in carne Torelli fœtentes admodum flammas. Ideo privat ſe biduum omni alimento; capillos & barbam evellit: nudum ſeſe medio in loco dumis obſito volutat: ſe quoque frequenter luto immergit, donec calor naturalis deficeret, & penè extingueretur per ſpatium aliquando multarum hebdomadum, imo etiam plurium menſium conſecutorum; forte hoc certamen prorogabatur, nec revera ceſſavit, niſi triginta annis exeuntibus.

Torellus ſexagenarius graviter ægrotavit; totus, oſſa atque pellis, miſerâ macritudine, ſic attenuatus eſt, exoſoque corpore, ut oſſibus vix hæreret. Sedatis cupiditatibus, pace interoâ fruens, delectabiliter & cum gaudio ægritudines patiebatur; amicorum conſilio moderatur vitæ aſperitates; herbarum cruditates igne & oleo temperabat, interdum ingraveſcente morbo, pro cibo legumina adhibens, etiamnum carnis parumper, licet invitus: tribus tantum horis, ægrotus quidem, ſomnum capiebat; cæteroqui per totam noctem res cœleſtes contemplabatur, cum tanto ardore, ut ex ejus vultu ſplendentes radij emicarent: ab Angelis ſuaviter & honorificè viſitatus deliciis puriſſimis affluebat.

A Miraculis claruit. Lupum fugientem cum puero, quem rapuerat, populi perſequebantur innoxiam prædam recuperaturi: voce lamentabili dolentium Torellus permotus, ac è cellula egrediens, juſſit beſtiæ feroci dimittere quod abſtulerat, nec amplius cuiquam nocere: ſigno capitis lupus obſequium teſtatus, puerum viventem reddidit, nullaque deinceps intulit detrimenta provinciæ. Torellus verò puerum ſanguine madentem & ſemimortuum ulnis complectitur, & in cellulam transfert, ubi finitâ prece, illum parentibus penitus incolumem reſtituit. Lupus poſteà cicuratus & manſuefactus recipiebat à viro ſancto victui neceſſaria.

B Ultimâ hilariorum die Carolus Comes Poppienſis opiparum paraverat convivium noſtro Anachoretæ, qui gratias benefactori agens, illud obtulit lupo, cum ampla eleemoſyna, quam illi fuerat elargita mulier quædam pia nobilis: hæc omnia narrata à vectore largitionum impulerunt cives Poppienſes ad ſuppeditandum Torello cibaria pro lupo, qui nullum tunc eis damnum invehebat.

Victoriana matrona inter Bononienſes ſpectatiſſima peregrinationem obiit cum duobus filiis ætate junioribus ad montem Alvernæ, qui præ nimio ſolis ardore, febri acutâ laboraverunt. Antequam Victoriana in ſuum domicilium rediret, acceſſit ad noſtrum C Solitarium, cujus habitatio ſat erat vicina tam pio loco, ubi Pater Seraphicus ſtigmata Chriſti receperat. Torellus Deum oravit, & potum aquæ de fonte ſuo hauſtæ ambobus ægrotis miniſtravit, qui ſtatim convaluerunt.

Faber materiarius tignarium faciens opus in cella noſtri Eremitæ, præcipitatur à Dæmone in odium viri ſancti, qui illicò priſtinam valetudinem fabro reſtituit ſuis precibus, licet mortiferè ſauciatus extremum ageret ſpiritum. Homo perditâ nequitiâ notatus, puellam, cujus amore tenebatur, amatoriis laudum lenociniis deliniebat, & libidine volebat conſtuprare, quæ ſtetit firma in caſto propoſito. Diſſolutus intereà auxilium veneficæ implorat, quæ magicis præſtigiis D virginem illudit, & Dæmoni tradit immundo: faſcino dominante non reſiſtitur impuritati, imo quæ prius illecebris & incantamentis humanis fortiter ſe opponebat, nunc diabolico veneficio ſuccumbit, ululans & altâ voce atque immodicæ cupidinis æſtu petens libidinoſum coitum.. A patre ſuo deducitur ad Torellum, qui ut primùm vexatam à diabolo aſpexit, vexantem ſine morâ ejecit, dicens: *Maligne ſpiritus, impero tibi ſtatim exire à creatura quam dire poſſides*: ductâque in crucem manu infenſum hoſtem fugavit, qui prius illibatæ virginis corpus horridè torquebat, ſalvâ ejus mente.

CAPUT III.

Torelli mors, ſepultura, & miracula.

ADOLESCENTIÆ ſenectus obrepit, noſque à tergo inſequens, nec opinantes aſſequitur: quovis autem tempore accidat, veneranda eſt: habet enim ſenectus, bonorata præſertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris ſit, quam omnes adoleſcentiæ voluptates. Exemplum habemus in beato *Torello*, qui nec bis puer, aut repueraſcens, ut plerique, ſed vigente ac validâ vitium firmitate, ſenex octogenarius, invitis corporis & animi fermè continuis vexationibus, curſum auſpicato explevit.

Octogeſimo ætatis ſuæ anno ab Angelo gloriæ pleno monitus fuit, quod intra dies triginta moriens æternâ potiretur felicitate. De tam feſtivo nuncio lætus, perpetuò Deum laudabat: decem poſt diebus in Monaſterio Poppienſi, quod nominant *de ſancto Fideli*, confeſſione ſacrâ totius vitæ noxas expiavit, & enunciavit Abbati, nomine *Dominico*, eximiæ ſanctitatis viro, rerumque ſpiritualium valde perito, cui quoque proximitatem mortis ſuæ, quam divinitus noverat, patefecit: deinde ſacræ Euchariſtiæ viatico inſtructus, ſe contulit in cellam, ubi meditationi & mortificationi perfectius addictus, cum illius victui duæ unciæ panis tribus diebus ſufficerent, ſalutare Dei expectavit in pace.

Tandem Petro ſuo diſcipulo; Tertij Ordinis Anachoretæ, revocavit in memoriam cœleſtia documenta quibus illum imbuerat. „ Mors inſtat, dilecte mi; mox, inquit, è vi„ vis excedam: hodie mittet ad me Deus An„ gelum ſuum, quo in cœlum deducat; quieſ„ ce interim, ſicque te gere, ut nos invicem „ aliquando beatitudinem æternam conſecutos videamus. Flexis eodem momento genibus, elevatiſque oculis ac manibus, Deo gratias agens & commendans ſpiritum ſuum, placide expiravit anno 1282. Martij 16.

Obitu ejus ſignificato, campanis totius regionis ex ſeipſis, abſque pulſante tinnientibus, Clerus & innumeri confluxere populi in cavernam, ſpe venerandi corporis poſſidendi: ſolenni ritu & exquiſitis cæremoniis parentatum eſt; etſi minimè deerant, qui tam illuſtris ſanctitate viri patrocinium implorandum potius quam fundendas pro eo preces haud abſurde affirmarent: Abbas Dominicus cum ſuis Religioſis, Ordinis vulgo *Vallis umbroſæ*, adfuit, qui tumultus omnes ſedavit declarando ſacrum hunc theſaurum merito pertinere ad manum, quæ ſola facilius iſtum efferret, & componeret in feretro. Cœlitus novi, ait, hoc ſigno demonſtratum iri locum ſepulturæ: quo- A libet paſtorum conante id exequi, cadaver ſtat immobile. Abbas autem vix dum veſtes tetigit cum pretioſum corpus ſeipſum in capſula collocavit Religioſis parata.

Funeris comitatu honorario ad Conventum appropinquante lupus hiante prædam geſtans ore, velociterque fugiens, hæſit in veſtigio coram ſacris lipſanis: quibus caput inclinans, prædamque dimittens venerationem exhibuit. Pio cœtu in templum ingreſſo, Cleroque cantante, mulier ſanguinis fluxum patiens à ſex annis, viri ſancti oſculatur veſtimenta, moxque omnino convaleſcit. Alia, cujus nervi rigeſcebant, & coibant in arctum à ſeptem annis, ſolo acceſſu ſacri loculi, in- B tegram ſalutem recuperat: auxilio denique beati *Torelli* plurimi ægrotantes è morbo protinus evadunt.

Ideoque theca auguſta ſublata fuit in locum præaltum, ut facilis daretur via inferior tranſeuntibus, quæ cito permultos perfectâ ſanitate donavit. Inconſiderato Abbate quodam poſteà cætera oſſa, capite excepto, humi jubente deponi; tanta temeritas pœnas luit; Prælatus enim acerbis doloribus divulſus fato fungitur, declaratque ſuum inſolentiæ plenum facinus jure puniri. E terra deinceps corpus eductum in magnifica lipſanotheca conditum eſt. Peſte & bello tamen graſſantibus, locus ubi jacebat ignotus fuit uſque ad annum 1507. quo Religioſus virtute præſtans affirma- C vit repertum iri ſub altari, nomine *Sancti Torelli* decorato. Sacta illico tranſvecta ſunt oſſa ſingulari pompâ, & venerationi publicæ expoſitâ, Illuſtriſſimo Coſmâ Pazzi Epiſcopo Aretino permittente, aſtantibus Superiore Generali Carmelitarum, cæteriſque provinciæ optimatibus.

Eminebat præſertim poteſtas *Torelli* in lupos. Immanes hæ belluæ lenes erant & commodæ Poppienſibus, cæteris verò valde crudeles & barbaræ: Legimus mulierem, quæ videbat puerum à lupo abripi, exclamantem: Præcipio tibi in nomine beati *Torelli*, ut prædam dimittas, capturam derepente extorſiſſe illæſam. Civis quidam Senenſis, *Aſtaſius* nomine exilio multatus, in urbem Poppienſem D ſeceſſit: quæ audierat mirabilia de *Torello* effecerunt ut illum in protectorem eligeret, voveretque ſe ejus feſtum ſolenni pompâ & auguſtiore cæremoniâ quotannis celebraturum, nec non illius erecturum effigiem in ſuo cubiculo, modo ab exilio revocaretur. Reduci igitur in patriam, & curanti imaginem *Torelli* depingi, ipſe beatus auſterâ indutus tunicâ, cum pallio & capucio pœnitentiam redolentibus apparuit, pedibus nudis & fune cinctus, atque lupum inter brachia portabat. Canis erat crinibus non criſpis, fronte latâ & nonnihil rugoſâ, parvis oculis, at cæruleis, naſo longiori, raro ſupercilio, albis

dentibus

dentibus & parvis, auribus brevibus, tenuibus & piloſis, mento parvo & recurvo, facie colorata, ſed macilentâ, prælongis manibus, gracilibus digitis, latis humeris, brachiis adeò proceris, ut dum ſtaret erecto corpore, ad genua uſque diffluerent.

Omnibus his ſingulatim narratis à cive Senenſi, pictor quidam merum viventis vultum penicillo ita graphicè reddidit, ut familiares A *Torelli* aſſererent ad vivum illum exprimi: Ipſe dum viveret, quamquam multorum precibus fatigatus, neque pingi, neque fingi ſe paſſus eſt, omnibus in rebus humanæ gloriæ contemptor egregius, ac dignus profectò cujus vitæ ſanctimoniam præſtantiſſimaſque virtutes pia poſteritas, tanti viri memor, in omne tempus imitetur & celebret.

Antonius de Syllis in cap. 1. Reg. Tertiariæ.

VITA
B. PETRI SENENSIS.

CAPUT PRIMUM.

Pietas ejus in rebus domeſticis; bonorumque venditio, quæ pauperibus diſtribuit.

IN oppidulo vulgo *Campy*, ab urbe Senenſi ſex aut ſeptem milliaribus diſtanti natus eſt, ubi textoris lanei didicit artem, quam ingenti cum benedictione exercuit, in timore & amore Dei vivendo, veſperè & manè vacando meditationi, & fere abſque intermiſſione per totum diem ſupremæ Majeſtati animum applicando, brevis & ardentis orationis jaculo. Oblectationes, ad quas illum invitabant amici diebus Dominicis & feſtis, execrabatur: nunquam impiis verbis divinum Numen violavit; nunquam, ut alter Job, peccavit labiis ſuis. Prudenti & ſpectatæ mulieri nupſit, ex qua nullos ſuſcepit liberos: ſeſe tamen in amore & deliciis habebant maritus & uxor.

Quotidie poſt preces matutinas unà factas domi, Miſſamque auditam ſimul, in Eccleſia, uxor rem familiarem procurabat; maritus verò ſuum tractabat opificium. In Sacramentorum participatione, operibus miſericordiæ, in valetudinariis & hoſpitiis publicis frequentes erant. Quotidie in noſocomio Senenſi ægrotis miniſtrabant, & quæcunque neceſſaria, juxta captum ſuum libenter erogabant: concordiſſimi erant, & conveniebant planè amborum prudentiâ & humilitate.

Petrus, licet operoſus multum, & labori D dedictus, magis in dies amore divino effervеſcit, cœleſtique luce plenius potitur. Sæpe ex ejus oculis rivi lacrymarum manant, dum immenſa Dei beneficia in memoriam revocat; & quo ſe potioribus donis à Deo videt ornatum, de ſe in omnibus ſentit abjectius, & ſummiſſius loquitur: ac Tertio Ordini Franciſcano miro fervore dat nomen, & uxoris conſenſu toto vitæ curriculo uſque ad mortem eâdem vili & cinerei coloris tunicâ uſus B eſt, quâ fuit indutus à Gardiano Fratrum Minorum Senenſium: veteri veſti cum in fruſta deflueret, ſegmenta attexebat, laceramque reſuebat, quam gerebat omnium oculis expoſitam, tanquam verus Patris Seraphici hæres & imitator.

Ex conventu & pacto cum muliere deſignavit & conſtituit quicquid ad utrumque pertineret: Petrus autem venditam illicò ſuam partem pauperibus erogavit, quibus etiam dare decrevit quod contingeret, ſi ipſe uxori ſuperſtes eſſet. Victitanti intereà manuum ſuarum labore, familiamque ſuſtentanti adeò fauſta erant omnia, ut etiam egenis luculenter ſubveniret. Publica pauperum domus aſ- C culi arridebat illi plurimum, ubi magnâ præſertim commiſeratione permovebatur, erga nobiles & divites in egeſtatem redactos, quos ſublevandi gratiâ miracula patrabat interdum.

Deum ultrò precabatur in Eccleſia Fratrum Minorum Senenſium, ubi frigore ſæviente videns Religioſum algore congelatum, & propter nimium frigus è choro exeuntem: Attende, inquit, frater mi, ad Chriſti dolores, ſtatim igneſces. Finito vix ſermone iſto, qui prius frigebat tanto ardore incenditur, ut de nimio conquneratur incendio. Macæo cuidam intimo declaranti, quantum capite conglaciaretur, Petrus ſanitatem attulit ductâ in crucem manu ſupra ejus frontem. Inviſens ægrotum Profeſſorem Theologiæ, in Conventu Franciſcanorum, quem *de Pratis* nominant, non ſolum morbum lenivit piis adhortationibus, verùm etiam ægrum ad ſalutem penitus reduxit.

Puellam Senenſem paralyticam ſuis precibus & ſigno crucis paralyſi liberavit, dicendo:

Exurge, ne tempus perperam teras. Non lon-gè Florentiâ Piſtorienſis femina intumeſcens graviter, & capitis periculum ſubiens, priſtinæ ſaluti reſtituta eſt à Petro ſigno itidem crucis. Ejuſdem urbis incola membrorum impos, in lecto decumbebat prorſus immobilis: inviſitur à Petro, qui Deum ferventer & cum lacrymis orans, ægrotantem ad priorem valetudinem revocavit.

Medebatur animarum ægrotationibus ſicut & corporis, elementiâ videlicet, & charitate, zelo tamen aliquando & ardore. Objurgationes nonnunquam incidunt neceſſariæ, quibus utendum eſt fortaſſe, & vocis blandâ contentione, & verborum benevolâ ſeveritate, ut inſipientes ſapiant, & cæci recipiant lumen. Ut ad urendum & ſecandum Medici, ſic nos ad hoc genus caſtigandi raro invitique veniamus.

Vvadinghus anno 1131 §. 31

CAPUT. II.

Ejus humilitas, ſilentium, cæteraque virtutes.

OBEDIENTIÆ parens, & divinæ humanæque benevolentiæ conciliatrix humilitas in Petro vel maximè enituit; cujus indicia in ejus vita nec pauca ſunt nec obſcura: nam perpetuò tùm domi, tum in valetudinariis ad abjectiſſima quæque miniſteria aviidiſſimè deſcendit. Nil ſe æſtimans vix audebat loqui; *cuſtodiebat ſedulo vias ſuas*, ori ſæpius digitum admovendo, *ut non delinqueret in lingua ſua*. Pſ. 38. Ni charitas urgeret, nunquam os ſuum aperiebat. Quatuordecim annorum ſpatio ſeipſum immiſſo epiſtomio coercebat, ne quid inſulſum proferret.

Præcipua vero Petri in Eccleſiæ præpoſitos, Sacerdotes, Clericos, Religioſos, alioſque inclytos viros veneratio fuit, quos quaſi faciem Dei præferentes divino propemodum honore coluit; namque & venerabundus eorum oſculari pedes & manus ſolebat, & ad eorum genua ſeſe proſternere. Coram ipſis obmureſcebat, etiam de rebus ſpiritualibus, quarum ſcientiſſimus erat: nec verò exteriorem modò bumilitatem exercuit, indicem interioris; ſed multo magis interiorem illam quæ ſita eſt in ſui ipſius cognitione, & deſpicientiâ. Etenim cum propter eximiam ſanctimoniam haud ſecus quam vir cœleſtis ſuſpiceretur, ſe tamen ipſum nequiſſimum omnium mortalium judicabat. Itaque ſui contemptor unicus non minus laudem & honorem, invitamenta arrogantiæ, quam cæteri vituperationem ac dedecus horrebat.

Quippe honorem prorſus ambientes ita

A averſabatur, ut jam conſtaret inter omnes veterem illi ſimplicitatem eſſe cordi, fuci omnis & ambitionis expertem: proinde laudabiliter & præclarè abs ſe facta ſolerter occultans, ſi quando ea vulgari aliorum utilitas cogeret, ita expromebat, ut ad alium quempiam crederes pertinere.

Interrogatus quâ viâ citius poſſet quis humilitatem adipiſci; contemptu ſui reſpondit: Dum laudaretur, ſanctè commotus exclamavit: Cavete ne pulverem vento valido ob-"jiciatis: deinde abſque mora ſeceſſit. Præ cæteris amabat eos à quibus contemnebatur: ſeipſum nefandum & ſcelerarum peccatorem exiſtimans, ſaltem die quolibet animi ſordes B ſacrâ confeſſione abſtergebat: ſcriptis in charta peccatis, profectus eſt in vetus Monaſterium, cui Pater Franciſcus initium dederat extra muros Senenſes, in cujus honorem hîc antiqua & caduca ſervatur ædicula. Petrus per Pœnitentiæ ſacramentum exonerans conſcientiam, cum acri dolore & lacrymarum profluvio, perſpexit Angelum, qui ſcripturâ deletâ remiſſas eſſe ejus omnes iniquitates aſſeruit.

Animi ſanctitatem perpetua corporis puritas honeſtavit: ut tantum cuſtodiret theſaurum non caſtior fuit quam cautior; etenim vir iſte ſanctiſſimus cœleſtium rerum contemplationi maximè deditus, excellentiſque temperantiæ armis tectus, nullo negotio *tela nequiſſimi ignea extinguebat*: tamen adeò timi- C dus in hoc genere & cautus erat, uti ſi maximè obnoxius eſſet libidini. Nunquam cum femina ulla, niſi palam & adhibitis arbitris, de rebus utique neceſſariis, collocutus eſt, ratus mulieres ferme adiri minore emolumento quam periculo.

Victus tenuis ſemper illius fuit ac parabilis: vino multus omninò abſtinuit annos, quoad affecta ætas, & laboribus attenuata valetudo, ſubegit adhibere paululum vini bene diluti. Jam lectuli mollitiem ita non amabat, ut quicumque locus ad cubandum aptus videretur. Itaque ei ſæpiſſimè humus, nuda, inquam, humus cubile præbuit; ad ſummum D in palea aut fœno, brevi & parco ſomno utebatur. Sine intermiſſione orabat :: piæ; ejus peregrinationes frequentes erant. Quotannis die primâ Auguſti viſitabat Eccleſiam Reginæ Angelorum Aſſiſienſem, ut plenam peccatorum indulgenriam mereretur. Romæ aderat die feſto Aſcenſionis Domini; Piſtoriæ die 25. Julij, Jacobo Apoſtolo dicato; Monti Alverniæ 17. Septembris, ut ſtigmata Patris Seraphici coleret. Tandem noctu diuque certa ſibi præſcripſerat pietatis exercitia.

Erga proximum æquus erat & comis: Petrum ab Eccleſia Fratrum Minorum, in primarium Senenſe templum nocte proficiſcen-

tem duo Angeli præcedebant, cum accenſis funalibus: tempus erat belli, quo excubitores ſuâ vice vigilias obeuntes Virum ſanctum agnoverunt; nec tamen eum tenuerunt, quia mirabundi & cum veneratione videbant luminaria; non viſis geſtantibus. *Petrus* poſteà (memor edicti quo cuilibet civium nocturnus è domicilio exitus prohibebatur; terno dato campanæ ſigno, ſub pœna mulctæ) timuit ne vigiles punirentur, & copiarum militarium Ducem adivit ſe reum declarans ob mandati tranſgreſſionem. Perge, ait Dux, *juſto non eſt lex poſita*. Egregiam *Petri* modeſtiam tunc manifeſtè prodidit inſignis à laudibus alienatio, intimæ humilitatis index: obtulit poſtridiè debiti numerationem judici, qui non accepit, dicens *Petro* egredi licere quâvis horâ, & illum cunctis oneribus publicis meritò eximi. Priori immunitati annuit libenter, ne à pietatis exercitiis abſiſteret; non verò poſteriori, ut vectigalia ſolveret, ſicut cæteri Senenſes.

Impenſis deinde cuilibet civium inductis ad vicinæ arcis obſidionem, tributorumque coactore nil à *Petro* exigente, ipſe beatus Gubernatori pecuniam, quam à ſe debitam credebat, præſentem ſolvit, quæ rejecta in ſummam denique redigitur communem, vehementi rogatu noſtri Tertiarii.

Bartholo, Piſanus l. 1. fruct. 8. p. 2. & 4. ubi de B. B. Tertii Ordinis.

CAPUT III.

Sublimis ejus contemplationis gradus, & quantum divino eſſet ſpiritu afflatus.

HUMILITATE, munditiâ corporis & animi, charitate paratum cor *Petri* arcana Divinæ Majeſtatis penetrabat, quantùm fragilitas humana poteſt capere, media gratia. Initio Converſionis, precandi contemplandique causâ magnam ſibi vim intulit, partim in rerum caducarum, quibus aſſueverat, vitanda recordatione, partim etiam in moleſtiis interioribus abigendis. Procedente deinde tempore cum magis in dies à contagione corporis, Deo adjutore, ſe abſtraxiſſet, tantam ejus generis facultatem adeptus eſt, non modo ut è cœli, ſiderumque aſpectu, quo maxime capiebatur, ſed etiam ut ex intuitu floris aut herbæ, aut leviſſimæ cujuſlibet rei, confeſtim in Dei cognitionem amoremque ſuaviſſimè raperetur, idque amicis cupiebat eſſe familiariſſimum, ut in ſingulis creatis rebus, quoad fieri poſſet, Creatoris potentiam, ſapientiam, bonitatem agnoſcerer.

Quamvis indeſinenter oraret, in Oratione tamen impenſius pernoctabat. Aderat boris matutinis in Eccleſia Fratrum Prædicatorum: reliquâ nocte ſacras ſtationes obibat in variis Templis, præſertim in Metropolitano Senenſi, cujus portæ patebant ad illius ingreſſum, & egreſſum, Angelorum miniſterio. Videbatur aliquando ſublimiter elevatus in aerem; alias emicantes radios vibrabat, quibus tenebræ diſcutiebantur, ubi ſe abſcondere volebat.

Euntem *Petrum* cum duobus Religioſis Franciſcanis in montem Alvernæ hoſpitio excipit pia Domina, quæ ſecundùm cœnam eos deduci jubet in amplum cubiculum, ubi poſt preces, quolibet in ſuo cubili jacente, dùm quieſcerent Fratres Minores, Tertiarius per ſilentium in remotum ambulacrum ſe recipit, ubi genua flectens, laudanſque Deum fervidè reſplendet ſicut ſol, & omnino à ſenſibus avocatur. Mater familiæ adhuc vigil putat ad conſpectum inſoliti fulgoris, incogitantia novorum hoſpitum, ſuam domum conflagrare; ſtatim currens, ut quempiam moneat de incendio vitando, videt in ambulacro *Petrum*, vultu & manibus in cœlum elatis, adeo coruſcantem, ut ſplendorem ejus nemo ſuſtinere poſſit.

Venerabunda cito humi procumbit cum famulis: Religioſi accurrunt è veſtigio, qui plerumque mirabilem hunc eventum pio Tertiario contingere affirmant. Prorogatur extaſis uſque ad matutinum tempus, quo permultis petentibus enixe ut *Petrus* eos Divinæ Majeſtati commendaret, perditus ſum peccator, ait, qui timore Dei perterritus contremiſco: reddite precibus veſtris miſericordiam ejus mihi propitiam, meditationis exercitium, & charitatem jungite.

Quærenti, à Petro Ugolino de Quercero Patris Franciſci alumno, quid faciendo poſſumus perfectionem Chriſtianam aſſequi, Orationis ſtudio, reſpondit Petrus, Deum & noſmetipſos cognoſcentes, animi motus domitos & compreſſos in noſtra ditione habemus ac poteſtate, magnoſque facimus in virtute progreſſus. Vir ille ſimplex atque juſtus divinis in rebus adeò verſatus erat, ut celeberrimi Doctores ejus conſilium paſſim exquirerent.

Religioſo illuminato prius & ferventi; obcæcato deinde & tepido, confugienti proinde ad oraculum, ad noſtrum videlicet Tertiarium, reſpondit *Petrus* divinitus ſciens hac pœnâ, ex ordinatione, Dei probari, ad ſanctitatis confirmationem: Nunquam meditationem prætermittas: ariditates & tenebræ interiores mentibus noſtris ſunt utiles: perſiſten in Oratione, quovis reluctante obice, conſtantiæ tandem præmium aſſequetur. Glorioſum eſt tunc puræ Dei gloriæ ſtudere, non ſuis commodis.

Sicut in cœlo Beati multa cognoſcunt non

ſolum viſione beatificâ, ſed ſingulari divinitus dataâ dictione, ita noſter Petrus, dum oraret, plura penetravit cùm arcana, ordinario fidei lumine, tùm divino præter modum afflatus numine. Fatidico inſtinctu concitus plurima protulit. Uxor ejus nocte ſibi caput fregit ex lapſu: vicini chirurgum citò accerſiverunt, qui curando vulneri prima manu admota, monuit ſtatim *Petrum* meditantem in Eccleſia Fratrum Minorum tanquam de caſu „letali: Pro certo convaleſcet, inquit pius „maritus; ſine me preces meas complere. Domum rediens, & mulierem ad patientiam exhortatus, quæ præ doloris exceſſu loqui non poterat, juſſit auferri cataplaſmata & faſcias: ducta namque in crucem manu vulneratam omninò ſanavit.

Iratus quidam Senenſis incola ſtatuit occidere ſecretò alterum, à quo ſe crederet læſum. Cœlitus novit *Petrus* nefarium iſtud propoſitum; obviam currit derepentè furioſo, hoſtem expectanti ut per inſidias tran„ſeuntem interficeret. Ex pallido tuo vultu „conjicio, ait Vir Sanctus, animi pertur„bationem. Reſpondenti ſicario, quod in villam iret domeſticæ rei adminiſtrandæ „cauſa, addit noſter Beatus: Necem illi ma„chinaris immeritò, cujus corpus tegere de„creviſti poſt patratum crimen; Dei nomine „prohibeo ne tam exorandum facinus ad „effectum perducas: Deum ſecus ultorem „ſenties juſtiſſimum.

Propheta certior factus de furibundi cordis mutatione illum ad pœnitentiam accendit, affirmans confitentes abſolvi à Judice Divino per Sacramentum Pœnitentiæ, condemnari autem ab humano in foro litigioſo. Peccator promiſit ſe omnem ſenſum ultionis & iracundiæ repreſſurum, humillimas *Petro* gratias agens, vulgavitque donum Propheticum ſancti viri.

CAPUT IV.

Pervadit abſtruſiora arcana, doniſque cœleſtibus afficitur.

INCLYTUS quidam Præſes; nomine Joannes *de Chiaſi*, pietati & contemplationi apprimè deditus, novit hominem nobilem & aliàs opulentum in extremam redigi paupertatem, cùm extrema pati mallet quàm mendicare. Pius Judex egenum advocans declarat tanto ſe eſſe devinctum beneficio erga ejus parentes, ut nemini plus „debeat; Compello igitur, ait, grati animi „benevolentiam tibi demonſtrare, pecuniæ„que dare hunc ſacculum, eâ lege ut, quod „ſecretum committo, non prodas.

Deus interim manifeſtavit *Petro* hancce

A puram, & à cupiditate alienam omnino largitionem, ſimulque largitori paratam mercedem, cui occurrenti ad aurem protulit hæc verba Centurioni Cornelio dicta ab Angelo; *Exaudita eſt Oratio tua, eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei. Amplum conſequeris præmium*, act. 10. Magiſtratus ruborem oris ex pudore concipiens cauſam ſciſcitatus eſt, quam exponens *Petrus* illum ad perſeverantiam excitavit.

Dum nocte in Metropolitana Eccleſia Senenſi vitam Chriſti, ejuſque fidelium ſectatorum meditaretur, ſeque valdè à tanta remotum perfectione agnoſceret, ſuppliciter B Deum rogavit, ut ſciret cujuſnam veſtigiis poſſet adhærere ad ſpiritualem profectum. Templo derepentè ſubitâ luce repleto, duo Angeli, reſperſo pulvere, binas ſedes juxta Altare diſpoſuerunt: januis deinde apertis, conſpicit Chriſtum vili amictum indumento, vulneratum, & nudis pedibus, qui ad Thronos proficiſcens veſtigia pedum & vulnerum in pulvere imprimebat: Vidit quoque poſteà ſacram Virginem, quæ inhærens Divini Filii tramitibus ſedit tandem, illo imperante, in altero throno, è regione primi ſedilis à Redemptore occupati: Sequebantur Apoſtoli ab his rectis greſſibus haudquaquam deflectentes.

Innumeri poſteà tenentes viam, vel progreſſione, vel receſſu pene Chriſti ſemitas C delebant, qui nihilominus illos accedentes benignè amplectebatur juxta perfectionis modum: denique diminuto ſectatorum numero pauci in Templum intrabant: intereà deſpectus quidam homo, indutus more Fratrum Minorum, ſine tibialibus aut calceis, in magno comitatu, convertebat pulverem, ut veſtigia detegeret quibus inſiſtens cum cæteris ſtipantibus, honorificè & benevolè à Salvatore fuit exceptus. Splendore evaneſcente, didicit *Petrus* ſanctum Franciſcum, protypum eſſe, ex quo opus ſanctitatis debebat effingere. Impetravit igitur à Fratribus Minoribus, in eorum Conventu parvu- D lam cellam, ubi ad religioſam virtutis normam, vitam exegit, favoribuſque eximiis à cœleſtibus incolis honeſtatur.

Sacrata Virgo ab Apoſtolis ſtipata illi interdum apparebat cum officioſa amicitiæ ſignificatione: idem præſtabant officium Angelorum Chori: blande illum & hilariter ut filium dilectum alloquebatur Pater Seraphicus. In familiaritatem Reginæ Angelorum penitus intraverat; illi, tanquam Matri, difficultates ſuas & amicorum negotia humiliter & ſincere declarans, à qua viciſſim quodcumque poſtularet, obtinebat, & de iis quæ geruntur in cœlo fiebat certior. Dei Genitricem aliquando fingentem ſe probo & familiari colloquio metam dare, diſtinebat, &

ferventer rogabat, ne abiret, ut amplius ab ea erudiretur.

Dæmon invidus *Petrum* vexabat, intus, malignis ſuggeſtibus, foris, horrendis ſpectris: ſub ſpecie ſimiæ aut alterius turpis & fœdi animalis ſe exhibebat in catino ſancti Viri manducantis vel in labro, ſcyphi dum biberet. Signo Crucis expulſus ſtatim in alium locum tranſvolat, ubi moleſtam & indecoram præferebat vultus compoſitionem. Prandio accipiens *Petrus* ſuum Confeſſarium, novam prædixit vexationem, quam aſſeruit cito diſſipatam iri. Surgens ergo menſâ, munituſque Signo Crucis, brevi prece dæmonem profligavit.

Pari auctoritate vigebat ubique: in oppidulo ſancti Martini unicus filius Judicis è præcelſa cadens feneſtra lucis uſuram omninò amiſit: ad ſepulturam patri omnia diſponenti occurrrit auſpicatò noſter Tertiarius, qui, dum precaretur pro defuncti ſuſcitatione ad vitam cœlitus monetur, quod jam viveret: illicò declarat patri fauſtum adeo nuncium, qui puerum videns inter brachia matris validum & vegetum, Deo gratias agit, & miraculum in vulgus edit cum ingenti gaudio. Articulorum dolores habens poſteà, officioſum expetit acceſſum *Petri*, quo præſente Arthriticus inceſſanter clamat ſe durius torqueri: ubi nam eſſet mali origo, ſciens vir ſanctus, derepente levi contactu morbo penitus medetur.

Nefas eſt tacere noſtrum Tertiarium, antequam vendita bona pauperibus diſtribuiſſet, in vineolà quam poſſidebat, plures uvas venuſtiores deſecaſſe, quas avebat offerri intimo amico Romæ degenti. Cum autem valdè diſtet urbs Senenſis à Romanâ, nec poſſet vecturæ impenſas facere, manſerunt fructus Senis, donec inſcio *Petro*, poſt longum temporis ſpatium, Angelus ſub figura nuncii, conſulto, Romam petiit uvas delaturus in caniſtro mundo & concinno. Racemi recentes & proximè decerpti videbantur: amicus beneficii memor grates retulit *Petro*, qui deſiderium ſuum compleri ſummâ Dei providentiâ mirabatur.

Vvadingh. 1289. §. 34.

CAPUT V.

Deus illum inſigni dono conſilii ornavit.

BEATUS *Petrus* non erat equidem egregiè literatus, nec inſigniter doctus, ſed judicio excellens, ſapienter & conſideratè ſe gerebat, cùm natio ingenio, tùm quia neutiquam voluptas illum è poteſtate mentis dejecerat: luce præterea cœleſti tantopere irradiabat, maxime in regiminè animarum, ut ad ejus conſilium tanquam ad oraculum omnes concurrerent.

Poſtulatur ab illo remedium contra iracundiæ motus. Nil unquam, ait, proferas aut agas, quin prius animi commotio ſedetur. Religioſus familiæ Franciſcanæ dubitabat an deneganda eſſet abſolutio peccatoribus ſæpe committentibus enormia crimina; an quoque illis eſſent injungendæ vitæ aſperitates ad expiationem: dubium proponenti reſpondit *Petrus*, Confeſſarium, ut Chriſti Jeſu Miniſtrum, bene ſemper ſe gerere compoſitione voluntaris ſuæ ad divinam: Cum igitur Deus Homo Ghriſtus in valle lacrymarum benignè & miſericorditer cum publicanis & impiis ageret, ita à diſpenſatoribus myſteriorum Dei iniquos volebat benevole & clementer excipi, ac lenitate in piaculares pœnas eotum animas ſolutas corporibus mitti potius, quam in æternas inferorum flammas ſeveritate detrudi.

Si quis precum ejus auxilium imploraret; Promitto libenter, aiebar, modò rectiorem vivendi rationem ineas, metumque tuis votis ad ſalutem tuam coeas: qui nos ſine nobis creavit, non ſine nobis ſalvabit nos: celeriter & argute referebat data occaſione, reſponſiones, ut probat longa, pia & elegans epiſtola ad duos amicos Florentinos. Juvenis quidam Religioſus male argumentatus de præſcientiâ Dei, quam vim afferre credebat voluntati liberæ. ſpem omnem abjiciebar dicens: Quicquid agam bonum aut malum, beatitudinem cœleſtem conſequar, ſi Deus, me prædeſtinavit ad gloriam; ſecus vero, ſi me æterna conſtitutione reprobavit. Jam decernens à Franciſcano Ordioe diſcedere, mentem ſuam *Petro* aperuir & declaravit ſe à Profeſſore publico prava hac doctrina fuiſſe imbutum.

Male locutus eſt tuus præceptor, ait Vir Sanctus, ſed piiſſimè adhæres ejus verbis: Diabolus tentator longe abeſt à perverſa opinione quam tibi ſuggerit; quâ ratione ad ſcelus te pellicit aut ſubornat, ſi decreto divino jam damnaris? eodem argumento agricola & vineæ cultor fruſtrà laborant; metendi tempus & colligendi expectent; inertes & otioſi: ad quid tandem ægrotus utitur remediis, ad quid adhibes eſum & potum, ad vitæ ſuſtentatio nem, cum ab æterno ſint omnia rata & fixa. Non ex eo quod Deus eventus ſcit, futuri ſunt, ſed ex eo quod futuri ſunt, Deus illos ſcit. Deus utique æterna conſtitutione cœleſti gloriæ prædeſtinat, quos in gratia pertem, deceſſuroſque è vita præcognoſcit. Amplectere igitur virtutem, cum perſeveſeveraturos uſque ad morrantia, *quaſi à facie colubri fuge peccatum* Eccli. 21. uſque ad finem vitæ, res ſalutis quæ eſt ſumma rerum bene tibi atque felicitet eveniet.

His pluribus aliis argumentis perſuaſus novus iſte Theologus, ac pietatem omni ſtudio & obſervantia colens in Virum ſanctum evaſit, eximiumque ſplendorem ſuæ Congregationi contulit, Provincialatus, aliaque exercens munera

Hoc plerumque facimus, ut conſilia eventis ponderemus; & cui bene quid proceſſerit multùm illum providiſſe; cui ſecùs, nihil ſenſiſſe dicamus. Operam demus pietati, ut noſter Tertiarius, nobis omnia proderunt, Deo favente, qui ex omnibus, quâ propriis, quâ alienis damnis nos faciet proſperitate frui, modo ſapiamus; ex propriis quidem, noſtris nos delictis ad contritionem & humilitatem excitantibus, ex alienis vero, dùm ſolerter deflectimus à viis peſſimis, quæ alios ad perditionem deduxerunt. Sic etiam Deus noſtrum augendæ rei æternæ ſtudium ſemper fortunat ampliſſime, quod aliena nobis modo optimo vindicamus.

CAPUT VI.

Mors ejus pretioſa, & miracula.

MORTI proximus violento morbo affectus eſt, Deo volente illum mori inter brachia Crucis ad exemplum Chriſti. Ultimo in exſpirantis diſcrimine amplum habens campum ubi oſtentaret præclaram patientiam doloris & inopiæ rerum omnium, nec ægrè, nec repugnanter, imò omnia moderate & tranquillè tulit: extremâ etiam Sacramentorum expiatione defunctus eſt, cum ſummâ pietate: novit cœlitus ruinam trium urbium Tuſciæ brevi futuram; *flevit itaque ſuper illas, ſicut Chriſtus ſuper Ieruſalem.* Luc 14. Propè enim, juxta ejus prædictionem fuerunt dirutæ *Piſtoria* Florentia, magnâ plebeios inter & nobiles ſeditione coorta, tu-

A multuum procellis pene everſæ ſunt: Senis conflarâ ſeditione tanta in civitatem inducitur diſcordia, ut Reſpublica fermè perierit.

His præſignificatis, & cum omni tranquillitate, manibus, oculiſque in cœlum elevatis, acceptorum tot beneficiorum Deo grates habens, *Petrus* extremum ſpiritum effudit anno 1289 Decembris 4. hilarem in modum. Notetur obiter eumdem eſſe ac Petrum Pectinarium, quem Hiſtorici vocant lanæ carminandæ artificem. *Petrus* noſter Dei favores ſanus & moriens libenter celebrat. Odioſum enim ſane illi erat genus hominum officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare, qui

B contulit: ſolus Creator poteſt operibus ſuis exprobrare, quia ſolus eſt beneficus. Homo autem erubeſcat de ingratitudine, non præſumat de beneficentiâ, qui nihil boni nec dare, nec habere poteſt, quod non à Deo receperit, *à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum* Jacob. 1.

Obitu vulgaro, populi undecumque affluunt pedes ejus humiliter oſculaturi, qui defuncti ſolennes exequias venerabundi cohoneſtarunt. Terræ mandatur in Eccleſia Frarum Minorum, in tumulo marmoreo, diverſis ornato figuris affabre ſculptis. Claruit & innotuit manifeſtè ſanctitas *Petri* multitudine miraculorum & magnitudine. Cæci illuminantur,

C claudi ambulant, morborum uſu capti, priſtinarum virium compotes fiunt: ventris cruentum profluvium, ilium procidentia protinus ceſſabant ad primum acceſſum noſtri Tertiarii monumenti, & ad illius nominis invocationem. Duo cuſtodiâ detenti implorato ejus auxilio ſtatim è carcere & vinculis educuntur. Res perditæ, aut elapſæ recuperantur confeſtim illius interceſſione.

De Sillis in c. 3. Reg. iuxta mentem P. Arturi in Martyrologio Franciſcano 4. Decemb. vocatur Petrus Tecelanus.

VITA
B. JACOBONI, *vel* JACOPONI
TUDERTENSIS.

CAPUT PRIMUM.

Ejus Converſio.

NATUS eſt in Umbria, Italiæ Provincia, Tuderti, ex illuſtri proſapia, quam nunc vulgò nominant, *Benedettoni.* In ſacræ luſtrattonis fonribus ſortitus eſt nomen *Iacobi*: deriſores tamen per contemptum vocaverunt illum *Iacoponum.* In literatum ſtudio egregie verſatus, fit præſertim Jutiſperitiſſimus, Doctoriſque gradum ſolenni ritu nactus eſt; ut diſertus & eloquens Cauſidicus, forenſibus in cauſis nmnibus, præclarè conſiſtebat. Tunc id unum expetebat ambitiosè, ut magnam inter Pattonns famam conſequeretur, ingenteſque divitias acquireret; ſed pietati haudquaquam addictus erat.

Uxor ejus virtute perinde nnbilis, ac ortu, comis facilitate animi ad mariti ſe componebat mores quoad veſtitum & alia id genus ornamenta exreriora, quæ multùm uxori diſplicebant. Cilicin ſemper induta cum approbatione Confeſſarij, Den ſolo teſte, medirationi & eleemoſynis aſſiduè vacabat, ita prudenter, ut *Iacobus* non repngnatet.

Jubente Marito, ludos ſpectabat apparatiſſimos, ad quos fuerat invitata: fracto & diruto ſpectantium foro ubi ſedebat, cum feminis primariis, ipſa & cæteræ, aut grave acceperunt vulnus, aut vitam amiſerunt. *Iaconi* conjugis plagâ vulgatâ ipſe illicò accurrit: ſed jam dolor vulneratæ incluſerat vocem: ut exanimis recreetur aurâ mitiore, *Iacobonus* illam tranſvehit in conclave ſecretius, ubi aperiens ejus pectus videt pœnitentiæ inſtrumentum: dilectâque ſponsâ confeſtim animam exhalante, ferè ſponſus præ mœſtitia expirat.

Invitis parentibus & amicis, illecebris hnnorum, divitiarum & voluptatum *Iacoponus* nuncium remittit. Bnna ſua omnia, etiam veſtimenta pauperibus diſtribuit, retento ſolùm lecti ſtragulo, qun nuditatem operiebat. Tertium ſancti Franciſci Ordinem amplectitnr, ſtatuens eodem ſtudin ſibi comparare opprobria & deriſus, quo aliàs applauſus

A hominnm ambiebat. In Eccleſiis frequens erat, ubi juges rivns lactymarum effundens, de peccatis veniam à Deo petebat: plus æquo ſecundùm hominem ſe demittens, conabatur inurere ſibi notam ignominiæ, ſatuitare ritè affectatâ ob Chriſti amorem.

In celeberrimo virorum mnlierumque conventu, *Iacoponus* aſini clitellis dorſum nudum inſternens ſpectatur, cujus poſtilenam ore tenebat pro freno: per plateam deambulat ad morem beſtiarum: ſtupnr itaque omnes admiratione rei defixit, qui vehementer attnniti, ſe confeſtim receperunt in propria. Fratre ejus vnlente filiam pompa ſo-

B lenni ouptui tradere; ad nuptias invitati enixè rngaverunt *Iacoponum*, ne quid inconcinnum & inglorium hoc in rerum concurſu ageret. Sciat frater meus, ait vir Dei, me " promovere gloriam Chriſti, meâ ſtultitiâ " prudenti, quam ipſe minuit ſuâ ſtultâ pru- " dentiâ.

Spoliatus omninò, corpuſque ſuum reſinâ terebinthinâ ungens ſe volutavit in plumarum varij coloris acervo, quæ pelli adhærentes, ſpeciem illi potius horrendi monſtri præbebant, quam hominis. Aulam convivij & choreæ ingrediens hoc in apparatu, alios miſerarione commovit, alios provocavit ad iracundiam, omneſque ſimul erubeſcentes, protinus ſeceſſerunt. Iſtiuſmodi abjectionis

C cauſa, eſt Dei afflatus, exemplum, vita Chriſti; effectus, *Iacoponi* perfecta ſanctimnnia, & plurium converſio, qui mundi honores habebant inviſos, dum viderent amorem Crucis & humilitatis in corde noſtri Tertiarij triumphare.

Digitized by Google

CAPUT II.

Documenta Chriſtiana, quibus fideles imbuebat.

ASSECUTUS eſt generosè beatus *Iacobus* quod intendebat, mundi nempè odium, qui illum deſpicatiſſimum exiſtimat: vociferatione explodebant eum & exſibilabant pueri, ut inſanientem, quem per ludibrium *Iacoponum* vocabant: paſſim tamen piis verbis inſectatores erudiebat. Civis quidam Tudertenſis par pullorum gallineaceorum emit, juſſitque in ſuum domicilium ferri à *Iacopone*, qui in Eccleſiam ſancti Fortunati proficiſcens, ubi alterius deſtinata jam erat ſepultura, lapidem revolvit, projecitque in monumentum duos pullos: deinde monuit deriſorem, ut reſpiceret locum in quo tunc degebat, non ſicut domum propriam, ſed tanquam diverſorium unde brevi exiret; tumulum autem velut certum domicilium uſque ad conſummationem ſæculi. Civis *Iacoponi* monitum approbans, ſumptis pullis in ſuas rediit ædes, & ad rationis amuſſim vitam direxit.

Quo magis conabatur illiteratus & inſipiens æſtimari, eò magis à ſancto Spiritu illuſtrabatur. Pios Hymnos & Cantica ſpiritualia, plureſque compoſuit Epiſtolas graves & fortes, non ſtylo expolito, ſed vi & plenitudine veritatis Evangelicæ inſignes; multaque alia opera ejuſdem Auctoris in lucem prodierunt, redacta in ſeptem libros, qui in magna ſunt exiſtimatione ac fama, propter ſublimem pietatem.

„ Quilibet, ait vir ſanctiſſimus, arbitretur
„ ſeipſum oneri omnibus eſſe, ut fiat humilis,
„ cæteroſque ſic alliciat ad imitandam vir-
„ tutem Chriſti, quam tam ſtudiosè Diſci-
„ pulis ſuis commendavit: petentibus à me,
„ an moleſtus eſſem meis convictoribus, reſ-
„ pondebam me admirari eorum patientiam,
„ quod meritò ab eorum convictu expellen-
„ dus eſſem, tanquam odioſus & incommo-
„ dus. Sicut amor ſui animum corrumpit &
„ depravat; ita è contrario odium ſui unum-
„ quemque hominem perficit. Non ſolùm
„ oportet nos ipſos cenſere omnis contemp-
„ tus dignos, verùm etiam appetere nos ab
„ omnibus contemni & vituperari. Cognitio-
„ ne ſuæ fragilitatis & nequitiæ altum vir-
„ tutis gradum quiſque attingit, & luce di-
„ vinâ perfunditur: Regnum Dei tunc eſt
„ intra hominem, qui cœleſti amore fla-
„ grans, terrena omnia arbitratur ut ſter-
cora. Philip. 3.

B. *Iacoponus* vitam hominis eſſe *militiam ſuper terram*, Job 7. affirmabat cum Jobo, ac
A proindè quatuor hoſtium oppugnationes pro-
pulſandas: alij nos aggrediuntur extrinſe-
cus, & longe mundus videlicet ejuſque ho-
nores quos egregiè repellimus, cor noſtrum
ab iis generoſo contemptu abalienantes. Alij
nos proximè oppugnant: alij nos interius
comprimunt: alij faciunt in nos ſupernè im-
petum. Noſtri verò ſenſus qui cominùs decer-
tant rationi ſubjiciuntur & legi mentis volun-
tariâ & ſeverâ corporis afflictatione. Ego “
quidem, inquiebat *Iacoponus*, guſtus oblecta- “
menta coercui, abſinthium linguæ meæ ap- “
ponensdum menſæ aſſiderem, pilulas ex ab “
ſinthio deglutiens, ut faſtidiente ſtomacho “
B cibos reſpuerem: ne quid tamen in me nimis “
ſævitem, per intervalla appetentiam excita “
bam, eâ lege, ut animi mollities propenſa ad “
delitias, libidini nullo unquam modo ſer- “
viret. Denique ſi voluptas adhuc vel modi- “
cè moveret ſenſum, rigidas pœnas ideo ca- “
ro luebat. Hiſce regulis tam glorioſè de “
vici carnem meam, ut animus victoriæ fe- “
licitate ſolerter utens, nil guſtet, nil amet, “
nil amplectatur niſi Deum.

Hoſtes alij mentis intima adoriuntur, cu-
piditates ſcilicet effrenatæ, quas orationis
ſtudio cohibemus. Irrumpit in nos aliud ini-
micorum genus, quo intelligitur caterva dæ-
monum, qui cùm ſupra nos ſint ſubtilitate
naturæ & intelligentiæ, contra nos acerbi-
C tate invidiæ fiunt; victores tamen evadimus,
dum omne noſtrum ſtudium, curam & ope-
ram in rebus divinis ponentes, nullum la-
borem pro Deo recuſamus, ipſe enim tunc
Deus in corde noſtro ſuum thronum collo-
cat, ut dilectus ſponſus ſit animæ chariſſimæ,
& anima chariſſima ſit dilecto ſponſo.

Proponebat *Iacoponus* parabolam ſequen-
tem, ut ſenſus corporis rationi ſubderentur.
Puella lapidem pretioſum poſſidens quinque
fratres habebat, Muſicum, Pictorem, Un-
guentarium, Coquum, juventutis corru-
ptorem. Omnes & ſinguli ad poſſeſſionem
hujus Adamantis aſpirantes, montes auri
pollicebantur. Haud tamen credens puella
eorum promiſſis, obtulit ſuum theſaurum
D Principi Illuſtriſſimo, qui illam ſibi matri-
monio copulans, perfectâ, cumulatâque
felicitate donavit. Anima rationalis eſt, “
aiebat *Iacoponus*, qui ſuam libertatem ſen- “
ſibus corporis nullo pacto ſubjicit, ut il- “
lam omninò Deo conſecret.

CAP. III.

CAPUT III.

Ardens ejus amor in Deum.

JACOBUS cœleſti extra ſeipſum abreptus dilectione modò canebat, modò flebat, ut erat diverſa ratio, quâ objectum infinitè amabile contemplabatur. Solitarius aliquando præ amoris divini fervido impetu obviam amplexus arborem Jeſn Chriſti loco, clamabat: *O dulcis Ieſu, ò glorioſe Ieſu, ò Ieſu amantiſſime.* Religioſo petenti cur continuò ingemiſceret: *Amor*, inquit, *non amatur*

Dolorum Chriſti memoriam & imitationem ſemper habebat in mente. Interrogatus quid vellet pati pro Salvatore? *Omnes*, reſpondit, *cruciatus qui poſſunt dici aut excogitari: cupio poſt mortem à Dæmonibus agi præcipitem, agi ad inferos, ibique tolerare abſque peccato, cuncta damnatorum tormenta uſque in diem judicij, ut animæ in Purgatorio detentæ ſubleventur. Volo etiam, ſi fieri poſſet, hominibus flammis æternis addictis, ipſis quoque Dæmonibus ſolatium afferre per meos labores. Quanto gaudio afficerer, ſi tanta poſt ſupplicia, Deo me in cælum accerſente, perſpicerem ibi quoſcumque eripuiſſem à miſeriis, ſupra me elevatos & multo me feliciores. Gauderem ſane illos audire ad ingreſſum cæleſtis beatorum domicilij declarantes ſe nihil mihi eſſe obligatos: daretur mihi tunc occaſio Chriſtum imitandi, qui purà charitate, & abſque ſuo emolumento nos redemit.*

Cum facti ratio ex conſilio pendatnr, quam recta ſit mens *Iacoponi*, in omnibus ex agentis animo dijudicatur, qui pure Dei gloriam ſpe-
,, ctabat Care Deus amatur quando plus ama-
,, tur poſtulata denegans, aut noſtra diſtur-
,, bans propoſita, noſtroſque diſiiciens cona-
,, tus Probatur ſincera mea in proximum di-
,, lectio, ſi illum adverſum diligo pariter ac
,, faventem.

Amplioris perfectionis deſiderium à Tertio Ordine Franciſcano *Iacobum* evocavit in Primum; Fratres Minores ægrè illum recipientes initio propter vulgarem de ejus imbecillitate opinionem, errorem depoſuerunt ob ipſius librum de contemptu mundi eminenti ſapientiâ refertum: licet illum aſciſcere voluerint Clericorum numero, Laïcorum ſortem humilem elegit ſub *Iacoponi* titulo, quem plebs ei per deriſum indiderat. Vix indutus Minorum habitu novo amoris igne flagravit: arctiori temperantiâ claruit; abjectiora Conventus officia illi in deliciis erant: adeò *Iacopono* arridebat abjectio, ut iis præſertim æmularetur, qui ſuſtinerent opprobria quæ ipſe pati oppidò cupiebat: ſi impletis Superiorum mandatis, aliquod momentum ſupererat, orationi vacabat.

A Nocturnum tempus nimis illi breve & contractum videbatur ad exercitium tam ſublime, quo nitebatur obtinere patientiam Chriſti crucifixi, inediam panis & aquæ cum meditatione jungens: recordatus aliquando Patrem Seraphicum orantem tota nocte in domicilio Fratris Bernardi *de Quintavallo* ſine intermiſſione hæc iteraſſe verba; *Quis es tu Domine, & quis ego ſum?* hocque myſterium alte diſcutiens fere defeciſſet viribus, atque deſpondiſſet animum Jacobus, niſi ſtetiſſet Dei auxilio, quo fervor ejus mirabiliter crevit.

Nihil *Iacopono* prius aut antiquius erat, quam Chriſtum honoratum videre, tantuſque in Jeſum erat ipſius amor, ut nihil ſupra poſ-
B ſit, & nullâ exhauriri queat injuriâ: ſuam continuis dolebat fletibus vicem, quod non ſatis adhæreret uni Deo: videbatur interdum quaſi temulentus & velut in vinum effuſus ac vacillans currebat. *Quæro*, aiebat, *Redemptorem, qui mirabiles ſui in corde meo excitavit amores.* Credebat è contrario nunquam ſua poſſe expiari crimina, quantamcumque exerceret pœnitentiam.

CAPUT IV.

Ardor ejus ad majorem Dei gloriam, morſque pretioſa.

C CHARITATE in Deum fuit, quanta par eſt eum eſſe, qui ipſius Dei gratiâ rebus humanis nuncium ſponte remiſerit, neque ſolùm eatenùs Dominum amabat, ut præ illo reliqua omnia nihil duceret, quæ virtutis hujuſce præcipua pars; verùm inerat in amore voluptas mira, prorſus ut quantiſlibet preſſus curis ac moleſtiis fatigatus, unius Dei recordatione, & quaſi amplexu, per ſummam delectationem acquieſceret; Chriſtum verò Dominum ac liberatorem videndi ſicuti eſt tantâ flagrabat cupiditate, nt eam ipſam ob rem ſolvi corporis vinculis vehementius in dies optaret.

D Dei offenſio atrociſſima illi crux erat: legum ſui Ordinis violatio, quæ jam nimis hiſce temporibus obrepſerat, maximè illum percellebat. Delinquentes etiam Superiores arguebat: à ſancto Cœleſtino per quatuor menſes Apoſtolicam Sedem tenente facultatem obtinuit Jacoponus cum ferventioribus Religioſis vivendi ſolitariè, collapſamque diſciplinam in integrum reſtituendi, unde in illum exoritur atrociſſima vexatio. Quoties verò ingeſta in Chriſtum convitia & ludibria reputabat apud ſe, non modo rei atrocitate promovebatur, multorum inſtar, ſed etiam accendebatur generoſo quodam illum imitandi ſtudio, atque in ſemetipſum, quaſi tanti ſceleris au-

ctorem, acerrimè exardeſcebar, ac niſi eum cohibuiſſet exiſtimationis ratio propter ſalutem aliorum, ſimularâ dementiâ, velut alias ad homines in ſe concitandos, nudus, onuſtuſque cornibus, aut alio fœdo corporis habitu prodire non dubiraſſet in publicum, & inceſſentes cœno vel ſtercore pueros, ſicur anreà, voceſque improbas & ſpura, & omnes alias inſanæ mulritudinis contumelias libentiſſimè pertuliſſer.

Dæmones interim illum adoriuntur ad comeſtionem gallinæ vebementer inciranres, quos jocis & ridiculis illuſit; habuit induſtriè apud ſe gallinam menſæ mox inferendam, quam contra ſuggeſtionem maligni Spiritus continuam, & cibi appetentiam, videbat in cubiculo putreſcenrem, ut glorioſius de inferis rriumpharet, illam deoſculabarur, ſtatim poſtea in cœnaculo panis & aquæ modicum ſumpturus. Gallina tandem putredine corruptâ odorem retrum univerſo dormitorio infundenre, fœroris cauſam Religioſi invenerunt in Jacoponi cellula, qui coram ipſis illam complexu ſtringebat: Superioris juſſu, pro culpæ expiarione, degens alibi, ſcilicet in foricis, Dominum laudabat, & componebat canticum, cujus priora hæc ſunt verba: *O cordis lætitia quam generat amor.* Chriſtus tunc illi apparuit, dicens: *Chariſſime* Jacopone, *cum propter me tam generosè teipſum vincas, certus ſis de mea in te benevolentia; quicquid petieris à me, tibi dabitur.* Deo gratias agens reſpondit: *O bone Ieſu, pœnam meo dignam ſcelere non ſuſtineo, nec eam quam exopto pro te pati.* Deinceps novis ſplendoribus illuſtratus, ab ſenſibus abducebatur fere ſine ulla remporis intermiſſione.

Monuit ſummum Pontificem Bonifacium VIII. de rebus in ejus regimine improbandis. Vix dum eligitur in Caput Eccleſiæ, eum in ſomnis illi exhibetur ſpecies tintinnabuli univerſam terram complectentis abſque clava. Plures in conſilium adbibuit, præſertim beatum Jacoponum, qui declaravir tintinnabulo ram ingenri ſummi Pontificis dignitatem exprimi, mutam utique nec reſonantem ſine bono exemplo. Curiæ deinde Romanæ mores aperuit depravatos. Hæc quidem declaratio Bonifacio diſplicuit, quamvis ob ſanctitatem declaranris tranquillo vultu dolorem animi tegeret.

Amor divinus ita in corde Jacoponi efferveſcebat, ur ſacrum illi tædium pareret, quo ſenectus ejus tabeſcere videbatur. Non tamen eum tædebar pati, quia crux ei digno pondere majores dabat delicias, quo majore angebarur dolore. Exclamabat interdum *Satis eſt, Domine, ſatis eſt, vires deficiunt* In graviorem incidens morbum, conceprâ mi-

A grandi ſpe, abſtrahebatur illicò à ſenſibus, non ſine magno valetudinis derrimento, quocirca mentem à cœleſtibus rebus interim avocare etiam atque etiam jubebatur à Medicis, & quoniam acerbiſſima Chriſti mors pro ſalure bumani generis obita Jacopono ſemper obverſabatur, viciſſim ille pro Chriſto per ſummos cruciatus quotidie cupiebat mori millies.

Mortem eſſe proximam divinitus cognoſcens fururam ſcilicet die Naralis Domini, extremâ Sacramenrorum expiatione defungitur miniſterio ſanctiſſimi Fratris Joannis *de Alverna*, illi perfamiliaris & intimi, quem Deus auſpicarò miſit rempore deceſſus. Tunc
B Religioſi intellexerunt cur æger peſſimè ſe habens, & deſperatâ ſalute, horam ſuam non adveniſſe dicebat: loquebatur enim de amici adventu, cui Deus oraculo prodiderat Jacoponi obitus proximitatem. Gaudebat anteà *Iacoponus* verus dejectionis amator ſe à Fratribus contemni, ſicut mentis impotem, aut ut impium cultus Chriſtiani deſertorem, quod illum crederenr à Sacramentis alienum. Omnibus his rite factis, canticum incinit, cujus prima ſunt verba: *Ieſus Chriſtus noſtra fiducia, Cordis noſtri ſpes unica.* Deinde ardenter excitavit Fratres congregaros ad perfectum Dei amorem. Dum ſolenniter celebratur Miſſa Nativitatis Dominicæ, audiens Sacerdotem ad *Gloria in excelſis Deo.* diſtinctè præeuntem
C tono cantaturis tam ingenti gaudio perfunditur, ut elevatis manibus in cœlum, exclamet *In manus tuas commendo ſpiritum meum.*

Cum aurem lætiria animi affectio ſit, in id quod amat veluti ſeſe ſupereffundentis, quo plenius eo perfectiuſque perfruatur, cor *Iacoponi* læto, jucundo, ſed vebemenri amoris ſenſu diffiſſum, diem ſupremum explet in terra anno 1306. die 25. Decembris, ut amplius in cœlo & ſtrictius Deo adhæreat in omnem æternitatem. Corpus ejus *Collazzone*, ubi deceſſit, fertur illuſtri pompâ Tudertum, ibique ſepelitur in Monaſterio Clariſſarum, quod vocant *à Sancto monte*, extra muros: transfertur poſteà inrra muros in Conventum FF. Mi-
D norum *à ſancto Fortunato* nuncupatum, ſervaturque honorificè in ſacrario. Ex ambobus his locis non bene conjicitur duos extitiſſe BB. Jacobos Tudertenſes, ut cenſet Gonzaga, contra cæteros Hiſtoricos qui de uno rantum mentionem faciunt. Reverendiſſimos tandem Epiſcopus Tudertenſis Angelus Cæſius noſtro Jacopono, tanquam eximio Tuderti protectori, magnificum erexit monumenrum, in quo illius oſſa reconduntur, excepto capite, quod exponitur in pretioſa theca inter cætera Sanctorum lipſana.

Vvadingh. 1298. §. 20. 25. *& ſequent* 1306. §. 7 8 9.

VITA
B. BARTHOLI
A SANCTO GEMINIANO SACERDOTIS.

CAPUT I.

Nativitas, ejuſque ingreſſus in Tertium Ordinem Franciſcanum.

IN urbe ſancti Geminiani, & Tuſciæ Provincia naſcitur: Patris nomen, *Ioannes Bono*, matris, *Gentina*. Annales Minorum ejus proſapiam Baronum videlicet de *Muchio*, antiquiſſimam eſſe, necnon affirmant illuſtriſſimam. Nullis per viginti annos iiſdem natis liberis, ablatâque omnis ſobolis ſpe, *Gentina* mater virtute præſtans ad Principem Apoſtolorum confugit, qui magno Angelorum ſtipatus cœtu illi apparuit, filiumque promiſit ſingulari pietate præditum. Completis novem menſibus, Petri promiſſa complentur. In ſacræ Luſtrationis fontibus infans nominatur B*artholus*.

Ab incunabulis ſanctitate claruit, vix dum anniculus erat, cum mater & nutrix viderunt ex ejus ore ſcintillas igneas, luciſque radios emicare, juxta ac ſi candens ferrum ad incudem tunderetur. *Gentina* eò magis ſſatagebat puerum educationis Chriſtianæ diſciplinâ imbuere, quo magis certa fieret miraculis evidentibus de ſublimi ejus vocatione: Quinquennis adbuc cultri fracti partes momento temporis priorem in ſtatum redegit, ad matris uſum: multa id genus, mirabilia tunc patravit.

Mox ut ad ætatem, quâ recta dijudicamus à pravis, pervenit, unus de Clero eſſe aliquis elegit, promiſſiore volens indui tunicâ, de patris conſenſu, qui tamen nullo modo annuit, illum cupiens in faſtigium honorum provehere: nec etiam homines licentioris vitæ oblectamenta captantes illecebris fœdarum voluptatum potuerunt illum implicare, etſi matrimonii quidem offerretur occaſio. Iratus pater filium hactenùs non humaniter nec blandè, ſed duriter & acerbe excipit: B*artholus* propterea ſecedens Piſas Patrem Paulum Benedictinum Monaſterii ſancti Viti adit, cujus conſiliis rectum vitæ curſum tenebat, die inſerviens ægrotis, nocte verò dans operam meditationi.

Religioſis Benedictinis conantibus illum allicere in ſuam Congregationem humiles

A gratias egit, à Deo lumen poſtulaturus, ut ſciat quo ſe poſſit recipere ad conquirendam virtutis perfectionem. Oranti Chriſtus apparet vulneratus & velut mœrore confectus; manuque geſtat flagrum dicens: coronam “ obtinebis non in veſte Monachi, ſed auſteri “ & contriti Pœnitentis. Humilitas & corpo- “ ris afflictationes te ad ſanctimoniæ culmen “ promovebunt. Hocce declarato oraculo vi- “ ris non ſibi commendatis, nec ſuis commodis ſervientibus, ſed pure Deo, in priori confirmatur propoſito, nomen ſcilicet dandi Ordini Eccleſiaſtico ſub Regulâ Tertiâ Patris Seraphici pro ſæcularibus inſtitutâ.

Nodoſo ſe fune cinxit, quo etiam pro flagello utebatur: diebus Lunæ & Mercurii ſibi ab omni carne temperabat, jejunus autem
B agebat diebus Veneris & Sabbathi; ſacra Eccleſiæ celebrans jejunia contentus erat pane & aquâ. Bis quolibet die Divinum recitabat Officium. Surgens mediâ nocte ad perſolvendas Horas Matutinas, permanebat in meditatione coram Altari primario tanquam Divina paſſus; nec amplius cubitum diſcedebat.

Dæmone inſtigante, filiâ, ad inſaniam uſque, adamati *Bartholi* cupida, in ejus pectore ſui amorem excitare conabatur totis viribus & omni induſtriâ. Irritis autem impudicis conatibus in gravem morbum incidit: præ libidine effuſâ, animati cadaveris quamdam ſpeciem præferebat, adeò exanguis & exſucca
C erat: pœnam ſuam matri aperuit, quæ natam initio cum dote ſummâ, *Barthelo* uxorem obtulit, adbibito ſequeſtro; deinde ipſa per ſe, abſque medio. Mater haud quaquam obtentâ petitione flexis genibus illum impenſe rogavit ut miſeratione permotus puellæ extremæ ægritudini precibus ſuis mederetur: vincula confeſtim mentis captivæ ſolvens pia & ferventi Oratione *Bartholus*, cauſa fuit cur cæco & impotenti prius carpta igne multa frueretur nunc quiete & tranquillitate.

Dæmon ipſe tunc inſectatur proxime Dei

famulum & acerrime ſpeciem filiæ *Bartholi* (A) animo informans, & ingratum illum eſſe criminans, quod puellam formæ caſtigatiſſimæ abjecerit: inculcat prætereà nec repugnare matrimonium Evangelio, nec Profeſſioni Tertii Ordinis Seraphici. Ferventer interim Deum orat in Templo & aſſidue: Deo tamen ad probationem ſervi boni & fidelis permittente non minui tentationem, *Bartholus* ex Eccleſia mœſtus egreditur timens ne obviam habeat Amaſiam, quæ conteſtetur ſe illum deperire, & ſtolide amare. Verùm fallax & mendax, viſum eſſe divinitùs cognoſcens Palmam ſigno Crucis adipiſcitur.

Quantum ergò ignaviæ nomine infames ſunt qui cupiditatem nullo pacto reprimunt (B) nec coercent, tantum *Bartholus* noſter ab opinione fortitudinis Chriſtianæ clarus & perilluſtris eſt, & ſtrenui bellatoris laudem habet.

Vvadinghus 1300. § 4. 5. & ſequentibus.

CAPUT II.

Eligitur in Paſtorem Curialem.

SACERDOTIO initiatus anno ætatis ſuæ trigeſimo ab Epiſcopo Volaterrano, ſe credidit obligatum eminentiorem ad Sanctimoniam tendere: corpus magis vexabat, mentemque prolixius applicabat meditationi, ac omni virtutum genere præfulſit: quotidie (C) celebrabat Miſſam tanto fervore ut Chriſtus Crucifixus illi apparuerit, cum Divinam immolaret Victimam in oppidulo, quod vulgo nominant de *Peccioli*.

Homo quidem ſceleratiſſimus *Bartholum* maledictis appetens, privatur linguæ beneficio, in tam nefarii pœnam criminis; cujus tamen pœnitentiâ ductus, à ſancto veniam poſtulat Sacerdote, qui muto loquendi libertatem reſtitui à Deo impetrat. Decem annis poſt receptionem Ordinum ſacrorum ab Epiſcopo inſtituitur Paſtor oppidi, cui nomen eſt, *Pichemum*: in id præſertim ſtudium tunc incumbit, ut Parœcis pietatis facem præferat factis & verbis, concionibus publicis, & pri- (D) vatis colloquiis, atque Sacramentorum adminiſtratione. Reditus annui curam tantum eo ſuſcipit ut pauperibus diſtribuatur; fluit enim per manus ejus, ſicut aqua per canalem ad irrigandam terram.

Domus illius publicum erat hoſpitium patens ſemper mendicis peregrinis, Religioſis, quos invitabat ad ſui gregis ſolatium: magnifaciebat inter alios Fratres Minores, quorum pedes lavabat quoties accederent, ipſis quoque lectulos & cibos parabat, & ad menſam miniſtrabat humillime. Non ſolùm humaniter excipiebat egenos paſſim occurrentes, ſed inquirebat illos, compellebatque

(A) venire in ſuum domicilium. *Bartholus* viatori cuidam obvio extra muros Pichemenſes, in extremam egeſtatem redacto blande & honorifice obtulit, cœli ſtatu procelloſo atque imbrifero extante, ſuam domum pro diverſorio; renitentem viatorem peramanter adegit, manuque adduxit in proprias ædes; deinde poſt commodum cibatum, piaque colloquia hoſpitem in lecto collocavit. *Bartholus* poſtea orans in cubiculo verba hæc audivit; quam felix es, ô *Barthole*, quem "Chriſtus honeſtavit hodie ſua præſentia:" confeſtim currens in locum unde vox erumpebat, neminemque reperiens, pro tanto favore Deum reliqua nocte ferventer laudavit.

(B) Sed quoniam ejuſmodi non ſe dabat frequens occaſio, certe quod erat proximum ſedulò faciebat, ut immortalia Domini beneficia in ſe memoriâ coleret ſempiternâ; & in ejuſdem vel indagandâ voluntate, vel gloriâ quærendâ ſuas omnes curas cogitationeſque conſumeret, cujus rei vel hoc ſatis magno argumento ſit. Inter ipſam negotiorum molem Paſtoris vigilantiſſimi, perditas meretriculas, tanto ſtudio conabatur ab impuritate avocare, ut ſi qua ex iis reſipiſceret, ſeque intra pudicitiæ ſepta recipere vellet, grandis jam natu vir & Parœciæ moderator antecedere ipſemet, ac perductoris quodam modo munere fungi, Chriſti cauſâ non erubeſceret. In quo cum admoneretur à qui- (C) buſdam fruſtra tempus ac laborem inſumi; quippe inſanabiles eſſe ejuſmodi feminas, ac licet in præſentia pœnitentiam oſtenderent, brevi tamen ad ingenium redituras. "Ego vero, inquit ille, cujuſliber iſtarum unius duntaxat noctis impediſſe flagitia, & injurias in Deum, omnis operæ ac vigilantiæ pretium dixerim."

De Sillis in caput 2. Regulæ Tertii Ordinis.

CAPUT III.

Lepris laborat.

SCRIPTORES Franciſcani aſſerunt Jeſum, (D) cum *Bartholo* appareret, ut lepris infectus, hoc morbo ſervum ſuum fidelem affeciſſe jam quinquageſimum ſecundum annum agentem. Jubente Deo *Bartholus* in urbem Sangeminianam ſe curat tranſvehi ſanitatis à medicis recipiendæ cauſâ, quibus præſcribentibus, in remedium actus impudicitiæ, fortiter reſpondet illos eſſe impios, ſeque velle potius emori millies, quam Deum offendere.

A civibus Sangeminianis obtinet tuguriolum extra muros, ubi remotus ab omni hominum conſortio degebat inops, quia lauta omnia bona, quæ à parentibus acceperat, pauperibus pro Chriſti amore diſtribuerat. Æquo animo patiebatur ſimul extremam egeſtatem,

ſummam abjectionem, & dolorem acerbiſſimum, quia præter Deum habebat aliud nihil, in quo acquieſceret. Ita putreſcit corpus fœdè ulceroſum, ut videatur exanime; naſus, capilli, ungues præ putredine decidunt; oculi ſuâ ſede diſjiciuntur; univerſo corpore gangrenâ tabefacto, vermibus ſcatent vulnera, nervis & oſſibus ſpoliatis, viſcera putredine conſumpta videntur: roboris in homine tantum non eſt, ut acerbitatem tam gravem queat perpeti abſque Dei auxilio, cui *Bartholus* toto corde ingentes agit gratias per viginti annorum ſpatium inter acres illos cruciatus, quos favores Divinæ Clementiæ nominat. A

Mirum dictu! neque contactu, neque etiam ipſo congreſſu, aut afflatu malum ab ullo contrahebatur unquam; imo verò ſuaviter olebat, & jucundo ſpirabat odore, quo recreati plures libenter convictores ejus fiebant. *Bartholus* denique à Deo non recipiens ſeipſum ſanandi poteſtatem, alios ſuis precibus à morbis liberabat. B

Mulier quædam Sangeminianenſis ſeptem vomicis purulentis laborabat, quæ perpetuò fœtidam ſaniem mittebant: Ad ſanctum recurrens Sacerdotem, è veſtigio convaluit: inviſitur ab amico Florentino, illum conſolari cupiente; conſolationem *Bartholus* præbet ipſi amico, qui animum tantos dolores pulcherrimè ferentem miratur, die peracto in ſpiritualibus colloquiis *Bartholus* nolens viſitantem dimittere jejunium, exoptat ut illi exhibeatur aliquod edulium: piâ Dominâ, quæ ægroti curam gerebat, nil ſupereſſe, neque dem panis fruſtum reſpondente, inſtat *Bartholus*, ſi quæratur confidenter, repertum iri quoddam epulum. Rediens tandem mulier in cellam promptuariam duos panes teneros & primariæ notæ invenit, quibus reficiuntur Deum laudantes cum lætitiâ ineffabili. C

Alius Arcanorum *Bartholi* particeps beneficam illi putans navare operam, digitum pedis evellit, eodemque momento petit veniam. Vir Sanctus nullum ſenſiſſe dolorem aſſerens præcepit hanc partem in nativo loco poni: moxque fibræ, nervi, & ligamenta iterato nodo connectuntur. Totam Regionem famâ *Bartholi* pervadente ad ipſam confluunt Florentini, Volaterrani, plerique alii familiariter agentes cum illo, qui ipſos documentis Chriſtianis imbuit, & bono exemplo, miraculiſque frequentibus confirmat: efficaciores ſunt ejus ſermones, quo leniores & magis accommodati ad cujuſlibet captum. Si evitandus, & pueris præcipuè, magiſter aridus, non minus, quam teneris adhuc plantis, ſiccum & ſine humore ullo ſolum, quanti facienda *Bartholi* doctrina, qui dulciter quoſcunque alliciebat ad virtutem? D

CPAUT IV.

Mors ejus pretioſa.

ANNOS ſeptuaginta & duos compleverat, cum poſt viginti annos extremæ infirmitatis, animo recurſans anno ſalutis 1300. gloriæ cœleſti immenſitatem, ſpe & ardenti deſiderio hujuſce felicitatis captus, exclamavit altâ voce: tempus eſt, Domine, tempus eſt " ut lacrymarum vallem, derelinquam ſi libet. " Chriſtus nocte ſequenti beatorum Spirituum ſtipatus cœtu *Bartholo* apparuit, eumque certum fecit de præmio ſempiterno. Evaneſcentibus cæteris ſolus remanſit Sanctus Epiſcopus Geminianus, conſtituens, nomine Dei, *Bartholum*, ſibi in ſocium ad protegendam & propugnandam urbem Sangeminianam: juſſitque ipſum *Bartholum* teſtamento decernere ut corpus ſuum ibi quieſcat, ad incolarum amplius ſolatium plenioremque proſperitatem.

Teſtamento jam conſcripto declaraverat velle ſepeliri in Eccleſiâ cellularum, ubi à viginti annis extrema patiebatur, extra muros Sangeminianos: hunc articulum nihilominus mutavit, ſepulturam eligens in Templo Eremitarum ſancti Auguſtini intra muros. Octavo denique die præſcripto à Domino, piaculorum ſacrorum ope, præſidioque inſtructus eſt, tanto fervore, ut ſolus, abſque auxilio ſurgens obviam ierit Sacerdoti, flexiſque genibus, cœleſti pabulo refecerit animum, dicens: hora eſt, ô bone Jeſu, quâ me avo- " cans ab hoc exilio meo, in tuum ſacrum " adytum admittis. Eodem momento, expi- " ravit decimo tertio die Decembris: corpuſque ejus odorem ſuaviſſimum exhalans totam domum perfudit, & aſtantium corda ſummo gaudio affecit: lux prætereà de cœlo deſcendens mortuum illuſtravit, & mirifice decoravit: populis undecunque accurrentibus, ut venerarentur ſanctiſſimum hunc theſaurum, differtur ſepultura tribus diebus.

Piæ Dominæ, quæ prius fuerat ægroti cuſtos, ſecundum feretrum amarè flentis poſt mortem defuncti, ipſe mortuus manum coram omnibus prehendit, atque conſtringit, trium dierum ſpatio, quaſi grati animi argumenta præbens pro multis officiis ab ea in ſe collatis. Prope venerandum corpus advehitur eodem die mulier, quæ à tribus annis nervos habebat rigidos & contractos, ſtatimque ad invocationem *Bartholi* amiſſam valetudinem recuperavit. Puella quoque, cujus brachium morbo admodum importuno afficiebatur, meritis B. *Bartholi* conſanuit, qui terræ fuit mandatus in Eccleſia Eremitarum S. Auguſtini, funeris comitatu valdè honorario,

Juxta ſepulchrum permanſerunt continuata miracula, cæci illuminati ſunt, audierunt ſurdi, vulnerati convaluerunt, cominali morbo laborantes ſani ſunt facti: plures præterea è naufragio emerſerunt; homo in ultimum vitæ diſcrimen adductus implorato *Barthola* in priſtinum ſanitatis ſtatum reſtitutus eſt; puer mortuus in lucem rediit.

Habet, præteriti doloris ſecura recordatio, delectationem: quantum igitur eſt gaudium *Bartholi* in cœlo, dum memor hujus vitæ miſeriarum, poſſidet æternam & veram felicitatem? Alias in terra potuit apud illum incidere contentio & comparatio de duobus de malis pœnæ & culpæ, utrum pejus: de pœnis utrum duriores culpam deteſtabatur? pœnas perambat: quamobrem omnes, cum ſecundæ res eſſent maxime, tum maxime meditari ſecum oportere judicabat, quo pacto adverſam ærumnam ferret, ut ſemper à terrenis ſe disjungens, ad cœleſtia ſolum niteretur.

B. Vbaldus à ſancto Geminiano, Confeſſor.

ÆGrotantem, & lepris infectum *Bartholum* viſitabat aliquando *Vbaldus* qui colloquiis Viri ſanctiſſimi tantum profecit, ut ad bonam redierit frugem emerſus è cœno vitiorum. Oriundus erat ex Civitate Sangeminianâ, in quam ſe recipiens *Bartholus* mox ut elephantia laboraverit, provocavit illum ſuo exemplo, & ſalutaribus documentis ad Tertium Ordinem Franciſcanum amplectendum. Ægroto *Barthola* miniſtrabat vigilanter & officiosè, nec Orationes, jejunia, cæteraſque corporis afflictationes ullo modo intermittebat: defuncti exequias coboneſtavit: deinde, abſque mora ſeceſſit in deſertum octo milliaribus diſtans à patriâ, ubi domicilium conſtituit in cavo caudice arboris caſtaneæ, adeò anguſto ut vix poſſet genua flectere: in lacrymis, & ſponte ſuſceptis cruciatibus pro Chriſti amore virâ reliquâ exactâ, moritur anno 1301. die 1. Maii. Aliquot menſibus poſt *Bartholi* obitum: quamvis parum apud homines celebratus, conſuetudine & familiaritate conjunctus erat angelis, qui illius animam in cœlum tranſvexerunt.

Jubente Deo, campanarum urbis vicinæ non funeſto cantu, ſed numerosè frequentato, crepantibus modulis; tinnitu, ſicut diebus ſolennioribus, nemine pulſante, mors *Vbaldi* vulgata eſt. Incolæ hujus eventus, mirabundi, cauſam exquiſierunt, quæ illis à venatore aperta eſt, nempe quod canes veterem arborem Caſtaneam circumdantes, latratu inſolito illum accerſiviſſent. Teſtabatur ibi reperiſſe venerandum Anachoretam, qui elevatis manibus, & oculis in Cœlum, flexiſque genibus diem ſupremum modò obierat: non amplius auditur æs campanum, poſt hunc ſignificatum ſed ſtatim currit populus, ut ſacrum efferat corpus, quod terræ mandatum fuit, in Eccleſia curiali, ubi multa ſunt patrata miracula. Conſtructum eſt eodem in loco, in quo obiit Sacellum ad honorem ſacratiſſimæ Virginis, & in memoriam B. *Vbaldi*, quem aliqui Vivaldum nominant, à cujus obitu jam inde in eadem ſolitudine ſemper habitavit pius quidam Vir, anteceſſoris perfectus imitator. Neque verò cuiquam ſalutem, ac fortunas ſuas tantæ curæ fuiſſe unquam puto, quantæ *Vbaldo* noſtro, ejuſque ſucceſſoribus fuit honor Dei.

Marian. 5. cap. 15. Vuading. 1300. §. 11.

VITA
B. JOANNIS DE BIBRACE
HIEROSOLYMÆ REGIS.

CAPUT I.

Animi ejus fortitudo & prudentia.

NIHIL tam altè natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti. Probatur evidenter exemplo Joannis de Bibrace (à Gallis vulgò, de Brenne) cujus fortitudo, animique generoſitas coævorum illuſtrium claritatem ſuo ſplendore obſcurat, nobilitate antecellit. Gallia noſtra præſertim ejus enituit fulgore. Permultos utique habuit & produxit viros, qui trium Reipublicæ Ordinum fuerunt ornamenta, inter quos mirificè emicat noſter *Joannes*, quia ſingulari, Chriſtianæ Religionis cultu præfulſit, unde Galliarum Regnum auſpicatò Chriſtianiſſimum vocatur. Pater ejus Gerardus Bibracenſis Comes erat Viennæ Allobrogum, & Frater Gualterii Bibracenſis, qui utramque Siciliam

redegit in ſuam ditionem, necnon ſanctum Franciſcum Aſſiſiatem, inanem adhuc & falſam gloriam ſpirantem in ſuorum militum indicem retulit, dum exercitum conficeret in Italia. Prima hæc Franciſci militia temporaria fuit & brevis, ut arma bellica cito tracta. rer & longiùs, ingentesque ac cœleſtes compararet copias, ad dæmones profligandos, & ampliandum Chriſti imperium.

Joannes Bibracenſis ex Gotefrido Bullionenſi aut Bononienſi genus ducebat, qui unanimi conſenſu Principum Chriſtianorum electus fuit, & ſolenni pompâ Rex Hieroſolymæ inauguratus, cum Paleſtinam expugnaſſent. Princeps de quo nunc loquor, ſuorum gentilium fuit ultimus & ſucceſſit magnanimo & peregregio Gotefrido, in ditione Provinciarum, è tyrannide Infidelium, ſubductarum, quarum pars, *Joanne de Brenno* dignitatem Hieroſolymæ Regis obtinente, ſubter illorum tyrannicum dominatum jam redierat.

Anno 1210. coronatus fuit, ob victoriam inſignem de hoſtibus Eccleſiæ multoties reportatam: rebus tamen Chriſtianis concidentibus *Joannes* non ſe parem æſtimans Saracenorum impetui ſuſtinendo, auxilium imploravit Innocentii III. ſummi Pontificis, omniumque Chriſtianorum Principum: Honorius III. poſteà ad ſacræ Crucis exercitum milites conſcribi juſſit. Andræas II. nomine, Rex Hungariæ, ſanctæ Eliſabethæ pater, iniit primus Symbolicæ Crucis militiam, cui Duces Auſtriæ deinde & Bavariæ, Archiepiſcopi Colonienſis, & Trevirenſis fortiter adhæſerunt.

Gallia miſit Archiepiſcopos Remenſem, & Burdigalenſem; Epiſcopos Bellovacenſem, Pariſienſem, Andegavenſem, Lemovicenſem; Gualterium Regio thalamo Præfectum; Comites Nivernenſem, Barroducenſem, Marchenſem, qui ad littus appulſi Ptolemaïdis feſtivè excepti ſunt à B. *Joanne*: Deum laudans pro tam fauſto eventu, copiaſque jungens novæ Crucigerorum turmæ, multoties profligavit inimicos Chriſti. Cum ex conſilio bellico, armis eſſet quærenda Syria, & aggere, vallo, munitionibus, operibuſve claudenda Hieroſolyma, impugnatur Ægyptus, cum animo Peluſium attentandi, & oppreſſis dolo defenſoribus capta urbe potiendi.

Verùm magnatibus quibuſdam Chriſtianis prudentiâ & concordiâ deficientibus, non magnanimitate, eâ in re nervos omnes contenderunt ut arcem iſtam in ſuam poteſtatem redigerent, quæ cum ſita eſſet in Nili fluminis ampliori oſtio, ac circumſepta duplici muro, lateritio verſus mare, & triplici, ad terram; cum etiam cingeretur foſſis profundis, atque aliis propugnaculis, innumeriſque muniretur

A egregiis bellatoribus, ſeſquianno ſuſtinuit obſidionem; patrabat intereà *Joannes* eximia belli facinora; licet Nili fluvii extra alveum eruptio multa incommoda pareret.

Tunc Religioſus Princeps legatum rogavit, ut jejunium, aliaque pietatis exercitia præſcriberet, quibus tandem exoravit à Deo aquarum diminutionem: in hac urbe ità peſtilentiâ laboratum eſt, ut è ſeptuaginta millibus incolis, tria tantum millia ſubſtiterint: Sultanum Ægypti ad opem obſeſſorum accurrentem cum forti exercitu fuderunt Chriſtiani, ac fugarunt, Peluſiumque occuparunt, in ejus ore atque oculis.

B Fœtori cadaverum intolerando tam ſagaciter prudens noſter *Joannes* perindè ac generoſus medetur, ut nemini ex ſuis contagio vel leviſſimè nocuerit: Solennes Deo gratiæ aguntur: Mahometanum delubrum maximè ſumptuoſum, centum quadraginta novem columnis marmoreis ornatum, beatiſſimæ Virginis cultui dicatum fuit.

Tanti momenti Peluſium videbatur Sultano, ut Chriſtianis obtulerit Hieroſolymæ, omniumque urbium reſtitutionem quas interceptas ſibi ſervabat, in Palæſtina & Phœniciâ, denique auguſtam Crucis Chriſti partem, quam tenebat, necnon cunctos captivos Chriſtianos, modò obſidionem Peluſii ſolverent, & prorſus ex Ægypto abirent.

C Has pacis leges libenter ſubibat noſter *Joannes*: Pelagius autem vel ſecundum aliquos, Petrus Epiſcopus Albanus Cardinalis Legatus ſummi Pontificis, divini oraculi auctoritate fretus, brevi futuram Mahometanorum ruinam promittens, Petrus, inquam, in cauſa fuit, cur ab obſeſſione Chriſtianis non deſiſtentibus urbem in ſuam poteſtatem reduxerint. Mœrens *Joannes* ſuam contemni ſententiam, in Syriam ſe recipit, ut Regni negotia gereret: Corradinus intereà Sultanus Saphadini filius ægrè ferens illius arcis amiſſionem, ſuarumque propoſitionum repulſam mœnibus Hieroſolymam nudavit, omniaque ejus ædificia funditùs evertit, præter unum Templum.

D Abſente B. *Joanne*, ſpretiſque ejus ſalutaribus conſiliis diſſipantur copiæ Chriſtianæ, Peluſiumque tyrannico Infidelium imperio denuo ſubjicitur. Perſuadet tunc Legatus, ut noſtri milites in novam memphim inſiliant, caput Ægypti: ſecum reputabat Sultanum ſubito accedenrem, ut Mahometanis opem ferret, debellatum iri à Chriſtianis, qui cum hoſte, collato pede, ſtatim præliarentur: Sultanus tempus expectavit, quo Nilus extra ripas efflueret; obverſum aquis aggerem dirui, aquarum etiam emiſſarium aperiri juſſit: tum Nilo univerſa Chriſtianorum Caſtra inundante pleno cubito, omnis militum inſtructus inutilis redditur, cujus ſarciendi nulla

reliqua ſit ſpes, quia Infideles molem aquas coercentem ſibi vindicaverant. Coguntur ergo Chriſtiani victorum ſubire jugum, qui in octo annos dederunt inducias, ut Peluſium interim ad ipſos pertineret, quâ pactione Rex Hieroſolymæ ad prædandum barbarorum violentiæ remanet expoſitus.

In his Hieroſolymitanis Regibus, qui proſpero eventu rem Chriſtianam auxere præcipuâ celebritate eſt noſter *Ioannes*, qui tranſmiſſo in Palæſtinam exercitu de Infidelibus triumphare cœpit inſigni victoriâ. Scriptores illum merito in cœlum uſque laudibus efferunt, quando præter bellicam virtutem, quam in Peluſianæ urbis expugnatione, cunctis admirantibus explicavit, eâ fuit ſanctimoniâ vitæ, B eâque in Deum & ſuperos, ac beatam præcipuè Dei Matrem obſervantiâ, ut in ſummâ corporis firmitate, ſummo mentis robore, ſummâque licentiâ, perfectam demiſſionem, & integram moderationem ad extremum uſque ſpiritum retinuerit.

CAPUT II.

Gubernator Imperii Conſtantinopolitani eligitur, deinde vitam cum morte commutavit.

SARACENI non obſervant induciarum conditionem, ſemperque vexant & infeſtantur *Ioannem de Brenno*, qui invitus in Europam tranſmigravit, à Principibus Chriſtianis novum auxilium imploraturus. Ab Imperatore Friderico II. qui tum degebat in Sicilia, poſtulavit opem; quam denegare nefas erat propter varias & validas rationes, præſertim ob gravioris interdictionis fulmen, quo percutiendus foret, niſi ſubſidio accurreret, petenti. Gregorius namque IX. ſummus Pontifex acerbioris cenſuræ minas in abnuentem intentavit.

Mira pollicebatur Fridericus verbis, quorum executionem *Ioannes* exoptans filiam ſuam junxit illi connubio, & titulum Hieroſolymæ Regis conceſſit, cum plena auctoritate: propterea Siciliæ Reges hanc denominationem & dignitatem deinceps conſervarunt. Imperator nemini unquam ex animo fuit amicus, qui omnibus erat infidus, & perfidioſus. Clandeſtinum commercium habebat cum Mahomeranis; Chriſtianos Orientales duriter oppreſſit, Templa etiam ipſa profanans, abſque ullo diſcrimine rerum magis ſacrarum.

Propugnacula fidelium tyrannicæ dominationi hoſtium Chriſti ſubdidit, arma, & inſtrumenta bellica, ſicut ſcripſit Geraldus Patriarcha Hieroſolymitanus ad Principes noſtros Occidentales: Fridericus itaque ſacrorum, & Chriſtianorum Conventu exturbatus à Gregorio IX: tandem ab Innocentio IV. privatus fuit Imperio in Concilio Lugdunenſi, ejuſque loco ſuffectus eſt Henricus Turingiæ Dynaſta, ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ levir.

Ioannes de Brenno magnanimitate Clarus ſimul ac pietate ad Gregorium IX. profugit, qui lautâ & annuâ penſione illum impertit, ut, ſicut ejus famæ reſpondent merita virtutum, ita coronæ ſuæ auctoritatem & ſplendorem ornatu planè regio tueatur: efflagitatu quoque ſummi Pontificis degit in Curia Romana, quæ ejus aſſiduâ præſentiâ multum decoratur. Patre Seraphico tunc Romæ præſente uſus eſt *Ioannes* ad ſuum ſolatium, & ſpiritualem eruditionem.

Imperio Conſtantinopolitano Gallorum armis ſubacto, atque à Principe nationis ejuſdem Balduino II. in primordiis adhuc extante annis, occupato, vir deſiderabatur rerum gerendarum peritiſſimus, penes quem ſumma Imperii eſſet auctoritas, uſque ad pupilli pubertatem. Præter hoſtes alienigenas, alii erant ſeditionis concitatores, nempe Græci, qui expellere Gallos & in priſtinam dignitatem reſtituere Græcos, unde deciderant, conabantur: ſanctius conſilium, & Balduini parentes accerſiverunt, & honorifice receperunt anno 1231. *Ioannem de Brenno* Hieroſolymæ Regem, ut Imperio Conſtantinopolitano præeſſet, quandiu tempus ineuntis ætatis Balduini duraret; cui juveni Imperatori *Ioannes* filiam C ſuam natu minorem in matrimonium collocavit, ob idque non ſolum ut Princeps alienigena juſte electus, ſed tanquam ſocer Imperatoris gubernabat, ac perinde generi & filiæ omninò rationibus conſulebat, & utilitatibus proſpiciebat.

Novit *Ioannes* animi fortitudine, & prudentiâ decertare, novit triumphare, illæ ſunt enim virtutes, quæ ſolia erigunt, quæ coronas effingunt, quæ Regna conſtituunt, quæ Imperia ſtabiliunt. His præditus *Ioannes* mira patravit, quo gubernante effloreſcebant ad ſummam laudem Religio & Juſtitia tanto progreſſu, ut ſpatio ſeptem annorum ejus gubernatio pacifica & tranquila fuerit, perinde ac gloriosa, & illuſtris, irritis adverſariorum conatibus, qui proditione & tumultu D publicam nitebantur fruſtrà obturbare quietem; ita ut moriens Balduino quietum & placidum reddiderit imperium, quod agitatum & fluctuans acceperat.

Iis qui virtutem colunt, egregia præmia pro certo expectare licet; Jam in terris, ſicut plerumque viri probi, *Ioannes* noſter incipit remunerari; quo plus Dei voluntati ſubjicitur, plus illi homines obſecundant: à bonis ſumma obſervantia honoratur, à malis timetur; per iram nil unquam agebat; diligenter & ex æquitate uniuſcujuſque diſceptabat cauſas,

cauſas & controverſias dijudicabat.

Gregorius IX. Patri Seraphico, qui è vivis exceſſerat anno 1226. Sanctorum honores cultumque decrevit, cùm de tanta ſolennitate, tùm de ſanctimonia & miraculis hujus inſignis Patriarchæ, multus inter fideles erat ſermo. Joannes *de Brenne*, qui erat illi conſuetudine & familiaritate conjunctiſſimus, ejus opem fidenter invocabat, & virtutis ſingulatim percenſebat actus, tanquam oculis rem intuitus: maxime favebat Ordini Seraphico, cujus alumnum Patrem Benedictum *de Chezzo* in ſuorum omnium conſiliorum moderatorem elegit. Benedictus vir quidem omni ſanctitate pollens, miſſus à Minorum Inſtitutore in Græciam, ut ſchiſmaticos in B obſequium Fidei reduceret, ſubmiſit rebelles, ſplendore exempli, argumentorum vi, & magnitudine miraculorum, quæ coruſcarunt evidenter in vita & poſt mortem.

Profuerunt ampliſſime *Joanni* documenta Benedicti; ardenter optanti gratiam moriendi in Dei timore & amore, atque noctu dormienti apparuit Franciſcus manu geſtans pauperem tunicam cinerei coloris, cum vili „ fune pro cingulo: Vis ne, *Joannes*, Chri- „ ſtum imitari, ait Franciſcus, ſpiritum hu- „ militatis indue, abjectum hunc habitum „ ferens, hancque miſeram zonam. Princeps hiſce verbis perterritus, exclamans cum tremore, ſuis ſtipatoribus timorem incuſſit: indignum ſe æſtimans omni divino oraculo, C Deo tantùm ſe commendat humiliter, & Franciſco, qui alterâ nocte per ſomnum illi eâdem ſpecie ſeſe videndum præbuit, repetens quæ prius dixerat, ſed in comitatu alterius hominis albâ veſte cooperti: nec ſecundæ viſioni fidem adhibuit *Joannes*, quia ſemper prudens & humilis.

Sequitur tertium viſum nocte ſequenti, cum iiſdem conditionibus, ſi addiderim Franciſcum duos tunc habuiſſe comites, fortiuſque fuiſſe locutum, ut inculcaret mandatum divinum ſine mora implendum. Confeſtim *Joannes* vocato Patre Benedicto *de Chezzo* declara- A vit quæ contigerant, ab eoque recepit habitum Tertij Ordinis jucundiſſimo affectus ſenſu cœleſtis voluptatis; deinde ſubitâ febri tertianâ laborans ad mortem ſe preparavit, & intra paucos dies pio ſanctoque fine vitam clauſit. Salazarius proponit Tertiariis Hiſpanis exemplum *Joannis* noſtri, qui cum tunica Franciſcana extremum egit ſpiritum, ut animosè oſtentent ſe Franciſci alumnos, veſtiariæ teſſeræ publico & aperto uſu.

Mortuo *Joanne*, Imperij Conſtantinopolitani hoſtes faciie atque ſine obice illud perturbarunt. Degebat enim tunc Balduinus juvenis Imperator in Gallia, ut poſſeſſionem adiret Marchionatus Namurcenſis, & Caſtellanæ Satrapiæ Curtiniacenſis, atque opem imploraret Regis Chriſtianiſſimi ſancti Ludovici contra rebelles, qui tandem imperium, univerſamque circa regionem violenter & inique ſibi uſurparunt anno 1259. Denique illud onus inclinarunt inter manus Michaëlis Palæologi, cujus poſteri Imperium poſſiderunt uſque ad annum 1452. quo Mahometus II. contra jus ſibi arrogavit iſtud, deturbans Conſtantinum Palæologum Imperatricis Helenæ filium.

Inter illa duo nonnulla intercedit ſimilitudo, videlicet inter initium & finem Imperij Conſtantinopolitani: Magnus namque Conſtantinus matrem habuit ſanctam Helenam; diſcrimen omne conſiſtit in eo quod hic ad religioſiſſimam virtutis normam vitam exegerit, fueritque primus Imperator Chriſtianus, & rem Chriſtianam valde auxerit atque illuſtrarit: Ille verò, tanquam ſchiſmaticus & infenſus, quietem Eccleſiæ ſemper interpellarit.

Nec origo illuſtris, nec uberes divitiæ, facilem Joanni ad honores viam ſtraverunt, quæ noſtrâ ætate præſertim ſunt expeditiſſimus gradus indignis; ſed virtutes quibus ab incunabulis ſedulam navabat operam, adeò à teneris conſueſcere multum eſt.

Plexeius in Ludovico VIII Marc. Ulyſſi. part. 1. l. 2. Salaz. lib. 6 Arturus in Indice rerum memorabilium Martyrol. Franciſ.

B. MARIA CONSTANTINOPOLITANA, Hungariæ Regina.

NON tanti facio titulos ſororis Balduini II. Imperatoris Conſtantinopolitani, uxoris Belæ IV. Regis Hungariæ, & ſororis ex marito ſanctæ Eliſabethæ, quàm pietatis eminentiam: Eliſabethæ quidem veſtigiis ad amuſſim inhæſit D charitate erga pauperes & ſolertiâ in Dei famulatu.

Nomine dato Tertio Ordini unà cum Bela conjuge, Monaſterium inſigne campi regij in Auſtria, prò filiabus ſanctæ Claræ conſtrui curavit: ad ejus probationem permiſit

Deus, marito à Tartaris devicto, *Mariam* ſpoliari trium annorum ſpatio omni dominatu. Ex Bela peperit duos filios, duaſque filias: Bela primogenitus, dum adhuc orditetut, ſuccisus eſt, & fato functus ante patrem, ſepultuſque in Eccleſia Fratrum Minorum, ubi Bela pater, & *Maria* mater mandati ſunt terræ. Principum alter regnum Hungariæ obtinuit poſt Belam IV.

Quemcumqne indagantem ambarum facta filiarum ſubita incedit admiratio propter eximiam earum ſanctitatem. Zinga primogenita illuſtrem ob virtutes præclaras obtinuit locum inter præcipua noſtri Ordinis ornamenta: meruit à noſtris Scriptoribus celebrari, tanquam in beatarum menrium album adſcripta. *Maria Conſtantinopolitana* ejus prægnatione gravida monita fuit cœlitus, quod pareret Principem ſanctitate emicantem, cujus ipſo momento nativitatis indicia pt otulit voce diſtinctâ ſacratam ſalutans virginem. Ab incunabulis ſummâ Religione nomina Jeſu & Mariæ venerabatur.

Altera filia, Maria Hungara, voto Deo conſecrata fuit à matre ſimul & à patre antequam naſceretur, ut Chriſti ſponſa fieret; quo voto impetrarunt univerſam Tartarorum abs Hungaria expulſionem. *Maria* autem Conſtantinopolitana, poſt vitam ſanctiſſimam ſanctiſſimè obiit, ſepulturam ſuam eligens in Conventu Fratrum Minorum, coram altari beatæ Virginis, cum marito Rege Bela, Duceque Bela filio. Videtur ejus nomen cum titulo beatæ in recenſione Illuſtrium utriuſque ſexus Tertij Ordinis Franciſcani, quam Antonius à Sillis Miniſter Generalis hujuſce Congregationis in Italia conflavit è diverſis & probatis Auctoribus.

VITA
B. BELÆ QUARTI, HUNGARIÆ REGIS.

CAPUT PRIMUM.

Injuriam cædis maternæ ulciſcitur.

BELA Quartus filius erat Andrææ Secundi Regis Hungariæ, & ſanctæ Elizabethæ frater. Bela III. Andrææ II. pater voto ſe obſtrinxerat peregrinationem obeundi ad loca ſancta; voti autem fidem liberavit. Bela IV. dum ibi miliium delectum habens, infidelium copias delevit & proſtravit. Mater Belæ IV. quæ nominabatur Gertrudis, Ducis Carinthiæ filia honeſtiſſima erat & ſpectatiſſima femina: Narrant illam Hiſtorici præditam fuiſſe incomparablili animi fortitudine: In id omni cogitatione curâque incumbebat, ut ritè educaret Principes ſuos filios, Colomanum & Andræam, ſed præ cæteris noſtrum Belam, qui altè defixit in memoria materna documenta & ſtrictè obſervavit.

Andræas II. reliquit in Hungaria Bancbanum qui regeret Monarchiam; dum Rex peregrinaretur durus & inhumanus regni adminiſtraror ſuis ipſe manibus interfecit Reginam Gertrudem: Inultus remanens execrabilis occiſor qui tantum ſcelus admiſerat, incitato equo Conſtantinopolim cucurrit, ut ſe expurgatet coram Andræa, qui tunc ibi exercitum conflabat: Ex tatione neceſſitatis Bancbanum Rex dimiſit cum novis literis patentibus ad continuandam adminiſtrationem, abominandi hujuſce flagitij dijudicationem differebat in tempus reditus ſui, ſcripto interà præcipiens Belæ aliiſque Principibus pacifice agere.

Militari expeditione peractâ Rex videns ſuum regnum tranquillum, Deo grates habuit, ſummam hanc proſperitatem tribuens meritis pretioſarum Reliquiarum, quas ſecum attulerat, nempè Capitis ſancti Stephani Martyris, Capitis etiam ſanctæ Margaritæ Virginis & Martyris, Manus dexteræ ſancti Thomæ Apoſtoli, Manus quoque ſancti Bartholomæi Apoſtoli, Virgæ Aaronis, unius ex Hydriis in quibus Chriſtus mutavit aquam in vinum. Miratus eſt inſignem filiorum moderationem, quâ regnum à bellis omninò vacabat, & placidiſſimâ in pace verſabatur.

Bancbano tamen in jus condixerunt propter nefariam Reginæ cædem coram Andræa, qui nihilominus favit ſicario, fallaci homini, & erudito artificio ſimulationis: invito tandem conſilio Elizabethæ ſororis Principes

extrare volentes in crudeliſſimum hoſtem monumenta odij publici ſempiterna, ipſum trucidarunt, ejuſque ſobolem. Per aliquod rempus Elizabetha impedivit quominus hanc ſtragem ederent. Ad extremum omni matris injuriâ vindicatâ delicti expiationem exſolverunt piis pœnitentiæ cruciatibus ſponte ſuſceptis.

Nec modò vultu ac veneratione conceptam Religionem ac Fidem præ ſe tulit Bela, ſed etiam advocatâ concione ipſemet è ſuperiore loco in nefarios quoſdam ritus, quibus ad eam diem dediti fuerant Hungari, adeò invectus, & præteriti temporis errata & flagitia tam graviter & dolenter eſt deteſtatus, ut animo planè immutatum, ac Deo plenum haud dubiè cerneres.

CAPUT II.

Belæ IV. virtutes.

ANNO circiter poſt Chriſtum natum 1234. Andræas II. fato functus eſt, præ doloris ſenſu, juxta quoſdam Scriptores, quod nimirum Elizabethæ filiæ ſuæ partes non ſuſceperit contra adverſarios. Bela IV. filius ejus natu major ſucceſſit 14. Octobris anno 1235. Id temporis in cœlitum numero collocatur ſancta Elizabetha, dum Bela ſolenni pompâ Rex inauguratur, & canitur in Miſſa Dominicæ occurrentis. Introïtus, *Da pacem, Domine*, in baſilica Pontificia civitatis Albanenſis, unde conjiciunt plurimi Hungariam potituram fore plenâ eâdem pace quam poſſederat anteà, regnante Andræâ: Ad probationem tamen & exercitium Belæ IV. Principis clementis & pacifici Deus permiſit Hungariæ regnum atrociter exagitari bellis & ſeditionibus.

Primordia ſuæ dominationis inſignivit veneratione ſingulari erga ſancti Franciſci alumnos; quos, reluctantibus barbaris & adhuc inſulſis Hungariæ populis, in primoribus Imperij ſui locis inſtituit, & locupletavit; præſertim duos Conventus Strigoniæ in honorem ſacratiſſimæ Virginis; alterum, in memoriam ſororis ſuæ Elizabethæ condidit ſuis ſumptibus & ornavit. Illorum voluit receptionem omninò eſſe honorificam, & ſimilem triumpho, qui victoribus decerneretur poſt partam gloriæ ſegetem.

Ad conſueta Chriſtiani animi documenta Bela non minus præclarum adjunxit aliud; ſiquidem gravi edicto conquiſita undique Idola, ſi quæ ſupereſſent intra ſuæ ditionis limites, quanquam multis id ægrè ferentibus & in cumulum congeſta, publicè concremavit. Præterea Chriſti Sacerdotes, & Religioſos Minores, tanquam è cœlo delapſos omni officio proſequi, & charitate complecti; de Fidei myſteriis, deque variis virtutum generibus aſſiduè percunctari: Deum verò ſuppliciter obſecrare, ut quando vitæ partem in cupiditatum ſervitute poſuiſſet miſer, quantumcumque ſupererat temporis in Chriſti Domini cultu & imitatione, ac in vera pietate ſibi conſumere liceret.

Jam rei divinæ quanto ſilentio vel tremore potius intereſſet, ex eo patuit, quod juveniliter intereà ſtrepitum cientes ad januam templi honorarios Ephœbos, Principum etiam filios ſeverè animadverti, pœnaſque ſuæ culpæ illicò luere imperavit, indignum facinus ratus, auguſtiſſimum illud ſacrificium, in quo pro ſalute hominum Deus ipſe immolatur, ab hominibus negligi: itaque dubio procul adoleſcentes levis, & quotidiani apud nos (quod pudeat) delicti ſupplicium capite ipſo perſolviſſent, ni ætatem ac genus miſerati, ac divinæ inſuper clementiæ memores plurimi vehementius obtitiſſent.

Ad urbes verò appropinquantibus Franciſcanis, oppidani diverſo agmine obviam prodibant, ita ſtructis ordinibus & ejuſmodi gradu, ac ſymphoniæ genere, ut ſupplicantium apud nos pompæ ſpeciem quandam exhiberent. Modos inibant pauci, tùm cæteri ſequebantur; ac ſubinde univerſi pleniſſimo ſonitu elatis in ſpatia certa vocibus æthera feriebant. Hungari alumnos Franciſci ingenti gaudio in medium acceptos, eodem ordine ad locum pro Conventu deſtinatum uſque perducunt, tanto populi concurſu, ac turbâ ita confertâ, ut plurimis aditus ad rem vix atque ægrè patuerit. Piiſſimam hanc aciem præfulgidum Crucis vexillum præcedebat, perinde quaſi Fratres Minores infeſtis ſignis in Chriſti inimicos inveherentur.

Excepta ſic eſt familia Franciſcana ab Hungaris, qui illam eatenùs noluerant admittere, quamvis cæteræ nationes Chriſtianæ ſuam illi januam honorifico jam patefeciſſent apparatu. À Franciſcanis recepit Bela Tertij Ordinis habitum, necnon Maria Conſtantinopolitana ejus ſponſa; & frequentius atque jucundius cum illis erat familiaritatis uſu conjunctus, quàm cum aulæ ſuæ regiæ aſſeclis. Volebat Rex à Fratribus Minoribus regi eâdem auctoritate, quam ipſe haberet in ſuos ſubditos, & quâ utebatur Magiſter Conrardus Maſpurgenſis in ſanctam Elizabetham.

Illorum judicio res majoris momenti ſubjiciebat, Religionem arbitratus, Chriſtique gratiam ſolida eſſe & vera fundamenta Monarchiæ. Sic etiam cenſebant Sancti Stephanus, Emericus, Ladiſlaus, & Colomanus Hungariæ Reges. Longè præferebat Jeſu crucifixi humilem famularum dignitati Regis Hungariæ: totus erat in gloria Dei promo-

vendâ, & hominum procurandâ ſalute. A

Anno 1241. Kuthenus Rex Comoranorum à Tartaris ſuo Regno privatus per legatos *Belam* rogavit ut illi permitteret cum reliquo exercitu ſe recipere in Hungariam, pollicituſque eſt ſe ex lege obſequii & functionis clientelaris poſſeſſurum ſuum Regnum, ab Idolorum cultu diſceſſurum omninò, & Fidem amplexurum Chriſtianam. *Bela* certum fecit Kuthenum de prompto auxilio, & quod optatò adveniet, miſitque intereà Franciſcanos ad illum erudiendum præceptis Chriſtianis. Kutheno, cæteriſque Principibus regio ſanguine ortis, ſacro perfuſis lavacro, alii plurimi adhæſerunt, curâ & labore Fratrum Minorum.

Comorani vecordes, & humanitatis expertes nullam in Hungariâ diſciplinam militarem obſervant, vaſtitatem & depopulationem inferunt ubique, compilant ſacras ædes, conſtuprant mulieres, *Bela* cupiens malo huic mederi præponit alienigenis Duces Hungaros qui effrenatos milites coerceant; nec inde remedium oritur: Dolent Hungariæ populi quod ipſi Comoranos vexantes vel leviſſimè, gravitet punirentur, Comorani verò impunè omnem crudelitatem exercerent, accuſant Hungari *Belam* acceſiviſſe hos barbaros, ut „ Hungaros torquerent. Cum non poſſit, in„ quiunt, amari, vult timeri. Verbum iſtud tam durum tamque injuſtum innumeros invenit aſſenſores.

Tartari interim è Scythia egreſſi Hungariam invadunt, à quibus validus & fortis exercitus, à *Bela* oppoſitus, neci & cædi traditur: Gaudebant Hungari de regiarum copiarum diſſipatione, falſò æſtimantes Tartaros recentes eſſe Comoranos ad integram Hungariæ devaſtationem. Quicquid agat *Bela*, ut ſubditos ab hoc errore avertat, nil proficit: alteram conflat & inſtruit aciem, ut Tartaros profliget, qui flammâ ferroque delent omnia. Hungari è contrario tùm Comoranos inſectantur, qui ſub diſciplina militari tenent partes *Belæ*, cùm oportet illos comitari ad Hungariæ deffenſionem.

Ex cordes itaque Hungari, opportunitate loci utentes, in detrimentum Kutheni, & adjunctis ſibi copiis quas *Bela* conſcripſerat ad Kutheni propugnationem, hunc interemerunt, atque Comoranis ſuperſtitibus à tergo inſtiterunt, adeò ut utrique ingentes in his locis & fœdas ediderint ſtrages: nec propterea deſpondet animum *Bela*: Jamque agmen ipſe ducens, obviam procedit Tartaris, quos ſiſtit & moratur ex adverſâ parte fluvii, *Seo*, nomine. Tartari nihilominus nocte ſine ullo ſtrepitu per vadum tranſeunt: eximproviſo Hungaros ira funeſtè occupant & opprimunt, ut ſpatio dierum duorum poſſit quis ambulare inter cadavera, uſque adeò cruentus fuerit conflictus.

Mirum dictu! *Bela* periculo ſe extricans, aufugit cum exiguo comitatu ad Mariam Conſtantinopolitanam ſuam ſponſam, quæ tunc in Sclavoniam proficiſcitur: hùc malorum venit, ut avertente Deo illud infortunium, accidat alterum: Dum tantos poſt labores modicùm quieſcit in ripâ fontis Fridericus Auſtriæ Dux illum adit, ejuſque fortunam oſtendens ſe miſerari, ultra ruſtum venire adhortatur, ubi tutius degat, & jucundius in Caſtello Regiæ Majeſtatis digno: Princeps Auſtriacus in illum volebat manus injicere, donec magna vis pecuniæ perſolveretur, quam affirmabat ſibi debitam. Cogit *Belam* omnibus ſubſcribere articulis quos propoſuit: Penes ſe & in poteſtate ſua tenuit argenteum *Belæ* vaſarium, extorſitque plura clientelis & ditione illuſtria prædia, quæ noverat ſuis rebus conducere. B

Hiſce obſcuris temporibus Tartari univerſam Hungariam ingenti populatione peſſumdantes invenerunt in ſarcinis regium ſigillum perfidiâ Hungarorum, qui partes illorum ſectabantur. Hoc autem ſigillo literas patentes munierunt, quibus *Belæ* Regis nomine, monebantur falſo Hungari non ita gravem accepiſſe cladem, ac proindè ne diſcederent è patriâ, unde brevi expelleret omnes alienigenas. Perfido illo monito Regnum periit, omneſque fere incolæ neci traditi ſunt, aut fame confecti, ſolo à cultu vacuo remanente.

Bela inter hæc adverſa Deum laudat toto corde, ejuſque ad Chriſtum fidelitas perſtat immota; Ad Dei nutum ſe totum fingit & accommodat. Non oportet expectare temporis medecinam, quam repreſentare ratione poſſumus. Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, atque malo *Belæ* ſalutem quærant, auxilii nihil afferant, tuncque hoc eſt quod ***ejus patientia opus perfectum habet***, 1. Jac. 4. & ſupremæ Majeſtatis legibus morem gerit. C

Gotz in Provincia Hungariæ, in Conventu ſanctæ Mariæ Ant. à Sillis in c. 1. Regul. Tertii Ordinis.

D

CAPUT III.

Mors ejus pretioſa.

PER tres annos, quibus Tartari adeo violenter uſurparunt Hungariam, *Bela* magnam collegit frugum virtutis ubertatem, confirens ſe juſte puniri Maria Conſtantinopolitana ejus uxor in eandem ſententiam conveniebat, quæ prægnans in regione aliena Deo votum fecit unà cum marito, quod ſi è Tartarorum crudelitate eriperentur, ſalvique redirent in Regnum Hungariæ, illi conſecrarent partum, quem Maria geſtabat in al-

vo, modo eſſet filia, ſcilicet illam Sororibus A Religioſis ſancti Dominici offerentes. Barbari eodem momento ex Hungaria ultro exeunt, *Belaque* Budam reverſus diſperſos & vagantes ſubditos convocat: Regina filiam parit, Margaritam nempe Hungaram, quam pii parentes circiter quadriennem tranſtulerunt in Monaſterium Veſtrinum conſtructum & fundatum pro filiabus ſancti Dominici munificentia & liberalitate Andreæ II. patris *Belæ* IV.

Margarita Princeps, poſt ingreſſum menſibus ſex, divino afflata Spiritu, habitum Religioſum poſtulavit: Illuſtres fuerunt ejus vita & mors virtutum eminentiâ, & miraculorum ſplendore, quæ ante & poſt obitum co- B ruſcarunt, ita ut multoties habita fuerit quæſtio de ipſius inter Sanctos relatione, populique communiter in Hungaria illam invocent, ut cœlo jam aſſertam.

Verùm *Belæ* non defuerunt cruces poſtremis diebus; imo magis frequentes, & magis acerbæ ſupervenerunt. Propter bella contra Fridericum Auſtriæ Ducem, & Othocarum Regem Bohemiæ, quæ non illi fauſtius ceſſerunt quam contra Tartaros: anno 1263. biennio ante ipſius mortem, videbantur agmina ſupplicantium, inſtructo ordine procedentia, qui ſe flagris cædebant uſque ad ſanguinem: plurimi credunt pium hunc Monarchum iis fuiſſe adjunctum C cœleſti fervore, indeſinenterque amplexum magis rigidas corporis afflictationes, ut iram Dei pacaret.

Cum autem duriores ærumnæ ſemper ejus vitam laceſſiverint, Deo jubente, ſupremum diem clauſit, ſeptimo Maii, quo tunc Eccleſia celebrabat feſtum Inventionis ſanctæ Crucis. Religioſi Franciſcani, qui magnam in *Belæ* viventis corde partem obtinuerant, corpus mortui poſſederunt, ſicut teſtamento conſtituerat irritis conqueſtionibus multorum, qui ægrè ferebant antiquam majorum ſepulturam negligi.

Epiſcopus tamen Strigonienſis juſſit illud tranſvehi in Eccleſiam Metropolitanam, ubi ſolenni pompâ ſepultum eſt. Franciſcani verò tam præclari theſauri jacturam dolentes, oblato libello ſupplicaverunt ſummo Pontifici, qui Epiſcopum ad ſuum Tribunal vocavit: litigantes ampla ſuæ cauſæ documenta attulerunt; dein diſceptandi facto longo & accurato progreſſu, tandem Sedis Apoſtolicæ decreto ſacrum fuit corpus reſtitutum Franciſcanis, & in eorum Eccleſia terræ mandatum magnifico & regio apparatu, coram Altari beatæ Virginis, ubi jacet cum Reginâ Mariâ Conſtantinopolitanâ ejus uxore, & Belâ Duce illorum filio, qui jam ante eorum obitum è vivis exceſſerat. Circa ſepulchrum leguntur ſequentes verſus.

Aſpice rem charam; tres cingunt Virginis Aram;
Rex, Dux, Regina; quibus adſint gaudia trina.

INFERIUS.

Dum licuit, tua dum viguit, Rex Bela, *poteſtas;*
Fraus latuit; pax firma fuit, regnavit honeſtas.

Scribunt Hiſtorici Beatum noſtrum *Belam* centum annis poſt mortem æque fuiſſe in ore & ſermone omnium, ac ipſo momento deceſſus: nominis gloria florebat, totum implebat orbem: virtutes ejus tantam conſequutæ ſunt celebritatem, ut omnes de iis loquerentur. Memoriam *Belæ* quiſque refricet non ſolum in ore, ſed in mente, ſed in manibus patientiam ejus imitando, atque inhærendo firmiter operibus Chriſtianis.

Vvadingh. 1287. §. 7. & 8.

VITA B. SALOMÆÆ, POLONIÆ PRINCIPIS.

CAPUT PRIMUM.

Quanta ſolertia pietati vacaverit à teneris annis, ejuſque virginitas in matrimonio.

CUjus aures clauſæ veritati ſunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus ſalus deſperanda eſt: ſi veritas audita, moleſta eſt, modo grata ſit, dum legitur, ſufficit ad ſalutem: ſufficit, inquam, ut perſuaſi exemplis Sanctorum, quæ legimus,

ſine mora ſapiamus. B. *Salomæa* virtutis eximium ſpecimen nobis exhibet, quod videntes in priſcorum libris auctorum fortiter accendimur ad ejus imitationem.

Filia Leſconi erat Ducis Cracoviæ, & ſoror Boleſlai, quem vulgo pudicum cognominant, Poloniæ Regis. A nativitate deſignata fuit in uxorem Principis Colomani Andreæ II. Hungariæ Regis, filii, fratriſque Belæ IV. & ſanctæ Elizabethæ Turingiæ Duciſſæ Andreas, ejuſque ſecretius conſilium optarunt *Salomæam* educari in Aula Hungarica cum futuro ſponſo, ut ad Aulicorum hujuſce nationis agendi rationem inſtitueretur, cum vix eſſet trima: à teneris unguiculis pietas ejus, modeſtia, & ad omnes virtutes proclivitas penitus enitebant; dotibus naturæ præcellebat coætaneis, pariter & gratiæ, facileque conjiciebatur brevi perventuram in eminentem gradum ſanctitatis: ſummâ ingenii laude florebat; memoria tanta fuit, ut quæ ſecum commentata eſſet, vel audiviſſet ab aliis, ea ſine ſcripto, verbis iiſdem redderet, quibus cogitaviſſet.

Vetus hoc verbum eſt, nihil rerum omnium eſſe, quod tam ex æquo diſpertierit natura, quam ingenium, cum nemo ſit, quin ab illo ſatis ſe liberaliter paratum & inſtructum putet. At *Salomæa* dictum illud factis ſuis & ſenſibus falſi convicit, æſtimans ſe tantum hebetem & ſtolidam eſſe, quantum erat arguta & ingenioſa.

Evangelium à Diacono decantatum, in Miſſa, cui intererat, memoriter recitabat puellula, & in linguam traducebat vernaculam, addens juſſu præceptoris pias & pulchras expoſitiones, ad Fidelium inſtructionem. Princeps Colomanus, qui non erat æque intelligens, ejus laudi invidebat; eo quod potiſſimum à patre deſpectus tanquam plumbeus & ſtupidus puniretur aliquoties, ne hactenus permitteret ſe à parvula vinci filiâ literarum ſtudio. Mox ut nubiles judicantur, matrimonii Sacramento junguntur, cujus gratiam receperunt ambo & auxerunt rectâ vivendi ratione. Primam Nuptiarum noctem in meditatione collocant, & voti Religione continentiæ perpetuæ ſe adſtringunt, quod magnanimitate mirabili firmiter obſervarunt, quamvis adfuerint unà & in unis ædibus, per ſpatium annorum duodecim.

Oratio & mortificatio continua ſunt Colomani & *Salomææ* præcipua exercitia, tanquam virginitatis fortiſſima propugnacula & arma. Angelica illorum continentia ſoli Deo patet, quia in idem ſemper cubiculum ſe recipientes, in diverſis lectis decumbunt, modico tempore, cum majorem noctis partem inſumerent in rerum cœleſtium contemplatione, uberes lacrymas effundentes.

Salomæa multo magis fervens, & aſſidua, ſæpe flexis genibus perſiſtebat uſque ad cre-
A puſculum, in gemitu columbæ, & ardore Seraphico: corpora quidem exercitationum defatigatione ingraveſcunt; anima autem exercendo levantur. Verum eſt potiſſimum in *Salomæa*, cujus licet mens vegetior fieret ſummi boni poſſeſſione, vires tamen corporis deficiebant aliquando, & omnino periiſſent abſque prompto auxilio Colomani, qui ab ea poſtulabat enixè zeli moderationem. Conſtat autem ejuſmodi roboris defectionem aliquando ſacratum fuiſſe Divini Amoris languorem, & animi alienationem à ſenſibus.

Dum ſemel tota in divina abriperetur audita eſt vox cœleſtis dicens, *conſummatum eſt*,
B tanquam ſi vellet Deus ſignificare nullum amplius *Salomæam* habere commercium cum terræ deliciis & vanitate, quæ tantum ſaperet & quæreret cœleſtia. Ab eo nimirùm tempore ſe perfectè Chriſto conſecravit; ſimplices & viles fuerunt ejus veſtes, nullâ curâ formam adjuvabat, imò ſeipſam negligebat penitùs, ut totius in voti confirmaretur obſervatione, ſponſoque nullam præberet occaſionem illud infringendi.

Andreas II. *Salomææ* ſocer, è Terrâ Sanctâ rediens ſecundas iniit nuptias cum filia Marchionis Eſtenſis, apud quem diverſatus eſt in Italia: ſocrus nurum ad Chorearum celebritatem, & comœdiam & cæteras aulicorum oblectationes omni contentione alli-
C ciebat; ſed fruſtrà: cum enim eſſet experta ſolitudinem tueri innocentiam & protegere, ſeceſſus amabat, &, ut fas erat, remanebat ſola. Jejunia, cilicia, flagra illius erant oblectamenta. Triplici genere ita horrentium ſetis induſiorum utebatur, ut nil aſperius fingi poſſit: nullus unquam ea vidit præter patrem Adalbertum Religioſum Franciſcanum ejus Confeſſarium, cui volenti ſcire qua ſeveritate carnem affligeret, tantùm oſtenditur à *Salomæâ* unum de tribus ciliciis, & quidem minus auſterum ac difficile; attamen adeo moleſtum & mordax, è collo ad pedes ſe extendens, velut promiſſa tunica, ut totum corpus circumplectendo graviter torqueret. Tria hæc Pœnitentiæ inſtrumenta
D ſeruata ſunt honorificè inter pretioſiora lipſana, in Eccleſia Sandomirenſi, donec iſtud Templum, igneque fortuito flagrans penitùs fuerit combuſtum.

Cromerus de rebus Polonicis tom. 2. l. 7. & 9. Rudolphus fol. 141. Vvadingh. 1254. § 15. 1268. §. 4. 5. & ſequ.

CAPUT II.

Ingreſſus ejus in Tertium Ordinem, & obitus.

VULGÒ creditur copias facilem ad honores viam ſternere, & munire: hac illuc non pervenit noſtra *Salomæa*, quæ ortum repetens ab ſummi imperii Principibus, eandem celſitudinem matrimonio conſerva-

vit. Evecta eſt ad veræ celſitudinis apicem, humilitate, patientiâ & charitate. Ut antem majores progreſſus faceret in virtute, Tertium Ordinem ſancti Franciſci eſt amplexa: quo anno, præcisè non patet, quamvis conjiciatur facilè, hancce vivendi rationem elegiſſe, ante exitum abs Hungariâ. Jam enim alienum prorſus habebat animum à Comœdiâ, conviviis, & choreis, quæ prohibentur in tertia noſtra Regula, è contrario inclinatione voluntatis propendebat in veſtium ſimplicitatem quæ maximè ibi commendatur; unde probatur eo tempore nomen libenter dediſſe tertiæ Congregationi Franciſcanæ.

A

Electus Colomanus illius ſponſus, à principibus Ruſſiæ, in Regem Galatiæ, inauguratus fuit à Vincentio Epiſcopo Cracoviæ, & aliis Epiſcopis Hungaris. *Salomea* verò coronata in Reginam ejuſdem nationis ſolenniter, illam omninò proſperavit regiis largitionibus, Religioque tunc, & Evangelii leges ibi floruerunt. Colomanus ejus maritus triennio tantum potitus Regno, ob incurſionem Tartarorum, quibus non poteſt reſiſtere, licet depugnet acriter, & infractâ fortitudine, adverſæ ridens fortunæ minas, moritur tandem in medio prælio anno 1235. efferens ad aſtra nomen, & infinitam demùm colligens nunquam intermoriturae gloriæ ſegetem.

B

B. *Salomea* in Poloniam ſe recipiens novo tunc fervore incenſa perfectius Chriſto adhæret: quaſcunque facultates erogat in pauperes: & Conventus Franciſcanorum & Clariſſarum conſtruit, per viginti & octo annos, antequam ſe Clauſtro ſepeliat. Anno autem 1253. de manibus Illuſtriſſimi Prandothæ Cracovienſis Epiſcopi, Velum Monaſticum ſumit, coram Patre Raymundo Provinciali Miniſtro Fratrum minorum Provinciæ Poloniæ, in Conventu Zavichoſtenſi, ſeque ſubjicit ſecundæ Regulæ Franciſci Aſſiſiatis, pro Clara ejuſque aſſeclis inſtitutæ: poſt annum probationis, ex ſolenni votorum formulâ facto ſodalitio inito, miram virtutum cumulo acceſſionem adjunxit.

C

Bullâ ſummi Pontificis Innocentii IV. data circiter anno 12. Pontificatus, & à Chriſti Nativitate 1254. patet conceſſum illi fuiſſe, juxta petitionem, quod ſi Boleſlaus frater ejus, nondum adhuc Rex Poloniæ, ſed tantum Dux Cracoviæ, moriens ipſi teſtamento legaret dominatus aut Satrapias illa poſſideret, ſalvis legibus, & annuos reditus attribueret ſuo Monaſterio, jure utendorum, fruendorumque fructuum inter ipſius manus remanente, donec cum ipſa obierit, ad legitimos hæredes & ſucceſſores fratris Ducis Cracoviæ redirent hæc omnia. Princepsiſte factus Rex Poloniæ, ad ſupplicationem B. Sororis lautè & oplparè fundavit Conven-

D

tum magnificum in oppido, vulgò, Zavichoſtenſi penès Cracoviam. Ibi longius *Salomea* cunctis virtutibus ſedulam navavit operam, donec Tartari illud Monaſterium devaſtantes, & diruentes funditùs, translatum eſt intra muros Cracovienſes, ubi Frater ejus Boleſlaus ſub titulo ſancti Andrææ ædificium omne inſtauravit; ibique *Salomea* perfectæ ſanctitatis ſtadium infatigabili perſeverantia conſummavit.

Anno 1268. die 10. Novembris audiens Evangelium Miſſæ, ut primùm lethalis morbi acerrimos licet morſus ſentit, non abjicit animum; imò adventante omnium terribilium terribiliſſimo novas exerit vires. Mortis Chriſti memoriâ confirmatur, qui cœleſtes iras in omne genus humanum intentas, olim ſuo potiſſimum capite excepit. Eâ recordatione ad omne decus ac pietatem incenſa vitam pro Chriſti nomine per omnia tormenta & quaſcumque pœnas, ſi ipſe vellet, cupit amittere.

Leves æſtimat quos tunc patitur dolores, quia graviores exoptat, pro Chriſti crucifixi amore, qui certò monet illam quod dies proximus Sabbathi, ultimus erit vitæ mortalis, & primus felicitatis æternæ: manifeſtat hancce veritatem Patribus Franciſcanis & Sororibus ſui Monaſterij, ut minus feriantur tam durâ ſeparatione. Quiſque conatur illam ab hoc cogitatu amovere ſpem injiciens amplioris vitæ ſpatij. At fiduciæ & zeli plena: Actum eſt, inquit, Sabbatho è vivis excedam; ne dubitetis. Eventus prædictionem probavit.

Die Jovis advocatis cum ſororibus ad lectum ſuum mirandum habuit ſermonem de virtutibus; de pace præſertim ſervanda, ut vitentur infeſtæ admurmurationes, quæ perturbant aliquando Monaſteria: commendat illis maxime cordis puritatem, quæ fœdatur ſæpe & obſcuratur vanâ curioſitate, & rumoribus per urbem diſperſis.

Ac licet precationi uſque adeò dedita eſſet, tamen eo ſtudio ſe à charitatis cæterarumque virtutum officiis minimè patiebatur abduci; & quanquam certum unicuique ſpatium temporis quotidie neceſſarium eſſe diceret ad ſe colligendum, vireſque divinitus impetrandas, tamen Sorores non ita laudabat, quæ dulcedine ſolitudinis & divinæ familiaritatis illectæ, in arenam deſcendere, & ſua primum vitia vellere, deinde etiam proximos adjuvare negligerent; quinimmò plurbus docta experimentis, aiebat, quæ minus in eo genere ſibi temperant, earum pleraſque (niſi periti cujuſpiam ductum ſequantur, vel præcipuo Dei fulciantur auxilio) partim dæmonum illuſionibus obnoxias eſſe, partim etiam contumaces, & ſibi placentes, & in ſua ſententia mire obſtinatas ac pervicaces evadere,

quâ peſte nulla propemodum eſſet religioſis cœtibus capitalior. Itaque Sororum illa profectum non tam ex continuata precatione, quam è ſolidæ virtutis officiis, ac præſertim ex manſuetudine atque animi æquitate ſpectabat. Etenim vitia non fugiendo, ſed reſiſtendo vincuntur. Denique licet piæ precationis laude præcelleret ipſa, ſemper tamen ſpiritum, quem vocant mortificationis, ſpiritui ſpeculationis antetulit.

Hac exhortatione finitâ, denuò ſe omnibus terrenis abdicavit, ipſis etiam rebus, quarum uſus illi conceſſus fuerat uſque ad mortem: volebat enim mori pauper cum Chriſto crucifixo. Declaravit tandem ſe dare ſuum corpus Fratribus Minoribus, ſi velint illud ſepulturâ cohoneſtare in ſua Eccleſia: „ Ne amplius lacrymis diffluatis, inquiebat, „ Sorores chariſſimæ, felicitati meæ nemplius veſtris precibus moram interponatis: „ meæ cogitationes ad cœlum referuntur om„ nes; terram prorſus deſpicio: ſpes mea, Dei „ miſericordia, qui me citò liberabit de cor„ poris ſervitute: Valete, & Deum orate pro „ me.

Ex urgenti dolore fuſius iterùm ingemiſcunt Sorores & illacrymantur tam duræ ſeparationi Salomææ, quam ut matrem, intimo amoris ſenſu peramant, & ut Reginam apprimè reverentur. Licet poſtulent indeſinenter ejus conſervationem, juxta Prophetiam, ſanctiſſimè obiit Sabbatho, die ſcilicet 17. Novembris anno 1268.

Salazar. l. 6. Chronic. Provinc. Caſt. c 30 Regiſt. Vatican. Epiſt. 123. Vvadinghus anno 1258. §. 27. Odoricus Raynaldus 1268. §. 55.

CAPUT. III.

Plura mirabilia evenerunt ante & poſt ejus mortem.

LEONUM animi, index cauda, & æquorum aures, aiunt quidam: certum eſt ſanctitatem attendi potiſſimum in morte, cum finis coronet opus; tunc cauda perfectionis ſignum eſt & conſummatio, quia in Chriſtianis, juxta Hieronymum non quæruntur initia, ſed finis. Sed negari non poteſt, ut male poſuimus initia, ſic cætera plerumque ſequi dimidiumque etiam facti, qui bene cœpit habere: Unde conſtat beatam Salomæam, quæ perfectè incœpit, continuavit perfectius, & perfectiſſimè ſupremum clauſit diem, cumulatiſſimæ attigiſſe virtutis apicem.

Paulò ante ejus obitum pia quædam domina oblatam divinitus ſpeciem excepit plurimorum hominum, vultu majeſtate pleno, qui bini, graviter & ſilentio incedebant ad

A locum, ubi duæ ſublimes columnæ cryſtallinæ videbantur, quæ capita ad cœlum evehebant. Exponitur hæc viſio à tribus viris, auguſtâ oris dignitate, ſupra iſtas columnas ſtantibus Expectamus, aiunt Salomæam, „ quæ cito è valle miſeriarum evadet, ut no„ biſcum poſſideat beatitudinem æternam. „

Boguſlaus Religioſus Franciſcanus meditationi valde addictus, degebat in caſtello beatæ Salomææ, dum ipſa efflaret animam: Extremum hoc diſcrimen ignorans, & operam dans ferventi precationi, vidit duas columnas marmoreas valde coruſcantes, quæ à ſacello, ubi precabatur, uſque ad cælum ſe erigebant, ſimulque Principem Salomæam

B radiantem mirando ſplendore: celeriter & cum alacritate aſcendebat, ut ſederet in magnifico throno ſursùm parato, ubi ſymphoniæ chorus hæc verba jucunde & mirabiliter concinebat: *Frondюit, frondюit virga Aaron.* Canticum illud muſicum alludit Salomeæ, quam votum virginitatis ſobole privans ſecundùm carnem, ornavit nihilominus ampla & honorificâ prole myſtica, bonorum nempe ubertate operum.

Eodem die aliquanto priuſquam extremum effunderet ſpiritum, una ex Sororibus qui ei miniſtrabant, ſummi radios gaudij è Salomeæ vultu erumpentes miranti, & cauſam petenti, reſpondit Salomæa: Sacrata Virgo, An„ gelorum Regina & hominum, mihi refert „

C gratiam præ admirabili bonitate, quia, „ quantum potui, illam obſtrinxi meis humi„ libus obſequiis: ſuo aditu officioſo ita lenit „ mei corporis dolores, ut anima mea præ„ guſtet gloriæ cœleſtis dulcedinem. „

Coram Agnete Abbatiſſa, & omnibus Religioſis expirans Salomæa, exhalavit animam ſub ſpecie Stellæ rutilantis & præfulgidæ. Pro lacrymis aſtantes tunc jucundos cantus edebant; tam ſuavem odorem perfundebat corpus ſacrum, cui crebra figebant oſcula, ut de ſepulchro nulla eſſet cura. Puella à longo tempore cæca ſuo velo pedes abſterſit defunctæ, illudque ſuis oculis appoſuit; confeſtim viſu recuperato, Pſalmos Davidis fa-

D cillime legebat.

Expoſito ſeptem diebus ſancto cadavere, in medio Religioſarum choro, duorum populi teſtes fuere miraculorum, ſcilicet odoramentorum qui ex eo afflabantur, & liquoris pretioſi qui ex eo fluebat, & morbi cujuſlibet erat remedium. Septimo prætereà die manavit ex ejus ore & naribus ſanguis rubicundus, quo lintea pulvinarque ejus fuerunt reſperſa, quæ Abbatiſſa mutari jubens lavanda præbuit Salomææ antiquæ famulæ ipſius mortuæ.

Exequiis ſolenni pompâ peractis in Monaſterio Fratrum Minorum Cracovienſium, Stroncha filia hujuſmodi Salomææ capiti ſuo ſubdens

ſubdens pulvinar, viſione inſolitâ perterretur: videt beatam Salomæam irritatam, & „ diſtinctè audit hæc verba: Cur profanas ea „ quæ conſecravi: ſervetur meus ſanguis, „ quem Deus deſtinat, ut plurium ſit inſtru„ mentum miraculorum. Avulſo à beata Salomæa pulvinari, & narrato à filia matri hujuſmodi eventu, utraque ſtatim Religioſis lintea & pulvinar reddidit, quæ ſingulari veneratione illa aſſervant, & pietati fidelium exponunt ad ægrotantium curationem & alia mirabilia patranda.

Tres Sorores Boguſlara capitis extremo dolore, alterâ digitorum contractione laborantes, Agnes tandem fortuitò & violento caſu perfracta, integram recuperarunt ſalutem ſacri corporis acceſſu, & invocatione B. Salomææ. Femina quædam tantùm vituperabat ſanctam Salomæam, quantùm cæteri eam laudabant, quia parviſaciens Reginæ majeſtatem, voluit vitam exigere cum mendicis & miſeris filiabus. Vix dum huic ſermoni finem impoſuerat, cum inverſo capite, os colli locum tenuit, nec bibere nec man-

A ducare potuit, velut moribunda; elapſis tamen ſeptem diebus in eadem infirmitate, & in amarâ pœnitentiâ priſtinam formam adepta eſt.

Frater Gerardus Religioſus Franciſcanus unius manus uſu captus, per anni ſpatium celebrare miſſam nequibat: implorato nihilominus auxilio Salomææ, viſione benignâ ejuſdem recreatus & ſanatus omnino poſtridie ſacrificium corporis & ſanguinis Domini Jeſu rite obtulit.

Anno 1269. Pater Geniterus Conventus Fratrum Minorum vulgò nominati *de Petra ſanctæ Mariæ* Superior cruri ſibi comminato remedium adhibuit; quo jam anteà ex conſilio Salomææ uſus fuerat ad curandos oculos: B ſtatimque dolor omnis ceſſavit, & nulla apparuit fracturæ nota. Ad Salomæam denique Poloni recurrunt, tanquam ad certiſſimum refugium pro quibuſlibet ægritudinibus, quarum integra valetudo ejus meritis & interceſſione obtinetur.

Gonzag. 1. in BB. Feminis ſecundi & Tertij Ordinis. Toſſinianus l. 2. in Provinc. Polon. ubi de cuſtodia Cracoviæ.

BEATA CONSTANTIA
Regina Arragoniæ.

Manfredi erat filia, Imperatoriſque Friderici II. neptis: vivente adhuc Jacobo Arragoniæ Rege, quem nominant ſanctum, nupſit Petro iſtius Jacobi filio: Regiæ quà nativitas, quà affinitas, generoſos & admodum pios, animoque Chriſtiano dignos pariebat affectus: pietas omnium que virtutum exercitio illi apprimè in deliciis erant. Egenis ac præſertim alumnis Franciſcanis abundè ſuccurrebat: pudore & liberalitate liberos retinere ſatius credebat, quam metu: ne familia ſua tantiſper à Religione removeretur potiſſimum attendebat, ut in ea caſtiſſimus pleniſſimuſque cultus Dei vigeret, ut eum, inquam, domeſtici omnes integrâ atque incorruptâ & mente & voce venerarentur. Commendabat illis maximè veneratiorem erga Fratres Minores.

Alphonſus III. Rex Arragoniæ, filius Conſtantiæ, in ejus ſententiam concedens, in Franciſcanorum eccleſia, cum ipſorum habitu voluit ſepeliri. Petrus alter filius majori eos honore affecit, voto ſe obſtringens: promovendi utilitatem & honorem Ordinum Patris Seraphici, tunicâque eorum vili & aſperâ exoptavit indui, dum terræ mandaretur. Franciſcanis inſuper fundamenta ponentibus Monaſterij Cæſarauguſtani, ad imitationem Imperatoris Conſtantini, factus eſt

C doſſuarius ſportæ bajulus mercenariis cum operariis, donec ædificium compleretur, cujus etiam lapidem primarium ſolenniter locavit.

Jacobus Rex Arragoniæ, & ſucceſſor Alphonſi III. & Fridericus Rex Siciliæ, ambo quoque Conſtantiæ filij apertè oſtenderunt pluribus argumentis quantum profecerint in virtute ex educatione materna. Conſtantiæ inſtitutio proſperos exitus præſertim conſecuta eſt in erudienda ſancta Elizabetha Luſitaniæ Regina, filia ſua, cujus eximiæ ſanctitati verbis & exemplis plurimum contulit: nomen Elizabethæ illi impoſitum, dum ſacro inaugurareture baptiſmo indixit Conſtan- D tia ut Elizabetha Luſitana ſuaviter & efficaciter allecta parilitate nuncupationis ſibi ad imitandum proponeret præclaras virtutes Elizabethæ Hungaræ, magnæ ſuæ materteræ, cujus jam tunc per Eccleſiam univerſam merita celebrabantur & miracula.

Religioſè & ſolerter educata fuit Elizabetha Luſitana ab incunabulis in regia Arragonenſi ab ipſo Jacobo Arragoniæ Rege, avo ſuo; quo mortuo rediit Elizabetha anno ſuæ ætatis ſexto inter manus Conſtantiæ matris. Octennis borarias preces Sacerdotibus ex officio recitandas ipſa jam approbè perſolvebat, adeoque proſperavit puellulæ præſentia,

apud aulicos Arragonenſes, ut Jacobi iracundia in Principem nomine Petrum, qui & pater erat Elizabethæ prorſus deferbuerit.

A matre Conſtantia didicit præſertim ſummam in pauperes miſerationem, perfectamque modeſtiam, necnon inſigne ſtudium pro Tertio Ordine Franciſcano propagando, cujus rationibus potiſſimùm conſuluit, & proſpexit ob miraculum Valentiæ patratum, quæ tunc erat intra fines juridici Imperij Arragonenſis.

Vidua quædam pauper enixa infeliciter, languebat ab anno abſque bonæ valetudinis ſpe: auxilium imploranti Franciſci Aſſiſiatis ipſe apparuit, jubens ut in Eccleſia Fratrum Minorum per aliquot dies precaretur: Quintâ nocte dormientem Pater Seraphicus excitat alta voce, dicens: Surge gratias Deo age, penitus convaleſcis. Veritatis patuit eventus, dum divinæ Majeſtati, & Franciſco elatè faciens gratulationem ſocios habuit Religioſos, qui tunc matutinis Horis intererant. Fama hujuſce mirandæ curationis diſpersâ, Regina percontata eſt mulierem ſanatam de modo, novumque concepit ardorem in Franciſcum ejuſque alumnos.

Manfredus pater Conſtantiæ à ſummo Pontifice Urbano IV. ſpoliatus ſuo imperio, cæteriſque ditionibus, & præſertim regno Siciliæ, vincitur & occiditur à Gallis, Duce Carolo Comite Andegavenſi, Regis Francorum ſancti Ludovici fratre. Carolus nimis injurioſè voluit extremo ſupplicio à carnifice plecti Conradinum noſtræ Conſtantiæ patruelem, ac Imperatoris Friderici II. nepotem, quem prælio profligaverat. Sui ipſius victrix Conſtantia patris, aliorumque proximorum mortem nullo pacto vindicans, præclarum virtutis exhibet Chriſtianis exemplar, ut ſponte condonent pro Chriſti amore injurias acceptas.

Carolus, quem nominant Claudum, Caroli Primi Regis Siciliæ filius, qui tantùm ſanguinis profuderat in pugna captus fuit, & traditus poteſtati beatæ Conſtantiæ, quæ cum injurias Principibus ſuæ regiæ familiæ inuſtas juſte dolere poſſet, & ulciſci, tùm Carolum è contrario cuſtodia clauſum officioſè adit, & conſolatur, vultque primarios ſuæ curiæ illum comiter & urbanè inviſere. A Magiſtratibus Siciliæ damnatur capite in pegmate ferali publicè amputando die Veneris: Carolus, qui gaudens ſe reum plecti eodem die quo Chriſtus innocens mortem paſſus eſt, tam ſanctè commovit Conſtantiam, ut ipſa damnato juſſerit reconciliatæ gratiæ fidem aſſeri his verbis: *Jeſus dicendo in Cruce pro tortoribus: Pater, dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt*, Luc. 23. *perinde dignus eſt noſtrorum ut factorum exemplar ex illo petamus, dum inimicis parcit, ac dum inter ſceleratos latrones cruci affigitur.*

Ab illo utique exitium propulſavit, ſuis illum circumcingendò ſtipatoribus, ne Siculi maximè infenſi dilaniatum penitus opprimerent: impetravit à Rege, ut in tutelæ regiæ præſidium adſciſceretur.

Quis non miretur quantâ veneratione ſummum Pontificem proſequatur. Fridericus Conſtantiæ filius invadens Siciliam invito Papâ, privatur propterea titulo Regis hujuſce Provinciæ in teſtamento matris, quæ Sedem Apoſtolicam omninò reveretur. Rigidè obſervabat leges Tertij Ordinis ſancti Franciſci Aſſiſiatis, quem profeſſa fuerat vivente marito, cujus ſupremo die clauſo anno 1285. in Conventum ſanctæ Claræ ſe ſtatim recepit 1290. votiſque ſolennibus obſtrinxit, quorum in ſtricta obſervatione perſeveravit uſque ad mortem quæ contigit anno 1301. Martyrologium Franciſcanum de ea celebrem facit mentionem die 17. Julij.

Gonzaga. part. 1. in BB. FF. II. & III. Ordinis. Antonius de Syllis in cap. 1. Reg. Tertiarior. Vvading. 1178 § 37 Noſtradamus in Hiſtoria Phocenſi. Vuadingh. 1282. § 17. 1285. § 3. 1290. §. 22. & 25. 1302. §. 6.

MARGARITA SALONIA.

INter Profeſſores Tertiarios meritò recenſenda eſt *Margarita Salonia*, vulgò Provincialis, ſancti Ludovici Regis Francorum uxor, juxta opinionem Vitalis de Algezira, in tractatu, quem nominat, Arborem Epilogicam Tertij Ordinis Patris Seraphici. Legitur etiam vetuſtus Catalogus, ubi eadem Margarita honorificè numeratur inter Reges & Reginas Tertiæ hujuſmodi Congregationis, Perfecta ejus ſocietas cum ſanctiſſimo marito, quæ nullo pacto dirimi poterat, non ſinebat eam tenere diverſam vivendi rationem. Enarratis in vita ſancti Ludovici præcipuis Margaritæ actibus, quam in lucem edidi anno 1662. Nunc ſolùm affirmo è vivis exceſſiſſe anno 1285. Ab opinione virtutis eximię claram & periluſtrem Pariſiis in Monaſterio Clariſſarum, ſuburbij de ſancto Marcello, ubi abs obitu ſponſi amantiſſimi novos progreſſus in ſanctimonia fecit uſque ad mortem.

Robertus è Regum Francorum ſtemmate, Fratribus Minoribus educandus traditur ab ipſo Rege ſancto Ludovico, qui ejus pater erat, quamvis Deus non vocaverit Robertum intra limites clauſtri Religioſi, in alumnos tamen Patris Seraphici propenſo ſemper fuit animos, quorum bonos mores quaſi cum lacte combiberat, libenterque Tertiæ Franciſcanorum Regulæ ſe ſubjecit, ut patet ex codice manuſcripto, quod ipſe legi. Beatricem unicam Illuſtriſſimæ ſtirpis Borboniæ filiam & hæredem in conjugem ſibi aſſumens,

titulum Comitis Claromontani Bellovacenſis reliquit, adſciviтque ſibi & poſteritati cognomen Borbonium.

Si ſtemmatis regij ſeriem ab capite diligenter accerſamus ac perſequamur, aperte dignoſcimus ſtirpem Borboniam præclariſſimum ramum eſſe Ludovici IX. ac proinde meritò fauſtè & glorioſè Regnum Chriſtianiſſimum occupare ab Henrico IV. qui juſtè & legitime ſucceſſit Henrico III. Valeſiorum

A poſtremo Principi.

Robertus iſte geſſit maxima Gallicæ Monarchiæ Imperia egregiè & cum laude, tandemque honoribus & muneribus cùm politicis, tùm bellicis perfunctus, ſenex feliciter occubuit anno 1317. undecimo die Februarij, ut notatur in Epitaphio ad ejus memoriam erecto in Eccleſia Dominicanorum Pariſienſium, & in ſacello ſancto Thomæ Aquinati dicato, ubi tumulo conditur marmoreo.

VITA
B. ISABELLÆ VIRGINIS,
SORORIS SANCTI LUDOVICI GALLIARUM REGIS.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas ejus & educatio.

MEL, quod in quibuſdam arboribus homines, & in floribus apes colligunt, ex rore coaleſcit, ſuccis immiſto, quos in folia exhalant arbores, illæ atque flores. Vita *Iſabellæ* miranda eſt plurimum in arbore, in origine ſeu ſtipite regio, cujus præclarus eſt ramus, & unde trahit originem, & ad amorem ſanctitatis inſtinctum omnem, inductumque; mirandaque quoque vita in floribus atque fructibus virtutum, quibus præcellit, & ex quibus mel ſuaviſſimum poſſumus componere, Iſabellam nobis ad imitandum proponentes.

Omnium liberorum Ludovici VIII. Galliarum Regis natu minor erat: in lucem edita anno 1220. Quinquennis erat, aut ſexennis tempore obitus patris, qui accidit anno 1226. Mompenſerij dum rediret Lutetiam, debellatis hæreticis Albigenſibus. Jam parvula *Iſabella* patri afferebat ſpem adeò eximiam ſummæ virtutis, ut præter uſuarij fundi contributionem annuâ penſione viginti millia francorum eam Rex per teſtamentum impertierit.

Regina bonorum demortui Principis conjugis uſufructuaria vidua diligentem navabat operam educationi beatæ puellæ, quæ maximè proficiebat maternis documentis: Attentio ad Deum præſentem illi commendatur frequenter, ut ſemper Deo adhærens, & firma permaneret inter omnes terræ viciſſi-

B tudines. Ad captandam benevolentiam Iſabellæ non offeruntur gemmæ vel monilia, non cæteri ornatus mulicbres, ſed piæ imagines Chriſti, aut ſacræ Virginis, quas venerabunda flexis genibus recipit.

Meditatione rerum cœleſtium valde oblectabatur, & præ cœleſti gaudio ſæpe manabant ex ejus oculis lacrymæ. Noctu præſertim contemplationi vacabat, ne à cuſtode, aut Procuratrice, vel ancillis cubicularibus diſtraheretur, quibus inſciis ſurgebat ſine ullo ſtrepitu, opertaque lecticariis tentoriolis ſeu lecti ſtragulo, meditabatur: deinde torum denuò induſtriè petens, vocabat miniſtras, ut eam horâ ſolitâ veſtirent.

C Agnes de Harcuria in manuſcripto narrat, regiâ familiâ, aulicisque univerſis ad iter faciendum ſe accingentibus, ſarcinarum cuſtodem in cubili non vidiſſe Principem Iſabellam, quæ tunc lecti linteis involuta precabatur, ſed illam in divina raptam faſciculo comprehendiſſe. Motu tamen violento agitata, exclamavit. Acceſſerunt confeſtim aſſeclæ, quæ mandata ejus tunc expectabant in anteriori conclavi; miniſtroque veniam petenti de ſua præcipitatione, & aliis impetravit, ne iſte vulgaretur eventus, qui citò diſperſus, ad Regis aures pervenit, & cum illuſtrioribus aulicis frequens fit & jucundum regij colloquij argumentum.

Ludovica de Beuſemonte Iſabellæ noſtræ

cuſtos & procuratrix aſſerit illam tam exigui cibi extiniſſe, ut abſque miraculo ſuſtentari vix poſſet: cibus ei enixè ingerendus erat: alioqui totum diem jejuna exegiſſet, imo inediam ſuſtinuiſſet biduum, niſi Regina ad eſum neceſſarium illam vehementer compuliſſet, promittens ſe pauperibus quadraginta ſolidos elargituram, modò comederet. Hac promiſſione mater ſperabat nimis rigidam filiæ temperantiam moderari, quam probè noverat erga egenos ſummâ dilectione affectam. Reſpondebat tamen Iſabella ſemper in oculis & in corde ferens mendicos: *Sine me, quæſo, ſolitam vivendi rationem tenere: levis ejuſmodi abſtinentia perutilis eſt animæ meæ: dum corpus meum deprimitur & atteritur, ſpiritus Deo ſtrictius adhæret atque revirviſcit.*

Chriſto ſoli placere ſtudens rerum caducarum inanes illecebras penitus aſpernabatur: ſi darentur hilaria, vel quiſpiam fieret celeberrimus virorum mulierumque Conventus, ubi ſolenniori pompâ, feſtivoque apparatu, quiſque juxta ſui Ordinis dignitatem comparebat, ne videretur ſingularis Iſabella, ornatu adhibito aderat & congruo cultu, ſed mente Deo intimè conjuncta, perinde ac ſi in medio degeret deſerto.

Modo egentibus ſubſidium afferretur, contenta erat: ætate creſcente, dies ternos agebat jejuna qualibet hebdomadâ, & ita inediæ amans toleranſque, ut nihil edendum ſumeret, niſi tantillum leguminis ad veſperam: menſa tamen regiè ſemper & luculenter adornabatur, exquiſitiſſimis ferculis inſtructa, quæ ipſa pauperibus diſtribuebat antequam menſæ aſſideret; aliquando etiam è menſa promptè conſurgebat poſt modicam refectionem, eſcas elargitura egenis illam expectantibus in anteriori conclavi, vel illas in prochotrophium tranſmiſſura. Sæpe quoque gratiis Deo actis, miniſtrabat ancillis cubiculariis, nondum ſublatâ earum menſâ.

Agnes de Harcuria in Legenda M S.

CAPUT II.

Ejus virtutes.

VIDENTUR cum admiratione in Conventu Longi-campi flagra ferrea, quibus Iſabella duriter, ſed generosè ſæviebat in corpus ſuum, effundendo abundanter ſanguinem innoxium, ad imitationem ſancti ſui fratris Regis Ludovici, qui ei inſtrumenta illa pœnitentiæ lubens ſuppeditabat, tanquam pretioſa & grata munera. Veſtigia ſanguinis præ violentia percuſſionis multoties perſerunt in veſtibus: timens ne ſibi nimis

A indulgeret, ancillarum brachia implorabat, à quibus volebat egregie, imò ſeverius excipi & contundi.

Ludovica *de Beuſemonte* cuſtos & procuratrix, ægrotantem Iſabellam monuit temperare ſibi deinceps à conſueta ſeveritate, ne vires omninò deficerent. Reſponſione datâ riſu modico & ſuppreſſo non deſtitit tamen Princeps à vivendi ratione auſtera, mox ut convaluerit, præſertim quadrageſimæ tempore, quo pro omni cibatu panem & aquam adhibebat cum tanta parcitate, ut ſupra naturam ejus ſuſtentatio eſſe videretur. Adeò peramabat ſolitudinem, ut nunquam è cubiculo exiret niſi invite, neminique in illud pateret aditus. Si Principum fratrum uxores
3 eam invitarent ad aulica oblectamenta: *nec comis ſum, nec lepida*, aiebat, *oneroſa vobis & moleſta fiam meo congreſſu inconcinno & invenuſto.*

Viduæ, orphani, cuncti denique pauperes, quotieſcumque vellent Iſabellam familiariter adibant: ægrotos autem blandè inviſebat in eorum domiciliis, illis exhibens viliora & abjectiora officia, leniens tandem ipſorum dolores & pœnas ſalutaribus documentis, amplis eos afficiebat largitionibus. Cognitis extremâ egeſtate & morbis Illuſtris dominæ *de Meru*, brevi illi adeò luculenter & opportunè ſubvenit, ut citò in priſtinum ſplendorem reſtituta, gratiâ floreat, & auctoritate valeat apud omnes.

C Sicut conſuetudinis egenorum & afflictorum cum Iſabella multus erat uſus, ità erga gratiæ alienæ captatores & aulicos videbatur comitatis expers, & velut agreſtis & aſpera. Ad ſancti Ludovici & Reginæ matris acceſſum, in genua humiliter procumbebat, irritis eorum conatibus ut ſurgeret: poſt verba pauca urbanitatis ſervabat ſilentium: Blancâ matre ab ea efflagitante ut amplius loqueretur, juxta mentem Regis Chriſtianiſſimi: *Meum eſt*, inquit, *ſilere, & aures præbere veſtris divinis ſermonibus.* Quo reſponſo quiſque ſtatim recedebat

Soror Agnes de Harcuria narrat Iſabellam totas ferè noctes in meditatione Vitæ &
D Paſſionis Chriſti inſumpſiſſe, in cultu etiam ſacratæ Virginis, & ſancti Joannis Baptiſtæ: deinde recitabat ſummâ pietate preces matutinas, juxta ritus Romanos. Illuſceſcente die, veſtibus indutis, ore precabatur: deinde ſe recipiebat in comprecationis cellam uſque ad meridiem, quo Miſſæ intererat cum fervore cœleſti & lacrymarum abundantia: nullum interim ſinebat ad ſeipſam accedere, ſicut ante Primam, vel poſt Completorium, niſi morbo laboraret.

Sumptâ in ſilentiu refectione valde modicâ, Dei verbum audiebat, publicè, vel privatim: dabat poſteà operam manufactis peri-

ſtromatibus videlicet, aut aliis opificiis, ad decorandas Eccleſias. Sciens Ludovicus Rex quod pretioſum capitis integumentum perfeciſſet, poſtulavit illud pio inſtinctu pro ſuo uſu nocturno: *Excuſatam me habeas, quæſo,* inquit Iſabella, *mei laboris primitiæ Deo juſte debentur.* Hæc reſponſio Ludovico placuit, modò ab ea quoddam aliud opus reciperet. Compertum fuit poſthàc Iſabellam donaſſe calanticam jam contextam affabrè pauperi feminæ, a qua cubiculariæ Principis ancillæ illam carius mercatæ ſunt. auſpicarò denique inter manus Religioſarum Monaſterii ſancti Antonii de Campis penès Luteriam incidit, quę illam, ad noſtram uſque ętatem conſervaverunt pretioſiores inter Reliquias.

In ſtudiis Humaniorum Literarum apprimè verſata erat, adeò ut epiſtolas ad ſummum Pontificem latino idiomate ipſa componeret, erroreſque emendaret Librariorum, aut Regis Scribarum: Biblia latina, & pariter Doctorum Latinorum opera facile & probe intelligebat.

Animę terrenarum cupiditatum victricis hęc ſunt certa indicia: non ambit honores *Iſabella* noſtra, non voluptates aucupatur: carni dura & aſpera quęrit, modo ſint utilia ſpiritui, & Chriſtianæ conformia diſciplinæ. Ideo vitæ melioris iter rimatur, & alta mente divinas leges noctes & dies revolvit, illos exiſtimans nimium infelices, qui ad veritatis inquiſitionem per vulgi deliramenta contendunt, aut cæcis ducibus ad lucem ſe perventuros eſſe contendunt: calcatum publice collem fugit, & altiora ſuſpirans, pauciſſimorum ſignatam veſtigiis viam firmiter arripit.

CAPUT III.

Quæ ſurſum & Dei ſunt planè ſapiebat, quæ verò deorſum, & ſuper terram, aſpernabatur.

SIc eſt vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat: *Iſabella* aliud ſentit. Sicut eſt ingenuæ mentis, & candidi ingenii, ita naturâ & conſuetudine ſimulationes, arteſque omnes reſpuit, quibus veritas involucro quodam obtegitur. Pauperes qui ad eam accedebant, moneri curabat, per ancillas, ut abeſſent ab omni dolo, om„nique fraude. Non decet Chriſtianum hominem, aiebant, labium mendax, muliebre vitium, & plebeium eſt aliud pectore claudere, aliud ore proferre. Si velitis à Principe quidpiam ſubſidii obtinere, ſimplici ac nudo ſermone utamini; ſat eloquens eſt infirmitas, ſat egeſtas efficax, modò vera ſit & aperta, ſat, inquam, ad excitandam commiſerationem.

Modicè loquebatur *Iſabella*, ſubmiſſâ voce, & accentu tam gravi & ingenuo ut ſpes firma in ejus verbis poneretur. Mel & lac, ſuavitatem ſcilicet, ac ſinceritatem non ſolum habebat in lingua, ſed ſub lingua: ex abundantiâ enim cordis charitate incenſi loquens, ampliſſimè exequebatur, quod promittebat, & ſpem exuperabat egenorum petentium.

Quantam ergo ingenuitatem adhibebat in declarandis Confeſſario peccatis: quotidie Pœnitentiæ Sacramento animi noxas expiabat, abſque ſcrupulo tamen, vel conſcientiæ perturbatione, ſed præ munditiæ perfectioris amore: eligebat ſibi à Confeſſionibus quos noverat doctrina, virtute, & zelo præſtantiores, qui nullâ uterentur aſſentatione. Sic agebant Rex Ludovicus ejus frater, Regina Blanca mater, & ad eorum imitationem, oppidò venerabatur Confeſſarios: ipſa enim præparabat humiliter ſedem in ſacro Pœnitentiæ Tribunali, deinde illis obviabat magnâ cum veneratione, aperiens & claudens januam.

Binâ Confeſſione ſe diſponebat ad epulum Euchariſticum; unâ ampliori, die præcedenti, alterâ breviori, proximè ante ſacram Synaxim, utràque verò in ſpiritu humilitatis & in animo contrito, uſque ad uberem lacrymarum effuſionem. Nunquam Divino Pane recreabatur, quin anteà veniam genibus flexis poſtulaſſet à domeſticis, qui eam tantopere colebant, ut quæcunque eſſent ad ejus uſum ſtudioſe conſervarent, velut ſacras Reliquias, minimos etiam capillos. *Iſabellæ* ſciſcitanti, cur ſic agerent, “aliquando miracula patrabis, aiunt, & in cœlitum numero collocaberis. Simplices profecto, & incallidi penitus eſtis. O me felicem, ſi in Dei juſti manus ultrices non incidam, reſpondit Princeps.”

Dum Sangermani graviſſimè ægrotaret, abſentibus Rege Ludovico fratre, necnon Reginâ Blancâ Matre, Margarita Phocenſis, Comitiſſæ Atrebatenſis, Andegavenſis, & Toloſana, ex marito ſorores ſummam navarunt operam, ut convaleſceret, mirantes patientiam *Iſabellæ* perfectamque ejus cum divina voluntate conſenſionem. Medicis declarantibus non procul abeſſe à vitæ periculo, Regina Margarita per curſorem extra ordinem monet Blancam, quæ ipſa è veſtigio accurrens, ægramque videns peſſime ſe habentem ad Deum confugit, quibuſcumque ſanctioribus exercitiis, quas approbat & ſuggerit Chriſtiana Religio.

Vir quidam eximiæ pietatis, Nanterræ Solitarius, donis cœleſtibus ubertim à Deo cumulatus, conſulentibus reſpondit, non quidem privatam iri corporis vitâ, *Iſabellam* ſed

fore omninò mundo mòrituram, perfectiori ſanctitate, quæ illam ad ſupremum virtutis faſtigium erigeret. Præcellentior in pietate progreſſus Prophetiæ veritarem probavit. Pontœſiæ degens, dum ad feneſtram auram captaret, Religioſas Conventus, Malodumi vidit propter cauſam magni momenti tranſeuntes, ſed cum tanta gravitate & modeſtiâ, ut ſuâ manifeſtatâ admiratione, geniſque læto florentibus rubore, ac oculis radiantibus, intimâ præſentiâ Dei fuerit repleta, quæ in ipſum corpus ſupereffluebat: Exclamavit præterea; *Quam bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde*, Pſ. 72. *Cum erga exilem & ingratam tam clementer & benigne ſe gerat! mihi adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpem meam.*

Communiter cenſetur nuncupaſſe tunc perpetuæ virginitatis votum. Splendore vultus creſcente, radiis oculorum magis coruſcantibus, ſuaviſſimum odorem corpus exhalabat, unde totum ſuffundebatur cubiculum. Genus hoc transfigurationis in illa perfectam adeò mutationem operatur, ut quamvis jam mirabiles in ſanctimoniâ progreſſus fecerit, multò altius tamen poſteà evecta fuerit, rerum caducarum generoſo contemptu.

Anno 1230. pacis pactione initâ cum Hugone Luſignano Comite de Marchia & Engoliſmâ, menſe Junio *Iſabella* ſponſa promiſſa eſt filio ejus primogenito: promiſſione hac non impletâ, Conradus Friderici II Imperatoris, futurus imperatoriæ dignitatis ſucceſſor illam ſibi conjugem poſtulavit, cui lubentes aſſentiebantur Ludovicus & Blanca: Summus Pontifex Innocentius IV. exiſtimans ex iſto fœdere & connubio plurimum roboris & gloriæ oriturum rei Chriſtianæ, ardenter peroptabat ejus conſummationem, variiſque literis ad conſenſum *Iſabellam* fortiter excitavit, quæ inde conſtantior facta eſt, ad obſervandum virginitatis votum. Innocentius tamen pluris illam æſtimavit, & in cœleſti confirmavit propoſito, poſterioribus literis, quæ ſicut anteriores ſervantur in Monaſterio Longi Campi.

Sanctus interim Ludovicus in Palæſtinam unà cum fratribus proficiſcitur, & bellum adornat, atque ſuſcipit contra inimicos Crucis Chriſti: *Iſabella* cum non poſſit ipſa exercitui Chriſtiano comitem ſe adjungere, decem præſtantium Equitum ſubſidio firmat aciem, quos armis inſtruit amplos illis ſumptus ſufficiens: In comitatu Blancæ Regni adminiſtratricis Maſſiliam pergit, ubi Blanca & *Iſabella* officioſâ digredientium conſalutatione factâ, à Rege diſceſſerunt, ipſo die quo Ludovicus navem conſcendit. Deinceps longius & tranquillius *Iſabella* meditationi vacabat, Blancæ matris facili conſenſu, repugnantibus aliquoties uxoribus fratrum quæ illam fruſtrà ad Chorearum Aulicarum celebritatem invitabant, dum ſoli Deo placere avebat.

Chriſtiani exercitus diſturbatio, Comitis Atrebacenſis mors, necnon ſancti Ludovici, aliorumque Principum captivitas, ingenti eam mœrore afficiunt; nullâ tamen conſternatione percellitur; ſed in tanto diſcrimine mens ejus animuſque conſtiterunt: Dum in ſumma inopia conſilii, nihil explicaretur ad rem Chriſtianam reſtituendam, & major in ſingula momenta terror inſtaret, *Iſabella* cum Blaneâ Regni adminiſtratrice ſuppliciter ac religioſè veniam pacemque à Deo & cœleſte expoſcunt auxilium, atque ad vota preceſque indeſinenter confugiunt; mulrum inter hæc numeravit pretium *Iſabella* noſtra ad captivorum redemptionem.

Dilatio reditus ſancti Ludovici in Gallias novum acerbumque parit dolorem, quem obitus Reginæ matris vehementer auget. *Sed induta virtute ex alto*, Luc 24. Præſtat ſemper vigore cordis *Iſabella*, Dei nutum attendens, qui nos, prout libuerit, trahit ad ſe. Dolet vehementer mortem defunctæ, cui ægrotanti omnem opem dedit.

Cantipratanus l. 2 apum. c. 29. Vvadingh. 1252. § 11 1254 § 31 & 14.

CAPUT IV.

Perfecta ejus vivendi ratio in ſolitudine Longi-Campi.

A Rege Ludovico IX. è Palæſtina redeunte licentiam obtinuit conſtruendi & annuis locupletandi reditibus Monaſterium Longi-Campi, de quo fuſe diſſernimus in hiſtoria Auguſti hujus Principis lib. 3. cap. 8. pag. 692. &c. Sagaciter curavit ut Regula Clariſſarum à Sede Apoſtolicâ approbaretur, ejuſque obſervatio facilior fieret: deinde collocavit ibi Religioſas, quarum vicinum ſibi condi juſſit exiguum domicilium, ubi reliquos exegit ſuæ vitæ dies, ad Religioſiſſimam vitæ nnrmam: quadrageſimum annum jam agebat quando ſe in ſolitudinem recepit, cui comparans Aulicorum mores, ſe uſque modo rerum fluxarum blandimentis implicitam fuiſſe arbitrabatur, & tunc prima jacere fundamenta ſanctitatis.

A longo tempore abjecerat magnifica ornamenta Principis inſignis regali ſatu; nunc vero deponit modeſtas & ſimplices veſtes, quibus utebatur prius in comitatu regio, ſolam Tertii Ordinis Franciſcani tunicam de vili panno adhibens, donec lacera eſſet & detrita. Pro lecto illi erat matta ſtraminea, ad precationis pluteum, ubi per totam fere

noctem flexis genibus meditabatur, pauliſper ſomni capiens, & ad parietem ſeſe applicans, dum ſopore premebatur. Si ægrotaret modicæ ſtipulæ incubabat, levi operta ſtragulo: Supellectiles & periſtromata pretioſa ab ejus habitatione omnino amovebantur. Menſulæ aſſidebat cum ancillis, quas bibendo ſuo volebat uti cratere, nec ab iis vocari Dominam, ſinebat, ſed ut ſorores jubebat agere. Non patiebatur ſibi miniſtrari, ſed cubiculum ipſa ſcopis purgabat, ignem accendebat, vilioribuſque fungebatur officiis, ne cuiquam oneroſa eſſet.

Si aliquando delinquerent, adeò humaniter & benigne eas redarguebat, ut nullam offendens, omnes ſolaretur, & emendaret: omnes ex animo pœnitebant, & ſapiebant abſque mœrore, ſed cum gaudio. Cavebat enim Princeps, ne alicui moleſtiam afferret; veniam inſuper flectens genua poſtulabat ab ea, quam fortè contriſtaſſet. Soror Agnes de *Harcuria* narrat ſe vidiſſe *Iſabellam* aliquando in hoc humilitatis ſtatu; ſe „ream, inquit, ſuperbiæ faciens & iræ gra„vi me pudore ſuffundebar. Præclarum iſtud „exemplum valde mihi profuit. Conabantur deinceps aſſeclæ illi ſolerter obſequi, non vitandæ animadverſionis gratiâ, ſed ne ſe accuſaret, aut ſollicita nimis eſſet earum quietis.

Aulicorum adulantium, qui regium ortum ſummis laudibus extollebant, occurſum cautè fugiebat. Noverat alieno gloriari ridiculam eſſe jactantiam, avorumque merita nepotum degenerantium eſſe notas, nec aliud magis poſterorum maculas aperire, quam majorum ſplendorem ac gloriam: ſæpe quidem alteri commodum, virtus alterius tulit. Veram laudem, niſi de proprio ſumpſeris, ab alio non expectes. Sic ratiocinabatur *Iſabella*; ſapientius tamen concludebat ex Evangelii conſiliis, *Regnum Chriſti nempè non fuiſſe de hoc mundo*, Joan. 18. nec propterà veros Chriſti ſectatores de origine illuſtri & generosâ poſſe rite triumphare, ſed de ſolo Crucis trophæo.

Accedentibus regiæ familiæ Principibus, ad officioſæ ſalutationis munus, nullo modo ſe exhibebat, non alieno quidem animo, ſed ut ſtrictius Deo adhæreret. Curabat interim illos recreari juxta ætatis captum: aliquoties tamen eos alloquebatur, non ut ſeipſam oblectaret, ſed fortiter vinceret. Silentii amantiſſima erat, plurimum illud commendans ſuis Religioſis atque ancillis, docenſque utendum eſſe modeſtis ſignis, pro verbis, in quibus plerique graviter offendunt.

Pater Odo Ronienſis Familiæ Franciſcanæ præclarus Alumnus, monens eam colloquiis cœleſtibus rem Chriſtianam magis promoveri, quam continuâ taciturnitate audivit hoc reſponſum Davidis, riſu ſuppreſſo ſua-

A viter prolatum. *Lætati ſunt, quia ſiluerunt*, Pſal. 106. Quamvis Pariſiorum vicina, non ideò illi cum aulicis commercium eſt, atque licet res magis implexas, involutaſque conſilio prorſus divino & arte cœleſti, facilè ac feliciter explicare poſſet, tamen in Conventu Longi-Campi perinde ſolitaria degebat, ac ſi in medio Arabiæ deſerto habitaret: dum elabuntur menſes integri *Iſabella* non egreditur è cubiculo, niſi ad Sacrarium: preces oris & mentis, Lectio novi & veteris Teſtamenti, pauperum ſolatium & ſubſidium, quibus ſemper ſepitur, univerſa & aſſidua ſunt ejus ſtudia.

B Tempore Quadrageſimæ duriorem ac magis ſeveram vitæ rationem ſuſcipit: ad ignem non ſe calefacit, frigore etiam ſæviente; licet præ hyemis acerbitate, manus findantur, chirothecâ non utitur, nec pellitâ manicâ. Die Jovis recolendæ Euchariſtiæ ſacro, tredecim pauperum pedes lavabat, quibus ſingulis ipſa duo fercula menſaria ſuppeditabat, & calceos; triginta quoque ſolidos in memoriam & honorem Chriſti, qui tanti veniit, & cujus mortem ac dolores commemorabat acrioribus Pœnitentiæ exercitiis.

Vellet etiam ad imitationem Chriſti cum pauperibus derelinqui; opes & poteſtas illi oneri eſſent, niſi iiſdem eſſet illi facultas pauperes ſublevandi. Cum non ſit novum, neque
C inſolitum locupletum limina vulgaribus amicitiis & ſimulatis obſequiis frequentari, in ſolo Deo ſpem omnem ſuam ponit. Ancipitem & oneroſam felicitatem æſtimat, quæ plus invidiæ ſit habitura, quam gaudii. Paupertas Evangelica maximè illi arridet, quam cùm non poſſit reipſa in ſuo ſtatu regio adipiſci, ſpiritu amplectitur & voluntate, divitias diſtribuens non retinens, velut canalis, aquas: quamvis divitiæ ſint exundantes, non „ſtatim iden, inquit ſapienter *Iſabella*, ex„undans quies, exultanſque jucunditas: vix„ divitem invenias, qui non ſibi melius fuiſſe„ in medioctitate, vel in honeſta paupertate,„ fateatur. „

D

CAPUT V.

Eminentes à Deo favores collati Iſabellæ.

SEx ultimis vitæ ſuæ annis acerrimos paſſa dolores, divino multò magis exardeſcit amore. Anno præſertim 1268. juxta ejus aſſeclarum teſtimonium nil fere ſomni nec cibi capiebat: illam itaque impenſius obſecrant, ut ſuæ conſervationi pauliſper ſtudeat, quibus levi motu capitis oſtendit ejuſmodi admonitionem non ſibi placere. Confeſſarii, & Religioſarum Longi-Campi rogatu Soror Agnes de *Harcuria* cautiſſimè eam circumſpicit & videt illicò ſopitis ſenſibus in divina

raptam, quam tamen de Sacello dulciter educit, ut paululum quieſcat & veſcatur. A

Dum jacet in lecto die vigiliæ ſancti Joannis Baptiſtæ, ad veſperam cor ejus tanto ardore incenditur, menſque tantis illuſtratur radiis per totam noctem, ut Pater Odo Confeſſarius, Thomas Provinenſis Sacrarii cuſtos, pluresque regiminis animarum peritiſſimi ex vultu, & oculorum ſplendore, ex corporis immobilitate, certò concludant veram eſſe & divinam extaſim, contra opinionem aliorum, qui Theologiæ myſticæ arcana non callentes illam credunt mortuam. Nullo ſtrepitu cœleſtis ejus ſomnus interpellatur: qui ad eam proximè accedunt, tantum audiunt hæc verba quæ voce depreſſâ profert: *Illi ſoli honor & gloria.*

Quis fulgor! quæ majeſtas! quæ venuſtas oris! quam feſtivè & ſplendidè rident in genis, volantque gratiæ in fronte noſtræ *Iſabellæ*, divino ſpiritu afflatæ. Pulchritudo tam eximia tenet omnes attentos trium aut quatuor horarum ſpatio, abſque ulla deſatigatione, vel ſatietate novæ claritatis augmento eorum oculis offuſâ caligine: in genua procumbunt ad venerationem tantæ ſanctitatis, donec ſubitò expergefactæ Soror Agnes ſignificet cum obſervantiâ ab uno quoque peroptari nudam & manifeſtam declarationem „ Chariſmatum, quibus cœlitùs donetur. Re„ cedant, inquit *Iſabella*, ambo Patres Fran„ ciſcani quietis cauſa.

Præ intimo humilitatis ſenſu non vult patefacere quanta donorum cœleſtium ubertate afficiatur. Fatetur tamen Agneti poſtcà mentem Deo perfectè junctam infinitis repleri deliciis: aliàs manifeſtius exponit, ſe in Sacello, aut precationis pluteo, & ſtatim in lecto decumbentem ob infirmitates, Dei judiciorum vehementi adeò terrore percelli, ut veſtes & ipſum cubile moveantur.

„ Vigilate, itaque vos, ne dies Domini vos „ ignavos & torpentes inveniat: monet prætereà omnes per Agnetem, ut contra quotidianas dæmonum inſidias ſe obfirment, ne circumventi repente in fraudem inducantur, vel inſtructo, quod vocant, agmine ſemper incedant, vel certè, diſſipatis in varias curas & negotia viribus animi, tanquam receptui canerent, ſtatis horis diei, & in ſemetipſos deſcenderent, ſuaque omnia dicta, facta, cogitata, coram Deo quam diligentiſſimè reputarent, adhibito etiam monitore, ſi opus eſſet, vel memoriæ vel notitiæ cauſâ: denique omnia probè contemplantes, contra id vitium maximè pugnam capeſſerent, quo vitio ſe præcipuè urgeri & laborare ſentirent, nec ante deſiſterent, quam Deo duce debellatum eſſet.

Gonzag part. 3. orig. Seraphic. Relig. in Monaſterio humilitatis Virginis, quod eſt 8. Provinciæ Franciæ.

CAPUT VI.

Miracula patrata ante ejus obitum.

ADMINISTER domeſticus, qui menſæ gratuitæ jure po icbatur apud Regem ſanctum Ludovicum, dolens filium ſuum laborare morbo comitiali abſque ſanitatis ulla ſpe, in Monaſterium Longi Campi ſe confert, ubi *Iſabellam* è cubiculo ad ſacram Ædem tranſeuntem enixè rogavit ut ægrotum Deo commendaret; poſtulationi annuens princeps adoleſcentis promptam obtinuit precibus ſuis curationem: prohibente
B *Iſabella*, ne vulgaretur miraculum, quandiu ipſa viveret, incognitum remanſit, donec poſt ejus mortem pater ægri ſanati illud Reginæ Margaritæ de Provinciâ patefecit, eujus ore in apertum refertur & palàm omninò fit.

Soror Alix de Mucidento Longi-Campi Religioſa febri tertianâ vexata, quæ remediis fiebat acrior, mediâ Sorore Agnete de *Harcuria* ad I*ſabellam* Principem recurrit: res bellè cadet, ait *Iſabella*, modicè arridens. Mirum? febricitans è veſtigio prorſus convaleſcit; eodemque momento, in publicum edita fuiſſet integra iſta valetudo, niſi ſanationis, poſt Deum auctrix, ſe oppoſuiſſet promulgationi.

Ejuſdem Conventus alia ſoror, contagioſo
C fuit affecta morbo, nec procul aberat à periculo vitæ extremo. Princeps ad ægrotæ lectum vigilanter excubans piis ſermonibus eam conſolata eſt, & modico tactu omninò ſanavit. Abbatiſſa illicò gratiarum actionem, inſtructo ſupplicum Religioſarum ordine reddendam in Eccleſiâ, decrevit, ſolenni recitatione cantici, *Te Deum laudamus*, &c. Verum antequam è valetudinario egrederentur vetuit *Iſabella* hoc miraculum in publicum edi, ipſâ adhuc in vivis exiſtente.

Frater Dionyſius Stampenſis Franciſcanæ familiæ alumnus optime de Monaſterio Longi-Campi promerebatur, conferens in illud,
D quæ poterat vir Eccleſiaſticus, officia. Febris nihilominus quartana & longa impedivit, quominus conſuetam operam præſtaret: I*ſabella* interim ſacro Euchariſtiæ Viatico jam munita erat, quod nequivit ipſe adminiſtrare, febris æſtum expectans, cum etiam cuicunque adminiſtrationi nullo modo ſe poſſe crederet adeſſe, præ virium defectione, animum tamen non deſpondit ſperans ſe firmiter ab Iſabella etiam defuncta recepturum medelam: flectens citò genua Deum ſuppliciter rogat ut meritis ſanctæ famulæ ſalutem impetret. Nec mora: extemplo; vigore multo ſurgit & comitatur cæteros, dum ſacro, ad ultimam luctam inungitur oleo.

Alia

Alia ejuſdem Monaſterii Profeſſa, phrenitide capta, & furenter inſaniens, pluribus Religioſis ſtipata, non poterat coerceri: ſola præſentia viventis *Iſabellæ* illam moderabatur. Integra tandem moderatio ad ſepulchrum mortuæ *Iſabellæ* fuit obtenta. Prævio voto deducitur nocte phrenetica prope Tumulum, ubi precibus aſſiduis & ferventibus Religioſarum Deus annuit primò furoris & inſaniæ diminutionem; deinde luce exoriente, ſanior evaſit: denique ſub ſolis plenum ortum rationis omnino fuit compos.

Inſana Religioſa reſipuit meritis & interceſſione *Iſabellæ*, necnon ſancto & prudenti colloquio ejuſdem Principis, quæ furioſam ſermonis humaniſſimi ſuavitate mitigavit, ac ſanæ lumen intelligentiæ ipſi dedit, quod abundanter habebat *Iſabella*, cujus ingenium ut aſſerunt hiſtorici velux, expeditum, & peracutum erat, ſed modeſtum & humile, ideoque perfectum. Velox utique ad virtutes: alioqui, quo velocius, eo propius ruinæ: Expeditum pariter, quia Chriſti Salvatoris imitationi adhærens & applicatum. Ingenio peracuta erat quidem, ſed fortis & cunſtans ingenii non acumen, ſed æquabilitas atque conſtantia, veram laudem & perpetuam merentur.

CAPUT VII.

Mors ejus pretioſa.

PRædictus illi fuit dies mortis divinitus, vel in extaſi, cujus teſtis fuit Soror Agnes de *Harcuria*, vel in alia, quam nunquam *Iſabella* declaravit. Ab eo tempore Deum indeſinenter laudabat, in cœlum ſemper aſpirans, & inſtanter curans corpus ſuum habitu tectum Religioſo intra ſepta Monaſterii terræ mandari. Prævidens, quod Principes utriuſque ſexus vellent ejus ſepulturæ adeſſe, illiuſque tumulum viſitare, ſcripſit octo aut novem menſibus ante ſuum obitum ſummo Pontifici Clementi IV ad impetrandum Clauſtri hocce in rerum concurſu diſpenſationem, quod tunc ſtrictè ſervabatur in Conventu Longi Campi. Miratus Papa quod ætate non adeò provectâ jam ſe præpararet ad exequias, patentes nihilominus, quas expetebat, mittit datas Romæ 4. Id. Septembris anno tertio ſui Pontificatus, & poſt Chriſtum natum 1265. quinque circiter menſibus ante Principis deceſſum.

Menſe Februario ſequenti laboribus & morbis ſe fractam ſentiens, maximè à quinque annis ſuæ commorationis in Monaſterio Longi Campi, lectum iniit, quamvis ſemper ad mortem animo fuiſſet comparata, ſciens nihilominus ex alto illam eſſe proximam for-

A tius & majori ſolertia ſe accingit. Confeſſarium, cæteroſque Eccleſiaſticos ſibi addictos rogat impensè ne ullo modo diſcedant, dum præſertim extremum ageret ſpiritum: admiſſas à puero culpas Confeſſione ſacrâ expiat, in uberes lacrymas erumpens, ac prohibens ne ad Aulicos rumor ſuæ ęgritudinis perveniat. Nil hactenus mihi de rebus terrenis proponatur, ait, abeant omnes ſalutationes humanæ, *omnis mea converſatio in Cœlis eſt.* Philip. 3.

Jubet exponi ſuis oculis Crucifixi Imaginem, quem ſic ferventer affatur; *Non intres in judicium cum famulâ tua, Domine*, B Pſ. 142. *Merita pretioſiſſimi ſanguinis tui applica mihi: in Regnum cœleſte me introduc: Ne memineris iniquitatum mearum*; Pſ. 78. *Gratia tua conforta cor meum*; *gratias ago humillimas pro tuis beneficiis, reddens tibi ſpiritum, quem mihi largitus es.* Invocat deinde *auxilium ſacratiſſimæ Virginis, ſanctorum Ioannis Baptiſtæ, Franciſci, ſanctæ Claræ, Angelorum & omnium Dei amicorum.*

Maturè ſacræ Euchariſtiæ viatico inſtructa Religioſas advocat, quibus plurimùm commendat ſtatus regularis præcellentiam, illas vehementer exhortans ad charitatem & ad ſtrictam regularum & conſtitutionum obſervationem. Ardenter à Deo poſtulavit, ut eas ſuis favoribus cumulet, ſingularem declarans C benevolentiam erga Sororem Agnetem de Harcuria tunc Abbatiſſam, arcanorum ejus omnium participem.

Sebaſtianus Roliardus ejus vitæ Scriptor, Principem teſtatur nunquam aſpiraſſe ad profeſſionem ſolennem, cujus indignam ſe exiſtimabat, peroptaſſe tamen enixè habitu ſanctæ Claræ indui ſtatim poſt obitum. Plurimi Auctores eam tanquam votis ſolennibus obſtrictam prædicant: Ut concilientur univerſi, concludamus perſeveraſſe in Tertio Ordine Franciſcano pro Sæcularibus inſtituto plurium annorum decurſu; ingreſſam poſteà fuiſſe intra Clariſſas, quarum profeſſionem emiſit paucis diebus ante mortem, D ad exemplum Reginæ matris Blancæ, quæ ſic egit erga Moniales Ciſtercienſes Monaſterij Malodunenſis.

Iſabella tandem voluit animam efflare ſuper paleam, ubi extremæ Unctionis ſacramento munita eſt & magno cum pietatis ſenſu ſupremum obiit diem, manus jungens, ad cœlum elevans oculos, proferenſque hæc verba diſtinctè: *In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum.* mediâ nocte 23. Februarij 1269. Dum finem lacrymis nullum imponunt Religioſæ, Angeli lætitiâ exultant & triumphant, luxque præfulgens videtur à quibuſdam Sororibus ſupra defunctæ cubiculum, & muſicè modulatum carmen hoc auditur, *factus eſt in pace locus ejus*

Mirabatur beata Iſabella, cur plerique homines, etiam probi, mortem adeò formi-
„dent. Timenda ſanè, aiebat, Dei judicia;
„ſed purgetur mens juxta leges Evangelij,
„& in Dei miſericordia ſpes omnis ponatur:
„de cætero, conſtat, ut timidis metum mor-
„tis, ſic deſperatis vitæ odium extorquere
„difficile eſſe: vitam tamen æquanimiter per-
„ferendam, mortem fortiter expectandam
„Chriſti exemplo & amore: hæc noſtri re-
„medij ſumma ſit. Quando ad extrema per-
„ventum eſt; jam nec mortem metues, nec
„optabis, jam præterea nec dolebis, nec cor-
„poris, animique defectibus ſubjacebis, nec
„rerum tædiis aut morbis, aut ſenio, aut ho-
„minum dolis, aut fortunæ varietate laſſabe-
„re; quæ ſi mala ſunt, mali finis utique bo-
„nus eſt. Tu paulò ante de his omnibus quæ-
„rebaris, nunc eorumdem de fine conque-
„reris: Vide ne ſis iniquus, unam rem qui
„ſimul doleas eſſe, & finiri.

Tandem Dei nutum, atque in æternum Domini miſericordias cantandi cum Angelis deſiderium innuens, ſic admonebat moribunda Iſabella circumſtantes, ut aſpernati ſimul terræ illecebras, & prælibantes delicias cœli, quietâ & tranquillâ mente ad extremam luctam ſe diſponerent.

Sauſſayus in Martyrol. Gallicano 23. Februarij, & 11 Decemb.

CAPUT VIII.

Glorioſum ejus Sepulchrum.

EXPOSITO venerando corpore cum habitu Religioſo in Eccleſia, & auguſtâ pompâ. Soror Agnes de Harcuria certum hominem miſit ad Regem ſanctum Ludovicum, eo uno nomine, ut eum moneret de morte, & afferret excuſationem, quod ei morbus defunctæ, juxta ægrotantis mandatum patefactus minimè fuerit. Acerbos Rex ploratus edidit, adeò erat præſtanti indole, adeoque illi in excelſo erat virtus Iſabellæ: Principes & cæteri aulici lacrymas tenere nequiverunt, univerſique accurrerunt ſubito in Conventum Longicampi. Primus omnium adfuit Ludovicus, qui ad aſpectum ſacri cadaveris, magnam lacrymarum vim profudit, & valde gratam habuit veſtem regularem quâ tegebatur.

Peractis precibus pro anima defunctæ, Religioſas conſolationis impotentes excitat ad patientiam, promittens ſe eas in fidem ſuam accepturum, & vindicaturum ab omnibus injuriis, contra adverſarios quoſcumque. Soror Agnes regiæ benevolentiæ grates habens, Regi offert Pontificium diploma ab Iſabella obtentum, quo Principibus intra A ſcepta Monaſterij liceret ingredi, funeris celebrandi gratiâ, ac viſitandi aliquoties ſepulchrum: haſce literas Apoſtolicas Rex libenter legit, auditque jucunde narrationem eorum quæ ſingulariter contigere in morbo & morte Iſabellæ, quam ipſe omni laudum genere decoravit. Ne innumera & confuſa hominum multitudo ſepulturæ cupiens adeſſe violento efferretur impetu, penès ſe Rex habuit claves Conventus, ut ſtricte Pontificium decretum ſervaretur. Deinde poſt Miſſam, & alia pro defunctis ſuffragia, Princeps terræ mandatur in clauſtro, dum uberes aſſiduæ ex omnium oculis fluunt lacrymæ.

B Religioſa quædam Longicampi tam acutâ hemicraniâ laborans, ut præ inſomnia continua, aliiſque duris vexationibus, ad dementiam ferme redigatur, ſe proſternit ad tumulum Iſabellæ, ejuſque implorans auxilium, confeſtim integra potitur ſanitate reliquis vitæ diebus. Cum gloriâ miraculorum magis ac magis claruerit, Rex, Epiſcopus Pariſienſis, & cæteri, ad quos judicium deferebatur, decreverunt venerandum corpus tranſferendum eſſe in locum, quo facile poſſent accedere extranei, ſalvo clauſtri monaſtici jure.

Paulò ante tranſlationis ſolennitatem Frater Dionyſius Stampenſis Eccleſiæ decorationi dans operam, ingenti mole improviſò C decidente obruitur, nec mortem vitaſſet abſque præſidio beatæ defunctæ, quam ardenter invocat, memor febris quartanæ ejuſdem precibus ceſſantis, dum ipſa Iſabella animam efflaret: fere obtritus & illiſus lapide prægrandi, ubi primùm defunctam implorat, ſtatim excutit onus, quo opprimitur, & ſine ullo vulneris veſtigio, opus incœptum perficit.

Novem diebus poſt humationem corpus de terra eruitur coram primariis aulicis & innumerâ hominum multitudine, illæſum & intactum, ſicut ipſâ mortis horâ. In oculis modice diſcedentibus emicant manſuetudinis Chriſtianæ radij, & vegetæ mentis ſplendor: D exuitur cyclade, pulvinuſque aufertur, quibus alia ſufficiuntur, prioribus reconditis honorificè inter ſacras Reliquias Monaſterij.

Religioſis illam tranſvehentibus in medium chorum, arcâ patefactâ, omnibus corporis viſendi copia fuit: aperto vultu, & manibus junctis, geſtabat crucem inter digitos, plurimis circumſepta ardentibus cereis dum officium defunctorum, & Miſſæ ſacrificium ſolenni ritu ac cærimonia decantantur, magnis clathris reſeratis publica pietas inflammatur, ingruens multitudo altâ & fervidâ voce obteſtatur beatam Iſabellam; avidoque impetu poſtulant exoſculari, hi manus, hi pedes certatim; alij roſaria, quæ vocantur, appli-

care corpori, zonas etiam, pileos, ſudariola, ut ferventur tanquam ſacra lipſana, poſt tactum venerandi adeo depoſiti, multi quoque veſtium aut ſupellectilium, quibus uti conſueverat, fruſtulum aliquod enixè rogant.

Mox ut auguſta hæc parentalia finiuntur, corpus in ſepulchro collocatur novo, ſub muro primarium altare ſejungenti à choro: à partibus Religioſarum prominet caput; verſus externos, pedes extenduntur, ut omnium pietati ſatisfiat. Hoc in tumulo tribus ſupra terram pedibus elevato, videtur imago Iſabellæ expreſſa, quamproxime ad nativam ſpeciem, cum habitu ſanctæ Claræ, trabeâ regali ſuperinduto. Legitur ibi demortuæ Iſabellæ Latinum elogium ſequens non compte ornateque ſcriptum, ſed ſimpliciter & ingenue, juxta priſcum morem, ut defunctæ virtutes clarius eluceant.

ELOGIUM.

Præradians ſtellis vita fuit hæc Iſabellis, quæ tam grandis genere permanſit, humillima vere, raro loquens, carni dominata ſevere: Hujus memores eſtote, Sorores, quas hic ut flores, plantavit tanta minores.

In ſuprema parte muri, ad æternam memoriam muſicæ ſymphoniæ concentus, qui mortis ejus tempore auditus fuit, hæc verba exarantur: *Factus eſt in pace locus ejus.* Propter figuras ſancti Ludovici, illiuſque ſororis Iſabellæ ad vivum effictas: conſtat inſuper ex Inſcriptione hîc appoſita, utrumque fundaſſe Monaſterium Longicampi anno Incarnationis Dominicæ 1260. ad honorem Dei ejuſque ſanctiſſimæ matris.

Parietes muti prædicant fortiter Iſabellæ nomen, quæ de illo nullam habuit curam: ſoli virtuti, non famæ ſtudebat: longa tamen & illuſtris fama illi ſuperſtes eſt per virtutem: ut enim non modo longa fiat omnia, ſed æterna, ſola virtus efficere potens eſt. præcipueque juſtitia, de qua ſcriptum eſt: *In memoria æterna erit juſtus*; humilitas etiam, quæ multùm commendatur hocce diſticho.

Edita regali Francorum ſtirpe (quis auſit,
O magnum verbum dicere) parva fuit.

Alludunt hi duo Verſus ad inſignem Iſabellæ humilitatem, quæ Solem imitatur. Quo plus enim ortus regij claritate, & virtutum ſplendoribus emicat, eò minorem ſibi vanæ gloriæ umbram, imo nullam parat, more Solis, qui dum meridianâ tempeſtate magis elevatur, totus irradiat & præfulget abſque ulla caligine. Sic claruit Iſabella noſtra in Monaſterio Longicampi, de humilitate beatæ Mariæ nuncupato. De illa ita opinantur

A omnes Auctores, qui illius demiſſionis profunditatem alte prædicant, velut præcipuum exaltationis principium.

CAPUT IX.

Miracula poſt mortem.

FLAMMÆ ex Iſabellæ tumulo ſæpius erumpentes, cor ejus magno flagraſſe in Deum amore teſtantur, ſuntque inſignia miracula: Idem merito cenſemus de uberibus rivulis olei inde fluentibus, dum Horæ matutinæ decantarentur.

Anno 1461. Comitiſſa Stampenſis, Franciſci Ducis Britanniæ mater, deducens filiam
B ſuam Magdalenam de Britannnia in Longicampi Monaſterium, ut ibi ex ſolenni votorum formula ſacrum ſodalitium iniret, obtinuit ſupplici poſtulatione ſepulchrum beatæ Iſabellæ aperiri: odor adeò ſuavis ſtatim afflatur, ut nulli in terra ſuffitus reperiantur ſimiles. Oſſa defunctæ videntur perpulchra, in ſuo ordine, alba, ſplendentia, & mirificè expolita: diverſi coloris erant juxta diverſitatem aſpectus, modo hyacintini, modo coloris roſei, ſive ex rubro albicantis, mox cærulei, dein ſapphirini, poſteà ſmaragdini, vel carbunculini. Unuſquiſque clamavit nihil magis auguſtum, aut mirabile futurum,
C à mortuis ad vivos univerſæ revocationis tempore.

Jacoba de Longolio Religioſa profeſſa Longicampi, uſu medij corporis capta, præcipuèque unius brachij penitus impos, huicce tam celebri apertioni non adfuit: Comitiſſa Stampenſis illam eſſe devehendam ad tumulum judicavit: Mox ut brachium mortuum ſacra oſſa tetigit, Jacoba, quæ voti compos erat, ſuavitate interiori perfuſa, ſperavit integram ſanitatem; convaluit reverà omninò, dum inunctis ejus digitis liquore cœleſti manante ex Iſabellæ corpore, filia paralyſi affecta à viginti annis alacriter deambulavit, Deum laudans, affirmanſque ſe optime va-
D lere: Flexis poſteà genibus, atque manibus junctis, & humi procumbens rursùm Deo grates egit, & beatæ Iſabellæ: deinde canticum *Te Deum*, *&c.* ab univerſis Religioſis incinitur, celebris gratulationis ad templum faciendæ causâ.

Soror Ada Remenſis, in Conventu Longicampi perantiqua, cujus manus morſu agreſtis ſuis feminæ graviter intumeſcebat à viginti annis, abſque remedio, cataplaſma abſtulit, vulneri tantùm applicans modicam terram ſepulchri noſtræ Iſabellæ, die tranſlationis ejuſdem, aliquanto poſt amiſſam valetudinem recuperavit, nullâ remanente cicatrice.

Ludovico filio progenito ſancti Ludovici, è vivis excedente, filius ſecundus, nomine Philippus, jam deſignatus in ſucceſſorem, febri longâ & periculoſâ vexatur. Margarita Regina, ejus mater, videns omnium conatus Medicorum irritos, recurrit ad beatam Iſabellam; jubet ægrotum tranſvehi ad tumulum defunctæ Iſabellæ, ubi, precantibus Religioſis, Philippus è morbo convaleſcens „altâ voce clamavit: Benedictus ſit Deus, à „quo amita meam impetravit ſanitatem: Regina pulſu arteriæ explorato, aliiſque valetudinis bonæ obſervatis indiciis, ſtatuit de tanto beneficio Deo grates haberi, ejuſque fideli famulæ. Viguit ſemper ſingularis iſtius benignitatis memoria nunquam interitura in Philippo, qui ſæpe venerabundus viſitabat Iſabellæ ſepulchrum, mirabilem ſuam curationem ad cœlum laudibus extollens continuis.

Gratiorem fatentur homines ſanitatem redditam, quam retentam: ingratiſſimi mortales bona ſua vix aliter, quam perdendo cognoſcunt; & perdita ergo illos cruciant, & recuperata lætificant: quantum igitur debent ægri ſanati, non Medicis, qui morbos etiam ſanabiles non curant; ſed Dei amicis, qui langoribus deſperatæ ſanationis remedium afferunt. Hujuſmodi arte medendi erudita eſt in primis Iſabella.

Regiâ Margaritâ longius commorante in Conventu Longi-Campi, graviſſimè ægrotat unius ex Reginæ eleemoſynatiis famulus, & dolore capitis ita acuto afficitur, ut ferè mentis ſit impos: pro ægroti ſalute voto nuncupato, ad Iſabellæ Principis Tumulum è veſtigio cognati offerunt cereum funale & ardens: eodem momento febri vacat; non furit amplius, ſed quietâ mente protſus conſiſtit; voti Religione ſe abſolvit, ac tandem actionibus, vitâque univerſâ ex rationis regula compoſitis declarat ſalutem mentis ſe perinde ac corporis aſſecutum eſſe.

Soror Maria Cameracenſis omni communis vitæ conſuetudine privata ob ſurditatem, nequibat etiam ullo modo piis concionibus, aut colloquiis adeſſe: in memoriam revocavit quantùm alias amaretur à beata Iſabella, quæ illam felicem auditu perdito exiſtima„bat: Ne doleas, aiebat Princeps, quod au„ditus elanguerit; bene, quod hoc tibi non „priùs accidit, quàm fidem, quæ auditu ma„xime conſtat, acciperes: illam habens, quid „quereris, ſeu quid quæris? Si hominum „cantus, aut volucrum non percipis, canti„bus cor intende cœleſtibus, internamque „autem Deo applica. Cogita, & dic tibi: Si „non audio, quid ſeu ad me, ſeu de me ho„mines loquantur: audiam quid loquatur in „me Dominus Deus, *Pſ.* 84. Illi enim ſem„per bellum, hic loquitur pacem ſemper.

Decrevit Maria novendiale penſum obire in honorem & ad tumulum Iſabellæ, promittens ſe hactenus aures non præſtituram, niſi devotis ſermonibus. Illuſtris Princeps annuit ejus comprecationi, reſtitutâ ſenſim facultate audiendi, cum die quolibet decreſceret infirmitas, uſque ad integram ſanitatis recuperationem.

Soror Iſabella Crecienſis poſt longam ægritudinem hydrope laboravit: Agnes de Harcuria, tunc Longicampi Abbatiſſa, & aliæ Religioſæ, illi appoſuere pulvinum, qui capiti noſtræ Iſabellæ ſubjectus fuerat primis novem diebus poſt ipſius obitum. Extemplò hydropici dolores omnino pacantur, nullumque ſupereſt hydropiſis veſtigium.

Soror Alix de mucidento linguæ uſu omnino expers, ore deformi, turpi vultu, capite ſine motu, toto menſe, propter nervorum ſolutionem, gemmam quâ utebatur Iſabella, geſtat colo appenſam; dein novendialis operæ munus explens, confeſtim aptâ compoſitione redit prior corporis pulchritudo, facile loquitur, movet oculos & cæteras partes jucunde, hoc ipſo quod omnes cum quodam lepore conſentiant; uſque adeò efficax eſt Iſabellæ interceſſio.

CAPUT XI.

Alia Miracula.

Agnes de Coiſſtiera Pariſienſis mœrore obruta, ob ægritudinem filii, cujus jam propè deſperata ſalus erat, noctibus totis inſomnibus traductis ad lectum ipſius excubando, paululùm dormiebat. Audivit intereà verba hæc: De ægro fac votum Iſabellæ „ Principi, ſepultæ in Eccleſia Longicampi; „ deinde multo mane cucurrit ad ſepulchrum beatæ mortuæ, ubi oblato munere à cœleſti voce indicto, preces cum lacrymis adhibuit pro ægroti bona valetudine: reverſa denique in domicilium, quem credebat functum fato, prorſus convaleſcentem reperit, & ſtatim init iterum cum illo rectam viam Longicampi grates actura pro tanto miraculo.

A quatuordecim annis femina quædam oculis orba, deduci efflagitat ad Iſabellæ tumulum, ubi prece peractâ, oblatiſque duobus oculis cereis, de repente lumina recuperat, & domum læta redit ſine viæ duce. Alia quoque cæca, pagi, quem Surennam vulgo vocant, incola, ſimili modo priſtinam valetudinem conſequitur. Alia inſuper etiam à quatuordecim annis ſenſu oculorum carens, nec levare, nec movere poterat caput, ex utroque tamen morbo evaſit omnino, mox ut ad beatam Iſabellam ſupplex confugerit, Quibus Iſabella viſum reddebat, his ſalubria

conſilia Deus ſuggerebat, non frontis, ſed pectoris oculos præſertim exercendi; hi, ſi ſuperant, aut conſerventur, ſalva res eſt: cæcus non videt ſolem amplius, ſed vidit, & qualis ſit, animo tenet, aut ſi non vidit, ut in parte ſors durior, ſic deſiderium levius ignotæ rei: cœlum terramque non aſpicit, ſed cœli terræque Dominum ſpectandi facultas non eripitur. Multum illâ clarior eſt viſio.

Iſabellæ noſtræ interceſſionibus præclara quædam Virgo perſpicaces valde oculos, & animum obtinuit fortiſſimum. Nulli forma ejus erat ſecunda: pulchra quidem, ſed quod potiſſimum, formam honor & virtus honeſtabant, dejectis in terram oculis, quantum licebat, ore velato, omnes breviter, & cum B neceſſitas cogeret, alloquebatur. In Parœcia duabus leucis à Longo-Campo diſtante manebat; gratiam ejus aliudve ſtudioſius venabatur amatorculus quidam inter alios, qui poſt amatorias laudes, & verborum blandimenta neglectus & aſpernationes aſſecuti ſunt. Obtinatior tamen Amaſius iſte violenter illam aggreditur, lena largitione corruptâ, ut puellam poſtridie diſponeret ad impudicitiam. Virgo ſapiens ad Deum fidenter recurrit, qui illi voluit *Iſabellam noctu* apparere hiſce ver-
,, bis utentem. Surge velociter, & vade in
,, Conventum meum Longi-Campi: adver-
,, ſus omne diſcrimen ibi eris tuta & munita:
,, primo aditu perterrita, ſummo poſteà perfunditur gaudio: & quamvis neſciens C ubinam exiſteret iſtud Monaſterium per medias tenebras iter ſuſcipit, quò Dei digitus illam deducat: prope Longumcampum amiſſis vilibus ſarcinis, pervenit tamen feliciter ad locum deſignatum, ubi proſtrata humiliter ad pedes Abbatiſſæ, mente tranquillâ declarat ſincere quæ ſibi contigerant. Religioſæ deinde omnem navant operam ad virginitatis florem tuendam.

Quod egit Iſabella mortua pro conſervanda pudicitia, verbo & exemplo vivens do-
,, cuit parentes: Pro dedecore tollendo, im-
,, plete, aiebat, Eccleſiaſticum conſilium:
,, *Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam,*
,, *nequando faciat te in opprobrium venire,* D
,, Eccl. 42. Etſi autem nihil pene triſtius pati
,, poſſis, modo tamen paterni officij nihil
,, omiſeris, eſt unde mœſtum te ſoleris: tuus
,, enim poteſt eſſe dolor, ſed non pudor, nec
,, crimen. Nam præcipitem in libidines ani-
,, mum frænare difficile eſt valde; & niſi
,, Deus ipſe manum adhibeat, impoſſibile ho-
,, mini: tantus eſt enim impetus, tamque
,, effrenis, ut contra eum fruſtrà ſæpenumero
,, parentes, fruſtrà & fratres, fruſtrà etiam
,, ipſe vir laboret: neque id mirum, cum ſit
,, ſcriptum: *Aliter non poſſum eſſe continens,*
,, *niſi Deus det.* Neve hinc pudicitiæ excuſa-
,, tio ulla ſit; dat hoc Deus piâ fide poſcen-
A tibus, quodque in ſe eſt, annitentibus ac "
ſcientibus, cujus ſit hoc donum; riteque "
& ipſum æſtimantibus & auctorem. "

Non ſolùm liberat Iſabella factis & documentis à morte animæ, verùm etiam à morte corporis. Duo rei patibulum expectantes in carcere Tornacenſi, ad bonam frugem redierunt, divinamque implorarunt miſericordiam: aliquo poſt intervallo claram noctu audierunt vocem, quæ diſtincte illos excitabat ad proficiſcendum in Monaſterium Longicampi, penès Lutetiam, ut ibi vota offerrent & preces beatæ Iſabellæ, cujus interventione criminum condonationem obtinerent. Extemplò compedibus & vinculis om- B nibus ſolutis, apertiſque carceris januis, libenter in Conventum Longicampi veniunt, ubi voto defunguntur, pubicè declarantes, quâ ratione Deus illos libertate donaverit, & cœleſti cumulaverit conſolatione. Tranſigunt demùm cum adverſariis, & lite penitùs diremptâ, admiſſi delicti Rex gratiam illis facit propter Iſabellam.

Dum qui pulſabat æs campanum in Monaſterio Longicampi, Eccleſiæ cameras fornicatas purgat, funibus confractis machinam qua fertur ſuſtinentibus, ita præceps cadit in chori ſedilia, ut omnino contuſus & laceratus uſque ad mortis anguſtias redigatur. Religioſæ ſine mora pro ejus ſalute ſupplicia apud beatam Fundatricem vota exprimunt; C confeſtim aperiens oculos, dolenſque ſe multum pati, vult transferri ad venerandum tumulum, ubi poſtulatam humiliter ſanitatem ſtatim recuperat. Oſſa luxata in ſua ſede collocantur; membra obtrita priſtinum conſequuntur vigorem, nullumque ſupereſt vulneris veſtigium. Plane igitur ſanus ſolenni progratulatione adeſt cantico, *Te Deum, &c.*

Soror Maria, quam nominant *de Tremblayo*, laboris defatigatione debilitata, ſedebat ſupra petram ad littus ſtagni, cujus aqua glacie perſtringebatur in horto Conventus Longicampi: petra inopinatò prona devolvitur; & abripiens Mariam, glaciem conquaſſat, ſub qua perierat, niſi ad Iſabellam D confugiſſet, exclamans: Sancta Mater, ſalva me. Manum utique ſentit auxiliatricem, quâ evehitur adeo fauſtè, ut media corporis pars aquis innatans inſideret: Veſtes poſteà exſiccans, & ſe calefaciens ad luculentum ignem, Religioſis miraculum exponit; quæ Deum, ejuſque fidelem famulam ferventer laudant.

Eadem Soror excubans ad lectum Sororis deſideratæ febri ardenti plurimùm vexatæ, quæ ſitis ſedandæ causâ recentis aquæ paululum petit, quam Maria, prohibente Medico, abnuis: noctis quoque obſcuritas reddit illi egreſſum è valetudinario terribilem: exit tamen ut ægrotæ querelis favear, vixque iter ducens ad canalem cum vaſe & laterna,

init, dum dæmon ſub ſpecie nigri canis conatur illius jugulum præfocare. Liberata nihilominus feliciter nominis Jeſu invocatione, & *Iſabellæ* auxilio, quam implorat, currit ad fontem Monaſterii, rurſuſque imo violentius illam dæmon aggreditur; ipſa viciſſim ferventius *Iſabellam*, rogat. Porrò penitus perterrita redit in valetudinarium tumultuoſe, nec claudens januam, ſed exclamans dolen-,, ter; Soror deſiderata Signo Crucis te muni: eodem momento horrore artus valetudinarii curatricis rigere cœperunt: pallor deinde ſuffuſus eſt, & totum propemodùm corpus illius vitalis calor reliquit quaſi expiraſſet, præſentes ſubito ſtrepitu, & caſu violento excitatæ à ſomno Religioſæ illam manu excipiunt, nec ſatis compotem mentis, in cubile deferunt: Cognitâ hujus eventus origine omnes arbitrantur medicorum ſemper obtemperandum præſcriptioni, nec unquam deflectendum à ſtatutis Regularibus: mirantur præterea beatæ *Iſabellæ* poteſtatem.

Canis excubitor, diſruptâ catenâ, præceps & furibundus irruit in Sororem *Saram*, vulgo de *Houpelinâ*, quam in Clauſtro invenit, horrendiſque plagis diſſecat: ad luctuoſos clamores accurrunt Religioſæ, volentes opem ferre, nec accedere prope auſæ, ne ipſæ diſcerpantur, flexis genibus, manibus ,, junctis, unâ voce clamant; Sancta *Iſabella* ,, an ſinès tuam filiam à canibus exſorberi: ,, Canis iſte Britannnicus major, ut vocant, ,, licet furens, prædam abjicit, quam Sorores cruentam & laceram in valetudinarium deferunt. Opinantibus medicis & chirurgis, ob febrem ortam ex gravibus & periculoſis vulneribus, in ultimum vitæ diſcrimen *Saram* adduci, ipſa nihilominus non deſpondet animum, ſed petens devehi ad *Iſabellæ* Sepulchrum, Religioſas rogat, ut dum Deum oraret, cibum ſumerent: redeuntes tandem, plagam perſpiciunt magis periculoſam omninò ſanatam, moxque gaudent de integra ſalute recuperatâ, Beatæ meritis & interceſſionibus *Iſabellæ*.

CAPUT XI.

Alia Miracula.

SOROR Margarita de *Sorcilla* alterius brachii ſtupore omnino erat perculſa: nervi manus adeò contrahebantur, ut digitis ſemper curvatis, ungues volam perfoderent, unde acerbiſſimus dolor, quo poſtulabat ſub Dei beneplacito eximi meritis *Iſabellæ*, cujus non licebat adhuc ſolennitatem celebrare publicè: obibant tamen Religioſæ Longi-Campi annua parentalia, quibus aderat Soror Margarita: orans ad Monumentum, ſua-

A vemque capiens ſomnum, oblatam divinitus ſpeciem excepit defunctæ *Iſabellæ*, plenæ majeſtatis, paludamento coopertæ aureis liliis conſperſo, quæ brachium ſuſpenſum de faſcia eduxit & extendit abſque ulla moleſtia: digitis ſubinde exſolutis, manuque aperta, glomus, quo tenebantur ungues ne palmam transfoderent, cecidit coram ſororibus, quæ videntes brachium penitùs liberum, dulci & læto ſuſurro dormientem excitarunt. Exurgens ipſa confeſtim exclamavit: omnes una- “ nimi voce & corde miſericordias Domini “ prædicate, ac ejus beatæ famulæ poteſta- “ tem. Narrata mirabili apparitione majus “ tintinnabulum ſola concuſſit. Officium in-B terim defunctorum intermittitur, ut canticum, vulgò *Te Deum* ſolenniter concinatur gratulationis cauſa.

Celeriter ignis conceptus in chorte & villa Monaſterii late fundit incendium: jam pene confecturus eſt & conſumpturus ſilvam Bononienſem, pagoſque vicinos: quocumque invadit, cuncta diſturbat & diſſipat, adeò ut accolæ, & finitimi lecti lintea madefacta expandant ſupra caſas ſtramentitias, ne ſcintillæ à vento agitatæ illas cito in nihilum redigant: dum videntur Conventus & Eccleſia omnino deflagrare, omnes vicini extinguendo incendio ſuccurrunt. Conſpicitur intereà per aërem Matrona præſtantiſſima, media inter ignem C & Monaſterium, quæ trabea regali impediebat, quominus iiſdem noceret ignis: tantum utique ab univerſo Conventu Deus avertit exitium, viſioniſque teſtes ita illam deſcribunt ut conſtet Principem *Iſabellam* ſuæ domus extitiſſe protectricem, cui grates redditæ ſunt.

Artifex quidam opificiis Monaſterii dans operam, prope dormitorium arcas reperit domeſticis inſtrumentis plenas: dum eas conatur aperire, ut, quod ſibi placuerit, abripiat, mulier præclariſſima ſe exhibet, & extremum timorem incutit. Expaveſcens deſcendit in Eccleſiam, ubi ſperat ſe rem ex prædâ approbè collecturum: mulier tamen majeſtatis ſplendore auguſta illum ubique inſe-D ctatur donec extra ſepta proſiliat. Fur iſte comprehenſus ob alia crimina, & ultimo ſupplicio addictus, enarravit, quæ ipſi contigerant in Conventu Longi-Campi; & confeſſus eſt tam enorme ſacrilegium Dei vindictam ſuum in verticem commoviſſe.

Anno 1530. dum conſtrueretur novum dormitorium, tres juvenes Sorores curioſæ in ſupremam ædificii partem aſcenderunt, fabricam tignariam, & lacunar perſpecturæ: poſt deambulationem modicam una ex tribus lacunar diſrupit, cadenſque ſuſpenſa adhæſit duabus proximis trabeculis lacunariis: perterrita deinde exclamavit: Sancta Mater ſalva “ me. *Iſabella* interim illam in aëre ſuſtinens “

à morte imminente liberavit: ad clamores & gemitus Sororum præſentium cæteræ accurrentes, confeſtim in cellulas ſe receperunt, periclitantem Deo commendaturæ, cum alia ratione non poſſent ei opitulari; Valentina interim, altera ex tribus ſociis, audacter figens pedem in uno ex aſſeribus lacunariis, quibus, cum extrema periculi alea, manebat affixa, & velaminis extremitatem attingens illam ſuſtulit, & ab omni eripuit diſcrimine. Utriuſque conſervatio duplex eſt Miraculum. Illico Religioſæ in Chorum convenerunt, laudem Deo daturæ, atque *Iſabellæ* gratias redditure.

Simul colloquebantur ſanctè & amœniter Religioſæ Longi-Campi, poſt tot felices eventus, atque plures & præſtantiores divitias exiſtimabant ſe poſſidere in ſolis *Iſabellæ* oſſibus, quam Reges terræ in toto ſuo Regno arrogare ſibi poſſint. Caducæ amicitiæ, quarum delectatio vel utilitas fundamentum eſt. Quod hæc plerumque vel fortunam ſequuntur, vel ætatem fortunæque gratiam, quibus nil incertius: at quæ in virtute fundantur, ſicut in ſanctitate noſtræ *Iſabellæ*, immortales ſunt: eoquod virtus ipſa quiddam ſtabile firmumque ſit, manſurumque, quoniam mori nequit. Ideò quos propter honeſtum dileximus, diligimus vel extinctos & colimus. Sic ratiocinantur Religioſæ Longi-Campi de ſua Fundatrice *Iſabellâ*, cujus interventione tot beneficiis cumulantur.

CAPUT. XII.

Ejus in Beatorum album adſcriptio.

QUAM anguſtis finibus humana ſapientia circumſcribitur, ſi conferatur cum divinâ. Fallere nec falli unquam poteſt Deus: fatui vero ſunt & ſtolidi plerique homines maximè, dum quæſtio eſt de veris Dei amicis: tunc, velut cœci, inter colores nequeunt dijudicare: ſuam ipſi fatentur ſic ingenitam ſtultitiam libro ſapientiæ. In terris aliàs *Iſabellam* ad exactiſſimam conſiliorum Evangelicorum amuſſim unum quodque exigentem, Aulici depravati contemnebant: nunc autem ab omnibus & ubique ſummis laudibus extollitur, dum crebreſcentibus miraculis, tandem allegitur inter Beatos.

Soror Joanna *Carphandra* Religioſi inſtituti ponens tirocinium in Conventu Longi-Campi, altè cadendo partem offendit vehementer, in qua acerrimus eſt doloris ſenſus: Verecunda hæc Virgo ſtatuit potius mortem pati, quam detegere quod pudicitia docet tegendum; declarat tamen ſociæ cuidam & participi arcanorum omnium, ſuæ cauſam ægritudinis, quâ patefactâ venerandis matribus, remediis ſujicitur: licet medicina vulneri afferatur ſpatio quatuor menſium, nervi tamen in arctum ſemper coeunt, alterum crus nihil ſentiens, altero brevius remanet, ita ut furculâ alari incedat, nilque poſſit è terra levare, quin totum corpus violenter inflectat. Univerſo Conventu decernente illam quamvis præclaris animi dotibus & ornamentis inſtructam expellere propter infirmitatem corporis, anno probationis expleto, ipſa nihilominus reditum in mundanos tumultus abhorrens, tota nocte ſuppliciter poſtulat à Deo ut interveniente *Iſabella* retineatur in Monaſterio Longi-Campi, ſaltem velut humilis ancilla: ſomno ingraveſcente decumbit in lecto, ubi *Iſabella* Princeps, ſanctus Ludovicus ad dexteram, Blanca Regina ad lævam, omnes quidem in auguſtu & regio apparatu ſe exhibentes aſſeverant, Joannam vota nuncupaturam ſolennia, pioque ac ſancto fine vitam clauſuram fore, in Cœnobio Longi-Campi. Parentes interim monentur de excipiendâ filia è Clauſtro exeunte, quæ rurſus manè invocaverat eoſdem interceſſores, & ex ſtrato exſurgens verba hæc voce canorâ prolata audierat: age cum fiducia, optimè " vales. "

Deſcendens è dormitorio, & in Eccleſiam properans, Deo gratias actura, quam maximâ vociferatione utebatur, dicens; Bene " dicamus Deum, ejuſque matrem ſanctiſſi " mam, integra ſum valetudine: Religioſæ " ſe in choro diſponentes ad incinendum Preces Canonicas auroræ, clamoribus inſolitis initio perterritæ, jucundè quieveruntillicò, fauſta ſcientes, quæ evenerant. Dum recitatur ſolenniter Canticum, *Te Deum*, &c. argutè & numeroſe cientur tintinnabula. Famâ miraculi diſperſâ Pariſienſes, aliique plurimi proficiſcuntur in Conventum Longi-Campi eam ſolam ob rem ut peculiaria quæque diſtinctè inquirant. Inter alios Dominus Lantracus Spinola, nobilis Lucenſis, tunc degens Lutetiæ, certior factus de virtutibus & miraculis *Iſabellæ* miratus eſt vehementer quod Sedes Apoſtolica nondum eam inter beatos retulerit: promiſit ſe operam daturum, ut vel certè Beatæ titulus ac dignatio illi conferantur: acceptis ſupplici Religioſarum libello, necnon literis commendatitii regis, ad Prælatos, Principes, & alios in Curia Romana gratiâ & auctoritate florentes, impetravit anno 1521. menſe Januario à Summo Pontifice Leone X. Bullam quâ in Beatorum numero collocatur.

Eminentiſſimus Cardinalis Boiſiacus ad Regem Chriſtianiſſimum Legatus, cui totum negotium demandatum fuit, ſervatis omnibus in judicio agendi formulis, permiſit Longi-Campi Religioſis celebrare illius peculiare

Officium publice quotannis, à Patre *Meſ. ſtero* hujuſce Monaſterii Confeſſario compoſitum; deſignavitque pro ſolennitate non diem obitus, ſed Auguſti menſis trigeſimum primum, ut ſocietate conjungeretur Regi Galliarum Ludovico fratri, ac Ludovico Archiepiſcopo Toloſano fratris nepoti, quorum Feſta celebrantur fauſtis hiſce temporibus. Decre- A tum Cardinalis Legati, undecimo Decembris 1521. datum Varanni, in regione Bituricenſi, ubi reſidebat, fuit magna cum lætitia receptum in Monaſterio Longi-Campi, ejuſdem menſis 21. die, ſingulaque ejus capita effectum omnem ſortita ſunt anno ſequenti menſis Auguſti trigeſimo primo, perquàm ſplendido apparatu.

VITA
B. ZINGÆ,
REGIS HUNGARIÆ FILIÆ.

CAPUT PRIMUM.

Mirabilis ejus ortus, & virginitas in matrimonio.

KUNEGUNDIS in Poloniâ nomen adhuc conſervat, ſicut in Hungaria primo Zinga nominata eſt. Patrem habuit Belam IV. Hungariæ Regem, ſanctæ Elizabethæ Hungaræ fratrem: Matrem vero habuit Mariam Alexii filiam Conſtantinopolitani Imperatoris, qui omnes utique Tertium Ordinem Franciſcanum amplexi ſunt. Mater ejus ex illa gravida, nec cognoſcens quantæ dignitatis eſſet fructus ventris, timebat abortum, ob extremum, quo afficiebatur mœrorem.

Ad Deum itaque confugit, verum conſolatorem, oratione aſſiduâ, audivitque protinus verba hæc cœleſtia. *Ne timeas, Maria, inveniſti gratiam apud Dominum, fauſto facilique partu defungeris.* Zinga in lucem edita non fudit lacrymas, ſed junctis manibus, levatiſque in Cœlum oculis clarè & diſtinctè ſic affata eſt lingua Hungarica: *Ave Regina Cœlorum, Mater admirabilis Angelorum Regis.* Deinde expectans ætatem liberæ ſeu rectæ locutionis, non deſinit etiam in ipſis incunabulis ſigna ſemper pietatis & indicia manifeſta rationis tradere. Quotieſcunque eam nutrix ferebat in Eccleſiam, videbantur oculi parvulæ *Zingæ* cœlo affixi, præſertim dum celebraretur Miſſa: ad pronunciationem ſacrorum nominum JESU & MARIÆ caput inclinabat profundè abſque ulla prævia inſtructione. Lac non ſugebat, ut ſanctus Nicolaus, niſi ternis per hebdomadam diebus, Lunæ, Mercurii, Veneris.

Vix ab ubere depulſa erat, cum ad exemplum ſanctæ Elizabethæ, amitæ ſuæ continuam meditationi operam navabat, noctu diuque ſæpiſſimè genua flectebat ante Imagi- B nes Chriſti Redemptoris, ejuſque Genitricis Mariæ: jejuniis quoque, cæteriſque vitæ aſperitatibus corpus domabat. Delectabatur oppidò in pauperibus ſublevandis, & erogandis eleemoſynis: A prima pueritia Tertiæ Regulæ Franciſcanæ nomen dedit, donec Ordinem Clariſſarum amplecteretur, quinquaginta ſcilicet poſt annis, quia Boleſlao Poloniæ Duce illam in conjugem exoptante, parentibus obtemperavit, qui illam invitam in matrimonium locarunt.

Anno 1239. ter aut quatuor annis poſt Elizabethæ amitæ inter Sanctos relationem, auguſtâ pompâ Cracoviam perducitur, annuit C intereà deinceps precibus Zingæ Deus virginitatis conſervationem. Maritus enim illam prima nocte nuptiarum reliquit illibatam prorſus, promittens manſurum fore aliquandiu torum immaculatum, deinde prudenter *Zinga* eamdem obtinuit gratiam toto vitæ tempore, validiſque adeò argumentis commendavit pudicitiæ florem ut Boleſlaus ipſe cum mulieribus nunquam fuerit coinquinatus, ſed ab hiſtoricis decoratus fuerit *pudici* titulo, atque Virgo, ſicut uxor, permanſerit. Siletur per aliquot dies mirandum hoc Angelici pudoris myſterium, quod tandem, jubente Deo, declaratur apertè, dum præſente Cracovienſi Epiſcopo, & approbante, ſponſus & ſponſa voto publico ac ſolenni virginitatis ſe obligant.

Id eſt difficile, quod cum ſpe magnâ ſis ingreſſus, id non exequi uſque ad extremum: Conciliavit *Zingæ* ſive *Kunegundi* generoſum iſtud & ſanctum facinus multa prœlia, quibus hoſtes ſuperavit, precibus & voluntariâ corporis afflictatione. De conſenſu ſponſi Hungariæ ſuſcipit iter officioſi & reverentis aditus

A aditus erga patrem munus obitura, qui illam conducit in celebriores ſui Regni urbes, ut perſpiciat ubique res pretioſas & exquiſitas, præſertim Salinas, unde amplum regii patrimonii augmentum, & multus oritur Reipublicæ fructus. *Kunegundis* poſtulans à patre ſuo unam ex Salinis, petitionis effectum conſequitur, omni cum libertate, quam voluerit, eligendi.

Projecto illuc ſui digiti annulo, dum poſſeſſionem init, actionis hujuſmodi non capitur ratio, niſi poſt reditum beatæ Zingæ in Poloniam, ubi ſcilicet in pago, communiter nominato, *Bokne*, Cracoviâ duabus circiter leucis diſtanti, aliquis terram fodiens ſal reperit, cujus originem ſcire cupiens, altius excavat, petramque invenit cum annulo *Kunegundis*. Mirum dictu! ſale ab eo tempore deficiente in hac Hungariæ parte, qua potiebatur Princeps oriri ſal incipit in Polonia valde excellens & utile, atque cum ubertate perſeverat ibi à trecentis annis & amplius. B

Hoc in rerum fauſto concurſu monebat ſic „Polonos Regina: Theſaurum in ſalina inopinata inveniſtis: Theſaurus quidem eſt; „ſed multis theſaurus mors fuit; ut nullum „corporl periculum ſit, diſcrimen eſt ingens „animæ. Non ſatiant opes deſiderium, imò „nec mitigant, ſed accendunt: humana cu„piditas ſucceſſibus inardeſcit, & creſcente „commodo, creſcit commodi ſitis, & quæ„tendi ſtudium, minuitur virtus, quæ dimi„nutio mors tandem animæ eſt. Proſperitas „pondus eſt infeſtum, contrariumque mo„deſtiæ niſi ad Dei cultum dirigatur: nil ſibi „non arrogat, quem repens fortuna beave„rit. *Multa bona habebimus, ſi timuerimus* „*Deum.* C

Vvadingh. 1279. § 6. Vvadingh. 1292. §. 11. Antonius à Sillis in cap. 2. Regulæ Tertiæ. Vvadingh 1333. § 25.

CAPUT II.

Religioſam Profeſſionem amplectitur, moriturque ſanctiſſimè.

IN adminiſtratione Provinciarum Poloniæ *Kunegundis* publicè privatimque multa præclarè unà cum marito inſtituit, quorum uſus per longum temporis ſpatium cum uberrimo perſeveravit animarum fructu: In domeſticam pariter diſciplinam & communem Eccleſiarum utilitatem intenta; ex iis, quæ de Polonorum indole ingenioque ſubinde audiebat, acriore in dies accendebatur ſtudio, tam docilem, tam politam alioqui nationem, ex errorum caligine, ac peccatorum tenebris eruendi.

Suæ vero perfectioni ſingulariter invigilabat, & vehementer ad vota ſolennia contendebat in cœnobio regulari nuncupanda: expectans itaque à Divina Providentia facilem in Clauſtrum ingreſſum celebre Monaſterium ſanctæ Claræ conſtrui juſſit in Hungariæ confinio, penès urbem antiquam dè *Sandecia*, vulgo dictam, ubi plurimas Sorores ſummâ virtute præditas commodè ſuſtentabat & honorificè, illis ſuppeditans, ſponſi largitionibus, quæcunque peridonea ad vitam regularem.

Anno 1279. Principe Boleſlao è vivis excedente, *Kunegundis*, poſtquam illi cuncta honoris & charitatis exhibuiſſet officia in morbo & obitu, operam dedit ut ſolenni pompa terræ mandaretur, juxta defuncti voluntatem, in Monaſterio Religioſorum ſancti Franciſci, quod ipſe ædificandum Cracoviæ ſuis ſumptibus imperaverat: deinde in ſolitudinem ſe recepit cum ſorore ſua Yolanta, Belæ IV Regis Hungariæ pariter filia, viro orbâ, morte ſcilicet Boleſlai, pietatis cognomine illuſtris, Calliſſiæ Ducis, quæ una eſt ex Provinciis Poloniæ.

Kunegundis bonis omnibus venditis, & pauperibus diſtributis, impedimenta à Dynaſtis & univerſis Regni proceribus oppoſita fortiter ſuperavit, ut ſuavi jugo Chriſti collum ſubderet; unà cum duabus ſpectatiſſimis ſociis & ſororibus germanis: Yolanta, nempe de qua jam locuti ſumus, & conſtantiâ marito Daniele Ruſſiæ Rege orbatâ. Quamvis *Kunegundis* omni genere virtutum floreat, arbitratur tamen ſe plurimis vitiis deformari, & longiſſimè diſtare à Chriſtianæ perfectionis vertice: novo igitur igne fervoris accenſa conatur expiare vitæ priſtinæ delicta jejuniis, & Oratione, duriſſimis demum corporis afflictationibus. Elucet intereà ſplendidè Prophetiæ dono & miraculorum.

Dum per duodecim & tredecim annos, degit in Monaſterio, poſt ſolennem Profeſſionem, Tartari in fines Polonicos excurrunt populabundi magis, quam juſti more belli, Sacras Ædes compilant, & depeculantur: ingens captivæ pecuniæ modus tradirur, prope ut fidem excedat: mulieres conſtuprantur, D & ubique horrida editur ſtrages, fitque cædes ſupramodum cruenta: ſeptuaginta Religioſæ in comitatu *Kunegundis* & Yolantæ, & Conſtantiæ impetus & crudelitates Barbarorum vitandi causâ, è Monaſterio exeunt: Deus tamen hunc Conventum in Fundatricis favorem protexit iniquis uſurpatoribus ſubitò correptis terrore, quo, ad illius acceſſum velut inermes facti &, inertes, nulla detrimenta inferunt.

Kunegundis in validum munitionibus caſtrum fugiens, *Pieninam* nomine, quiete aliquâ ſe reficit in pago, quem vocant, *Chartoreum*, ad littus fluvii, communiter nuncupati,

Dunareti: Petra, ſuper quam pauliſper quievit, veſtigium adhuc dextri ejus pedis conſervat; & fidelium pietatem vehementer excitat, qui illud venerabundi ad noſtram uſque ætatem deoſculantut.

Non minorem parit admirationem, miraculum ſequens beata Zinga, deficiente aquâ in ſuo Monaſterio, ad fontem perrexit mille circiter paſſibus ab eo diſtantem: manabat inde fluminis brachium montem ſubluens, & oppidulum ſecans inferius. *Kunegundis* baculum ſuum in iſto fluvio collocans, non longe ab origine, illumque trahens retro, ſolitum amnis curſum adimit, qui per loca alta, inuia, & inacceſſa, notis à baculo impreſſis inhærens, alveos apertos & paratos mirabiliter reperit, tandemque urbem *Sandeciam* interfluens, & ipſum *Kunegundis* Conventum, commodè & jucundè diffunditur, ac circumjectos rigat campos, ad frumentum molendum, alioſque uſus perutiles. Eumdem figenre baculum in regione ſiccâ & arridâ, fons erupit non ſpatio aquarum ſed liquore memorabilis; quippe leni tractu labens puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placide fluentis rivi canalem turbent, Itaque incorruptus, idemque frigidiſſimus, quippe multa riparum amœnitate inumbratus, ubique origini ſuæ ſimilis in mare evadit. Quod verò potiſſimum, ægrotis valde ſalubris eſt hæc aqua, & ſæpenumero integræ ex morbo valetudinis cauſa.

Denique beata Zinga duodecim annis in ſtricta regulæ & conſtitutionum obſervatione exactis, impletiſque in dies majori fervore conſiliis Evangelicis, per annum ægrotans, divinitùs fuit monita de die & horâ ſui obitus, qui accidit 14. Julii anno 1292. aut juxta alios ſcriptores 1294.

Canonicus Villicienſis, *Chriſtianus* nomine, vir pietatis eximiæ, vidit in meditatione beatam *Kunegundem* mirifico radiantem ſplendore, ac veſtimento coopertam nivis ſuperante albedinem, atque in Cœlum triumphanter aſcendentem Angelis modulatè cantantibus; *Regnum mundi & omnem ornatum ſæculi contempſi.* Ignorabat initio pius Sacerdos quænam eſſet hujuſmodi Domina triumphans, & confeſtim pro comperto habuit Divinâ revelatione, *Kunegundem* eodem momento è cuſtodia corporis eductam ipſi apparuiſſe, dum illa in altum efferretur, æternæ beatitudinis poſſeſſionem initura.

Ab anno ſui deceſſus uſque ad annum 1324. octoginta mortuos ad vitam revocavit; quindecim captivos liberavit à ſervitute, januas carcerum effringens, diſrumpens catenas: ſeptingentis ægrotis ſanitatem reſtituit, peſſimè ſe habentibus. Poloniæ Regnum univerſum, aliæque nationes cùm vicinæ, tùm longinquæ ad ejus Monumentum confugiunt tan-

A quam ad tutum perfugium, ſeu potius ad propugnaculum inſuperabile contra omnes irruptiones dæmonum aut hominum: ibique frequenter plurima fiunt illuſtria miracula.

Religioſæ Monaſterii, ubi vixit & obiit, *Kunegundis*, ſummâ veneratione ſervant veri vultus ejus expreſſam effigiem ligneam, effictam atque ad ipſum illius viventis & ſpirantis os delineatam, cujus diverſus aſpectus ventura præſignificat: ſi pallida & obſcura videtur, lugubrem præmonſtrat eventum: ſi florens & venuſta fauſtum vaticinatur omen.

Anno 1614. Religioſæ in extremam redactæ anguſtiam, imploraverunt *Kunegundis* auxilium, flexis genibus coram ejus imagine; B perſpexerunt illicò faciem ejus magis pulchram, & quaſi modeſto riſu affectam, ut eos ſolaretur, & in fiduciam provocaret: eam deoſculantes calidam & tractabilem invenerunt, naſo molli, & in flexum facili, perindè ac ſi in vivorum eſſet numero: adeo, que ſupplicis poſtulationis conſecutæ ſunt pleniorem effectum.

Omnes proinde Conventum hunc apprimè venerantur, ob ſacra lipſana Fundatricis: ob tunicam præſertim, quæ licet à theca frequenter educatur, jam inde pluſquam à trecentis annis ad ſolatium ægrotorum, nullo tamen uſu abſumitur, ſed quaſi tecens videtur ab ſartote, quamvis perpetuo ejus contactu, quocumque morbo laborantes, perfe- C ctam recuperent ſalutem.

Die ſanctiſſimæ Trinitatis celebratur beatæ *Kunegundis* feſtum, & illius Imago exponitur pietati publicæ. Rex & Reſpublica Polonica oblato libello ſupplicarunt Summo Pontifici, ut ei Sanctorum honores, cultuſque decernerentur: Supplex eadem poſtulatio anno 1628. ad Urbanum VIII. renovata fuit: Verùm Apoſtolicâ Sede quantumvis tacente de *Kunegundis* inter Sanctos relatione, non deſinunt fideles illam publicè precari, & Sanctam proclamare.

Poloni maximè de *Kunegundis* cultu ſibi placent: Videant autem, ne ſibi placendo ſuperbiant. Glorientur Chriſtiani de Religione Chriſtiana, ſicut narrant Hiſtorici gloria- D tam fuiſſe *Kunegundem*. Hæc vera Religio, “quæ nos, aiebat ipſa, Deo religat, Deum “nobis inſinuat, humilitatem piis mentibus “inſerit, inſolentiam extirpat. Sic mihi igi- “tur gaudere permiſſum, ut quanto lætior, “quantoque religioſior, tanto ſim melior, & “operibus bonis affluentior, illi gratias agens, “qui mihi ex hac mortali vitâ rectum iter “oſtendit ad æternam vitam: ut nobis iſtud “proſit monitum, firmiter *Kunegundis* adhæ- “reamus veſtigiis.

Marian. l. c. 10. Cromerus l. 9 rerum Polon. ad annum 1279. 1292. Gonzag. t. p In BB. Fœminis Franciſcan. Ordin.

VITA
B. SANCIÆ
SICILIÆ, ET HIEROSOLYMÆ REGINÆ.

CAPUT I.

Sicilienſis Curiæ pietas.

CAROLI I. nomine Regis Siciliæ, ſancti Ludovici Regis Galliarum fratris fauſta valde & fortunata fuit proſapia, quæ omni virtutum genere floruit. Carolus II., claudus vulgò nuncupatus, publicè profeſſus eſt Tertium Ordinem Franciſcanum, idemque ſuggeſſit conſilium filio ſuo primogenito Carolo, cognomine Martello, qui ante patrem è vivis exceſſit, cum tenuiſſet Hungariæ ſceptrum. Robertus alter filius, qui illi ſucceſſit in utriuſque Siciliæ Regno, paternæ virtuti acceſſit quam proximè, & ad ejus imitationem Tertiæ Regulæ Franciſcanæ nomen dedit.

Abjicienda non eſt opinio, quam in manuſcripto notavi, ſanctum nempe Ludovicum Epiſcopum Toloſanum, horum Principum germanum fratrem regiæ ſuæ familiæ imitatorem fuiſſe, tertiæ Patris Seraphici Congregationi ſe dicando antequam primæ ſectaretur inſtituta. Leonora ſoror illorum, Friderici Regis Siciliæ uxor ipſos imitatione aſſecuta eſt; deinde poſt mortem mariti vota ſolennia inter Clariſſas nuncupavit.

Robertus Neapolitanus & Siculus Rex duas conjuges duxit. Prior, nomine Yolanta, ſoror erat Jacobi Regis Arragoniæ, unde orti ſunt Carolus Dux Calabriæ, pater Joannæ primæ Neapolitanæ Reginæ, alterque Princeps, quem Ludovicum nominant. Iſtius Caroli Felicitas non poteſt ſat expendi, quia potiſſimùm babuit ſanctum Elzearium educatorem, & formandis moribus Præfectum, cujus conſilio Tertii Ordinis Franciſcani Sodalitium iniit, ubi pietatis Chriſtianæ leges adamuſſim & ferventius obſervavit. Sepultus eſt in celebri Conventu ſanctæ Claræ, Neapoli conſtructo paternâ beneficentiâ.

Altera Roberti conjux noſtra erat beata *Sancia* Jacobi Regis Balearis majoris filia, ex quâ nullos ſuſcepit liberos. Pietatis Curiæ Siculæ omnia hæc argumenta prætermittere nefas eſt cum maximè contulerint ad augmentum & confirmationem ſanctitatis noſtræ *Sanciæ*, quæ Carolo II. ſocero ſuo vitâ functo, coronam Regni Siciliæ & Hieroſolymæ ſimul cum marito Avenioni accepit à Summo Pontifice. Quamvis cuncta illa fervoris incitamenta plurimum valeant ut in ejus corde ignis cœleſtis accendatur, mariti tamen perfectioflammas ardentiores excitat. Zelo mariti non ſufficit Tertiariorum Profeſſio, niſi etiam octo annis ante obitum ſuum ſceptro regio ſe abdicet.

B *Sancia* impetrat ab eo ut in diverſis Terræ Sanctæ locis Conventus Fratrum Minorum inſtituat, quibus ſocietate conjungitur ipſa in Tertium ingrediens Ordinem: regiis ſumptibus in monte Sion Familia Franciſcana collocatur, cui quoque præclarum paratur Sacellum, ad Monumentum Chriſti: Eccleſiâ Bethleemica augetur maximè ac ornatur iiſdem largitionibus: Peregrini huc undecunque convenientes multum conſolationis accipiebant à Religioſis ibi degentibus & ſuſtentatis Principis Roberti magnificâ liberalitate.

Jucuditate peculiari perfundebatur *Sancia* in conſtruendis & fundandis Monaſteriis pro Fratribus Minoribus & Sororibus ſanctæ Claræ. Quatuor extant in urbe Neapolitanâ. Unum titulo donatur Corporis Jeſu Chriſti, ubi ducentæ Religioſæ habentes, quæ ad vitam bonorificè & commodè ſuſtentandam ac tuendam neceſſaria ſunt, Fundatricis C illuſtriſſimæ munificentiâ, in ſtudium virtutis ferventer incumbunt ex una parte, dum ex alia triginta Religioſi Miſſas celebrant in Eccleſia, & in Choro preces horarias canunt: aliaque ſuis temporibus munia obeunt ad Sororum ſolatium. Conventus alter à Sancta Cruce denominatur, in quo Sorores primam & valde ſtrictam obſervant Regulam. In privatis rebus minimo contentæ, tenuiſſimo cultu vivunt: nihil illis ſpoliatius, nibil egentius, cum reditibus annuis deſtitutæ, juxta Evangelicas Leges, victum mendicatò quærant. B. Sanciæ in amore & deliciis ita erat hoc Clauſtrum: ut intra hujus ſepta ſe rece-

perit ſupremumque clauſerit diem.

Tertius à ſancta Maria Magdalena dictus eſt: in iſto degebant mulieres quæ corpus ſuum prius addicebant obſcænæ libidini, deinde emergentes tandem è cœno vitiorum, conſiliis & auctoritate noſtræ *Sanciæ* feliciter evadebant ad meliorem frugem, ita ut plures ex iſtis ad eximiæ ſanctitatis verticem pervenerint. Quartum Monaſterium à ſancta Mariâ Ægyptiaca nuncupatur. Non ſolum Neapolitani participes fuere beneficiorum beatæ *Sanciæ*, ſed etiam Phocenſes, quos Provinciales vulgò appellamus. Collocavit Aquis-Sextiis filias ſanctæ Claræ, ſumptus omnes ædificiis, inſtrumentis omnibus, & alimentis plenè ſufficiens. Gaudebat maximè quod poſſet Deo famu„los & famulas fideles conciliare. Cum ob „dignitatem regiam, aiebat aliquando, non „mihi liceat per otium divino cultui liberius „operam dare, opitulari debeo illis, quorum „oculis lacrymas effundo, quorum cordibus „ſuſpiro: Deo gratias ago & ſervio illorum „ore & interventione: Sacrificium Corporis „& Sanguinis Chriſti eorum manibus quoti„die offero.

Quamvis præ humilitate profunda conetur abſcondere virtutis ſuæ perfectionem, emicant tamen ejus jejunia, vitæ aſperitates, ſublimiaque pietatis exercitia, quibus inter regiæ Curiæ illecebras aſſiduè vacat: charitatem præſertim omni ſtudio & obſervantia colit. Mira quædam illi eſt ſuavitas & delectatio in ſublevandis pauperibus, ad quorum ſubſidium libenter vendit margaritaria monilia, & magis pretioſa ornamenta. Nulla ad illam voluptas affluit, niſi ex ægrotantium miniſteriis, quibus propriis manibus neceſſaria ſuppeditat, viliora quæcumque exercens officia: feminas leprâ infectas amplectitur paſſim & oſculatur peramanter, quarum fœtor quibuſcumque aulicis nauſeam parit, dum *Sancia* maximè oblectatur.

Jubebat duci in ſuum conclave interius mulieres elephanticas die Jovis ſacratiori, quarum lavabat pedes, poſt luculentum prandium, & veſtium commodarum diſtributionem: diſtributis largitionibus ampliſſimis, benigna oſcula jungebat tantæ delectationis indicio, ut præſentes à lacrymis temperare non poſſent. retinebat in comitatu ſuo unam aliquam lepris laborantem quam fovebat in proprio lecto, adeò ſtudioſè, ut excubaret ad ejus pedes per totam noctem, irritis aulicorum obmurmurationibus, quod de Regis Palatio contagioſum valetudinarium faceret, unde ipſi Regi & omnibus aulicis extremum detrimentum eveniret.

Zingæ Principis reſponſum oppidò validum fuit ad criminantes repellendos, præſertim ad confirmandos ordinarios affectas: ni„mis muliebres delicias, aiebat in agendo præ-

A fertis, chariſſimi, aſpernando, quod Chriſtus „ peramavit; ne mihi æmulemini, quæ habeo „ quod habere cupitis, au ſaltem quod exoptare debetis, nempe Divini Sponſi amorem, quem captare totis conor viribus. „ Nunquam delector magis, quam cum lepris infectarum utor conſuetudine. Sperandi „ in miſericordias Domini locus non eſt, niſi „ in miſeriores creaturas miſericordia exerceatur. Firmo hoc ſermone erubeſcentes, qui redarguebant, approbare cogebantur, quod codemnabant, & tam præclarum virtutis exemplum imitari, quod execrabantur.

Vvadingh. ann. 1342 § 14. 15 16. Toſſianus l. 2 Hiſtoriæ Seraphicæ. Marc Vliſſippon. 2 part. lib 8. cap. 25 § 1 Vvadingh. ann. 1342. § 31. de Syllis in cap. 1. Reg. Tert. Ord.

B

CAPUT II.

Bina Religioſæ Ordinis ſanctæ Claræ ſemper commorantur ſecundum beatam Sanciam.

JAM ab anno 1313. permiſſionem obtinuit à Summo Pontifice binas Religioſas ſanctæ Claræ ſemper ſibi aſciſcendi in ſocias aſſiduas, ut ſimul cum iis noctu diuque Divinum recitaret Officium, piiſque operibus vacaret: Delphina ſancti Elzearii ſponſa fida etiam erat *Sanciæ* aſſecla in eundem finem.

C Quantum proſit eruditus conſcientiæ moderator probè noverat *Sancia*: accerſivit itaque è Provincia Phocenſi Patrem Philippum de Aquera Ordinis Minorum viæ interioris apprimè intelligentem, quo ipſa & maritus ad ſacras Confeſſiones utebantur.

Starim ut Tertio Ordini Franciſcano dedit nomen, univerſæ Patris Seraphici familiæ honorem eximium, & cultum ſingularem tribuere ſtuduit, cujus præclara & certa teſtimonia miniſtris, & comitiis generalibus præſertim, literis multoties & diſertis exhibuit verbis. Anno 1316. celebratum fuit Capitulum generale Neapoli ſub protectione *Sanciæ*, ſponſique Regis Roberti, qui tuendæ & augendæ regularis diſciplinæ gratiâ libenter elargiti ſunt, quicquid ad decorem Domus Dei D poſſet conferre.

Literas datas 10. Junii 1316. ſcripſit ad Michaelem à Cæſenna, qui, licet abſens in generalem Miniſtrum fuit electus: ſemetipſam humilis & benevolæ Franciſci Aſſiſiatis, totiuſque ejus Ordinis Filiæ certâ nomenclatione inſignitam declarat in ipſa etiam inſcriptione: deinde commemorans quanto ardore Fratres omnes Minores, in univerſali Concilio, firmiter promiſerint ſuorum meritorum communicationem, toti regiæ familiæ, cujus ſalutis, in vita, & poſt mortem, ſedulò ac impensè curam amplecterentur, poſtulat horum omnium confirmationem ab ipſo Miniſtro Generali: dat

eis quoque fidem, utriuſque Siciliæ Regem, ſeipſam, omneſque ortos regali ſatu Principes, ſuo tecturos præſidio, & ab inimicorum impetu vindicaturos univerſum Ordinem Franciſcanum.

Hiſce temporibus plures Prælati ſpectatiſſimi, ſummus etiam Pontifex Joannes XXII. vehementer Fratribus Minoribus adverſati ſunt, opponentes per votum paupertatis, quo ſe obligant, nil ullum poſſidere communiter, aut privatim. Beata *Sancia* ſponſuſque ejus Robertus res Franciſcanas curaverunt, ut ſuas, habitâ tamen ratione peculiari ad reverentiam Petri Succeſſori debitam: ad FF. Minores Peruſij conventum agentes miſerunt præclaros nuncios, qui certos illos fecere de ſua erga Franciſci alumnos benevolentiâ iiſque animum addiderunt, ut conſtanter adhærerent Nicolai III. declarationi, valdè congruæ Joannis XXII. decreto, juxta doctiſſimorum Theologorum ſententiam: pax randem inter diſſidentes conciliatur Dei gratiâ, nec non *Sancia* & Roberti prudentiâ & geſtione.

Verbis ſequentibus ſuam mentem dilucidè Regina exponit.

Reverendo & venerabili Patri in Chriſto, Fratri Michaëli Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Sancia *Dei gratiâ Hieruſalem & Siciliæ Regina, beati Franciſci ac Ordinis ſui humilis & devota filia, ſeipſam cum recommendatione humili & devota.*

VObis innoteſcat, Pater chariſſime, quod
Fratres veſtri Ordinis nuper Neapoli in
„ generali Capitulo adverterunt devotionem
„ noſtram & affectum ſinceriſſimum, quo
„ Ordinem ipſum inter omnes ſtatus Eccle-
„ ſiæ ſingulariter amplectimur, qui voto una-
„ nimi & perfectâ quædam, quæ pro ſalute
„ animæ noſtræ ac proſperitate Regnorum
„ noſtrorum ab ipſis humiliter & devotè pe-
„ tivimus, conceperunt favorabiliter, volue-
„ runtque ipſa per veſtrum officium confir-
„ mari. Petivimus enim, quod ſalus animæ
„ noſtræ, dominique noſtri, ſit impreſſa fir-
„ miter in cordibus Fratrum omnium, ſitque
„ anima noſtra cum anima cujuſlibet eorum
„ in unitate Spiritus per vinculum charitatis,
„ ſimuſque plene participes bonorum, quæ
„ per Fratres ſingulos vobis commiſſos, ubi-
„ que terrarum Salvatoris clementia operari
„ dignabitur, ita quod Frater quilibet acci-
„ piat animam noſtram cum ſua, ſicut unam
„ in plenaria participatione meritorum. Et
„ debent hoc Fratres facere, quia anima no-
„ ſtra magis eſt in ipſo Ordine, quem amat
„ juſtiſſimè, quam in noſtro corpore quod ani-
„ mat & informat. Inſuper cum illud gene-
„ rale Capitulum appropiaverit ad noſtram
„ petitionem humilem & affectuoſam, in

A quolibet conventu Ordinis, univerſis & ſin- "
gulis diebus, dum vivimus, unam Miſſam "
pro vivis, & poſt obitum noſtrum ſimiliter "
unam Miſſam pro mortuis, ubique perto- "
tum Ordinem celebrandam quotidie in "
perpetuum, Paternitati veſtræ reverendæ "
ſupplicamus devotè & humiliter, quod "
prædicta omnia confirmare dignemini, "
confirmataque nobis per miniſtrum terræ "
laboris ſub ſigillo veſtro tranſmittere, im- "
ponatiſque Miniſtris omnibus, quod iſta per "
Vos & ipſos Nobis conceſſa teneantur de- "
nunciare in ſuis capitulis Provincialibus, ac "
Provinciarum ſuarum ſingulis Conventi- "
bus, obligareque Fratres ſingulos ad omnia "
B ſupradicta. Nos autem præter perſonam "
noſtram Regnumque noſtrum, quantum "
poſſumus, honori & utilitati, ac defenſioni "
veſtri Ordinis offerrimus, & hoc propoſi- "
tum cum Dei adjutorio ſemper continere "
intendimus. Paterniratem veſtram ſuo ſan- "
cto Ordini conſervare dignetur Altiſſimus "
per tempora longiora. Datæ in caſtro Nea- "
politano die 10. Junij 14. Indictione anno "
Domini 1316. "

Anno 1329. ad Capitulum generale Pariſiis celebratum *Santia* ſcripſit alteram Epiſtolam die 15. Martij anno 1329. notatam, quam teſtatur divino inſtinctu omnino ſuggeſtam: Fratres Minores fortiter exhortatur ad obſervandas Evangelij leges, in quibus tota conſiſtit illorum Regula: honoris contemptum,
C corporis afflictationes, amorem Crucis, cæteraque id genus eminentia Chriſti conſilia prædicat, ut fiant legitimi Seraphicæ Religionis ſectatores, cujus ſumma his verbis exprimitur.

Venerabilibus Fratribus & Filiis, Fratribus Minoribus in generali Capitulo Pariſiis proximè celebrando, Sancia *Dei gratiâ Regina Hieruſalem, & Siciliæ humilis filia ac devota veſtra, ſalutem in Domino Ieſu Chriſto.*

VOs ſcitis quomodo communis Pater "
beatus Franciſcus fundavit Regulam "
D veſtram ſuper ſancto Evangelio; & ſcitis "
votum veſtrum, quale eſt, ſcilicet *Domini* "
noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Evangelium ob- "
ſervare, vivendo in obedientia, ſine proprio "
& in caſtitate; & ſcitis quot ſunt mandata "
& admonitiones Regulæ veſtræ. Ego rogo "
vos humiliter, & admoneo per Dominum "
noſtrum Jeſum Chriſtum crucifixum, qui "
dignatus eſt ſuis pretioſis ſtigmatibus ſer- "
vum ſuum eundem Patrem beatum Fran- "
ciſcum inſignire, de quo legitur in Epiſtola "
ad Galatas *Mihi autem abſit gloriari niſi in* "
cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mi- "
hi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Poſteà "
in eadem ſubjunxit: *Et quicumque hanc re-* "

„ *gulam ſecuti fuerint, pax ſuper ipſos & mi-*
„ *ſericordia, & ſuper Iſraël Dei: de cætero*
„ *nemo mihi moleſtus ſit; ego enim ſtigmata Do-*
„ *mini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto,*
„ *&c.* Gal 6. Et quia vos ſequimini veſtigia
„ Patris veſtri, non dubitetis, quia dum talis
„ Regula fundata eſt ſuper tali fundamento,
„ ſcilicet Evangelio ſancto, & ſignata tali-
„ bus ſignis, ſcilicet Domini noſtri Jeſu Chri-
„ ſti, impreſſis in perſona dicti Patris com-
„ munis, nullus potuit, nec poteſt nec pote-
„ rit eam frangere. Et Domina noſtra in qua
„ ipſe communis Pater in ſancta Maria de
„ Angelis incœpit, & ſeminavit Ordinem
„ veſtrum, & in morte ſua ſibi ſpecialiter
„ commendavit, defendet & gubernabit vos,
„ niſi eſſet culpa veſtra, qua deviaretis, quod
„ abſit à via Patris: & recordemini verbi,
„ quod dixit ipſe Pater in obitu ſuo. *Valete,*
„ *filij omnes in timore Domini, & manete in*
„ *eo ſemper, quoniam futura tribulatio appro-*
„ *pinquat, felices qui perſeverabunt*: ſic nulla
„ tribulatio præterita, nec præſens vel futu-
„ ra vos terreat, recordantes verbi Apoſtoli
„ in Epiſtola ad Romanos cap. 8. *Quis nos*
„ *ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an*
„ *anguſtia, an fames, an perſecutio, an nudi-*
„ *tas, an gladius? Sicut ſcriptum eſt; quia*
„ *propter te mortificamur tota die; æſtimati*
„ *ſumus ſicut oves occiſionis: certus enim ſum,*
„ *quia neque mors, &c.* Ego ſpero in Domi-
„ no Jeſu Chriſto, qui dedit gratiam Apo-
„ ſtolo ſuo, quod dabit vobis & mihi, & illis
„ qui intendunt ſequi veſtigia Patris noſtri;
„ illam charitatem & fortitudinem conten-
„ tam in verbis præmiſſis, niſi (quod abſit)
„ impediat culpa veſtra & malitia. Ego ſicut
„ filia veſtra devota, offero me & res meas,
„ & corpus meum exponere morti quando
„ neceſſe eſſet ad defenſionem ipſius Regulæ
„ veſtræ, quæ fuit in perſona communis Pa-
„ tris prædicti inſignita ſtigmatibus Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti. Ultimò moneo vos, &
„ recordamur vobis, quod in electione futuri
„ Generalis Miniſtri Dominum habeatis præ
„ oculis, & nullus favor, nec preces, nulla
„ offenſio ſingularis vos ſeducat in electione
„ ipſa: ſed talem eligatis, qui ſit paratus ſequi
„ Patris veſtigia, & dictum Apoſtolorum, ut
„ ſuperius eſt dictum. Recommendo vobis
„ dominum maritum meum Regem Hieru-
„ ſalem & Siciliæ, patrem & fratrem veſtrum
„ & omnes de domo ſua, & chariſſimum fi-
„ lium meum Ducem Calabriæ bonæ me-
„ moriæ, & omnes de domo regia defunctos,
„ & omnes alios tam vivos quam mortuos,
„ quos intendo. Scripta Neapoli manu pro-
„ pria & dictata per Nos ſine alicujus alte-
„ rius miniſterio, niſi ſolo divino propter me-
„ rita veſtra; anno Domini 1329. die 15. Mart.
„ 12 Indictione.

Hacce Epiſtolâ ſatis ſuperque manifeſtat *Sancia* quanto ardore contenderet ad virtutis apicem, & quantâ plenitudine poſſideret Sanctorum ſcientiam; quanti denique faceret felicem pauperis Franciſci Aſſiſiatis ſortem, cujus diſcipulos ut ſuos patres veneratur, eorum precibus commendans præcipue Regem Siciliæ & Hieroſolymæ ſuum ſponſum Robertum, univerſamque familiam regiam.

Vvadinghus 1313. § 15. Vuadingh. 1313. § 16.

CAPUT III.

Ingreditur in Ordinem ſanctæ Claræ, & ſanctiſſimè moritur.

MEMORIÆ proditum eſt, quoſdam applicatos arborum truncis, & non ſolùm viventibus, ſed & inter ſe colloquentibus ſimiles eſſe conſpectos, durante adhuc habitu, in quo mors quemque deprehenderat. Qualis vita præceſſerit, talis mors ſæpenumero ſequitur: ſicut vixerint homines, ſic fato funguntur; ſi virtutibus dediti, in vita & in morte virtutum ſplendor perſeverat etiam in corpore; quanto magis in anima, quæ fulget tanquam in conſpectu Domini.

Ad Patrem Gerardum Ordinis Minorum Miniſtrum Generalem cupientem multùm remittere de priſca ſeveritate in ſtricta Franciſcanæ paupertatis obſervatione, mirandam Sancia miſit Epiſtolam anno 1331. Perpinianum ubi generale celebrabatur Capitulum: notat præſertim, ut Regulæ ſtrictè adhæreant, reſponſum datum Innocentio III. ſummo Pontifici à Cardinale & Epiſcopo Sabinenſi Joanne de S. Paulo. Inferunt, ait " illa, poſt hunc Prælatum, injuriam Chriſto " ejuſque Evangelio, quicumque ſuſtinent " Chriſti documenta eſſe impoſſibilia, & ſu- " pra captum humanum. Perſuadere conatur huicce opinioni faventes indignos fieri præclaræ denominationis filiorum Patris Seraphici; Miniſtrumque Generalem confutandum, qui juſtam Regulæ ſeveritatem vellet pauliſper imminuere, ac proinde mercenarium eſſe, non Paſtorem; furem, non ſui ovilis ducem legitimum.

Egregia commemorat promiſſa, quibus ſolenniter aſſerit permanſurum Ordinem Seraphicum uſque ad ſæculi conſummationem, irritis quibuſcumque adverſariorum conatibus: ſe nunquam feliciorem fore aſſeverat, niſi cùm effunder ſanguinem ad domum Dei propugnandam, tuendamque ac promovendam Congregationem Minorum, cui peroptat ardenter benedictionem à Franciſco impertitam in comitiis Arelatenſibus, dum Antonius de titulo Crucis concionaretur.

Beata *Sancia* narrat hanc Epiſtolam ſcripſiſſe 18. Aprilis 1331. in ſacello propter ſuum cubiculum Caſtrinovi Neapolitani, coram auguſtiſſimo Sacramento, ſolumque Deum veritatum eſſe auctorem quæ in illa continentur. Nec minorem laudem meretur altera die 25. Julij conſignata, in caſa ſana, qua Patribus tunc Aſſiſij degentibus pro Capitulo generali, & ad plenam peccatorum indulgentiam conſequendam 2. Auguſti in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Angelis; quâ epiſtolâ, inquam, ex intimo ac ſuaviſſimo amoris affectu exaratâ, teſtatur ſe in fidem ſuam acceptos illos omnes fore defenſuram fortiter contra quoſcumque oppugnantes.

Utitur præterea his Domini verbis: *Iam non dicam vos ſervos, quia ſervus neſcit quid faciat dominus ejus: vos autem dixi amicos, quia quæcumque audivi à Patre meo nota feci vobis.* Quantò purior erat ejus benevolentia, tantò gratior Deo, Franciſcaniſque utilior, quos maxime tutata eſt, & fortiſſime protexit dum Joannes XXII. Papa illos affligeret: Fratres enim Minores Principibus Chriſtianis tunc de meliore nota commendavit.

Ipſiſſima beatæ Sanciæ verba quæ ſequuntur, magis urgent, validiuſque innuunt ejus intentum.

Venerabili in Chriſto Fratri Gerardo, Generali Miniſtro Ordinis Minorum, ac Fratribus congregatis Perpiniani in Concilio generali, Sancia *Regina Hieruſalem & Siciliæ, humilis & devota filia veſtra, licet indigna, & beati Franciſci, ac totius Ordinis ſui, ſalutem in Domino Ieſu Chriſto.*

EGo rogo & admoneo paternitatem veſtram, quod non devietis à veſtigiis tanti Patris qui eſt vexillarius Chriſti; communis Pater noſter beatus Franciſcus. Audivi quod aliqui Fratres dicunt, quod Regula
„ veſtra, quæ fuit revelata à Domino bis ſan-
„ cto Patri noſtro, & bullata cum illis quin-
„ que ſigillis, quæ ſunt pretioſæ plagæ Chri-
„ ſti impreſſæ corpori almi Confeſſoris, non
„ poteſt ſervari. Recordentur Patres verbum
„ quod reſpondit venerabilis Pater Dominus
„ Joannes de Sancto Paulo Epiſcopus Sabi-
„ nenſis, ac Vicarius Chriſti Dominus Inno-
„ centius III. ſanctæ memoriæ, quando con-
„ firmavit Regulam: nam ſi quis intra Evan-
„ gelicæ perfectionis obſervantiam, & votum
„ ipſius dicat contineri aliquid nocivum, vel ir-
„ rationabile. vel impoſſibile ad obſervandum,
„ ipſum Evãgelij auctorem blaſphemare con-
„ vincitur: nullomodo credatis eis, quia ipſi
„ non ſunt filij Patris, niſi ſolo nomine, & ſi
„ Pater veſter Generalis vellet aliquid immu-
„ tare (quod abſit) vel ſolùm unum Iota, non
„ ſuſtineatis. Quod ſi attentaret, non eſt Pa-

A ſtor, ſed mercenarius, & pro tali habeatis "
eum. Sciatis pro certo, & non dubitetis, "
quod Deus & beata Virgo gubernabit & de- "
fendet vos, qui vultis eſſe filij Patris veſtri; "
& recordemini de verbis quæ Dominus Je- "
ſus Chriſtus dixit Patri noſtro communi: "
Ego vocavi, ſervabo & paſcam, & aliis ex- "
cidentibus alios ſubrogabo; itaut ſi nati non "
fuerint, faciam illos naſci; & quantiſcumque
impulſibus fuerit hæc paupercula concuſſa
Religio, ſalva ſemper noſtro munere per- "
manebit. Ego offero me cum toto poſſe "
meo ad gubernandos illos, qui veſtigia Patris "
communis noſtri & veſtri voluerint ſequi "
uſque ad mortem crucis. Et habeo ad ma- "
B ximam gratiam, ſi Deus faceret me mori, "
& eſſe martyrem pro illa cauſa. Illa bene- "
dictio veniat ſuper vos, & me, & omnes "
illos qui ſunt & erunt de iſta ſanctiſſima vo- "
luntate, quam dedit Pater in Capitul. Arelat. "
Quando Frater & Pater Antonius prædi- "
cabat de titulo Crucis; Ac illa gratia, quæ "
in die Pentecoſtes venit ſuper Apoſtolos, "
& non placeat avertere propter peccata "
noſtra: quia ſcriptum eſt in Evangelio & "
in Regula noſtra; *Nemo mittens manum ad* "
aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt Regno "
Dei. Cum ego ſim peccatrix, & inſuffi- "
ciens, illiterata, & loqui literaliter neſciam, "
niſi ex gratia Dei & conſuetudine, & ni- "
hil confidam de me, die Jovis 18. Aprilis "
C intravi Capellam parvam, juxta cameram "
meam in Caſtronovo de Neapoli, ubi "
bene per tres candelas ante diem, clausâ "
ſolo cum Corpore Chriſti, quod erat ſu- "
per Altari, recommandavi me ſibi, & "
poſteà incepi ſcribere, ſicut Dominus ipſe "
miniſtravit mihi, ſive alicujus conſilio hu- "
mano vel terreno. Recommendo vobis "
Dominum Regem, virum meum, & pa- "
trem ac filium ſpiritualem veſtrum, Ora- "
tionibus veſtris, & omnes ſuos tam vivos, "
quam mortuos, & ſpecialiter bonæ me- "
moriæ Ducem Calabriæ, quod Deus det "
gloriam ei, & mihi, & omnibus noſtris, "
tam vivis, quam mortuis, & illis quos ego "
intendo, & ſpecialiter Dominum Ferdi- "
D nandum chariſſimum fratrem meum, qui "
fuit pater Regis Majoricarum, qui eſt, cha- "
riſſimi nepotis mei, & filii mei. Scripta "
manu propriâ, die præfatâ, in Caſtrono- "
vo Neapoli, anno 1331. "

Opportunè jungitur aliqua pars Epiſtolæ ad Fratres Minores Aſſiſium confluentes comitiorum Generalium tempore.

Noveritis Fratres, quod ad hæc fecerit "
me Dominus naſci in hoc mundo de tali "
progenie & plantulâ, ſicut fuit Domina "
Sclaramanda Regina Majoricarum ſanctæ "
memoriæ, & filia vera B. Franciſci, Do- "
mina mater mea, & fecit, quod frater "

„ meus primogenitus renunciavit Regno,
„ pro amore Jeſu Chriſti, & fecit ſe filium
„ B. Franciſci, & intravit Ordinem ſuum,
„ videlicet Frater Jacobus de Majoricis cha-
„ riſſimus Frater meus, & fecit me eſſe de
„ genere B. Elizabeth., quæ fuit iſta vera
„ & devota filia B. Franciſci, & Mater Or-
„ dinis ſui, & ſoror Germana Dominæ ma-
„ tris, patris mei Domini Jacobi Regis Ma-
„ joricarum bonæ memoriæ, & fecit me ha-
„ bere pro viro illuſtriſſimum Dominum
„ meum Robertum Hieruſalem & Siciliæ
„ Regem, qui fuit filius Dominæ meæ Ma-
„ riæ Reginæ in dictis Regnis, & Hunga-
„ riæ bonæ memoriæ, & fuit vera filia beati
„ Franciſci, & habuit pro filio beato Ludo-
„ vicum, qui recuſavit regnum pro amore
„ Jeſu Chriſti, & fecit ſe Fratrem Minorem.
„ Et credo firmiter, quod Deus, & beatus
„ Franciſcus ordinaverint, quod Dominus
„ meus qui erat Frater Tertius, fuit Rex,
„ & haberet omnes virtutes, quæ decebant
„ ipſum, ſapientiam & ſcientiam plus quam
„ ſciatur à tempore Salomonis de aliquo
„ principe mundi: & ſcientiam iſtam didi-
„ cit à Fratribus Ordinis, ad hoc ut defen-
„ deret Ordinem beati Franciſci, & ego
„ cum eo. Itaque narravi ad hoc ut videatis,
„ quantum ego teneor, & debeo eſſe ſerva
„ tanti Patris, & Ordinis ſui.

Non ſolum Beata *Sancia* profitetur ſe matrem eſſe totius Ordinis Seraphici, verum-etiam filiam, atque ſervam. Matris denominatio eximium ſcilicet denotat amorem nec-non impenſam curam; Filiæ titulus tùm ſubmiſſionis, tum intimi ſenſus benevolentiæ eſt ſpecimen; humilitatem denique vocabulum ſervæ evidenter exprimit.

Anno 1319. Maſſiliæ adfuit, dum educta ſunt è monumento Oſſa ſancti Ludovici Epiſcopi Toloſani leviri ſui, cum ſponſo Rege Roberto: capſam argenteam ſummo artificio elaboratam ſuis ſumptibus obtulit, ubi venerandæ reconditæ ſunt Reliquiæ: & de medio chori, ubi terræ mandatus fuerat, reptavit flexis genibus, uſque ad partem poſteriorem primarij altaris, in qua poſitus fuit pretioſus iſte theſaurus. Reliquo corpore in pulverem omnino redacto, cerebrum penitus erat illæſum, & perinde candidum & ſanum poſt viginti annos ſepulturæ, ac dum viveret pius hic Antiſtes: Sancia imaginem argenteam confici juſſit gemmis ornatam, & ſumptuoſis illuminatam lapillis, ubi ſacrum iſtud cerebrum religioſè aſſervatur in urbe Neapolitana.

Robertum denique Siciliæ Regem maritum ſuum è vivis excedentem anno 1343. ſtudioſè curavit erui cito, ſacrificiis, ſuffragiis & eleemoſynis, è pœnis piacularibus, quas ſolutæ corporibus animæ luunt. Sanciæ quoque juſſu extrema additur manus Monaſteriis quibus A initium dederat: operam navavit præſertim ut perficeretur ſanctæ Magdalenæ Conventus, impudicis mulieribus, quas ab obſcæna libidine avocaverat, excipiendis, deſtinatus. Permittente Archiepiſcopo Neapolitano adjunxit proximam aliam Eccleſiam, & vicinum valetudinarium, de conſenſu ipſius Adminiſtratorum, aliudque ædificavit celeberrimum in Italia, vel etiam in univerſa Europa, cum magnifico templo.

Inſtituitur Regni Procuratrix pro Joanna ſponſi ſui Roberti nepte. Elapſo tamen poſt Roberti obitum anno lugubria exuit, ut vili Clariſſarum amictu ſumpto, ſolennem voto-B rum formulam religioſè concipiat, obtento à ſummo Pontifice redituum ſuorum uſu, ad Monaſteria peragenda, quorum ſe declaravit fundatricem. Poterat etiam de clauſtro egredi poſt profeſſionem, binis cum Sororibus, ædificia viſitandi, necnon largitiones regias diſtribuendi gratiâ.

Quamvis ei licèret in Conventum ſe recipere magis gratum & commodum, elegit tamen non ſplendidiorem, aut ditiorem, qui Neapoli eminet ſub titulo Corporis Chriſti, ſed alterum quoque Neapolitanum (nominatur vulgo de Sancta Cruce, ubi vigent rigida primæ Clariſſarum Regulæ obſervatio, & ſtricta mendicitas. Hic ponere incipit Religioſi inſtituti tirocinium die vigeſimo primo C Januarij anno 1344. coram Miniſtro Generali Ordinis Minorum, *Fortaniero*, natione Gallo Aquitano, qui beatæ Sanciæ rogatu juſſit eam deinceps non Reginam, nec Dominam Sanciam appellari, ſed Sororem Claram de Sancta Cruce, humilem Clariſſarum famulam.

Mirum ſane illuſtrem adeo ac magnificam iſtorum Conventuum Fundatricem ita ſe deprimere, & ſe cum tanta gerere animi abjectione. Verum Chriſtianam ſervitutem, & Franciſcanam paupertatem pia Sancia Regum opibus ac ſuperbiæ præferens in palæſtra religioſæ vitæ ferventer exercetur; Novitiam quidem agit exercitia novo & vehe-D mentiori fervore amplectens humilitatis, demiſſionis, ſimplicitatis, obedientiæ, ſed reverà Novitiarum eſt informatrix ſuo omnium virtutum exemplo.

Acceſſit è regione Saluviorum Comitiſſam Delphinam, ſancti Elzearij ſponſam, quam ſibi adhibet ut Magiſtram & Directricem. Moritur tandem ſanctiſſime, ut vixit, die 28. Julij anno 1345. Miracula quibus claruit in vita & poſt mortem, eximiam ejus ſanctitatem probant. Solenni pompâ & auguſto apparatu ſepelitur in Monaſterio ſanctæ Crucis. Joanna Regina ad ejus perennem memoriam curavit erigi monumentum marmoreum omnino ſimile tumulo in quo Sancia incluſit maritum ſuum Robertum Regem: videtur

detur in ſimplici veſte Religioſa, regalem geſtans coronam, cum ſequenti cenotaphio aureis literis inciſo, quod narrat Wadinghus ſe non ſemel ibidem perlegiſſe.

Hic jacet ſummæ humilitatis corpus venerabilis memoriæ ſanctæ Sororis Claræ, olim Dominæ Sanciæ, Reginæ Hieruſalem, relictæ Claræ memoriæ Sereniſſimi Domini Roberti Hieruſalem & Siciliæ Regis, quæ poſt obitum ejuſdem Regis viri ſui, agens viduitatis debita annum, deinde tranſitoria cum æternis commutans, ac inducens in ejus corpore pro amore Chriſti voluntariam paupertatem, bonis ſuis omnibus in alimoniam pauperum diſtributis, hoc celebre Monaſterium ſanctæ Crucis, opus manuum ſuarum, ſub Ordinis obedientiâ eſt ingreſſa anno Domini 1343. *die* 21. *Ianuarij.* 12. *Indict. in quo vitam beatam ducens ſecundum Regulam Beati Franciſci, patris pauperum, tandem vitæ ſuæ terminum religioſè conſummavit anno Domini* 1345. *die* 28. *Iulij* 13. *indict. Sequenti verò die peractis exequiis tumulatur.*

Gonzag. in Monaſteriis Corporis Chriſti & ſanctæ Crucis Neapolit. Bartholom. Piſan. lib. 1. conformit. fruct 8. part. 2. S. Anton. 3 p hiſt. titul. 24 § 16 Vvading. 1345 §. 16.

VITA
B. PELINGOTI
URBINATIS.

CAPUT PRIMUM.

Pietas ejus ab incunabulis.

A Patre Mercatore Urbinate *Pelingoti*, cum ex Ephebis vixdum exceſſiſſet, ad mercaturam profitendam deſtinatus, aliter à Divinâ Providentiâ educatur & diſponitur. Quantum abhorrebat à mundi negotiis, tantum incumbebat virtutum ſtudio, quibus operam ſedulam navavit à primis adoleſcentiæ annis. Corporis afflictationes & exercitia Pœnitentiæ maximè illi arridebant, mentemque ejus per carnis demiſſionem, ſublimius evehebant ad cœleſtis Sponſi oſcula.

Duodecimum ætatis annum agens à matre jam compellitur ad tabernam, ut negotietur; ſed cùm id genus operis illius nullo modo ſit ingenii, quia repugnat contemplationis quieti, agitatur interius; obtemperat tamen patri, quem exiſtimat Dei locum tenere. Ita ſe moderatè gerit in commercio cum hominibus, ut non privetur ſuavi Angelorum ſocietate, quam aſſiduâ meditatione ſtabilem reddit.

Emptoribus de mercis pretio percontantibus, divitias permanentes impertitur, illos imbuens Chriſtianis documentis: officina fit ſapientiæ ſchola, in quam plerique accurrunt potius ut Evangelicis conſiliis erudiantur, quam ut terrenas merces emant. Pater alienus ab hoc pio concurſu, filium conatur avocare ab ejuſmodi piâ converſatione, & temporalibus negotiis penitus addicere. Aſſerunt Hiſtorici laqueos etiam fuiſſe ſtructos ejus pudicitiæ, è quibus ſe Dei ſingulari beneficio feliciter expedivit, piis ſermonibus & ferventi exemplo injuſtum patrem ad Pœnitentiam commovens, qui filium amplius nequaquam ullo modo laceſſivit.

Pelingotus deinceps Virginitatis ſuæ fuit ſtudioſior, tantamque adhibuit curam & diligentiam, ut purus & caſtus, velut Angelus permanſerit: Silentium, Oratio ſine intermiſſione, carnis vexatio fortiſſima erant propugnacula contra tentationum impetus: recitare incipit Preces Canonicas ſtatis horis peragendas, viſitare more peregrinorum, urbis Ædes ſacras âlternatim, ubi longius orabat. Pabulum animæ cenſebat eſſe meditationem, quâ deficiente, ſtudium omninò deficit virtutis.

Coætaneos præſertim à vitiis traduxit plurimos ad pietatis opera, licet initio penitus reluctantes: docebat illos floridam ætatem inane gaudium eſſe & breve; “florem utique videri, qui, dum attenditur, areſcit. Ne credatis, aiebat, integram eſſe hanc ætatem, cui multùm deeſt, & quantulum ſit, quod reſtat incertum eſt. Profectò non eſt lex certa vivendi: Quis enim hanc legem tulit, aut quod iſtud legitimum eſt tempus

„ vitæ? iniquiſſima vero lex, quæ non om-
„ nibus una eſt: imo tam varia, ut nihil in-
„ certius hominum in vita, quam ipſius vitæ
„ modus ſit. Metam vitæ ſtatuere, non qui
„ accipit, ſed qui dat illam Deus poteſt. In-
„ telligo autem ſeptuageſimum, aut ſi natura
„ potentior eſt, octogeſimum cogitatis an-
„ num, atque ibi metam figitis, quo prove-
„ ctos maneat labor & dolor: niſi fortè lon-
„ gius ſpem promovit is, qui ait: numerus
„ dierum hominum, ut multum, centum an-
„ ni; quò, quam rari veniant, videmus, ſed
„ ut ſit omnium, quod paucorum eſt, quan-
„ tulum tamen nunc etiam id eſt?

His verbis commotis adoleſcentibus, addebat *Pelingotus* alia documenta potiora, quæ illorum converſionem perficiebant: ſed nihil efficacius eos ad Chriſtum imitandum alliciebat, quam noſtri *Pelingoti* ſtrenuum exemplum, quo fiebat illuſtre & mirandum ſpectaculum Angelis & hominibus.

Vvadingh. 1304. §. 5. 6. & ſequentibus. Marcus Ulyſſipp. part. 2. c. 26 § 1.

CAPUT II.

Tertium Ordinem Franciſcanum ingreditur.

INDICTIVAM inediam tanto rigore obſervavit per totam Quadrageſimam, ut carne prorſus macerata, totus fieri ſpiritus videretur ſolitudini & contemplationi planè addictus: die Dominicâ Paſſionis acerrimo doloris ſenſu percellitur propter vitæ præteritæ delicta; quam ignavam & iniquam æſtimat, licet jam ad eminentem gradum virtutis pervenerit.

Sacco indutus, coopertuſque cinere, fune collo alligato, humi procumbit coram Imagine ſacratæ Virginis, in Eccleſia primaria publicè fatendo cum lacrymis & ſuſpiriis, ſummum agnoviſſe bonum tam ſerò, tamque frigidè amaſſe: ſuppliciter poſtulat à Regina Angelorum, ut Dei juſtam iram mitiget, quam ipſe criminibus ſuis arbitratur provocaſſe: Immobilis eodem tempore apparet, ſopitis ſenſibus, oculis apertis, vultuque in cœlum erecto, rubicundo, ac Divinum amorem ſpirante, quo ejus cor omninò flagrabat: tunc, omnes qui aderant, mirandum illud ſpectaculum attentè conſiderantes, velut dormientem expergefacere conantur; ſed fruſtra, cum ſomnus à Deo immiſſus, non facile ab hominibus diſſipetur.

Monentur intereà parentes, qui eum transvehi ſatagentes in proprium domicilium, tantopere excitaverunt, ut, poſt raptum animi extra ſenſus per octo horas, ad ſe rediens,

A inter innumeros aſſiſtentes exclamaverit: In “
nomine Chriſti ſinite me quieſcere: inveni “
tandem theſaurum, quem ardenter inqui- “
rebam; poſſideo nunc Jeſum, cujus amore “
langueo. “

Promittente patre ſe nunquam illum occupatione temporali diſtenturum, ſed potius ſuppeditaturum quicquid vellet ipſe filius in pauperes erogare, paternam domum repetiit, unde tantum cum ſingulari modeſtia egrediebatur Miſſam auditurus, omni remoto diſcrimine. Præ ſolitudinis ferventi deſiderio cupiebat vehementer in vaſta quadam & ſolitaria ſilva habitare, ut auſterus Anacho-
B reta, reliquis vitæ diebus. Perſuaſus à parentibus ab hoc abſtitit conſilio, fidenſque eorum promiſſis, quod nunquam eum averterent à divinis amplexibus, tertiæ Congregationi Franciſcanæ lubens nomen dedit.

Corpus ſuum durius vexabat ciliciis, & flagris, uſque ad uberem ſanguinis effuſionem. Ternis diebus, qualibet hebdomadâ pro cibo utebatur ſolùm pane & aquâ; cæteris verò aliud quidpiam eſculentum ſpargebat cinere, aut aquâ. Pauperibus diſtribuebat, quicquid reciperet à patre, aut ſupereſſet ſumptis victu & veſtitu exilibus & valde auſteris.
Eleemoſynæ, inquiebat, non tantum cœleſte “
præmium aſſequuntur, ſed etiam illarum in- “
tuitu Deus tempore famis fert præſidium “
iis, qui egenis ſuccurrerunt. “
C cum miſeros ſublevare non poſſet factis, eos piis & dulcibus verbis ſolabatur: matri ægrotanti quæcumque charitatis officia præſtitit.

Tunicam Tertiarii uſu abſumptam, & cum plagulis attextis, ſemper gerebat, veſtium fugiens omninò lautitiam. Nudam terram pro lecto habebat, ut pauxillum quietis neceſſariæ caperet. Mediâ nocte ſurgebat ad confitendum Domino indeſinenter, pium quod opus nunquam intermittebat, niſi ut explicaret vel audiret verbum Dei. Tanto cor ejus flagrabat amore, ut ſe credens ſolitarium, altis clamoribus, & vehementibus ſuſpiriis conaretur nonnihil acquieſcere & allevari,
D tamque ardenter illo myſtico igne carpebatur, ut ſæpe in medio cœtu manifeſtè divina pateretur, ipſomet etiam invito.

In amicorum convivio, qui de virtutis legibus diſſerebant, mutato vultu exclamat, *En Deus nobiſcum, ecce Deus adeſt.* Confeſtim, ſopitis ſenſibus totus in divina abripitur. Sapientiâ pollebat non vulgari, ſed eminenti, donoque Prophetiæ. Rogatus à pleriſque, ut ſuis precibus obtineat à Deo fratris converſionem omnium libidinum maculis notati, reſpondet *Pelingotus*. Expe- “
ctate pauliſper, perditionis filius non eſt, “
evadet cito è cœno vitiorum. “
Veritatem prædictionis probavit eventus: ſtatim enim adoleſcens diſſolutus in meliorem frugem ſe

receperit, & virtuti ſedulam dedit operam.

Eſt in dæmonis artibus, quas ad bonorum perniciem aſſiduè meditatur, illa vel peſſima, ut quos ita videt ſtudio virtutis ac religionis addictos, ut inde terreſtrium vel commodorum vel voluptatum illecebris avelli non poſſint, hos per ſpeciem ipſiuſmet honeſti quod adamarunt, ad immoderatam inediam & carnis macerationem arctioribus incitamentis impellat, eoſdemque præteriti temporis piacula reputantes, ac cœleſtis iræ ſervili metu perculſos, in ſingula momenta miſero quodam angore ſolicitet. Id autem eo conſilio, ut vel plane defecti viribus, per cauſam recuperandæ valetudinis, paulatim ad ſocordiam atque ignaviam delabantur; vel aſſiduâ B ſcrupulorum agitati moleſtiâ, dum ſe ipſi calumniari non deſinunt, ſi minus inertiâ, certè defatigatione ac laſſitudine ab incœpto deſiſtant: cujus utriuſque cladis utinam ne tam multa quotidie exempla ſuppeterent.

Hæc igitur eadem fraus alterum fratrem *Pelingoti* in diſcrimen adduxit: acerrimis ſcrupulis vexatus nemini audebat cordis anxietatem patefacere, ſicque fiebat inſanabilis. Hanc cœlitus pœnam *Pelingotus* novit, ſauciumque medicatus eſt; & probe ſanavit. Audiens ſe à pleriſque ſimulatæ virtutis vanum æſtimati oſtentatorem, Deo gratias egit, quod cum Chriſto falſis criminationibus infeſtaretur; Jucundum, utilem, & glorioſum arbitratur contemptum, quem lubens patitur propter amorem Chriſti, qui cum ſupremam adorationem mereatur, factus eſt propter noſtram ſalutem *opprobrium hominum & abjectio plebis*: Pſ. 21. Cœleſti illicò afflatu impulſus, levanſque oculos in cœlum; „ Veniet tempus, ait, quo noſtra declara„ bunt opera, an ſimus legitimi Divinæ Ma„ jeſtatis filii. Concludunt omnes ex his verbis *Pelingotum* aliquando miraculis poſt mortem probaturum evidenter ſanctitatem vitæ ſuæ.

* De Sillis in caput 1. Regulæ Tertii Ordinis.

CAPUT III.

Mors ejus pretioſa.

LAUDES & præconia, quibus abs Urbinatibus ornatur, ita illi diſplicent, ut laudantes promptè fugiat, & conetur Davidis exemplo ſtulti hominis quamdam Imaginem ſibi affingere in terreſtris odium honoris. Conſiderato attente, die quodam Veneris, ferventi amore, quo Chriſtus contemni peroptabat, in compito, ubi rei extremo ſupplicio plectebantur, *Pelingotus* ſe valde mane catenis ferreis conſtrinxit, fri- A goris acerbiſſimi tempore: ſe libenter in hoc ſtatu publicæ deriſioni expoſuit donec pater domum paternam illum redire cogerit. Mirum dictu, quo magis inſanire ſe aſſimulabat, eo majori in honore habebatur.

Romam proficiſcens anno 1300. Jubilæo Sacro, à Summo Pontifice Bonifacio VIII. indicto, peregrinos nanciſcitur, quibus ignotus eſt. Horum tamen unus divino lumine edoctus ſocios monet quod incidant in comitatum ſancti Viri Urbinatis, cujus fama longius vulgatur: mœrore indè affectus *Pelingotus* recedit confeſtim, ut vim lacrymatum effundat. Romam vixdum ingreſſo præclara occurrit matrona quæ licet à quadraginta annis nullum virum in ſuo domicilio exceperit, acceſſit nihilominus *Pelingotum* multâ urbanitate. Mirantur domeſtici quam comiter, & benignè imò quam ſplendidè & magnificè illum atque viæ comites omnes tractaret. Sed ex alto illa noverat ſublime virtutis faſtigium *Pelingoti*. Piâ declarante hoſpita quâ ratione ſic ageret, erubuit illuſtris Peregrinus, qui ſe teterrimum & perditiſſimum eſſe proclamavit; poſteâque die in atrium Vaticani cucurrit, ut cæteris pauperibus annumeraretur, quibus Papa juſſerat eleemoſynas diſtribui: Ex ejus vultu mirandi emicabant radii, quorum ſplendore commotus largitionum adminiſtrator *Pelingotum* compulit in locum magis ſpecioſum, ubi exceptus eſt honorifico apparatu. C

Aliàs, dum pro omni cibatu, ſimplici uteretur pane, & aquâ modicâ profluente, devota quædam Domina ab eo poſtulavit potus teliquum, illiuſque in proprio cratere ex aquâ citò fit excellens vinum: rogat enixè *Pelingotus* non publicari miraculum, niſi poſtquam interierit. Vulgatur tamen ubique, ac celebrantur egregiæ ſancti Viri virtutes.

Laborans tandem violento morbo, linguæ uſum amittit, & devenit ad extrema: dum, qui adſunt ægrotantem Deo commendant, ipſe voce liberâ & diſtinctâ grates agit Deo pro immenſis beneficiis quibus Divina Majeſtas eum cumulavit. Tunc dæmones expirantem horrendum in modum vexant, & D conantur in deſperationem adigere. Animum tamen non deſpondet his verbis exclamans: „ Cur mihi crimina objicitis, quæ non commiſi, mendaces, & nefandi ſpiritus? Victor „ & triumphans de inferno; eamus alacriter, „ inquit, & abſque mora, videlicet in bea„ titudinem æternam, quam ſpero obtinere „ per miſericordiam Dei. „

Extemplò vultus ejus coruſcavit ultra modum, & tantâ repletur venuſtate, ut nihil ad aſpectum ſpecioſius fingi queat: poſtquam ſe poſitu gravi & pietatem ſpiranti ſtatuerit, avis nive candidior videtur circa ejus caput volitare, quam nemo capere nec expellere

poteſt; unde conjiciunt omnes *Pelingoti* Cuſtodem Angelum eſſe qui ejus animam triumphantem in cœlum eveheret. Eodem enim momento diem clauſit ultimum, die ſcilicet primo Junii: anno 1304.

Sepultus fuit in cœmeterio Conventus Fratrum Minorum, juxta ejus petitionem, præſentibus Clero, & infinitâ populorum multitudine, qui funus ejus ſolenniter cohoneſtarunt: ob ingentem miraculorum copiam Chriſtianis innumeris ad ejus Monumentum accurrentibus transfertur venerandum Corpus auguſtâ pompâ, in Eccleſiam, & ponitur ſub Altari ad ejus honorem erecto, ubi cœci vident, ſurdi audiunt, muti loquuntur, claudi ambulant firmo & recto greſſu, paralytici ſanantur, & liberantur captivi. Multi quoque periclitantes in mari, atque implorantes auxilium *Pelingoti* feliciter Portum

A aſſequuntur. Quotannis ultimâ die Dominicâ menſis Maii Urbinates inſtructo agmine ſupplicantium ad ejus Sepulchrum prodeunt.

Exiſtimant ſapientes ſæculi actam ætatem honeſtè ac ſplendidè tantam afferre conſolationem, ut eos qui ita vixerint, aut non attingat ægritudo, aut perleviter pungat animi dolor. Non ſic ſentiebat *Pelingotus* qui nominis ſui ſplendorem abhorrens, & ad ſolam Dei gloriam ardenter aſpirans, ſeipſum deprimebat, & aſpernabatur. Nil magis illi in deliciis erat, quam neſciri omninò, vel certè contemni, ſi cognoſceretur ab hominibus. Totius vitæ ejus ſumma in eo conſtituitur, ut inglorius mali eſſe, quam mendacio glorioſus, ut vitam abſconditam in Deo, cum B Chriſto præfulgenti longè præferat: notiſſimum *Pelingoti* dictum: bene qui tacuit, bene vixit."

VITA
B. CLARÆ
DE MONTE FALCO, VIRGINIS.

CAPUT PRIMUM.

Beata Joanna Claræ ſoror Tertiariarum inſtituit Conventum.

NATURA cupiditatem ingenuit homini, veri inveniendi; utinam pariter & boni, ſicut feliciter contigit, Beatæ *Claræ de Monte Falco* quæ gratiâ Dei plurimum pietati parentum contulit. Damianus pater ejus vitam ſanctam agebat in Ducatu Spoletano & in oppido *de Monte-Falco*, anno circiter 1260. cum Jacoba uxore pia itidem Religioſa. Inter alios liberos naſcuntur iis duæ filiæ, præclaræ virtutis, Joanna primogenita, *Clara* poſtrema, quam denotant Scriptores cognomine *de Monte-Falco*, ad diſtinctionem Claræ Aſſiſiatis.

Joanna ob ſanctitatem celebris plurium Tertiariarum regimen habebat, in loco ſolitario, ubi perfectioni Chriſtianæ ſedulam navabant operam. Parvula interim noſtra *Clara* quadriennis, aut quinquennis ad ſublimiora Chariſmata contendens pro cibatu pauxillum panis, & agreſtium herbarum adhibebat. Tam jucundè & reverenter Dominicam Orationem, & Salutationem Angelicam recitabat, ut ſæpius ad hunc finem ex improviſo, viſa ſit, flexis genibus, in ſeceſſu cum lacrymarum copiâ. Ne pateret amplius ejus

C fervor Eccleſia ſancti Joannis valde ſemota, ipſi pro ſacro erat latibulo. Sororis Joannæ illuſtris fama allicit noſtram *Claram* ad ejus expetenda, & ſequenda conſilia.

Dæmon invidus quietem myſticam puellæ innoxiæ perturbare conatur; horribiles edit ululatus & ſe velle fingit domos, ubi orat, funditus avertere. Spiritus malignus conſtantem & immotam puellam blandimentis & adulationibus aggreditur; fervorem ejus laudans, excitat illam ut ſibi temperet, ne defatigationibus nimiis opprimatur. Furioſus ex invictâ *Claræ* perſeverantiâ factus dæmon minas cædis & interitus intentat, ſicut falſo aſſerebat contigiſſe ſorori Theodoricæ. Tunc generoſa *Clara* jejuniis, vigiliis, & aliis auſteritatibus corpus vexat.

D In novum & magis immitem furorem agitur infernus, dum *Clara* ſexcennis Joannæ ſororis diſciplinæ ſubjacere decernit: Dæmon Joannæ figuram induens abſterret *Claram* ab hac ſubjectione, donec validior & vegetior evadat. Clara divinitus agnoſcens Satanæ fallaciam, & ſubridens. Non me, ait, " mordebis, bellua ferox: minimè ſoror mea "

„ es, ſed meæ ſalutis hoſtis infenſiſſimus, Hac fervida reſponſione magis incenſus, exhibet ſe ſub formidoloſiſſimâ ſpecie, quam potuit excogitare, juratque ſe illam præfocaturum, niſi animum mutet. Protecta à „Chriſto, qui te in flammas præcipitavit „æternas, ait illa, quid incommodi potes inferre? nullum mihi timorem incutere vales.

Devicto planè inferno, Chriſtus triumphis Claræ applaudit prædicens illam celebriores reportaturam victorias: mactam eſſe animo jubens, nec à propoſito deflectere, manifeſtat quot variis & duris modis probanda ſit & exercenda. Divinis hiſce monitis ingeminat vires *Clara*, probè ſciens, alioſque admonens nullam eſſe ſine difficultatibus gloriam: Nulla utique, ait, non virtus in excelſo habitat, haud facile adeunda: confragoſum eſt durumque, & ſcrupeum eſt iter. Parum profecerit magnus labor, niſi ſit jugis: nam & ipſa, quæ labore quæritur, gloria, niſi ſit perpetua, nec magna videbitur, nec vera eſt. Unica ſola gloria cœleſtis, quæ vera eſt, æterna eſt. Nimium & parum, pro varietate patientium accipitur: ignavo labor omnis eſt nimius, nullus induſtrio & forti. Dura virtus, durus labor, mollis voluptas, mollis inertia: ſimilia benè cohabitant, inter diverſa divortium eſt. Hiſce cogitatis *Clara* quadrima adhuc vel quima ſe & alios confirmabat in perficiendis inceptis.

Marc. Ulyſſip. 2. part. l. ſ. c. 40 41. 42. 41.

CAPUT II.

Admittitur Clara in Tertium Ordinem.

BLANDA hilariſque allocutio, benevolentiæ index: Ita ſe geſſit Chriſtus erga *Claram*, quam ut dilectam ſponſam & myſticam ſemper adhibuit. Suavitate illâ cœleſti delibuta firmatur contra obices oppoſitos à Sorore Joanna, ne Tertio aggregaretur Ordini. Ter aut quater, ob teneros annos, denegatur illi favor iſte, quem tandem, infractâ perſeverantiâ, mediis Religioſis inferioribus, à Superiore Joanna obtinuit. Octo dierum ſpatio Deo gratias egit pro tanto beneficio. Meditationi carnis cruciatum adjungit, quolibet die pro cibatu fruſtulum panis ſumens, & mali.

Silentium, oculorum circumſpectio, & cuſtodia aſſidua, & ſine intermiſſione Oratio ejus ſunt unica oblectamenta, quibus, tanquam incentivis, mens humilis, caſta & plena jam Divino Amore ardentius inflammatur ad altiora in dies capeſſenda. Joanna tantos virtutis progreſſus admirans permiſit

A *Claræ* in medio aliarum ſolitariam quodam modo agere vitam, illam aliquoties aſſumens ſibi ſociam in ſuis precibus. Contingebat ſæpè, dum Joanna ſopitis ſenſibus tota in Deum raperetur per longum tempus, *Claram* non recedere à loco, ubi collocata eſſet à ſorore germanâ, cujus expectabat juſſum, antequam dimoveretur. Aliæ interim Sorores, ne parvula *Clara* inediam longius ſuſtinens deficeret, illam ovum deglutire cogebant. Pœnitens deinceps *Clara* hujuſmodi culpæ innoxiæ, ſanctè ſævit in corpus ſuum cibo etiam neceſſario abſtinens, hâc cum amarâ exprobratione, dum tempus eſſet cibatus, caro „ perfida, ne quidem leviſſimè guſtabis.

B Placentæ appetentiam ſentiens, aduſtam capit tantum cruſtam, ut edendi ſtimulum hebetet: fatetur tamen nunquam ſumpſiſſe dapes magis conquiſitas, uſque adeò cœleſte valet condimentum. Deinde cupedia, & delicatiores eſcæ nauſeam illi movent. Nec carne, nec piſcibus, neque ullo cibo magnâ nutriendi vi prædito plerumque utitur, ſed tantum pane & aquâ, panem ipſum intingens aquâ & operiens cinere. Diebus Dominicis paucas uvas adhibebat ſale duratas, & Feſtis ſolennioribus fabas ſiccas. Adhuc ſeptennis ciliciis & acribus flagris ſeipſam vexabat frequenter.

Puer Jeſus multum favens ita fervidis auſteritatibus, apparet *Claræ* in ulnis Mariæ C Matris, quæ puellæ Divinum filium exhibebat amplectendum. Dum *Clara* brachia extendit ut tam pretioſum theſaurum recipiat, Jeſus ſe abſcondit ſub Reginæ Angelorum veſtimento, cœleſtis amoris jaculum cordi ſuæ ſponſæ altius relinquens infixum. *Clara* poſteà memoriam hujuſce apparitionis renovans, vidit inter manus ſanctæ Virginis agnum nive candidiorem, cujus lana ſelecta erat & eximia ſupra bombicinum magis excultum: Agni in Cruce immolati recordatio, qui in Miſſa quotidie ſeipſum in Sacrificium mactabat, plurimam illi conſolationem attulit: ex iſtius Agni oculis emicabant radii qui recentes flammas, & ardentiores in mente *Claræ* D accenderunt, tantus deinceps in Deum amor ejus erat, ut exhauriri nulla poſſet injuria.

Fulgebat *Clara* aliquando noctu in ſuo cubiculo, ſicut ſol: verùm aliquando exoriente aurora cubiculum tenebris obſcurabatur, quæ ſplendoribus ſolis naturalis erant oppoſitæ, ne fulgor externus perturbaret meditationis tranquillitatem: multomagis *Clara* Chriſto arridebat, quam cæteræ Sorores. Quotieſcumque fideles ſua negotia noſtris Tertiariis erant commendaturi, prior illa cœlitus noverat Clara.

Maritus quidam ſummopere dolens mortem uxoris, omnibus ſuffragiis animam defunctæ ſublevare conatus eſt; cujus ſtatum

volens certo ſcire, percontatur à beatâ Joannâ quam omnes æſtimabant ad eminentem ſanctitatis apicem perveniſſe: ad primum acceſſum hujuſmodi viri *Clara* penetrat cauſam doloris, incipienſque Deum orare, videt ejus conjugem flammis circumcinctam, atque vocem audivit diſtinctè proferentem, eleemoſynis & orationibus hunc ignem extingui: De viſione supernâ & de verbis è cœlo delapſis confeſtim monet Sororem, ut ſine mora exequatur conſilium, dum *Clara* humanas fugiens laudes, ſecretò & tacitè idem agit, cum fervore, ad ſolatium æternum defunctæ.

Jam à teneris unguiculis ſapientiam conſequitur *Clara*, ſed diſſimulat ſapientiam habere, ideoque ſapiens eſt, utpotè vitam tenens innocuam. Res magna certè & inſeparabilis à virtute, ſi vera eſſet ſapientia. Utraque opinione aliquantò facilior eſt, quam re, Nunquam homo, ſi vere ſapiens eſſet, ut *Clara* noſtra, boc diceret. Sapiens enim, quantum eſt, quod ſibi deſit intelligit, non gluriatur itaque, ſed ſuſpirat.

CAPUT III.

B. Clara oſtiatim mendicat ad conſtructionem Monaſterii pro Sororibus Tertiariis.

SORORUM Tertii Ordinis à Joanna congregatarum ſplendore diffuſo neceſſe fuit primam earum habitationem augere, ut plures alias innumeras, volentes nomen dare ſanctæ huic Congregationi poſſet commodè capere. Conſilium eſt quam citò locum mutare, integrumque ædificare Conventum. Ob id enixe Deum precantur, qui revelavit ſuperiori, ubicumque reperiretur Crux, ibidem firmiter commorandum. Per longum tempus quæſitum eſt: hocce divinum indicium inveniunt tandem proceram & valde coruſcantem Crucem, in colle ſanctæ Catharinæ extra muros urbis *de Monte-Falco*, & piarum multitudinem feminarum, inſtructo ordine procedentium ut illam adorarent.

Hac viſione Monaſterio incœpto, ne perficeretur, dæmon ſe oppoſuit atrocibus calumniis contra Tertiariarum pudicitiam & paupertatem quam falsò perſuadebat nimium religioſæ diſciplinæ officere, dum pauperes Virgines circumcurſare coguntur, & vanis ſe negotiis implicare, ut vitam tueantur. Patienter tamen & animosè novum ineunt domicilium, frigore ſæviente aliiſque duris obicibus ſuperatis. Pluribus ſe privabat interim *Clara* neceſſariis, ut Sorores foveret.

Gaudebat offerri anſam paulatim voluntariam paupertatem amplectendi, quam Religionis murum arbitrabatur: hancque ad extremum uſque conſtantiſſimè coluit, nec mo-

A dò ipſa proprium habuit nihil, ſed nec alias quidem Religioſas, quamvis genere nobiles, ac deliciis olim aſſuetas, quidquam habere permiſit: pauperem autem ſpiritu eam ſibi denique aiebat videri, quæ erga ea quibus uteretur, ſic eſſet affecta animo, ut inſtar ſtatuæ cujuſdam videretur eſſe, quæ nullo pacto reſiſtit, recuſatve, quominus omni quamvis pretioſo amictu & ornatu confeſtim exuatur.

Ad mendicitatem libenter recurrit *Clara* cum ſocia, ita modeſtè ſe gerens, ut nunquam hominum vultum inſpiceret, pronoque ſemper in terram ore, ac flexis genibus reciperet eleemoſynas, humiles agendo B gratias benefactoribus. Repulſas & contemptus læta ferebat, nive & pluviâ licet penitùs madefactâ ſæpe ſubdio pernoctabat, nolens unquam intra parietes ingredi, quamvis vita ejus in apertum diſcrimen veniret. Joanna propterea tanquam Superior hancce functionem alteri demandavit, cujus meritum *Clara* compenſavit valdè rigidâ auſteritate, utens ſcilicet pro cilicio pelle ſuillâ cum ſetis hiſpidis indeſinenter.

Flagris ita longo tempore, & tantâ ſeveritate corpus ſuum vexabat, ut uberes ſanguinis rivos effunderet, mirantibus cæteris Tertiariis, quarum notitiam cupiens evitare, magis nota fiebat cruentis undique veſtigiis. C Probos illos cruciatus approbans Divinus Sponſus ornavit Sponſæ caput floridâ, coronâ, dum ſeipſam aliquando tantâ aſperitate mactaret.

Quo magis tentabant plerique *Claram* noſtram avocare à carnis afflictationibus, eo ferventius perſiſtebat in exercitiis Pœnitentiæ: totius vitæ, Paſſionis & mortis Chriſti exempla, leges ejus erant, quibus omnino inhærebat. Deinde non tantum ut cadaver futurum, ſed ut jam preſens conſiderabat attentè corpus ſuum; pone aiebat diſcipulis, in feretro aureo " pallidum cadaver, gemmis illud oſtroque " cicumda, quo plus ornatus, & plus erit hor- " roris, neu, quod loquor, ad injuriam tra- " has, origo nominis inquirenda eſt: ſiquidem " D à cadendo dicitur cadaver; cur non ut mor- " tui, ſic viventis rectè dicitur? nempè illud " cecidit, hoc caſurum eſt, caditque continuè. "

Divino afflata Spiritu hæc proferebat; verùm corporis vexationibus anteponebat animi cupiditatum victoriam; peramabat utique animum ſibimet imperantem: imò licet piæ precationis laude præcelleret ipſa, ſemper tamen ſpiritum, quem vocant, mortificationis ſpiritui ſpeculationis antetulit: Nam ut in " eloquentiæ ſtudio, aiebat ipſis filiabus, cum " & ars & uſus ipſe ſit neceſſarius, longè " plus tamen à ſapientibus viris uſui quam " præceptioni tribuitur; ſic in parandis vir- " tutibus, cum & commentatio & actio requi- "

„ rantur : multò plus tamen agendo & pu-
„ gnando, quam ſpeculando vel cogitando
„ proficitur.

Vvadingh. anno 13: 8.

CAPUT IV.

Tribus votis ſolennibus Clara ſe obligat.

MULTITUDINE Tertiariarum creſcente, & ardentiori Divini Amoris igne earum corda accendente, poſtularunt ab Epiſcopo Spoletano velum Religioſum, qui libens conceſſit, cum Regula ſancti Auguſtini, cui ſubjacentes, ex ſolenni votorum formulâ ſacrum Sodalitium inierunt; nunquam tamen depoſuerunt Habitum Tertii Ordinis Franciſcani. Ideoque in cunctis antiquioribus imaginibus B. *Clara de Monte-Falco* videtur cum Scapulari, tunica & fune Religioſarum Tertiariarum Franciſci Aſſiſiatis.

Corpus etiam ejus illæſum & incorruptum à longo adeò tempore veſtes Franciſcanas conſervavit uſque ad annum 1577. quo ſummo Pontifice Gregorio X. Congregatio Cardinalium ſacri Concilij Tridentini interpretum, ſupplicantibus ſancti Auguſtini Eremiris decrevit venerando huicce corpori, ipſiuſque omnibus tabellis, & effigiebus tribui veſtimentum filiarum ſancti Auguſtini.

Non obſtat tamen quominus proponatur *Clara de Monte-Falco* Tertiariis Franciſcanis tanquam decus & ornamentum ſingulare Familiæ Franciſcanæ, cum prima poſuerit fundamenta ſanctitatis, ſub auſpiciis Franciſci Aſſiſiatis, cujus Tertiam Regulam profeſſa eſt, & obſervavit adamuſſim. Prætereà tunicam cinerei coloris ſemper ipſa retinuit uſque ad finem vitæ, & poſt obitum.

Non omittendum ſane litigium anno 1491. ortum inter Epiſcopum Spoletanum & Generalem Auguſtinienſium Superiorem: Ille quidem partes ſuſtinebat Religioſarum Monaſterij B. *Claræ*, quæ petebant habitum Franciſcanum; hic vero aliàs deffendebat, quæ veſtem cupiebant Auguſtinienſem. Cum facti ratio ex conſilio pendatur, utraque pars laudem meretur apud omnes, quoniam utraque validis firmatur argumentis. Patet autem *Claram* una cum cæteris amplexam fuiſſe Regulam ſancti Auguſtini, & nuncupaſſe vota ejuſdem Ordinis anno 1290. quo beata *Clara* annum agebat vigeſimum ſecundum.

Joanna ritè in Superiorem electa poſt ſolennem profeſſionem *Claræ* virtutem probavit, illam amovens à ſacrâ Euchariſtia: flevit ideò amarè *Clara*, Deo ſolo teſte, ſeipſam in ſuas iniquitates irritans, velut tam

A funeſtæ cauſam infelicitatis: Jeſus Angelorum coronâ ſtipatus ſe illi præſentem exhibet; manibuſque propriis auguſtiſſimum adminiſtrat Sacramentum: extergit quoque ſponſæ lacrymas, & amore cœleſti cor ejus inflammat; unde extemplo ſopitis omnino ſenſibus, Clara tota in divina abripitur.

Miſſam audiens ſemel, antequam epulum ſumeret Euchariſticum, tanto fervore exardeſcit, ut pallij talaris immemor, abſque indumento conſueto accedat ad ſacram Synaxim: quod Joanna Superior agnoſcens, cœleſti pabulo illam privat. Quantus, quæſo, & quam acutus dolor in corde Seraphico, cui medetur dilectus ſponſus, adorandum ſuum ipſi porrigens corpus. Jungebat Clara

B zelo divini cultus perfectam pudicitiæ cuſtodiam, omni confirmans aſſeveratione ſe potius velle pati flammas æternas, quam minimâ labe conſpurcari: Ideoque non ſinebat manus ſuas à Sororibus Religioſis vel leviſſime tangi.

Decumbens in lecto præ gravi ſomno, advertit expergefacta alterum ſuum pedem nudum: ad reprehenſionem Joannæ erubeſcens ingentem vim lacrymarum effudit, ac deinceps ſopore ingraveſcente, tunicæ partem inferiorem ita conſtringebat, ut nil unquam ſimile accideret: nullius unquam hominis vultum ſuſtinuit: nunquam ad crates aut ad exhedram colloquij abſque Superioris juſſu ibat,

C ibique involvens ſe pallio, & demittens ſemper oculos, ſimplicibus monoſyllabis reſpondebat, & adeò ſubmiſsè ut vix audiretur.

Non magis placere ſtudebat fratri ſuo Germano ſancti Franciſci Religioſo, Provinciæ Cuſtodi: licet Joanna ſignificaverit aliter cum eo agendum, non aliter ſe geſſit Clara, affirmans non oculis, ſed linguâ breviter & ſeriò colloquendum. Priſcum in terra deſerta habitandi conſilium penitùs abdicavit, ubi credebat daturam ſe facilius operam contemplationi, quia viris, aiebat, ubique patet aditus, quorum acceſſu multum periclitatur virginum integritas. Perſeveravit itaque Clara in ſuo Conventu ſolitaria, taciturna, oranſ-

D que ſine intermiſſione.

Prolatis incogitantiâ paucis verbis tempore ſilentij amarè doluit uſque ad profuſos fletus: pedibus ideoque nudis aquam fregit congelatam, in eaque gelu concretâ permanſit, donec centies dominicam recitaſſet Orationem. Deinceps totus ejus ſermo fuit: *Benedictus ſit Deus*; niſi urgente neceſſitate plura dicere cogeretur: nunquam tamen finem impoſuit charitatis exercitiis, licet deſpectis & vilibus, juxta hominum mentem, ad Sorores ſublevandas: imo etiam pœnas iis injunctas ſibi arrogabat; culparum humiliter ſuſcipiens crimen, ob amorem Chriſti, qui nullius peccati conſcius, imo inter innocentes ſanctiſſimus

iniquitates noſtras ipſe portavit.

Obtutum intereà Dei nunquam Clara effugit, quæ Deum ſemper ſibi proponit vitæ ductorem, tanquam qui intereſt non verbis, tantum & factis, ſed intimis noſtris cogitationibus. Cum fores obduxerit, & tenebras intus fecerit, non putat ſe ſolam eſſe: Deum ſecum habet & præſentem qui ſecerum ejus ſanctius facit, cui nihil clauſum eſt. In ipſo vivere ſe credit, moveri & eſſe. Coram illo comedit & bibit, cum illo ambulat, cum eo tractat negotia ſua, ad ipſum erigit continuò vitam ſuam.

CAPUT V.

Clara eligitur in Superiorem.

EXCUBANTEM Claram ut cuſtodem Sororis graviſſimè ægrotantis conſolantur Angeli ſymphoniam conflantes auribus jucundiſſimam: licet poſthàc egreſſa è valetudinario, ſuavem tamen audivit concentum, viditque circa lectum Joannæ mirum ſplendorem, & cœleſtes ſpiritus, qui certiorem fecerunt Claram, quod ſuâ interceſſione bonam obtinuerit valetudinem Sororis. Verùm morbo confeſtim redeunte, nec finito niſi per obitum, acerrimo dolore angitur Clara; cui, dum conatur defunctæ omnibus ſuffragiis quietem æternam conciliare, apparet Joanna ut vitæ præſentis compos: Nunquid è vivis exceſſiſti, ait Clara. Mortua quidem ſum, reſpondet Joanna; ſed mors iter mihi fuit promptum & momentaneum ad ſempiternam felicitatem.

Eodem momento Clara viſionis conditiones examinans inſolitum & immenſum perſpicit fulgorem, quo ſignificatur gloriæ Sororis immenſitas, quam inter illuſtres noſtrates Tertiarias merito numeramus, cum familiam Franciſcanam omni virtutum genere decoraverit, cique plurimum dignitatis contulerit, rectâ Superioris munerum adminiſtratione.

Clara noſtra defunctæ loco rite ſuffecta non vult jugum pati; nec ullo modo ſuſcepiſſet, niſi poſt mandatum Vicarij generalis, Epiſcopi Spoletani, qui tanquam hujuſce domus Superior illam obligavit, virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna anathematis. Celſitudo functionis motus vanitatis deprimit, & animum Claræ roborat, ut ſimul humilior fiat & ferventior, cum ad æmulanda chariſmata meliora, tum ad coercendas Sorores delinquentes, fortiter rebelles domat, ſuaviter fragiles ſolatur & incitat ad virtutis apicem.

Ex conſilio ſapientum, & plurium conſenſu prudenter adeo ſe gerebat, ut pax approbè

A vigeret in Monaſterio: effecit tandem Clara, ut Sororibus univerſis aſſentientibus clauſura firmiter inſtitueretur, exterorum omnino vitarentur colloquia, animæ piaculari flammâ ſuas apud inferos eluentes maculas allevarentur defunctorum officio quotidie à Sorore unaquaque devote recitato: de eleemoſynis oblatis à fidelibus, acceptâ Conventus neceſſitate, quod ſupererat juſſu ejus mendicis diſtribuebatur. Clara utique Franciſci imitatrix curam ſuam jactans ſuper Dominum, Pſ. 54. res in futurum congeſtas prorſus abdicabat.

Magna ſagacitate filias gubernat; quas noverat ad ſpeculationem vocari, his amplum
B meditandi ſpatium concedit; quas verò videt actioni idoneas, iſtis plenas laboris præberſegetes, adeò fauſte ut omnes ſanctitatis meſſem ingentem inveniant. Religioſam hancce perfectionem, quam ardenter peramabat, à Deo præſertim & impensè expetit Sororibus impertiri. Interiores Sororum vexationes, inſidiæque à dæmonibus ſtructæ illi manifeſtantur divinitus, ut utrobique remedium afferat. Humilitas, obedientia, paupertas, puritas illi erant in deliciis, ſtudebatque omni conatu ilas virtutes in Sororum cordibus conſerere, prohibens inutilia colloquia, maximè cum viris, etiam Sacerdotibus aut Religioſis, licet eminentiori addictis pietati: provocabat eas
C vehementer ad orationis exercitium, ad Sacramentorum frequentationem, & ad pœnitentiæ ſtudium.

Verba, facta, cogitata veſtra, aiebat Sororibus, penitus ſint conſecrata Deo: cavete à ſæculi rumoribus, qui cordibus Religioſis tenebras offundunt, & à divino commercio illa dimovent. In primis cenſebat continendum eſſe intellectum à curioſitate, quia nefas eſt per inania diſtrahere mentem ſolidæ ſapientiæ & Deo natam. Res frugi ſapientia eſt, inquiebat; ſicut qui guſtat aconitum, ut qualitatem ejus ſcrutetur, prius perit quàm ſaporem ſentiat; ſic qui ea rimantur quæ ad ſe non ſpectant, prius ſeipſos
D peſſumdant quàm cognoverint quod quærebant: ſcire quod non prodeſt, proximum eſt ignorantiæ.

CAPUT VI.

Paupertatis amor, & charitas in proximum.

DETERIORA quæcumque ad ſuum Clara uſum applicabat, cæteris offerens potiora. Inter omnes filias quæ Religionis poſtulabant habitum, illas ſeligebat præcipuè, quas à Spiritu ſancto vocatas æſtimabat,

bat, neglectis divitiis & auctoritate parentum: quamvis curam ſuſtentationis & ædificiorum non omitteret, nitebatur tamen potiſſimum Dei favore & gratiâ: faciens quod in ſe erat, nullis terrebatur eventis: ſtabat ſemper impavida, & cruci firmiter affixa, velut ſtabili fundamento, à quo nullâ vi tempeſtatum dimoveri poteſt: à Deo nunquam fuit derelicta, qui ad eam ſæpius miſit Angelos ſub ſpecie juvenum egregiâ pulchritudine & incredibili venuſtate præditorum cum caniſtris pane plenis, cujus etiam mendicantes exteros participes efficiebat, ſibimet neceſſaria denegans, ut illis ſatisfaceret.

Ægrotos quoſcumque domeſticos & alienos fovebat & conſolabatur; ad januam Conventus vulneratis remedium adhibebat; ipſis etiam lepris laborantibus; plagis conciſos & diſſectos purulentis tam amanter & ſtudioſè propriis manibus curabat, ut ad Claram accurrente quolibet die magnâ illorum multitudine curationis causâ, vitæ humanæ deliciis & commodis dediti nunquam iſthàc tranſirent, ne tam fœdo aſpectu ad nauſeam moverentur. Generoſe ſe ipſam Clara quodam die ſuperavit, dum ulcere conſpecto, cujus ſanies horrendum in modum fluebat, in languorem ſoluta eſt. Non enim ſolum ad ſui perfectam victoriam fixe intuetur hancce fœditatem, ſed inſuper tabum expreſſione eductum ſugit, ac deinceps ita ſe geſſit in ſimili rerum concurſu.

Nihil illi antiquius fuit, quam ne cupiditates motuſque animi abhorrentes à ratione atque honeſtate, quam maxime frangeret, ſeque ipſam (quod difficillimum ac pulcherrimum victoriæ genus eſt) omnibus in rebus penitus vinceret: Sorores autem parentes & cæteros quoſcumque identidem admonebat, ut ſi parvis in eventibus domare ſemet aſſueſcerent, ita demum magnorum certaminum fore victores. Itaque ipſa, quam aliis præcipiebat, rationem ſecuta, omnes animi motus compreſſos in ſua ditione ac poteſtate habuit. Hinc illa perpetua mentis tranquillitas, & idem ſemper vultus. Quando vitium aliquod aut delictum graviter incuſandum erat, ſeveritatem velut reprehenſionis aculeum ita ſumebat, ut ſub objurgationem quaſi perſona depoſita ad priſtinam comitatem ac facilitatem rediret.

Nil æſtimabat magis adverſum quàm Dei offenſionem, quam deplorabat amarè, ut extremum reipublicæ exitium, dum noverat quo furore homines ſe in flagitia præcipitarent. Indotatus quidam peccator manifeſtavit illi ſuam horridam conſcientiam, ejuſque precibus ſe commendavit. Oranti Claræ Chriſtus apparuit illam quater manu repellens. Non deſiſtens à charitatis propoſito Clara; ſed humi procumbens coram augu-

A ſtiſſimo Sacramento poſtulat ardenter graviſſime plecti ad expiationem criminum hujuſce perditiſſimi hominis, tantam vim lacrymarum profundit, ut remiſſionem iniquitatum pœnitenti obtineat peccatori, melioriſque vitæ rationem ineundi gratiam.

Italia bello infenſo hiſce temporibus devaſtata, uſurpabant omnes pro militari teſſera, vel internecionem aut cruentam cladem; & in vexillis geſtabant funes & patibula. Clara è veſtigio ad Deum pacis confugit, & confeſtim voti fuit compos, unoquoque dimicantium arma deponente, & cum inimicis rejecto odio ſe conjungente.

Sponſus tamen cœleſtis fidelitatem dilectæ B explorat atque probat acriter, permittens illam ſtatim in extremam redigi penuriam, violento laborare morbo, ſimulque falſis criminationibus infeſtari: Obſecra ſupremum " amatorem, aiunt Sorores Tertiariæ, qui " omnibus tuâ interventione favet, citò te " liberabit. O miram conſtantiam! Clara æſtimans ſe felicem pati pro Chriſto, exclamat: Dum in favorem proximi illum rogo, cha- " ritas loquitur & urget: ſi de meis commo- " dis ſermocinor; eo in negotio mea res ver- " titur; jam mea intereſt; nitor ideoque ger- " manæ & puræ dilectionis obſcuratur; crux " mihi pretioſum munus eſt, pro quo gra- " tias Deo & laudes lubens reddo. "

Tabularum perſcriptor publicus ſubripuit fraudulenter contractus omnes fundationum C aliaque acta Monaſterij, deinde maledico beatæ Claræ filiarumque ejus famam lacerans: ſceleratiſſimum tamen iſtum hominem ultimo ſupplicio addictum, quod falſi multoties convictus eſſet, admiſſis fraudibus, ſolvi à Judicibus impetravit.

Duo Fratres irâ perciti, omni conatu irrito, ut avocarent ſororem ſuam à propoſito in Conventu beatæ Claræ ſolennia vota nuncupandi, violenter egerunt, crates confregerunt, januas deſtruxerunt: jam præcipites invaſerant clauſtrum, cum populus ſtatim accurrens illos vita privaſſet, niſi ſupplicante Clara ſalvi & liberi dimiſſi fuiſſent. D Judices præterea illos multaſſent patibulo, niſi Clara interveniſſet ad eorum libertatem.

CAPUT VII.

Acriter ſenſit in ſe, quod & in Jeſu Chriſto.

UT ferè depravata ſunt Chriſtianorum judicia, pauci ex animo crucem amplexantur, ſummi dedecoris atque ignominiæ loco ſibi ducentes Chriſtum imitari crucifixum. Aliter verò ſentit Clara, in qua haud

minor emicuit Crucis & voluntariæ paupertatis amor, quam animi moderatio. Nam A diu multumque meditata dolores & egeſtatem Chriſti, vitæ mortalis ærumnas & Evangelicam paupertatem unice dilexit; utique cum quotidie magis eam uſus doceret: quam opulenta foret ejuſmodi abnegatio, quæ animum anxiis curis ſolutum ac liberum cœleſtibus affatim ditaret bonis, efficeretque ut nihil habenti nihil deeſſet.

Nomen *Clara de Cruce* illi aſſignatum à Monaſterio ſic nominato, approbè ei convenit, utpote quæ ſummoperè myſteria Paſſionis Chriſti coleret: in omnibus actis, factis, & dictis nil aliud ſibi ob oculos mentis proponebat niſi dolores Jeſu, qui magnam lacrymarum copiam eliciebant. Dolens ſe aliquando non interfuiſſe cum Maria matre mo- B rienti filio in monte Calvariæ, felices eos arbitrabatur, qui ibi præſentes erant: ideoque Jeſus ut quodammodo ejus deſiderio ſatisfaceret, illi revelavit quæcumque paſſus fuerat, ab exitu è Cænaculo, uſque ad ſepulturam. Non poteſt exprimi quanto pietatis ſenſu fuerit affecta, & quam luculentum vulnus amor divinus cordi ejus tunc inflixerit: audiens hæc cœleſtia verba; *Viſne pœnis meis compati.* Reſpondet alacriter; *Etiam, Domine.* Confeſtim aculeis ſpinarum configitur caput Claræ; genæ feriuntur alapis; os fellis amaritudinem guſtavit, totum corpus crudelibus dilaniatur flagris; pedes & manus torquentur perinde ac ſi clavis transfigantur; C Denique Chriſtus ſponſam faciens participem ſuæ Paſſionis, tanto pondere, licet amantiſſimo, gravatur, ut niſi digito ſponſi ſuſtineatur è vivis excederet.

Deinceps ejus amor in Crucem plurimum exarſit: filiabus ſuis cruciatuum Chriſti myſteria diſtribuebat pro qualibet hora, ut per totum diem ſancte de Chriſto crucifixo meditarentur; ſicut è contrario torrores & Judæi crudeliter & impie ſe geſſerant abs Olivarum horto uſque ad patibulum & ſepulturam. Sororibus ſuis præceperat in cellulis Crucis effigiem detinere, & coram illa in genua provolvi quinquies centies mane, toti- D demque ad veſperam. Si diu per otium non liceret hoc præceptum implere, noctu illud exequebantur. Monebat illas decumbere in lectis, memores crucis duriſſimi cubilis, pedemque ſuper alterum imponere, in memoriam poſitus acerbiſſimi, in quo Judæi Jeſum morientem collocaverunt.

Aſſerunt Scriptores Claram nimis ægrè tuliſſe aliquam unam Religioſam, quæ hiſce obſervationibus repugnabat. Deus hunc zeli impetum non dimiſit impunitum, ſoliro lumine interiori illam deſtituens, ſolitâque mentis tranquillitate: tenebris tunc offuſcata ac devotionis pertæſa impugnatur infeſtiſ-

ſimè à dæmonibus, qui ejus cupiditates conantur accendere, ſpecieſque exhibere illi impuras & fœtidas, unde cordis oritur miſeranda perturbatio; ut natum ſponſum placet carnis afflictatione, & profundæ humilitatis artibus ſævit in ſeipſam: oratio denique humilis & fervens mediatrix eſt reconciliationis, verùm æſtimat ſe nihil ſuis conatibus obtinere ob animi divagationes & cordis amaritudinem, quibus occupata nequidem poterat ardente & patienter tantum dicere, ut mulier Chananæa: *Domine, adjuva me.* Math. 15.

Confugit itaque ad quoſcumque probos Dei famulos, ut eorum meritis & precibus redeat in benevolentiam dilecti: relinquitur tamen in iſta ſevera probatione undecim annorum ſpatio, & graviter ægrotat, itaut umbra videatur ſpirantis mortuæ, adeò macie conficitur. Deus interim illam benevole tractat, in morem benigni Patris erga filium inobedientem, cui expulſo è domicilio paterno promittitur mediis amicis promptus reditus, modo ſe deprimens fateatur peccaſſe: dein pater miſericors ſinit illum revocari, & mercenariis aggregari, fingens ſe neſcium hujuſcemodi favoris & reſtitutionis.

Vult nihilominus tandem pater filium pœnitentem ſuæ menſæ fidenter aſſidere, cumulatque illum præclaris donis. Afflicta utique Clara à pluribus Deo pergratis, præſertim à ſuo Confeſſario jucunde inviſitur, unde plurimam haurit conſolationem. Finitâ aliquando meditatione, quam nullo modo omiſit, licet tempeſtatibus jactata, & omni ſuavitate orba, vidit Angelum ſub figura pulcherrimi adoleſcentis, qui manu tenens lampadem accenſam, alterâ geſtabat paleæ pugillum, quem non poterat comburere. Clamans oleo inungendam paleam, ut ignem conciperet, evanuit, atque Claræ ſignificavit non poſſe cor inflammari abſque humilitatis oleo, cui mens penitus immergenda eſt, ut Dei gratiâ potiatur.

Clara è veſtigio humi procumbit, ponens in pulvere os ſuum, vim lacrymarum profundens, & cœleſti ardore verba hæc pauca repetens; *Parce, & miſerere.* Somniavit aliâs ſe à duobus ſagittariis percuti; ab uno quidem in corde acerrimo ictu, unde copioſus manabat ſanguis; ab altero verò in toto corpore, quod transverberare fruſtrà tentabat, jaculis obtuſis & hebetatis. Clara inde conjecit divinitus à Virtutibus circumcingi, quæ verè decorabant animam; & vitiis, à quibus nequaquam perſtringebatur: adeò perfecta erat & ſui compos Dei gratiâ. Claræ dehinc vita & ſermo conſequuntur & ſemper exhibent in univerſa geſtione difficillimam illam ſocietatem gravitatis & ardentis zeli cum facili acceſſu & humanitate.

Sciens crudelem eſſe tam qui nulli, quam

qui omnibus ignoſcit juſtitiâ exigente, puniens reos, manſuetudinis & clementiæ memor erat: deſcendebat ad pœnas tanquam invita: & talis erat erga peccantes, qualis „ extitit erga illos Deus. Sicut ille, aiebat „ Clara, ſuſtinet nos, ut meliores faciat, ita „ proximos ſuſtineamus, ut corrigantur. Tam „ facilis eſt ægri ſanitas, quanta Medici ſa„ pientia & benignitas.

CAPUT VIII.

Chriſtus in medio ejus corde Crucem collocat & plantat, donumque illi Prophetiæ impertitur.

ILLUD vehementer repugnat eſſe beatum, & multis oppreſſum doloribus: hæc eſt tamen Claræ felicitas etiamnum in miſeriarum valle, ubi Chriſto penitus concrucifixa gaudio ſuperabundat in tribulationibus, quas divinus amor ſuaviſſimas reddit. Viſiones, extaſes, & revelationes ejus ita frequentes erant, ut nullo pacto interciſæ viderentur. Die Natalis Domini conſpexit illum latentem ſub palea, nativitatis ipſo momento: Epiphaniæ die Jeſus Claræ ſe exhibuit tantâ jucunditate, ut abſtracta remanſerit omnino à ſenſibus uſque ad ſolennitatem, quam Purificationem vocant: nullum tunc adhibens cibatium, juſtam cognovit judiciorum Dei ſeveritatem. Terrore vehementi corripitur, „ Dæmones audiens vociferantes: Incaſſum „ repellis noſtras ſuggeſtiones; tu eris tandem „ in comitatu noſtro, & nobiſcum in æter„ num diriſſime cruciaberis. Quievit tandem, & confeſtim ante oculos ejus maledicta quædam anima præceps dejecta fuit in ignem devorantem & in ardores ſempiternos; cum fragore & tumultu.

Per viſum conſpiciens Jeruſalem cœleſtem in rupis ſublimis, præruptæ, & aditus difficilis apice, unde coruſcantes radij erumpebant, vocem audit canoram, ſic clamantem: *Veni & aſcende.* Reſpondet altera: *Poſt quinque annos venies.* Clara ſemper cum Angelis familiaritatis uſu conjuncta nihili facit terram, omniaque vitæ mortalis oblectamenta. Per menſes integros, frequenter, inediam omnino ſuſtinet.

Medicus Spoletanus eo fine in oppidum *de Montefalco* proficiſcitur, ut de tanta certior fiat abſtinentia. In Monaſterium ingreditur, ſpecioſo charitatis titulo, ut ægrotanti Claræ remedium afferat: vult tamen Religioſas percontari ſolum de Claræ vivendi ratione, cui fidem non adhibet, quamvis locupletum teſtium auctoritate convictus. Rediens in patriam menſe Auguſto, dum cœlum penitus

A ſerenum eſt, jactatur atroci tempeſtate, adeoque fœda, ut nulla ſpes ſalutis affulgeat: domi ſuæ decumbens in lecto, & memor procellæ, qua fuit per viam agitatus, obdormit: denique in ſomno voce clarâ & diſtinctâ monetur ſævientibus ventis, pluvia & grandine horridis terrefactum fuiſſe, quod ægrè ad aſſentiendum iis, quæ de beata Clara dicta ſunt, adduceretur.

Quindecim annis ante obitum, vulnus lateris Domini *Claræ* contemplanti Chriſtus apparuit ſub ſpecie juvenis peregrini, togâ albâ induti, atque humeris Crucem geſtantis; hiſque verbis eam ſalutavit: *Clara dilecta filia, locum quærens, ubi arborem Crucis meæ*
B *plantarem, cor tuum inveni, in quo eam colloco. Suſcipe illam igitur amanter & uſque ad mortem ſerva.* Vulgò creditur Paſſionis Chriſti veſtigia in corde *Claræ* mortuæ hoc ipſo momento impreſſa fuiſſe, ac deinceps dolores pertuliſſe acerrimos.

Charitate quoque in Deum fuit, quanta par eſt eam eſſe, quæ ipſius Dei gratia rebus humanis nuncium ſponte remiſerit, neque ſolum Dominum eatenus amabat, ut præ illo reliqua omnia nihil duceret, quæ virtutis hujuſce præcipua pars; verum inerat in amore voluptas mira: prorſus ut quantiſlibet preſſa curis, ac moleſtiis fatigata, unius Dei recordatione, & quaſi amplexu, per ſummam delectationem acquieſceret. Chriſtum vero Dominum ac liberatorem videndi, ſicuti eſt,
C tanta flagrabat cupiditate, ut eam ipſam ob rem ſolvi corporis vinculis vehementius in dies optaret.

Eminenti Prophetiæ dono decoratur, quæ prædixit cuidam Religioſæ ſui Conventus ante ſex menſes minime cruciatam iri à dæmone, modo non caderet in culpam, cujus correctio facilis erat. Suaſit Sorori adhuc in Religioſi tirocinii Paleſtra exercitæ, de tota vita ritè confiteri, ut declararet peccatum grave, præ verecundia omiſſum in confeſſione, ubi plura ſacrilegia patrarat. Fratri Germano Religioſo receſſum à Clauſtro meditanti manifeſtavit ſe callere penitiores ejus cogitationes, ejuſdemque animum fractum
D ac demiſſum tam fortiter erexit, ut in ſancta vocatione perſtiterit.

Duorum hominum ad *Claræ* Conventum accedentium, ipſa, ante acceſſum, divinitus cognovit ſtatum interiorem; unius quidem ſub figura capitis porci, ob infandam ſpurcitiam, alterius verò ſub ſpecie lupi, ob moleſtias quas animis meditationi operam dantibus, ſuſcitabat. Claræ juſſu illis Monaſterii procluditur oſtium, repulſiſque patefacta fuit cauſa, ad eorum ignominiam & opprobrium.

Abbas, Eraſmus nomine, Religionis contemptor, & refellens quæcumque mirabilia,

de *Clara* vulgantur, ſpunſiooem facit, niſi manifeſtè patefaciar *Claræ* hypocriſim, modò poſſit illam adire in habitu ſimulato: Vehementer percellitur, dum *Clara* ſalutata ſecretiora & & magis turpia ſalutantis Eraſmi ipſius peccata expunit, atque ad pœnitentiam illum provocat. Eminentiſſimo Cardinali Jacobo *Colonæ* vaticinatur fore privandam eminentiſſimâ dignitate, ac tandem in illam glorioſè revocandum. Poſt effectum vaticinationis Illuſtriſſimus Præſul *Claræ* obtulit ſanctæ Annæ digitum, qui prope ejus ſepulchrum honorificè aſſervatur. Colloquens familiariter cum Epiſcopo Toletano enunciavit magnificum illi præparari honorem, ſtatimque Pileus purpureus illi offertur à ſummo Pontifice, qui pariter eum inſtituit in Epiſcupum Hoſtienſem.

Monuit Dominam natione Francam, cito Romam fore profecturam, licet de illo itinere nihil tunc temporis cogitaret, ac tranſituram per Monaſterium oppidi de *Monte-Falco*, poſtquam à recta viâ deerrant circiter locum, quem deſignavit his omnibus impletis. Dominæ Francæ extanti ad Conventus januam *Clara* cœlitùs edocta obviavit protinus, & Gallicâ lingua uſa eſt, ad inſtructionem auditorum, quos ardenter ad Religionis Chriſtianæ obſervandas leges excitavit. „Religio optima ac perfecta una eſt, „aiebat, ſupra Chriſti nomen, ſupraque pe„tram firmiſſimam ſundata; reliquæ omnes, „& deviæ, & errores ſunt, quibus eſt iter ad „tartarum, atque ad mortem, non hanc mo„mentaneam. Et quot putas, quantique viri „hujus veræ Religionis inopiam mirabilem „paſſi ſunt, cunctis in rebus aliis altiores? „habent illi, quod æternum gemant: ha„bent Chriſtiani undè glorientur, & gau„deant, non in ſeipſis, ſed in Deo qui illos „ſumma in re plurimis aliis præferre digna„tus eſt, qua nil majus, nil melius illis tri„bui poterat in hac vita.

CAPUT IX.

Deus confirmat doctrinam & ſanctitatem Claræ ingentibus miraculis.

LUCEBAT doctrina infuſa, ardebat virtute ignea & intrepida, unde fortitudo inconcuſſa & inexpugnabilis oriebatur. Audaciæ comes eſt indolis ingenuitas; qui enim ſe hoſte ſuo ſuperiorem fore confidat, is nequaquam fraudulentas artes adhibeat, quippe quæ abjecti animi notæ ſunt, & imbecillitatis argumenta: adverſus hæc prævalebat *Clara*, ut potè cœleſti luce plena, & virtute ex alto induta. Reſponſis validis ad quæcunque conſulentes de ſublimioribus ſecretis Theologiæ, vel ſacrarum paginarum, & evidentibus miraculis contra univerſos obices, hæc conſtat veritas. Callebat etiam propè naturæ arcana quæ mirabili faeundia explicabat.

Conciones habebat publicas ad populum ſuperno inſtinctu, atque viva voce, & ſcriptis hæreticos refutabat. Sacerdos vultu habituque ementicus perſonam hominis pii, ſub tantum nomine, hæreſeos veneno plures animas corrupit: Monaſterium *Claræ* adiens pernicioſo hujuſmodi fine, diſſerit tantum de pietate, meditatione, & favoribus, quos Deus puris mentibus impertitur. Loquens tamen B de libertate, quam Chriſtus fidelibus comparavit, affirmat perinde licere homini peccato adhærere ac virtuti è veſtigio *Clara*. Blaſphemiam refellit Scripturæ ſanctæ ac Patrum auctoritate: obmoteſcens impius hæreticus ampliorem diem ſumit, ut reſpondeat. *Clara* interim ad Chriſtum confugit, qui „per viſum illi ſe exhibens, merito iraſcor, „ait, & blaſphemus debitas dabit pœnas: „redit tamen poſtridie ſceleratus, omnium aſtuum vafritiem interponens, quibus fortiter reſiſtit Abbatiſſa. Perſeverat inſolenter veritatis inimicus in ſua impietate, quàm licet convictus jactat ſe glorioſius omnibus perſuaſurum, ſi publicè prædicaret. *Clara*, illum, ob intolerandam pertinaciam, lon- C gius amandans à ſuo Conventu, Cardinali de rebus Fidei inquiſitori, in oppido de *Montefalco* tunc degenti manifeſtat, quæ contigerint, tandemque ſacrilegus digno multatur ſupplicio.

Debellato nefando homine Clara triumphat de Satana, qui illi ſe videndum ſub Jeſu crucifixi figurâ exhibet, cum meretricum multitudine, quibus vitæ ſuæ & mortis cruciatibus duriſſimis meruerat non ſolum redemptionem à pœnis, ſed etiam à culpis, ita ut Evangelii ſectatores poſſent impunè frui omnibus terræ voluptatibus, & oblectamentis abſque ullo metu. *Clara* ſtatim dæmonis verſutiam & fraudem detegens, illum in D fugam avertit, invocato nomine JESU.

Navat diligentem eodem tempore operam confutandæ fratriculorum hæreſi; cujus Germanus, vanus & nefarius probitatis ſimulator æque ac celebris erat auctor. Quamvis corpus ejus Ferrariæ coleretur ritu ſingulari, egregie ſcripſit *Clara*, & eloquenter adverſus illius errores, & concionata eſt: perſuaſit quoque ſummo Pontifici Bonifacio VIII. ut in reum inquireretur. Paulopoſt mortem beatæ *Claræ* Joannes XXII. huncce novæ fabricatorem hæreſeos condemnavit, juſſitque ejus corpus comburi à carnifice.

Infuſa *Claræ* ſcientia plurimis inſignibus miraculis comprobatur Religioſa Spoletana eximiæ virtutis, à ſenſibus abſtracta, nocte

Natalis Domini, per viſum conſpexit tubam auream, totam ardentem, undique vibrantem radios: è Cœlo deſcendebat inter manus *Claræ* ad probandum ejus doctrinam cœleſtem ac divinam eſſe. Eccleſiæ ſcilicet inſtrumentum erat ad excitandos peccatores ignavos & Chriſtianos milites provocandos contra tenebrarum catervam. Patebat etiam ex ejuſmodi viſionis auro & igne, beatam *Claram* accendere in mentibus auditorum amorem Dei & proximi.

Sorore Andræâ Religioſâ Profeſſâ Monaſterii de *Montefalco* ſubita morte correptâ, mœrore ſe conficiebant parentes ejus, quod poſtrema filiæ verba non exceperint, iis credentes mitigatum fuiſſe dolorem ſuum. *Clara* igitur ſui precibus obtinuit defunctæ reditum ad vivos, quæ per unius diei ſpatium cum patre colloquens, petitâ abeundi veniâ, citò reverſa eſt in ſepulchrum.

Operarius arenam extrahens, in ripa fluminis de *Montefalco*, terræ acervo prægrandi obrutus & ſuffocatus fuit, nullâ prævia Confeſſione. Mortuus iſte tranſvectus ante Monaſterium, interceſſionibus *Claræ* extemplo vitæ reſtituitur, ut exomologeſi conſcientiam purgaret, qua peractâ illico expirat.

Clara ſuo interventu omninò ſanavit Religioſam à longo tempore, valdè periculosâ ægritudine vexatam. Alia Soror, Lucia nomine, atrociter à dæmone tentata, ad beatam Abbatiſſam recurrit, quæ pallio ſuo illam involvens, ſtatim omnes inferni impetus diſſipavit.

Puero calculoſo, abſque ulla ſpe ſanitatis, evellendi calculi causâ, parentes ſectionem adhiberi decreverunt. Somniavit nocte amita puerum ingreſſum in *Claræ* Monaſterium, ab ea priſtinam ad valetudinem fuiſſe revocatum Signo Crucis. Ægrotantis mater, cognito hoc ſomnio, beatam adit *Claram* quæ, Signo Crucis è veſtigio illum penitus ſanum reddit. Eodem adorando Signo innumera patrat miracula, præſertim ad curandas ſtrumas. Coraduxius, homo ſingulari ac perdita nequitia infamis, ab rerum omnium licentia, ad honeſtam vitæ rationem traducitur gratia Dei, quam illi preces *Claræ* impetrarunt..

CAPUT X.

Pretioſa ejus Mors.

Divinitus monita de obitus proximitate, morbo ingraveſcente, quo à longo tempore laborabat, quindecim diebus, antequam moreretur, cublili ſe commiſit. Pleniori in dies cordis tranquillitate fruens: „ O Domine, aiebat, quam modicus eſt cul„ tus à miſerrima famula tibi redditus, habita „ ratione præmii æterni. & ſuavitatis internæ, „ quo dilectam perfundis ſponſam, exiguus „ labor tanto indignus eſt favore. Frequentes à corpore alienatæ mentis abreptiones cauſa fuerunt, cur Religoſæ timentes ne ex improviſo interiret eam collocarunt in lecto geſtatorio, quo permuto facile poſſet à ſomno myſtico exuſcitari.

Maximum hauſit ſolatium ex familiaribus Angelorum colloquiis: in profundo omnium horum circumſtantium ſilentio exclamavit. „ Angeli Dei, ſacratiſſimæ Virgini, Domi„ næ meæ & Advocatæ, annunciate ut me „ recipiat. Deinde quaſi fauſta nuncia adve„ niſſent, addidit: gaudeamus, laudemus „ Deum: Sponſus Divinus obviàm mihi ve„ nit, me in ſuam gloriam perducturus. Silens aliquantulum, quieſcebat abſtracta à ſenſibus: ſtatimque hæc verba proferebat: *O Cœlum, ò Æternitas, ò ſempiterna felicitas!* Dæmone ſemper illam inſectante, dixit: *Quid à me petis cruenta beſtia? exi maledicte, & avola hinc.*

Quadam ex præſentibus Religioſis Signo Crucis utente ad diabolum expellendum, ne formidetis, ait *Clara*, Crucem, & Ipſum " Crucifixum cordi meo impreſſum porto. " Aliquâ quærente Crucifixi imaginem ut ei " exhiberet, illum complector, inquit, inter " ubera mea, non ſolum, ſed inter mea " quoque viſcera ſtabiliter commoratur. Ex " iſtis verbis evidenter patebat *Claram* Jeſu præſentia potiri continua. Penitùs deficio, " amantiſſime Sponſe, inquiebat, amore lan- " gueo; tantis illecebris, ac blandimentis " animum meum delinis ac demulces, ut à te " ſeparari nullo modo poſſim: abi, quo vo " lueris, tibi indeſinenter adhærebo. "

Congregatis Sororibus, die Aſſumptionis Mariæ, commendavit humilitatem, obedientiam, charitatem pari vigore, ac ſi penitus convaluiſſet. Impertita illis Benedictione, rogavit enixè Deum, ut illarum permaneret ſpes & protector. Petiit poſtera die, ac recepit ſacræ Euchariſtiæ Viaticum & Extremam-Unctionem. Videns Religioſas maximam vim lacrymarum profundentes; ad quid, iſte mœror, ait, chariſſimæ, ac iſte " luctus? nunquid ſcitis me ad hæreditatem " cœleſtem properare? Si meamatis, ne bono " meo invideatis: quam glorioſum eſt à miſe- " riis terrenis eripi, Deoque potiri. "

Eodem die recitatis cum Sororibus Horis precariis, Sacerdotibus ex Officio perſolvendis, novoque raptu affecta, voce diſtincta exclamavit: *Nimio plus, ò Chriſte, abjectam famulam remuneras.*

Die Sabbathi 17. Auguſti 1398. transferri vult in Eccleſiam, & ante auguſtiſſimum Sacramentum, ubi ſervato profundo ſilentio,

& longa peracta prece Sororibus ardenter inculcavit inviolabilem erga Divinum Sponſum fidelitatem, ſicque concluſit. *Tunc vado ad Deum: nec mora eſt; dilectus meus vocat me, in cujus paternis manibus vos relinquo.* Eodem momento animam efflavit, annum agens quadrageſimum octavum, oculis erectis in cœlum, vultuque ſereno & florente, perinde ac ſi adhuc inter vivos degeret. In oppidulo, (*Poggum* vulgò nominant non longe ab oppido de *Montefalco*) viſa eſt in aëre multitudo Angelorum, qui Religioſam comitabantur miro ſplendore circumfuſam: Dum mirabantur ſpectatores præclarum hoc ſignum puella ſemel atque iterum vociferata eſt: *Clara de Cruce è vivis exceſſit: hæc eſt illa Clara quam contemplamur in cœlum aſcendentem.* Spoleti eadem viſio mira exhibetur ſolenni pompa & regio triumpho.

Cæcis reſtituitur viſus, claudis ambulandi libertas, ſurdis facilitas auditus, febres magis periculoſæ ſanantur, tabeſcentium pulmonum morbus, epilepſia, ſtrumæ, vomicæ inſanabiles promptum & efficax accipiunt remedium *Claræ* interceſſione. Miraculum illuſtrius conſiſtit in impreſſione vulnerum Chriſti, qua ejus cor mirifice decoratur. Religioſæ memores, quod multories affirmaret Jeſum Crucifixum intra viſcera ſua reſidere, curaverunt corpus ejus diſſecari: cor vaſtum & amplum, licet etiam cavum, non tamen vacuum, reperitur; ex una parte Crucifixus ibi perſpicitur cum tribus clavis, ſpongia, & arundine: ex altera videntur flagella, columna, & corona ſpinea: firmaque hæc omnia & ſolida, atque ad veritatem adducta.

Poſt relationem tam mirabilis eventi, Epiſcopus Spoletanus Berengerum Vicarium Generalem, dat inquiſitorem, qui, licet vir probus & ſapiens, iis quæ vulgabantur de *Clara* plenam non adhibebat fidem. abſciſſæ, tonſorió cultro, crucifixi imagini, altera mox ſuccedit: unde fortiter convictus ſententiam tulit ad comprobandam miraculi veritatem. Inveniuntur prætereà in felle tres globuli, non quidem omnino rotundi, ſed quodam modo trianguli, formam habentes trium nucularum, ejuſdem ponderis & amplitudinis: quælibet tamen ſeorſim erat æquè ponderoſa, ac tres ſimul, ad confirmandum ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, cujus cultum non communi, vulgarique inſtituto, ſed proprio quodam ſtudio *Clara* complectebatur. Moris eſt, apud Pictores, & ſculptores *Claram* effingere cum librâ in una manu quâ ponderat tres nuculas; in alterâ verò cor tenet, ubi Crucifixus, & omnia Dominicæ Paſſionis inſtrumenta conſpiciuntur.

In corporis diſſectione maxima ſanguinis incorrupti & integri copia manavit, qui reconditus in ampulla, ad noſtram uſque ætatem, palàm oſtenditur cum globulis & corde. Sæpenumero liqueſcit, tumeſcit, infervescit, dum luctuoſa populis infortunia imminent, ſicut contigit Reipublicæ Venetæ, Inſulam & Regnum Cypri Turcis invadentibus. Fideles mirantur totum *Claræ* corpus planè illæſum: vultus, manus & pedes ejus omnibus patent mirabili integritate, quæ manifeſtam, ac teſtatam ſanctæ matris Claræ virginitatem reddit & ſanctimoniam, quamvis aliis quoque argumentis ante jam notam, quando neque inciſiones, neque alii id genus, motus violenti defunctæ carnes aut amictum ulla ex parte labefactare valuerunt.

Præcipuè colitur ſolennitate die obitus, decimo ſeptimo videlicet Auguſti. Tertio prætereà menſis Maii die dicato ab Eccleſia Crucis adorandæ inventioni ſolenniter celebratur beatæ Claræ commemoratio, juxta veterem traditionem. Wadinghus, Marianus Florentinus, Marcus Ulyſſipp. Gonzaga, Ferrarius, Auctores Franciſcani de ea inſigniter diſſerunt, tanquam de alumna verè Franciſcana, quod liquidò probat Bernardinus de Buſtis, fusè deſcribens ſingula quæque ſpectantia ad ſacra Paſſionis Chriſti veſtigia cordi Claræ impreſſa.

Vvadingh. tom. 3 1308. § 66 & ſequent. tom. 7. 1441. §. 61. & ſequent Marian. l 3. cap. 15 l. 5 cap. 12 Marc. Ulyſſip. 2. p l 5 cap 40. 41 44. 45 Gonzag. p 1. ſq B B. Fœminis 2. & 3 Ord. Min. Ferrarius in Catalog. Sanctorum. Arturus in Martyrol Franciſc. 17. Auguſti.

VITA SANCTI YVONIS, PRESBYTERI.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas ejus & Adoleſcentia.

YVo noſter vir utique nobilis genere, ſed virtute & eruditione multo nobilior, naſcitur in Britannia minori anno 1253. in pago quem communiter nominant *Kermartinum*, penès urbem Tricorienſem. Pater ejus *Heloarius* nomine, clientelari jure, prædij Dominus erat, & pagi: Matrem eximiæ pietatis fœminam vocabant *Azotam*. Quamvis uterque zelo domus Dei & Religione floreret, præcellebat tamen Azota, quæ dum puerulus *Yvo* adhuc in incunabulis degeret, divinitus novit fore illum aliquando Cœlitum numero adſcribendum à ſummo Pontifice, & publicè à populis invocandum.

Facile Præceptor piis & honeſtis documentis quibuſcumque imbuit noſtrum Yvonem, quæ juncta ejus mentis ingenitæ propenſioni, ad ſcientiam & probitatem jam mira promittunt. Libenter, & cum attentione Miſſæ intereſt, ac miniſtrat: verbo Dei ſolertes præbet aures: à teneris unguiculis Virginis ſacratæ die quolibet recitat Officium, uſque ad mortem: ad ſpinoſa Grammaticæ rudimenta Kermartini ſe confert: deinde annum decimum quartum agens, Pariſiis Philoſophiæ navat operam, ubi Magiſtris attente audiendis, multa ac diligenti eorum quæ audierat commentatione, quotidianis denique Gymnaſij exercitationibus; emenſo prorſus totius Philoſophiæ curriculo, ita profecit, ut honorifico Magiſtri judicio ac teſtimonio, poſt conſueta certamina, ritu ſolenni, laureâ cæteriſque doctrinæ inſignibus decoratus ſit. Poſt hæc ſacram Theologiam, Juſque Pontificium & Canonicum aggreſſus eſt ingenti labore & induſtriâ, cum præter cæteras lucubrationes quotidie mane ante lucem ad Scholas, quæ illa circiter horâ ibi habebantur, accederet: atque ex eo ſtudio tantum, Deo juvante percepit, quod ſatis eſſet ad fidei doctrinæque ſuæ rationem, ſine ſuſpicione ulla novitatis, ex Patrum decretis atque auctoritate reddendam.

A Jam tunc corpus ſuum ciliciis, jejuniis, aliiſque auſteritatibus incœpit vexare; abſtinens in perpetuum ab omnis carnis uſu; imo pauperibus carnem erogabat quæ ſibi apponebatur. Plurimum colebat illos, qui dignitate vel antiquitate præibant: pacifice cum æqualibus, & comiter cum inferioribus ſe gerebat; nunquam erat ingenij moroſi, tetrici, aut difficilis: quotidie legebat Sanctorum vitas, quorum præcipua geſta in rationario geſtatorio, cujus lectio & uſus erant in promptu, ſecum ferebat.

Viginti-quatuor natus annos Aurelianum proficiſcitur, Juris Civilis ſtudio animum ad- B jecturus. Durius ibi ſævijt in carnem ſuam, ſibi à vino temperans, profluentique ſolùm aquâ ad potum utens, necnon diei Veneris ſtricto jejunio mordicus inſiſtens: Indictivam obſervans inediam ſolùm adhibebat panem & aquam ad cibatum: In jejuniis ultroneis legumen erat pro refectione: humi decumbebat, bibliorumque codex aut ſilex pulvilli tenebant locum, cilicia, cubilis linteorum; veſtes, quas nunquam deponebat, pro lecticaris tentoriolis; conclavis tabulatum, pro lecti velo extabant: Inſolitâ defatigatione preſſus capiebat ſomnum in tabulâ virgultis tecta, aut lignorum faſcibus, unde ſecretò evadebat totâ nocte meditaturus in ſubterra- C nea cella.

Corporis afflictationes, favente gratiâ, effecerunt ut Yvo noſter eâdem caſtimoniâ virginali floreret, cum qua natus eſſet, ut juratus affirmavit, illo mortuo, Gauffridus Sacerdos, qui peccatorum per totam vitam admiſſorum confeſſionem Yvonis morientis exceperat. Addidit quoque in exſcriptis rerum ab Yvone geſtarum actis, nullius unquam culpæ mortiferæ labe contaminatum fuiſſe, tamque glorioſè de libidine triumphaſſe, ut ne quidem leviori noxa virginitatem violaverit, irritis quibuſcumque aggreſſionibus à dæmone intentatis ſine intermiſſione octo annorum ſpatio.

• Poſt tam illuſtrem victoriam nono anno adeptam, impertitur decimo, plurimas veſtes nudis in gratiarum actionem, quod Deus ipſum tantâ virtute ex alto induerit. In medio certamine gerebat ſemper pro amictu cilicium valde aſperum, ſub viliori ac rudiori ſubucula, quam prius aquæ ſæpe immergebat antequam illâ uteretur. Eminens hæc vivendi ratio conciliabat illi familiarem Angelorum ſocietatem; quippe qui ſecum aſſiduè certans, ac ſemet vincens ſedulò, in dies & fortior, ſeipſo fiebat & melior. Præcipuè adjumento erat, crebra ac pia Chriſti cùm vitæ mortiſque, tum verò eximiæ illius charitatis meditatio, maximum divini amoris invitamentum, chriſtianæque virtutis.

Quo plus materiæ ea commentatio addebat divinæ charitati, hoc magis in Yvonis pectore exardeſcebat humanæ ſalutis & meliorum chariſmatum cupido. Eò demum res evaſit, ut Dei filio, qui ſuum caput pro noſtra redemptione devoviſſet, invicem totum ſe pro ipſius gloria & ſalute hominum in perpetuum conſecraret.

CAPUT II.

Fit in urbe Rhedonenſi Judex Eccleſiaſticus, & Pauperum Advocatus.

PERACTO Aureliani curriculo Juris Civilis, redit in Britanniam, atque Rhedonibus commoratur, ubi ſocietatem init cum Doctore celeberrimo, qui exponens quartum librum Magiſtri Sententiarum, eminenter Yvonem promovit in Scripturæ ſanctæ ſcientiam. Archidiaconus Rhedonenſis dignitatem Judicis Eccleſiaſtici illi commiſit, quam lubens accepit, eo fine ut laboraret impenſius ad Dei gloriam & ſalutem animarum; nec tamen ullo pacto amovebatur à Theologiæ ſtudio, nec moderabatur exercitia pœnitentiæ.

Orphani, viduæ, ac pauperes in Yvone ſolatium reperiebant & refugium: æqua & recta judicia, æqualiter & diligenter exercebat. Sententiam numquam proferebat niſi cum uberibus lacrymis, extremi & divini judicij memor, cui judices ipſi terreni omnino ſubſunt: Yvo religioſus atque ſapientiſſimus Judex, Juris Civilis rationem nunquam ab æquitate ſejungebat. Contra fidem, amici causâ, Vir bonus iſte nil unquam fecit, ne ſi Judex quidem eſſet de ipſo amico: Qui litem amittebant, aut evincebant, pari veneratione proſequebantur Yvonem pariter perſuaſi de ejus incorrupta integritate.

Tres mercatores conſociati peram pecuniâ plenam, quæ ad eos communiter pertinebat;
A inter manus hoſpitæ deponunt, eâ lege, ut fiat tantum reſtitutio tribus ſimul ipſis, nec aliter. Vix domo exeuntibus, & adhuc colloquentibus ad januam, illorum unus tanquam miſſus ab aliis pedem refert, ſummam repoſcens à depoſiti cuſtode, quæ facile fidem adhibet, ob ſociorum proximitatem. Perfidus cæteris inſciis, cum nummis fugâ ſibi conſulit: quâ compertâ malitiâ, ambo alij reſtituere cogunt hoſpita. Yvo prudens perinde ac ſanctus, judicium diſceptavit, decernens actoribus ſatisfieri, obſervatâ conditione, quam propoſuerunt, modò ſcilicet tres adſint conſociati.

Adeò caſte & religiosè Yvo judicat quod
B natura probat & præſcribit, ut naturâ non diſciplinâ conſultus eſſe videatur: ſed minorem non meretur laudem ob generoſum ardorem quo flagrat ad defendendos innocentes & pauperes, in quos nihil juris habet: benigne illos inviſit, & conſolatur in carceribus, ac eleemoſynis cumulat, unde meritò egenorum Patroni elogium conſecutus eſt. Charitas ejus præſertim emicuit erga viduam inhumaniter ob injuſta debita vexatam ab atroci fœneratore, & alteram feminam quæ poſtulabat, ut adoleſcens qui promiſerat eam conjugem ductnrum fore, promiſſum exequeretur. Nobilis quidam Ricardus Rufus nomine, quantum valeret beati Yvonis protectio, magnopere expertus eſt contra Illuſtriſ-
C ſimum Antiſtitem, qui eum duriter exercebat.

Diſſidia quæcumque mirabiliter componebat; perturbatos animos tranquillans, & adducens in concordiam validis rationibus & inſigni comitate. Mater, ejuſque liberi cum tutore acriter litigabant: parentes & amici fruſtra conati diſſidentes conciliare, Yvonem rogaverunt, ut intercederet, qui nihil obtinens initio, tandem Miſſæ ſacrificium offerens impetravit à Deo plenam cordium pacificationem.

Verbis & exemplo quoſcumque provocabat ad animorum conſpirationem, & meritorum communionem, ut quantum fieri poſſet, conjungerentur, ſicut primævi Chriſtia-
D ni; tam ſuavem, tamque arctam ſocietatem, ab Apoſtolis traditam, Dei prorſus munere, & tam diverſis moribus linguiſque coalitam omni conatu ſtudioque contendebat retinere; inter omnes ſibi notos, tum ne qua Spiritui ſancto injuria fieret, à quo diviuitus fuerant in eam conſenſionem adducti; tum verò ne concordiæ atque unitatis bonum amitteretur, quo nihil eſt ad res magnas atque arduas moliendas, & obſtantia quæque perrumpenda valentius.

CAP. III.

CAPUT III.

Judex in ſacro foro Diœceſis Trecorienſis inſtituitur.

OMnibus Britanniæ Epiſcopis Yvonem volentibus in ſuam quamlibet Diœceſim allicere, Epiſcopus Trecorienſis prævaluit, cujus intra ditionis limites natus erat: Inſtitutus extemplo generalis Judex in rebus ſacris, omnes citò diſſenſiones pacat: comitatur ſemper ſuum Pontificem in noſocomiis, xenodochiis, cæteriſque publicis hoſpitiis, modo non obſit Juris adminiſtratio. Licet Epiſcopus inſtanter eum compellat equitare, pedibus iter facit: ignito domus Dei exardeſcit zelo, conciones habens fetventes in cunctis, vel minimis Parœciis; imo verò aliquoties die quolibet quater concionatur in templis ab invicem plus unâ leucâ diſſitis.

Mirum dictu! laboribus & defatigationibus maximè augetur ejus fervor. Jam tunc incipit quotidie ſeverius jejunium colere, pro cibo & potu contentus pane non farreo, ſed atinceo, vel hordeaceo, vel avenario, & aquâ ſimplici. Aſſerunt eriam Scriptores totos aliquando dies exegiſſe, nec manducantem, nec bibentem ullo modo: obducto cutæ titulo ad cuſtodienda ſacra ornamenta & Reliquiarum theſauros, in Eccleſia pernoctabat coram auguſtiſſima Eucbariſtia, non quietis causâ; ſed utique vigil, & ſine intermiſſione orans, ubi multis cœli favoribus affectus eſt.

Nocte quodam (*Olivarium* nominant) illum comitante, horribili tonitruorum remugitu cœlum concrepat, itaut Eccleſia videatur penitus everti. Yvo conjicit oculos in locum ubi reconduntur Sanctorum Reliquiæ, eodemque momento ſanctus Tugdualus apparuit Yvoni, ſub oculis Olivarij, qui audivit etiam mirum utriuſque colloquium, quo per multas horas peracto, Yvo manifeſtavit Olivario præclara beneficia quibus à Deo cumulatur, dicens: *Inter hoſtes pax coaluit, laudemus Deum.*

Aliàs Columba alba & lucida ſedem figit in capite Yvonis, intra ſacrarium ejuſdem Eccleſiæ, præſente Olivario, qui miratur inſolitum ſplendorem tenebras omnino diſſipantem, cujus notitiam vulgari ſtrictè prohibet Yvo priuſquam fato fungatur. Narrant Hiſtorici vigiliarum Yvonis cauſam fuiſſe defenſionem ſacrorum lipſanorum, opumque Eccleſiaſticarum, eo quod Regis Galliarum Miniſtri ab Epiſcopo & Capitulo Trecorienſibus ingentem pecuniæ vim expetentes, illa uſurpare vellent: effractis Eccleſiæ januis, eo dementiæ & furoris pervenerunt, ut abſente Yvone, omnia conati ſint abripere.

Vulnerato licet graviter eorum uno aliquo, dum ſe violenter adeò gererent, ab iniquo propoſito non deſtiterunt. Argenteum vaſarium jam vi aſportarant, aliaque pretioſa inſtrumenta, Epiſcopi quoque ipſius ſupellectilem ſibi vindicarant abſque ulla reſiſtentia. Accurrit tamen venerandus Judex minas intentans, Deique nomine imperans ablata reſtitui. Furioſi eodem momento conquieſcunt, pallentes ac trepidi ſancti Sacerdotis voci illicò obtemperant.

Declarantibus verò infixum hærere animis ſuis probrum, Britanni timebant ne Yvo in cuſtodiam apud Gallos duceretur: è contrario poſtquam ſolidam vigilavit noctem ad theſauri conſervationem, inſani uſurpatores poſtridie ab eo veniam expoſtularunt, & vulneris inflicti curationem, quam beatus Yvo ſuis precibus ſtatim impetravit. Finem huic omni negotio feliciter dedit, Lutetiam proficiſcens, ut eâ quâ par eſt reverentiâ Regi demonſtraret audax & nefarium Miniſtrorum facinus, qui juſtâ commiſeratione prohibuit, ne deinceps Eccleſia Trecorienſis ullâ agitaretur moleſtiâ.

Divitias & opes omnino abdicabat Yvo, niſi ad domus Dei decorem, & pauperum ſolatium: probè noverat, docebatque, quo plus accreſcunt divitiæ, eo magis ſecuritatem, gaudium, tranquillitatem decreſcere, quæ, ſi cum illis creſcerent, tolerandæ quidem, modo bonis moribus non adverſarentur: Sed, aiebat, ſunt quæſitu difficiles, cuſtoditu anxiæ, amiſſu flebiles. Si ſparſæ fuerint, decreſcent; ſervatæ, hominem non divitem, ſed occupatum; non dominum faciunt, ſed cuſtodem.

Arbitratur Yvo Spiritu divino afflatus, divitem non habere divitias, ſed ab illis haberi: Sic affatus eſt quemdam in divitiis requieſcentem: Vide, ne non divitiæ tuæ ſint, "ſed tu illarum; neque illæ tibi ſerviant, ſed "tu ipſis. Nam, ſi neſcis, plures multo ſunt "qui habentur, quàm qui habent; multo- "que crebriores, quos propheticus ſermo no- "tat, viros divitiarum, quàm divitias viro- "rum: ſic vos, veſtra cupiditas, vilitaſque "animi, de dominis ſervos facit. Uſus qui- "dem pecuniæ notus eſt, ut naturæ neceſſa- "ria comparentur: quicquid exceſſerit, gra- "ve eſt; nec jam divitiæ, ſed vincula, ſed "compedes; nec jam corporis ornamenta, ſed "impedimenta animi, & ſolicitudinum atque "formidinum acervi.

CAPUT IV.

Tertium Ordinem Franciſcanum amplectitur.

QUINDECIM annis ante mortem perfectius Deo adhærens, ſolitudini vult amplius ſe dare, & contemplationi, ut majori tranquillitate Dei ſalutare præſtoletur. Curiale Beneficium illi traditur ab Epiſcopo Trecorienſi, cui redditâ dignitate Judicis in ſacro foro, parœciam ipſe præſens feliciter incipit adminiſtrare. Hujuſmodi ſeceſſus facilis non fuit, obſiſtente fortiter Prælato, cui difficillimis temporibus beati Sacerdotis opera miras afferebat ſuppetias.

Tunc Tertio Ordini Franciſcano ſubjectus, duriores carnis afflictationes amplectitur, atque eminentiores pietatis leges, ſemper gerens exterius habitum Tertiariorum ſancti Franciſci, juxta priſcos Auctores, tunicâ coloris cinerei induebatur, cujus manicas valde amplas ſtringebat fune nodoſo: pro calceamentis utebatur ſoleis altis & detectis, quas tres corrigiæ, una ad calcem, duæ ſupra pedem fixas tenebant. Capitium minimè cum tunica conſutum erat, ſed ab ea ſejunctum: pallium adhibebat abſque colli tegmine, cujus materia, pariterque tunicæ minimo vendebatur pretio, duobus videlicet ſolidis, ſexque denariolis pro qualibet ulna.

Orabat ſine intermiſſione, & adeò attentè ut quinque, ſex, & ſeptem dies plane jejunus pluries exegerit, nec tamen defecerit ullo modo, nec vultus pallore ſit ſuffuſus; imo verò è fervore interno emicabant radii quibus ipſum reſplendebat corpus. Quamvis multis & graviſſimis negotiis occuparetur, cùm paræciorum, tùm pauperum cujuſcumque nationis, videbatur nihilominus ſemper ſoluto liberoque animo, & quaſi ab omni cura & adminiſtratione rerum vacare, propter indefeſſam Chriſti imitationem. In omnibus colloquiis de Deo, ejuſque myſteriis tractabat: De aliis, vel tacebat, vel ita parce loquebatur, ut conjiceretur facile nequaquam terrena illi arridere. Sæpenumero ex ejus ore hæc verba erumpebant: *Ieſus Chriſtus, filius Dei*, aut ſequentia: *Cor mundum crea in me, Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.*

Ad Miſſam, quam quotidie celebrabat, diligenter & religiosè ſe diſponebat, grateſque ferventes ac humillimas agebat ad finem vim lacrymarum profundens, præſertim recitando *Confiteor*, & Canonis initio, unde aſſiſtentes vehementer ad fletus commovebantur, præ intimo contritionis ſenſu. Viſus

A fuit aliquando, tempore quo ſacra elevabatur Hoſtia, globus igneus illam circumdans, qui ſe in omnem partem circiter Calicem verſans, è conſpectu evolavit.

Semper divinum Officium genibus innixus & capite detecto perſolvebat. Omnibus quæ in choro canebantur, citra ullam immunitatis ſpem, intererat, mediâque nocte ubique & omni tempore ſurgebat, ut Horas matutinas recitaret, quamvis in alieno domicilio, aut per viam pernoctaret; deinde flagris ſe cruentis dire percutiebat pro converſione peccatorum. Diverſatur apud amicum quadam nocte, qui illi cubiculum ſuum & inſtructu magnifico ornatum cubile cedit. Hoſpes
B intereà divinitus monetur ut quærat Yvonem, quem invenit in rupe vicina ſe flagellis acerbis excruciantem.

Tranſactâ nocte in profunda meditatione, paululum quieſcebat, Sole exoriente ſupra ſacrarij Trecorienſis pavimentum, dum ibi degeret, petrâ utens pro cervicali; nudam humum domi ſuæ, pro lecto habebat, cum modica ſtipula, ſacro Bibliorum codice pulvinaris locum tenente: verùm ægrotans ſupra tabulam virgultis textam & ſtramento impoſitam dormiebat, coram Jeſu crucifixi effigie.

Somnum capiebat aliquando veſte indutus in parœciæ templo ſupra elatum tumulum; dumque diverteret apud amicos, illum in le-
C ctiſternio ſolenni collocantes, tunc præſertim poſt meditationem longam & ferventem humi breviter decumbebat. Mauricius quidam ſe tradens quieti in camera Yvonis audivit diſtinctè verba hæc: Vir ſanctus in petra reconditur. Expergefactus clarâ ejuſmodi voce, abſentem quærit Yvonem, & invenit tandem intra cœmeterij limites, in lapide cavato, ubi, juxta Majorum traditionem, olim vir eximiæ ſantimoniæ duram ac ſeveram vitæ rationem obibat.

Quo magis beatus Yvo vigilantiam & laborem amplectebatur, eo plus abhorrebat torporem pœnitentiæ contrarium: duas ſpecies otij deffiniebat, operoſi alteram, atque ipſa in
D requie laborantis, ac circa honeſta & pia ſtudia ſoliciti, quo nil eſt dulcius, cui ferventer inſiſtebat Yvo: alteram, inertis & languidi, & ſolam requiem complexi, quo nil fœdius, nil ſimilius eſt ſepulchro, quod deteſtabatur Yvo. De primo otio, ſæpe magna quædam opera, & mundo utilia, ſuis auctoribus glorioſa, & Deo grata proveniunt: De ſecundo autem, nihil unquam niſi inglorius torpor ac marcidus. Primum illud virtute præditis, contemplationi, & actioni inſiſtentibus: Hoc ſecundum, pigris ventri, ſomnoque nimis deditis peropportunum, ubi nullo interpellante edant licenter ac dormiant. Beatus Yvo ſemper dormiens in pectore Chriſti per meditatio-

nem, ſemper operabatur, per virtutis legum continuam obſervationem.

CAPUT V.

Concionum ejus vigor & energia.

Celebrari ſatis non poſſunt ſacra ſolicitudo, quam erudiendis Parœciis adhibebat, cura perpetua & indefeſſa ad Sacramenta illis adminiſtranda, aquæ tandem dulces, quæ in gaudio hauriebantur de fontibus piorum ſancti Viri colloquiorum. Lacrymæ uberes quas effundebat, peccatorum audiens Confeſſiones, illorum corda vehementer percellebant ad ſtabilem pœnitentiam: gerebat ſemper in pyxidula argentea collo ſuſpenſa Hoſtias conſecratas, quas ægrotis offerebat, ſi opus eſſet: in promptu illi erant, in omni rerum concurſu, Breviârium & Biblia, ut tacitè precaretur, ſtudiis navaret operam, & oves paſcuæ ſuæ exhortaretur ad virtutes.

Verbum Dei, more Apoſtolico, ſpargebat per totam Britanniam, in minimis pagis, pedibus iter faciens, cum ſimplici & probo famulo. Tantus erat populorum concurſus ad ejus Conciones audiendas, ut ſæpenumero ſuggeſtus extra Eccleſiam, & in mediis campis poneretur. Licet feſſus multum de viâ, B & aliis laboribus obrutus, nullo modo tamen divertebat apud auditores, qui illum invitabant ad cibum & ad quietem, ſed veſperè ſolitarius parcè veſcebatur in vili tugurio. Die Chriſto patienti conſecrata poſt ſacrorum Myſteriorum interpretationem ac præconium, in ſeptem diverſis Templis, pronus & exanimis corruiſſet, niſi eum labentem ſuſtinuiſſet alterius officioſa manus.

Familiariter colloquebatur cum agricolis & opificibus, quâ, ſeorſim, dum in opus incumbebant, quâ communiter, dum cœtum componebant; tuncque eos validè compellebat ad fugam peccati, ad virtutis cultum, & ad Dei voluntatem exequendam, proponendo quatuor hominis noviſſima, aut exemplum Sanctorum: Si aſcendat in concionale pulpitum, genibus confeſtim innixus, cum lacrymis & tanto fervore à Deo poſtulat auditorum converſionem, ut ipſi jam commoveantur auditores; ſed multò magis, dum Chriſti dogmata ad Concionem explicat; ipſe enim lacrymabundus, verbis ardentibus, quaſi jaculis igneis, eâ quâ valet dicendi vi, deſides inſtigat, reprimit præcipites, inertes accendit, auditores denique de cœno vitiorum eripit, & Divino addicit cultui, nemini parcendo, & generosè redarguendo primarios etiam homines.

Nobilis quidam (Derienum nominant) impudenter & impunè puellis ſtuprum infe- A tebat: ſolus *Yvo* Concionator verè Apoſtolicus, non Cathedrarius Philoſophus, illum aggeditur, tanto fructu oſtendens criminis atrocitatem, ut Derienus morum corruptelæ finem imponat.

Duos Eccleſiaſticos, qui conſuetudine & familiaritate cum mulieribus libidinum notatis ſunt conjuncti, *Yvo* tam prudenti zelo adit & alloquitur, ut eos à turpi vita ad emendationem omninò avocet. Plures alii impudici fœneratores, aut violenti exactores pecuniæ de iniquitatum barathro emergunt, beati Patris ſolicitudine; in Clauſtrum aliqui ſe receperunt, ac præſertim inter cæteros, homo ſpectatiſſimus Thomas de *Kerimello*, cujus fama eſt celebris, vota nuncupat ſolennia.

Per octo annos Parœciâ Treſdenſi gubernatâ, uberrimo fructu ad ſalutem animarum, ab Epiſcopo, Lohannetenſi Eccleſiæ Curiali præficitur, ebrioſis, adulteris, avaris, & Divini Numinis obtrectatoribus, plenæ. Dies Dominici & feſti diſtinguebantur tantum effuſis in omni intemperantia libidinibus, unde ruina incolarum deploranda oriebatur, artificio fraudulento implicandæ producendæque litis. Mox ut *Yvo* Rector eorum incipit eſſe, regnat pax inter illos, omneſque florent virtutes: cognominabant eum vulgò probum Patrem, & latè in tota regione ſancti Dei Preſbyteri titulum aſſecutus C eſt, omnibus licet difficilibus & moroſis in deliciis erat, & cives cujuſcumque loci, ubi ſemel Conciones habuerat, ad eum audiendum per univerſam Britanniam circumibant.

CAPUT VI.

Ejus humilitas, patientia, charitas.

Quamvis ipſo nomine quidpiam vile & exiguum humilitas præ ſe ferre videatur, virtus tamen magnorum eſt, quoniam eſt virtus perfectorum, animumque erigit ad D altiora. Sine hac, quæ virtutum fundamentum eſt, quicquid in ſpirituali ædificio ſuperextruitur, nec ſolidum erit nec ſtabile. Hoc poſito fundamento beatus *Yvo* illuſtria aggreditur ſine timoris periculo, ardua ſine metu difficultatis. Verus ſanè humilis noſter *Yvo*, ſe prorſus deſpicit, neque humilis, ſed vilis vult reputari; honorem omnem in Deum refert, & in omnibus de ſe diffidit, gaudet contemptu ſui, hoc ſolo ſuperbus, quod laudes ſpernit: ſe ipſum conſiderat juxta ea quæ ex ſe habet: alios vero ſecundum ea quæ habent ex Deo, & ſic aliis ſe conferens, ſe omnibus deteriorem arbitratur: hoc eſt enim ingenium humilitatis propria mala aliorum

bonis comparare: ex quo vel quilibet perfe- A ctiſſimus poteſt ſine mendacio ſe cæteris imperfectiorem exiſtimare.

Occurrentes pauperes blandè & comiter ſalutabat, atque domi ſuæ excipiebat omni benignitate, lavandis manibus offerens ipſe aquam, ac illis miniſtrans, capite nudo, cibum & potum. Quamvis egenorum ſocietas ei magis arrideret, quam divitum & nobilium, omnes tamen amabat & venerabatur ut ſuos ſuperiores & magiſtros. Cum aliquando ſe diſponeret ad concionandum in celeberrima audientium corona, Religioſo Dominicano libenter locum cedit, irritis ſupplicationibus aſſiſtentium, qui noſtrum *Yvonem* alteri præferebant. B

Non minus patiens eſt quam humilis: injurias & quæcumque adverſa æquo animo ſuſtinet, dicendo tantum exprobrantibus: *parcat vobis Deus*: de ſui tritici direptoribus ſic loquitur corde tranquillo: *Impertiatur illis gratiam Pœnitentiæ Deus: indigent illi, ego non egeo.* Firma erat ejus voluntas ad quæcumque mala propria, & aliena, privata & publica toleranda. Nulla eſt virtus, cujus exercendæ crebriores incidant occaſiones. Tot enim irruunt malorum agmina, tot nos obſident adverſarii, ut rectè dictum ſit; *militiam eſſe vitam hominis ſuper terram.* Nullum penè momentum labitur, quo ſtrenuè dimicandum non ſit. Ut deſint externi hoſtes, ſatis ſibi C quiſque infeſtus eſt: ex nobis & in nobis naſcuntur qui nos cruciant & exercent.

Yvonis ingenita indoles gratiâ Dei roborata, & aſſiduum certamen contra cupiditates egregium illum victorem proprii amoris effecerunt, nec deinceps ullo modo mentis ejus tranquillitatem perturbaverunt; lites nihilominùs inter alios exortæ, moleſtia illum afficiebant, abſque pacis internæ detrimento, Starim namque componebat diſſidia, fortiter & cum ſuavitate: charitas quidem Yvonis patiens erat & benigna: quantum, quæſo, charitas Yvonis fuit benefica & benigna erga pauperes ſcholaſticos urbis Rhedonenſis, quibus ibi degens, ad victum & veſtitum neceſſaria tempore ſtudiorum ſuppeditabat quolibet terno die? Solennibus Feſtis Reſurrectionis Chriſti, Pentecoſtes, omnium Sanctorum, & Natalis Domini illos invitabat ad menſam ſuam. D

Reditibus annuis, dignitate Judicis Trecorienſis in Foro ſacro, adauctis, in ſeipſum magis parcus, in egenos & mendicos fit liberalior, quibus panem ſibi neceſſarium diſtribuit.

Orphanis erogat non ſolum corporis cibum, ſed etiam mentis illos imbuens documentis cœleſtibus: ſi quos autem præceptoribus publicis tradat, ſumptus impendit: adeo ſtudioſè veſtit nudos, ut eâ de causâ ipſe multoties ſe propriis veſtibus exuerit, ſicut contigit, dum Trecorienſe ptocbotrophium viſeret.

Magis exardeſcit ejus charitas in ſolitudine, ubi publicam nempe egenorum domum ſuis impenſis conſtrui curat. Commorantur hic & lautè ſuſtentantur, aſſidentes honorificè menſæ Yvonis, qui pane & aquâ veſcitur: ſæviente frigore nunquam ad ignem accedit, licet luculenter pauperes ſe calefaciant, in ædium patte, quæ ad noſtram uſque ætatem videtur in pago quem vulgo nuncupant *Kermartinum*. Singulari privilegio omnes quicumque pauperes Armorici & alienigenæ huc ſe noctu recipiunt, ad quorum ſolatium domus hæc planè dicatur, cum etiam ipſi conductores armentarium pecus ibi ſiſtere nequeant.

Si inter mendicos, quorum pedes lavabat, quidam lepris infectus reperiretur, vel morbo quodam fœdo & contagioſo laborans, totum ejus corpus officioſè abluebat. Oſtenditur adhuc in area domus *Yvonis* noſtri labrum ingens lapideum, ubi majores tradunt opus iſtud charitatis exercuiſſe. Notatur quoque in eodem loco figurâ pedis impreſſa, quam credunt eſſe pedis Viri Sancti veſtigium, ad perpetuam illius memoriam.

In margine putei, ſecundum hujuſmodi craterem, in ſilice, ex quo componitur, duæ perſpiciuntur foſſulæ, quas putant excifas â genibus *Yvonis*, dum aquam hauriret. Novem annorum ſpatio familiæ integræ, ad ultimæ neceſſitatis anguſtias adactæ, hoſpitium præbuit, illam accipiens tecto, foco, menſâque. Tempore famis, omni frumentario commeatu, pauperibus diſtributo, unum panem reliquum, ad ſuum & Vicarii uſum, volebat illis erogare. Conatus eſt Vicarius amicorum illuſtrium interventu, huicce largitioni obicem ponere: Tunc Vir Sanctus panis partem dedit Vicario, qui ſub clave illam cuſtodiens, nil tamen invenit, borâ cibatus.

Verum ſpectata quædam mulier *Yvoni* tunc obtulit tres panes mantelo involutos quod è conſpectu citò abiit, ſimul cum benefica Domina.

Ducentis egenis ſtipem cogentibus eodem tempore, quo valde modica eſſet annona, apud miſericordem *Yvonem*, recurrit ipſe confidenter ad Deum, qui pauca cibaria adeò amplificavit, ut ducentis planè ſaturatis, plurima quæ ſupererant, ſecum gaudentes aſportaverint. Sæpe fruſtulo panis cuilibet pauperi accedenti impertito, omnes mendicantes ad ultimum erant contenti. Multoties panis non deficiebat, diſtributione continuâ, eadem quantitate in fine largitionis remanente, quæ exiſtebat initio.

A famulo monitus *Yvo* quod in extrema rei frumentariæ difficultate omne triticum fuerit diſperſum, excepto modio; rever. "

„ tere, ait, Vir Sanctus in horreum; & in „ Domino confide, nil tibi deerit: veritatem rei probavit eventus, mirabili multiplicatione.

Cum cæteras animantes, natura abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cæleſtia ſemper elevatus *Yvo* negligebat terreſtria, ſeipſum quoque velut terrenum arbitrabatur & contemnebat, diligenter curando; ut ad ſublimia promoveretur, ad quæ alios quoſcunque provocabat verbis & exemplis, illis carnalia abundanter ſuggerens, ut ſpiritualibus illos inſtrueret.

CAPUT VII.

Charitas Yvonis in proximum.

SI Deus ſemper & ubique miracula patraret ut illuſtres redderet amicos, quò magis eos creaturæ colerent, eò minùs perfecti & grati fierent creatori, quia minor illis ſeges ſuppeteret exercendæ virtutis: Si Britanniæ Apoſtolus, cujus mirandа enarramus facta, ab omnipotenti Deo ſemper obtinuiſſet precum ſuarum effectum, nec patientiæ, nec animi magnitudinis, nec charitatis tanta edidiſſet acta. Cum non liceret ei per inopiam mendicantibus ſatisfacere, pecuniam mutuò ſumebat, pignori dabat ſuas veſtes, ipſum etiam capitium. Planè nudus interdum cogitur uti panno vili & lacero, ut ſe tegeret. Tradito cuidam pauperi capitio quartæ partis leucæ iter conficiens, capite nudo, à manu Angelicâ capitium recipit. Conſtat plures habuiſſe Angelos ſuæ menſæ accumbentes ſub ſpecie peregrinorum.

In promulſidario ferculo quidam lepris infectus victum emendicat: propter amorem Dei è menſa *Yvo* protinus conſurgit illum menſæ ſeſſionem inire compellens, & in eadem ſcutella ſecum mandere. Mirum dictu! Elephantiacus, ſummâ venuſtate nitet, ejuſque veſtimentum album fit ut nix, deinde ſplendore incredibili, per totas ædes diffuſo, ſtans firmiter, clamat, *Dominus vobiſcum*, & cœtum inſolita replens ſuavitate recedit.

Beatus *Yvo* excubans ad lectum matris morbo laborantis mortifero, nihil omiſit ut conſolaretur in extremis genitricem, quæ tam egregiam navaverat operam, filii juvenis honeſtæ educationi: quæ charitate exequebatur erga pauperes, eadem juſtitiâ & charitate efficiebat erga parentes. Matre optimâ morti viciniore, quam vulgo crederetur, *Yvo* ex ejus cubiculo egreſſus, & videns diabolum in medio quercus, quid expectas? „ ait famulus Dei, malignus ſpiritus reſpondet, animam expecto hujus moribundæ, „ eo quod operæ pretio fruſtravit villaticas,

A „ quæ juſſu ejus ſtamina dedecebant.

Vir Sanctus confeſtim rediens, imperat in ignem projici omne filum & ſtamen obvium. Quodcunque alieno ære liberum erat, remanſit intactum; reliquum autem cito fuit flammis redactum in cineres. Ægrota quæ contigerant, agnoſcens, ære alieno ſe prorſus eximit; per Pœnitentiæ Sacramentum animi maculas deterſit, beato filio ejus Confeſſionem excipiente, qui illi omnia adminiſtravit Sacramenta, eamque ad mortem adeò fauſtè diſpoſuit, ut omnia mentis prædeſtinata indicia præbuerit.

Beato *Yvoni* recitatis defunctorum ſuffragiis pro genitricis anima diabolus iterum apparuit in eodem loco: Quid hic agis, inquit *Yvo*, ob eundem finem, quo prius, reſpondet Sathan, videlicet, ut auferam quod meum eſt: ſubridens *Yvo* ait: Sanctè diem clauſit ultimum, quia prorſus nomina ſolvit, & Angeli pſallentes & læti illam ad cœlum evexerunt. Ad hæc verba, malignus ſpiritus, ingentem edens fragorem velut tonitru, tumultuosè arborem frangit uſque ad radices, & fugit: arbor in eodem ſtatu execrando nunc perſeverat, ſub communi titulo, *Diaboliquercus*. Viget nihilominus quodam modo, & quotannis producit folia & glandes, infauſtè tamen & inauſpicatò, cum lignum ejus incenſum nunquam luceat, ſed tantum nigredinem contrahat, & redigatur in cineres.

Lignaria materia, ad conſtruendum pontem in Diœceſi Trecorienſi, requiſita non ſatis ampla reperitur, architectorum incuriâ: miſertus *Yvo* ſe confert in operis locum, atque ſuis precibus obtinet à Deo ut trabes & tranſtra fiant juſtæ proceritatis & longitudinis.

Perfectè igitur beatus *Yvo* diligebat proximum, quia verè Deum amabat: omnibus beneficia conferebat, omnibus proderat, omnes amore & obſequio præveniebat. Beneficia autem læto animo & prompto indigentibus exhibebat, nullâ intercedente morâ, niſi in accipientis verecundiâ. Sufficit ad remedium triſtius quidquam paſſis, quod eorum indigentiam ſciat. Non expectat poſtulationem mendici: moleſtum æſtimat & onerosum hoc verbum (*Rogo*) pauperis deſiderium occupat & antecedit, antequam rogetur, multiplicat ſic *Yvo* munus ſuum.

CAPUT VIII.

Miracula operatur in vita

PROPTER fluminis extra alveum eruptionem excluditur iter ad pagos, quos cupit documentis Chriſtianis imbuere: Signo tamen Crucis aquæ redeunt intra ſuos limi-

tes: mox ur tranſierir ſalvus, denuo pontem ipſum aquæ inundant & operiunt. Miraculum iſtud ſequitur extemplo aliud, non minus inſigne, converſio videlicet omnium hujuſce Concionatoris Apoſtolici audirorum.

Spectatiſſima Domina quædam in lecto decumbens, proprer morbum inſanabilem rogavit Sanctum Virum, ur cum ea manducarer, verùm fruſto panis aquâ macerato quam noſter Yvo bibebat, ita convaluit, ut per viginti annorum ſpatium nullâ deinceps affecta fuerit ægrirudine.

Alanus quidam vexabatur à pervicaci diabolo, qui dirarum imprecationum omnia contemnebat fulmina, jactans ſe nunquam egreſſurum. Præcepit Sanctus Yvo ſuum in cubiculum perduci, ubi poſtquam torâ nocte Deum precatus eſt, quievir Yvo paululum humi, ſole exoriente, nihili faciens horrendos Sathanæ ululatus. Solâ verò divini famuli præſentiâ dæmone expulſo, Alanus tranquillam egit vitam per qnindecim annos, uſque ad obitum.

Igne tam violento conflagravit domus Hamonis incolæ Lohanneri, cujus Yvo Paſtor erar, ur cum humanis auxiliis non poſſet extingui, ſupplicirer appellarus ſit Yvo qui confeſtim Signo Crucis incendio finem impoſuit, bis verbis, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Aves magis agreſtes, & immanſuetæ, inter ejus manus conquieſcebanr, nec evolabant abſque ejus imperio: Angeli ipſi ſub volucrum ſpecie blandiebantur. Cum aliquando pauperum multiıudini epulum daret luculentum, medio in convivio miram accepit conſolationem ab ave pulcherrimâ, novæ & incognitæ ſpeciei, quæ ſupra capitium ejus ſedens initio, deſcendit tandem ad humeros & veſtes, deinde inter brachia, moru alarum, & oculorum ſuavi contuitu ſummam demonſtrans lætitiam. Albedinem nivis ſuperabanr jugulum & ſtomachus; dorſum & pennæ praſino diffuſiori & lætiori omnes accumbentes mirificè recreabant, undè conjiciebatur de numero cœlitum eſſe. Beatus Yvo denique cœ„leſti huic volucri abeundi dans veniam; ſar, „inquit, erga nos uſus es blandiriis; ; In „nomine Domini recede; & ſtarim eva„nuit.

Adoleſcente quodam ſe in Clanſtrum recipiente, ut vota ſolennia nuncuparet, mater ejus interventu Y*vonis* efflagiravit illum ſibi reddi. Vir Sanctus, contemplationi per „aliquod tempus datâ operâ; ne amplius „doleas, ait marri, brevi perſpicies filium in „domicilio materno: adeò terræ oblectamen„ta mentem ejus ceperunt, ur Religioſa ex„ercitia illi ſint oneri: eventus Prophetiæ „veritatem probavir.

Nobilis Parœcius Lohannetenſis (Coatponrum nominant) ab Eccleſia plerumque exibat, pro ſuggeſtu concionante Yvone, protervis ſignis oſtendens ſe conremnere, quæ proferebantur. Quam aliena eſt à pietate, "hujus hominis vivendi ratio, qui ſalutis cu"ram tantopere abjicit, ait Prædicator Apo"ſtolicus: Si in chorearum celebritate ſal"tatio eſſet exercenda, lubens moraretur. "Sed audiens verbum Dei credit ſe rapi ad "ſupplicium. Cum exhortationes nil obti"neanr, rogo Deum ur morbo laborans reſi"piſcat, & exercitiis Pœnirentiæ admiſſas ex"pier noxas. Poſt quindecim dies paralyſi "corripirur ſuperbus iſte & inſolens homo, quæ illum lecto per annum affigit, ubi per fauſtum otium ipſi licuit, annos elapſos in amaritudine animæ recogitare: Beato poſteà Y*vone* è vivis excedente, & magnam miraculorum multitudinem operante, paralyticus jubet ſe tranſvehi ad ejus tumulum, ubi de ſacrilega inſolenriâ humillimam petens veniam, perfectam ſanitarem impetrat.

Quod Yvoni curam & ſolitudinem afferat, nihil eſt prætet eorum quos vel à gratia Dei decidiſſe, vel in ea parum valere, ſalutem atque Religionis incrementum: idque eſt proprium, ur infirmos aur imperfectos homines, quos illa, qua Deum amat charitate, amplectitur, velit atque cupiat charos Deo eſſe, & eundem obrinere apud illum gratiæ & amoris gradum, quem ipſe obtineat, aut etiam ampliorem, adhibeatque non ſolum vota ſua ipſe, ſed induſtriam atque operam, nullam recuſans aur deprecans laborem, dummodò eorum ſaluti & utilitati proſpicatur.

CAPUT IX.

Mors ejus, miracula, & inter Sanctos Relatio.

ANNO 1303. regnante in Gallia Philippo IV. cognomine pulchro, & Joanne II. in Britannia Duce, menſe Aprili exeunre, monerur Y*vo* divinitus de mortis vicinia rribus hebdomadis, antequam eveniat: cum lætitia gratias agens de ram fauſto nuncio Kermartini in morbum incidit: iiſdem afflictationibus corpus ſuum vexat, ægrotans, quas ſanus & vegetus adhibebat, humi decumbens im modico ſtramine, Deumque orans indeſinenter cum lacrymis coram Crucis Imagine parieti affixa, juxta pulvinat.

Die Mercurii, valdè manè, paulo ante obirum, præ nimia debilirate, ſe in pedes erigere non poterat; ſurrexit tamen, & rem ſacram fecit in proprio Sacello ab Abbate Boniportus, & Alano Trecorienſi Archidia-

cono fultus ; excepit quoque poſt Miſſam multorum Confeſſionem. Eodem die inviſitur à Trecorienſi Judice in ſacro foro, & à Rectore parœciæ vicinæ, qui conſpicientes veſtibus ſolitis indutum, rogaverunt illum enixè, ut ampliori paleâ pro cubili uteretur. Je-
,, ſus Chriſtus, inquit citò, multò duriora
,, ſubiit : bene me habeo ; graviores pœnas
,, mereor.

Die Jovis iterum ex ſtrato exurgit de tota vita rite confeſſurus venerando Sacerdoti (Gauffridum nominant) qui poſt mortem ejus juratus affirmavit Yvonem nullam unquam noxam letiferam admiſiſſe, tamque illæsâ munditiâ præditum eſſe, ut nullum unquam piaculum vel leviſſime præclaræ huic virtuti adverſum ei acciderit. Vulgatâ famâ ægritudinis extremæ, omnes undecunque accurrerunt, ut eum ſemel adhuc inviſant & audiant ; Lohannetenſes præſertim incolæ ſolicito animo ad id incumbunt, quibus per famulum ſuum Jacobum mandat non ita urgere, cum ipſi melius eſſet.

Die Veneris ſpectatiſſimus aliquis Sacerdos innuit Medicum accerſendum ; Adeſt, inquit Yvo, oſtendens Crucifixum, adeſt Medicus ſanans cunctas infirmitates & omnia vulnera. Die Sabbathi ad veſperam Sacramento extremæ Unctionis munitur, ſapientiſſime reſpondens adminiſtratori, nec ullo modo avertens oculos ab effigie Crucis. Deinde gratiis Sacerdoti & aſſiſtentibus actis, ſpiritum ſuum Deo commendat, nec amplius creaturas alloquitur : per totam noctem ſemper crucifixum attente conſpexit, manus ſæpe jungens, ſuaviter ſuſpirans interdum, & lacrymarum ingentem profundens copiam ; aliquando etiam formans ſignum crucis. Denique ſub Solis ortum die Dominicâ infra Octavam Aſcenſionis oculos jucunde claudens, quaſi ad ſuaviter dormiendum, dulciter obiit 19. Maij 1303. natus annos 55. non adhuc completos.

Venerandum Yvonis Corpus effertur in primariam Eccleſiam Trecorienſem, quo univerſa hæc civitas, vicinique populi velociter confluunt, manus ejus & pedes pie deoſculaturi, lintea quoque, pannos, & alia id genus contactu venerandi Sacerdotis conſecranda oblaturi, quæ velut ſancta lipſana diligenter aſſervabant : alterâ veſtium parte à fidelibus abſciſsâ, eodem pio fine, pars altera in theſauro Eccleſiæ Trecorienſis ſtudioſe reconditur. Corpore ſolenni & auguſto apparatu terræ mandato, Deus famulum ſuum plurimis illuſtrat & inſignibus miraculis. Sexdecim mortui ad vitam revocantur : viginti & amplius naufragantes è mediis & profundis aquis emergunt, & innumera ægrotantium multitudo mirabiliter convaleſcit beati Yvonis interceſſione.

A Etſi divina dona ac munera, quibus cumulatus fuit in omnibus vitæ partibus, identidem enituerint, tamen non erit abs re, quæ curſim & obſcurè de præconiis illius ſignificata ſunt, propalam licet paucis verbis contemplanda proponere. Atque (ut exponamus ea quæ vulgo plus admirationis habent ; & in ſe æquos iniquoſque convertunt) non ſolùm in toto vitæ curſu, ſed multo etiam magis in ipſo funere permulta Yvoni contigere divinitus, quæ nulla naturalis cauſa miraculo eximere queat. Ea divina ac certa teſtimonia ejus ſanctitatis diligentius perſecutus eſt Clemens VI. tempore ſui Cardinalatus, de mandato Clementis V. Joannis XXII. B Benedicti XII. ſummorum Pontificum.

Mox ut ſupremus Chriſti Vicarius electus fuit, oblatam divinitus ſpeciem excepit Yvonis, qui illum monebat de peragendo incœpto, ut tandem viro ſanctimoniâ & miraculis inclyto cœleſtes honores ritè decernerentur : Compertum eſt per inquiſitiones juridicas, cognitâ exploratâque ejus ſanctimoniâ, univerſam Eccleſiam, non minus honoris habuiſſe mortuo, quàm vivo habuerat. Nam Yvonis morte nunciatâ, haud ſecùs quàm par erat tanti viri jacturâ motus ipſe Eminentiſſimus Inquiſitor, non ſolùm Galliarum & Britanniæ, ſed totius Eccleſiæ ingemuit cladem, quâ nullam fortaſſe majorem ab irato Deo accipere potuiſſet.

Clementis autem VI. animum laxavit do- C lor ; nam unde dolorem acceperat, indidem remedium petiit doloris, quando videlicet 19. Maii anno 1547 Yvonem in numero Sanctorum collocavit. E terra corpus extractum in magnifico ponitur ſepulchro, intra ferreos conſtituto cancellos adverſus impetum multitudinis, quâ ingruente nimium, & ſemet impediente quominus appropinquaret, viſendi factâ copiâ, exponitur humi imago viri ſancti, & in loco ubi quiſque pietatis ſuæ munera obeat. Situ tamen nimis demiſſo, fideles difficulter oſcula figunt ; ideoque imagine pluſquam duobus pedibus divinitus ſe extollente, cratibuſque ex ea parte ultro & amplius apertis, pietas publica ſuum inten- D tum adipiſcitur.

Præſulibus à ſummo Pontifice deſignatis ad examinanda Yvonis miracula, Trecorium advenientibus, ejus figura omnino deleta erat in petra ſepulchri vicina, innovatur tamen, & iterum exoritur in conſpectu Sedis Apoſtolicæ Commiſſariorum, cunctis mirantibus qui aderant ; ac tandem induitur tunica cinerei coloris, quam vivens adhibebat, quâque Sacerdotes nunc venerationis gratiâ ſe operiunt antequam Miſſam celebrent.

Litigantes præſertim beatum invocant Yvonem, ut cauſæ ſuperiores abeant. Notatu dignum quod dum litigatores Armorici

rium primoribus ſanctitatis eximiæ elementis A informavit.

Guillelmus de Sabrano patruus, Abbas Maſſilienſis, Elzearium in Monaſterium ſuum allexit, ut probum Religioſum haberet moderatorem; ſed *Garſendæ* nec cordi, nec oculis ſubducitur ullo modo, quæ votis & precibus continuis plurimum ſemper contulit ad ejus ſanctitatis conſummationem.

Juſſu Caroli II. Hieroſolymorum & Siciliæ Regis, Elzearius circiter tredecim annos natus Delphinæ matrimonio conjungitur, atque apud parentes, ubi denuò noſtram *Garſendam* repetiens, priſcam innovat cum illa neceſſitudinem, quæ ad ſolius amorem Dei B ardenter contendit. Nocte quadam Chriſto commendans ferventer ad pedes Crucifixi pium hunc adoleſcentem, hæc audivit verba „ clara & diſtincta: Filia chariſſima, Elzea„ rius mihi eſt in deliciis: adſcripſi genitricem „ meam in Magiſtram: quieſce, ego, quæ „ pertinere ad illum intelligo, ſtudioſius, di„ ligentiuſque non poſſum curare. Metu ſancto perculſa *Garſenda*, Deum precatur humiliter, à Diabolo ne fallatur, ut certior fiat de revelationis veritate.

„ Poſterâ die, dum Miſſæ adeſt: Amica „ mea, inquit Chriſtus, ſermo heſternus, qui „ te pavore concuſſit, omninò menſeſt, cujus „ eventa veritatem manifeſtabunt. Prudens nihilominus *Garſenda*, fallax omne & mendax viſum abhorrens, Patrem Julianum El- C zearij ejuſque matris Laudunæ Confeſſarium adhibuit in conſilium, qui antequam reſponderet, multâ & ſagaci quæſtione ſtatum interiorem Elzearij detexit. Quodcumque, teſ„ pondet pius adoleſcens, offero Deo, gra„ tum illi eſt, interventu Reginæ Angelorum: „ nulla me unquam vagantis animi aberratio „ perturbat in meis precibus, quas ſecurè ag„ gredior ſub ejus tutela, recitando ſaluta„ tionem Angelicam, illamque rogando, ut „ quod Chriſto placet, totum occupet & re„ pleat cor meum: mens mea delectabiliter in cœlum abripitur. Deductis ab Elzeario cæteris pietatis exercitiis, quibus colebat D Reginam Angelorum, confirmatur Julianus, cùm ad dubia *Garſendæ* tollenda, tùm ad ſublimiorem Elzearij donorum exiſtimationem latius promovendam.

Garſendæ poſteà in ſacello caſtelli Anceſij ſanctæ Catharinæ ſacro, ardenter oranti pro dilecto Elzeario exhibetur in viſione ſpecies brachij è nube lucida erumpentis: tenebat manus lapidem pretioſum, radios tam emicantes ejaculantem, ut totus facet locus illuſtraretur. Timens iterum Garſenda Sathanæ fraudes, & abjectè, ſummiſſeque de ſe ſentiens, meruit vocem audire cœleſtem, quæ aſſeruit adamantem figuram eſſe virginitatis „ Elzearij: Fax erit utique præclariſſima, aiebat, quæ divinum lumen fuſe ſparget per „ univerſum orbem terrarum.

Cœleſtibus his monitis roborata Garſenda, de filio jucundiſſime gaudet ſub beneplacito Dei; ſic gaudet tamen, ut dolitura conſtanter, ſi videat illum morte præmaturâ defungi: non timet, quod eſt multo gravius, quodque ſæpiſſime accidit, è gratiſſimo adoleſcente, fore ingratum & inobedientem. De flore læta & de uberi fructu jam producto, ampliorem & perfectiorem expectat ex alto promiſſionem. Splendor virtutis, quem viderat oriri ab exemplo Elzearij, ad vota pro ejus vitæ longitudine Garſendam excitat, quæ tamen obitum illius metuens, ſic mentem ſuam erigit. Nunquam, inquit illa, dilectum Elzearium „ amittam, licet defunctum, ſed dimittam, „ ſi præveniat, ſecutura citò quidem, & for„ taſſis hodie; & quid ſcimus an hac ipſâ ho„ râ. Nulla fides vitæ eſt, quum tanta fides „ ſit morti.

Hæc ſunt præclara documenta quibus Garſenda noſtra ſuum Elzearium imbuit: hæc ſunt pariter perfecti moderatricis Chriſtianæ in charum diſcipulum, amoris argumenta.

CAPUT II.

Fortiter tuetur & propugnat virtutem S. Elzearij, ejuſque ſponſæ.

VISIONE prædictâ, licet ſtatim evaneſcente, ita perſuaſa eſt Garſenda Elzearium ad ſummum virtutis apicem jam perveniſſe, ut in dies eum magis coleret & miraretur. Plures è proximis parentibus ſponſi, & Delphinæ modeſtiam, & omnibus abſolutam numeris vivendi rationem cavillabantur. Aggrediuntur initio Delphinam, quam vocant inconſultam & temerariam, eo quod noctu diuque meditetur, nimiaque anxietate ſe cruciet; illam quoque acriter vituperant, quod ſponſum ad id genus pietatis provocet, viro ab animi robore, armorumque gloria, minime conſpicuo, ut aiunt minus congruum.

Collocant prope Delphinam moleſtas famulas, quæ facta illius durius carpant, quæ excubantes ad ejus lectum diu noctuque eam moroſe obſervent: volunt recentes conjugatos procreare liberos, fierique doctos ad morum elegantiam, arteſque aulicas. Sola Garſenda illos excitat ad incœptam vitæ piæ rationem conſtanter tenendam, & ad Tertium Ordinem amplectendum, voto virginitatis perpetuæ ſuperaddito. Jam illud Delphina ante matrimonium nuncuparat; Elzearius autem differebat.

Fato interim functis patre & matre Elzearij, contendit ipſe promptus in Regnum

Neapolitanum, Comitatus Ariani poſſeſſionem initurus, ubi commoratur quatuor aut qūinque annis. Garſenda ſemper in comitatu Delphinæ acerbâ corripitur febri in Provincia Phocenſi. Tunc verò Elzearius voto virginitatis ſe obligare peroptans, dilectam ſponſam accedere diligenter jubet unà cum veneranda Garſenda, quæ graviter ægrotans ſtare cogitur: Elzearius itaque impetratâ à Rege Siciliæ abeundi copiâ, in provinciam Phocenſem revertitur, ut febricitanti conſolationem præſtet, coram ea voti religione ſe obſtringens magno fervore.

Quantâ, quæſo, lætitiâ perfundebatur B. Garſenda, eos conſpiciens quos ferebat in oculis, & geſtabat in ſinu, tam auſpicatò adventantes, ut ſe Deo prorſus conſecrarent. Sicut prius verita, ne apparitiones, quæ præceſſerant, Diaboli eſſent illuſiones & aſtutiæ, ſic præ humilitate remanet anceps, & vult plane certa fieri de tam repentino propoſito; zeluſqoe tandem Garſendæ enitet ad manifeſtationem ſanctitatis recentium nuptorum, quorum erat arbitra & moderatrix. Subito convaleſcit: „ Bene veniatis, ait, patet nunc „ evidenter divini promiſſi veritas, veſtri ſci- „ licet voti conſummandi, antequam è vivis „ excedam.

Die Paſchæ in caſtello Anceſio illuſtre hoc feſtum ſolenniter celebrant, loci & temporis feliciter utentes concurſu, extra tumultum curiæ Regum Siciliæ, ut ſe rite diſponant ad holocauſtum quod divinæ majeſtati offerre cupiunt. Sacrificium iſtud fit tandem 22. Julij Mariæ Magdalenæ dicato, dum re ſacrâ facta in ſacello ſanctæ Catharinæ, Sponſus & ſponſa unanimiter ſe conferunt in ægrotæ conclave, quæ præ morbo graviſſimo Miſſæ non potuerat intereſſe; ſe conferunt, inquam, in comitatu Alaſiæ Religioſæ ſpectatiſſimæ, atque Delphinæ ſororis, nec non Inordi præſtantiſſimi Equitis, beatæ Garſendæ filij, qui matris perſuaſu, eodem ſe voto illigaturus erat.

Cunctis exeuntibus, januiſque clauſis, Elzearius flexis genibus, manibuſque junctis ſupra Evangeliorum librum, hæc verba diſtincte pronunciavit: *Domine Ieſu, à quo bonum omne deſcendit, fateor me non poſſe caſtitatem ſervare abſque ſingulari Dei favore: meis ergo diffidens viribus, & me, omniaque mea tuæ miſericordiæ committens, voveo tibi, ſumme Deus, ſanctiſſimæ tuæ matri, omnibuſque Sanctis, & promitto virginitatem perpetuam. Salvator clementiſſime, conſiliis meis fave, & ad optatum exitum perduc mea deſideria.* Sic ſe geſſerunt Delphina & Inordus: Finitâ ceremoniâ, Garſenda elevatis oculis, ait: *Laus, honor, & gloria tibi debentur, ô Majeſtas ſuprema, quæ me facis optatorum compotem. Nil amplius efflagito, quam tui beneplaciti executionem: donum perſeverantiæ concede.* Lætis, hilaribuſque lacrymis utrobique mixtis, perinde ac gratibus actis fervidis, prohibuit Elzearius quominus divinum hoc myſterium propatulum fiat.

A

Probe noverat nullam eſſe magis pronam ad errorem atque ad præcipitium viam, quàm per vulgi veſtigia. Quicquid enim pene vulgus laudat, vituperio dignum eſt. A Garſenda didicerat placentes hominibus Deum ſpernere, & quod placere hominibus, diſplicere ſit Deo.

Multum igitur debet Elzearius præceptis Garſendæ ſuæ moderatricis, quam Deus ab æterno deſtinavit ad perficiendum tam illuſtrem diſcipulum. B Non eſt Elzeario moleſta veritas à Garſenda prolata, & ex ea non naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ, ſed veritate à Garſenda Elzeario detectâ, mutua augetur amicitia, quæ ſecundum Deum eſt: ſicut non eget Elzearius monitis acerbis, quia innoxius eſt, ita proficit maxime prudentibus Garſendæ documentis, quia juſtus eſt.

CAPUT III.

Garſenda ſanctiſſime moritur, & gloriâ plena apparet ſancto Elzeario & ſanctæ Delphinæ.

C

CUM ultima morientium verba ſint magis notatu digna, præſtat ſequentia intexere, quæ Garſenda noſtra protulit ad ſolatium & inſtructionem Elzearij, ejuſque ſponſæ, poſtquam ſacrâ ad extremam luctam unctione munita fuerit. “ Eo majori flagro erga vos amore, quo noverim Deum vos magis peramare, poſt mutuum virginitatis votum, quod vos fortius invicem adſtringit; terræ divitias, voluptates, & honores abdicare; contendite ferventer ad cœleſtes. Longe differunt cogitationes expirantium ab iis quas viventes & ſani revolvimus. Heu D quam peccata videntur enormia, dum prope accedimus ad divinæ juſtitiæ Tribunal, ubi æternitati judicamur! Non ita percellunt & terrent dum committuntur. Multoties æmulata ſum chariſmata meliora, ſed nihil virtutis adepta ſum, nullum fere progreſſum conſecuta. Dei judicium non pendet ex conſilio creaturarum, quæ ſupra merita me magnifecerunt. Grati eſtote Deo; ne hominibus ſoliciti ſitis placere: à juventute, in qua nunc ſtatis, filioli, fidelem Creatori exhibere cultum uſque ad vitæ finem. Si, ut ſpero, votum obſervatis, gaudebunt Angeli, & ampliſſimum reportabitis præmium.

Elzeàrius & Delphina diſſecabantur cordibus, non fremendo, ut olim Judæi, Stephano ſermocinante, ſed intimo doloris ſenſu afficiebantur, ubereſque lacrymas profundentes ſe *Garſendæ* precibus impensè commendabant. Beata interim animam efflans ab omnibus veniam petit, centies adorat Crucifixum, fervidè invocat & humiliter Jeſum & Mariam. Deinde moritur anno 1320. die decimo octavo Novembris, juxta Martyrologium Franciſcanum, quamvis multi ſcriptores credant ex corporis ergaſtulo ſolutam fuiſſe non longe poſt feſtum Sanctæ Magdalenæ.

Elzearius curavit illam terræ mandari augusto apparatu & ſolenni pompa in Eccleſia Fratrum Minorum Aptenſium, ubi Elzearius ipſe & Delphina ſepeliuntur: ambobus iſtis orantibus pro ſalute mortuæ, apparuit ipſa præſertim beato Elzeario vehementer ſcire ſtatum defunctæ cupienti. E vultu ejus coruſcantes radii plenius emicabant, quibus ,,oculi ſpectatoris perſtringebantur. Juſſu Dei ,,adſum, inquit, ut te certum faciam de ,,magnifica felicitate, quam poſſideo, nec- ,,non conſolatione, quam expetieris, te ,,prorſus repleam.

Interrogavit illam Elzearius quo ſe receperit è corporis vinculis egreſſa, ubinam eſſet anima Patris Juliani Confeſſarii, an ſuæ, atque Delphinæ vitæ ratio Deo placeret;

A quidve agendum eſſet illis ut ſecundum cor ejus fierent; quid tandem Joanni Sabrano Patruelli tam dura patienti eveniet. Reſpondit Garſenda ſe ab Angelis fuiſſe directò & ſine mora in cœlos evectam, expiatis iniquitatibus ante obitum ardenti contritionis igne; affirmavit Patrem Julianum jam cœleſti beatitudine potiri: excitavit Elzearium & Delphinam ad perſiſtendum in vivendi forma quam amplexati fuerant, cui Deus æternæ gloriæ palmam parabat: cognatum autem Joannem Sabrsnum aſſeruit nondum adhuc in finem dolorum perveniſſe, nec perventu- ,,rum, niſi reſipiſcat: Deum precare pro illo, ,,piiſque tuis monitis effice, ut ab improba ,,peccandi conſuetudine abducatur.

Quæcunque didicerat divinitus Elzearius B ſignificavit Delphinæ, cui dormienti Garſenda ſe in ſplendida exhibuit viſione, mirabiliter fulgenti tegebarur veſtimento, ſupra ſtellarum ſplendorem: Gaudet tamen præſertim, & maximè Delphinâ quod, teſte Garſenda, Deus triumphum æternum decreverit, & addixerit Elzeario & Delphinæ, ob inſignem & illibatam mentis & corporis puritatem.

Sedulius, de Sillis, vetuſta ſancti Elzearii vita, quæ aſſervatur in Bibliotheca Regia, denique omnes Auctores, qui facta ſcripſerunt ſancti Elzearii multâ veneratione de *Garſenda* loquuntur.

VITA
SANCTI ELZEARII
CONFESSORIS.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas Elzearii, ejuſque à prima ætate virtutes.

CUM ſanctitas eò major ſit, quò magis rara, novumque ſplendorem raritas perfectioni admoveat, ſat mirari *Elzearii* virtutem non poſſumus, quæ perinde eminens fuit, ac infrequens & inventu difficilis. Humilitas ejus, pietas, patientia, zelus plura habuerunt exempla, quæ diligenter ſecutus eſt, imitatores etiam, qui ſe ad normam illuſtris hujus Archetypi omninò compoſuerunt: Quod attinet verò ad virginitatem conjugalem, notandum ſacratiſſimam Virginem, ſanctiſſimum Joſephum ſolos penè fuiſſe illius prærogativæ ſigniferos & vexillarios, quibus C pauci adhæſerunt, interquos apprimè elucent *Elzearius* & Delphina.

Pater ejus nominatur Hermengaldus de Sabrano. Comes Ariani, antiquâ & valdè illuſtri proſapia Phocenſi ortus. Nomen matris eſt Lauduna de Albeſio, quæ ſibi virtutis eminentiâ titulum probæ Comitiſſæ comparavit. Eodem momento quo *Elzearius* intra viſcera matris concipitur, Lauduna perfectioris vitæ rationem amplecti incipit, quamvis anteà ſemper ſe moderatè geſſerit. Conſiliis Garſendæ utens ad gradum ſanctitatis adeò excellentem pervenit, ut Pater Julianus ejus

Confeſſarius illam arbitretur ſingulare decus Eccleſiæ, cùm ob proprias dotes, tum ob perfectionem fœtus quem citò erat editura in lucem. Ortum habuit. *Elzearius* anno 1280. eximiâ præditus pulcbritudine, quem confeſtim Lauduna Deo conſecrat bis verbis. *Quem largitus es mihi, reddo tibi Domine: huicce filio meo dilecto locum da inter famulos ſuos, cæleſtique illum gratià robora: luſtralibus aquis initiatus, è vivis excedat, potius quam rebellis fiat divinis præcepsis. Præſtat juniorem mori, quam vivere ſceleratum.*

Sic fatur lacrymans præ gaudio & eâ teneritudine, quæ omnes, etiâm ad fletum minimè faciles emolliat, & ad lacrymas provocet: *Elzearii nomine* indito, jam non ut puerulus, B ſed ut vir egregius agit præſertim ad pauperum ſubſidium, quos benignè intuetur, etiam adhuc cuſtodum & procuratricum brachiis detentus, ſuiſque gemitibus intimam demonſtrans commiſerationem; gemere non ceſſat donec egenis ſatisfiat per eleemoſynas.

Hiſce ardentibus ingenuæ cbaritatis præludiis edoctæ nutrices panem & pecuniam in promptu habebant, ut ſine mora mendicis erogarentur ad egregii nutum alumni. Creſcente ætate diſtributor erat ipſe *Elzearius* & pauperes aſſidere ſuæ menſæ volebat: cum ſociis multoties luſit, ut de lucro egeni proficerent. Miſericordiam in pauperes cæteris perſuadere verbis & exemplis conabatur: inter actus Chriſtianæ beneficentiæ præcipuum tradebat locum eleemoſynæ, qua fides probatur, redimuntur peccata, emitur Cœlum. C

„ Familiariter ſic alloquebatur quemlibet
„ coætaneum: cave ne deſpicias pauperem, qui
„ cum tibi egenus ſit, te facere divitem po-
„ teſt: peccatis tuis venundatus es, redime te
„ pecunia tua, fac de inſtrumento avari-
„ tiæ, ſubſidium miſericordiæ. Hiſtrio te ad
„ riſum excitans, plenus à te recedit; Cbri-
„ ſtus offerens Regnum Cœlorum nil acci-
„ piet? Tributa Principi vel invitus ſolvis, etſi
„ ex agris nihil perceperis, Cbriſto Regi ex eo
„ quod ſuperabundat, fruſtum panis denega-
„ bis? cave ne parcens pecuniis tuis reus ſit ſan- D
„ guinis fratris tui. Si non paviſti, occidiſti:
„ cogitas amice, quam bene alii poſt te vivant,
„ non cogitas, quam male tu moriaris. Satius
„ eſt deeſſe aliquid hæredibus tuis de patrimo-
„ nio, quam tibi de ſalute. Inſpice rationes
„ tuas. Vide, quid in æterna patria, quid hic
„ poſſideas ex omnibus rebus tuis, id ſolum
„ in morte reperies quod per manus paupe-
„ rum in cœlum præmiſiſti: Argue infidelita-
„ tem tuam, invadere domum hoſtis poteſt,
„ cœlum non poteſt.

Puer erat ſpecie venuſtus, *Elzearius*, vultu hilaris, elegantiâ liberalis, ornatu comptus, oculos & corda pelliciens, omnium A benevolentiam, ſplendore frontis, ſtaturæ dignitate, aptâ corporis habitudine, membrorumque omnium concinnè inter ſe, lepidèque nexorum pulcberrimâ conformatione ſibi concilians: nec minus humilis tamen, imò humillimus erat, parentibus ſumme ſubditus, & moribus formandis præfectò, juxta Dei voluntatem.

Interior pietas enitebat in recitandis precibus, quibus præſentes valdè vehementi accendebantur in Deum amore. Guillelmus de Sabrano Patruus ſancti Victoris Abbas Maſſilienſis, ſubmiſit illum probo ſui Monaſterii Religioſo ad educationem. Diſcipuli ſubmiſſionem mirabatur Præceptor, maximè B dum interrogatur ab eo, ubinam fideles conſequebantur palmam martyrii, ubi poſſit ſuum pro Chriſto effundere ſanguinem. Quæſtio bujuſmodi celſitudinem quærentis animi probabat: patet etiam indè magnanimitas *Elzearii* qui communes virtutis leges ſtrictè obſervans, ad eminentiores aſpirat, ut perfectius Deo conjungatur.

CAPUT II.

Perfecta Elzearii mundities, ejuſque virginale Connubium.

CAROLO II. Hieroſolymorum & Sici- C liæ Rege, Maſſiliæ extante, atque ſic ordinante, *Elzearius* circiter ſolum tredecim annos natus, puellam Delpbinam duodecim annorum, conjugem duxit, cujus dotes eximiæ præclarum nomen ſibi jam conciliaverant. Abbatis intereà Miniſtri corruptelarum illecebris irretire, atque animum Elzearii à virtute detorquere conabantur. Stat nihilominùs integer vitæ, ſceleriſque purus: pravorum diaboli militum victor, *Elzearius* proponit ſeipſum vincere: anno adhuc duodecimo ætatis ſuæ ſtrictè obſervat Quadrageſimæ jejunium: carnem nimis rebellem ſentiens, fune ſe cingit nodoſo, & acuminibus cruentis repleto ultramodum: vultus pallore cognita Religioſis infirmitatis causâ, Abbas D & cæteri eum de nimia ſeveritate redarguentes, valde admirantur.

Tribus annis poſt ſponſalia, die ſanctæ Agathæ, conjugio illigantur, cunctis lætantibus, præter ſponſum & ſponſam, qui in caſtellum anceſium perducuntur conſummandi matrimonii gratiâ, ubi primâ nuptiarum nocte ſolitariis in conclavi feretto remanentibus, Delpbina in genua humiliter procumbens ſic *Elzearium* affatur. *Magis eligo tumulum quam torum nuptiarum: mors multoplus mihi arridet, quam libido. Parentes mei conſenſum meum extorſerunt, ſalvo meo virginitatis voto, etiam vitæ ipſius diſcrimini præ-*

ferendæ. Nihil igitur expectes à me niſi promiſſi Deo facti rigidam executionem. Si recte ſapias, eamdem inibis ſententiam. O quam fauſtum matrimonium virginitate Deo conjungi, & nobis invicem Divino Sacramento. A

Elzearius permotus ſponſæ uberibus lacrymis, & verbis igneis, in illius opinionem ultrò delabitur, unde mirâ Delphina Perfunditur ſuavitate: exactâ primâ nocte in Dei cantandis Laudibus, caſtum non ſumebant ſomnum niſi poſt ſerium & longum colloquium de ſublimioris virtutis legibus, & de perpetua virginitate ſervanda; ut verbis quam pauciſſimis abſolvam, *Elbearius & Delphina* viram ducebant Angelicam.

Aulicis ad terrenas voluptates allicere co-,, nantibus *Elzearium*; non ignoratis, inqnit; B
,, quantâ mea uxor ornetur venuſtate, quan-
,, toque decore fulgeat, nonne igitur omninò
,, ſtolidus eſſem, ſi alterius inſano & cæco irretirer amore. Aſpernantur ambo *Elzearius* videlicet ac Delphina quæcumque blandimenta, vel leviſſime, divino conſortio aut ſocietati conjugali adverſa. Nil volunt audire, aut dicere, niſi quod amantium Deum ingenio, atque conſuetudini aptiſſimum eſt, & convenientiſſimum.

Elzearius & Delphina qui amant Deum perfectè, & ſeipſos in Deo ſincerè, omnium eorum, quæ in amore illis unquam contigerunt, actionum ſcilicet omnium ſuarum, C & dictorum tanquam hiſtoriam propoſitam ſemper ante oculos habent; nullâque de re, aut cogitant ſæpius, aut libentius loquuntur, quam de ſuis præteritis voluptatibus Angelicis, eaſque effluere, aut ſibi ex animo elabi ſæpius memorando non ſinunr; neque ſolum ſinguli ſecum, ſed uterque inter ſe iſta conferunt, deque his mutuò colloquuntur, nullo ſæpe aur rerum aut temporum ſervato ordine: ſed pro re nactâ, aut pro eo quod eorum animi libido fert, ut quidque illis primùm ſe offert, utque eſt illis quidque ad commemorandum dulciſſimum, ita planè referunt: ſæpeque illud evenit, ut cum ad exitum, aut certè ad aliquem amorum ſuorum D ſtatum vel miſerum vel felicem pervenerunt, commemorare gaudeant principia amoris ſui ea, à quibus exorſi ad eum felicitatis aut miſeriarum gradum pervenerint.

Elzearius itaque & Delphina à primo ætatis exordio Deum, ut par eſt, diligentes, & ſeipſos invicem purè propter Deum, amorem hunc pretioſum magis in dies accendebant novis & continuis actibus, fervidiſque colloquiis, unde cœleſtes illis oriebantur deliciæ.

CAPUT III.

Elzearius mirandâ luce repletus, multa prælia propter Deum generosè ſuſtinet.

ANNOS quindecim natus invitatur cum Patruo ſuo ſancti Victoris Maſſilienſis Abbate, ad primariam novi Sacerdotis Miſſam, & ad cæremoniam, quâ nobilis quidam accingendo gladio Eques inauguratur, die Aſſumptionis beatæ Mariæ, cui lubens interfuit, nullo omiſſo pietatis conſuetæ exercitio. Mediâ nocte ſurrexit ut Horis Matutinis aſſiſteret in Templo ad ſolennes hos ritus deſignato. Conſiderans Matrem Dei in Cœlum aſcendentem ardenter exoptat ſpiritu illam comitari: Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentis hoc fine munitus, tanto Divini Amoris ardore corripitur, dum prandium ſumens propè à Patruo ſedet, ut vultus ejus prorſus erubuerit.

Viribus corporis deficientibus, quo plus anima fortior fieret, intimâ Dei præſentia, credunt compranſores *Elzearium* gravi febri laborare: collocatur in lecto, ſipario ſuſpenſo, ut plenius quieſcat. Tunc mirabiliter illuſtratur, mirificè experitur, quanta mens hominis perfuoditur ſuavitate in hac valle miſeriarum, quando Spiritui Divino afflata carnis oblectamenta penitus rejicit.

Quamvis præ humilitate profundâ *Elzearius* tacuerit hoc Myſterium, Deo tamen jubente, vulgatum fuit, ad commendationem Viri cœleſtis quem Deus exhibebat, ut omnium exemplar virtutum. Cognovit *Elzearius* in extaſi præſtantiſſimas veritates, pomparum nempe ſæculi vanitatem, periculum æternæ damnationis inter mundanas delicias, & quanto in diſcrimine verſatus fuerit propter difficultatem ſervandi theſauri virginitatis; unde concludit, licet, univerſæ terræ Imperator conſtitueretur, nulla prorſus affectum iri lætitia, tamque amare munditiem corporis & animæ, ut millies potius ſubiturus ſit mortem, quam minimam floris virginalis labem.

Quamvis ſemper comis & commodus fuerit, nec cœtus effugerit dignitati ſuæ convenientes, poſt illum nihilominus Dei tam benevolum aditum, hominum conſuetudo illi erat oneroſa: ſolitudo, ſilentium, jejunia, contemplationem, in deliciis habebat: orans aliquando, ut à Deo inſtruatur, quanam via tandem ad perfectam ſanctitatem perveniret divinum hoc audivit reſponſum; perſeveret nempe in Dei cultu, ſicut incœperat inter Aulicos Regios. Aſſerente *Elzeario* ſe fragilem eſſe & infirmum, vox cœleſtis addit,

laudandam utique diffidentiam de fragilitate A humana, modo virtus Divina attendatur, quæ homines puſilli animi roborat, & generoſos efficit.

Deinceps *Elzearius* induitur virtute ex alto, & tanto imperio pars ſuperior moderatur inferiorem, ut ne leviſſimus quidem ſit in ejus corde rebellionis motus. In eodem conclavi decumbunt ſponſus & ſponſa: uterque fatetur nullum ſentire ſtimulum, niſi cautioris verecundiæ, & magis illæſi pudoris. Non agebant temerè, utpote obſequentes divino inſtinctui, qui non vulgarem ab eis expetebat ſanctimoniam: *Elzearius* potiſſimum etiam dormiens virtutem exercebat, Delphina ſuum ſponſum ut Cuſtodem Angelum re- B verebatur, & virginitatis propugnatorem, conſcientiæ ducem, & moderatorem conſiliorum.

Deus non probans quod *Elzearius* in clauſtrum ſe reciperet, vult eum pariter cum dilecta ſponſa in Tertium à ſancto Franciſco pro ſæcularibus inſtitutum Ordinem ingredi, quo poteſt quilibet ſolitariam & religioſam aliquo modo vitam in mediis rerum temporalium tumultibus degere. Quam bonum, & quam jucundum erat audire *Elzearium* de fauſto eorum ſtatu diſſerentem qui intimo afficiuntur divinæ pulchritudinis amore!

,,Qui divitias amant, inquit, rem augent mercaturâ, qui honores ambiunt, in populi aut Principum gratiâ colligenda laborant, C quos voluptuoſa juvat vita, ii molle otium perſequuntur, iiſque artibus vacant, quibus feminarum amor maximè conciliatur. At qui cœleſtis vitæ cum Deo degendæ cupiditate tenentur vitæ genus eligunt durum, Monaſticum, voluptatis expers, laboris plenum, in quo minimum jucunditatis ſit, laboris verò & ærumnarum plurimum. Qua in vita, & omnium, quæ in vita jucunda ſunt, negatione, atque fuga, Deum cum invenerunt, non ſolum id aſſequuntur, ut Deus illis, qualis eſt omni ex parte, pulcher & amore dignus appareat, neque ſolum id aſſequuntur, ut Deo invento ſummas voluptates percipiant, ſed etiam ut illa, quæ inveniendi ejus cauſa ſubierunt D mala, labores dico illos, vigilias, jejunia, dulcia illis, & jucunda, & ampla, & optabilia ſint, adipiſcantur.

Quæ in ſeipſo *Elzearius* experitur, de aliis aſſeverat, ut ſuæ virtutis ſublimitas non pateat, quæ illum ad familiare Dei conſortium evehit. Conſtat nihilominus compotem eſſe tantæ dulcedinis: ille enim res adverſas moderatè & æquanimiter ferens, Deum tranquillo animo laudat, eique uni fidit; eam in mediis malis ex Deo, qui injuria oppreſſis ſemper adeſt, conſolationis ac ſuavitatis ſentit magnitudinem, ut jam non modo conſtanti & forti animo fortunæ damna perferat, ſed ut pro bonis ea, & optabilibus rebus habeat.

CAPUT IV.

Deſcribuntur amplius cœleſtes favores.

DIURNUM tempus nimis breve exiſtimans ut meditationi vacet, plurium horarum ſpatio, in cubiculo, antequam in lecto ſe componat, imo per multam noctem ſæpiuſque integram, contemplationi operam navat, ſimul cum dilecta ſponſa: interdùm è cubili latenter ſe ſubducens in locum ſemotum ſecedebat, ut ſonoriis ſuſpiriis, & ductis ex imo pectore amantis animi anhelitibus ad Deum laxaret habenas.

Tres de viginti annos natus, degens apud Principem Robertum Calabriæ Ducem, & alios Caroli Siciliæ Regis filios, qui Aquis-Sextiis reſidebat, dolens ſibi per diem non ſuppetere, quantum cuperet temporis, ad Deum precandum, ſurgebat media nocte, ut divinæ ſpeculationi longius ſe applicaret.

Ad feneſtram domus, ut liberius cœlum inſpiciat, cognoſcit clarius immenſam Dei miſericordiam, hominiſque miſeriarum abyſſum: delicta, quæ illi videbantur levia, graviſſima tunc exiſtimat nova luce ab alto accepta: ſeipſum confeſtim humiliter dejiciens, & plenius divino nutui committens hæc verba audit cœleſti voce prolata. „Macte animo, fili mi, miſericordia mea infinitè tua peccata exuperat, nunquam auferetur à te gratia mea. Exclamat citò Elzearius: Dei clementia paucis innoteſcit, utinam fas mihi eſſet illius magnitudinem hominibus manifeſtare, ut peccare deſinerent. “

Patitur iterum animi ab ſenſibus abreptionem venuſtum conſpiciens pratum, floribus ſuavem odorem ſpirantibus conſperſum, atque amœniſſimo rivuculo oberrante irrigatum; in cujus medio ampla & magnifica prælucebat Eccleſia. Altare habet ob oculos, auro micans & pretioſis lapillis: venerandum quoque Sacerdotem, parantem ſe ad rem ſacram ritu ſolenni faciendam cum auguſto Clero, coram innumera aſſiſtentium multitudine: eodem momento concinit excellentis ſymphoniæ chorus introitum Feſti ſanctæ Crucis Inventionis, videlicet; *Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Sicque perficitur ſacrum uſque in finem.

Elzearius attenta mente cuncta revolvit Paſſionis Chriſti myſteria, quæ profundius impreſſa illum alterum reddiderunt Crucifixum, cujus colloquia, cogitationes, facta ſolum Salvatorem Jeſum afflant. Gaudet ſe

contemni & contumelias pati, inimicos intimo affectu diligit, & modo certus ſit de martyrij palma adipiſcenda, placide conquieſcit & triumphat.

Porrectâ viſione uſque ad primam lucem, Medicus Principes ſalutandi causâ adiens, Elzearium adhuc à ſenſibus abalienatum invenit, quem multoties compulſum verbis & concuſſionibus non poteſt quatefacere. Exaltatâ nihilominus voce à ſomno myſtico excitatus pius adoleſcens, ſic exclamat: *Dulciſſime Ieſu, ubinam ſum?* Deterſis lacrymis, atque compoſitis veſtibus conducitur in peculiare domicilium, nec tam miranda res vulgatur, niſi per Confeſſarium Elzearij, cujus ardor eò plus creſcit, quo amplius poſſidet Jeſum quem ardenter quærit.

Nam conſecutionem optati boni naturâ ſequitur deſiderium in eo quieſcendi, atqui Elzearius noſter quod unum optabat lucri facere Chriſtum, atque alloqui, id jam aſſecutus dicitur: Quid igitur reſtat, niſi ut quod aſſecutus jam eſt eripi ſibi nolit, utque perpetuum ſibi id atque proprium eſſe cupiat? & ſane cum omnibus qui labores ſubierunt, alicujus adipiſcendi causâ, inſitum eſt id poſt quam adepti ſunt, ut ceſſare non nolint; tum id eſt maxime proprium eorum qui, ſicut Elzearius, multis & ardentibus cupiditatibus circumſeſſi, pœnitentiæ labore, tanquam ferro, per medias hoſtium acies viam ſibi ad Deum aperuerunt.

Elzearius ergo à jam deguſtato bono dulciſſimo non poteſt divelli, cœleſti, nec opinatâ luce, Chriſtique late ſplendentis plenâ divinæ majeſtatis ſpecie perſtrictus: ultro, *Bonum*, ait, *hic nos eſſe*: ad primos Dei congreſſus amore divino ebrius, quamvis ab inſtitutis pœnitentiæ laboribus nolit revocari, quaſi jam debellatum eſſet, de ſola pace cogitat, adeò uberes ſunt mentis ejus conſolationes, quibus denuò perfunditur in caſtello Anceſio.

Delphinâ pectente ejus capillum, caputque lavante ad veſperam, Elzearius ſubito à ſenſibus abreptus ſat virium habuit ad eam rogandam, ut ſinat ipſum abire in ſecretum conclave, ubi per totam noctem ineffabilibus delibutus eſt deliciis, pleno ſancti Spiritus illapſu: multo mane acceſſivit ſponſam, quæ admirans inſolitum ejus vultus ſplendorem, illum audivit dum aſſereret noctem elapſam felicitati ſuæ dediſſe initium; in corde ſuo omnem extinctum eſſe amorem creaturarum, ſeque deinceps præter Deum nil amaturum: licet ardor ille Seraphicus Elzearium frequenter percelleret, illum tamen ſtricto ſilentio ſepeliebat. Eventum nihilominus ſequens Delphinæ adhuc patefecit & P. Juliano ſuo Confeſſario.

Octodecim natus annos in cubiculum ſe

A recipiens ſero Sabbathi, ubi invenit ſponſam orantem, & in angulo commorans eodem fine, novis ſplendoribus illuſtratur ad myſteriorum Chriſtianorum contemplationem (quantum capere poteſt fragilitas humana) præſertim ad Verbi Æterni generationem, Spiritus S. proceſſionem, divinæ Eſſentiæ Unitatem, & diverſitatem Perſonarum. Declaravit apertè Delphinæ & Juliano cognoviſſe divinitus arcana creationis Angelorum, & hominum; ſtatus innocentiæ ſublimitatem, & miſeriarum multitudinem quæ ex primi hominis rebellione ortæ ſunt. Mirabilis divinæ Providentiæ ordo illi innotuit in gratiarum diſtri-

B butione, qua electi per Dei miſericordiam & fidelem ſuum conſenſum felicitatem æternam adipiſcuntur; pereunt verò & damnantur reprobi per ſuam malitiam: adorandum Incarnationis opus; ſacratæ Virginis & Dei Genitricis auguſtas dotes, & Verbi divini incarnati profundas demiſſiones plane comperta habuit; Euchariſtiæ itidem inſtitutionem, opprobria & dolores Paſſionis & Mortis Chriſti; perinde ac Reſurrectionis ſplendores, & triumphum Aſcenſionis, deſcenſumque Paracleti.

Enarravit quantâ geſtierit lætitiâ, cum revelato priſcorum fervore fidelium in ſubeundo pro Chriſti nomine martyrio, vehementer exoptavit illos imitari, cumque juſtorum af-

C flictionis cauſam percepit; nempe quod ſpe ſanguinis profundendi ad fidei defenſionem abreptâ, hujus mundi calamitates patienter, & generoſe ferant propter amorem Chriſti crucifixi. Tandem expoſuit quam uberes ſint fructus Sacramentorum, concludens nec homines eminentiores, nec ipſos Angelos poſſe explicare quæ didicerit ſummo afflatus Spiritu.

Poſt hanc extaſim, quæ à veſpere Sabbathi uſque ad ſequentis Dominicæ mane, producitur, Elzearius cœleſtibus deliciis affluens, nec bibere, nec manducare poterat; creaturarum conſuetudo graviſſimum illi erat ſupplicium: perſuaſu tamen parentum non om-

D nino amicorum aut familiarium aditum devitabat, Deo ſic ſuggerente, cui ſemper intimo cordis affectu adhærebat. Quinque dierum ſpatio conviviis, & choreis celebribus nuptiarum cujuſdam conſanguineæ interfuit; & quamvis in divina raptus indeſinenter totus erat, commodus valde, & ſcite urbanus.

Si fas non fuiſſet interdiu operam dare omnibus pietatis exercitiis, compenſabat noctu quod deerat, & exæquabat novo fervore. Non ceſſabant divini favores erga Elzearium licet dormientem, cujus cor vigilabat, & ex cujus oculis ſuaves & abundantes lacrymæ fluebant.

CAPUT V.

Deus manifeſtat virtutum Elzearij excellentiam.

SANCTITAS verſatur in eo genere ad quod adhibenda eſt actio quædam, non ſolùm mentis agitatio: completur noſtri perfectio Elzearij utroque modo, ſpeculatione ſcilicet attentâ, & diligenti executione; mirifice contemplatur, nec minus mirabiliter agit: ideoque virtus ejus expletur omnibus ſuis numeris & partibus, quam Deus manifeſtavit beatæ Garſendæ, ſicut diximus ſuperius in ejus vita; deinde *Mablinæ de Simano* præſtantiſſimæ ſanctitatis dominæ, quæ per tres annos connubio juncta, viro orba remanſit annum agens decimum ſextum; nec deinceps unquam voluit nubere, irrito omni conatu parentum, qui violenter eam ad ſecundas nuptias compellebant.

In viduitate & conſiliorum Evangelicorum obſervatione conſtanter perſeveravit Mablina uſque ad extremam ſenectutem, donis cœleſtibus apprimè cumulata. Sæpe ſopiris ſenſibus in divina abripiebatur, ſicut contigit die inſtitutionis auguſtiſſimi Sacramenti, uſque ad Sabbathum ſanctum. Eminentiſſimus virtutum Elzearij gradus ſic illi exponitur: venuſti & elegantis adoleſcentis ſpecies exhibetur in medio plani & aperti campi, floribus conſperſi: vexillum geſtat, ubi perſpiciuntur flammæ aureæ ita coruſcantes, ut aër circumſtans radiis totus illuminetur.

Incedentem graviter & cum majeſtate innumera hominum multitudo comitatur & ſtipat: plures pueri ſequntur ſummâ venuſtate præfulgentes: quadrimi, & quadrimi, albis induti; & poſt eos Virgines aſpectu pulcherrimæ cum talaribus togis, ex terſo denſoque ſerico candido, floribus interſtinctis, opere Phrygionico: deinde viduæ manibus palmas tenentes, inſigneſque modeſtiæ laude; ſummi Pontifices, Cardinales, Reges, Magnates, cæterique omnis conditionis procedebant, quilibet ſuo ordine, cœleſtis curiæ repreſentantes ſplendorem. Mablinæ ſcire cupienti quiſnam eſſet Adoleſcens in cœtus iſtius capite, ſonorâ ab alto reſpondetur voce, virginitatem conjugalem Elzearij ibi exprimi, quam univerſus orbis terrarum mirabitur, & quæ paucos habebit imitatores.

Pater Philippus Rhegienſis Franciſcanus eminenti ſanctitate florens, vidit in aula ampliſſima, magnificè ornata, lectum ſumptuoſum, ubi Elzearius & Delphina dormiebant, & inter eos Jeſum ſtantem, ad utriuſque conjugis virginalem florem probandum atque commendandum.

A Bertranda Carmura urbis Carpentoractenſis, eximiâ virtute prædita, certior fit teſtimonio cœleſti de Elzearij præclara ſanctitate. Parata erat die feſto ſolenni ad ſacram ſynaxim; verùm Sacerdote hoſtiæ conſecrandæ immemore, Angelus partem hoſtiæ à celebrante recipiendæ ori Bertrandæ appoſuit: de illius igitur teſtimonio dubitare nefas eſt, dum aſſerit Elzearium & Delphinam ſomnum capientes præſentiâ Chriſti fuiſſe cohoneſtatos, qui attentiſſimâ cogitatione defixus videbatur mirari adeò illuſtre miraculum virginitatis ſcilicet conjugalis. „Quod vidi, quod ipſa „meis oculis perſpexi; hoc, aiebat Bertranda, „ſincere notum omnibus facio.

3 De Elzeario tandem quicumque ſcribunt, de illo tanquam viro Seraphico loquuntur, qui facultates animi & corporis ſtudio atque cultu virtutum ita moderatas habebat, & quaſi ad rationis amuſſim exactas, ut in illis nihil inæquale eſſet, nihil ſupra modum eminens, aut à ſe diſſentiens. Nam ſicut peccatores & flagitioſi homines innumeris, & ſæpe inter ſe contrariis cupiditatibus, in varias partes diſtrahuntur, ita ut nihil magis devium aut impotens ſit, quàm eorum animi; ſic contra in Elzeario noſtro, quatenùs ex virtutis præſcripto mores omnino dirigit; nihil parvum, nihilque diſtortum, nihil quod aut ſubſideat, aut inaniter emineat, conſpicitur: non enim vel metu contrahitur, vel effertur lætitiâ, vel dolore concidit, vel diſtrahitur
C cupiditate, ſed ad id quod unum ſemper atque idem, ſibique ſimile eſt, Deum videlicet ratione & virtute pervenire contendens, ſenſus omnes internos & externos divino ſubjicit nutui, eorumque perturbationes perfectè moderatur: Itaque reſecat atque reſcindit ab iſtis partibus quicquid eſt nimium atque inſolens, & ita illas ad mediocritatem & æqualitatem reducit, ut iſtæ ſibi ex omni parte conſentiant, eluceatque in eis ex temperatione, moderationeque ortum illud decus, quod Sanctos perficit.

Anima Elzearij ſic ornata & compta hoſpitium divinæ Majeſtati gratiſſimum paravit, cujus conſortio tam familiari & intimo frue-
D batur.

CAPUT VI.

Quomodo familiam regebat, ejuſque leges, quas Decalogum nominant.

PROVECTUS ad viginti annos, conſenſu parentum, eligit domicilium in caſtello de puteo Michaëlis dicto, quod ipſi ab uxore Delphina obtigit; ibique mirandas leges inſtituit, quas nominant vulgo Elzearij *De-*

calogum

calogum, eo quod decem præcepta Chriſtiana contineat, quæ ſtrictè vult à domeſticis obſervari. Præcipit enim illis ut quotidie miſſam audiant; ab omni juramento abſtineant, & omni contumelioſa verborum impietate vel leviſſima; caſtitatem maximè colant; ita ut tranſgreſſores citius expellendi ſint; ad ſacramentum pœnitentiæ accedant qualibet hebdomadâ, & Euchariſtiæ ſingulis menſibus; deſidiam fugiant; unoquoque eorum poſt pietatis exercitia matutina ſolerter ſuum munus obeunte: Sub gravi pœna domeſticis prohibet luſus aleatorios, ludere ſcilicet pictis foliis, aut cubis, commendat præſertim pacem & concordiam; ſi quodpiam diſſidium vel modicum accidat, fieri jubet reconciliationem ante Solis occaſum; ſtatuit abſolute, ne ſub umbra defenſionis rerum domini ullum verbis aut factis læ lant; nil denique magis exoptat à ſuis famulis & aſſeclis, quam piis intereſſe conſultationibus veſpertinis, quæ nunquam omittebantur.

In Elzeario præcipuè vigebat donum efficaciter diſſerendi de pietatis Chriſtianæ legibus, quas in quinque capita redigebat, Deum videlicet timendum more filiorum, qui non formidine pœnæ parentibus obediunt, ſed virtutis amore; inchoandas eſſe preces ad Deum recordatione iniquitatum & deteſtatione; unicum & præcipuum ſtudium hominis conſiſtere in divina dilectione; quo magis cor & caro fiant caſta & munda, eò magis Deum ſuos favores amplificare & augere; neminem poſſe denique ſanctitatem integram conſequi, niſi proximum purè ſecundum Deum diligat.

Tanto fructu & fervore conſilia hæc proferebat, ut pietas in Elzearij familia plane regnaret, à quâ vitia longius exulabant. Plures bellatores & caſtrenſes viri caſtitatis ibi voto ſe obſtrinxerunt: multi Nobiles adoleſcentes ex ſolennibus formulis voto nuncupato virginitatem ſunt amplexi: colloquiis beati Elzearij impudicitiæ flammæ penitus extinguebantur in omnium cordibus qui illum adibant. Caſtellum de puteo Michaëlis Monaſterium videbatur, cujus incolæ ſub veſte aulicorum cocco tincta gerebant aſpera cilicia, & pauperibus pecuniam elargiri mallebant, quam ludere. Plurimi mediis in conviviis, ubi ciborum affluentia & nitor ex æquo certabant, inediam ſuſtinebant, dum convivæ illos credebant lautè comedere & epulari.

Hic noſter ignis, quem uſus vitæ requirit, confector eſt & conſumptor omnium, & quocumque invaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat. Verba & exempla Elzearij velut ignis cæleſtis, eorum omnium qui illius conſuetudine utuntur, vitia deſtruunt, illorumque mentes inflammant ad perfectionis Chriſtianæ viam capeſſendam. Alaſia Religioſa & ſoror co-

A mitiſſæ Delphinæ, per aliquod tempus in hac devota Curia degens, fatetur ſe multo majorem facere progreſſum ibi virtutis, quam in ſuo cænobio. Tentatione impurâ laceſſita, clam & ſecreto ingreditur in cubiculum Elzearij; atque nemine præſente, genibus innixa, lectum ejus virgineum ter circumit: deinde manus & oculos elevans in cœlum, exclamat: Jeſu dulciſſime, Rex Virginum, per “ Angelicam puritatem hocce in thalamo “ obſervatam, libera me ab ærumna quam “ patior. Finitâ prece, quievit ſtatim, nec unquam Alaſia vexata eſt à ſpiritu immundo.

Animum & mentem ipsâ morum Elzearij cogitatione domeſtici conformabant, cujus
B vivendi via apprime conſiderata atque proviſa erat. Quotidie recitabat divinum Officium tanto ardore, ut eum quicumque inſpiceret intimo pietatis ſenſu afficeretur: canebat interdum ſonore & vibrante voce Verſiculos magis provocantes ad divinum amorem: non ſolùm diebus religioſis & eccleſiaſticis jejunum agebat, ſed etiam rigidè diebus à Tertia ſancti Franciſci Regula præſcriptis, multiſque aliis in honorem Sanctorum, quos præcipuè colebat.

Aſperum nunquam exuebat cilicium, quo à tenerioribus annis incœpit uti: flagella quibus in ſeipſum animadvertebat, munita erant pungentibus aculeis & ferreis catenulis, quæ venas incidebant. A die Aſſumptionis Mariæ,
C quo miranda viſione recreatus eſt, nunquam ſuas veſtes etiam noctu depoſuit. Singulis diebus Dominicis & feſtis ſolennioribus, necnon pariter iis quos ipſe dicabat ſacrarum quarumdam Virginum cultu: ad epulum Euchariſticum accedebat: declaravit aliquando dilectæ Delphinæ corpus Chriſti ſemper os ſuum mirificâ ſuavitate afficere, concluſitque Deum hoc favore velle frequentem communionem perſuadere.

Unicum Elzearij ſolatium cultu divino conſtat: ubique ſacella invenit orandi facilitate, & Deum contemplandi, cum etiam quæ alios diſtrahant, illum ad Deum fortius alliciant: Si præſente Elzeario ſaltatio exerceretur, ad
D numeros fidium, ſi concinit ſymphoniæ chorus, ſuaviſſimo vocum lenocinio organorumque muſicorum ita demulcetur, ut ſe credat in medio Angelorum extare, poſteaque ſolitarius per totas noctes in extaſim rapiatur. Amicorum inſtantiæ, qui illum provocant ad ſaltandum, comiter cedit, verùm poſitis anteà in calceis lapillis acutis, ut carnem affligat, dum ſe oblectare videtur. Mutuorum Elzearii & Delphinæ colloquiorum materiam conficiunt virtus, fœlicitas æterna, & ignis inferni. Matutinis Horis unà recitatis, meditationi ſeorſim in eodem cubiculo operam navant.

Tres leges præcipuas obſervat Elzearius,

millies potius velle mori, quam noxam mortiferam admittere, divinæ præſentiæ adeo ferventer ampleƈti exercitium, ut ſoli Jeſu crucifixo volens adhærere, ceſſante juſſu conſcientiæ moderatoris, qui rerum domeſticarum curam illi abſolutè commendat, illas prorſus abjiciat, bona tandem opera ſua oculis hominum ſubducere, atque eminentes cœli favores, quibus cumulatur.

CAPUT VII.

Charitas in pauperes, ac miſericordiæ opera.

PHILOSOPHIÆ, qui pareat, omne tempus ætatis ſuæ ſine moleſtia poſſit traducere; multo verius dicitur de conſiliorum Evangelicorum obſervatione, ut probatur exemplo beati Elzearii, qui lubenter portando onera proximi adimplevit legem Chriſti, juxta mentem Pauli Doctoris Gentium.

Charitas in pauperes illi coæva erat & coætanea: creſcente verò ætate creſcebat præclara hæc virtus. Duodecim leproſos quotidie prandio accipiebat quorum pedes lavabat, & oſculabatur, manuſque replebat ſuis largitionibus, antequam comederet. Sciens ſeptem hoc morbo infectos omni auxilio deſtitui, in loco campeſtri illis deſtinato, equum inſcendit venatoribus ſtipatus Falconiis, quaſi vellet artem aucupatoriam exercere, animi relaxandi gratiâ: Avem gerebat aucupem: Canarii famuli canum veſtigatorum gregem deducebant, undique prædam exquirentes, dum Elzearius uno cum famulo cubiculari, chirurgiæ perito velociter & rectâ viâ pergit in noſocomium, ubi reperit elephanticos ita putridos & corruptos, ut ipſe Chirurgus virium animi deliquium patiatur. Elzearius tamen eos ſuaviter ampleƈtens priſtinæ ſanitati reſtituit, & confeſtim tota domus dulci perfunditur ſuffimento.

C Sancti Comitis, laudes humanas, ob tanta miracula, cupientis fugere, caput ex templo fit lucidum, ut ſidus reſplendens, cujus radii illuminant aërem uſque ad locum, ubi leproſi mundati ſunt. Nil magis illum torquebat, quam ſanƈtitatis fama, quæ nihilominus in dies amplius vulgabatur: omni ſtudio inviſebat & conſolabatur leptis infectos, adhibens ipſe ulceribus remedia, piis, blandiſque ſermonibus leniens dolores, largaſque erogans eleemoſynas, prohibens denique eum imperio, ne rumor ullus mirabilium ejuſmodi curationum ſpargeretur.

Non ſolum egenis quibuſcumque ſtipem cogentibus amplas diſtribuebat largitiones, verumetiam domeſticos mittebat ad viduas, orphanos, cæteroſque mendicare erubeſcen-

A tes, in quos prolixam liberalitatem exercebat, neſcios ſemper, unde oriretur. Extremæ tempore famis commeatu ſuæ familiæ neceſſario coacervato, reliqua mendicis deſtinata citò ab eiſdem conſumuntur: denuò partitur Elzearius quod ei ſupereſt, ad ſuſtentationem pauperum, qui portionem ſuam ſtatim diſſipant: Tunc vir beneficus & liberalis admodum cuncta, quæ apparavit, illis elargitur, invitis & contradicentibus famulis, qui ſe viƈtu defraudari conqueruntur.

Hoc in rerum concurſu quidam ſenex propter nomen Chriſti rogat ab illo ſibi commodari frumenti ſextarium: Horrei cuſtodi objicienti nil amplius reſtare frumentariæ annonæ, confide in Domino, inquit B Elzearius, & meo juſſui obtempera. Eadem tritici repertâ quantitate, quæ famis initio congeſta erat, Vir ſanƈtus omnibus ſilentium impoſuit, ne tam illuſtre miraculum vulgarent. Idem accidit in Caſtello-anceſio, hoc mirabili incremento, quod excerpto indeſinenter tritico ad ſuſtentationem quorumcumque adventantium pauperum, non deficeret ullo modo numerus, imo creſceret & multiplicaretur.

Ex incenſo in Deum amore, egregia nimirum illa charitas in homines redundabat, quos ut pretioſo Chriſti ſanguine conſiderabat Redemptos, ac proinde chariſſimos habebat Elzearius, quicquid in Deum non poterat nullius egentem rei, omne id, ipſius gratiâ in proximos conferebat: non ſolum panem ſanis adminiſtrat, ut vivant, ſed etiam remedia ægrotantibus, & quæcumque levamina, ut melius ſe habeant, quos ſolâ viſitatione ſæpè & citò ſanabat.

Joannis *Albeſii Arelatenſis* filia ſeptennis violentâ febri à quatuordecim diebus laborans, magnum adit ſalutis periculum, amiſſo prorſus linguæ & omnium ſenſuum uſu. Elzearius ægrotam inviſens, dum extremum ſpiritum ederet, miſeratus dolorem, & lacrymas ejus matris, tangit manu expirantis vultum, & dicit, *Dei voluntas fiat.* Deinde, poſtquam aſſeruerit è morbo fore evaſuram, eodem momento convaleſcit, narrans hominis taƈtu ſalutem plenam recuperaſſe.

D Elzearii domus portum & perfugium præbebat Religioſis omnibus, iis præſertim qui Franciſcanæ familiæ nomen dederunt. Pater Guillelmus *Cornillonus* verbum Dei prædicans *Anceſii* tempore Quadrageſimæ, in morbum incidit hebdomadâ ſanƈtâ. Timens Elzearius ne ceſſarent Evangelicæ Conciones ſacris hiſce diebus Concionatorem adiit, elatiſque oculis ac manibus in cœlum pro ægro Deum precatus eſt. Taƈto ſuaviter & blandè ejus capite, imperavit febri ut diſcederet, atque extemplo Prædicator in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitutus ad ſermo-

nem de Paſſione Chriſti ſe optimè paravit, quem Apoſtolico pronunciavit ardore, & multum felici exitu.

Beneficus non ſolum erat Elzearius, ſed etiam benevolus in Chriſto; beneficia, quæ dabat, magnificentiſſima reddebat ſuo ſilentio, dum qui acceperunt, narrabant ea honorificè. Duo beneficentiæ ſeu venena ſeu vulnera, nempe largientis hinc exprobratio, hinc oblivio recipientis, illi comperta erant; utramque oderat tanquam matrem ingratitudinis, ac beneficii novercam: amabat tamen obliviſcentes, qui nullas ei grates agebant, ſeque ſervum inutilem æſtimans plurimùm Deo & proximo credebat debere.

CAPUT VIII.

Iter Italicum, ejuſque prudentia, & manſuetudo.

HERMENGALDUS ſancti *Elzearii* Pater præclaram adeò laudem in bello conſecutus eſt ſub Carolo II. Rege Siciliæ, ut in Equitum Ordinem cooptatus fuerit, univerſis acclamantibus. Summus etiam Juſtitiæ exercendæ Præfectus conſtituitur in Regno Siciliæ ob perfectam Juris utriuſque notitiam, longumque experimentum, ſitque Comes Ariani. *Elzearius* annum vigeſimum tertium agebat, cum Hermengaldus moriens eum reliquit ſuorum hæredem dominiorum & dignitatum: ſe igitur in Italiam transfert ut poſſeſſionem ineat comitatus Ariani, atque à Rege Neapolitano velut cliens, ex formula in beneficiarium prædium immittitur.

Siculi & Neapolitani, qui Gallos oderant, acriter ſe oppoſuerunt Viro ſancto, ac rebelles fuerunt trium annorum ſpatio, falſis criminationibus illum conantes infeſtare, ipſique machinantes necem: immotus tamen remanet, nec vindictam meditatur, nec ſinit à ſuis ſtipatoribus ullo modo intentari.

Princeps Tarentinus *Elzearii* amicus, ut publicæ pacis turbatores coerceat, illum excitat ad illuſtria & cruenta ſeveritatis exempla edenda: „non ſapient, inquit, hoc violento modo, qui potius eos irritabit: Evangelii leges, mea ſunt arma, quibus eos debellabo. Quotum ſtatuunt mihi laboris & pœnarum inferre, tantum decerno eis favoris & amicitiæ declarare. Hoc amoris vinculo ſibi tumultuoſos devinxit eorum miſerias levando, ac ſubveniendo neceſſitatibus unde titulum optimi Patris, Clementiſque Domini ſibi conciliavit.

Inter Commentarios ſui Prædeceſſoris, diverſas epiſtolas Nobilium hominum Comitatus Ariani reperit, quibus illum à nominan-

A do *Elzeario* in ſucceſſorem, vel hæredem, abſterrebant, mendacia & falſas exponendo criminationes. Delphina cui patefecit tam nefarium conſilium, ſapienter judicavit ſeditioſos eſſe monendos, quod perfida eorum mens innoteſceret; „Coram Deo, inquit *Elzearius* illis peperci: nolo eos agitare, nec moleſtiâ afficere: nulla unquam deinceps hujuſmodi literarum facta fuit mentio.

Uni ex præcipuis rebellionis auctoribus *Elzearius* multum favit, illum ad primum occurſum, ſpectantibus innumeris magnatibus, qui aderant auguſtæ ſolemnitati, comiter amplectendo, & blandè perducendo, uſque ad interius conclave, & dono præſtanti impertiendo, quo pellectus rebellis deinceps Viri
B ſancti partes ſemper tenuit.

Elzearius tandem Comitatus Ariani pacificus fuit poſſeſſor quatuor legum ſtricta obſervatione, benefaciendo ſcilicet omnibus, ipſis etiam inimicis; ſubeundo patienter contemptus & injurias: nullam prorſus anſam præbendo cuilibet de illo expoſtulandi: nil denique agendo aut proferendo iracundiæ motu.

Beata Delphina hanc admirans animi fortitudinem, periclitatione tentavit maritum, provocando illum ad auctoritatis ſuæ confirmationem, quæ maximè viget, dum qui præeſt, nec ſinit prædictos opprimi, nec pervicaces, aut iniquos impunitos remanere
C patitur. „Virtus, inquit, *Elzearius*, vitio non docetur: ad nihilum valet ira, niſi ut Deus offendatur, & præclara pereant conſilia. Patientiæ Chriſti recordatio meos omnes mitigat impetus interiores. Si mihi oculi effoderentur, juvante Deo, ferrem utique. Si ad exemplum publicum, puniendi ſunt flagitioſi homines, æqua & recta judicia exerceo. Verùm injuriæ mihi illatæ nullam habeo rationem. Nil humanum minus, quam ſævitia & feritas. Contraque nil homini ſuum magis, quam miſericordia & lenitas, quibus nihil tam contrarium, quam vindicta eſt, & quicquid animi impetu, homo in hominem committit aſperius.

D

CAPUT IX.

Juſtitia & prudentia Elzearii in juvenis Principis regimine.

QUI injuſtas factitant exactiones, Miniſtrique omnes ſocordes & demiſſi in agendo, regente Elzeario graves dant pœnas ſuorum criminum: Divini Numinis obtrectatores aduſtione candentis multantur in lingua: Alienæ famæ violatores, ſicarii, fures, aliorumque flagitiorum rei pelluntur in

exilium: quicumque ad patibulum mittuntur, ſalutis indicia dant moriendo, piis permoti ſermonibus Sacerdotum qui illos exhortantur. Si quis reluctatur conſiliis Confeſſarii, Elzearius ipſe confeſtim illum adit, nec è carcere exit, quin antea peccator induratus convertatur, viamque cœli capeſſat.

Qui ob æs alienum detinebatur, libertatem recuperabat nominum parte diſſoluta ab Elzeario, qui ſæpe omnia luebat; verùm ſecretò, ne ejus liberalitas infanis & ignavis male verteret: quando bona debitoris hujuſmodi fiſco addicebatur, ad viduam, pueroſque defuncti illa reverti volebat. Quam præclare ſe geſſit ut ære alieno celeriter exiret, quo prædia ſua demerſa erant. Non defugiens ſuorum nominum confeſſionem cito illa expedivit. Deum præterea laudavit ardenter, quod inter roſas & illecebras dignitatum; & divitiarum terræ ſpinas & ærumnas ſpargat, ut qui mundo adhærent illum aſperoentur, & ad cœlum vehementer aſpireor.

Per id tempus Neapolitaous Rex ad Equeſtre ludicrum totam ſuæ Nobilitatis decuriam invitans, voluit Comitem Ariani huic adeſſe ex condicto, qui tantâ dexteritate ſe geſſit, ut equeſtri decurſione ad annulum palmam ſit conſequutus omnium applauſu & conſenſu. Rege proponente illum Equitem inaugurare, *Elzearius* totâ nocte oravit in Eccleſia, ut ſe ad illuſtrem hanc ſolennitatem ritu Chriſtiano compararet: cœleſti incenſus ardore, mane ſtat immotus, & ſurdus inter tubarum clangores, & tympani cantus, dum aulici mane adventantes laborant maximè ut à myſtico extaſis ſomno eum excitent.

Robertus utriuſque Siciliæ Rex *Elzearium* præfecit moribus filii ſui Caroli Ducis Calabriæ uſque ad pubertatem informandis. Cum jam juvenis iſte Princeps animi pravitatem imbiberit, quæ, ut vetus conſuetudo, naturæ vim obtinebat, *Elzearius* mirâ ſolertiâ utitur ad illum erudiendum, quæ tandem Carolum, juvante Deo, Ducem Calabriæ reddit prudentem, modeſtum, & dignum Imperio.

Roberto Rege iter faciente in Provinciam Phoceнſem *Elzearius* prope Carolum Neapoli remanet, ubi publici ſtatus rationem univerſam adminiſtrat tanquam ſanctioris conſilii caput & primarius moderator. Unuſquiſque muneribus luculentis conatur ſibi illum devincire, quæ generosè reſpuit: cuncta ex æquitatis normâ moderatur: hiſce negotiis moleſtis & operoſis non minuitur ejus pietas ullo modo, ſed mirabiliter creſcit. Orans oliquando in ſuo conclavi ſecretiori hæc verba diſtinctè profert. *Domine Ieſu multum mihi debes auri, cocci, & plures gemmas; ſpero me tuâ bonitate accepturum centum pro uno.*

A Alaſiæ Religioſæ, Comitiſſæque nelphinæ ſororis peteoti hujuſce Orationis explicationem: *Numquid*, reſpondet *Elzearius*, *promiſit Deus centuplum iis, qui propter Chriſtum divitias terræ contemnunt? memor donorum, quæ mihi oblata conſtanter rejicio, felicitate æternâ me donabit.* Reſponſioni cuidam, quod juſtè & probe poſſint recipi numera, iterata deffenſione affirmat *Elzearius timendum eſſe ne quod initio licet, denique vitietur: primo congreſſu fructus recipi, deinde caniſtrum in quo continentur, poſteà arborem & hortum pauperis uſurpari.*

Ægrè ferens litibus rem familiarem pauperum abſumi, ob callidam fraudulentamque B & nimis prolixam litigandi rationem, rogavit Ducem ut inſtitueretur ipſe eorum Patronus & Procurator: hujus munii obeundi gratia curavit ſibi ingens confici marſupium de bombycino heteromallo coloris violacei, ubi omnes eorum libellos ſupplices reponebat. Undique ad *Elzearium* confugiebant, qui exſcribens ipſe ac memoriæ mandans documenta apud Conſilium judicum de cauſa relationem habebat, illamque deffendebat adeo feliciter, ut litis ſemper ſuperior diſcederet.

Inter innumeros pauperes unus aliquis inconſideratus *Elzeario* menſæ aſſidenti, ut cibum ſumeret, negotii ſui oblivionem exprobravit. Sanctus Comes ſtatim conſurgens in C Ducis Palatium convolavit, finemque felicem importuni hominis negotio impoſuit: Si ad agendum pro more & inſtituto communi viduarum & orphanorum lites non citò dirimebantur, eiſdem neceſſaria ſuppeditabat *Elzearius* ad vitæ ſuſtentationem. Pluribus matronis illuſtribus, quæ ſe receperunt in Siciliam, propter bellicos tumultus, curavit attributionem congruam pendi quotannis.

Juſtitiam arbitrabatur omnium virtutem ſupremam, quoniam aliis nata non ſibi, quicquid habet, transfundit in proximos, nihil petens ex ſe niſi uſum ſui. Hâc præditus in ſummo gradu homines à mutuis injuriis avertebat, & quotquot ab eo peodebant, in pace „conſtituebat. Hæc, aiebat *Elzearius*, ta- D „cita quædam naturæ conventio eſt, & vin„culum ſocietatis humanæ, nec quidquam „ſine illa laudabile eſſe poteſt.

Elzearius utique vir juſtus neminem lædit, alienum non vendicat, omnibus prodeſt, bene de omnibus ſentit, & loquitur, dat onicuique quod ſuum eſt, non impedit alterius bonum. Si præſit juſta præcipit, omnibus pater, propriiſque utilitatibus ſubditorum commoda præfert. Si ſubſit ſervat concordiam, legibus paret, & juſſis majorum; ſuoque ſtatu contentus officia & dignitates non appetit, nec ſe rebus ingerit, quæ ad ſe non ſpectant Gratis autem juſtitiam colit, quia juſtæ actionis nullum majus præmium exiſtimat quam juſtum eſſe.

CAPUT X.

Ejus humilitas, fides & Generoſitas.

SUMMUM Pontificem, Cardinales, cæteroſque Eccleſiæ Prælatos, Sacerdotes, & Religioſos magnoperè colebat & reverebatur, nec ſinebat unquam de eorum famâ „detrahi; quoniam, inquiebat, ipſorum mini„ſterio Deus ſuam gratiam nobis elargitur. De perſecutionibus futuris Antichriſti contra Fideles ſecretò diſſerens cum uxore Delphina, declaravit ſe Dei miſericordiâ tam firmum eſſe in fide, ut quamvis omnes Chriſtiani à Religione deſciſcerent; licet Patres Franciſcus de *Mayronis*, Theologiæ tunc ſplendidum lumen & oraculum, Julianus quoque ſuus Confeſſarius, & antiqua gubernatrix Garſenda redivivi me conarentur ab Eccleſiæ Catholicæ inſtitutis abducere nunquam deficerem ab Fidei norma.

Epiſtola, ſcripta ad ſponſam, Monſpelii, eminentis ejus ſanctitatis eſt argumentum: incerta de ſponſi valetudine nuncium miſerat, qui ſequens attulit reſponſum: *Chariſſima Delphina quieſce, optimè valeo; ſi vis me inviſere; intra in cor Chriſti, locus eſt conditus noſtræ collocutionis, me ibi reperies, non alibi.*

Redeuntem per mare, Maſſiliam, cum uxore, univerſaque familiâ atrox procella invaſit; avulſamque repente ſcapham ex omnium oculis abſtulit, furebat ventus: aquarum inſani montes undique minabantur exitium; Nautæ majoribus anchoris demiſſis modico tantum velo tempeſtatis vim ſubterfugere nitebantur: Pelago magis ſæviente tandem malus decumanus rumpitur, franguntur vela majora, & fluctus modò ad aſtra ſublati, modò ad tartara ferè ima depreſſi, navigium pene evertunt obruuntque.

Dum unuſquiſque terrore perculſus ad mortem ſe præparat, *Elzearius* intrepidus divinâ gratiâ, haud intermiſſâ ad Deum prece, plenam ſerenitatem obtinet. In portum feliciter invectis omnibus objurgat animi imbecilitatem & remiſſionem: tuncque Delphinæ ſciſcitan„ti an nullo modo timuerit; Nequaquam, „ait, virtus enim qua ex alto indutus ſum „die Aſſumptionis Virginis Mariæ me robo„ravit, ut ſemper ſtem impavidus, & nullo „unquam infringar periculo. Me procellâ fu„rente, Divinæ Juſtitiæ immolavi, in quæ„cumque flagella paratus, ad ſalutem aliis „imperrandam.

Admirabantur Angeli & homines humilitatem & puritatem *Elzearii*. Seipſum inter omnes peccatores ſceleratiſſimum exiſtimabat: qui tamen ejus exomologeſim excipiebant,

A nullam aſſerunt noxam letiferam notaſſe, cum de tota vita confiteretur, leviora piacula amplificabat, & tam fervida, & humili exponebat contritione, ut uberes profundere lacrymas. Quò magis demiſſus, eò magis generoſus erat.

Imperatore Henrico VII. bellum gerente contra Robertum Siciliæ Regem, Summus Pontifex Clemens V. diſſidium tollere conatur; ſed fruſtra, Henrico pervicaciter paci repugnante, unde Italia horridam patitur devaſtationem à militibus. Rex Siciliæ exercitui ſuo præfecit Principem Joannem Fratrem ſuum, & Comitem de Ariano, qui duo præ-
B lia committunt, reportantque de hoſte victoriam, quam tribuunt hiſtorici generoſitati, & prudentibus *Elzearii* conſiliis.

Id grata totius Europæ admurmuratione peragitur, nec tamen *Elzeario* animus creſcit, uſque adeo profundas in ejus mente radices egerat humilitas. Rex Siciliæ in ſignificationem grati animi diverſis & præclaris donis illum honeſtat, quæ pauperibus citò diſtribuit. In conclave ſecretius recedens duplici angitur ſcrupulo, dolens quod non ſat cito vanæ gloriæ motibus obſtiterit, inter laudes humanas, quibus extollebatur poſt devictos hoſtes: timebat quoque ne irâ potius quam magnanimitate incenſus fuerit, dum inimicorum ſtrages ederetur. Lacrymis obortis, veniam
C humiliter poſtulans à Deo hæc verba cœleſtia „audit: ne vexeris, chariſſime, remiſſa ſunt „delicta tua: parum abſuit, quin flagrante „certaminis ardore, à gratia excideris.

Hac voce commotus enixè Deum precatur uri, ſecari & acerrimè puniri in hac vitâ, ut flammas æternas devitet. Eodem momento ardentiſſimâ correptus febri decumbere ſe credebat inter duos lectos igneos, dùm Pſalmum, *Miſerere mei Deus*, recitat, manu inviſibili violenter percutitur, magnamque percipit conſolationem, voce cœlo bacce dela-“ pſa: ne animum deſpondeas, remiſſionem “ peccatorum conſecutus es: deterſis lacry-“ mis, & ſuaviter obdormiens, poſteà omnino ſanus expergiſcitur.

D *Elzearius* licet integer vitæ, ſceleriſque purus, judicia tamen divina ſemper timuit: licet timidus & tremens ſperabat nihilominus vitam æternam; ſed cum ea ſit virtutum conſanguinitas atque connexio, ut neceſſe ſit eum qui unam habet, omnes habere virtutes, illud eſt conſequens quod inferebat *Elzearius*, unâ virtutum carentem cunctis carere virtutibus. Spem habens, charitatem ſimul habebat, pariter ac fidem. Probe namque noverat, ſi qua harum deſit, nam jam ſpem ullam, „ſed præſumptionem inconſultam eſſe. Ut „vitam æternam bene ſperetis, aiebat fa„miliaribus, vitam temporalem corrigite: hac ad illam pergitur.

CAPUT XI.

Lutetiæ Legati fungens officio novit cæleſti revelatione Hoſtiam non eſſe conſecratam, & ſanctiſſimè obiit.

TIMENS ne iterum in diſcrimen veniret noxæ committendæ mortiferæ, ſicut accidit, dum præliaretur, decrevit omninò ſe recipere in ſolitudinem: In Curia tamen perſtitit per aliquod tempus, ut æs alienum paternum diſſolveret: quo ſtatim expedito, „ardenter deſidero, ait ipſe Delphinæ, ſoli„tariam vitam agere, ut à conſuetudine au„licorum liberer.

Robertus interim Siciliæ Rex proponens conjugio copulare filium ſuum Calabriæ Ducem cum Maria Caroli Comitis Valeſii filiâ, & Caroli pulchri Galliarum Regis Patruele, *Elzearium* legavit ut eam peteret. Illuſtre hoc munus cum non poſſet abnuere, Pariſios profectus eſt, ubi ab opinione fortitudinis, prudentiæ & ſanctitatis clarus & celebris erat: quæ paululum imminuta ob eventum ſequentem novâ luce reſplenduit veritate compertâ. Tranſiens per vicum ſancti Jacobi, aulicorum inſignium multitudine ſtipatus, obvium habet Paſtorem anguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ad ægrum deferentem. Omnibus in genua procumbentibus ad adorandum illud, *Elzearius* vix galero manum admovit ſalutandi Sacerdotis gratia: offenſione cognitâ, quam toti præbuerat civitati, Eccleſiaſticum fateri compulit coram Epiſcopo, Hoſtiam, quam per vim cuidam fœneratori oblaturus portabat, non eſſe conſecratam. Famâ tam mirabilis eventus diſperſâ per univerſam urbem. Et Regiam Aulam Legatus in majori honore habetur, exituſque proſperos ſuæ Legationis & ex ſententia conſequitur.

Per id tempus violenta febri laborans totius vitæ noxas Confeſſione ſacra Patri Franciſco *Mayronis*, illuſtri Doctori Theologo enunciavit. Res ſacra quotidie fiebat coram eo in Sacello domeſtico: morbi dolores acuti non minuebant, ſed augebant patientiam: adeo perfectè ſubjacebat patiens Dei ordinationi. Ingraveſcente ægritudine, cor *Elzearii* ſumma perfundebatur lætitia: piiſque ſermonibus de Chriſti Sanctorumque vita, ſeipſum, alioſque eum inviſentes deliniebat. Singulis diebus peccata Confeſſario lugens mœrenſque exponebat: ſæpe curabat ſibi legi Evangelii Textus, ubi agitur de Chriſti Paſſione, plures verſiculos è Pſalmo 40. expromebat, quorum ſenſus animo ſemper revolvens nunquam à Dei contemplatione dimovebatur.

Ut penitus adhæreat afflatui Divino, ma-
A nifeſtat apertè Chariſmata, quibus à Deo „donatur. Sponſa, inquit, quam Deus mihi „dedit, donorum cœleſtium, quibus potie„batur, me participem fecit. Matrimonium „nos virgines reperiens, virgines nos conſer„vavit: ſicut noſtra virginitas illibata reman„ſit, noſtra charitas nullum, vel leviſſimum „defectum paſſa eſt.

Ingrediente Paſtore in ejus cubiculum, ut Euchariſtiam adminiſtret, *Elzearius* confeſtim humi procumbit, genibuſque innixus, ut ſacro Viatico muniatur, rogat enixè, ne Extremæ Unctionis ullo modo differatur Sacramentum. Reſpondens ipſe alacriter, & forti accentu iis omnibus, quæ profert Sacerdos, ad hæc verba, *Per ſanctam Crucem*
B *& Paſſionem tuam libera eum Domine*, vocem exaltat & adjicit: hæc eſt ſpes mea, in hac *volo mori*.

Attendentes ſtudioſè, ad ea quæ ſequuntur, fateamur cum Davide, indicia Dei, *multam eſſe abyſſum*, Pſ. 35. In expirantis diſcrimine ultimo, videtur perterritus, & quaſi anxiè diſceptans cum aliquo vehementer illum agente. Dum qui adſunt pro moriente Deum ſupplices implorant, ipſe protinus conſurgit, exclamans: quam horrenda eſt malignorum ſpirituum rabies: quantum hæc terrefacit aſſiſtentes exclamatio, tantum ſequens eos conſolatur. *O dulciſſime Ieſu, mul-*
C *tis gravibuſque beneficiorum nominibus tibi ſumus obſtricti: tuâ morte omnes inferni poteſtates deviciſti.* Paulopoſt affirmat ſe omnino ſubjici Dei Judicio, ſicque concludit: *Vici tandem, vici, divina ope ſingulari.*

Exoriente in vultu ejus ſubito ſplendore, vox de cœlo hæc verba Sacræ Scripturæ protulit: *Euge ſerve bone & fidelis intra in gaudium Domini tui.*

Sedatâ omni perturbatione placidè obdormit in Domino Vir Sanctus anno 1322. die 27. Septembris, annum agens 28. cum aliquot menſibus. Qui vident *Elzearium*, credunt illum vivere ob faciei miram claritatem, & oculorum radios, qui ſpectantes lætificant
D & demulcent. In habitu Tertii Ordinis Franciſcani, cujus erat inſignis alumnus, ſepelitur, & deponitur in majori Conventu Fratrum Minorum Pariſienſium. Scitum eſt illud, multo melius de quibuſdam, acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum ſæpe dicere, hos nunquam. Quod utile fuit ad probandam *Elzearii* conſtantiam ab humani generis hoſte, multum utilitatis contulit nobili cuidam omnium libidinum maculis notato, auditori & teſti rerum & dictorum hujuſmodi certaminis. Prius habebat cupiditates adeò effrenatas & indomitas, ut in perdita nequitia gloriaretur, Sacramenta ſpernens, omneſque qui eum ad Pœnitentiam exhortabantur. Verba *Elzearii*

Digitized by Google

animam exhalantis tantum ei dæmonum ter-
rorem incuſſerunt, ut eodem momento Pa-
tri Franciſcano in ipſo *Elzearii* cubiculo
peccata ſua explicarit, ac deinceps geſſerit
omnia ex præſcripto, inſtitutoque rationis.

CAPUT XII.

Corporis Tranſlatio & Miracula.

ANTEQUAM in Gallias veniret, To-
loni degens cum dilecta Delphina, mor-
tis proximitatem prævidens, teſtamentum
formula conceptum exaravit, ſua ferè omnia
diverſis relinquens Eccleſiis, & præſertim Re-
ligioſis Franciſcanis: plurima ſuffragia ſtatuit
celebrari pro animæ levamento, corpuſque
terræ mandari in Conventu Fratrum Mino-
rum Aptenſium, in Provincia Phocenſi, quò
Pariſiis transfertur ipſo obitus anno.

Miraculis evidenter declaratur ejus ſancti-
tas. Venerandis Reliquiis accedentibus ad
oppidum (Villamnovam communiter nomi-
nant) citrà Pontem Avenionenſem, auditur
Avenioni æs campanum, nemine tamen qua-
tiente. Archiepiſcopo, ad quæſtionem, undè
hoc oriretur, nil reſpondente, publicæ pre-
cationes eo fine inſtituuntur: agmen ſup-
plicantium inſtructo ordine procedit, inno-
centibus præviis, qui ad libitum ambulantes
ante cæteros ordines rectà Villamnovam
contendunt. Qui comitantur ſacrum corpus,
Avenione tranſire volunt miraculum campa-
narum ignorantes.

Ad primum occurſum feretri, innocentes,
Avenionenſeſque omnes alii divino inſtinctu
genua flectunt, neſcientes prorſus quid in eo
loculo recondatur: petunt deinde venerabun-
di, cœleſtique timore correpti quid ſibi ve-
lit iſta capſa operimento nigro & mortuario
inſtructa. Reſponſo dato corpus optimi *El-
zearii* Aptam devehi, ut ibi ſepeliretur, juxta
formulam teſtamenti, Archiepiſcopus decla-
ravit non exquirendam eſſe cauſam inopinati
campanarum cantus curruſque per trium-
phum ducitur Avenionem, ubi ſacrum depo-
A ptum ſolenni apparatu excipitur.

Populorum zelus maximè enitet, dum ægrè
ferentes tam pretioſi theſauri diſceſſum æs
campanum denuò mirabiliter reſonans au-
diunt. Cæci, ſurdi, paralytici meritis *Elzearii*
priſtinam ſalutem recuperant. Octo mortui
ad vitam revocantur. Beata Delphina præ-
ſertim bino donatur favore. Moriente ſpon-
ſo, mortem ipſius nunciavit Regi & Reginæ
Siciliæ, quorum erat in Comitatu, quique tunc
Avenioni degebant apud ſummum Pontifi-
cem: Gementi prætereà & mœrenti, non
propter obitum chariſſimi *Elzearii*, ſed ne
pœnas piaculares pateretur, quas ſolutæ cor-
poribus animæ luant, apparuit ipſe reſplen-
dens ut ſol, & affirmans ſe æternam felicita-
B tem fuiſſe adeptum: deinde illam fortiter ad
divinum cultum, & Chriſtianas virtutes ex-
citavit, ut quam in terris voluntatum conſ-
pirationem habuerint, eamdem in cœlis, in
perpetuas æternitates ſervent atque conſum-
ment.

Mirificos illi honores Aptæ deferri cura-
vit Delphina: Franciſcani inter cæteros ſin-
gulari ardore celebres iſtas exequias proſe-
cuti ſunt, eò ſtudioſius, quò ad ſacri corpo-
ris ingreſſum in eorum Eccleſiam, cœleſti
odoramento fuerit perfuſa. Tot & tanta mi-
racula edidit, ut ſummus Pontifex Urbanus
V. eum Sanctorum numero adſcripſerit,
C anno 1369. die 17. Kal. Maii.

Mors tamen repentina Urbani V. non per-
miſit tribui Pontificium diploma, niſi ab ejus
ſucceſſore Gregorio XI. Pontificatus anno
primo. Liber, cujus titulus eſt, ***Firmamen-
tum trium Ordinum Minorum***, tertiâ parte,
ubi agitur de divini Officii rubricis, ponit
ſolennitatem ſancti *Elzearii* inter feſta dupli-
cia Ordinis Seraphici. Tertiarii illam cele-
brant ſub ritu duplici cum octava, veneran-
turque Elzearium tanquam Tertiæ Regulæ
Franciſcanæ ornamentum. Marcus Ulyſſip-
ponenſis, Surius, Ribadeneira, Gonzaga,
Wadinghus, ſanctus Antoninus ejus facta
deſcripſerunt, virtuteſque ſummis laudibus
extulerunt.

VITA
SANCTI ROCHI
CONFESSORIS.

CAPUT PRIMUM.

Miraculo editur in lucem, Tertiæ Familiæ Franciſcanæ nomen dat.

EA eſt animi noſtri imbecillitas & infirmitas, ut peræquè gaudio atque ægritudine lædamur. Itaque haud multò plures ſunt, quos ægritudo conficit, quam quos effuſa & immoderata lætitia, quod in amore maxime cernitur: proptereà quod amor, ut in deſiderando eſt omnium ardentiſſimus, ita in gaudendo eſt effuſus & immoderatus maximè: Quamobrem qui ardenter amant crebrò animo deficiunt, & propè exanimantur, nunc acri deſiderio, nunc ſubditâ objectâ lætitia victi, neque ad ſpectandum fortes, neque ad lætandum valentes, ſed ad utrumque imbecilles.

B. *Rochus* multa & dura patiens pro amore Chriſti, nec unquam laboribus opprimitur, nec inani relaxatur gaudio, quia firmiter Deo adhærens Dei ſtabilitatem quodammodo imitatur. Hoc poſito fundamento ejus præcipua facta enarremus quæ miram hanc vivendi rationem ubique præ ſe ferunt.

Patrem habuit Joannem, Dominum Monſpelii in Langothiâ pium perinde ac generoſum. Matrem ejus nominant *Liberam*, eximiâ præditam virtute, & cultui beatæ Virginis Mariæ ſingulariter addictam. In connubio per longum tempus vixerunt abſque ullâ liberorum ſpe: imploratâ nihilominus interceſſione ſacratæ Dei Genitricis, *Libera* vocem hanc interiorem audivit, *mulier fiet tibi, ſicut vis*. Maritus & uxor, poſt grates Deo impensè redditas, felicem viderunt ſuorum bonorum ſucceſſorem, anno 1295. pulcherrimum nempe filium, ſignum Crucis impreſſum pectori gerentem; unde omne acceperunt Chriſti fore Crucifixi perfectum imitatorem. Dum Luſtralibus initiatur Aquis, *Rochus* nominatur.

Cum *Libera* Mater ejus ſimul & nutrix fuerit, pietatem cum lacte combibit, ſicque boni mores videntur ei ingeniti & inditi à natura. Sicut Libera ſingulis diebus Mercurii & Veneris inediam ſuſtinebat, ita Rochus eodem intervallo ſemel tantum mammam ſugebat. Cum tener adhuc & quinquennis erat jejunia, & omnes carnis cruciatus conſueta illi & fere quotidiana erant. Anno duodecimo ætatis ſuæ jam pauperum protector & refugium æſtimatur, quibus ſtudioſè miniſtrabat, & ſubveniebat amplis eleemoſynis: benignè pariter peregrinos excipiebat in paterno domicilio. Ut paucis expediam, ad virtutem omni ſtudio, omni curâ, cogitationeque incumbebat.

Joannes Pater agens animam, *Rochum* filium jam ad annum vigeſimum provectum exhortatur ut non deflectat ab incœpto pietatis tramite: Mater Libera paulopoſt è vivis excedens idem conſilium inculcat, atque fortiter repetit, cui *Rochus* fideliter morem gerit, imo vero cui plurima opera gratuita & ſublimia ultrò ſuperaddidit.

Cùm oppidò dives eſſet, omnes amplas ſuas facultates vendidit ut pauperes filias in matrimonio collocaret, impudicaſque mulieres ab effrenata vitæ licentiâ revocaret. Dominium verò Monſpelienſe inter manus patrui depoſuit, atque ſumpto habitu Tertii Ordinis Franciſcani peregrinationes obiit ad loca ſancta Italiæ, præſertim ad ſepulchra Apoſtolorum Petri & Pauli.

Divitias, honores, delicias mundi fugientem, mundi amatores inſimulant, gaudet tamen, & libenter patitur ſummam laudem ſibi vitio & culpæ dari: propter Chriſtum vituperationem, & probrum quærit, qui prior pro noſtra ſalute illa ardenter quæſivit.

Quicquid cornicentur ſapientes ſæculi contra generoſam Rochi fugam, magno digna eſt elogio, cum omnis ſit ambitionis victrix, quæ probroſiſſima eſt infamia. Multò eſt deterior, ebrietate inconſulta gloriæ cupiditas: nam quos aculei gloriæ pungunt, ii nequeunt quieſcere. Velint, nolint etiam vinoſiſſimi, erit aliquis bibendi modus: non erit ullus gloriæ a cſi qnos pepigerit terminos, eos continuò ulterius progrediendi perfringat inexplebilis libido. Rochus in ſuo propoſito confirmatur, præſertim

præſertim dum Jeſu Filii Dei meditatur pro fundam demiſſionem, qui *cum dives eſſet & Rex Regum terræ propter nos egenus factus eſt.*

CAPUT II.

Plures ſanans peſte laborantes, eodem ipſe morbo corripitur.

IN urbem ingrediens, quam vulgò Itali vocant, *Aquapendense*, ſtatim ſe confert in noſocomium, ut plurimis peſtilenti lue affectis miniſtret. Vincentius hoſpitii curator juventutem, & temperationem corporis ejus imbecillam & tenuem conſiderans, poſtulationi ejus non acquievit. *Rochus* tamen charitate flagrans Signo Crucis omnes ægrotos ad priſtinam valetudinem revocat, non ſolum in valetudinario publico degentes, ſed alios in tota urbe peſte vexatos; par quoque auxilium recepit, Cæſenna, eodem illuſtri miraculo.

Romam profectus Eminentiſſimum adit Cardinalem, quem Hiſtorici de Britanniâ vocant, eximiæ virtutis virum, & ſummo Pontifici valde gratum. Prælatus iſte, aure præbitâ *Rocho* totius vitæ noxas Confeſſione ſacrâ expianti, ejus animæ puritatem miratur, quæ manifeſtatur radiis è *Rochi* confitentis vultu emicantibus: conjicit facile egregium illum eſſe Peregrinum, cujus fama univerſam jam Italiam repleverat, propter curationes mirabiles & innumeras. Rogat illum ut Romæ auxiliatricem manum admoveat. *Rochus* intereà fronti Cardinalis Signum Crucis imprimit, apertum & evidens, quod ſummum Pontificem, univerſamque Curiam Romanam admiratione afficit. De hoc inſolito eventu monitus Cardinalis à *Rocho* enixè poſtulat ut deleatur, qui reſpondet non erubeſcendum Evangelii triumphum, quem Jeſus Cruce reportavit. Hac reſponſione divinitùs incenſus *Rochum* eligit & inſtituit in conſcientiæ moderatorem domeſticum & familiarem, trium annorum ſpatio, quo finito inter brachia *Rochi* Sanctè moritur.

Summus Pontifex cum Rocho volens colloqui & conferre ſplendores inſuetos perſpexit ex oculis ejús erumpentes, deinde Sanctum eum altè pronuncians, civitatem Romanam ei impensè commendavit, unde Signo Crucis beati Peregrini manu exarato, peſtilentia omnino abiit: peſtis, quæ longè, lateque totâ Italiâ graſſabatur, confeſtim deſiit à noſtro cœleſti medico penitus exterminata, qui regiones omnes, ubi ſe judicavit neceſſarium aut utilem, diligenter luſtravit.

Statuente divinâ Providentiâ virtutem *Rochi* probare hocce peſtilenti morbo, illum dormientem in noſocomio Placentino voce clarâ A & diſtinctâ præmonuit lue fore vexandum: ad hæc verba ſubitò expergiſcens latus ſuum ſiniſtrum ſentit lanceâ transfixum; deinde violenta febri aduſtus exclamavit. *Conſtat nunc, ò Domine, conſtat certiſſime, à bonitate tuâ me peramari, quem tuæ Crucis reddis participem ſingulari prærogativâ.*

Morbo nimis ſæviente, vociferabatur interdum, moderamine tamen & plenâ voluntatis ſuæ cum divina conſenſione; ne autem moleſtus eſſet aut importunus pauperibus, exire voluit è valetudinario publico, injuriis aëris ſe exponere, & pernoctare ſubdio: populi hunc expulſum in adminiſtratorem criminati ſunt, qui declaravit *Rochum* ſic exoptaſſe. Eodem tempore, qui *Rochum* B miſerantur, & honorant; illum æſtimant inſanum & mentis impotem: timentes quoque ne urbem novâ contagione inficiat longius exulare cogunt: Vir Sanctus itaque baculo innixus vicinam in ſilvam ſecedit, ubi per aliquod tempus ad radices arboris inſiſtit, tantis obrutus ærumnis, atque ſuaviter ſic exclamat: *Bone Deus, juſtas do pœnas meæ negligentiæ in ſublevandis pauperibus: iram tuam compeſce, clementiſſime Redemptor, neque ſecundum iniquitates meas retribue mihi.*

Ut reus loquitur, quamvis innoxius, ſed loquitur cum profundâ humilitate quæ divinam meretur conſolationem, & obtinet, nube lucidâ exoriente ad caſulæ januam, quæ il- C lum jucundâ reficit aurâ, vivoque fonte inopinatò manante, quo ſitim extinguere poteſt, & pedes lavare.

Amœniora nunquam viridaria tam recrearunt molles & delicatos homines, quam ſolitudo, paupertas, ægritudo, contemptus, Chriſti patientiæ intuitu, lætificant *Rochum*. nec hortos florentes abdicaſſe eum pœnitet, paratum ſemper duriora pati, ut ſe ipſum vincat.

Novit terræ oblectamenta habere interdum honeſtæ aliquid voluptatis, nonnunquam etiam inhoneſtæ: æque igitur ſpirituales virtutis ſtudioſos, ac voluptuoſos umbroſis ſeceſſibus delectari. Nam & ingenium locus D excitat & ad pœnitentiam quoſdam; alios ad incontinentiam & laſciviam exhortatur: non locis ergo ſed animo in Deo gaudendum eſt, ad *Rochi* imitationem, qui bene uſus eſt magnificiis prædiis. & delitioſis viretis per abdicationem, & ſolitudinem, quamvis ſenſibus arduam & inamœnam, per inclinationem ſcilicet voluntatis, in id unum propendens ut Deo gratus fieret, & Jeſu Crucifixi imitator. Non refert, aiebat, ubi ſit Chriſtianus " ſed quid ibi agat: nunquam Chriſtianum " locus nobilitaverit, ſed Chriſtianus locum, " neque id aliter, quam præclarum ibi, & in- " ſigne aliquid moliendo. "

CAPUT III.

Panis divitus illi ſuppeditatur.

GOTTARDUS nomine claro. & multâ dignatione vir, ob peſtem in illa regione ſævienrem, in pagum ſilvæ vicinum, ubi *Rochus* habitabat, ſe recepit eum ſuis domeſticis. Unus canum indagarorum de catervâ de manu Gottardi menſæ aſſidere incipientis panem ſubitò avulſit, & confeſtim ad *Rochum* ægrotanrem derulit, ſicque egit tribus conſecutis diebus. Iraſcitur Dominus in ſuum venatorem, cui tamen ignoſcit, comperto ejus ſtudio in omni re venatica gerenda. Non ex ferculi convenientis defectu canis panem arripiebat. ſed ægroti ſuſtentandi gratiâ, ſicut expertus eſt Gottardus, ſequens aliquando beſtiam, uſque ad tuguriolum Sancti Eremitæ, cui blandiens caudæ motibus, & capitis demiſſione offerebat eleemoſynam.

„ Qui es tu, & quonam laboras morbo? „ erit Gottardus infirmo; me peſtilens corri„ puit lues, *reſpondet Rochus*, ad ſecundam quæſtionem, ſed nil, ad primam. Metuens Gottardus ne vel contactu, aut ipſo etiam congreſſu & afflatu peſtem contraheret, è veſtigio receſſit, maximâ æſtimatione conceptâ de famuli Dei præclara ſanctitate, ad quem citò rediit exclamans flexis genibus: „ peccavi graviter, homo Dei, quod te de„ reliquerim, nunquam à te diſcedam niſi „ morrno, vel priſtinæ valetudini reſtituto; vel tandem potius uſuram tecum lucis amittam.

Rochus Deo ferventer gratias agens mirificas de tam inſigni beneficio accepro, Gottardum amplectirur, Comitemque ſibi individuum adhibet, ut illum à turpi vitâ ad emendationem abducat; poſt pia de æternitate, & cultu divino colloquia. conſcientiæ Gottardi abſtruſiora detegit arcana, quæ *Rochus* ex alto certiſſimè noverat. Eodem momento, cor illud ab depravatâ morum diſciplina prins deciſcens, proponit fortiter rectam virturis viam inire: beatus itidem *Rochus* aſſerit Diſcipulum ſuum ad perfectionis apicem perventurum, quò Deus illum advocat, modò amplius humanos favores non ambiat, & libenter ferat opprobria.

Novus Tiro faretur repugnantiam, ſe tamen humiliter ſubjicit moderatoris ſui conſi„ liis, licet aſperis & difficilibus. Ito igitur, „ inquit *Rochus* iu urbem proximam, atque „ bocce meo munirus baculo & bacce mea „ mantica ibi oſtiatim coge ſtipem, unde „ ambo ſuſtentari poſſimus, cum tuus nunc „ canis nil prorſus nobis ſuppeditet. Reſpon„ denti Gottardo ſe acribus vituperiis affectum iri ut inſanum, ob mendicitatem, " quæ tantopere viro diviti & opulento re" pugnet; *Rochus* tamen grave illud onus " pergit imponere, cui denique libenrer hu" milis ſubditur Novitius. "

Plurimi cives arbitrantes ſe ab hujuſmodi novo mendico irrideri maledictis illum appetebant: Alii velut mentis impotis vicem dolebant; cæteri vero quaſi forrunas omnes, opeſque ſuas per luxuriam aut gulam dilapidaſſer, contumeliis illum vexabant. Rubore ſuffuſus cogitur ſe abſcondere ſub amici cujuſdam tectum, qui objiciens turpem nomini parenrum aſpergi infamiæ labem, fœda hac vilitate, ad quam ſe dejiceret, illum minatur juſte expellendum fore à pediſſequis.

Gottardus citò revertitur in caſulam ſolitariam, ubi flens, gemenſque *Rocho* duos panes erogaros offert, qui docet hiſce humilitatis actibus vanam ſuperari gloriam, ac deinceps roſas de ſpinis collecturum, ſuaviſſimumque mel in media fellis amaritudine guſtaturum.

Excitat fortiter *Rochus* Gottardum ad paupertatem, & omne dedecus, humanum ſubeundo, propter Chriſti amorem: nil ama" rius initio fateor, inquit, ſed poſt perſeve" rantiam nil ſuavius, nil dulcius. Ne conque" raris, quod jam domum tuam fortaſſis " egeſtas invaſerit; ultrò illi ut occcurras, " conſulo, venientem læto animo, bipaten" tibus valvis excipiens, atque amplectens; prima enim fronte, rigida ac ſubtriſtis, nec " immerito viatori, ac viro armato exæquan" da, eo quod celer, minaxque ſit adventus " ejus: Ar cum in familiaritatem admiſſa fue " rit, & minimè ſumptuoſa, & ſecura ac faci" lis hoſpes erit. Uno verbo abſolvam: om" nes ſancti, vel paupertarem ſponte elege" runt, vel advenientem peramanter ample" xati ſunt, vel peroptarunt in mediis divitiis " quæ per eorum manus, quaſi per canalem " fluebant ad egenorum ſolamen, dum pau" pertatem ſingulari amore complectebantur. "

CAPUT IV.

Deus Rochum jubet reverti Monſpelium, ubi vitâ fungitur.

IN urbe vicina mendicans omnes peſte vexatos ſanavit Signo Crucis, ipſa quoque bruta animantia, quæ morbo eodem affecta, procumbebant divino inſtinctu ad pedes ejus: populis acclamantibus, ac illum ubique ſequentibus cum admiratione, vox cœleſtis reſonat, hæc proferens verba: *Roche, tua exaudita eſt Oratio, convaleſcis omnino; redi*

cito in patriam deliﬆorum piationem exactu-rus, ut in numero cœlitum collocetur.

Vir eximiæ pietatis, qui *Rochum* in ſolitudine comitatus erat inter alios, illum appellans, nomine, quod divinitus noverat, ſupplex ſe proſtravit, impensè rogans ut ſemper eſſet placentiæ memor. Verùm ſupplicationi annuens prohibet humilis *Rochus*, ne divulget unquam ſecreta quorum particeps erat & teſtis. Deinde per aliquod tempus pergit ſalutaribus Gottardum imbuere præceptis, quæ diſcipulum ad ſublimis virtutis apicem evexerunt.

Monſpelium rediens denique *Rochus* obediendi ſtudio, Monſpelienſes omnes invenit in armis ſtantes, univerſamque regionem bello flagrantem: ipſi patruus, & beneficiarii clientes addictiores, illum exploratorem arbitrantes in profundam foveam projiciunt & tenebroſam, necnon plenam ſerpentibus: Deum laudat hoc in tererrimo carcere, eo ardentius, quo magis affligitur à ſuis ſubditis; opemque cœleſtem implorat, ut firmus permaneat in propoſito contemptus & dolores patiendi cum Chriſto, & propter Chriſtum; firmiter etiam ſtatuit nullo modo declarare ſuum nomen ante mortem.

Vixit ibi quinquennio in continuâ inediâ, & aſperioribus carnis cruciatibus, quos divina meditatio apprimè leniebat. Peſte tandem infectus cuſtodiæ præfectum rogavit ut Sacerdotem accerſeret, qui primo aſpectu radios è *Rochi* emicantes oculis, atque in ejuſdem confeſſione tantam animæ puritatem notavit, ut poſtquam illum omnibus munierit Sacramentis, Monſpelienſem monuerit Dominum, famamque vulgaverit, quod carceri mancipatus vir eſſet præclarâ conſpicuus ſanctitate. Populus accurrens invenit illum jam vita functum.

Antequam animam efflaret *Rochus*, Angeli jucundâ viſione recreatus eſt, qui illi ſe junxit comitem, uſque ad æternæ triumphum gloriæ, ac promiſit, quod, quæcumque vivens adhuc popoſceret à Deo, certiſſimè conſequeretur. Poſtulavit igitur *Rochus* peſtilentiâ ſaucios ad ipſum confugientes extemplò ſanari, quod à Deo conceſſum eſt. Deinde humi decumbens, & ſolitarius diem ultimum clauſit anno ætatis ſuæ trigeſimo ſecundo, & Virginis partus 1327. Eodem tempore ſplendores inſoliti coruſcarunt circa locum deceſſus.

Mirati ſunt ad venerandum corpus accedentes funalia allata & accenſa ab Angelis, quæ illud circumſtabant, pariterque hæc verba in ſchedula ſcripta: *Quicumque peſtilenti lue infecti auxilium* Rochi *implorabunt, ſanitatem adipiſcentur.* Mater Domini Monſpelienſis hæc legens amarè flevit, & Monſpelii Comitatus legitimum hæredem eſſe facile comprehendit, ſimulque cum filio introſpexit, an gereret Signum Crucis in pectore: quo certè comperto omnes genibus innixi, obortis lacrymis humillimè veniam petierunt.

Mandatur terræ ſolenni pompâ, in Eccleſia juſſu & ſumptibus patrui conſtructâ, ubi inſignia patrat miracula, quæ itidem alibi edit, peſti finem imponens, quotieſcumque invocatur. Plures aliæ nationes eumdem R*ocho* exhibent honorem, Sacella magnifica, necnon ſuperba Templa ædificantes in ſuis Provinciis, ſub ipſius titulo: ejus imago publicè in altari exponitur; huc inſtructi prodeunt ordines ſupplicantium; Miſſæ ibi celebrantur in ipſius venerationem. Immunis ab opera feſtus illius dies tranſigitur, & ſacro obſervatur cultu, quamvis à ſummo Pontifice in ſanctorum numerum non ſit adſcriptus, niſi tacito conſenſu, dum videlicet illum Romæ & per univerſum orbem coli permittit eodem ritu; qui cæteris à Sede Apoſtolica inter cœlites relatis præſtatur.

Pietas fidelium erga beatum R*ochum* approhè amplificata fuit ab anno 1414. in Concilio Conſtantienſi. Plurimis illuſtribus Prælatis conſtabat, ut ſchiſma trium ſe ritè ad ſummum Pontificatum electos affirmantium tolleretur, erroreſque Wiclefi, Joanniſque Huſſii condemnarentur: abire tamen volebant, ob peſtem, quæ terribiliter Conſtantiam invaſerat. Verùm adoleſcens quidam Alemannus divino afflatus Spiritu, poſtulata à Patribus congregatis licentia loquendi, illos generosè ad comitia perficienda exhortatus eſt, indicto prius jejunio publico, & omnium Ordinum ſupplicatione ſolenni habita ubi honorificè imago R*ochi* deferretur: his omninò peractis, de illo loco peſtis diſceſſit, Conciliumque felices & proſperos adeptum eſt exitus.

Scriptores aliqui credunt corpus ejus à latronibus anno 1475. tranſvectum fuiſſe Monſpelio Venetias, & à Venetis magnificè receptum, atque collocatum mira ſolennitate in Eccleſia ejus nomine dicatâ. P. Arturus à Monaſterio Recollectus probat tamen in Martyrologio Franciſcano hoc non poſſe intelligi niſi de quadam parte, cum jam tunc exraret corpus, nunc quoque aſſervetur Arelati, in Provincia Phocenſi, & Conventu vulgo Mathurinorum, quò tranſlatum fuit anno 1371. unde fruſta paſſim mittuntur diverſas in regiones cum ſcriptis auctoritatem fidemque præferentibus, ut R*ochus* ubique locum obtineat protectoris contra peſtem. Joannes *Meingrius* ſeu communiter *Boucicaltus* illuſtris inter Gallicorum Caſtrorum ſupremos Præfectos, & egregius bellator multum colebat Religioſos Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum, præſertim Arelatenſes, quos miris largitio-

nibus donavit, maximè quidem anno 1372. pretioſo corporis beati Rocbi theſauro.

Pietati fidelium plures diſtributæ ſunt partes diverſis in regionibus. Alexander V. Papa diſerto diplomate Romæ dato die præcedenti Nonas Februarii præcepit Religioſis præfatis, in Regnum Granatenſe recenter adjunctum imperio Chriſtiano, ſacrarum portionem Rochi Reliquiarum, magnum ſcilicet os dorſi tranſmittere, ut in fide confirmetur. Anno 1522. urbs Arelatenſis Religione voti ſe adſtrinxit ad honorem Rocbi Ædem conſtruendi, ut ejus interceſſionibus à peſte liberaretur, qua peſſimè laborabat.

Anno 1533. regnante in Gallia Franciſco I. Guillelmus Vaſſorius hujuſce Principis Chirurgus impetravit à ſummo Pontifice Clemente VII. Patentes literas Nonis Novembris datas, decimo Pontificatus anno, quibus ei licebat *Rochi* lipſana ſecum avehere: acceſſit permiſſio regia die decimo hujuſce menſis, eodemque anno, Pontificium diploma exequendi, aſſentiente Mathurinorum Generali, modo Reliquiæ non exeant extra limites Galliæ. Guillelmus accepto à Patre Gentiano Conventus Arelatenſis Superiore colli oſſe illud aſportavit ipſe in pagum (nominant vulgò Villam-Judaicam) penès Pariſios. Tranſlationis feſtum ibi celebratur prima Dominica menſis Maii, & plures impertiuntur Indulgentiæ.

Anno 1557. die 22. Maii tranſvecta fuit pars capitis, Maſſiliam, in Monaſterium Mathurinorum, quorum Eccleſia dedicata eſt Sancto Rocho. Anno 1575. die 16. Maii Roma orbis Chriſtiani caput, præcipuo ac ſingulari id honori vertit, quod Alexander de *Barvicho* Abbas Monaſterii ſanctæ Mariæ effecerit ut os beati *Rochi* poſſideret.

Quamvis Mathurinorum Superior anno 1616 ſtrictè & per meritum ſanctæ obedientiæ prohibuerit & ſub pœna excommunicationis ipſo facto, ne quis ſuorum inferiorum has Reliquias cuiquam elargiretur, aut fineret diſtribui, ipſe nihilominus præclaro hoc dono Urbem Duacenſem cohoneſtavit anno 1617. partem capitis *Rochi* donando Patribus ſui Ordinis Duaci commorantibus, ubi frequentibus & ſplendidis claret miraculis.

Anno 1619. Sodalitium ſancti *Rochi* inſtitutum Taurini, ad Mathurinos Arelatenſes legavit eo fine impetrandi aliquid de famuli Dei lipſanis: Literæ commendaritiæ Ducis Sabaudienſis, Archiepiſcopi Taurinenſis, Cardinalis Bandini, ſacri Collegii Decani, nil profecerunt.

Offertur tandem Chriſtianiſſimi Regis ſyngraphus patentis formulæ, cujus adſcriptio notatur in oppido ſancti Germani 28. Aprilis 1619. ad Archiepiſcopum & primarios cives Arelatenſes: verùmtamen abnuentibus Religioſis ob deffenſionem Superioris Generalis, Legatus Sabaudienſis Lutetiam proficiſcens, ab ipſo permiſſionem obtinet 18. Martii 1620 nunc ſolummodò, ea lege ut ne huic beneficio conſequens alterum quæſitum inde cenſeretur. Coxæ lævæ oſſis pars ſuperior ei fuit imperrita, & nomine Sodalitii thecam argenteam inauratam obtulit, in qua deinceps Reliquiæ ſancti Rochi ſunt reconditæ.

Anno 1628. in urbe Arelatenſi, peſte horribiliter ſæviente, Archiepiſcopus Sodalitatem conſtituit ſub titulo S. Rochi, apud Mathurinos, quam ſummus Pontifex Urbanus VIII. 1629. Idibus Martii confirmavit: Creſcente numero Sodalium, conſtructum fuit ab ipſis magnificum Templum in ſancti Rochi honorem, ubi ejuſdem imago argentea, auro illita exponitur. Facta ejus fusè narraverunt PP. Ludovicus *Maldura*, laudatus apud Surium, Franciſcus *Diedo*; Genebrardus, Wadinghus, Sauſſayus. In dubium revocari non poteſt, quin Tertii noſtri Ordinis Franciſcani alumnus fuerit, poſt teſtimonia Antonii à Sillis, Petri *de Vega*, miranda, in expoſitione tertiæ Regulæ Franciſcanæ.

B. *Leo de Perago* dictus à loco nativitatis ſuæ, & Valvaſorius à propriæ ſtirpis titulo Archiepiſcopus fuit Mediolanenſis: referunt quidam, quod cum Canonici Mediolanenſes, aliique Electores non convenirent inter ſe de Viri eximii electione, qui hanc dignitatem adipiſceretur, omnes unanimiter ſe ſubjecerunt noſtri *Leonis* ſententiæ, ita ut ſi ſeipſum eligeret, electionem hanc rectè atque ex ordine factam æſtimarent, uſque adeò virtus ejus famâ erat commendata: ab Imperatore tunc Friderico II. Eccleſiam dirè perturbante, Prælati in obeundis muneribus ſuis cruces & contradictiones innumeras patiebantur, præſertim in Italia, quæ continuò ferè bello flagrabat. Licet quorumdam hæc opinio Scriptorum omninò ſit ad laudem noſtri *Leonis*, alii tamen arbitrantur nominatum fuiſſe Archiepiſcopum à Gregorio IX. Summo Pontifice, qui monitus de diſſidio Electorum auctoritate ſuâ Pontificiâ elegit noſtrum *Leonem*. Declarant autem omnes Hiſtorici ad eminentem illum ſanctitatem perveniſſe, ſpatioque octodecim annorum in Archiepiſcopatu ſe geſſiſſe Mediolanenſi, tanto ſplendore, ut æquare ejus merita laus nulla poſſit. Conſtructo ſuis ſumptibus Monaſterio Franciſcano in urbe natali, poſt ſanctiſſimam vitam, ſanctiſſime obiit 18. Decembris 1257. jubens corpus ſuum terræ mandari in pago (vocant Legnonum) non longè Mediolano diſtanti, ubi ad tumulum ejus plurima ſunt edita miracula. Quamvis à quibuſdam inter Religioſos collocetur Franciſca-

nos, plures alii fide digni inter Sæculares illum enumerant: ſic Bernardinus de Buſtis, Antonius de Sillis, Joannes de Torres.

BEATUS *Gualterius* Epiſcopus erat Tarviſinus in Italia, & in Valle Spoletanâ; ubi ſancto Franciſco ſuum conſtituente Tertium Ordinem magno ſtudio, *Gualterius* nomen dedit tantoſque progreſſus fecit, ut ſuo fervido exemplo cœteros Fratres jam valde multiplicatos ad perfectionem vehementer inflammaret. Claruit miraculis ante & poſt obitum, qui accidit 21. Auguſti. Marcus Ulyſſiponenſis, Gonzaga, de Sillis, Joannes de Torres, de eo mentionem faciunt. Wadinghus illum commemorat anno 1242.

BEATUS *Lancelotus Decius* oppidò eruditus, & literaturæ ſingularis erat: mirabatur eum maximè Pariſienſis Academia, dum in ea publicè Literas doceret, juxta quoſdam Scriptores. Alii verò aſſerunt diſciplinam publicam tradidiſſe Ticini, ubi cum ſolida pietate ſublimem doctrinam jungebat, Patris Seraphici factus Diſcipulus tertiæ regulæ Profeſſione. Quamvis diem mortis *Lanceloti*, & peculiaria ejus facta, vel etiam ſæculum, quo præciſè vixerit, ignoremus, non inde minor eſt ſanctitatis ejus certitudo, cum dicta è manuſcripto haud dubiè excerpſerimus.

Bernardinus de Buſtis, Joannes de Torres, Antonius de Sillis, Marcus Ulyſſiponenſis, & Gonzaga celebrant B. Carolum de *Monteſeltrio*, tanquam Virum ſanctitate conſpicuum, qui multa patravit miracula. P. Arturus de eo loquitur in Martyrologio Franciſcano 24. Novembris.

BEATUS Carolus d'*Endano*, oriundus è *Monteſeltrio* multum illuſtravit Tertium

A Ordinem noſtrum virtutum ſplendore, & Miraculorum magnitudine. P. Arturus illum proponens, die 17. Septembris, citat Marcum Ulyſſiponenſem, Gonzagam, & Antonium de Sillis.

BEATUS *Stupa* perfecta conſiliorum Evangelicorum obſervatione, & dono Prophetiæ ad ſummam nominis amplitudinem pervenit: Conſuetudo quoque intima, quæ cum B. *Thomaſſino* interceſſit, illum magnoperè inſignivit. De *Thomaſſino* ſermo eſt in Martyrologio Minorum 15. Septembris: de *Stupa* 29. Januarii, quem aliè prædicant Wadinghus, Antonius de Sillis, Marcus Ulyſſiponenſis. Licet non facile dignoſcitur, quo B ſæculo floruit, niſi ex manuſcripto, quod ipſe poſtens reliquit de Thomaſſino, cujus ſe declarat coævum, conſtat nihilominus virtute ſingulari fuiſſe prædirum.

BEATUS *Angelinus Daneſius* meruit hiſce verbis celebrari à Gonzagâ differente de Conventu, quem nominant de *Fontecaſtello* urbis Montiſpolitiani vicino, Provinciæ Etruſcæ vigeſimo ſeptimo. B. *Angelinus Daneſius* amplexus eſt Tertiam Patris Seraphici Regulam, ut vulgo & certò creditur. Jacet in Eccleſia ſancti Franciſci de *Fontecaſtello*; C quamvis oriundus ſit ex urbe Montiſpolitiani Sentiunt quidam nominari à Wadingho 1269. 1445. *Angelum Daneſium Politianum*, Conſulem ſeu vulgo Syndicum Apoſtolicum, & Fundatorem Monaſterii Fratrum Minorum, qui eum præſertim colunt in Martyrologio Franciſcano. 16. Junii. Non defuit, imo viguit ad ejus commendationem miraculorum operatio.

B. CAROLUS II
REX SICILIÆ & HIEROSOLYMORUM.

BEATUS *Carolus II.* Siciliæ Rex & Hieroſolymorum maximè decoravit Tertium noſtrum Ordinem originis & virtutum ſplendore. Filius erat primo genitus Caroli Comitis Andegavenſis, ſancti Ludovici fratris, & Beatricis filiæ poſtremæ Raymundi Berangeri, ejuſque hæredis in Comitatu Phocenſi. Naſcens anno 1254. jam in crure defectum patiebatur, unde titulum Caroli Claudi obtinuit.

Carolus ipſius Pater in ditionem ſuam reductâ Maſſiliâ prius rebelli, Rex Siciliæ à

D ſummo Pontifice Urbano IV inſtituitur poſt expulſionem uſurpatoris, Manfredi ſcilicet Imperatoris Friderici II. filii naturalis. Coronatus fuit Peruſii à Papa Clemente IV. Urbani ſucceſſore. Multis inſignibus victoriis de hoſtibus reportatis tranquillè poſſedit Siciliam, quâ privatus eſt anno 1281 tragicâ cæde Veſperarum Siculartum.

Carolus noſter ejus filius, eximiæ virtutis Princeps, annum agens vigeſimum octavum, & matrimonio copulatus cum Regis Hungariæ filia, jam ex uxore plures liberos ſuſce-

perat, & in Phocenſi degebat Provincia, unde pater illum citò juſſit exire, & conferre ſe in Franciæ Curiam, ut Philippi audacis opem imploraret, injuriæ acceptæ gratiâ. Pariſiis è veſtigio Neapolim proficiſcitur ut Neapolitanos in officio coerceret, ne pravum Siculorum exemplum ſequeretur.

Pater ejus interim in Provinciam, ſeu regionem Salyorum ſe transfert, ut bellatorum claſſem inſtruat & comparet ad reſiſtendum Petro Arragooiæ Regi, qui ſibi ſumptâ in conjugem Conſtantiâ Manfredi filia, Siciliam invaſerat.

Rogerius de *Loria* Natione Calaber, rei maritimæ uſu valdè peritus, à Caroli partibus deflectens Petro adhæret, excurſiones populabundus facir in littora Neapolitana: Carolus noſter II. Princeps Salerni, ægrè ferens haſce hoſtilitates, paratuſque ad irrumpendum in hoſtiles copias, cum ſeptuaginta triremibus, quominus id agat impeditur à Legato Apoſtolico Cardinale Parmenſi, & Franciæ Barooibus, qui eum comitabantur. Eodem tempore Lembus Maſſilienſis advenit cum epiſtola Regis Caroli, ad filium Salerni Principem, quâ certare prohibetur ante patris appulſum.

Lembus autem abripitur epiſtolâque intercipitur à Rogerio de *Loria* qui continuis & moleſtis irruptionibus juvenem Principem in prælium compellit: Exercitatus & vafer ille Pirata fingens initio ſe fugere Carolum attrahit in altum mare, ubi nautarum ejus fidem pecuniâ, aut aliâ ratione perfringit, qui cum magnâ ex parte Itali eſſent, & Gallorum hoſtes, unco immiſſo triremes apprehendi permiſerunt, ita ut omnes qui eas occupabant, vel internecioni dati, vel bello fuerint capti: Prætoria navis ubi aderat Princeps, generoſis munita militibus ſemper evitavit conatus inimicorum; donec Rogerii juſſu urinator mari ſe immergens carinam perforavit; Nauclerus videns navigium aquâ impleri Principem admonet de vita ſervanda, qui dans ſe in adverſarii poteſtatem, honorificè ab eo fuit exceptus, & ductus Meſſanam.

Conſtantia Arragoniæ Regina, ſororis ſuæ, cuſtodiâ detentæ Neapolitanâ, nunquam poterat impettare libertatem, quamvis offerret amplum redemptionis pretium: ut igitur illam è captivis eximat jubet noſtrum Carolum in media claſſe navali exponi, & inter manus carnificis quaſi parati ad illius caput amputandum ante oculos propriæ uxoris, quæ cito liberam reddidit ſororem Conſtantiæ. *Carolo* itaque reverſo Meſſanam, & denuo carceri mancipato in comitatu novem Baronum, Judices editi ſunt, qui de ejus cauſa cognoſcant, quique illum ultimo ſupplicio addicunt io odium atrociſſimæ ejuſdem injuriæ Conradino à Gallis inflictæ.

A Conſtantia injuſtam abhorrens ejuſmodi condemnationem, Carolo mortis decretum ſignificat, cui fortiter ſubeundo ſe accingat ad primum diem Veneris. *Gaudeo*, inquit, *Carolus, me mori eodem die quo Servator Chriſtus mortuus eſt.* Conſtantia eodem fine parcit illi propter Chriſtum, nec ullo modo intendit lucis uſuram auferre, congeminatiſque ſtipatoribus enunciat marito ſuo, ut captivum accerſat in Arragoniam, inter numeroſas & amplas copias: Dùm B, *Carolus* has omnes amaras viciſſitudines fortitudine Chriſtianâ ſuſtinet, pater ejus appellit cum armata claſſe, atque ſe comparans ad obſidionem Meſſanæ, in morbum incidit; tandemque fato fungitur 7. Januarii 1284. vel 1285.

B Martinus IV. Papa, & Philippus audax Rex Galliarum légaverunt, Prior, Cardinalem Parmenſem; alter, Robertum Comitem Atrebatenſem, Neapolim, ut in officio continerent Apuliam & Calabriam, quandiu *Carolus* in cuſtodia haberetur. Per id tempus in mari Mediterraneo captatur piſcis ingentis magnitudinis, veſtitus pilis, brevis & contractus pedibus, cujus cauda, cæteræque partes reddunt illum leoni terreſtri ſimilem. Rugitus horrendi, quos edidit terrorem piſcatoribus incuſſerunt; ac indè quælibet infauſta prænunciavit. Eodem igitur anno è vivis exceſſerunt Summus Pontifex Martinus IV. quatuor Reges Alphonſus X. Caſtiliæ Rex, Carolus Rex Siciliæ, Petrus Arragoniæ Rex, C Philippus Rex Franciæ.

Captivitas tamen Principis Salerni moleſtius erat & operoſius negotium, quod expedire & evolvere conatus eſt Eduardus Rex Angliæ, colloquio cum Alphonſo Arragoniæ Rege, Petri ſucceſſore ſed abſque ullo fructu: Comes etenim Atrebatenſis exſcenſionem fecit in Siciliam, cum exercitu claſſiario & quinquaginta triremibus; expugnavit è veſtigio urbem Catanenſem, decrevitque ſuam in poteſtatem reducere univerſam Inſulam. Rogerius de Loria mari cum imperio præpoſitus à Rege Arragoniæ Gallicas triremes in Regnum Neapolitanum navigantes, obtinen- D di auxilii gratiâ, profligavit, pariterque fudit ingentes copias iter facientes in Italiam, Ducibus, Comite Brennenſi, & Philippo Comitis Flandriæ filio. Carolus poſt quatuor annorum captivitatem, libertate donatur, in obſides relinquens tres filios, Robertum, videlicet, qui illi ſucceſſit, Ludovicum, qui fuit Familiæ Franciſcanæ alumnus, & Toloſanus Archiepiſcopus, atque Raymundum Berengerum, cum quinquaginta primariis ſuis Baronibus.

Scriptores communiter narrant ſic ejus liberationem: verùm Silveſter, *Pacro* Ord nis Prædicatorum, ſacri Palatii magiſter, Thomas *Turgillo* ejuſdem Congregationis, &

antiqua traditio Phocenſis aſſerunt Beatum noſtrum *Carolum* implorantem humiliter ſanctæ Magdalenæ auxilium, per Pœnitentiæ Sacramentum animi maculas diluiſſe, inediâ maceraſſe corpus uberesque profudiſſe lacrymas; Magdalena vero nocte pridianæ ſuæ feſtivitatis vigiliæ Carolo apparuit, vocans eum nominatim, & petens, ubinam extare ſe crederet: reſpondenti autem ſe extra muros „ Barcinonenſes non egreſſum; falleris, cha„ riſſime, falleris; modicâ tantum leucâ ab „ urbe Narbonenſi degis nunc itaque liber „ in tuæ ditionis territorio.

Sub ſolis deinde ortum Narbonem ſolenniter invehitur Magdalenæ conſilio, magnificum Monaſterium ædificat, annuiſque locupletat redditibus, in loco, ubi Magdalenæ oſſa venerantur fideles, in loco, inquam, à Sancto Maximiano dicto, tribus leucis à ſacra divinæ Pœnitentis ſpelunca, diſtanti: Jubet intereà Crucem erigi, medio in agro, ubi illum reliquit, quam vulgo nominant leucæ Crucem.

Faciliimum eſt conciliare ambas opiniones, aſſerendo *Carolum* non fuiſſe, traditis obſidibus, in libertatem vindicatum, niſi præfato miraculo. Principes autem ejus filii multa in carcere paſſi ſunt dura & acerba ab inimicis, victoribus infenſis, propter mortem Conradini, ſicut referunt auctores vitæ ſancti Ludovici Archiepiſcopi Toloſani qui illius ſummam patientiam, hoc in rerum concurſu miris laudibus extollunt.

B. *Caroli* plena libertas aditum illi Galliæ Regni patefecit, ut obtineret à Comite Valeſio dominationis Arragoniæ abdicationem, quæ ipſi demandata fuerat à Papa Martino IV. dùm ipſum Arragoniæ Regem gravioris interdictionis fulmine percuſſit poſt Siculorum atrocitatem veſperarum. Irrito Caroli noſtri interventu, Comes Valeſius, qui omnes induxerat in ſpem diſcordantium animorum conciliationis, pertinaciter obſiſtit, Alpina juga tranſilit cum egregiis cataphractorum Equitum turmis, quas oppoſuit Gibellinis Sedis Apoſtolicæ hoſtibus, pro Guelphis, & ad deffenſionem ſummi Pontificis contra Imperatorem. *Carolus* noſter proſperos habens ex tus Æmericum vel Mericum Narbonenſem Florentiæ Gubernatorem conſtituit, novumque decus huic attulit civitati: deinde in ipſo Romæ ingreſſu Rex utriuſque Siciliæ à Papa Nicolao IV. ſtatim coronatus eſt.

Exarſit deinceps vehementius ejus pietas ædificiis & fundationibus Eccleſiarum & Monaſteriorum, præſertim Conventus Nazareni, Aquis Sextiis, ubi ſæpe ſolitarius commorabatur, dies cogitans antiquos & annos æternos. Tertium Ordinem Franciſcanum quem amplexus fuerat, maximè decorabat ſuis virtutibus; præditos eruditione & ſanctitate viros honoribus & beneficiis luculenter afficiebat, favebat multum probis & afflictis hominibus, ſicut erat ſeverus erga inſolentes & impios: ut præclaræ ſuæ leges ſtrictè obſervarentur Hermengaldum Ariani Comitem, ſancti Elzearii Patrem in ſuæ ſupremæ Juriſdictionis caput inſtituit, pluresque alios adminiſtros æque integros ac fortes. Patientia ejus & fortitudo in adverſis tolerandis, modeſtia & temperatio in proſperitatibus, attentio & ſtudium in educanda Familia Regia, Religio & fidelitas erga Deum, liberalitas in pauperes, famam illi & nomen perfecti Monarchi meritò pepererunt. Novem ejus Principes filii, & quinque filiæ, omnes ferè, ad ipſius imitationem ſe ſubjicerunt Tertiæ Regulæ Franciſcanæ.

Generoſè ſtetit à partibus Fratrum Minorum Reformatorum apud ſummum Pontificem Clementem V. contra eos qui reluctabantur. Induciarum cum Rege Arragoniæ quinquiennio abſoluto, Alphonſo Regi Arragoniæ (Caſtum nominant) fato fungenti anno 1269. Jacobus Rex Siciliæ ſucceſſit, qui cum nequiret tranquillè poſſidere Siciliam, abdicavit illam in gratiam noſtri *Caroli*, ea lege ut *Caroli* interventu Comes Valeſius ad Arragoniam non amplius contenderet. Acquievit tandem Valeſius in ſententia *Caroli*, qui præter Comitatum Andegavenſem, quem nomine dotis filiæ Margaritæ illi tranſcripſit, Comitatum inſuper Cænomanenſem dedit. Hac conventione à ſummo Pontifice Bonifacio VIII. comprobatâ, *Carolo* reſtituti ſunt confeſtim Principes filii obſides, ac deinceps inter hoſtes pax omninò invaluit.

Friderico tamen Jacobi fratre Siciliam uſurpante, Jacobus *Carolo* auxilium præſtat, fitque pacificatio, Friderico in uxorem aſſumente unam ex *Caroli* filiabus, cum Siciliæ Regno pro dote. Reliquis vitæ diebus ſe ferventer *Carolus* præparat ad mortem, quæ contingit 16. Auguſti, ſalutis humanæ 1309. dum annum ageret ſexageſimum ſuæ ætatis, Regni vero vigeſimum quartum. Antonius de Sillis illum recenſet inter noſtros Tertiarios.

Transfertur ejus corpus honorificè Aquas Sextias in Monaſterium ab ipſo fundatum, Religioſorum videlicet, quos vulgò vocant à ſancto Bartholomæo; aſſervatur in capſa vitreis clauſtris obſerata, abſque ulla corruptione, niſi alterius coxæ, cujus ſolum os ſupereſt: ibi quoque reconduntur ſceptrum, enſis, pugio, machærophorus Religioſi adeo Principis cum vexillo liliis innumeris conſperſo. Chriſtianiſſimus Rex Francorum Ludovicus XIII. cognomento juſtus, luſtrans Provinciam Phocenſem, anno 1622. menſe Novembri, pleraque hujuſce regionis lipſana, præ intimo

Religionis ſenſu inviſit, quorum index ei offertur eodem tempore à celebri juriſperito Arnulpho; in hac vero recenſione fit honorifica mentio corporis beati *Caroli*, ac omnium, quæ ad illum ſpectant.

Inter amaras & turbidas viciſſitudines totius fermè vitæ pius iſte Rex Carolus, ſibi, quæ ſequuntur proponebat juxta hiſtoricos, & illa omittere nefas eſt. Chriſti ſcilicet cultores proprie moveri, quod ex fortunæ injuriis non ſolum, ut cæteri utilitatem capiant, ſed etiam A quam cæteris moleſtiam & acerbitatem iſtæ res afferunt, eam ipſi non ſentiant: propterea quod ea ſic Chriſti erga ſervos ſuos dulcedo atque bonitas ſe gerat ut eos, cum in ejuſmodi acerba incidunt, torqueri ab eis, aut vexari non facile ſinat, ſed potius ita foveat, omnem ut dolorem illis omnemque mœrorem abſtergat.

Noſtradamus in hiſtoria Phocenſi 3. part. Scipio Duplexius in Philippo audaci Vvadingh. 1309. 1310.

B. ACHASSIVS PVERVLVS BELGICVS.

QUæ nunc narro è Thoma Cantipratano expromuntur, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopi Cameracenſis Legato Epiſcopo, coætaneo, populari & teſte oculato factorum hujuſce Pueruli :] (*Achaſſium* nominant) qui natus eſt in pago Toraltano honeſtiſſimis parentibus. Anno ætatis ſuæ quinto videns Fratres Minores, eorum habitum induere voluit, & eamdem vivendi rationem iniit ac Tertiarii Franciſcani. Tantum modeſtiæ & gravitatis exhibuit ſpecimen, ut evidenter noverint hanc propenſionem non oriri ex puerili & inſulſo genio, ſed à Dei ſpiritu, qui ſæviente frigore Belgico, ad calceamenta abjicienda illum compulit. Nodoſo fune circumcinctus, pecuniæ uſum, aut leviſſimum etiam tactum, abhorrebat.

Mercatores patris ejus amici, jocandi gratiâ, monetam in cratere cum vino miſcuerant, obtuleruntque Puerulo Achaſſio, qui manus & oculos in cœlum extollens, ac vim lacrymarum profundens, præ nimio horrore exclamavit. „ Noſti, bone Deus, hoc mihi „ eveniſſe inconſulto & imprudenti: palleſcens deinde ſemimortuus decidit in terram.

Vix ſui, præ dolore? compos ejus pater, ad Parochum currit propere, à quo cupit filio Benedictionem impertiri. Quâ receptâ, dolori ſumma voluptas, fletibus Achaſſii ſuccedit gaudium. Diebus feſtis congregatos in plateam ſocios Deum rite precandi formulam docebat, atque Orationem Dominicam necnon Angelicam Salutationem pie recitandi: peccantes fortiter redarguit, contentioſis ignis æterni intentans minas, ut coerceantur; modeſtis & prudentibus cœleſtem proponens felicitatem, ut perſeverent. Ita diſerte loquitur & utiliter, ut jam ætate provecti illum cum fructu & admiratione audiant. Peccata Patris amare deflens, ſupra naturæ captum utitur prudentia, quæ è cœno vitiorum illum abducit.

Matrem perſpiciens in Eccleſia magnificâ veſte coccineâ amictam ſolenni die feſto; „ contemplare inquit, chariſſima genitrix, B contemplare Crucifixum; glorioſe te “ oſtentas purpurâ fulgentem, dum Chriſtus “ proprii Sanguinis fluvio immergitur: dein “ ceps tantum adhibuit veſtimenta valde ſimplicia, filii quamvis parvuli divinis proficiens monitis.

Septennis mortem adventare ſentiens, præviâ humili Confeſſione, enixe poſtulat ſacræ Euchariſtiæ Viatico muniri, quod cum non obtineat, manus elevans, ardenter ſic exclamat. *Clementiſſime Redemptor noſtri quanto ardore, divina tua frui. præſentia peroptem quam poſſident homines mortales, dum ſacroſancto pabulo reficiuntur; cum cæleſtis ille favor denegetur in terris, ſpero me illum adepturum* C *in cælis ubi te evidenter & apertè videbo, ſine velo aut ænigmate.*

Exhortans ſemper ad virtutem parentes & vicinos, qui ad lectulum ejus excubant, ſpiritum ſuum Deo commendat, & è vivis excedit undecimo Junii, anno 1320. Tunica ejus & capitium ſtatim è conſpectu abeunt in pueri defuncti ſanctitatis teſtimonium, quam aſſerunt hiſtorici apprime fuiſſe eminentem. Religioſi quidam eximiæ virtutis, ejus exequias ſuâ præſentiâ cohoneſtantes, narrant inchoatum multoties Pſalmum *De profundis*, &c. nunquam potuiſſe perficere. Credo facile, ait “ D Thomas Cantipratanus, atque idem mihi “ arbitror accidiſſe, Deum oranti pro mortuo “ ad ejus Tumulum; Unde probaliter conjicitur ejus felicitas, cum precum auxilio non indigeat.

Mirandum præcipue quod parentes ſuos ab improba peccandi conſuetudine revocaverit ad emendationem, & mundi contemptum; ſponſus ordinem ſancti Dominici amplexus eſt, ſponſa vero Ciſtercienſem.

Thomas Cantipratanus lib. 2. de apibus c. 18. Meyerus in Chron. Flandriæ 1320. Vvadingh. 1320 § 66.

B. JOANNES INDUS.
Martyr in Tartaria.

HIc eſt ille *Joannes* Indus, qui ptimus fere linguarum alienarum opes aliquantò diligentius & accuratius explicavit. Nobilem doctrinæ ſuæ famam, vel apud remotiſſimas orbis terræ nationes longè latèque propagavit, cum nihil vulgare, nihil tritum, nihil è medio ſumptum afferret: ejus ingenio nihil erat amœnius, nihil ſermone facetius, nihil uſu & congreſſione jucundius, quâ ſingulari morum ſuavitate incredibiles ſui amores in mentibus hominum excitabat.

Interpretem agebat Archiepiſcopi Cambayenſis apud Tartaros; quantum Solis æſtus denigrabat cutem, tantum ejus anima puritatis nitore albeſcebat. Arbitrantur Scriptores huncce Joannem unum fuiſſe ex auditoribus Patris Joannis *de Monte Corvino* Evangelium prædicantis in India Orientali anno 1291. & ab eo ad Chriſti fidem traductum, cum aliis nonaginta novem: Chriſtianæ militiæ nomen dare non ei ſufficit; è patria diſcedit in comitatu Prædicatoris Evangelici, uſque ad Aſianam Scythiam, ut ſemper adhæreat ſnæ conſcientiæ moderatori.

A Papa Clemente V. eligitur anno 1305. P. Joannes *de Monte Corvino* in Archiepiſcopum Cambayenſem, noſterque beatus Indus firmiter peregrini ſermonis explicator permanet, atque in Tertium Ordinem Franciſcanum ingreditur, cujus leges rigidè obſervat. Amplius triginta millibus Mahometanis ad Chriſtum adjunctis, Archiepiſcopus fato fungitur, cujus ſucceſſorem ſummus Pontifex Joannes XXII. inſtituit anno 1332. Patrem Nicolaum ſancti Franciſci alumnum, ſimulque Tertiarius noſter idem ac prius munus fideliter exercet.

Curâ & ſtudio tam illuſtrium Miniſtrorum ad Catholicam Religionem Turcatum ſecta per has regiones adducitur; Mahometana deſtruuntur delubra; Eccleſiæ & Monaſteria conſtruuntur in primariis urbibus, ubi Religioſi Chriſtianam doctrinam ſpargnnt, rem ſacram faciunt libenter & publicè, alioſque omnes ritus Eccleſiaſtiacos perſolvunt.

Pater Franciſcus Alexandrinus eximiâ præſtans virtute cùm precibus ſuis ſanaſſet carcinoma inſanabile Scythiæ Imperatoris, maximo in honore eſt habitus ab hoc Principe, qui illum ut Patrem ſummè colebat, ac omnes P. Seraphici diſcipulos venerabatur: Septennem proptium filium, Imperij ſucceſſorem, Patri Franciſco impensè commendavit, ut ſacro illum baptiſmo inaugurarer, præceptiſque imbueret Chriſtianis: ædificato ad ſuum Palatium Conventu, quolibet die ſub veſperam humiliter benedictionem petebat ab uno aliquo Religioſo antequam decumberet.

Res Chriſtiana tunc mirabiliter florebat, tam egregio Principe imperante, cujus morte ipſi illatâ, quatuorque filiis veneno, terribiliter labefactata eſt. Eodem momento *Aliſolda* gentilis & conſanguineus Thronum ejus invaſit, decrevitque præſertim cultum Chriſti funditus abolere, tribus continenter edictis jubens quemlibet Chriſtianum à Chriſti cultu deſciſcere capitalis pœnæ ſanctione.

Apprehendi imperat Religioſos omnes Franciſcanos qui degunt in civitate, vulgò dicta *Armalechi*, Patres videlicet Ricardum Burgundum Epiſcopum Armalechenſem, Franciſcum Alexandrinum, Paſchalem Hiſpanum, Raymundum Ruffium Phoeenſem, Sacerdotes; Fratres Laurentium, & Petrum cognomine *Marcelli*, Phocenſes, Laïcos: cum autem noſter beatus Joannes eorum eſſet comes individuus, ſe felicem exiſtimat cum aliis vinciri propter Chriſtum, cujus nomen tanto ardore apud Infideles celebraverat, quamvis vota Religioſa minimè nuncupaverit.

Perducuntur ante Tyranni Tribunal, qui blandimentis & minis conatus eos à Chriſti cultu detorquere, miratuſque illorum conſtantiam, ac tandem irâ furens quod nil obtineat Dei famulos exponit atqne permittit plebis futori, quæ illos injurioſè tractat, & contumelioſè diſcerpit: conſpuuntur, alapis feriuntur; alij vinctorum Chriſti oſſa conterunt fuſtibus vel etiam lapidibus; alij humeros, brachia, crura, coxas findunt & divellunt, fruſtaque carnis diripiunt; denique dum Martyres Deum ferventer laudant, & poſtulant veniam perſecutoribus tribui, naſus & aures illis crudeliter abſcinduntur; dein violenter pertrahnntur ad locum patibulo deſtinatum, ubi martyrium conſummant anno 1342. die 24. Junij. Sic beatus noſter Tertiarius *Joannes* Indus in celeberrimo hominum cœtu felicitatis æternæ iniit poſſeſſionem.

Generoſitate novorum Martyrum adeò percellitur inſignis quidam Mercator Genuenſis, ut licet non comprehenderetur in edicto, quia tantùm erat advena & viator, exclamet cum fervore: *Chriſtianus ſum, ò me felicem & glorioſum, ſi pro Chriſto vitam profunderem!* Ad hæc verba populus illum trucidat. O pretioſa

mors, quam Deus ulciſcitur & vindicat, permittens alterum tyrannum privare Aliſoldam imperiu & lucis uſurâ, ac demum palatio cõbu-

A ſto, imméſas omnes ejus opes in cineres redigi.

Vvadingh. 1332. 1343. §. 7. Piſan. conform. fruct. 8. part. 2. Marcus Ulyſſip. 2. part Chronic. Minor. l. 8. c. 45. anno 1342.

B. CAROLVS MARTELLVS Rex Hungariæ.

FILIUS erat primogenitus Caroli II. Siciliæ Regis, quem Claudum vocant, & Mariæ Hungaricæ Stephani Regis Hungariæ filiæ, qui fuit quintus inter filios, & legitimus ſucceſſor Belæ IV. Non conſtat evidenter quo tempore *Carolus Martellus* Tertium noſtrum Ordinem amplexus fuerit; patet tamen certò illi nomen dediſſe, illiuſque leges ſtricte obſervaſſe ad patris imitationem. Antiqua recenſio Illuſtrium Tertiariorum illum apertè commemorat, Annaleſque Minorum de eo mentionem faciunt, tanquam de præſtanti ornamento familiæ Franciſcanæ, & ſingulari protectore.

Ladiſlaus Stephani Regis Hungariæ filius, & unicus frater Mariæ *Caroli noſtri Martelli* matris, ultimum obiens diem habuit in ſucceſſorem legitimum noſtrum *Carolum*, qui fuit coronatus Rex Hungariæ Neapoli anno 1299. Patruelis tamen, Andræas nomine, nepos Andrææ II. illum antevertens regnum occupavit: Andræas hic Secundus Belæ IV. & ſanctæ Elizabethæ pater, è Palæſtina redux, & commorans in Italia apud Marchionem Eſtenſem, funeſtam uxoris ſuæ Gertrudis mortem narravit. Marchio ſtatim natam ſuam luculentâ formâ præditam, cum dote ſumma illi conjugem obtulit. Andræas ſponſam ſibi copulatam in Hungariam ſecum adduxit, unde marito mortuo confeſtim rediit in natale ſolum, declarans Magnatibus Hungaricis ante exitum, ſe gravidam eſſe: reverâ fœtum emiſit in Italia, Princepſque recenter natus Stephani nomen habuit, à quo ortus eſt filius, qui Sceptrum Hungariæ occupavit, ſuſtinens illud juſtè ad ſolos pertinere maſculos.

Sic *Carolus Martellus*, qui jam coronatus erat, poſſeſſione privatus ſolo gaudebat titulo. Summus Pontifex Clemens IV. injuſtitiâ Andrææ compertâ legavit in Hungariam Patrem Gentilem *de Monte florido* Religioſum Franciſcanum, qui ſacro cœtui Eminentiſſimorum Præſulum aggregatus erat ſub appellatione ſanctorum Silveſtri & Martini, ut Carolus Martellus in regiam introduceretur dignitatem, & uſurpator ex injuſta deturbaretur poſſeſſione.

Legatus credens Hungaros, poſt annum commorationis ſapere, & omnem ſuis rationibus diremptam controverſiam, ſacrorum uſu & Chriſtianorum conventu quoſlibet contradicentes extruſit. Quidam obtemperaverunt; aliqui perſtiterunt in pertinacia: Eccleſiaſtici interim pertinaces nolebant ſepelire in Eccleſiis nec in Cœmeteriis; ob idque Hungari

B perterriti, Carolum honorifice exceperunt, qui in Regem denuò ſolenni pompâ fuit inauguratus in urbe Albanenſi. Prudentia, generoſitas, juſtitia, liberalitas, & Religio, cæteræque virtutes regiæ & Chriſtianæ ſummam illi laudem conciliaverunt: pauperes ſuis largitionibus ſuſtentabat, probos & doctos oppidò colebat viros. Tres Monarchiæ Ordines Cleri, Nobilitatis, & Populi in illo reperiebant decus & præſidium.

Matthæo Petri, vulgò *Trichinnij* filio, Caroli imperium detrectante, Carolus Principis rebellis fortius caſtrum oppugnat, quod Demetrius Mathæi vices obiens multo vigore de-

C fendit: Mathæus plures cùm haſtatos equites tùm pedeſtres copias congregans, laborantem arcem annonâ & ſubſidiis confirmat: Rex ideò cautè & prudenter obſidionem ſolvit: dum ordinatim receptui canit hoſtis illum inſequitur, adigitque in prœlium: Carolus illicò ad ſacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ accedens unà cum ſuo exercitu, ut opem divinam impetraret, adverſariorum turmas multitudine militum ſituque loci valentiores omnino profligavit, atque è certamine victor abiit anno 1312. biennio poſt Regis ſacram inaugurationem.

Carolus Martellus poſt Mariæ Principis Poloniæ, primæ ſuæ conjugis obitum, qui contigit anno 1315. nupſit Beatrici Caroli IV.

D Romanorum Regis ſorori, & Joannis Regis Bohemiæ filiæ; quâ defunctâ abſque liberis, in uxorem accepit anno 1320. Elizabetham Ladiſlai Poloniæ Regis filiam, & Caſimiri ſororem, qui illi ſucceſſit. Poſtremo ex hoc matrimonio prodierunt Carolus vix limen vitæ attingens, Ladiſlaus, qui Regnum Hungariæ occupavit poſt mortem patris; Ludovicus, in cujus gratiam & commodum Caſimirus abdicavit ſe coronâ Poloniæ; Andræas, qui connubio conjunctus eſt cum Joanna Siciliæ Regina: ex eodem pariter conjugio quædam ortæ ſunt filiæ Principes. Vigebant maximè iſta in familia regia, & late per omnem ejus ditionem Pietas & Religio.

A Sancto Ludovico Archiepiſcopo Toloſano inter cœlites relato Carolus noſter frater ejus tantam ſolennitatem curavit auguſtâ pompâ celebrari per totam Hungariam, atque anno 1325. magnificam Eccleſiam conſtrui in Conventu Fratrum Minorum urbis, quam vulgò nominant *Lippam:* anno ſequenti, filio recenter nato Ludovici nomen imponi voluit.

Templum ſacratæ Virginis urbis quam vulgò nominant *Apulum* ſeu *Albam Giuliam*, incendio penitus conſumptum cito reparatur beati Caroli ſumptibus immenſis, qui plumbo tegi, ac validis columnis illud ſtabiliri juſſit. Eodem Templo aliàs deflagrante, Sacrarium illæſum remanſit vi divinâ, ubi pretioſa valde aſſervabantur lipſana: ſuppeditavit tamen Carolus plene & cumulate quæcumque B ad totius damni reparationem. Alterum filium in lucem editum die ſancti Andrææ, vocari Andræam exoptavit, qui à Joanne Sicula uxore ſua peſſime acceptus eſt.

Carolus II. nomine Rex Siciliæ nullum moriens relinquebat magis legitimum ſui regni hæredem, quam noſtrum Carolum Martellum. Summus tamen Pontifex Clemens V. illud addixit Roberto fratrum natu minimo, non contradicente Carolo. Robertus autem octo annis antequam è vivis excederet, Religioſam vitam cupiens amplecti, Joannam filij ſui defuncti filiam nuptui tradere volebat Andrææ fratris ſui filio. C Carolus ipſemet præſens Andræam filium ſuum ob id Neapolim perducit. Verùm totius Regni Magnates fortiter obſtiterunt Roberti ingreſſui in clauſtrum, Caroluſque noſter rediit in Hungariam filio relicto Neapoli, ut ad Neapolitanorum & Siculorum agendi rationem inſtitueretur, de quorum dominatione & Corona certus erat. Tandem Joannam habuit in matrimonio, quæ maritum crudelirer mactari juſſit.

Caroli Martelli vita anno 1330. bis ad exremum eſt adducta diſcrimen: poſt Paſcha die Mercurij in æde amœnitatis plena commorabatur, ut animum curis diſſipatum varièque abalienatum recolligeret, cum ſponſa Elizabetha, & liberis. D Dum prandet Felicianus quidam bellaror infamis, pluribus ſtipatus tam nefarij ſceleris conſciis, clam in aulam obrepit, enſemque diſtringens Regem aggreditur, qui generoſe ictum avertit, levi tantum in manu accepto vulnere: ſed Regina mucronem prehendens, quatuor amittit digitos: deinde miniſtri accurrentes è veſtigio, ſceleratum ſicarium occidunt.

Iterum ab hoſtibus tam perfidioſe opprimitur, ut omnibus ſuis ſtipatoribus trucidatis, non poſſit evadere, niſi mutatis veſtibus. Carolus Deo fervidas reddit grates, adeoque laudabiliter ſe gerit erga ſubditos, ut nationes exteræ illius ditioni ſubeſſe peroptent, aliique ſupremi Principes cum illo fœdus ſancire velint.

A Anno 1335. Joannes Bohemiæ Rex habens in ſuo comitatu filium Carolum, necnon Caſimirum Poloniæ Regem ad ſalutationis officioſæ munus & honorariæ illum adeunt circa feſtum ſancti Martini: Martellus excipi eoſdem curat à primariis ſui Regni incolis ubique more viris ampliſſimis atque ornatiſſimis debito; pariterque & eo vultu, qui facile gratiam ineat & venerationem probet, omnes in ſua curia complectitur; ſicque viciſſim fœdus ſimul indiſſolubile percutiunt Rochka Rhutenorum Dux anno 1330. eodem fine illum inviſit. Anno 1339. Caſimirus Poloniæ Rex ad Carolum rediens, Ludovico ejus filio jus, poſſeſſionemque ſui Sceptri gratis tranſcribit, coram Epiſcopis Hungaricis, Princepſ- B que nondum, per ætatem ſuæ poteſtatis, Rex Poloniæ conſtituitur, materque ejus Elizabetha Regni Procuratrix uſque ad pubertatem juvenis Principis.

Carolus denique Martellus extremâ Sacramentorum expiatione defunctus omni pietate ex corporis ergaſtulo evolat anno 1342. 30. Junij anno ſuæ ætatis vigeſimo-quarto. Corpus ejus terræ ſolenniter mandatur Albæ in Eccleſia ſancti Stephani Regis Hungariæ. Sat repeti non poſſunt præclara hæc verba, quibus cor ſuum inter varias miſeriarum vallis calamitates confirmabat, quibus etiam multùm ſolabatur amicos, dum animi angori- C bus, moleſtiiſque implicabantur.

“Tametſi nullomodo is ſim qui connumerari ſervis Dei merear, tamen benigne mecum Deo & clementiſſime agente mira expertus in me ſum, illo me calamitoſo, ut vulgo judicatur, & miſero tempore, cum quorumdam hominum perfidis artibus exagitabar. Eâ enim tunc animi quiete atque lætitiâ gaudebam, quam nunc luci redditus & amiciſſimorum mihi hominum conſuetudine fruens, ſæpe requiro: ut mirari ſatis non poſſim, quantus in humanis rebus error & deceptio verſetur, quamque ab eo quod ſunt, pleræque res aliæ eſſe credantur. Illa enim quæ mala eſſe magna omnes putant, & certè ipſa per ſe, ſi ſpectentur, bona ſunt maxi- D ma: nihil enim eorum quæ, vel animum ægritudine afficiunt, vel corpori moleſtiam afferunt, ab illâ abeſſe vita putandum eſt: ſed quæ mala creduntur maxima, ea expertus ſum voluptatibus dulciſſimis eſſe plena: conſcientia recta, ut æquo animo feramus adverſa, facit, non autem jucunda ea ut ſint, efficit: itaque lenit ægritudinem conſcientia, ſed quòd potiſſimùm nos conſolatur, neque conſolatur ſolùm, ſed lætitiâ interdum perfundit tantâ, quantam non queo dicere, vis quædam bonitatis Dei eſt immenſa & incredibilis.”

Vvadingh. 1344.

VITA
B. ROBERTI REGIS
Siciliæ & Hieroſolymorum.

CAPUT PRIMUM.

Juventutis ejus virtutes, piæque leges quas in matrimonio ſervavit.

TERTIUS fuit inter filios Caroli II. cognomine *Claudi*, Siciliæ Regis & Hieroſolymorum, & Mariæ Hungaricæ, frater ſancti Ludovici Epiſcopi Toloſani, ejuſque comes aſſiduus in educatione, juventute, imo per totius fere vitæ curriculum. Simul traditi ſunt obſides cum Raymundo Berangero IV. fratre, Alphonſo Arragoniæ Regi, ut Carolus eorum pater in libertatem vindicaretur, & cuſtodiâ detenti Barcinoni, ubi patientiam, cæteraſque virtutes eminenter exercuerunt. In carcere ſe gerebant ſicut Religioſi in Monaſterio, Ludovicum natu maximum pro rectore habentes, cujus ordinatione legebatur ad menſam liber aliquis pius: abſunt longiſſime ab hoc cœtu Chriſtiano juramenta & blaſphemiæ: ſi verò quis Principum hocce flagitium admitteret, pœnas luebat cibum ſumens, abſque thorace, togâ, & pallio: ſi quis alius autem, pane & aquâ contentus inediam ſuſtinebat.

Scientiſſimos & ſummâ virtute præſtantes nacti ſunt præceptores, Religioſos nempe Franciſcanos, qui in *Roberti* præſertim genio docili, generoſo, & tranquillo, vividam ad Dei cultum proclivitatem notarunt: indoles tamen iſta, quam facile erat in quaſcumque figuras fingere, in partes potius pietatis quam ſcientiæ intorquebatur. Tardum enim ejus ingenium poſt longos labores ad notitiam priorum Alphabethi litterarum vix pervenerat. Præceptores itaque Fabulas Æſopi *Roberto* exponebant, quibus recreatus, nunquam illas ſinebat à ſuis manibus amoveri, in curia vel in exercitu auram captans, aut degens in interiore conclavi. Hocce ſtudio continuo tantum progreſſum fecit in Philoſophia Morali, ut clariſſimum ſui ævi potioris ornamenti nomen fuerit aſſecutus. Baldus Auctor coætaneus illum prædicat ut alterum Salomonem, cui aſſerit nullomodo ceſſiſſe doctrinâ vel ſapientiâ.

Raymundus Ferrandus ſpectatiſſimus Poëta, A inter nobiles Phocenſes: Illuſtriſſimus & celeberrimus inter aulæ aſſeclas, necnon ſancti Benedicti alumnus in inſula ſancti Honorati, a Roberto adhuc Calabriæ Duce luculentis beneficiis affectus eſt, & diverſis favoribus, quod præclaros libros rythmo vernaculo & Phocenſi ſcripſerit. *Robertum* callere artem machinariam cupientem, modumque munitionibus ſepiendi arces & firmandi, verſibus ſuis ampliſſime docuit.

Franciſcus Petrarcha cœleſtis homo, reflorescentis Eloquentiæ Princeps apud Italos videtur fuiſſe, apud Gallos etiam, cùm inter ſe Roma & Lutetia certaverint, quâlibet ardenter efflagitante laureâ coronâ virum tam B egregium redimire: tantâ morum majeſtate, tantâ ſuavis eloquentiæ facundiâ, tantâ etiam urbanitate, & compoſitâ ſenectute conſpicuus eſt Petrarcha, ut de eo quod apud Senecam Moralem Philoſophum, de Socrate dici poſſit: auditores ſcilicet ejus plus ex moribus quàm ex verbis traxiſſe doctrinæ. Conſtat igitur laudes à Petrarcho tributas *Roberto* noſtro in ſuſpicionem rapi non poſſe, niſi ſtultâ æmulatione: laudari etenim à laudato viro nil laudabilius.

Petrarcha utique per Siciliam iter faciens, ternis diebus Regi Roberto omnes explanat ſcientias: Princeps deinde literis commendatiis à Senatu Romano petit, ut Petrarcham C amanter tractet, & quibus poterit rebus augeat & honeſtet. Petrarcha verò ſequens perhibet teſtimonium poſteritati de Roberto noſtro: *Apprimè verſatus fuit in ſanctis Scripturis, præcellens Philoſophus, Orator omni ex parte perfectus, naturæ arcanorum peritiſſimus indagator. Aiebat ſæpenumero ſibi literas antiquiores & multo plus in deliciis eſſe, quam totum ſuum regnum; ſique oporteret uno aut altero privari, longe poſtpoſiturum Diadema Scientiæ.* Aſtrologiâ liberaliter inſtitutus, ex inſpectione ſiderum bellum quodammodo futurum inter Gallos & Anglos prædicens,

venit ideo Avenionem anno 1341. ſummum Pontificem precaturus Benedictum XII. Cardinaliumque Collegium, ut diſſidium tollerent.

Pietas longe ſuperabat eruditionem, ab eo tempore potiſſimùm quo bello captus per ſeptennium jacuit in carcere: lis valde involuta, quam ſolerter extricavit poſt patris obitum, amplam illi anſam præbuit exercendæ virtutis. Carolus Martellus primus natu jam inierat poſſeſſionem Coronæ Hungaricæ, & è vivis exceſſerat, ſucceſſorem relinquens Carolum Nombertum filium ſuum: fratrum verò alter, ſcilicet Ludovicus Archiepiſcopus Toloſanus, familiæ Franciſcanæ nomen dederat. Summus ergo Pontifex, qui tunc nominabat Reges Siciliæ, Regnum hoc Roberto noſtro tertio filio adjudicavit, cùm propter merita, tùm quia Carolum Nombertum jam Hungariæ ſceptri quietum poſſeſſorem Siculi nunquam admitterent. Robertus ſemper eſt veneratus, & ſumme honoravit Sedem Apoſtolicam toto vitæ curriculo.

Ferrariâ ab fide & imperio ſummi Pontificis incipiente deficere, Papa qui tunc degebat Avenioni, Robertum legavit Bononiam, illumque Præfectum Eccleſiæ Romanæ conſtituit. Henrico Imperatori cæde atque incendiis Italiam vaſtanti Robertus fortiter obſtitit, floccifaciens edictum capitale, quo reluctantes Henrico multabantur: Florentini Robertum honorifice & alacriter exceperunt tanquam ſtrenuum Gubernatorem, ut ſub ejus felici regimine ſuas partes tuerentur contra Gibellinos Imperatoris ſectatores. Genuenſes & Mediolanenſes ſuas urbes & regiones prorſus illi eodem fine ſubjecerunt.

Ab anno 1285. beatus Princeps nondum ætate provectus, Neapoli profligavit egregiis militum turmis factiones Nobilium quorumdam Romanorum, quos vocant *Colonnes*, qui pacem Chriſtianorum perturbabant, illoſque Pontificiæ dirioni ſubmiſit. Ægrotante Carolo II. patre ſuo Neapolitanos & Siculos omnes in officio coercuit, irritis conatibus adverſariorum, qui acerbe nationem Gallicam oderant.

Antonius de Sillis collocat Robertum inter Viros Illuſtres Tertij Ordinis, cujus ſplendorem auxit præclaris virtutibus, quæ ipſum, edomitis cupiditatibus, multo magis gloriosum triumphatorem effecerunt, quàm ipſe bellicis armis de hoſtibus unquam triumphaverit.

Anno 1310. Virginis partus, die verò ſui regni primo Neapoli fundamenta ponit auguſti & magnifici templi, in adorandi Euchariſtiæ ſacramenti honorem: millequeaureos quolibet menſe ſtatuit huicce ædificio complendo & perficiendo: extrema tamen illi manus non admovetur niſi poſt triginta annos. Admirantur omnes illud opificium; turres præaltæ ſublimiter in aëra ſe extollunt, & quinque campanæ proceritatis inſolitæ & ponderis immenſi ibi videntur in obeliſco campanario marmoreo, quem aſſerunt Scriptores inter miracula Mundi tenere locum. Aræ principis frontale ex una integraque portione marmoris valde exquiſiti cõficitur: quatuor columnæ jaſpideæ ſummo artificio elaboratæ, quarum duæ a latæ ſunt ex Templo Salomonis, ſumptuoſam umbellam, ſeu laqueatum tentoriolum mirifici hujuſmodi totius operis ſuſtinent.

Robertus iſtam Eccleſiam dedit Fratribus & Sororibus Franciſcanis, cum duobus Monaſteriis adjacentibus, quorum unum ad Clariſſas pertinet, ſub titulo ſanctæ Claræ. Ducentæ & quinquaginta filiæ Chori degunt in hoc Conventu, præter eas quas vulgo nominant Laïcas ſeu Converſas: In altero verò quinquaginta Religioſi, qui Sacramenta Sororibus adminiſtrant, verbum Dei annunciant, Miſſas celebrant, lautaque annua vectigalia à Roberto noſtro aſſignata procurant.

Non omittendum eſt quod Archiepiſcopus Neapolitanus, ſtructâ ſupplicum acie olim prodiens die feſto auguſtiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti, ad januam hujus Eccleſiæ accederet, atque inter manus Gardiani adorandam deponeret Hoſtiam, qui illam ferens ſupra altare primarium, thureo fumo inhalabat, deinde ordinariis precibus recitatis, & benedictione impertitâ, Sacramentum reddebat Præſuli: Sanciâ Roberto altero matrimonio copulatâ in Monaſterium Religioſarum ſe recipiente, Robertus inter Religioſos commorabatur, eorum habitum induens, divinis diu noctuque aderat officiis, aliiſque piis exercitationibus, illiſque ad menſam miniſtrabat.

Cum per longum tempus Tertij Ordinis Franciſcani regulam ſtrictè obſervaſſet, propoſuit octo annis ante mortem vota ſolennia nuncupare inter Fratres Minores; dum Reginâ interim Sanciâ velum Clariſſarum ſumeret. Andræam itaque Principem Hungariæ fratris ſui filium acceſſivit, cui ex conſenſu Joannis XXII. Papæ volebat cedere Siciliæ regnum. Andræas poſtquam Neapolim acceſſiſſet in comitatu Regis Hungariæ patris ſui Caroli, tot & tanti obices, quominus faciat quod velit, repugnant, ut deſiſtat ab executione propoſiti. Regem igitur Hungariæ regnum repetentem non ſequitur Andræas filius, ſed Neapoli remanet ſub poteſtate patrui Caroli, qui illum ſtudioſe tectæ & honeſtæ educationis diſciplinâ imbuens intra limites ſui palatij amplum ſacellum, & Conventum ædificat, ubi omnes ritus regulares & Eccleſiaſticos obſervat, eum duodecim Religioſis Franciſcanis, quos alit atque fovet.

Urbanitatem & morum elegantiam eum

A eminenti pietate gnaviter ſociavit in vario rerum concurſu Robertus noſter. Quamvis majori ſemper ornamento ſibi exiſtimet virtutem eſſe quam ortus nobilitatem, & hominum benevolentiam, officioſâ tamen honoris ſignificatione & amoris omnes adhibet; nemo eſt qui inter epulas feſtivius convivas exhilaret, urbanius oblecter: arbitratur ſuas eſſe partes, omni humanitatis genere, inter politiores præſtari ſolito, ad ſe adeuntes excipere: Andræam juvenem Principem docet, peritorum ducum celebre eſſe placitum, nullus ut hoſtis habeatur contemptui; exorabilem iracundiam, ut in malis, acerbitati antepo-
B nendam eſſe: piis documentis potiſſimum inſtituit fratris filium, quem regnandi gloriâ dignum ſic efficit.

Vvadingh 1309 §. 23 1310 § 20. 1317. §. 6. 1323. §. 16. 1343 § 14 & 15 Petrarcha l. 2 rerum mirabilium. De Salis in cap. 1. Reg. Tertij Ordinis.

CAPUT II.

Robertus perſeverat conſtanter in virtute uſque ad mortem.

IN honorem ſancti Ludovici Archiepiſcopi Toloſani fratris ſui magnificam Eccleſiam
C conſtrui juſſit Caietæ ſumptibus ſuis. Dolens maxime quod terra tincta Chriſti Jeſu pretioſo ſanguine inter manus hoſtium Chriſti extaret, & ſub tyrannica Turcarum ditione, ſimul cum ſponſa ab eorum Tyranno licentiam obtinuit Hieroſolymis ædificandi Monaſterium, ubi Religioſos Franciſcanos ſuis largitionibus abunde ſuſtentabat: Deo libenter magnificentiſſimas parabat ædes, ejuſque famulis, ac ſupellectilem pretioſam: ſibi verò ornatam & mundam conſcientiam, merito credens non tecto Dominum, ſed Domino tectum honeſtandum.

Notent poſteri bis matrimonio illigatum fuiſſe Robertum; ſemel cum Yolanta Jacobi Regis Arragoniæ ſorore, à qua ſuſcepit Ca-
D rolum Calabriæ Ducem, cujus educationi ſanctus Elzearius Ariani Comes præfectus fuit. Adeo Carolus iſte juſtitiæ adminiſtratione claruit, ut etiam illam ad amuſſim exerceret erga bruta animantia. Ut pauperes poſſent directò illum adire, nec à quocumque impediri, conclavis ſui feneſtræ tintinnabulum juſſit affigi, cujus reſticula per murum deſcendebat in partes inferiores: ſicque pauperibus facile pulſantibus illud, ſive ad petendam eleemoſynam, ſeu ad condicendum in jus adverſariis, citò Carolus petitionibus ſatisfaciebat.

Equus intereà annoſus & inutilis, atque à domino projectus, murum palatij affricans, reſticulam tintinnabuli attingit, & illud quatit: Principi verò undique perſpicienti, hujuſque ſonitus cauſæ neſcio, reſpondent aliqui illum ab equo oriri ex equili expulſo propter inutilitatem. Accerſito confeſtim domino imperat equum reſumere, ac reliquis vitæ diebus alere, niſi velit durus & crudelis ab omnibus æſtimari.

Puella quædam æs campanum concutit, poſtulatque ardenter Caroli protectionem contra bellatorem, qui ejus pudicitiam vi expugnarat: ſtupri crimine inſimulatus, reſpondet nullam intuliſſe violentiam, cùm ipſa querula lubens ſe proſtituerit. Tot & tantas adducit rationes, ut convictâ meretrice, Carolus tamen equitem ducentis florenis puellæ tradendis mulctet: multâ perſolutâ Princeps bellatorem clam adſtringit, ut violento impetu pecuniam recuperet: quæ pudorem exuerat, audacter reſiſtens, pulſat rurſus campanam. Tunc Carolus ſciſcitatus an florenos reſtituerit? Nequaquam, ait perfrictâ fronte proſtibula; irriti fuerunt contrarij
“omnes conatus. Utinam, inquit Princeps,
“eandem adhibuiſſes fortitudinem, ne no-
“mini tuo infamiæ nota inureretur; ſolo po-
“teras medio divinæ gratiæ auxilio, quod ti-
“bi non defuit, te ſervare illæſam; deinde
“mendacio & impudentiâ coargutam ducentos florenos Princeps reddere cogit.

In tenui labor, at tenuis non gloria: minutiſſima conſideremus, quæ ob id *inſecta* nuncupantur, fatebimur communem omnium naturam majore ſolertiâ bombyces, apes, culices, formicas, cicadas, & alia id genus architectatam eſſe, quàm leones, equos, tauros, & vaſtiſſimos quadrupedum elephantos. Sic Carolus de quo loquimur, non minorem conſequitur laudem, verùm quodammodo potiorem, reſticulâ & tintinnabulo, quibus miracula juſtitiæ, charitatis, & prudentiæ patravit, quam eximiis belli facinoribus, aut civili doctrinâ.

Plurimum coluit Patrem Seraphicum, ejuſque alumnos, quorum gratiâ in Annalibus Wadinghi legimus inſigne diploma, quo prohibet Fratres Minores contemni, licet nominatiſſimus quidam Franciſcanus è clauſtro publicâ offenſione exceſſerit, multùm conferens ad electionem Pſeudopontificis.

Denique Carolus anno 1328. diem clauſit ultimum in habitu Franciſcano, ſui maximum deſiderium relinquens apud omnes, præſertim apud Regem patrem, qui deinceps riſus expers omnino, familiaribus de mortuo dicebat: *Cecidit Corona capitis mei: væ vobis, væ mihi!* Carolus iſte habuit tantum ſuperſtites filias, quarum primogenita, nomine Joanna, regnum Siciliæ obtinuit poſt mortem beati Roberti, de quo nunc diſſeri-

Digitized by Google

mus. Joanna autem neque avi nec patris ſecura eſt exemplum.

Robertus iterato conjugio Sanciam Jacobi Balearis majoris Regis filiam ſibi copulavit. Narrant Hiſtorici fere ſemper atro fuiſſe veſtitum, proximorum obitu parentum exigente ut lugubria indueret. Fridericus Siciliæ uſurpator bis miſit ſicarios, qui per inſidias illum interficerent; Deo nefarios atroxque eorum conſilium manifeſtante, rei extremo ſupplicio plectuntur, magno cum pudore tyranni, qui exitium ſtruit.

Anno 1342. Robertus morbo correptus in Caſtro novo Neapolitano teſtamentum conſcribit, quo inſtituit & nuncupat Reginam Siciliæ filij ſui Caroli filiam natu majorem, eâ lege ut nubat Andrææ Caroli Martelli Hungariæ Regis filio. Princeps hic cum frater eſſet primogenitus Roberti noſtri, rem prudenter & optime gerebat, ſceptrum Siciliæ in ſuam proſapiam revocando. Si Joanna judiciis avi ſtetiſſet, æquitate & religione adeo claris, ejus hiſtoria non obſcurarctur hiſce flagitiis quæ Auctores deſcribunt, & quæ lubenter reticeo.

Robertus mortis propinquitatem ſentiens, vitam vult recte finite, ſicut feliciter & ſancte illam iniit & continuavit: ſtrictè prohibet quominus coram illo habeatur ullus ſermo, niſi de cœlo & virtute; declarat ſe accedenA tes nullos aut excubantes ad lectum ſuum gratos habere, præter Religioſos. Præcipuas quaſcumque urbes ſuæ dirionis eleemoſynis & largitionibus cumulat; conſtruit & fundat hoſpitales domos pro ſuis miniſtris, & quicquid boni noverit ad conſequendum prœmium cœleſte prodeſſe, ferventer amplectitur: ad mortem denique ſe accingit totius anteactæ vitæ confeſſione, & ſacrâ ſynaxi.

Octo diebus antequam moreretur habitum recepit, & profeſſionem emiſit prioris Regulæ ſancti Franciſci inter manus Patris Provincialis Laboriarum. Deniqne fato fungitur 16. Januarij 1343. & terræ mandatur in veſtitu religioſo, abſque ulla pompa, & in Conven- B tu ſanctæ Claræ Neapolitano, *de Corpore Ieſu Chriſti* nominato, ſicut ordinauerat ipſe, ubi uſque ad noſtram ætatem magnificus tumulus, quem Sancia ejus ſponſa juſſit erigi, cum duabus præclaris effigiebus videtur: In altera ſedet majeſtatis ſplendore auguſtus, capite coronam, ſceptrum manu, humeris paludamentum geſtans, cum cæteris regiis inſignibus: In altera jacet mortuus, vili Fratris Minoris veſtimento coopertus, abjecto C cinctus funiculo, & nudis pedibus. Verſus ſequens legitur infrà, majuſculis characteribus exaratus aureis.

Cernite Robertum Regem virtute refertum.

VITA
B. CONRADI PLACENTINI
CONFESSORIS.

CAPUT PRIMUM.

Ejus Converſio.

FELICITAS eventorum & infelicitas à nobis dependent; ſicut enim ſolum peccatum infauſtum eſt, ita ſola virtus felix eſt & fortunata: cum ergo poſſimus, favente Deo, ab iniquitatibus eripi, divino freti anxilio poſſumus etiam virtutibus ornari; unde ſequitur fieri nos felices vel infelices noſtrâ conſenſione, vel reſiſtentiâ divinæ gratiæ: *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* Rom. 8. Sic ſe geſſit B. Conradus.

Cum oriundus eſſet per patrem ex illuſtri Confaloniorum familia, & per matrem ex D nobili ſtirpe Landinorum, primas obtinebat partes in urbe Placentina: Iis omnibus inſtructus quæ adoleſcentem claris natalibus genitum poſſunt decorare, præſtantiſtmam puellam conjugem ſibi adjunxit, Enphroſynam nomine, Neſtoris Landini filiam; ſponſuſque & ſponſa vitam ſimul juxta leges Chriſtianas duxere magnâ omnium laude, donec propter eventum mirabilem divinitus noverint ab invicem recedendum eſſe.

Conradus frequenter venationi dabat operam, quam bellicæ diſciplinæ rudimentum eſſe arbitrabatur, militiſque imperiri tirocinium: Fera quam agitabat, prædæ causâ, ſe

receepit, & abdidit in dumetum, unde nequivit illam expellere, niſi igne excitato, qui incendens ſepem vicinam, ingentem tranſiit in ſilvam, quæ vento increbreſcente, cito horribili devaſtata eſt incendio, irritis ad extinguendum illud *Conradi* conatibus.

Qui Magiſtratum gerebat, non comperto tanti infortunij auctore, juſſit apprehendi humillimæ ſortis hominem, levibus conjecturis, qui licet innocens interrogatus tamen non ſibi conſtitit, atque inter quæſtionis tormenta confeſſus eſt crimen quod non admiſerat. Conradus hanc vicem amare dolet, dum præſertim videt illum condemnatum ad ſupplicium duci: ſiſtens Tribunum capitalem & lictores, clamat ſe reum eſſe, quem verò poſt falſam confeſſionem per violentos cruciatus extortam morti addixerat Judex, à culpa vacuum eſſe: Narratione totius rei ab ipſo expoſitâ, juridicundo præpoſiti, pro tribunali, judiciario decreto ſtatuunt obligari Conradum ad illata poſſeſſoribus detrimenta reſarcienda; alterum autem omnino criminis expertem poſſe libenter abire ſuum in domicilium.

Cum univerſæ Conradi opes minime ſufficerent, æri alieno ſolvendo uxor ejus quæcumque haberet bona, contulit, ut nomina mariti penitus expedirentur; idem egerunt parentes; ſicque omnibus exturbatur fortunis. Gaudet maxime ſe illis ſpoliari, quæ illum obruiſſent; gaudet privari divitiis, quarum plenitudo quærit exitum: novit utique multis mortem attuliſſe divitias, requiem fere omnibus abſtuliſſe; novit bonis moribus eſſe adverſas: virtutibus mavult abundare: miratur ſe tandiu in rebus terrenis requieviſſe, ſeque tam graviter fuiſſe
„ conſopitum in vepribus. Gravis, inquit, ſa-
„ por, qui non ſentit aculeos: venit ecce quæ
„ me excitat Dei gratia, & exponat luce cla-
„ rius id quod ſcriptum eſt: *Dormierunt ſom-*
„ *num ſuum, & nihil invenerunt omnes viri di-*
„ *vitiarum in manibus ſuis.* Pſ. 75.

CAPUT II.

Mundo nuncium remittit, Romam proficiſcitur, atque in Siciliam ſe recipit.

VEXATIO dedit Conrado intellectum: manè & veſperè amplius incipit precari, ſeque crebrius alimentis cœleſtibus confirmare, nec non Dei & Eccleſiæ præcepta ſtrictius obſervare. Viliter indutus, & contentus victu valde modico, quem ſibi labore manuum comparabat, contemptui habetur à popularibus, imo quoque à propinquis & conſanguineis, qui probroſam hanc mutationem ægrè ferunt. Decernit mundum relinquere, ut facilius di- A vinæ contemplationi, & exercitiis pœnitentiæ navet operam, de conſenſu ſponſæ, quæ facile accedit ad ſententiam ſponſi, ingrediens ipſa eodem tempore in Ordinem ſanctæ Claræ.

Prævidens Dæmon eximios fructus ex egregia illorum converſione orituros, Euphroſynam ſolicitavit anno legitimæ & Religioſæ periclitationis ad clauſtri exitum: Conradus interim de pœna uxoris monitus, jejuniis & precibus obtinet à Deo ejus perſeverantiam, itaut Euphroſyna votorum ſolennem formulam religioſè conceperit, tentatione diſſipatâ. Conradus è veſtigio quicquid boni reliquum habeat vendit: & pauperibus erogat; deponens etiam habitum ſat commodum, quem mendico im- B pertitur, ut ſaccum peregrini abjectum induat.

Deinde Sole exoriente iter facit, nullum ſibi proponens locum, ubi commoretur, ſed tantum intuitus Dei providentiam, cui firmiter adhæret, & omnino ſubeſt. Eludant licet quibus fortè & temerè humana negotia volvi agique perſuaſum eſt: equidem æternâ conſtitutione credit Conradus, nexuque cauſarum latentium & multo ante deſtinatarum ſuum quæque ordinem immutabili lege percurrere. Hoc innixus fundamento, voluntatis ſcilicet humanæ libertate, quam Deus gratiâ prævenit, comitatur, & ſequitur; cætera, quæ non pendent ex libero arbitrio, divino nutui C derelinquit, à quo æquanimiter & bellè recipit quæcumque eveniunt.

Poſt longum tandem & incognitum regionis tractum, pervenit in vaſtam ſilvam, cujus in medio Tertiarij Franciſcani habent cõmunitatem & ſocietatem: Ab illis initio tantum poſtulat, ut hoſpes & viator excipi; admiratus tamẽ eorum charitatem, humilitatem, modeſtiam, aſperamque vivendi rationem, enixè illis connumerari efflagitat, ſine intermiſſione orat & meditatur; ſolo veſcitur pane & aquâ: nudam terram pro lecto adhibet: quo magis conatur ſuam obſcurare & abſcondere ſanctitatem, eò magis Deus illam patefacit mirabilibus ſignis, quæ populos ex omni parte alliciunt, D cùm ad implorandam ejus opem, tùm ad illum audiendum conſilij causâ.

Quamvis ſemper ipſo aditu comis videatur ac commodus, ut omnes Chriſto lucrifaceret, ad Apoſtoli imitationem, timens tamen ne magnus hominum concurſus tranquillitatem ſolitudinis perturbaret, longius ſecedit in plagam ignotam. Poſt oculum pacis & lacrymarum abundantiam, Conradus divino Spiritu duce, petitâ abeundi veniâ à Patribus ſuæ Congregationis, Romam proficiſcitur, Sepulchra Martyrum veneraturus: Dum per viam meditatur, pſalmoſque cantat ſolitarius, quaſi Euphroſynæ vocem audit, quæ illum vocans nominatim, auxilium poſtulat. Illu-

ſioni

ſioni vel figmento dæmonis hoc attribuens, A ſe Deo commendat, iterque perficit nullâ hujuſce eventus habitâ ratione. Auribus illicò velut greſſus hominis currentis excipit, qui ab ſe eo expectari flagitans, exclamat: Nunquid „ iſte es Conradus Placentinus, cujus uxor „ ibi ſolennibus votis ſe obligavit: Nomine „ ipſius te moneo, quod duriter vexata à Con- „ ventus moderatrice, extra limites clauſtri „ exierit, tuam quærens ſolitudinem, ubi cum „ te non invenerit, iter ſuſcepit urbis Roma- „ næ. Quidam intereà exhauſto pudore ejus „ pudicitiam vi expugnavit; ſub tuum refu- „ gium confugit, quod illi denegaſti: hujus „ impudentis in ſervitutem redacta, rogavit B „ me ut tibi declarem tantum infortunium

Dubitantem Conradum de hujus narrationis veritate nititur Dæmon ſolidis rationibus obfirmare; at vir Dei ex alto cognovit inferni dolum & aſtutiam: ac Diabolus cuniculum diſſlatum perſpiciens, evanuit, & tetrum exhalavit odorem. Laudavit Deum Conradus Romam denique pervenit, ubi luſtratis pio ritu omnibus Eccleſiis, ſciens in regno Siciliæ plures degere viros eximiâ pietate præditos, illuc ſe confert, ut familiari eorum conſuetudine utatur: atque in navem conſcendens ad littus Panormitanum appellit.

Fama virtutis incolarum urbis, quam *Netum* vocant, illum pellexit ut ibi pedem figeret. Inſidias ſemper ſtruente Dæmone, ut Conradi conſtantiam labefactaret, ſemper Conradus eas deſtruebat ſigno crucis, & invocatione ſanctæ Luciæ Syracuſarum Protectricis. Paſtore in ſua caſula hoſpitium Conrado præbente, Dæmon ſub figura domini Alfrandi de Pallazzolo inter Siculos ſpectatiſſimi bellum tunc gerentis contra Neapolitanos, aſperius Conradum noctu tractavit, tanquam perfidum exploratorem: Non deſpondet tamen animum; imò, quaſi adversùs tempeſtatis vim imminentem, apricarionem captans ſub arbore vicinæ ſilvæ, licet extremâ ærumnâ oppreſſus, animum redintegrat contra adverſarios.

Duo ex primariis civibus Neti ibi venationem exercentes, ejus maciem, debilitatem D & ſortunam miſerantur; curantque illum in xenodochium tranſvehi, unde exiens interdum ſtipem cogendi causâ, levibuſque contentus cibariis, potiſſimam eleemoſynarum ſibi impertitarum, partem largitur pauperibus ſociis. Urbis Gubernator Conradi ſanctitatem ſuſpiciens, illum conjungit ſocietate cum celebri Anachoreta Guillelmo Bucberio, nobili viro, apud Regem Fridericum gratiâ pollente: illo cœleſti ſodalitio amborum corda novum divini amoris ignem concipiunt: Conradi virtutum ſplendor præſertim enitet, qui diſcipulos innumeros alliciens, illum ad fugam compellit.

Verùm plurimi fiunt infenſi, & invidiâ flagrant, eò præcipuè quod credant Bucberium à Conrado ſeductum vitam agere ſolitariam, cornicante ſeu potius allatrante inter alios Bucherij filio, qui alios concitat, ut ſimul Conradi famam aſpergant atque inquinent maculis ignominiæ ſempiternis: viri ſancti nomine ſemper floreſcente, obvium illum maledictis appetunt, ad honorem Conradi patientis propter amorem Jeſu Chriſti, & exprobrantium criminationem: Dæmoni tunc etiam conanti perſuadere uxorem Conradi è clauſtro egreſſam corpus pervulgare omnibus, nullam fidem adhiber vir ſanctus, qui mendacium divinitus detegit, atque ex conſilio dilecti Bucberij viciniam Neti relinquit, ut mirifice claret; relinquit, inquam, ut lateat in ſpelunca ab omni hominum conſuetudine ſemota, ad radices montium, quæ nunc ſancti Conradi nomine donantur.

CAPUT III.

Favores quibus cumulatur in ſolitudine, acreſque tentationes, quas ſuperat.

QUo magis auſteram vivendi rationem capeſſebat in ſolitudine, & ſeipſum à creaturis ſeparabat, eò magis ad Chriſtum accedebat, qui mentem illius mirâ perfunde- C bat ſuavitate; dono inſuper miraculorum aperto clarebat. In urbe quam Latini *Netum* vocant, multum celebris locus (ſanctum nominant Crucifixum) à Chriſtianis oppidò colitur. Conradus illum aliquando inviſens magna religione, officiosè excipitur ab amico, qui ſubito correptus lateris dolore, vix dum tangitur in hac parte à Conrado, cùm ab eodem ſigno crucis facto, prorſus incolumis evadit.

In eadem regione puer cujuſdam ſartoris ilium procidentia laborans confeſtim ſanitatem recuperat, mox ut Conradus illi ſuam benedictionem impertiverit. Facilitas curationis anſam illi præbebat inſtruendi ægrotos tam facile digito Dei ſanatos. Ægritudo “ præſens ſæpe profuit, aiebat Conradus, dum “ debilitatis corporis viribus, animæ ſalutem “ peperit: conſequenter igitur, & digreſſa “ nocuit, & animæ lumen imminuit, & cor- “ poris auxit inſolentiam: quamvis mala, “ quamvis peſſima ægritudo videatur, opta- “ bile tamen malum, quod mali remedium ſit “ majoris.

Prophetiæ pollebat ſpiritu. Antonius quidam Conrado intimè conjunctus, cœlo valde ſereno, æſtatis tempore, ſe contulit in ſpeluncam, illius officioſæ ſalutationis, piique colloquij gratia: rediens in ſuum domicilium horrendis tonitribus æthere circumfremente,

ut ſe tutum præſtet ab fulgure, morari cogitur in caverna obvia, ubi tradidit ſe quieti. Conradus ex alto cognoſcens procellam huncce locum everſuram, atque obruturam Antonium, cito accurrit, illumque reliquum iter perficere compellit: nullâ morâ interjectâ fulminatur idem locus, nemine læſo, unde vir ſanctus occaſionem accipit Antonium excitandi ad nefarii criminis labem confeſſione ſacrâ abluendam, quod iram Dei provocat.

Alter amicus, Bartholus nomine, ad eum miſit duas lagenas vinarias, quarum unam vector ſervus obtulit, furtim ſubducens alteram. Conradus noſter de verſura fraude certus à Deo, quodque coluber in ſubreptam lagenam intraverit, affirmavit ſe non indigere vino, cum aqua profluens ſit unicus ſuus potus, furemque inviravit ut tantiſper biberet vini quod fuerat ſuffuratus, ac ſecum reportaret vinum quod obtulerat; Monuit inſuper ne iſtud vel modice guſtaret, ob imminens periculum: veritatem moniti probavit eventus, dum apertâ amphora ſerpens proſiliit.

Laurentii Cardi amantiſſimi quoque Conradi, filius, patris nomine, ad Conradum legumina ferens, à Dæmone ſub ſpecie viatoris, ſupra rupis cacumen præcipitiis circumſeptæ, perducitur, ubi in ultimo diſcrimine illum derelinquit: quod cœlitus reſciens Conradus, ad opem præſtandam confeſtim advolat.

Nicolaus Vaſtalius ſe felicem æſtimans, quod benevolum haberet Conradum, rogavit illum, ut filium ſuum de ſacro fonte ſuſciperet, cui Conradi nomen impoſuit. Filius patris juſſu virum ſanctum adiit, ab eo humiliter benedictionem poſtulaturus, recentemque oblaturus caſeum. Divinitus novi, „inquit Conradus, matrem tuam velle me„diam partem reſervari, ſatisfiat materno „deſiderio; fruſto igitur remiſſo, alterum retinuit ad uſum pauperum. Deus ſæpe eximiam manifeſtat Sanctorum virtutem argumentis, quæ licet non reſplendeant ante oculos hominum, probant nihilominus eminentem perfectionis gradum. Sapientes ſæculi, qui juſtorum ſimplicitatem derident, abeant ad egregios pictores, & ab iis quærant, utrum operoſius ſit, ſecare lineas, tenuitate ſua ob tutum effugientes, an eas ducere, quæ in oculos incurrant, & ſint vel lippis conſpicuæ. Viget laude, monumentiſque litterarum, is qui fertur in nucem incluſiſſe Iliada Homeri.

Ab alio intimo rogatus ut lancem piſcium „cum illo manducaret: Inter pœnitentes „annumeror, inquit Conradus, quibus in„terdicuntur convivia. Scias autem felem „devoraſſe tuos piſces. Eò majorem pariunt admirationem hæ prædictiones, quod de le-

A viribus materiis proferantur, quoque evidentius naſciſcantur effectum.

Non impediunt radii cœleſtes, quibus illuſtratur Conradus, nec amor divinus illum inflammans, quominus mens ejus tenebris obvolvatur, & langore tabeſcat, Deo ſic permittente ad virtutis perfectionem; carnis rebellio, vanæque gloriæ oppugnationes illum aggrediuntur; nec meditatio rerum divinarum, nec pietatis leges priſtinam ſuavitatem exhibent: deliciæ guſtus, intemperantiæ aggreſſiones duriter vexant animum, qui poſt tantas auſteritates poſſet æſtimare ſe penitus victorem.

B A Dæmone fortiter ſollicitatur ut comedat cibos acuti ſaporis, quo magis oblectatur: permittit Deus ad Conradi probationem immitti ei à neceſſariis eodem tempore, quæcumque proclivitas in oblectamenta corporis ſuggereret: his tamen ob oculos ſuos poſitis non utebatur, niſi poſt putorem: delibatâ ficu ſui horti, à Dæmone inſtigatur ad abjiciendas priores carnis afflictationes: ſed Conradus mediis in ſpinis volutans ſeſe, ac proprio ſanguine inundans, nunquam deinceps ullum cupiditatis aculeum ſentit. O rem dignam, in qua non modò modeſti & ſapientes, verùm etiam ſibi blandientes & indulgentes erubeſcant, dum hominem perſpiciunt legum Evangelij adeò tenacem & fervidum!

C

CAPUT IV.

Angelorum neceſſitudine gaudet, & claret miraculis.

DÆMON magis infenſus in Conradum, ob ejus in divino cultu invincibilem conſtantiam, illi ſe exhibet ſub horribilis beſtiæ figura, & in illum debacchatur, ſe victum omnino confeſſus. Jam incipit guſtus viri ſancti generoſis actibus temperantiæ ita coerceri, ut biberet & comederet quæcumque appoſita, abſque naturæ ullo oblectamento: Deus tunc illi plurimum favet, volens Ange-
D los ipſi miniſtrare inter veſcendum.

Epiſcopus Syracuſanus Conradum inviſens, nec inveniens in caverna, eò quod in media ſilva meditaretur, miratur vehementer loci auſteritatem, ubi nec janua, nec menſa, nec lectus adſunt: perſpicit tantum viliſſimam ampullam potoriam aquæ fœtidæ plenam: deinde Conradum, ad quem velociter currens, à beato Anachoreta humi proſtrato, & humiliter benedictionem petente, ſalutatur.

Poſt longum & cœleſte colloquium, horâ prandij appropinquante, Prælatus jubet à miniſtris parari, & à Conrado ſumi pariter,

A qui ab Epiſcopo dari moram poſtulans, Dominum providiſſe aſſerit. Mox in ſpeluncam intrans, confeſtim egreditur quaruor placentas recenter coctas ferens. Indignus ſum, „ air Pontifex, tua conſuetndine, ô *Conrade*, quem Angeli circumſtant, & colunt, „ tuæ ſuſtenrationis ſtudioſam babentes cu„ram. *Conradus* verò aſſirmans Divini eſſe digiti opus, ob præclara Epiſcopi merita, panem bunc cœleſtem ſimul manducaverunr, declarantes nil unquam ſuavius aur delicatius guſtaſſe.

Fama hujuſce miraculi vulgata, nomen *Conradi* licet inviti & reluctantis fuſius ſpargitnr; plures ramen illud in dubium revocant aut ſaltem novo & inſoliro eventu cupiunt B fieri certiores. Vir igirur ſanctus Nerum die Veneris juxta priſcum morem adveniens, ſancto Crucifixo, de quo ſumus locuti, venerationem exhibiturus invitatur ab iis, quibus illa res obſcura erat & ambigua, nt cum ipſis pranderet: poſt repugnantiam objectam, annuit tamen *Conradus*, & aſſidens menſæ, obvia utirur eſca indiſcriminatim: Cavillatoribus, eodem tempore, offenſionem animo concipientibus, declarat non ſumpſiſſe carnem, ſed piſcem, cujus ſpinæ & ſquammæ in catino reſtant: illos dein pudore ſuffuſos, & flexis genibus veniam poſtulantes, ad vitæ emendationem validis excitar argumentis.

C Reverſus in caſam dirè tractatur ab inſanis venatoribus qui falsò exiſtimant, prædæ quam inſectantur, ad fugiendum viam aperuiſſe: enixè poſtnlat à Deo nr illis parcat, & ab omni malo liberet; illoſque extemplo rogat omne odium extinguere, cum mœroris illati maximè pœniteat. Angeli ſublimem hanc virtutem mirantes, plurimos illi pulchros panes afferunt, qnos novis hoſpitibus præbet, ad fugam eos provocans, ne in manus Judicum incidant.

Vix dum ejus conſilium exequuntur, cum magiſtratus, auditâ viatorum relatione, qui à petulantibus iſtis ſicariis viderant *Conradum* crudeliter vexari, accurrit ſuis ſtiparus lictoribus: *Conradum* reperit gtavibns plagis D affectum, qui homicidarum criminis condonationem ferventer poſtulat: apprehenſos Judex reos in carcerem detruſit, & Virum Sanctum accerſivit, nt illos agnoſceret: vinctos perſpiciens & catenis oneratos, ſcienſqne eorum ad Deum veram & intimam converſionem teſtatur forrirer omnino differre à ſuis percuſſoribus, Etenim revera nec venatorio inſtructu adornabantur, nec *Conradum* ſauciare intendebant: erepti hoc reſponſo ab hominnm manibus, non evaſerunt Dei juſtitiam, quæ omnes in ultimum exitium eodem anno projecit.

Pulchra & ampla exciſa petrâ in ſpelunca *Conradi*, ad condendum Altare ſancti Crucifixi, nequibat ullo pacto moveri, Beatus tamen noſter ipſe ſolus, adhibiris precibus, levi manus motu, illam ritè collocat, in ſtylobatâ. Suppeditat quoque abundanrer ad victum multitudini operariorum panes ab Angelis allatos, quamvis incaſſum laboraverint in tranſvehenda ingenti hac petra: duo propter iſta evidentia miracula gratiis Divinæ Majeſtati redditis, nnus aliquis enixè poſtulavie *Conrado* ſocietare conjungi, qui lacrymis & invictâ poſtulantis perſeverantia permotus, illum tandem in Tertium Ordinem admiſit, ut ſimul operam darent Pœnitentiæ.

Tepeſcente nibilominus hujus noviter Converſi fervore, illuſioni dæmonis acquievit, qui ſtimulo carnis illum acriter exagitans, B matrimonio ſe illigare compulit. Tentarionem initio patefecit Conrado, qui diaboli contemptu, debellandum eſſe diabolum declarat, bumilique & fervido ad Deum refugio. Perſiſtenti tandem in propoſito, ait „ *Conradus*, ſcias tibi imminere tria pericula „ extrema; è duobus vix eripieris; peribis „ denique baſtæ inopinato ictu. Cum velis „ igitur abire; ne moreris, & propter opor„ tunitatem diſcede. Mirum dictu; poſtquam bis ex nltimo diſcrimine evaſit, incautus, in haſtæ mucronem, pronus collabitur, & privatur vitâ.

Universâ propè fame confectâ Siciliâ, plu- C rimi Siculi ad *Conradum* ſupplices confugerunt, ut eos ſuis precibus haberet commendatos, quibus ſtatim panem adminiſtravit ab Angelis ſuppeditatum. Inter cæteros hoſce mendicantes adoleſcens quidam oriundus ex vicino pago fruſtum panis recepit à *Conrado*, qui divinitus ſciens illum graviſſimo crimine adſtringi, & periculum mortis cirò ſubiturum, parentes monet, ut eum ad Sacramentum Pœnitentiæ impellant: mox nt Sacerdori peccata ſua expoſuerit, tonitru cadens borribilem in modum, & omnia circa illum perfringens, nil ei nocuir, favente Deo in gratiam *Conradi*.

Multò magis ſplendebat cœleſtibus radiis interius, & divino illapſu, quam exterius mi- D raculorum fulgore. Mira ſanè *Conradi* vocatio, quæ tota divini luminis infuſione, & cœleſtis voluptaris ſenſu ita perficitur, ut iſto dulcedinis illicio ineſcatâ animâ ejus, exclamet, vel etiam inter duriores cruces: præ„ terita mea ſtudia condemno; qnidquid ante „ hoc tempus dilexi, fruſtrà me illud & ſine „ cauſa dilexiſſe fatcor quod judicavi ſuave „ aliqnid in vita, aut dulce eſſe, errore dece„ ptum me judicaviſſe dico; verorum bono„ rum Deique inprimis dulciſſimi amoris „ guſtu, priorum amorum omnem ſenſum „ amiſi: faſtidio illos jam, abominor, & de„ teſtor.

„ Quantum à veritate umbra diſtat, aut

„potius quantum intereſt inter dulce & amarum, tantum bona divina, bonis humanis anteſtant: humana vino ſimilia, inanem lætitiam modo, ſpes fallaces, & gaudia vana quædam afferunt, eoſque qui ipſis indulgent dementes & ebrios reddunt, illa caduca ſunt, turpia & miſera: at ubera, ſuaviſſimi nempe amores Chriſti, promiſſa Dei, & ea quæ ex Deo ſunt bona, vera, æterna, glorioſa, plena lætitiæ, plena honeſtiſſimæ voluptatis. *Meliora ſane, ò Chriſte ſunt ubera tua vino.* Cant. 1.

Hæc ſola appetit *Conradus*, ſolaque bona ducit ab eo tempore quo incœpit ferventius Chriſto adhærere; & jam tunc præſertim vitâ mortali adveſperaſcente: Horum quoniam compos effecta eſt ejus mens, magnoque à Chriſto in pretio habita ſponſa illius eſſe incipit, jam in thalamum Divinum intro ferri ardentiſſime cupit, idque unum ſuſpirat. Nam quæ hactenus abs Deo accepit, ea non tam cupiditatem illius expleverunt, quam incitarunt & auxerunt deſiderium: quo enim plura ex Deo hauſit, eo ad Deum magis ſitit: fervore *Conradi* in dies ereſcente à converſionis primordio; quo lumine repletus ſit, quo gaudio perfuſus ad veſperam vitæ, non facilè concipitur, niſi iis qui idem ſtadium decurrerunt.

CAPUT V.

Sanctiſſimè moritur, & triumphali ſepelitur pompâ.

SExageſimum ſecundum annum agens, auſteraque vivendi ratione multum debilitatus, mortem velut præſentem conſpicit: delicta ſua enunciandi cauſâ Epiſcopo Syracuſano, dum ad illius Palatii januam ſedet, ut paululum quieſcat, aves circumvolitantes præ gaudio, leni garritu ipſi blandiuntur; quod diſcens Pontifex à ſuis miniſtris, *Conrado* velox & lætus occurrit, quem in ſecretius introducit conclave, ut modicum ſumat cibum: deinde per totam noctem data meditationi opera Antiſtiti ſua peccata exponit: Poſtero die volentem citò redire in cavernam, ubi à Deo jubetur vitam finire, fruſtrà Epiſcopus ſiſtere conatur: adeſt tamen Pontificis Miſſæ, ab eoque recepto Euchariſtico ferculo charam velociter repetit ſolitudinem.

Accedenti propius ad tuguriolum volucres totius ſilvæ, quaſi inſtructo ordine procedentes, veniunt obviam, & ſymphoniam conflantes, ut Deum honorent in Viro ſancto, qui ſimul cum illis divinas cantat laudes. Vulgato hoc eventu, vicini populi frequentius & majori veneratione *Conradum* adeunt, qui hac de cauſa magis ab omni

A humano conſortio ſejungitur.

Ab Angelo tandem certior factus de obitu proximo, & de æterna felicitate veſpere iterùm ſe confert in urbem, quam vulgo Necum nuncupant, ubi Sacramento Confeſſionis animam iterum perpurgans, ſacræque Euchariſtiæ Viatico munitus, ab ordinario Confeſſario rogat poſtridie viſitari, qui tempore ſui adventus *Conradum* videt totum ſopitis ſenſibus in divina raptum: finita vero à corpore alienatæ mentis abreptione teſtatur apertè *Conradus* vileſcere terram, cum cœlum aſpicitur, ſibique plurimum arridere viſitationem ſuæ conſcientiæ moderatoris poſ-
B tremo die, quo ardenter ſupplicat ab eo ſepeliri cum habitu Tertiariorum, Neri, in Ecleſia ſancti Nicolai. Monet cives Netenſes, & Hiblenſes acerrimè diſceptaturos, quinam „lipſana poſſidebunt: minimè tamen, inquit, „cruentum erit certamen; componetur diſſidium tua prudentiâ, & æquitate omneſque „ſimul mea funera cohoneſtabunt.

Obortis lacrymis attentè audiebat pios ſermones Viri ſancti, qui levi febri correptus, exclamavit; *Benedictus qui venit in nomine Domini*: deinde innixus genibus nudis, coram imagine Jeſu Crucifixi, erectis manibus & vultu ad cœlum, Deo gratias egit pro beneficiis, & veniam de peccatis petens ſuum commendavit ſpiritum, cunctoſque Neti in-
C colas. Tunc aſſiſtens Confeſſarius perſpicit, rubicundâ & igneâ *Conradi* facie emicantes radios prodire, caſamque ſubito lumine repleri, quo circumſeptus ſuavirer obdormit in Domino, anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſecundo, converſionis & ingreſſus in Tertium Ordinem trigeſimo ſexto, Partus Virginis 1351. die decimo nono menſis Februarii; Anima ejus apparuit eidem Confeſſario, glorioſè aſcendens in cœlum; corpuſque itidem jam terræ mandatum, cujus oſculatus eſt pedes, conſenſu mortui qui nunquam hoc vivens permiſerat:

Omnibus campanis ſonantibus, abſque pulſante, unuſquiſque cauſam ſciſcitatur næniæ omnes eodem tempore unanimiter reſpon-
D dent, Virum ſanctum obiiſſe, de cujus certitudine conſtitit.

Dum Cives Netenſes & Hiblenſes, in ſpeluncam defuncti ſe tranſtulerunt. Contentione orta de loco ſepulturæ, Confeſſarius Netenſis origine declaravit ſuum corpus addixiſſe *Conradum* Neto; cui teſtimonio fidem non adhibuerunt Hiblenſes, quod arbitrarentur Confeſſarium Netenſem, favere ſuæ patriæ.

Arma repentè capeſſunt, telaque jugulis invicem jam ſunt intenta, nemine tamen læſo, miraculo inſigni, quod utriſque patefecit optimus Sacerdos, hujus omnis litigii commemorans illis prædictionem à Conrado factam, antequam moreretur:

„ Venerandum, inquit, corpus ponatur „inter ambas turmas, quæ illud facile eſſe- „ ret, cauſæ ſuperior abibit, ſacrumque „ poſſidebit theſaurum: Cives Hiblenſes rogantes beatum mortuum, ut ſuis oſſibus vel'et ipſos ditare, ac promittentes ad ejus honorem ſe magnificum ædificaturos fore Templum, fruſtrà conantur feretrum movere. Netenſes autem, poſt humiles & devotas preces magnâ facilitate loculum aureo textili coopertum, humeris Miniſtrorum Eccleſiaſticorum ſacerdotalibus indutorum veſtimentis impoſuerunt.

E duobus choris conflato muſicæ ſymphoniæ concentu, ſolenni apparatu, acie ſtructâ ſupplicantium, tranſvehitur Netum (Netuno vulgariter nominant Itali) ubi æs campanum, licet à nemine agitatum, feſtivum edit ſonum. In ipſo urbis aditu, nova oritur controverſia, contendentibus plurimis *Conradum* ſepelire in Eccleſia beatæ Mariæ de Caſtro, nunc de Crucifixo nominata; ſed adeò ingraveſcens ut, irrito omni conatu, in eodem loco perſtet, à duobus tamen hominibus nullo negotio, fertur in Ædem ſancti Nicolai, juxtà ultimam defuncti voluntatem.

Huc maximi fiunt undique peregrinorum concurſus *Conradi* Sepulchrum celebrantium: iſtuc itaque & præſertim Netenſes & Hiblenſes, pro ſuo erga beatum *Conradum* ſtudio, peregrinantium ritu, habituque veniunt, illuſtris ſepulchri celebritati faventes, pariter & accolarum exemplo. Hâc igitur ut perveniunt plures hujuſce regionis in Patronum eligunt *Conradum* (cujus ſublimem gloriam admirantes, quantum mortalibus fas eſt, virtutem æmulantur) non minus religiosè, quam avidè ſalutant. Ac primum intentius Deum precantur, ut quando ipſi homunciones nullius pretii divinitus ad tanti Viri qualemcumque imitationem vocarentur, aliquid ſibi Chriſtianæ inſpiret ac perfectæ virtutis. *Conradum* deinde impensè orant, ut illo deprecatore in virtutibus colendis, nec animus ipſis ad diſcrimina ſubeunda, nec vires adperferendos labores deſint. Exortum eſt indè lumen, his qui in tenebris jacebant, ut è cœno vitiorum emergerentur; rectis etiam corde, ut rectius in dies agerent, & tandem ad perfectionis pervenirent apicem.

CAPUT VI.

Ejus in Beatorum album adſcriptio.

PLURIMI hernia & ramice laborantes, invocato *Conrado* ad ejus tumulum, plenam ſalutem adepti ſunt. Cæci viſum, ſurdi auditum: muti loquelam, claudi facilitatem ambulandi recuperaverunt; omnes denique ægroti repentè ſanabantur; miraculorum multitudo ingens adeò erat, ut quatuor ſpectatæ virtutis, & probatæ fidei Viri præfecti ſint horum omnium actis conficiendis & perſcribendis in libro ad id compoſito, qui ad noſtram uſque ætatem ſervatur propè venerandum ejus corpus.

Non deſinentibus miraculis Cives Netenſes *Conradum* elegerunt in Patronum & protectorem ſuæ urbis anno 1455. atque ejus feſtum quotannis celebrarunt 19. Februarii. Impetraverunt etiam anno 1515. à ſummo Pontifice Leone X. ut referretur inter Beatos poſt nova & illuſtria miracula.

P. Bernardus Brixienſis, Dominicanæ Familiæ, qui diploma Pontificium obtinuerat, ut cognovit illud amiſiſſe, nutabat, habens ambiguum, an Romam reverteretur, aliud poſtulaturus, vel ingrederetur Netum, de negligentia ſeipſum accuſaturus. Eodem momento venerablis Anachoreta apparet, Tertiarii Franciſcani veſte indutus, qui chartarum faſciculum pedibus ejus adhærentem oſtendit, ubi repertum eſt diploma. Evanuit ſtatim Anachoreta, quem meritò Bernardus judicavit eſſe *Conradum*, undè ſummâ perfunditur lætitia.

Sacris illius lipſanis è terra poſteà levatis, tota cœleſti odore imbuitur Eccleſia: centum & quinquaginta annis poſt ejus obitum, corpus ejus invenitur illæſum penitus & incorruptum, & ſolenni omnium ordinum inſtructo agmine procedentium, gratulatione decreta, ob tantos favores, defertur in Templum ſancti Crucifixi, ubi plures ilium procidentia vexati, ſub *Conradi* lipſanotheca pauliſper ſtantes, omnino curantur.

In aliâ omnium quoque Ordinum extraordinariâ ſupplicatione, ſacris ejus Reliquiis elatis ad diverſa Templa, mulier ſurda ſani & acuti fit auditus in Eccleſia ſanctæ Claræ; Paralyticus ſanatur in æde ſancti Michaëlis, homo ſemimortus, & membris omnibus captus, citò ſurgit agilis & benè valens propè Templum ſancti Petri Martyris, in quo muro derepente diruto, multoſque ruina opprimente, nemo læditur. In Eccleſia ſancti Franciſci, mulier muta, & altera lethali dyſenteria dirè affecta penitus convaleſcunt agmine autem inſtructo ſupplicantium ad Templum ſancti Crucifixi accedente, omnes prorſus infirmi, nullo excepto, in ſtatum valetudinis priſtinum reſtituuntur.

E regione cujuſdam domus hæret & inſiſtit venerandum corpus tanto pondere, ut nullo impetu queat moveri, cujus eventus origine quæſitâ, mulier domicilii hujuſce Domina Epiſcopo ſancti Viri baculum reddit, quem declarat à majoribus accepiſſe, quoque fatetur ſe eſſe indignam, cum maxima operetur miracula: Pontifex è veſtigio capſæ illum

jungit, quæ tunc facilè devehitur. Cæteri præterea qui diverſas beati Reliquias renebanr, piæ mulieris ſequunrur exemplum, omneſque ſimul recondnntur in eadem theca, mox ut ordines ſupplicum in Eccleſiam ſancti Nicolai redierinr.

Ibi conſtructum eſt magnificum & ingens Sacellum, in ipſo loco ſepulturæ, ſacrumque corpus collocatur in ſumptuoſa rheca de argento inaurato, & in ſepulchro reconditur, cui nova in dies & magis pretioſa accedunt otnamenta.

Anno 1544. Cives Netenſes, qui jam feſtum beati *Conradi* celebrabant de conſenſu Leonis X. Paulo III. ſupplicarunt ut Siculi omnes eodem gauderent privilegio, quodillis, minime ſine miraculo, fnit conceſſum. Illuſtris quidam Comes apud ſummum Pontificem mulrâ gratiâ pollens, *Conradum* impensè rogavit, ut filium ſuum herniâ gravitet laborantem ſanaret, atque infirmo applicavit vilis tunicæ *Conradi* fruſtum, à Netenſibus oblatum. E morbo confeſtim evaſit ægrotus, Comeſque illicò diploma Pontificium obtinuit, quamvis anteà plurimi obſiſtetent obices.

Deinde pluta eriguntur à Siculis altaria, multæ conſtruuntur ædes in Sicilia ad honorem beati *Conradi*. Alibi quoque celebratur ejus memoria. Utbs Malfettenſis in Apulia, quæ illum ſibi adſcivit in Patronum, extraordinario apparatu, & auguſtiore pompa ejus ſolennitatem colit, illiuſque interceſſione diverſis cumulatur beneficiis, ptæſertim dum per ingentes ſolis æſtus, terrâ ſitiente, *Conradi* auxilio implorato cœlum uberes aquæ rivos inſundit. Malfettâ à Gallorum copiis undique cincta, deditioni proxima *Conradus* gloria reſplendens videtur ſupra muros, qui urbem liberar, ac ſervat incolumem: Malfettenſes caput ſancti Viri ſubtiliter exportatum ſtudioſè conſervant.

Tandem anno 1625. die 12. Septembris Miniſter Generalis trium Ordinum Patris Setapbici Permiſſionem à Sede Apoſtolica obtinuit, ut omnes Franciſcani celebrare Miſſam & Divinum recitare poſſint Officium de beato Contado. Inter auctores qui de eo ſcripſerunt, præcipuè commemorantur Antonius de Sillis, Wadinghus, Fazelus Libro IV. Annalium Siciliæ, Decad. 5. cap. 2. Daça 4. part. Hiſtoriæ Minorum Lib. III. cap. 37. Ferrarius catalog. Sanctorum

A die 12. Septembris. Thielmanus tom. 1. & 2. Vitæ Sanctorum Ordinis Serapbici. Bzovius in Annalibus Eccleſiaſticis anno 1351. §. 24.

BEATA Lucia Veneta ex illuſtri celebris bujus Reipublicæ proſapiâ orta ſuis virtutibus & miraculis ante & poſt mortem plurimum auxit parentum gloriam, & ſuæ nationis ſplendorem. Floruit circiter anno 1355. & ſaro functa eſt Venetiis, ibique terræ mandata anguſto apparatu in Eccleſia Raphaëlis Archangeli. Martyrologium Franciſcanum de eâ loquitur die vigeſimo primo Januarii, quo interiit. Marcus Ulyſſip. Antonius de Sillis

B illius recordantur honorificè.

Decimi quarti ſæculi finis perfecta beatæ Chriſtinæ à ſancta Cruce decoratur ſanctita, ſicut teſtantur Wadinghus Tom. 4. anno 1360. Antonius de Sillis illam recenſet inter profitentes Tertiam Patris Seraphici Regulam. P. Arturus illius meminit menſis Martii die decimo: licet pauca dicant, non minor inde percipitur fructus, ſicut è puſillis Thymi floribus mel ſuavius apes colligunt.

Vidimus ſæculo præcedenti *Franceſchinam* Eugubinam, cujus nomen non longè à *Franciſca* Eugubina differt, quam Wadinghus tom. 4. proponit anno 1360. Floruit *Franciſca* centum annis poſt *Franceſchinam*, & deceſſit exeunte ſæculo decimo quarto; utrobique vivens ſcilicet & moriens ſanctiſſimè,

C egregiam laudem meretur; juxta Antonium de Sillis, Valerianum lib. 2. cap. 15. Marcum Ulyſſipp. 2. part. Lib. 9. cap. 23.

JOANNA *de ſancta Maria* non minus laudanda eſt, quamvis ſit valde brevis ejus Hiſtoria: ſplendor Sanctorum à ſanctitate non à præconio ducitur. Arturus, Antonius de Sillis, & Valerianus illam numerant inter Sorores Tertiarias & de ea diſſerunt 25. Januarii, quo è vivis exceſſit. *Ioannam* proponunr tanquam omnium virtutum exemplar, quas præſertim exercuit Bagnoniæ quinque leucis à Monte Alverno diſtanti &

D in Etruriæ Provincia. Jacet in Abbatia ejuſdem Civitatis, ubi memoria *Ioannæ* ritu ſolenni recolitur die obitus, populis vicinis huc concurrentibus cum ardore ut ejus implorent opem, dum in maximis anguſtiis verſantur. Wadinghus arbitratur claruiſſe anno 1360.

BEATA MICHAELINA VIDUA.

MICHAELINÆ nomen feliciter & auſpicatò ſortita eſt. Antonius Pardus ejus pater ortus ex ſtirpe Metallorum, maximè illuſtrium Piſauri, Nicolaæ nomen ei firmiter deſtinabat; divino tamen nutu mater prævaluit, dum illius efflagitatu Michaëlina conſtanter nominatur, tanquam augurium victoriæ quam erat adeptura de inferno, ad imitationem Archangeli Michaëlis.

Duodecimum ætatis agens annum, à parentibus uxor committitur viro præſtantiſſimo, familiæ Malateſtorum, in Italia celeberrimæ: unico ſuſcepto libero, filio nempe, B cui nomen avi fuit inditum, *Pardi* ſcilicet, maritus moriens eam relinquit viduam viginti natam annos. Hoc in rerum concurſu noſtra Syria Piſaurum fauſtè adveniens, hoſpitium benignum invenit apud Michaëlinam, quæ illam ut ſuæ conſcientiæ omnium arcanorum moderatricem amplectitur. Plurimum profecit felici adeò & probatâ diſciplinâ, Deoque à terra ad cœlum evocante parvulum *Pardum*, *Michaëlina* omnino terrenis rebus nuncium remiſit, ut ſuum omne ſtudium divino cultui applicaret.

Promittente Chriſto per os Crucifixi *Michaëlinam* fore ſuam chariſſimam ſponſam, Michaëlina Syriæ judicium exquiſivit, ut per C eam ſciret qua ratione poſſet eminentem „adeò dignitatem conſequi. Omnia bona „vende, ait Syria, & pauperibus diſtribue: „Sponſus tuus cum dives eſſet, factus eſt „propter te pauper & egenus; honori ejus „immola quicquid tibi commodum eſt aut „jucundum, ſicut ipſe Patris Æterni nutui ſe „in holocauſtum obtulit: In Tertium Patris Seraphici Ordinem ingredere.

Michaëlina volens conſiliis Syriæ obtemperare duras patitur à parentibus contradictiones, qui operam & oleum perdunt. Brevi redigitur in mendicitatem, & ſtipem cogit, D ſub humili veſte Franciſcanæ Tertiariæ: rigidus ſaccus, quem continuò gerebat, ferreus circulus, quo cingebatur, catenæ ejuſdem materiæ, quibus frequenter ſuum corpus affligebat uſque ad copioſam ſanguinis effuſionem, quædam erant ejus pœnitentiæ exercitia: humum nudam pro lecto habebat; rarò ſuper ſimplicem decumbebat aſſem: cum cibus ejus ordinarius in pane & aqua frigida conſiſteret, carnem toſtam manducandi deſiderio permota eſt aliquando in menſa cui aſſidebat: repellit tamen fortiter tentationem, in cameram è veſtigio ſecedens, ubi catenis ferreis ſe ita conſtrinxit, & A vexavit, ut nunquam deinceps ulla cupiditas illi moleſta fuerit.

Quod ei per mendicitatem & manuum laborem ſuppetebat, omne cedebat fermè in utilitatem & ſolatium pauperum & ægrotantium, quibus humiliter & fervidè miniſtrabat. Plerumque habitans apud pauperem & virtutis eximiæ viduam, orabat abſque intermiſſione magnâ ſuavitate: gravi & acerbo ulcere erat affecta, quia ferè ſemper genibus incumbebat, unde ſanies fœtida & turpiſſimi erumpebant vermes; nec tamen Michaëlina deſpondet animum, ſed conſtanter perſeverat in auſtera vivendi ratione.

B Oblatam Jeſu Chriſti ſpeciem aliquando excipiens audit ex ejus ore, quod gratiſſima Deus habeat beneficia, quibus egenos cumulat; velitque illam ampliſſimo donare præmio; gratiâ nempè fidelis perſeverantiæ uſque ad mortem, & felicitate æternâ. Humiliter proſtrata *Michaëlina* reſpondet ſoli Regi ſæculorum immortali omnem prorſus deberi gloriam, ſibique ſufficere ad honoris & lætitiæ cumulum, nunquam à Chriſto ſeparari.

A parentibus, qui ejus mendicitatem ægrè ferunt, & in contumeliam accipiunt, crudeliter divexatur; cæditur virgis, ut criminibus C implicata, & violenter raptatur per ſaxetum, atque volutatur in cœno: Dei famula interim Deum pro vexatoribus precatur, atque fatetur ſe nimis blandè ac benignè tractari. Finito ſermone Crucifixi ſtatuit ad Loca Sancta Paleſtinæ peregrinationem obire, mox ut per ætatem liceret: paucis igitur poſt annis pium illud iter ſuſcipit, luſtratque cum inclyto Chriſtianorum cœtu Syriæ, Judææ, Galilææ partes, quas Chriſtus ſuâ præſentiâ conſecraverat.

Ubique Pietas ejus enitet: In monte tamen Calvariæ Divini Amoris illuſtre ſpecimen D edit, dum ſopitis ſenſibus tam ſublimiter in Deum rapitur, & tanto tempore, ut omnes peregrini illam exiſtiment vitâ deſtitui: extaſi ceſſante declarat ſe gaudio mirifico perfundi, & quamvis aſſerat non poſſe linguâ humanâ exprimi, quæ divinitus noverit, de illis tamen loquitur coram aſtantibus, tantâ facundiâ & facilitate, ut auditores efficaciter commoveantur, & novo incendantur ardore.

Deinde inſignia patrat miracula: Dum è peregrinatione Hieroſolymitanâ rediret, ſævientibus ventis, mare exæſtuans, fluctus modò ad aſtra tollebat, modò ad Tartara penè deprimebat, & univerſo repente impe-

tu ſeſe effūdens aquilo, navigium penè evertit, obruitque; *Michaelina* interim quāquam præcipuâ in clade, cæterus nihilominus ipſa vultu ac ſermone confirmat ne aſperis in rebus animis cadant: qui ſe Pelago committunt, inquit,
„ iis famem, ſitim, jacturas, ærumnas, omnia
„ incommoda oportet eſſe propoſita, quæ ſi
„ contingant, non ita mox deficiendum, qua-
„ ſi nunquam eventura arbitrati ſint: ad hæc,
„ pro ſuis quiſque delictis æterna ſupplicia
„ meriti brevia ac temporalia non inviti per-
„ ſolvant; ſimul eo infortunio, non quid per-
„ diderint, cogitandum, ſed quod evaſerint,
„ amiſiſſe multa, ſed perire unà cum iis quæ
„ amiſerant, potuiſſe: monuit inſuper, ut inter
efferas deſtituti gentes, nullum deinceps niſi in conjunctione & concordia præſidium col-
B locarent; omnes in commune conſulerent, nihil neque diſperſis & vagis tutum, neque conglobatis & conſentientibus noxium: Poſtremò Deum ferventer precata ſedavit tempeſtatem, & fluctibus compoſitis, navis feliciter ad littus Piſaurinum appellitur; univerſa ei civitas honorifice occurrit, eamque perducit in Eccleſiam, ut Deo grates agantur.

Pauperi oleum poſtulanti, reſpondet *Michaelina* ſe, quamvis non habeat oleum, ſperare à Deo recepturam. Implorato itaque Dei auxilio, vas omninò prius vacuum, repletur oleo, indigentique illud ſuppeditat.
C Idem operatur *Michaelina* miraculum, dum vas extollens, & offerens Deo, deſtitutum oleo, fit protinus plenum divinâ poteſtate, ad ſubſidium mendicæ cujuſdam feminæ

Homo quidem à longo tempore, acuto capitis dolore laborans, *Michaelinæ* velum applicat parti ægritudine affectæ, quæ citò ſanatur penitus, adeò ut nunquam redierit hemicrania: ex eodem morbo ſtatim convaluit mulier *Michaelinæ* manuum impoſitione: obvium quoque elephantiacum, viſu horrendum, & tetrum odorem exhalantem, oſculo ſuo in priſtinum valetudinis ſtatum reſtituit. Par beneficium contulit ſuis precibus Dominæ lepris affectæ.

D Moritur tandem B. *Michaelina* annum agens quinquageſimum ſextum die 19. Junii 1356. Ejuſque corpus ſolenni pompâ ſepelitur in Eccleſia Fratrum Minorum Piſaurinâ, claruitque etiam miraculis poſt obitum.

Pandulphus nobilis Piſaurinus oceanum navigans, & terribili jactatus tempeſtate, credit ſe merito puniri, quod fidem non adhibeat *Michaelinæ* miraculis: Veniam igitur petens humillimam pollicetur ſe ejus ſanctitatem vulgaturum, ſi pacatum mare conquieſcat: tranquillitas confeſtim redit, & Pandulphi ſumptibus magnificum illi extruitur Sepulchrum in choro Religioſorum Franciſcanæ familiæ, quod ab integro reficitur, anno 1380, cum inſcriptione ſequenti. *Oſſa ſanctæ Michaelinæ, anno 1356. terræ mandata fuerunt; ſed monumentum vetuſtate, & temporis lapſu dirutum Zoroaſtes Berignanus, & Hipolyta Leonarda ejus ſponſa inſtauraverunt, & amplioribus honeſtarunt ornamentis.*

Ejus interceſſione cæci viſum, ſurdi auditum recipiunt: Elephantiaci ſeu leproſi mundantur, ceſſant procellæ, plures mortui reſurgunt, denique nonaginta ſex miracula comprobantur jurisjurandi formulâ ſolenni, coram tabularum præſcriptore publico. Sic loquitur Wadinghus de Beata *Michaelina* ann. 1356. & 1399.

BEATA SYRIA.

BEATA *Syria*, cujus natale ſolum fuit Syriæ Provincia, littus Piſauri obtinet, quæ eſt urbs maritima, in agro Anconitano, Ducatus Urbini: cum jam profeſſa eſſet Tertium Ordinem Franciſcanum, & in virtute magnos feciſſet progreſſus, ſanctitas ejus maximè emicabat, irrito omni conatu, quo illam obſcurare contendebat & abſcondere. Modeſtia ſilentium, patientia, corporis afflictationem, raptus animi extra ſenſus manifeſtam evidenter faciebant, quamvis omnino fugeret hominum acclamationes.

A poteſtate mentis præſertim abſcedit, & ab uſu ſenſuum, die Pentecoſtes orans pro *B. Michaelina*, quam dirigebat: immemor enim prorſus potus & cibi erat, niſi *Michaelina* myſtico ejus ſomno finem valido motu impoſuiſſet: quo excitata Syria exclamat, ſi donum Dei noſceretur, & quanta eſt dulcedo eorum, qui familiari cum Chriſto utuntur conſuetudine, omnes terrenas delicias facile abjiciendas fore, ut ſolus amaretur Jeſus.

Annuit *Michaelina* libenter his verbis; fatetur tamen ſibi opponi obicem, pueri ſcilicet *Pardi* educandi, & promovendi ſtudium: utrâque eodem momento, *Syria* conſilio, ferventer orante, vox ex ore Crucifixi erumpit, *Michaelinæ* diſtinctè declarans, puerum *Pardum* brevi in cœlos migraturum, ſicque ipſam omni liberandam ſolicitudine. Ambæ Sorores Tertiariæ domum redeuntes *Pardum* reperiunt levi febri laborantem, quæ illum cito vitâ privat inter duos Angelos, quorum viſio matrem mirabiliter conſolatur.

Syria in dies virtutum augens cumulum, obiit ſanctiſſimè, die trigeſimo primo Decembris. Marcus Ulyſſip. Antonius de Sillis, Wadinghus anno 1356. Arturus in Martyrologio Franciſcano eam exquiſitis laudibus exornant.

Beata Joanna de Signia.

Urbs parua, nomine Signia, vicina florentiæ ortum dedit Joannæ nostræ, quæ tenerioribus annis edebat miracula. ovium custodiæ à parentibus præfecta libenter ejusmodi functioni nauabat operam. quæ illam simul et solitariam et idoneam meditationi reddebat.

Rure agens et prævidens furentium ventorum immodicos flatus, pede suo circulum formauit humi, intra cuius limites inclusit gregem, ubi nec pluuiæ, nec grandinis iniurias ullo modo passus est, licet totam regionem finitimam sævientis cœli vis procellosa deuastauerit. Crescente annorum numero, Joanna virtute perfruebatur, habitumque tertii ordinis recepit de manibus Patris gardiani Religiosorum sancti francisci conventus Carmignanensis.

Ad sublimiorem contendens perfectionem in cellulam ab humano tumultu semotam se contulit, ubi corpus suum rigidis ieiuniis, aliisque asperitatibus afflictabat animumque feruidæ contemplationis exercitio accendebat diu noctuque, Deo nouis et mirandis vitam splendoribus semper illustrante.

Ante mortem Joanna puero defuncto vitam restituit, eiusque post obitum qui contigit circa tempus resurrectionis Christi plura alia miracula observata. martyrologium franciscanum de illa mentionem facit die sexto aprilis. et affirmat festum eius solenniter celebrari feria secunda post pascha, aliorumque officium feria item 2ª quæ sequitur proximè dominicam, in albis. Antonius de Sillis, Salazarius et Wadinghus anno 1360. honorifice eam commemorant, Marcus Ulyssiponensis illam proponit 1559. Constat autem, quod rarum, cum habuerit ubi exerceret pro clarum hanc patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium pulcherrimè et sanctissime tulisse quæcunque aduersa, nec unquam ex animo eius elapsam fuisse patiendi constantiam.

Beatus Petrus Rominus martyr.

Petro adeo in deliciis humilitas, ut admissus in ordinem fratrum minorum noluerit unquam solennia vota nuncupare, sed indignum se existimans sacerdotali dignitate, et laicorum etiam solenni professione, libenter et ultro elegerit simplicem statum oblati tertiarii. quo magis se deiicit et profundius deprimit, eo magis Petrus à Deo altius sublimatur. Dum præsertim vulneris Christi meditationi se assiduam insolito flagrans ardore à superioribus licentiam postulat commorandi in conventu montis Sion, cuius Robertus Siciliæ rex eiusque coniux Sancia fundatores sunt.

Summo præterea ardet desiderio martyrii, cum Dei prouidentia mirabiliter illi exhibet in [illegible] anno 1358. Thomas nobilis hungarus Christianæ religioni initium [illegible] infamem amplectitur sectam exercendi Mahometi, atque apud [illegible] in fide ... in [illegible] qui Thomam euehit in eminentiora sui imperii munia, desertorem vero sacrilegum [illegible] consciencia urgere stimulat, et [illegible] Sed [illegible] in monasterium franciscanorum familiæ [illegible] [illegible] intervallo, eundisque virtutis ecclesiastic[illegible] ad tempus observandis.

Familiari colloquium quod habuit cum P. Nicolao de monte Corvino, ... [illegible] peccatis [illegible] cum [illegible] [illegible] sentiunt, illud qui ... [illegible] iuxta leges euangelicas. monenti Patri Nicolao mahometanas impietates publice abiurandas; respondit se propter fragilitatem humanam [illegible] ne magis dira supplicia succumberet, et animum despondebat. Eleganter itaque exhortatus disseruit Nicolaus de gloria martyrii, adeo Thomas adeo [illegible] hauriens [illegible] [illegible] modo, ut aliquis fortis [illegible] toto corde ad palmam martyrii anhelaret; [illegible] æquanimiter tormentum excitavit generosus professor, qui ipsum ad [illegible] [illegible] in tuo confitaris fide[illegible] inquit Nicolaus, [illegible] in [illegible] patres [illegible] [illegible] Deus voluerit; Nostro [illegible] [illegible] Neapolitano et mori paratus, Beatus Petrus Romanus humi [illegible] humilitatis [illegible] postulat

337 Hos comitari Mempheos igitur divini quatuor pugiles simul iter arripiunt Aegypti
metropolis et maioris satrapae sedis, ubi videntes Christianorum costantiae quid novi
moliebantur vexationem, Thomas publice et coram omnibus declarat se abominari
ac detestari execrandos Saracenorum errores.

Nefario imperatore mutationem hanc tribuente consiliis monachorum Pater
Nicolaus sublimes et de prava excelsi viri, adeoque egregie disserendo fidei
Christianae misterijs, ut Dynastes ipse attentas praebens aures sermonibus
a Patre Francisco et a Patre Petro petat, quid sentiant? hisque dicentibus
audacter summam veritatem Nicolaum enuntiasse, quam volunt defendere usque ad
mortem; princeps tunc tribus quatuor in carcerem perduci, Thomamque in com-
modiori loco et honestiori collocavit, sperans hisce blanditijs et favoribus
illum astringere partibus suis pessimis.

Tres interea Franciscani alumni Deum enixe precantur, ut ad quaevis pericula
magnanimi bellatores, et strenui militarium copiarum duces Thomae mentem
confirmet contra violentas perfidi tyranni aggressiones qui omnibus utitur arti-
ficijs ne alias periurus extimpius transfuga ad bonam frugem redeat: quatuor
itaque in iudicium sistuntur, Nicolaus, Franciscus, Petrus, Thomas coram
Sultano, qui abominandae Turcarum sectae magno pontifici eos tradit; hicque viri(ssim)
Maurorum cohorti adeo ferocit, ut illorum corpora in varias partes discissa igne
consumantur: eodem momento coelestis splendor martyres inarsyes circumdans
tantum maurorum iniecit terrorem, ut fugientes illico plenam relinquant Christianis
sacra lipsana colligendi libertatem. illustrem martyrii palmam consecuti sunt
die quarto aprilis anno 1358. Marcus Ulyssiponensis, Wadinghus anno 1358.
Aliique authores quos citat Pater Arturus Monasteriensis, miris laudibus
honestant B. Petrum Romanum.

Beatus Franciscus Zichinus Confessor.

Pisauri in Italia et in piceno natus primordia vitae Deo conservavit
virtutibus diligentem navans operam ab unguiculis. mortuis parentibus
ampla sua bona omnia vendidit distribuitque pauperibus. post longas et assiduas
preces, ut cognosceret divinitus quam vivendi rationem amplecteretur divino
afflante spiritu, in tertium ordinem Franciscanum ingressus est anno 1300. Eodemque
Livratus hamato texto, sic reliquos annos exegit.
imitari cupiens Patrem Seraphicum aedificavit tres parvas ecclesias suarum
labore manuum ex iis rebus quas stipem cogens praeter ordinarie extra urbem
quam communiter vocant Fanum Fortunae ecclesia Sanctae Mariae constructa,
cui titulum d'almerero addum ita, cuique Franciscus noster adiungit
Nosocomium, ubi pauperibus et aegrotis omnia charitatis officia ipse exhibet,
ad alterius constructionem sub nomine Sanctae Mariae de monte granarum
ubi diem ultimum clausit, penes Pisaurum; utitur ope et auxilio fratris Petri
avanorum et poenitentiae Beati Francisci omnino participis. Tertia prope eandem
urbem in monte Sancti Bartholomaei; receptaculum eius erat et perfugium,
ubi nocte et die meditabatur.
Dolebat videns ex fructus quod ovadem tanto tempore prorogasset in
hoc saeculo, et mundo, ad cuius vadires erat strum, ingentem exurere ruperem,
quam impetuose voluerat, ut destruens adeo virum sanctum obtereret.
Deus interim conservavit fidelem suum famulum, qui constanter in meditatione
persistit; ruina penitus in favorem tendebat; sanctitatis eius fama multos
alleyou discipulos, qui cum illo solitudinem ineuntes, se tertiae regulae ...

franciscanae libentes subierunt. verbo et exemplo fortiter illos ad virtutem excitabat: ne animus novitiorum a pietatis exercitiis abducerentur. Stipem ostiatim corrogabat; tanto modestiae, humilitatis, prudentiae charitatis specimine, ut quisque festinanter eleemosynas illi offerret ab eo benedictionem recepturus, atque venerantes osculantur eius vestimenti fimbriam. praeter sustentationem fratrum solitariorum sat boni colligebat, quo pauperes filias coniugio copularet liberaret captivos repararet collabentes ecclesias.

ab amico petens eleemosynam, invitatur ad prandium, dum infertur mensae lactens porcellus, otium excusans franciscus, accipit tamen facile huius epuli frustum, quod in mantica reponit. amare poenitens postea, quod proclivitati in oblectamenta corporis adhaeserit, corrupto penitus porcello ac foetente suum perfricavit vultum, nasum, et os, animique mollitiem propensam ad delicias, adeo duriter tractavit, ut semper deinceps victor sui ipsius evaserit.

Assisio exiens, quo fuerat profectus ut plenariam noxarum veniam mereretur die 2a augusti, transit perusio, ubi Perusiani conantur eum sistere, dimissis discipulis, qui hanc separationem aegre ferentes, magna fruuntur consolatione, quando illis amantissimus pater occurrit iuxta suum promissum.

Nobilis quidam Ariminensis duas ingentes anguillas, fumigatas, duratasque sale ad Beatum franciscum Cichium misit, quarum vector infidelis alteram subripuit et quercui affixit, illam resumpturus, dum reverteretur. quam ad verum percellitur terrore pro anguilla vivum serpentem inveniens, qui illum vita privasset, nisi confugisset illico ad franciscum nostrum, a quo prostratus furti veniam petit, et obtinet suae praemium submissionis et poenitentiae; anguilla enim pristinam recuperans speciem illi restituitur, sicut vir sanctus praedixerat.

Plurimum. &c. ut in pag. 339.

339

Digitized by Google

tiæ: anguilla enim priſtinam recuperans ſpeciem illi reſtituitur, ſicut Vir ſanctus prædixerat.

Plurimùm *Franciſco* atridebat gallus gallinaceus, quem omnibus canentem horis pro horologio habebat: à ſociis tamen occiſus fuir, ur ægrotanti ipſi Franciſco in pabulum offerretur; qui gallum ut viventem alloquens condemnat eorum ingraritudinem, à quibus mactatus eſt: avis confeſtim in veru inducenda reviviſcit, & priſtino fungitur officio. Duo homines, exhauſto pudore, illum latronem eſſe criminantur, quod egenorum eleemoſynas ſuffuretur, immenſoſque theſauros congerat. Solis ſilenrio & manſuetudine ſeipſum deffendens, Deum habet deffenſorem, qui impudentium alterius corpus arefacit, alterius vero linguam omninò mutam reddit reliquis vitæ diebus.

Tandem beatus *Franciſcus* è vivis exceſſit anno ætatis ſuæ quinquageſimo in ſua ſolitudine Montis granorum, anno 1350. menſis Auguſti die quarto extremâ Sacramentorum

A expiatione defunctus cum ſingulari pietate, & invictâ patientiâ in doloribus graviſſimi morbi tolerandis: ſolenni apparatu ſepultus fuit in primario Templo urbis Piſaurinæ ſub Altari ſacratiſſimæ Virginis, ſanctitatemque illius Deus manifeſtavit miraculorum multitudine.

Elizabetha præſtantiſſima Domina voto ſe obſtrinxit viſitandi Sepulchrum B. *Franciſci* noſtri, ſi è cruris malo valdè acerbo & prorſus inſanabili emergeret, illud nihilominus non perſolvit; iſtud verò crimen inultum impunitumque non dimittitur; acriuſque multò doluit Elizabetha quam anteà; propterea votum reiteravit, & obtinuit plenam curatio-

B nem: Verùm ſancti Viri tumulum inviſit non ſemel, ſed quotannis effecit ut ad illum inſtructi ſupplicantium ordines procederent die obitus B. *Franciſci*. Refertur pia hæc hiſtoria in manuſcripto, cujus mentionem facit Wadinghus anno 1350. §. 9. 10. &c. inde Marianus exprompſit quicquid de homine iſto Divino enarrat.

VITA
SANCTÆ DELPHINÆ
VIRGINIS & VIDUÆ.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas, Zeluſque ejus ad virginitatem conſervandam.

MULTÒ facilius eſt boni privationem integram pati, quam illo moderatè frui, aut ejus poſſeſſionem moderari: ſed difficilius eſt uſum iſtius ſibi omnino & ultrò auferre, dum plenè poſſidetur. Quam præclara, quæſo, virtus, ſitim patienter ferre, prope uberem & nitidum fontem? eam attigit *Delphina* ſanctitatem, conſervans illibatam in matrimonio virginitatem, viro copulata, qui ſponſæ dux erat ad perfectionem Chriſtianam, ſicut ſponſa maritum dirigebat ad eumdem ſcopum, qui moriens declaravit habuiſſe conjugem, pro ſuæ conſcientiæ arcanorum moderatrice.

Naſcitur in Provincia Phocenſi circiter anno 1280. Pater ejus Equeſtri dignitate inter alios clarus, Nominatur Guillelmus de *Cito*, mater Delphina de *Puteo Michaelino*, cujus Soror eximiæ virtutis Religioſa perſpiciens eam gravidam à Deo poſtulat fauſtum puerperium, ob

C id recitat quotidie ſancti Athanaſii Symbolum: filia deinde in lucem feliciter editur, cui *Delphinæ* nomen imponitur. Septennis adhuc parentibus orbata curæ Cæciliæ Religioſæ, ac marerteræ committitur, quæ dictis & factis illam ad omnes virtutes accendit præſertim ad virginitatem, proponens in primis ſancti Alexii, ſanctarumque Catharinæ, & Cæciliæ, Agnetis, aliarumque Virginum exemplum: his imbuta documentis multo plús pietate creſcebat quam ætate. Delectabatur maximè in piorum lectione Librorum, in colloquiis Divinis, in proborum conſuetudine, Eccleſiiſque frequentandis, in Legum Evangelicarum obſervatione.

D Nondum annos duodecim nata jam à ſummis quibuſcumque viris ambitur, & prenſatur; multi etiam amatoriis levitatibus indulgentes illam ardenter expetunt, non ſolum autem eos generoſè aſpernatur, ſed impensè

rogat materteram, ut nullum unquam patiatur fieri ſermonem de matrimonio. Ad Deum confidenter recurrit, tum exoptans deformis & indecora eſſe, tum inops & egena, amaſios, longius amandandi gratiâ; eodem tempore votum perpetuæ virginitatis nuncupavit: attamen parentes de ea collocanda plurimum cogitant, Rexque Siciliæ Maſſiliæ degens *Delphinam* Virginem adoleſcenti Elzeario de Sabrano deſponſat.

Delphina vero affirmat conſtanter nullo ſe ſponſo aſtringi, niſi Jeſu Chriſto, cui conceptis verbis, & pleno affectu pollicita eſt nunquam ſe alium amatorem admiſſuram. Nullâ ratione habitâ lacrymarum ejus aut precum obtemperare cogitur, roborata à Dei Genitrice, quæ ſic eam alloquitur. *Chariſſima filia, ne animo cadas, Divinum auxilium ſemper tibi præſto erit, palmam reportabis.* Regis deinde Siciliæ mandatum impletur.

Dum eſſet in regio comitatu, Avenioni, P. Philippus Regienſis, conſobrinus *Delphinæ* inter Fratres Minores ſanctitate celeberrimus eam arguit nimiæ facilitatis in matrimonio contrahendo, poſt votum virginitatis, cujus ipſe teſtis erat: occurrenti poſteà Philippo clam *Delphina* declarat ſe firmiter perſtituram in propoſito contra omnes oppugnationes, quæ licet violentæ nunquam illam potuerunt à priſtina ſententia dimovere: „cœli„tus, inquit, certa ſum de victoria; virgo ſum, „& virgo permanebo, ad opem mihi feren„dam Deo ſemper & citò advolante, juxta „cœleſte promiſſum. Conſobrinus hac lætus reſponſione Deum laudat, & memoriam voti ſæpenumero commovet ac reducit, ne illam amittat *Delphina*.

Triennio peracto in regiâ, velut in Clauſtro Monaſtico, inſigni cum modeſtiâ, & fidelitate in obſervandis virtutum omnium legibus renovatur matrimonii negotium, cui rigidè ſe opponens nec labefactari minis, nec exorari precibus, nec emolliri blanditiis poteſt. Parentes itaque effecerunt ut colloqueretur cum Patre Guillelmo à ſancto Marcello, Ordinis Minorum, qui in ejus animum induxit agendum eſſe cum *Elzeario* perinde ac egit Mater Chriſti cum Joſepho, Cæcilia cum Valeriano. Perſuaſa igitur tale eſſe Dei decretum, conjugio libenter copulatur, & ſpatio viginti ſex annorum perpetuam ſervat virginitatem cum Elzeario.

CAPUT II.

Nupta & vidua extremas ſuperat contradictiones.

QUI res fugaces & caducas ardenti ſtudio perſequuntur, *Delphinæ* modeſta- A tionem contemnunt, eoquod ad politioris vitæ rationem non ſe conformet. Socrus ipſa viam Dei non intelligens, ſuam vult nurum ſcitâ & comptâ formulâ vivere. Unuſquiſque illi peroptat liberos, cui deſiderio videtur aſſentiri, diſſimulandi cauſa voti: veſtita mane ad elegantem & venuſtum morem, ducitur poſt prandium ad choreas & comœdiam: ubique obſervantur tam diligenter ejus omnes motus, ut ſolum tempore nocturno poſſit meditari, dum virtutis inimici dormientes illam non moleſtant.

Divino afflata Spiritu, cautè occultabat aſperum cilicium, quo ſemper utebatur, omnibus inſciis. In medio aulicorum cœtu, ſine B intermiſſione mente Deum orans, nullo etiam intervallo interjecto, Deo intimè adhærebat. Die quodam, antequam inciperet Sacerdos Miſſam celebrare, Miſſale aperiens hæc verba legit Apoſtoli; *Fidelis Deus eſt, qui non patietur vos tentari, ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere.* Per octo dies profundè ſcrutata ſenſum hujus textus incredibili ſuavitate perfunditur, majorique accenſa fervore votum virginitatis renovat.

Elzearius intereà licentiam obtinet, relicta Aula ſe in villam ſuam recipiendi, ubi *Delphina* nullos videns circumſtantes, niſi ad nutum compoſitos, & virtute claros, familiam regebat omninò juxta leges Evangelii. Ad C eam liberè accedebant quolibet momento pauperes innumeri. Non poteſt ſat exprimi quantum honoris & ſubmiſſionis egregio exhiberet marito. Ita acuratè ſe gerebat cùm in cultu divino, tùm in adminiſtratione rei familiaris & domeſticæ, ut Deo ſemper propoſito, negotia humana nil detrimenti ullo modo paterentur. Narrant Scriptores, tribus annis elapſis hac in ſolitudine Tertium Ordinem Franciſcanum fuiſſe amplexam.

Elzearius, patre defuncto, in Italiam proficiſcitur poſſeſſionem Comitatus Ariani initurus; ſequitur confeſtim *Delphina* quæ ſolenni pompa hancce intrans in urbem audit vocem canoram & jucundam, verba hæc diſertè proferentem; *Gloria in excelſis Deo, &* D *in terra pax.* Omen ſane felix & certum mirandæ tranquillitatis, cujus cauſa fuit, dum comitate ſuâ & prudentiâ cives infenſos & diſſidentes à longo tempore mutuò reconciliavit. Unde tritum emanavit proverbium, Incolas Arianos, pro Comite & Comitiſſa, Sanctum & Sanctam nactos fuiſſe.

Regina Siciliæ *Delphinam* filiæ ſuæ Calabriæ Duciſſæ formandis moribus præfecit; quod optime vertit puellæ Principi, quæ ſanctiſſime paulòpoſt obiit, ſicut vixerat ſub tam eximiæ moderatricis diſciplinâ. Jam narravimus B. Garſendam, antequam moreretur voti *Delphinæ* renovationi interfuiſſe, oecoon

confirmationi, quam adjecit Elzearius voto proprio: Garſenda vero poſt mortem ſuam gloriâ coruſcans *Delphinæ* apparuit, illamque fortiter excitavit ad perſeverantiam.

Elzearius legatione fungens Pariſiis, ad Regem Galliarum, ſicut in ejus hiſtoria diximus, lucis uſuram amiſit, ſed præmonitâ *Delphinâ* quæ multum & amare dolens magnam accepit conſolationem, dùm chariſſimus maritus radianti lumine circumfuſus, & æternâ donatus felicitate illi ſe viſum exhibuit. Indutâ tunc virtute ex alto validas ſumpſit vires ad perfectionis apicem conſequendum. Moderationem, pietatem, auſteritates plurimum auxit. Flagellum è catenulis ferreis conſtans, quo ſuum corpus dilaniabat uſque ad uberem ſanguinis effuſionem, culcitra ſtraminea, continuum jejunium *Delphinæ* erant maxime in delitiis.

Conſpicitur tantum in Noſcomiis, & hoſpitiis pauperum privatis & publicis, ubi egenis & ægrotis humiliter & fervide viliora & magis oneroſa exhibebat officia: labor manuum, cui precibus & meditatione finitis ſe indeſinenter applicabat, in Eccleſiarum & indigentium cedebat utilitatem.

Permiſſione impetrata à Rege Siciliæ lauta prædia vendendi, & luculenta dominia, pecuniam omnem pauperibus diſtribuit, modica parte ſepoſita ad propriam ſuſtentationem, ne oneri eſſet familiæ. Deinde munita Sacramẽtis Confeſſionis & Euchariſtiæ, voto paupertatis perpetuæ ſe obſtrinxit coram domeſticis: reverſa in conclave, togâ dimiſſâ, humi procumbens à famulabus aliam expetit per modum eleemoſinæ, quam devote deoſculans, illico induit, gaudetque feſtive ſe deinceps teſſariam veſtem Chriſti fore geſturam: ancillis præterea amare flentibus prohibet ne unquam illam vocent Dominam aut magiſtram, ſed humilem Chriſti ancillam & pauperum.

CAPUT III.

Regina Sancia eligit eam in arcanorum ſuæ conſcientiæ moderatricem.

CONATUS, quibus ſancti utuntur, ut ſolitarij fiant, nil aliud ſæpenumero efficiunt, niſi ut eis ſolitudinis meritum & gloriam concilient, ſolitudinis auferendo ſuavitatem. Quantum neſciri & abſcondi avent, tantum illorum eximia virtus emicat, illoſque exponit oculis hominum, quibus illuſtri prælucent exemplo. Beata *Delphina* minimè diu ſola nec rure commorata eſt.

Sancia Roberti Siciliæ Regis uxor illam adhibens in moderatricem, exulare non pa-

A titur amplius, neque ex aula faceſſere: patet è veſtigio & percipitur illius efficacia præſentiæ, quæ ſanctitatem Principi confert, ac univerſæ familiæ: Deus tamen Delphinæ revelavit repetendam eſſe provinciam Phocenſem, cujus reditus licentia difficultet & ægrè à Regina conceſſa eſt, poſt manifeſtationem divinæ voluntatis longis precibus impetratam.

Iter facientis occurrit inops mulier, cui *Delphina* ſuam togam, ut moris eſt, elargitur. Dum in regione Salyorum degit, Caſtellum vulgò de *Cabriera* tenet pro domicilio, ubi magis ferventem in dies virtutibus navat ope-
B ram: contemplatio, piæ lectiones, ſacrarum præſertim Scripturarum cum ſanctorum Patrum commentariis, Soliloquiorum, & Confeſſionum divi Auguſtini, Meditationum ſancti Bernardi, miſericordiæ opera, & manuum labor, locum ſuum & ſtatas horas habebant.

Fatebatur ingenuè iſtorum ſententiis Auctorum maximè commoveri, & inflammari ad virtutem capeſſendam: hujus ardoris participes erant omnes qui tum illam adibant: quamvis illecebris vanarum oblectationum capti & impliciti ſeipſos domabant, nec amplius indulgebant naturæ. Plures votum virginitatis, aut caſtitatis, vel religionis nuncupaverunt, plurimi amplectentes Regulam
C Tertiam ſancti Franciſci de pœnitentia vocatam, in deſerta fugerunt. Peccatores innumeri à perverſitate morum abducebantur ejus fervidis exhortationibus, oppidumque *de Cabriera* fit locus & habitatio ſanctitatis vitiorum omnium extirpatione.

Claruit præſertim Delphinæ prudentia in animarum regimine: ſciebat vel ætati, vel ſexui parcere; quamvis valida & robuſta ad infirmorum vires ſe attemperare non gravabatur. Noverat incipientium eſſe proprium, ut in ipſo ſuæ ad Deum converſionis initio colliqueſcant voluptate toti, utpotè qui afficiuntur dulcedinis quodam genere maximè conſpicuo, atque ſenſibili, & ad corpus ipſum pertinente. Etenim eâ tanquam eſcâ ca-
D piuntur à Deo, captique aluntur, eo uſque quoad tenera illorum vis, & quaſi infans virtus ſenſim adoleſcens, ac viribus aucta majoribus ſolidioris cibi reddatur capax. Eſt enim ille paſtus omnium convenientiſſimus & aptiſſimus.

Nam homines corporeis voluptatibus dediti, eiſque diu ac multum aſſueti, haud facile poſſent exuere earum amorem, ipſaſque contemnere, niſi alterius melioris, illius quidem, ſed non alienæ à corpore voluptatis ſenſu delinirentur. Ob eamque cauſam in ſacris litteris Deus voluptatis potiſſimum, & dulcedinis oſtentatione peccatores ad juſtitiam invitat, ut eſt videre multis in locis;

Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Pſ. 33. *Iugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Matth. 11. *Quam magna eſt multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te.* Pſ. 30. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Pſ. 35.

Ex quo etiam efficitur, ut iſtorum erga Deum amor imperfectus & parum purus ſit: habet enim adjunctum eum amorem, quo ſe quiſque ſuaſque res diligit immodicè, qui non ſolum impurus amor eſt, ſed impuritatis atque vitiorum omnium ſeminarium atque caput. Sciebat prudens & perſpicax *Delphina* quod in virtute colenda, Deoque amando, qui iſtius gradus atque ordinis ſunt, corporis illam dulcedinem, non ſolùm animi lætitiam atque jucunditatem, id eſt, quod ſibi gratum atque dulce eſt, ſi minus præcipuè, tamen valde cupidè ſequuntur atque expetunt.

B

Delphina inſuper ſemitarum Dei ſcientiſſima probè noverat quâ unumquemque, juxta varium captum virtutiſque gradum perduceret: ad omnium itaque ſe accommodans capacitatem, tirones brevi inter peritos ſcientiæ Sanctorum promovebat ſuis documentis pariter & exemplis. Animæ etiam ignibus addictæ piacularibus ab ea multum opis accipiebant. Recitans aliquando divinum Officium vim lacrymarum profudit, quarum ſciſcitantibus cauſam, reſpondet, Raymundum Comitem *de Salta* modò fato functum fuiſſe, qui per longum tempus piaculari flammâ ſuas apud inferos eluet maculas, niſi ſuffragiis Eccleſiæ adjuvetur. Obſervatum eſt ſic locutam eâdem preciſè horâ quâ Comes deceſſit, & in loco valde diſtanti ab oppido, quod vulgo nominant *Cabrieram*, ubi mutis *Delphina* loquelam reddidit, lepris infectis ſanitatem, atque ægrotis ad extrema penè devenientibus, dum tantum illorum capiti manum imponeret, cum his verbis: *Supremus orbis Conditor te per ſuam miſericordiam ſanet.*

C

Clemens V. ſummus Pontifex degens tunc Avenioni, volens probare & experiri *Delphinæ* ſanctitatem, illam interrogat ſtudioſè de arcanis vitæ ſpiritualis, & de myſteriis Fidei; præ humilitatis ſenſu, rubore ſuffuſa coram ſacro cœtu Eminentiſſimorum Præſulum, obedivit tamen Chriſti Vicario, & Petri ſucceſſori, atque implorato Altiſſimi auxilio, de ſublimioribus Religionis Chriſtianæ dogmatibus adeo profundè, faciliter, & clarè diſſeruit, ut celeberrimi Doctores, qui huicce colloquio intererant, declaraverint illam divino afflatam eſſe Spiritu, ab eoque ſolo cœleſtibus documentis prorſus imbutam.

D

P. Franciſcus Mayronius Ordinis Minorum, Theologiæ oraculum hac tempeſtate,

A ad Delphinam recurrebat, ab ea quæſiturus interpretationem locorum ſacræ Scripturæ magis difficilium; teſtimoniumque perhibuit coram Papa reſponſa Delphinæ admiratione omninò eſſe digna, utpote ex ipſo Divinitatis ſinu exprompta.

CAPUT IV.

Neapolim rediit, ubi morienti Sanciæ adfuit: deinde Provinciam Phocenſem repetit.

QUATUOR annorum ſpatio Regina Sancia chariſſimæ Delphinæ præſentiâ orbata, juſſit illam à Seneſcallo Phocenſi adduci Neapolim: quo magis deliniebatur ſolitudinis moderatione & tranquillitate, eò magis abhorrebat aulica oblectamenta, & aulæ regiæ pompam. Populi Phocenſes ægrè ferentes exitum, conantur illum impedire: Ad hæc Seneſcallo dicente, imperio Dei neminem poſſe reſiſtere, Delphina vult Miſſam audire, & ſanctum invocare Spiritum, ſtatuens non ſolum Neapolim profecturam ad Dei nutum, imo potius quaſi alis vectam iri ſuper aëra. Dum ſacrificium celebratur divinitus cognoſcit Italiæ carpendum iter, vultuque radiante & lucido, manifeſtat quo lumine, quoque ardore intus repletur.

Extemplo in viam ſe dat, magnum ſui deſiderium relinquens apud Phocenſes, qui tantùm dolent, quantùm gaudet Regina Sancia, cui Delphina plurimùm profuit; valde etenim laboranti ejus animo propter mortem Roberti Regis Siciliæ, opportunam attulit medicinam ſuis conſiliis. Sancia, quatuor annis poſt adventum Delphinæ, mortuo ſponſo, Coronam & Sceptrum libenter abdicat, ut pauperis ſanctæ Claræ amplectatur Regulam ſub diſciplina priſtinæ magiſtræ Delphinæ, quæ etiam, juxta Wadinghum, Reginæ præſto ſemper fuit, dum anno expleto in ultimo expirantis diſcrimine verſaretur.

Sepultâ Principe Sanciâ, vidua noſtra Virgo in Saluviorum revertitur agrum, ſibique ſuâ ſponte & voluntate ſedem in urbe Aptenſi determinat, prope ſepulchrum ſancti Elzearij, ut ibi dies finiat ac terræ mandetur. Ad exemplum Patris Seraphici ſtipem oſtiatim cogebat. Plures ad manicam redigi conſpicientes Delphinam, ex intimo pietatis gemebant ſenſu, ac genua flectentes illi erogabant eleemoſynam pro amore Chriſti, cujus ſequebatur exemplum; plures verò illam jocis & ridiculis ludebant, quæ ſuaviter & jucundè patiebatur.

Exoptabat maximè inter peccatrices annumerari, nec ullo modo, quovis eventu aber-

aberrationem captabat, dum cultui vacabat divino, cibum sumens aliquando ita Coelesti amore percita est, ut hæc verba proferens: bone Deus bone Deus! cito tacuerit, in cœlum elevatis oculis, et sopitis sensibus, tota in Deum abrepta, extasi cessante in cellam comprecationis se recipit, ubi obortis uberibus lacrymis, gustavit plené quantum suavis est Dominus diligentibus se.

Famulæ cubiculares recentia illi sudariola secreto præstabant post finem meditationis e quibus compressis aqua lacrymarum emanans omnes sanabat ægritudines. in provincia Phocensi et Delphinatu morbus lethifer passim grassans, ingentes hominum strages edidit: Delphina itaque suis precibus iram Dei placavit, et iniquitatum quæ tanti flagelli causa erant obtinuit extirpationem: plerique eorum regionum istarum incolæ ab rerum omnium licentia ad honestam vitæ rationem traducti sunt: multi prætereà votis se obstringentes, paupertatis, castitatis peregrinationis piæ, qui viam evangelorum capessentes, omnes pariter quantum profecerint: dictis et factis Delphinæ evidenter ostenderunt.

Henricus quidam inter magnates Phocenses spectatissimus, a duobus annis in lecto decumbens, propter acutissimum capitis dolorem mendicanti Delphinæ ad eius ianuam, e lecto surgens eleemosynam ipse fert, et impensé ab ea fieri sanum postulat: sanatus illico Delphina manuum impositione, hisque verbis: Deus omnipotens per suam clementiam te salvum faciat, vehementer lætatur et gratias agit humillimas piæ liberatrici; cuius authoritatem per universam regionem celebrat.

Quadragh. 1344. f. 20.

Caput quintum

Miracula, morsque pretiosa Delphinæ.

In provincia Phocensi bello flagrante internecino, Vascones urbem Aptensem obsidione cingunt, nocteque obscurâ scalis admotis, illam conantur expugnare: supra frontes aggeris eversi arbitrantur arcem luce subitò repleri, vicosque omnes ab ipsius mœnia militum multitudine propugnari; ideoque inani metu perculsi ultimum in templum fugiunt castelli: miles præsidiarius plerosque profligat fugaces, præterea Vasconum exercitus legatum capiunt, et projiciunt in puteum, atque obruunt lapidibus ipse tamen sanctitatis Delphinæ memor, ad quam permeabat urbs obsessa, illam invocat, ut saltem pœnitentiæ sacramento muniatur ante obitum.

Triduo expleto, lugubris vox auditur erumpens é puteo, tumque perspicitur Vasco aquæ supernatans, veniamque petens humiliter: extractus interrogatur, quænam tam fortunati causa sit eventus: Delphina beata, inquit, sub cuius confugi præsidium grandinem petrarum sua toga suscipiebat, nullo pacto læsus fui, trium quæ dierum spatio me nutriens certum faciens de proxima liberatione. quamvis alibi nunquam eam viderim, facile tamen inter centum millia distinguerem.

Perductus in urbem Aptensem videt suam liberatricem, mixtam in medio plurium religiosarum illam diversis indicat hominibus; ideoque prominentibus venerantur se illi pro liberatione mirabili nominibus esse devinctum devinctum, construationem semper gemina vita spirituali et corporea.

Digitized by Google

343 Reliquum est, ait, praeclara Domina, ut meae animae tuis precibus eo documentis aeternam felicitatem compares. Delphina statim quae contigerant breviter enarrat; à re bellica illum revocat, excitatque ad paenitentiae professionem capessendam: bellator igitur, postquam admissas à puero culpas confessione sacra extinxit, in aediculam solitariam se recepit, ubi Sanctissimè vixit biennio. Eminentem eius Sanctitatem, miracula ante et post mortem edita manifestè probant.

Famâ tantae authoritatis nostrae Delphina percrebrescente, omnes undique ad eam alliciuntur, quam communiter vocabant Sanctam Comitissam; humanos applausus aspernata, Solitudinem eo studiosius efflagitat, et tenet, quo magis ab hominibus exquiritur: à Sacerdote monita, quod innumeri populi illam essent visitari et nominarent Sanctam Comitissam, abunde flevit, atque magis ab humano consortio abire decrevit, se hoc magnifico indignam existimans titulo: ne Christiani privarentur Delphinae colloquio, declarat Sacerdos Sanctam Comitissam nuncupari, tanquam Sancti Elzearii Uxorem, qui tot et tanta operatur miracula, concursum vero ad ipsam fieri velut tumulo mariti proximam, quae ideo facilius postulata assequebatur, promissorum nempe defuncti ossium praecellentibus meritis. Huicce monitioni annuens, Deum ultro precabatur pro omnibus qui illam adibant, easque pietatis legibus erudiebat.

Anno tandem 1360. in morbum incidens, ad mortem se praeparat diligenti confessione nec non communione ferventi. Vultus eius floridus, et amorem, ac quantâ gestiat intus laetitiâ evidenter demonstrat. Davidis sequens versus frequens erat in eius ore. Tu autem domine ne elongaveris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice. Psal. 21.

Religiosae, apud quas domicilium habebat, lectum eius assiduo circumstantes vim lacrymarum profundebant, dolentes maximè quod non amplius faciem illius essent visurae. Deumque rogabant, ne moreretur die Sanctae Catharinae, scilicet possent libere festum eius celebrare, diei definito quo è vivis excederet.

Delphina interim valde oblectatur lectione, aut sola commemoratione gravium tormentorum Domini nostri Jesu christi, et sacro ad ultimam luctam inungitur oleo. Tunc Gerardus de Castanova, homo nobilis, tactu experitur, an vera aegrotantis fabies, cum nullomodo alteria micante, iam mortua videatur. Exclamat statim Delphina; ò fili mi, conscientiae tuae medicinam adhibe et serio cogita quam Deo rationem reddere debes. Gerardus ita efficaciter commovetur, ut actiones vitamque universam ex rationis regula componat.

Sacerdos Delphinam animat, ne terrore mortis concutiatur, cui cum eximia securitate respondet se vitam magis timere quam mortem, nil prorsus appetere, nisi voluntatem Dei; et quamvis propter peccata sua terreatur, infinitae tamen eius misericordiae cogitatione recreari ac refici. Deinde oculos in caelum elevans placidè et sedatè clamitat Domine, Domine, aperi nobis, atque adeò tranquille

Expirauit die 26 nouembris anno 1360, anno ætatis suæ octogesimo, ut iam fœlicitatem æternam poſſideret, cum astantes crederent ex corporis ergastulo nondum illam euolaſſe.

Terræ mandata fuit, sicut præceperat in Ecclesia franciscanorum Aptensium, cum tertii ordinis habitu prope sponsi tumulum. Licet stricte prohibuerit ne solenni pompa efferretur omnes nihilominus ordines, instructo agmine exequias eius magnificentiſſime cohonestarunt. Deus ipse Angelos suos misit qui mirificam in aere conflarunt symphoniam, donec in monumento collocata fuerit. Dæmones eodem tempore expelluntur. Sanantur ægroti; membris capti, et claudi sanitatem recuperant, mortui resurgunt.

Opus inter omnia præstantiſſimum, peccatorum est conversio: homines diſſoluti et peſſime morati; mulieres quæ corpus suum addixerant obscenæ libidini, ita ab improba peccandi consuetudine se reuocant, ut cæteris exhibeant christianæ perfectionis exemplum.

Videtur parisiis in bibliotheca regia Sanctæ Delphinæ Vita à R. P. M. S. Raphaele ordinis prædicatorum composita, Ludouico 12° Regi gallorum dicata. Surius, Sedulius, Maurus Kysthippenensis, Antonius de Sillis affirmant illam amplexam fuiſſe tertium ordinem Sancti francisci Aſſisiatis. Vadingus anno 1360. §. 2. 1365 § 16. idem probat, narratque summum pontificem Urbanum 5. nominaſſe archiepiscopum Aquensem et duos episcopos, ut visa et miracula Delphinæ interrogandis testibus, inquisitionem instruerent.

Vuadingus loquitur de Beato Petro tomo 7° necnon in additionibus ad tomum quartum § 8. illum Viri optimi titulo donat, qui primas obtinet partes inter Anachoretas tertiarios. Beatum Thomassutium christianæ perfectionis legibus spatio quatuor annorum erudiuit; postquam montem Rigolium habitatione ac Virtutum omnium meritis illustrem reddidit, ibi fato functus est anno 1367. Exhalans etiam post obitum suauem odorem Sanctitatis, quam fideles impense Venerantur.

Beatus Antonius hungarus.

Beatus Antonius hungarus Romam iter faciens anno ~~[illegible]~~ 1350 scilicet jubilæi sacri tempore, ut pleniorem noxarum Veniam mereatur, ibi Remanet pluribus annis, sepulchra martyrum pio ac religioso Visitatione; die et nocte meditationi, pietatisque operibus sedulam nauat operam. Tertii ordinis induto habitu proficiscitur Aſſisium Patri Seraphico cultus exhibendi gratiâ, et ut plenam peccatorum indulgentiam consequatur in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Angelis die secundo augusti. Fulginio transiens anno 1371 grauissimo corripitur morbo et decumbere cogitur in nosocomio Sancti Spiritus, cuius

Digitized by Google

345. Administratores illum magno Studio fovent et excipiunt. Antonius — Vicissim grati animi dat significationem: Salute enim restituta fulginij pedem figit, ut pauperibus famularetur peregrinis, erat aegrotantium Excubitor Lectum usque ad finem vitae.

Mira indolis Lenitudine, et praeclara morum Suavitate pollebat: Vultu semper idem erat ac animo, nec unquam dolore vel ira tantillum commotus. ad hoc praesertim contendebat, ut omnibus benefaceret propter Christum qui suum omnem Sanguinem pro redemptione hominum profudit. Orphanorum pater erat, imo mater, usque adeo illos blande tractabat et benevole. quantum benignus et comis erga alios, tantum in seipsum immitis et durus fuit, corpus suum acerbis dilanians afflictationibus, Sine intermissione orabat. Ut se deprimeret, Antonium hungarum considerabat tanquam vilissimum homunaionem, et nebulonem perditissimum.

Omnes ad eum confluebant velut ad oraculum: post Longam denique et Acerbam aegrotationem, omnibus Sacramentis munitus, die decimo nono Maij obijt Sanctissime. Patientiam eius in adversis, perfectamque Charitatem celebrant Scriptores: jacobillus Antonium recenset inter incolas fulginienses qui Sanctitate claruerunt. P. Arturus itidem de eo honorifice Loquitur.

Non solum Cives fulginienses &c. ut in pagina sequenti. num. 345.

tiam ejus in adverſis, perfectamque charitatem celebrant Scriptores: Jacobillus *Antonium* recenſet inter incolas Fulginienſes, qui ſanctitate claruerunt. P. Arturus itidem de eo honorifice loquitur.

Non ſolùm cives Fulginienſes ejus interitum planxerunt, ſed & permulti alij qui certatim funus ſolenniter ſunt proſequuti. Jacuit per aliquod tempus in Eccleſia noſocomij, de quo diſſeruimus, ubi favores inſignes ſupplicibus populis contulit. Corpus tandem de terra erutum fuit anno 1608. abſque ulla corruptione, & in pretioſa rheca incluſum, expoſitumque in primario altari fidelium pietari.

B. *Ioannes*, quem antiqui *Ioanninum*, *Iohanninum*, vel *Iohanniolum*, quem etiam Itali vernaculâ linguâ, *Giohagnoli*, deoominant Confeſſor fuit egregius. Conſtat illum dediſſe nomen dediſſe militiæ Franciſcanæ, ſub Tertia Regula, tamque ſublimem perfectionis gradum fuiſſe adeptum, ut multitudine miraculorum glorioſe floruerit. Commendatur maximè à Wadingho anno 1379 § 4. atque à Patre Arturo in Martyrol. Franciſcano.

B. *Bonavita* vivendi rectâ, quam ſemper teouit ratione perſuadet, æternâ Dei ordinatione illuſtre hoc nomen auſpicato ſortitum eſſe, cum à teneris uoguiculis, & à primâ orientis intelligentiæ luce, uſque ad ultimam vitæ periodum, omnia geſſerit ex præſcripto inſtitutoque virtutis. Obſcuro loco natus io Italiâ & Diœceſi Imolenſi, originis obſcuritatem ſanctitatis ſplendore illuſtravit: Vix dum è pueritia exceſſerat, cum jam ſacris pœnitentiæ cruciatibus carnem incœpit domare; tuncque ſine mora Tertium Ordinem S. Franciſci amplexus, humilitatis, patientiæ; charitatis, pudicitiæ, modeſtiæ omnibus ſpecimen exhibuit. Tanta in *Bonavita* erat procliviras ad benefaciendum, ut ſolum abnueret, quod non habebat, & quæcumque ab eo pendebant liberalirer erogaret. Orationi ſemper intentus, Deoque intimè adhærens, nunquam animo vagabatur.

Signo crucis plurimos ſanavit ægrotos, multoſque fugavit Dæmones, fluminis aquas diſtioet, eaſque dividit, ut boves, quorum eſt

A ductor, ſicco veſtigio pertranſeant. Eodem ſigno horrendum incendium extinguit, quo univerſa urbs ſui ortus (nominant Itali communiter *Lugo*) deflagrabat: idem præſtat & pari modo pago, cui inevirabile à flammis imminebat exitium. Miraculo ſæpe Deus *Bonavitæ* ſuppeditat quæ diſtribuat pauperibus, quando illi omnia deſunt.

Aliquando Deus ita bona ioter ejus manus multiplicabat, ut nulla videretur diminutio, quamvis largiſſime illa egenis præberet: ab opinione ſāctitatis ita clarus extitit & perilluſtris,
B ut ſui ævi primarios homines æquaverit; juſta adeò vita licet immortalitate digna ſit, illam tamen *Bonavita* cum morte commutat anno 1378. ætatis ſuæ 37. & anguſto apparatu ſepelitur in Monaſterio Fratrum Minorum urbis *Lugo*, ſub altari S. Antonij, nūnc à B. *Bonavita* denominato ubi ubi miracula continua patrat. Capur ejus ferculo deaurato incluſum, in ſacrario aſſervatur, feſtiſque diebus exponitur pietati publicæ. Antiquitus ferebatur ſolenni pompâ dum populi ſupplicatio, inſtructo agmine progredientis fieret die auguſtiſſimo
C ſacramento Euchariſtiæ dicato, aliiſque diebus, qui nullo intermedio feſtum Aſcenſionis Domioi præcedunt. Toſſinianus noſtrum *Bonavitam* commemorat de Tertio Patris Seraphici diſſerens Ordine. Wadinghus pariter anno 1375. §. 24. 1399. §. 48. Pater Arturus de eo mentionem facit primo die menſis Martij. Adjicere par eſt breviter, quæ, ſicut ipſe Bonavita multoties aſſeveravit, bonam ejus vitam nomini ſimilem effecerunt: Ut bona ſit “
vita præſens, bene, aiebat, ſpera vitam æter- “
nam. Nulla major, nulla pulchrior, nulla ſan- “
D ctior ſpes, modò non cæca, præcepſve ſit; “
ſunt enim qui ſemper male agendo boum “
ſperant, quo nihil eſt ſtultius. Si vitam ſpe- “
ras æternam, rem bonam, immo optimam “
ſperas: Sed illud vide, ut quod bonum agis, “
agas bene: Sunt & qui bona malè agant: nec “
minus infallibilis æſtimator, qui qualiter, “
quam quid fiat, aſpicit, nec minus adverbia “
quam verba librat, ac nomina.

ADDITIONES
AD
SECUNDAM PARTEM
Annalium S. Franciſci Aſſiſiatis; Ad Vitam ſcilicet hujus præclari Patriarchæ.

Epiſtola ipſius ad univerſos Chriſtianos, cæteroſque omnes.

Univerſis Chriſtianis, Religioſis, Clericis, Laïcis, tam viris quam feminis, omnibus qui habitant in univerſo Mundo; Frater Franciſcus eorum ſervus & ſubditus, obſequium cum reverentia, pacem veram de Cælo, & ſinceram in Domino charitatem.

CAPUT PRIMUM.

De cauſa ſcribendi has Literas.

CUm ſim ſervus omnium, omnibus ſervire teneor & adminiſtrare odorifera verba Domini mei: Unde in mente conſiderans, quod cum perſonaliter propter infirmitatem& debilitatem mei corporis non poſſim ſingulos viſitare, propoſui literis præſentibus nunciis verba Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt Verbum Patris, vobis offerre, & verba Spiritus ſancti, quæ ſpiritus & vita ſunt.

CAPUT II.

De Fide & Imitatione Chriſti Domini.

ISTUD Verbum Patris dignum, tam ſanctum & glorioſum nunciavit Pater Altiſſimus de cœlo per ſanctum Gabrielem Archangelum ſuum; quod & deſcendit in uterum Virginis glorioſæ Mariæ; ex cujus utero veram ſuſcepit carnem, humanitatis, fragilitatis noſtræ; qui cum dives eſſet ſuper omnia, voluit ipſe in mundo, cum beatiſſima Matre ſua eligere paupertatem. Prope Paſſionem celebravit Paſcha cum Diſcipulis ſuis, & accipiens panem gratias egit, & benedixit, & fregit, dicens: *Accipite, & comedite, Hoc eſt Corpus meum: Et accipiens Calicem, dixit: Hic Sanguis meus Novi Teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Deinde oravit Patrem, dicens: *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me Calix iſte, & factus eſt ſudor ejus, ſicut gutta ſanguinis decurrentis ſuper terram.* Poſuit tamen voluntatem ſuam in voluntate Patris, dicens: *Pater, fiat voluntas tua; non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis:* Cujus Patris talis fuit voluntas, ut filius ejus benedictus & glorioſus, *quem dedit nobis*, & qui natus fuit pro nobis, ſeipſum per proprium ſanguinem ſuum, Sacrificium & Hoſtiam in ara Crucis offerret, non pro ſe, *per quem facta ſunt omnia*, ſed pro peccatis noſtris, relinquens exemplum nobis, ut ſequamur veſtigia ejus, & vult ut omnes ſalvemur per eum, & recipiamus ipſum puro corde, & caſto corpore. Sed pauci ſunt qui velint recipere eum, licet ejus jugum ſuave ſit, & onus leve.

CAPUT III.

Maledictos eſſe divina mandata prævaricantes; benedictos verò Deum benedicentes.

QUi nolunt guſtare, quam ſuavis ſit Dominus, & diligunt tenebras magis, quam lucem, nolentes adimplere mandata Dei, maledicti ſunt; de quibus dicitur per Prophetam: *Maledicti qui declinant à mandatis tuis*, Pſ. 118. Sed è contrario, quam be-

nedicti & beati ſunt, qui in ſpiritu & veritate, A
ut oporteat, eum adorant. Dicamus ei laudes & Orationes die nocteque, dicendo; *Pater noſter qui es in cœlis, &c.* quia *oportet nos ſemper orare, & nunquam deficere.*

CAPUT IV.

De confitendis peccatis, & Euchariſtiâ ſumendâ.

DEBEMUS ſiquidem confiteri Sacerdoti omnia peccata noſtra: & recipiamus Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu-Chriſti ob quod qui non manducat carnem
ſuam, & bibit ſuum ſanguinem, non poteſt B
intrare in Regnum Dei. Dignè tamen unuſquiſque manducet & bibat: quia, *qui indignè manducat, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini, 2. Corinth. 11.*

CAPUT V.

De faciendâ Pœnitentiâ & proximo amando.

FACIAMUS *inſuper fructus dignos Pœnitentia, & diligamus proximos ſicut noſmet-* C
ipſos Luc 3. Et ſi quis non vult eos amare ſicut ſeipſum, ſaltem non inferat mala, ſed faciat bona.

CAPUT VI.

De Juſtitiâ cum miſericordiâ adminiſtrandâ, & de eleemoſyna elargiendâ.

QUI autem poteſtatem Judicii receperunt, Judicium cum miſericordia ſemper exerceant, ſicut ipſi vellent à Domino miſericordiam obtinere. *Iudicium*, enim, *ſine miſericordia erit illi, qui non facit miſericor-*
diam Iacob. 2. Habeamus itaque charitatem D
& humilitatem, & eleemoſynas faciamus, quia ipſæ lavant animas noſtras à ſordibus peccatorum: homines enim omnia perdunt, quæ in hoc mundo relinquunt, ſecum tamen portant Charitatis mercedem, & Eleemoſynas, quas fecerunt, de quibus à Domino conſequuntur prœmium & dignam mercedem.

CAPUT VII.

De abſtinentia & honore Eccleſiaſticis impendendo.

DEBEMUS jejunare, & à vitiis abſtinere; in omni quod inducere poteſt ad peccatum, necnon à quacunque ſuperfluitate viſus. Et etiam Catholici Eccleſiam viſitare frequenter, Eccleſiaſticos venerari, & revereri ob eorum officium, & adminiſtrationem ſanctiſſimi Corporis & Sanguinis Chriſti, quod ſacrificant & recipiunt, & aliis miniſtrant. Et firmiter ſciamus omnes, quod nemo ſalvari poteſt niſi per ſancta verba, & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ Clerici dicunt, annunciant & adminiſtrant, & ipſi ſoli miniſtrare debent.

CAPUT VIII.

De vero Religioſo, & perfectâ obedientiâ.

SPECIALITER autem Religioſi, & qui ſæculo renunciaverunt, tenentur plura & majora facere, & ea dimittere, quibus non eſt opus, & odio habere corpora noſtra cum vitiis & peccatis, quia Dominus dicit in Evangelio, *Omnia mala à corde exeunt. Math. 15.* Diligere inimicos noſtros & benefacere his, qui oderunt nos. Obſervare præcepta & conſilia Redemptoris noſtri, noſmetipſos abnegare, & corpora noſtra ponere ſub jugo ſervitutis & obedientiæ. Et nullus tenetur ad obedientiam, in eo ubi committitur delictum vel peccatum, quia tantum ad id venimus, ut ſalvando animas noſtras, bonorum operum aliis exempla præbeamus.

CAPUT IX.

De benignitate Prælati erga ſubditos.

CUI autem obedientia impendenda eſt, & commiſſa, & qui pro majore habetur, videat ut minor fiat, & aliorum Fratrum ſervus, & in ſingulos ſubditos miſericordiam operetur, quantam ſibi vellet, cum eſſet ſubditus. Nec ex delicto fratris iraſcatur in in fratrem, ſed omni patientiâ & humilitate ipſum benignè corrigat, moneat, & ſupportet.

A

CAPUT X.

De humilitate, & miſeriâ corporis, & felicitate ſpiritus.

NON ſimus ſecundum carnem ſapientes, atque prudentes, ſed ſimplices, humiles & puri. Ut habeamus corpora noſtra in opprobrium & deſpectum, quia omnes per culpam noſtram ſumus miſeri & putridi, ſicut Dominus dixit per Prophetam; *Ego autem ſum vermis & non homo, &c.* Pſ. 21. Nunquam debemus deſiderare eſſe ſuper alios, ſed potius ſubditi, *& ſubjecti omni humanæ creaturæ propter Deum*, 1. Pet. 2. Et omnes illi qui fecerint & perſeveraverint uſque in finem, requieſcet ſuper eos Spiritus Domini, & faciet in eis habitaculum & manſionem, & erunt filii Patris Cœleſtis, cujus opera faciunt, & ſunt ſponſæ, fratres & matres Domini noſtri Jeſu Chriſti, quando facimus *voluntatem Patris qui in cœlis eſt*, Math. 15. Matres, quando portamus eum in corde & corpore noſtro per amorem & ſinceram conſcientiam, & parturimus eum per ſanctam operationem, quæ lucere debet aliis in exemplo. O quam glorioſum & magnum habere in cœlis Patrem! O quam ſanctum Paraclectum, pulchrum & amabilem habere Sponſum! O quam ſanctum & delectabile, beneplacitum, humile pacificum, dulce, & amabile, & ſuper omnia deſiderabile, habere talem fratrem, qui poſuit animam ſuam pro ovibus ſuis, & oravit pro nobis Patrem, dicens: *Pater, ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi. Pater omnes, quos dediſti mihi in mundo, tui erant, & tu eos mihi dediſti; & verba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognoverunt verè, quia à te exivi, & crediderunt, quia tu me miſiſti. Rogo pro eis; Sanctifico meipſum, ut ſint ſanctificati in unum, ſicut & nos ſumus. Et volo Pater, ut ubi ego ſum, ibi ſit miniſter meus, ut videat claritatem, in ore meo.*

CAPUT XI.

De Chriſto Salvatore laudando.

EI autem, qui tanta ſuſtinuit pro nobis, tot unà contulit & conferet in futurum; omnis creatura quæ eſt in cœlis, terrâ, mari, & in abyſſis, reddat laudes Deo, gloriam & honorem, & benedictionem: quia ipſe virtus eſt, fortitudo noſtra, qui eſt ſolus bonus, ſolus altiſſimus, ſolus omnipotens & glorioſus, & ſolus ſanctus, laudabilis & benedictus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

CAPUT XII.

De cæcutione & deceptione peccatoris.

OMNES illi, qui non ſunt in pœnitentia, & non accipiunt Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſed operantur vitia & peccata, & qui ambulant poſt concupiſcentiam ſuam, & mala deſideria, & non obſervant quæ promiſerunt, & ſerviunt corporaliter mundo & corporibus, deſideriis, curis & ſolicitudinibus hujus ſæculi, & hujus vitæ; decepti ſunt à diabolo, cujus filii ſunt, & cujus opera faciunt. Cæci

B

ſunt quia verum lumen non vident, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Sapientiam non habent Spiritus, quia Filium Dei in ſe non habent, qui eſt vera ſapientia Patris de quibus dicitur. *Sapientia rerum devorata eſt*, Pſ. 106. Vident, agnoſcunt, & ſciunt & faciunt mala, & ſcientes perdunt animas ſuas. Videte cæci, decepti ab inimicis veſtris, ſcilicet à carne, mundo, & dæmone, quia corpori delectabile peccatum, & amarum Deo ſervire, quia cuncta mala à corpore hominum exeunt & procedunt, ſicut dicit Dominus in Evangelio: Putatis diu poſſidere vana hujus ſæculi, ſed decepti eſtis, quia venient dies & hora, de quibus non cogitatis, & neſcitis, & ignoratis.

C

CAPUT XIII.

De infelici morte peccatorum.

INFIRMATUR corpus, mors appropinquat, veniunt propinqui, & amici dicentes: *diſpone domui tuæ, &c.* Et uxor ejus, & filii ejus, propinqui & amici ſe fingunt flere; & reciפiens videt eos flentes, & movetur malo motu, & cogitando intra ſe dicit: Ecce animam meam, & corpus, & omnia mea pono in manibus veſtris: unde ipſe homo eſt maledictus, qui cōfidit, & exponit animam, & corpus & omnia ſua in talibus manibus. Unde dicit Dominus per

D

Prophetam Jerem. 17. *Maledictus homo qui ſpem ſuam ponit in homine.* Et ſtatim faciunt vocare Sacerdotem, qui dicit ei: vis recipere Pœnitentiam de omnibus peccatis tuis? reſpondet: volo. Vis ſatisfacere de commiſſis; & his quæ fraudaſti, & decepiſti, de tua ſubſtantia? reſpondet: non. Quare non? quia cuncta diſpoſui in manibus propinquorum. Et tunc incipit perdere loquelam, & ſic moritur ille miſerrimus. Sed ſciant omnes quod ubicunque, & qualitercunque homo moriatur in criminali peccato, & ſine ſatisfactione, & potuit ſatisfacere, & non fecit, quod talem dæmon recipit, & rapit animam ſuam de

corpore ſuo, cum tanta anguſtia & tribulatione, quantum nemo ſcire poteſt, niſi, qui patitur illam tribulationem. Et omnia talenta, poteſtas, & ſcientia quam putabat habere, auferuntur ab eo: & propinqui & amici, quibus bona tradidit, tollent ea, & divident, & poſteà dicent: maledicta ſit anima ejus, qui plura potuit dare nobis, & non dedit, & potuit plus acquirere, quam quæſivit, & ſimilia. Corpus comedent vermes, animam corrodent dæmones, & ſic perdet animam & corpus propter hoc breve ſæculum.

PERORATIO.

EGo Frater Franciſcus minor ſervus veſter, rogo & obſecro in charitate, quæ Deus eſt; & cum voluntate oſculandi pedes veſtros, quod hæc verba & alia Domini noſtri Jeſu-Chriſti, cum humilitate & charitate velitis recipere, operari, & obſervare: Et omnes illi, qui ea benignè recipiunt & intelligunt, ea mittant aliis in exemplum. Si in eis perſeveraverint, uſque in finem benedicat eos Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus Amen.

Quamvis ſtylus hujuſce Epiſtolæ haud quaquam ſit comptus & minimè concinnus, validus tamen eſt, atque maximè urget, utpote redolens ſancti Spiritus præſentiam, cœleſteſque ſpirans flammas, quibus corda magis languentia ad ineundum virtutis ſtadium fortiter incenduntur. Quoniam valde ampla eſt, compendium ejus ſpero, non minus, imo forſan efficacius lectores ſore inflammaturum; quapropter illud audactet ſubjicio, cum ab ipſo Patre Seraphico, amplioribus literis fuerit præpoſitum, ut omnes quoſcunque Chriſtianos ad ſanctitatem compelleret. Conceptis Sancti noſtri Patriarchæ verbis ſequitur iſtud compendium.

Univerſis Chriſtianis, Religioſis, Clericis, maſculis, & feminis, omnibus qui habitant in univerſo mundo.

O quam benedicti ſunt, & beati, qui Deum diligunt, & faciunt ſicut Dominus *dicit in Evangelio: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & proximum ſicut teipſum:* Diligamus ergo *Deum, & adoremus eum puro corde, & pura mente, quia ſuper omnia hoc quærens, dixit: Veri adoratores adorabunt* Deum *Patrem in ſpiritu & veritate, omnes qui adorant eum, in ſpiritu veritatis adorare oportet: & bene valete in* Domino.

Prædictis annectere præſtat, inſigne thema, de quo fuſius diſſeruit Franciſcus in egregio ſermone, quem habuit ad Fratres tempore comitiorum generalium, ubi recenſita ſunt

A Religioſorum quinque millia.

Magna promiſimus: majora promiſſa ſunt nobis.
Servemus hæc: aſpiremus ad illa:
Voluptas brevis: pœna perpetua:
Modica paſſio: gloria infinita:
Multorum vocatio: paucorum electio.
Omnium retributio.

Facta Minorum Inſtitutoris cum verbis ipſius ritè quadrabant imo multo plus, multoque perfectius agebat, quam loqueretur. Quo magis ſuam eminentem præ humilitate conabatur abſcondere ſanctitatem, vel etiam obſcurare; ipſa radios ſuos manifeſtius, latiuſque ſpargebat. Teſtis eſt Helias iſte quem B Franciſcus ſanctiſſimus ſibi in ſucceſſorem pro Miniſtri ſeu Vicarii Generalis adminiſtranda dignitate. Licet hujus Auctoris in ſcribendo peritia, & inſacris Scripturis referēdis eruditio moribus ejus non conſonet. Filialis erga ſuum Inſtitutorem pietas non ſolum ex ſubjuncto teſtimonio patet, verumetiam aliunde colligimus quanto in pretio præclara Franciſci haberet merita.

Scribens de morte ejus ad univerſas Provincias, quid cenſeat de prærogativis defuncti, facile & aperte declarat ſuam mentem præſertim literis ad Provincialem Franciæ miſſis, quarum archetypum ſervatur in Conventu Recollectorum Valencenarum in Belgio.

C *Dilecto ſibi in Chriſto Fratri Gregorio Miniſtro Fratrum, qui ſunt in Francia, cum omnibus fratribus ſuis & noſtris Frater Helias peccator, ſalutem.*

Antequam loqui incipiam ſuſpiro, & merito, quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus, quia timor quem timebam evenit mihi evenit & vobis, & quod verebar, accidit mihi, accidit & vobis, quia longe à nobis factus eſt conſolator, & qui portabat nos, velut agnos in brachio ſuo peregrè profectus eſt in regionem longinquam. Dilectus Deo & hominibus receptus eſt ad lucidiſſimas manſiones, qui legem vitæ & diſciplinæ docuit Jacob, & teſtamentum pacis tradidit Iſraël. Gaudendum D nimis eſt propter eum, ſed dolendum nobis, quos ipſo abſente, circumdant tenebræ; & operit umbra mortis. Commune damnum, ſed meum ſingulare periculum, quem in ipſo tenebrarum medio dereliquit multis occupationibus circumdatum, & oppreſſum flagellis innumeris. Propterea deprecor, dolere mecum Fratres, quia ego nimis doleo, & condoleo vobis, quoniam pupilli ſumus abſque patre, & orbati lumine oculorum noſtrorum.

Verè, verè lumen erat præſentia Fratris & Patris noſtri Franciſci, non ſolum nobis, qui eramus prope, ſed & his qui longe erant à nobis profeſſione & vita. Erat lux à vera lu-

ce emiſſa illuminans his, qui in tenebris erant, & in umbra mortis ſedebant, ut dirigeret pedes eorum in viam pacis. Quod & fecit; prout verus meridies oriens ex alto illuſtrabat cor ejus & accendebat voluntatem igne amoris ſui, prædicans Regnum Dei, & convertens corda patrum ad filios, & imprudentes ad prudentiam juſtorum, & in univerſo mundo paravit Domino plebem novam. Ad Inſulas longè divulgatum eſt nomen ejus, & miratæ ſunt univerſæ terræ mirabilia opera ejus.

Propterea nolite filii & fratres, triſtari quod excedat modum, quoniam orphanorum Pater Deus Conſolabitur nos conſolatione ſuâ ſanctâ, & ſi fletis, fratres, ſuper vos ipſos flete, non ſuper illum: nam media vitæ in morte ſumus, ipſe verò tranſiit de morte ad vitam: Jocundamini, qui antequam tolleretur à nobis tanquam alter Jacob, omnes filios ſuos benedixit, & omnibus remiſit culpas, quæ in eum factæ fuiſſent, vel cogitatæ ab aliquo noſtrûm. Et his dictis annuntio vobis gaudium magnum & miraculi novitatem.

A ſæculo non eſt auditum tale ſignum, præter quam in filio Dei, qui eſt Chriſtus Deus. Non diu ante mortem Frater & Pater noſter apparuit Crucifixus, quinque plagas, quæ verè ſunt ſtigmata Chriſti, portans in corpore ſuo: nam manus ejus & pedes, quaſi puncturas clavorum habuerunt ex utraque parte confixas, reſervantes cicatrices, & clavorum nigredinem oſtendentes, latus ejus verè lanceatum apparuit, & ſæpe ſanguinem evaporavit. Dum adhuc vivebat, Spiritus ejus in corpore, non erat in eo aſpectus, ſed deſpectus vultus ejus & nullum membrum in eo remanſit abſque nimia paſſione. Ex contractione nervorum membra ejus rigida erant, facta ſunt mollia nimis, ſeſe vertentia huc atque illuc ſecundum poſitionem ſuam, tanquam pueri delicati.

Ergo, Fratres, benedicite Deum cœli, & coram omnibus confitemini illi, qui fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, & habete memoriam Patris & Fratris noſtri Franciſci, ad laudem & gloriam ejus, qui magnificavit eum inter homines, & coram Angelis glorificavit illum. Oretis pro ipſo, ſicut anteà à nobis poſtulavit, & ipſum orate, ut Deus nos cum ipſo efficiat ſuæ gratiæ ſanctæ participes. Amen. Quarto Nonas Octobris die Dominicâ, primâ horâ noctis præcedentis Pater & Frater noſter Franciſcus migravit ad Chriſtum.

Vos ergo, chariſſimi Fratres, ad quos Literæ præſentes pervenerint, Iſraëlitici populi ſequentes veſtigia, deplorantis Moyſen & Aaron inclytos Duces ſuos, viam demus lacrymis, tanti Patris ſolatio deſtituti. Licet enim pium ſit congaudere Franciſco, pium eſt tamen flere Franciſcum. Revera pium

A eſt congaudere Franciſco, quoniam ipſe non obiit, ſaccum pecuniæ ſecum ferens, & in plenilunio reverſurus. Pium eſt flere Franciſcum, quoniam qui egrediebatur, & ingrediebatur tanquam Aaron, & ferens nobis de theſauro ſuo nova & vetera, & conſolans nos in omni tribulatione noſtra, de medio noſtri ſublatus eſt, & nunc pupilli dicimur abſque Patre. Sed quoniam ſcriptum eſt: *Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adjutor*: Omnes Fratres chariſſimi oretis inſtanter; quod ſi lagunculа teſtea confracta eſt in valle filiorum Adam; ſummus tamen ille figulus aliam honorificam reſtaurare dignetur, quæ

B ſit ſuper multitudinem gentis noſtræ, & nos ſicut verus Machabæus antecedat ad prœlium. Et quia non eſt ſuperfluum orare pro mortuis, pro anima ejus oremus ad Dominum. Quilibet Sacerdos dicat tres Miſſas, ſinguli Clerici Pſalterium, Laïci quinque *Pater noſter*, Clerici dicant ſolenniter Vigiliam in communi. Amen. Frater Helias peccator.

Vox delapſa de cœlo, longè vincit & ſine controverſia præcellit humanum hujuſmodi teſtimonium. Auguſtum nempe diploma quo Pater Seraphicus inter cœlites relatus eſt à ſummo Pontifice Gregorio IX. qui datis literis univerſis Chriſti Fidelibus factam ſancti Viri apotheoſim intimavit, ejuſque diem ſanctum 4. Nonas Octobris celebrari conſtituit;

C in eiſdem Literis teſtificans ſanctum Virum multam ſecum familiaritatem habuiſſe: Eas continent Regiſtrum Vaticanum numero 31. & Laertius Cherubinus numero 2. ſub eodem Pontifice.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c.

Mira circa nos Divinæ pietatis dignatio, & inæſtimabilis dilectio charitatis, qua filium pro ſervo tradidit redimendo, dona ſuæ miſerationis non deſerens, & vineam

D dexterâ ejus plantatam continuâ perfectione conſervans, in illam, qui ſalubriter ipſam excolant, evellentes ſarculo ac vomere, quo Samgar ſexcentos Philiſtæos percuſſit, ſpinas & tribulos ex eadem, operarios etiam in undecima hora tranſmittit, ut ſuperfluitate palmitum reſecatâ, & vitulaminibus ſpuriis radices altas non dantibus, necnon ſentibus extirpatis, fructum ſuavem afferat, & jucundum, qui prœlo patientiæ defœcatus, in æternitatis cellarium transferatur impletate profecto velut igne ſuccenſa, frigeſcente charitate multorum in ejuſdem maceriam diruendam irruentibus Philiſtæis potione terrenæ cadentibus voluptatis. Ecce in hora undecima Dominus, qui cum diluvii aqua terram dele-

ret, juſtum per lignum contemptibile gubernavit, ſuper ſortem juſtorum virgam peccantium non relinquens, excitavit ſervum beatum Franciſcum, virum utique ſecundum cor ſuum, apud cogitationes divitum lampadem quidem contemptam, ſed paratam ad tempus ſtatutum, illam in vineam ſuam mittens, ut ex ipſa ſpinas & vepres evelleret, proſtratis illam impugnantibus Philiſtæis, illuminando patriam, & reconciliari Deo exhortatione ſedulâ commonendo.

Qui auditâ interius voce invitantis amici, impiger ſurgens, mundi vincula blandientis, quaſi alter Samſon, gratiâ divinâ præventus dirupit, & ſpiritu fervoris concepto, aſinique arreptâ mandibulâ, prædicatione ſiquidem B ſimplici, nullis verborum perſuaſibilium humanæ ſapientiæ coloribus adornata, ſed tamen Dei virtute potenti, qui infirma mundi eligit, ut fortia quæcumque confundat, non tantùm mille, ſed multa millia Philiſtinorum, eo qui tangit montes & fumigant, favente, proſtravit, & in ſpiritus ſervitutem redegit, carnis illecebris anteà ſervientes. Quibus vitiis mortuis, & Deo viventibus, jam non ipſis, quorum pars peſſima periit, ex mandibula ipſa egreſſa copioſa eſt aqua reficiens, abluens, & fœcundans lapſos, ſordidos, & arentes, quæ in vitam æternam ſaliens, abſque argento, & commutatione alicua poteſt emi, cujus rivuli longe lateque diffuſi vineam irrigant, uſque ad mare palmites, & uſque ad flumen propagines extendentem.

C

Hic denique Patris noſtri Abrahæ imitatus veſtigia, mente de terra, & de cognatione ſua, necnon domo patris ejus egrediens, iturus in terram quam ſibi Dominus divinâ inſpiratione monſtrarat, ut expeditus curreret ad bravium vocationis cœleſtis, & per anguſtam portam poſſet facilius introire, ſarcinam terrenæ ſubſtantiæ depoſuit, ſe illi conformans, qui cum dives eſſet, pro nobis factus eſt pauper, eamque diſperſit, dedit pauperibus, ut ſic ejus juſtitia in ſæculum ſæculi permaneret. Et in terram viſionis accedens, ſuper unum ſibi montium demonſtratum, videlicet excellentiam fidei, carnem ſuam, D quaſi filiam unigenitam, quæ ipſum interdum deceperat cum Jephte Domino in holocauſtum obtulit, igne ſuppoſito charitatis, illam fame, ſiti, frigore, ac nuditate, vigiliis multis & jejuniis macerando, quæ cum vitiis & concupiſcentiis crucifixa dicere poterat cum Apoſtolo: *Vivo ego, jam non ego, vivit autem in me Chriſtus*: quoniam jam non ſibi vixerat, ſed Chriſto potius, qui pro peccatis noſtris mortuus eſt, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram, ut nullatenus peccato ulterius ſerviamus.

Vitia quoque ſupplantans, & contra mundum, carnem, & poteſtates aëreas luctamen aſſumens viriliter, uxore, villâ, bobus, à cœna magna retrahentibus invitatos, penitus abdicatis, cum Jacob Domino jubente ſurrexit, & gratiâ Spiritus ſeptiformis acceptâ, octoqoe ſibi aſſiſtentibus beatitudinibus Evangelicis, Bethel domum Dei, quam ſeipſum præparavit, eidem per quindecim gradus virtutum, qui myſtice in Pſalterio continentur, aſcendit: & ibidem altare cordis conſtruens, aromata devotarum orationum obtulit ſuper eo, per manus Angelicas in conſpectu Domini deferenda, concivis Angelicus mox futurus.

Ne verò ſoli ſibi proficeret in monte, tantummodo Rachel amplexibus inhærendo, contemplationi pulchræ quidem, ſed ſterili, ad Liæ interdictum deſcendit cubicolum, minaturus gregem gemellis fœtibus fœcundatum ad interiora deſerti, pro vitæ paſcuis perquirendis, ut illic, ubi manna cœleſtis dulcedinis reficit à ſæcularium ſtrepitu ſegregatos, cum lacrymarum effuſione ſemina ſua mittens cum exultatione, manipulos ad æternitatis horrea reportaret, cum populi ſui Principibus collocandus, coronâ juſtitiæ coronatus. Qui nimirum non quæ ſua ſunt quærens, ſed potius quæ ſunt Chriſti, & eidem velut apis argumentoſa deſerviens; necnon quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, ac quaſi luna plena, in diebus ſuis, & ſicut Sol in Eccleſia Dei fulgens, lampadem & tubam in manus aſſumpſit, ut lucentium operum documentis humiles attraheret ad gratiam, & protervos à noxiis retraheret exceſſibus durâ increpatione terrendo. Ac ſic virtute charitatis afflatus in caſtra Madianitarum, Eccleſiæ judicium declinantium per contemptum, eo juvante, qui dum virginali utero clauderetur, mundum ſuo circuibat imperio univerſum, intrepidus irruit & abſtulit arma, in quibus confidebat foris armatus, atrium ſuum cuſtodiens, & diſtribuit ſpolia quæ tenebat, ejuſque captivitatem captivam reduxit in obſequium Jeſu Chriſti.

Hoſte itaque triplici in terra poſitus ſuperato, Regno Cœlorum vim intulit, & illud rapuit violenter, & poſt hujus vitæ quamplura glorioſa certamina mundum triumphans, feliciter migravit ad Dominum, multos præveniens ſcientiâ præditos ſapienter neſcius, & ſapienter indoctus. Sane licet ejus vita tam ſancta, tam ſtrenua, & præclara ſibi ſufficeret ad obtinendum conſortium Eccleſiæ triumphantis; quia tamen militans, quæ ſolummodo videt in facie, non præſumit de his qui de ſuo foro non ſunt, auctoritate propriâ judicare, ut illos pro vita tantum venerandos aſſumat, præſertim quia nonnunquam Angelus Satanæ in lucis Angelum ſe transformat; omnipotens & miſericors Deus, de cujus mu-

nere venit, quod prædictus famulus Chriſti, A digne ſibi & laudabiliter deſervivit, tantam lucernam abſconſam ſub modio remanere non patiens, ſed eam volens ſuper candelabrum collocari, his qui ſunt in domo luminis ſolatium prebituram, vitam ejus ſibi fuiſſe acceptam, & ipſius memoriam eſſe à militanti Eccleſia venerandam, multis & præclaris miraculis declaravit.

Cum igitur glorioſæ vitæ ipſius inſignia ex multa familiaritate, quam nobiſcum habuit in minori officio conſtitutus, plenè cognita nobis eſſent, & de miraculorum coruſcatione multiplici, per teſtes idoneos, nobis facta fuerit plena fides, confidentes per Dei miſericordiam, Nos & gregem nobis commiſſum, B ejus ſuffragiis adjuvari, & quem familiarem habuimus in terris, habere patronum in cœlis: habito Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, ipſum aſcribi decrevimus Sanctorum catalogo venerandum, ſtatuentes ut 4. Non. Octobris, die videlicet quo à carnis ergaſtulo abſolutus, ad ætherea regna pervenit, ab univerſali Eccleſia, natalitia ejus devote ac ſolenniter celebrentur. Quocirca Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus die prædicto in commemoratione ipſius, divinis laudibus alacriter inſiſtentes, ejuſdem patrocinia humiliter imploretis, ut ipſius intercedentibus meritis, ad ejus mereamini conſortium pervenire, illo præſtante, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen. Datum Peruſij 14. Calendas. Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

ADDITIO.
Ad Vitam S. Elizabethæ Hungaræ.

CUm ſancta Elizabetha Andrææ II. Regis Hungariæ filia, & Turingiæ Ducis uxor, inter potiſſima ſæculi decimi-tertij, nec non Tertiæ Congregationis Franciſcanæ ornamenta recenſeatur, ſubjicere præſtat literas ejus Canonizationis, quibus Gregorius IX. ſummus Pontifex univerſis Eccleſiarum Prælatis denunciat ſolennem & magnificam ejuſmodi relationem inter cœli cives factam fuiſſe, communicato conſilio cum Patribus purpuratis, poſt diligentiſſimam tantæ rei diſcuſſionem, præſentibus Hieroſolymæ & Antiochiæ Patriarchis, multiſque Epiſcopis Peruſiæ in Cœnobio Fratrum Prædicatorum 6. Calend. Junij anno Redemptionis humanæ 1235. anno autem poſtquam Elizabetha deceſſerat quinto.

Gregorius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Presbyteris, Decanis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint.

GLorioſus in majeſtate ſua Patris Æterni Filius Redemptor noſter Dominus Jeſus Chriſtus de cœlorum ſummitate proſpiciens conditionis humanæ gloriam, multo concurſu miſeriæ, cui primi parentis culpa dedit initium, deformatam, ineffabili diſpoſitione providit, ut & virtutem ſuam ſedentibus in umbra mortis exponeret, & in exilio poſitos ad libertatis patriam revocaret. Igitur quia nulli potius, quam ſibi ſuæ facturæ redemptio competebat (eò quod artifici ſit & decens & debitum, ut quocumque caſu depereat, quod pulchrius finxiſſe dignoſcitur, in ſtatum priſtinum ſuæ virtutis ſtudio reſtauretur) in exile vaſculum, ſi tamen ſit exiguum, quod recepit hoſpitem ſuper omnia ſpatioſum, ſcilicet in aulam Virginis refertam omni plenitudine ſanctitatis, de regali throno ſe conferens, opus inde cunctis viſibile protulit, per quod propulſo tenebrarum Principe, de ſui redemptione plaſmatis triumphavit, certa relinquens inſtituta fidelibus, per quæ C ipſius ad patriam redderetur tranſitus expeditus.

Hujuſmodi quidem pietatis ſeriem beata Elizabeth ex regali orta progenie, & Thuringiæ Lantgravia grarioſa, ſolerti meditatione conſiderans, & jam dicta eligens inſtituta continuis obſervare ſtudiis, ut dignam perceptione ſe redderet perpetuæ claritatis, quaſi ab ortu vitæ, uſque ad occaſum, virtutum vacando cultui, nunquam deſiit in charitatis amplexibus delectari: Nam in confeſſione veræ fidei, vitæque dedita ſanctitati, cœleſtis Reginæ diligendo filium, per quem dulcedinem conſequi poſſet cœleſtium nuptiarum, ita di- D lexit & proximum, quod amœnum ſibi conſtituens, illorum familiarem habere præſentiam, quam eorum inimica corruptio cunctis ſuggerit effici peregrinam, ſe in multis ſibi reddidit inopem, ſolitam fore pauperibus multipliciter affluentem: quorum ab ætate tenera tutrix eſſe deſiderans & amatrix, eo quod ſciret perennis vitæ præmium dilectorum Deo acquiri meritis egenorum, adeò conditionem ipſorum gratam ſibi conſtituit, quam naturaliter ſæcularis elatio vilipendit, quod etiam licitis ſibi deliciis quas offerebat ſtatus excellentia conjugalis, deductis pluries in contemptum corpus delicatum & tenerum reddebat aſſiduæ parſimoniæ ſtudio maceratum, tantò ſibi meriti quantitate proficiens, quanto quod ſponte

ſponte geritur, majoris gratiæ præmio muneratur.

Quid ultra? quæque jura ſanguinis in ſupernæ deſiderium transferens voluptatis, & imperfectum quid æſtimans, ſi jam viri deſtituta præſidio, ſic reſiduum vitæ decurreret, quod ſe ad jugum obedientiæ (cujus ſub lege poſita maritali, abſque ipſius præjudicio amplexatrix exriterat) non arctaret Religionis habitum induit, ſub quo Dominicæ Paſſionis in ſe celebrare myſterium nſque in diem ultimum non omiſit. O felix Mulier! ô matrona mirabilis! ô dulcis Elizabeth! Dicta Dei ſaturitas, quæ pro refectione pauperum, panem meruit Angelorum. O inclyta vidua virtutum fœcunda ſobole, quæ ſtudens ex gratia conſequi, quod à natura non poterat indulgeri, ditis animæ hoſtibus per ſcutum fidei, loricam juſtitiæ, gladinm Spiritus, ſalutis galeam, & baſtam perſeverantiæ debellatis, ſic amabilem immortali ſponſo ſe præbuit, ſic Reginæ Virginum ſe dilectione continua colligavit, ſuum deprimendo dominium, in ancillæ humilis famulatum: ſic ſanctis Elizabeth antiquis proceſſibus conformem ſe reddidit, dum in mandatis, & in juſtificationibus Domini ſine querela ſimpliciter ambulavit, Dei gratiam ſecretò mentis per affectum concipiens, & eamdem per effectum pariens & nutriens aſſiduè per profectum, quod ſolum omnium in ſe ſperantium, & exaltatio quorumlibet in humilitatis & innocentiæ vallibus poſitorum, in promiſſæ ſuis præmia retributionis exurgens, ipſam mortis nexibus expeditam provexit ad ſolium luce inacceſſibili luminoſum.

De cujus & inexplicabili claritate procedit, quod illius ſpiritus, & in ſuperni fulgoris abyſſo rutilat, & in hujus profundo caligine mulris coruſcar miraculis glorioſis, quorum virtute Catholicis fidei, ſpei, & chariraris augmenta proveniunt, perfidis via veritatis exponitur; & Hæreticis confuſionis multa materia cumulatur: dum ſtuporis turbine obvoluti, quod dictæ ſanctæ meritis, quæ dum carnis clauſa carcere teneretur, pauper ſpiritu, mitis mente, propria, vel potius aliena peccata deplorans, juſtitiam ſitiens, miſericordiæ dedita, munda corde, verè pacifica, attrita perſecutionibus, & opprobriis extitit laceſſita, vita mortuis, lumen cæcis, auditus ſurdis, verbum mutis, & greſſus claudis, cœleſti dexterâ conferuntur; partes Teutoniæ ſpatioſas, quas mortis dogmate geſtiebant inficere, in doctrinæ cœleſtis amplexibus cernunt multipliciter exultare.

De hujuſmodi quidem, & aliis ejuſdem ſanctæ miraculis, quæ mentis inſpecta oculis uberiorem lætitiam proferunt, quaſi diffuſis diſtincta viderentur, facta nobis per teſtes idoneos tanta plenitudine fidei, ſicut debetur, & competit colendæ per omnia virtuti: Nos quorum depoſcit officium his continuè deſudare ſtudiis per quæ augeatur gloria Redemptoris, dictam Sanctam, quam ſibi ad intuitum placuit ſuæ Majeſtatis aſſumere; de Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, ac venerabilium Fratrum noſtrorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum omnium, qui tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtebant, Sanctorum catalogo duximus adſcribendam; Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo, mandantes, quatenùs 13. Calend. Decembris, die videlicet quo eadem mortis abſoluta vinculis, victura perenniter ad fontem ſupernæ prodiit voluptatis, feſtum ejuſdem, prout miranda ipſius meritorum magnitudo exigit, celebretis, & faciatis ſolenniter celebrari, ut id nobis de theſauris cœleſtibus ejus pia interceſſione proveniat, quod ipſa, præſtante Chriſto, percepiſſe dignoſcitur, & poſſidere perpetuò gloriatur.

Cæterùm, ut univerſitati fidelium inviſibilis Aulæ conſequendi delicias ex conceſſa nobis poteſtate deſuper, propitiante Domino, ſit facultas; quinimmo & ut nomen exaltetur Altiſſimi, ſi ſponſæ ſuæ venerabilem ſepulturam fidelium procuremus acceſſibus honorari omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ſe illuc annis ſingulis aromata, & ſinceritatis inſignia deferentes in memorato feſto, & uſque ad Octavas ipſius contulerint, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum & quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Peruſij Calend. Junij anno Pontificatus noſtri nono.

A teſtibus idoneis & probatæ fidei convinci valida maxime eſt probatio veritatis de qua agitur. Quam nefaria eſt igitur protervitas illorum, qui forſan adhuc in dubium revocant Tertiariorum Franciſcanorum regularitatem eſſentialem, vel qui fortaſſe, petulanter, & temerè autumant Tertiarios Regulares vota ſolennia haud quaquam nuncupaſſe: humana non ſolùm producuntur teſtimonia; non tantum locupletes & graves homines aſſeverant diſcrimen eſſe inter Franciſcanos Tertiarios, Sæculares nempe & Regulares; illos videlicet remanere liberos, & nullis aſtrictos votis ſolennibus per Regulam ipſis deſtinatam; hos verò eſſentialiter religioſos eſſe: Non, inquam, hæc aſſertio confirmatur ſolâ hominum approbatione, ſed æternâ Chriſti Jeſu ſapientiâ, fallendi neſcia, imo certiſſimâ, & citra omnem aberrationis aleam: unde conſtat certo penitus hæc propoſitio tanti momenti. Verbum enim incarnatum loquens ore ſui Vicarij Pontificis Romani, conceptis verbis aſſerit bullâ Canonizationis ſanctæ Elizabe-

thæ Hungaræ ipſam verè fuiſſe Religioſam:
quamvis evidenter pateat, & luce meridianâ
clarius hæc veritas ſtylo & formulâ diploma-
tis Pontificij, Wadinghus tamen Aooalium
Franciſcanorum celeberr mus Scriptor, ap-
poſuit in margine: *Fuit Religioſa*, ad rem pla-
niſſime explanandam.

ADDITAMENTUM
Ad Vitam Sancti Ludovici Francorum Regis.

QUAMVIS Ludovicus Nonus Rex Fran-
corum bumillimus fuerit, omnia tamen
quæ geſſit, cogitavit, aut effatus eſt, regiam
Majeſtatem redolent: Ipſa etiam ejus humili-
tas eminens & ſublimis erat, utpote alta per
inde ac profunda: alta quidem peculiati præ-
rogativa, quæ illum ad divinos evexit ample-
xus, terribilemque ſuis reddidit hoſtibus, nec
non regni interioris poſſeſſorem, pleoâ cupi-
ditatum victoriâ & mentis intrepidâ traoquil-
litate. Auguſti probaotur omnes hi triumpbi
diplomate Canónizationis, in quo præcipua
ipſius geſta Bonifacius VIII. ſummus Ponti-
fex ſub compendio refert, quamvis cum illo
Gallis tunc frequentes eſſent controverſiæ.
Hallucinantur circa hanc Canonizationem
Platina & Blondns, dum non *Ludovicum*
Regem, ſed Ludovicum alterum Carolo II.
ortum, Ordinis ſancti Franciſci Profeſſum,
à Booifacio VIII. inter Cœlites relatum aſſe-
runt. Etenim Bonifacius Ludovicum Regem;
Joannes verò XXII. in Cœlitum numero
collocavit Ludovicum Epiſcopum Toloſa-
num Catoli Siciliæ Regis filium, minoritam.

BONIFACIUS EPISCOPUS, &c.

*Venerabilibus Fratribus univerſis Archie-
piſcopis & Epiſcopis, Exemptis & non
Exemptis per Regnum Franciæ conſti-
tutis; Salutem & Apoſtolicam benedi-
ctionem.*

GLORIA, laus, & honor Patri luminum
(à quo eſt omoe datum optimum &
perfectum) à cunctis fidei orthodoxæ culto-
ribus, quorum ſpes tendit ad ſuperos, ſummis
& ſedulis devotionis & reverentiæ ſtudiis re-
ferantur. Ipſe oamque in miſericordia copio-
ſos, liberalis in gratiis, & in retributione mu-
nificus, de ſupremis cœlorum ad ima mundi
oculos ſuæ Majeſtatis inflectens, & benignâ
conſideratione diſcentieos, beati Ludovici
quondam Regis Franciæ inclyti, ſuique glo-
A riosiſſimi Confeſſoris merita grandia, opera-
que mirifica, quibus ipſe conſtitutus in ſæ-
culo, ceu lucerna luminoſa, reſplenduit,
eaque veluti juſtus judex, & retriburor lau-
dabilis dignanter inteodens, condignis re-
compeoſare muneribus, eum tanquam eme-
ritum, & retributione digniſſimum poſt vitæ
præſentis ergaſtulum, & laborioſa muodi cer-
tamina (quæ fereos in divinis officiis potenter
& patienter exercuit) ætbereis ſedibus col-
locavit, *ut ſedeat cum Principiqus, & ſolium
gloriæ teneat*, felicitatis æternæ decoribus
potiturus. Exultet igitur Mater Eccleſia, ac
ſolennia feſtiva concelebret gaudiorum, quod
B tantum & talem filium geouit, produxit na-
tum, educavit alumnum, jam inter Regum
cœleſtium glorioſa agmioa rutilantem. Læ-
tetur, inquam, & jubilet, ac in laudes Altiſ-
ſimi voces promat, quod ſobolis tam præ-
celſæ, tam celebris illuſttata fulgoribus, inſi-
gnis decorata conſpicitur. Quæ ſoooris at-
tollenda præconiis, ſummæque veoerationis
exhibitione colenda, eoucleatius aperit, evi-
dentius explicat, illos ad perennis beatitudi-
nis gaudia, & hæreditatis æternæ participa-
tionem admittendos, qui prædictam Eccle-
ſiam, matrem fidelium, ſponſamque Cbriſti
claris fidei & operis teſtimoniis profitentur,
nulloſque in ſupernæ patriæ gloriam, niſi per
ejus, utpote cœlorum clavigeræ, miniſterium
C virtuoſum oſtiis reſeratis altiſſimis iotroire.
Gaudeant incolarum turbæ cœleſtium, de
tam ſublimis, tam lucidi babitatoris adventu,
quod ipſis expettus, probatuſque fidei Cbri-
ſtianæ colonus, cultorque præcipuus aggre-
gatur. Perſonet lætitiæ jubilum civium glo-
rioſa nobilitas ſupernorum, quod tanti taliſ-
que concivis ſuſcepiſſe dignoſcitur adjecti-
vum, ac veoerabilis Sanctorum cætus gaudio
& exultatione refloreat, de nova digniſſimi
adbibitione conſortis. Exurge itaque concio
numeroſa fidelium, exurgite fidei zelatores,
& unà cum eadem Eccleſia laudis uberis hym-
num concinite. Perfundantur imbre copioſo
lætitiæ veſtra præcordia, & fœcundo rore
dulcedinis arcana pectoris repleantur, de tan-
ta, tam potentis & egregij Principis exalta-
D tione terreni; ſpei tutiſſimæ plenitudine præ-
conceptâ, quod nobis de indigena terrenorum
compatriota cœleſtium jam effecto, apud
Æterni Patris Filium efficax patronus accre-
vit; qui pro ſalutis noſtræ profectibus, jam io
ejus præſentia poſitus ſolertis exercet officium
Oratoris. Porro quis poſſet amplo famine
præpotens, quis diſertus quantumlibet, aut
eloquij oitore coruſcans, ſufficienter expri-
mere præcelſa ſanctitatis inſignia, & multi-
plicium excellentiam meritorum, quibus bea-
tus Ludovicus prædictus in terris conſtitutus
effulſit? Cùm eò plura de ipſius laudabilibus
actibus referenda ſe offerant, quò plura ca-

Digitized by Google

lamus exprimit, pandunt labia, lingua pangit. Sed ne ipſorum actuum claritas ſub nubilo lateat, tenebris obducatur, dignum duximus ut de illis aliqua noſter ſermo aperiat & deducat in publicam notionem. Hic profectò clariſſimus genere, ſublimis potentiâ, facultatibus opulentus, præcelſus virtutibus, moribus elegans, conſpicuus extitit honeſtate, inhoneſtis & turpibus à ſe penitus relegatis: nam ſic pudicitiæ adhæſit operibus, ſic carnis ſtuduit evitare contagia, quod ſicut habet certa credulitas plurimorum, niſi nexus acceſſiſſet uxorius, candore virgineo rutilaſſet. Longi quippe ſpatio temporis prædicti Regni regimini præfuit, ejuſque gubernacula plena curis providâ circumſpectione direxit: nulli noxius, non injurioſus alicui, nemini violentus. Juſtitiæ limites ſummopere ſervavit & coluit, æquitatis tramitem non relinquens: perverſorum conatus nefarios pœnæ debitæ mucrone compeſcuit: malorum molimina conterens, pravorum illicitos auſus frenans. Pacis zelator eximius, fervidus amator concordiæ, promotor ſolicitus extitit veritatis: diſſidia fugiens, vitans ſcandala, diſſenſiones horrens: Propter quod ſui felicis regiminis tempore, ſedatis undique fluctibus, ſeductis noxiis, turbinibus profugatis, Regni ejuſdem incolis aurora dulciflua tranquillitatis illuxit, lætaque ſecuritas votivæ proſperitatis arriſit.

Et ut de vita ipſius aliqua referamus, licet illa, quo majori expoſitione diſcutitur, examine indagatur, eo referentis afferat guſtui plus dulcoris, menteſque delectet obnixiùs auditorum. Ab ineuntis ætatis primordiis Dei filium tenerâ mentis affectione dilexit, nec diligere deſiit ſtudia continuando ſalubria, dum vitæ ſibi commoditas affuit temporalis: ſed quanto majori profecit ætate, ac tempora prolixiora proſiliit, tanto in ejus exarſit amorem fervore ſpiritus ampliore. Hic equidem cum eſſet annorum duodecim, paterno deſtitutus auxilio, ſub claræ memoriæ Blanchæ Reginæ Franciæ, matris ſuæ cuſtodiâ & gubernatione remanſit, quæ circa divina obſequia ferventer intenta, cum prudenter dirigere, ac libenter inſtruere ſatagebat, & ad præfati Regni regimen, quod ſuæ directionis expetere providentiam noſcebatur, dignus & ſufficiens fieret, idoneus haberetur. Cumque per incrementa temporum idem Rex ætatis annum quartum-decimum attigiſſet, prædicta Regina ſibi Magiſtrum proprium deputavit, qui eum ſcientiâ literarum imbueret, ac bonis moribus informaret. Ipſeque Rex ſub ejuſdem Magiſtri ferula poſitus, ſic ei obediens & reverens exiſtebat, ſicque illius recipiebat humiliter diſciplinam, quod ſuperna præventus gratia, profecit laudabiliter in utriſque: circa divina ſic intentus officia, ut

A nequaquam ipſorum auditione contentus exiſteret, niſi ea quæ coram ſe diu noctuque à ſuis faciebat Clericis ſolenniter celebrare, ab ipſo cum eorum aliquo attentius dicerentur. Demum ſucceſſu temporis in anno viceſimo conſtitutus, & quadam ſibi ægritudine ſuperveniente gravatus, à Pariſienſi & Meldenſi Epiſcopis aſſiſtentibus tunc eidem, vivificæ crucis ſignaculum in terræ ſanctæ ſubſidium, ſibi multâ inſtantiâ petiit exhiberi. Et licet hoc ei rationabili cauſâ moti, præfati diſſuaderent Epiſcopi; ipſe tamen, utpote fervens ſpiritu erga Deum, eique votis ardentibus famulari deſiderans, illorum ſalubriter B diſſuaſſionibus non admiſſis, ſignum hujuſmodi de manu præfati Pariſienſis Epiſcopi cum multa lætitia & exultatione recepit, Prælatis, Nobilibus, & militibus plurimis ſignum ipſum aſſumentibus cum eodem. Et tandem amplo præparato navigio, factiſque apparatibus aliis, qui in talibus requiruntur, cum triceſimum-quartum annum attigiſſet ætatis, in prædictum ſubſidium tranſfretavit, conſortes ei Robertum Atrebatenſem, Alphonſum Pictavienſem, & claræ memoriæ Carolum Regem Siciliæ, tunc Andegaviæ Comites fratres ſuos, dum adhuc viverent, ſecum ducens, multa, graviaque pericula, quæ ſolent æquorei fluctus ingerere, ſuſtinendo. Cumque ad partes illas ingenti circumfultus C potentiâ perveniſſet, & habito de civitatis Damietæ captione triumpho, proceſſiſſet ulterius, generali quaſi totius ejuſdem exercitus, ſicut Domino placuit, ægritudine ſubſecutâ, & aliis adverſis urgentibus, præfatus Rex cum toto ferè exercitu ſupradicto in Soldani & Saracenorum manus ac potentiam incidit: multa opprobria multaſque injurias, quæ inferentium fœda conditio adaugebat, patienter & humiliter tolerando; præfato Roberto Comite pro fide Chriſti ab illis immaniter interempto: poſt modum autem habito cum Soldano tunc vivente tractatu de jam dicto Rege ac exercitu liberando, maximâ interveniente pecuniæ quantitate, ipſoque Soldano occaſione hujuſmodi à vaſallis D propriis interfecto; Saraceni qui ejus dominium uſurparunt, ad pecuniam anhelantes, eamdem multâ inſtantiâ poſtulabant, ut in conventionibus ordinatis concorditer inter partes jurejurando firmandis penitus adderetur; Quod niſi ipſi pacta ſervarent, omnino Mahometum, quem colunt, ut dicitur, denegarent; ac idem Rex in ſuo adjiceret juramento, quod & ipſe Dei negaret Filium, ac extra fidem ejus exiſteret, ſi conventiones prædictæ ab eo minimè ſervarentur. Quod præfatus Rex abominans, id efficere conſtantiſſime recuſavit; quin potius quadam indignatione commotus, patenter aſſeruit, quod talia tam nefanda ſuis labiis aliquatenùs

non proferret, neque in tam veſanam & reprobam prorumperet negativam; quamvis ad id jam dicti Pictaviæ & Andegaviæ Comites, aliique tunc plurimi circumſtantes inſtantiſſime ſuaderent, cum exinde ſibi, cæteriſque Chriſticolis mortis periculum veriſimiliter imminere conſpicerent: præſertim cum hoc ageretur cum illis, qui ſicut præmittitur, Soldanum prædictum occiderant, ejus ſibi dominium uſurpantes, ipſique Regi apertius diceretur, quod niſi in actum produceret quod petebant, ipſum & ſuos crucifigere non differrent, ipſiuſque Regis ad hæc intrepida firmaque reſponſio eſt ſecuta: Quod ſi Saraceni prædicti ejus corpus occiderent, ipſius tamen animam non haberent. Sane cum jam dicti paſſagij tempore poſt conflictus diverſos, & varios, validæ famis inediam, graves penurias, diraque vulnera, quæ fideles Chriſti pertulerant, eodem Rege tunc temporis fluxum ventris & ægritudines alias patiente, Chriſtianus reverteretur exercitus Damietam, ipſe Rex nolens illum omnino deſerere, ſed ejus potius clementer intendens communicare laboribus, & participare periculis, quæ tunc ex veriſimilibus poterant conjecturis timeri, illuc rediit cum eodem, contra Saracenorum rabiem truculentam, inſultuſque nefarios, ſibi efficax defenſionis impendendo præſidium, ut ab hujuſmodi hoſtium ſceleſtis inſidiis ſervarentur.

Et tandem cum Saracenorum ipſorum aſtuta nequitia & doloſa calliditas, tam grandi bellantium copia Chriſtianum circumdediſſet exercitum, validâ tunc, ſicut præmittitur, infirmitate detentum, ipſumque tam graviter invaſiſſet, quod Regem & exercitum ſupradictos oportuerit ſe præfatis reddere Saracenis; ac idem Rex niſi facto voluntatis libitum obſtitiſſet, per navis tunc promptæ potuiſſet evaſiſſe ſuffragium, ſibique hoc plurimi magnique præſentes inibi ſuaderent: ipſe tamen propter nimiæ charitatis ardorem, quo vehementius æſtuabat, volens potius periculis corpus exponere, ut Chriſtianus populus ſervaretur illæſus, licet Saracenorum exiſteret ignota potentia Chriſtianis; evadere noluit, remanentibus cæteris vinculo captionis aſtrictis, apertius aſſerendo, quod militiam, quam ſecum adduxerat, ſecum, ſi poſſet, reducere intendebat: vel capi ſeu mori cum eadem. Cumque inter Regem & Chriſtianos, ac Saracenos prædictos, de ipſorum Regis & Chriſtianorum, ſicut ſuperius eſt expreſſum, liberatione tractatus habitus & conventionum ſubſecuta ordinatio extitiſſet, Saraceni pro quadam parte pretij redemptionis hujuſmodi, quæ ſolvenda reſtabat, ſecuritatem habere plenariam intendentes, in electionem ipſius Regis totaliter poſuerunt, ut vel ipſe liberaretur à carcere, remanentibus cæteris Chri- A ſtianis in vinculis, donec hujuſmodi ſolutio perfecta ſuccederet, vel quod idem in carcere remaneret, Chriſtianis ipſis omnino deliberatis, præfatus Rex ſuper hoc promptum, nec dilatum reſponſum præbuit: Quod ipſe quouſque ſolutionis hujuſmodi proveniret integritas, remanere in carcere intendebat, Chriſtianis aliis libertati priſtinæ reſtitutis: Quanquam præfati Alphonſus & Carolus, ac alij viri nobiles tunc aſtantes expreſſe dicerent, ac profiterentur apertius, quod in hoc nullatenus conſentirent, ſupplici adjicientes inſtantia, quod potius Rex ipſe recederet, aliis minime abſolutis, Rege ipſo firmiſſime replicante contrarium, nec aſſentiente ſermonibus eorumdem. Et tandem B Rege & cæteris eiſdem plenæ redditis libertati, dictoque Alphonſo pro ejuſdem ſolutionis perfectione facienda obſide dimiſſo; præfatus Rex de galea in qua erat, egredi noluit, donec ipſius ſolutionis defectus extitit adimpletus, dictuſque Alphonſus ad ejus præſentiam rediit, ac omnes etiam Chriſtiani, quos in propinquo carcere detinebant incluſos, quoſque in Babyloniam manus inimica non traxerat, liberati à vinculis; ac illi etiam, qui tunc in Damieta ſimiliter tenebantur, fuerunt in navibus collocati.

Demum præfatus Rex cum eodem liberatus exercitu ad civitatem Aconenſem, moramque inibi fermè per quinquennium con- C trahens, tanquam ſalutis humanæ amator, multorum Agarenorum mentes, duras quantumlibet, non ſolum ſalubris eloquij ſuadelis, ſed etiam exemplo vitæ laudabilis convertit ad Dominum, ipſos faciens ad laudem divini nominis, & exaltationem Catholicæ Fidei honorificè baptizari, eos donis proſequendo, largifluis & gratioſis favoribus confovendo, multoſque milites & alios Chriſtianos redimi faciens eis de munificentia regia, tam veſtes, quam cætera neceſſaria victui, prout ſingulorum ſuadebat conditio, miniſtrabat: muros quoque ſeu mœnia civitatum & caſtrorum quam plurimorum, quæ in illis partibus à fidelibus tenebantur, fecit reparari ſolen- D niter, eaque firmiter muniri & integre, prout neceſſitas exigebat.

Verùm prædictus Rex proceſſu temporis intellecto, quod matrem ejus mors amara ſubtraxerat, & eidem Regno grave periculum immineret, de procerum ſuorum conſilio, ad Regnum Franciæ remeavit: nunc ſanctitatis inſiſtens operibus, nunc Monaſteria, & Hoſpitia pauperum, nunc domos aliis divinis obſequiis dedicandas, quæ longum eſſet narrare per ſingula, conſtrui faciendo, eis de bonis propriis amplis dotibus deputatis: nunc etiam infirmos & debiles in diverſis Monaſteriis & Xenodochiis decumbentes perſonaliter viſitans, ipſos verbis conſolato-

ris confovebat eis manibus propriis flexo genu potus & cibaria miniſtrando. Cumque in Monaſterio *Regalis montis*, Bellovacenſis Diœceſis, quod idem Rex opere plurimum ſumptuoſo conſtruxit, ac dotibus decoravit eximiis, Monachus quidam Leodegarius nomine moraretur, quem adeò lepræ morbus invaſerat, quod abominabilis & deſpectus quamplurimum manebat ſegregatus ab aliis, in quadam camera poſitus Monaſterij memorati; cujuſque oculi, ob gravis infirmitatis pondus, ſeu malitiam jam conſumpti, nihil omninò videbant, eorum foraminibus, ſive locis rubeis & horridis jam effectis; quique naſum perdiderat, ejuſque tumefactis non modicùm labiis, & profundâ ſciſſurâ deſtructis: ac idem Rex eum, præſente duntaxat Abbate Monaſterij ſupradicti, perſonaliter viſitaret; ipſumque ſumentem cibum, ut poterat, inveniſſet: præfatus Rex præmiſſo benignæ ſalutationis alloquio, flexit genua coram ipſo, & ſcindens manibus propriis carnes eidem appoſitas, bolos in os ejus immittebat, & hujuſmodi non contentus obſequio, allatis ejus juſſione dapibus regalibus, de ipſis eidem Monacho miniſtrabat, loci aut ægri qualitatem horribilem non evitans: eodem Abbate vehementi ſtupore concuſſo, quod tanti ſublimitas Principis talibus quantumcumque ſalubribus involvi ſtudiis ac ſervitiis poterat occupari.

Præterea cum dictus Rex Hoſpitale Compendienſe ingreſſus, ad impendendum humanitatis obſequium infirmis in eo degentibus, & jam feſſus non modicum ex labore, infirmum quemdam juxta ſe poſitum conſpexiſſet, morbum, qui S. *Eligij* dicitur, patientem, & flexis genibus coram ipſo, morcellum pyri remotâ cortice poneret in os ejus, ſanies de illius naribus defluens, fœdavit turpiter manus Regis, qui piè benigneque id tolerans, nec in aliquo exinde immuratus lotis illicò ſuis manibus, ſalubre, quod inchoaverat, obſequium diligenter eſt proſequutus. Hic circa ſervos Chriſti, ac pauperes, atque miſerabiles, & dejectas perſonas valde compatiens, ſe ipſis in eleemoſynarum largitione munificum exhibebat. Virginibus inſuper, quibus inopia effectum maritalis copulæ denegabat, ne illas in carnis lubricum labi contingeret, de dotibus congruis providebat illis de bonis regalibus; laudabiliter & ſalubriter expenſum reputans, quod in eleemoſynas & alios pios uſus converti pro tempore noſcebatur.

Hinc prædicationibus, & aliis propoſitionibus verbi Dei attentum accommodabat auditum, non auditor obliviosus factus, ſed factor operis ſtudioſus. Abhorrebat hæreticæ pravitatis maculâ infectos, ne fidei Chriſtianæ cultores labe hujuſmodi contagionis inficerent, de Regni prædicti finibus efficacibus ſtudiis expellendo; ac aliàs circa ſtatum ejus providendo ſollicitè, ut ab ipſo fermentis talibus prorſus excluſis, in eo fidei prædictæ ſinceritas rutilaret. Cum verò aliquibus partibus dicti Regni, ob ſterilitatem ſeu malitiam temporis, victualium cariſtia imminebat; ſtatim de ipſa rumoribus intellectis, certam illuc ſummam pecuniæ, prout ipſarum exigebat qualitas partium, per fidelem mittebat nuncium inter pauperes dividendam.

Hic profectò humilitate ſublimis, ſublimitate humilis; in apparatu & veſtibus, quas frequenter pauperibus erogabat, poſt primum de ultramarinis partibus reditum, ſummæ humilitatis inſignia demonſtravit. Nec enim aureis vel argenteis ornamentis, non regalibus veſtibus, non variis vel griſeis, ſed aliis humilibus pellibus uſus fuit, ſæcularibus pompis à ſe penitus abdicatis. Et ne fervorem ſpiritus ſociæ carnis ardor extingueret, ſed mortificatione ac repreſſione illum potius accendi contingeret, altiuſque ſuſtolli, carnem ipſam, quaſi aſſidui aſperitate cilicij, prout aſſeritur, edomans, effrenæ ipſius libitum arctæ abſtinentiæ freno coercuit, ejuſque nexibus alligavit; ut non voti proprij ductâ libidine, non ſui deſiderij directa remigio, ſed ſalubri moderamine ſpiritus tutè ad licita pergeret, providè ab illicitis abſtineret. Diſtrictis etenim corpus atterebat jejuniis; priſcorum obſervantiæ, à ſanctis Patribus ordinatæ novorum auſteritatem adjiciens, ſibi motu proprio voluntatis indictam.

Nam per totum Quadrageſimale tempus, & quadraginta dies feſtum Natalis Domini præcedentes, & omnium Feſtivitatum Vigilias, necnon & Quatuor Tempora, quæ Catholica indicit Eccleſia, in jejuniis & orationibus exiſtebat, delicioſis & curioſis cibariis uſui proprio penitus interdictis: In Feſtivitatum verò Virginis glorioſæ, & Natalis Domini memorati Vigiliis, & ſextâ feriâ majoris Hebdomadæ, jejunium obſervabat, panis & aquæ duntaxat modicâ ſuſtentatione contentus: quolibet etiam die Veneris Quadrageſimæ ſupradictæ, ac totius Adventus, ab eſu piſcium abſtinebat; multis præterea vigiliis ſe occupans, ne aliqua ſibi hora temporis inutiliter pertranſiret.

Poſt ejus reditum ſupradictum, non in pluma vel paleis jacuit, ſed ſuper ligneum lectum portabilem, materatio ſimplici ſuperjecto, ſtramine nullo ſuppoſito decumbebat. Hic inſuper vitæ puritate prælucidus, ſincerus veritatis amicus extitit, hoſtiſque duriſſimus falſitatis: cuncta quoque ipſius eloquia ſalutis argumentum, operaque ſalubria hortabantur; demulcebant auditorum præcordia, & in eorum ædificationem multipliciter

A redundabant: cumque ad incrementa Catholicæ fidei, & liberationem celerem Terræ ſanctæ votis ardentibus anhelaret, in ipſius Terræ ſubſidium aſſumpſit denuò ſignum Crucis. Et deinde potenti ac valido congregato navigio, copioſa & ſtrenua comitiva ſuffultus, cum ipſo Pictaviæ Comite, ſuiſque liberis, & claræ memoriæ Regina Navarræ, ipſius Regis filia, quæ in reditu debitum naturæ perſolvit, ad partes rurſum ſe tranſtulit tranſmarinas, Carolo, qui tunc moram in partibus Italiæ contrahebat, Regis memorati veſtigia ſubſequente.

Ac tandem ad partes Tunicij felici greſſu perveniens, inibi de Magnatum ſuorum conſilio caſtra fixit, & adverſus Saracenorum B incurſus exercens potentiæ ſuæ vires, graviſſimas, ob labores innumeros, quibus premebatur aſſiduè, infirmitates incurrit. Qui diebus lapſis aliquibus, infirmitatum ipſarum violentiâ ſuperatus, Sacramenta Eccleſiaſtica cum ſumma devotione recipit; ac inſtante veriſimiliter horâ mortis, oratione pro exercitu Chriſtiano præmiſsâ, ſuam Domino devotis precibus animam recommendans, ac liberaliter exprimens verba ſequentia, videlicet: *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum*, feliciter migravit ad Chriſtum, ſupernis deliciis fruiturus.

Verùm cum vitæ hujus functus curriculis, verius viveret quam cum vixiſſet, noluit C Altiſſimi Filius, quem idem tantâ mentis affectione dilexerat, tam devoti Principis, tantique propugnatoris fidei orthodoxæ mundo ſupprimi ſanctitatem, ut quemadmodum meritorum pluralitate præfulſerat, ſic miraculorum diverſitate clareſceret, & qui eum pleniſſimâ devotione coluerat, jam ſecum in cœleſti palatio collocatus, venerabiliter coleretur. Nam contractis artuum extenſione ſubvenit; curvis, terram fermè tangentibus facie, plenam reſtituit, eorum ſurſum erectis vultibus, ſanitatem; ſtrumoſis beneficium liberationis impendit. Mulierem quandam, cujus brachium aridum & omnino impotens exiſtebat, ab infirmitate hujuſmodi liberavit. D Quidam quoque, cujus velut emortuum pendebat brachium, per ejus Sancti virtutem gratiam curationis obtinuit: compluribus paralytico morbo percuſſis, & aliis, qui diverſis langoribus tenebantur, plenâ redditâ ſoſpitate; cæciſque viſu, ſurdis auditu, claudis greſſu, illius invocato nomine reſtitutis. His & compluribus aliis Sanctus ipſe coruſcavit miraculis glorioſus, quorum ſeriem præſentibus non duximus inſerendam.

Gaudeat itaque domus inclyta Franciæ, quæ Principem genuit, per cujus merita ſublimiter illuſtratur: lætetur devotiſſimæ Franciæ populus, quod tam electum, tam virtuoſum dominum meruit obtinere. Exultent Prælatorum & Cleri præcordia, quod præfatum Regnum tam claris miraculorum ipſius Regis inſigniis propenſius decoratur: Jocundentur & Procerum, Magnatum, Nobilium, & Militum pectora, quod per ſanctiſſima opera dicti Regis, ejuſdem Regni ſtatus honoris multiplicis prærogativa ſuſtollitur, & quaſi Solis radiis eluceſcit.

Cæterùm, quia quos ſuperni Regis clementiâ corona gloriæ in cœlo magnificat, devotè à fidelibus in hac terreſtri patria convenit venerari; Nos de ſanctitate vitæ, ac miraculorum veritate ipſius beatiſſimi *Ludovici* curioſè ac ſolennis inquiſitionis diligentiâ, & diſtricti examinis diſcuſſione præmiſsâ, plenariam certitudinem obtinentes, ipſum de communi Fratrum noſtrorum, & Prælatorum omnium tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium conſilio & aſſenſu, die Dominicâ, tertio Idus Auguſti Sanctorum catalogo duximus aſcribendum.

Ideoque Univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente, vobis per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenùs in craſtino B. Bartholomæi Apoſtoli, cum felix ipſius anima tunc de carnis eruta vinculis, aſtra petens, cœleſtem aulam adiverit æternis gaudiis poritura, feſtum ipſius Sancti devotè ac ſolenniter celebretis, & faciatis per veſtras civitates, & Diœceſes à Chriſti fidelibus veneratione congruâ celebrari; ut ejus intervenientibus precibus, & hîc ab imminentibus poſſitis liberari periculis, & in futuro ſalutis perpetuæ præmium obtinere.

Ut autem ad venerabile Sepulchrum ipſius ferventius & copioſius fidelium confluat multitudo, ac celebrius ejuſdem ſolennitas peragatur; omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui reverenter illùc in eodem feſto annuatim acceſſerint, ejus ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum & quadraginta dies: accedentibus verò annis ſingulis ad prædictum Sepulchrum infra ejuſdem B. Petri Octavas, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum apud Urbem veterem tertio Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno tertio.

Non ſolùm noſtris in Annalibus Tertiariis juſtum eſt recenſere quæ ad Tertium Ordinem ſingulatim & ſeorſim pertinent, verùm etiam multa quæ omnibus Chriſtianis conveniunt, vel in binas priores Franciſci Patrisfamilias proprie quadrant, modo ſint partus mentis Inſtitutoris Seraphici, aut ipſius ſectatorum, vel oracula in eorum gratiam prolata. Philoſophiam Evangelicam aucupamur, quæ non ſapientiam, ſed amorem ſapientiæ pollicetur. Quiſquis hanc exoptat, amando conſequitur. Non eſt operoſus, aut difficilis hic titu-

lus, dummodo verus amor ſit, & vera, quæ ametur ſapientia, Philoſophi veri erimus. Veram ſane ſapientiam nonniſi purgatæ, piæque animæ, vel intelligere poſſunt, vel amare. Ad id ergo res redit quod eſt ſcriptum; pietas eſt ſapientia: verus amor practicus eſt: quicunque ſpiritum pauperis *Franciſci* cupiunt induere, nil aggredi debent niſi ad ejus mentem, ejuſque diſcipulorum ingenium, necnon aliorum, qui ſe Religionis Seraphicæ fautores prebent.

Reſtat ut aliquid breviter dicamus de tribus notatu maxime dignis in Hiſtoria ſancti Regis Francorum Ludovici IX. cujus nunc eſt quæſtio: De Moneta, quam rediens è Palæſtina feriri juſſit; de Pragmatica nempe Sanctione, ut moris eſt apud priſcos & cordatos Auctores, de terna tandem Congregatione Franciſcana pro Sæcularibus inſtituta, quam proculdubio amplexus eſt. De Moneta quidem hæc eſt quam ipſe Ludovicus poſt reditum ſuum à prima expeditione militari contra Chriſti nominis hoſtes infenſiores cudi fecit in Gallia: In una parte, pro effigie videbatur Crux per orbem inciſa, cum inſcriptione nummaria, videlicet *Ludovicus:* in altera, nervus & compedes, ac manicæ ſculptæ cernebantur, quibus in cuſtodia conſtrictus fuerat à Saracenis, cum hac numiſmatis ſubſcriptione, *Civis Turonus.*

Facile mihi perſuadeo hæc omnia contigiſſe, vel ut Chriſtiani in memoriam revocantes Chriſti captivitatem & cruciatus à Judæis inflictos, hiſce *Ludovici* extremis ærumnis, ad Chriſti incenderentur imitationem, cujus patientiam ferventer imitatus eſt; vel ut ipſi Chriſtiani viventes aut poſteri, Galli potiſſimùm, injuriam à præclaro adeò Rege acceptam vindicarent & perſequerentur, uti narrant Villanæus lib. 6. Hiſtor. Florent. c. 37. Menardus in Obſervationibus ad Jonvillæum pag. 338. Pleixeius tomo 2. Hiſtoriæ Franc. in *Ludovico IX.* ad annum 1250.

Addit Menardus adhuc ſupereſſe nonnulla eorum numiſmatum, quæ à ſancti *Ludovici* ævoſupparibus ſtudioſe ſervabantur, tanquam antidota contra febrim. Monetæ iſtiuſmodi ſunt in duplici differentia: quædam ſunt exiguæ notæ, aliæ majoris, & præſtantioris. Teſtatur Pater Arturus Auctor valdè laudandus Martyrologij Franciſcani, aliquas accepiſſe à D. Ludovico *Dauls* Juriſperitiſſimo, & in Præſidiali Curia Melodunenſi Patrono eximiæ probitatis, & plenæ eruditionis.

Aſſerit quoque Arturus, dum ſemel commoraretur in Monaſterio Recollectorum, cujus titulus eſt, *Annunciatio beatæ Mariæ Virginis Deiparæ*, ad ſuburbium Sanmartinum Pariſienſe, atque per hortum deambularet, mente revolviſſe ejuſmodi pietatis S.

A *Ludovici* monumenta, necnon confeſtim ante oculos ſuos obverſatum fuiſſe unum aliquod ex his numiſmatibus, lutoſum & rubigine inquinatum. Meo itaque potitus de- “
ſiderio, inquit Arturus, hos nummos nunc “
uſque ſolerter ac piè ſervandos dignos duxi; “
nec ſpes inanis aut vacua: ego namque vim “
illorum adversùs febrim continuam, qua “
diro modo per viginti duos dies cruciabar, “
expertus ſum anno 1631. in noſtro conventu “
Melodunenſi, à qua tandem ope divinâ, & “
meritis B. Virginis Deiparæ, ac ſancti *Lu-* “
dovici Regis, cujus nummum piè geſtabam, “
liberatus ſum, ut latiùs deſcripſi in libro de “
B pietate Francica erga ſanctiſſimam Virgi- “
nem Deiparam, Dominam noſtram *de Læ-* “
titia, in Picardia. Lutetiæ anno 1637. “

Produco libenter ipſiſſima verba Arturij, tanquam teſtis idonei & locupletis, non ſolum ob Auctorum præcedentium robur, quo fretus eſt, ſed multo amplius ob ſingularem ipſius experientiam. Si nihilominus aliqua reſtaret dubitatio apud incredulos & tardos ad credendum, Boſius, *de Signis Eccleſiæ*, lib. 15. ſigno 68. c. 12. Sedulius in Commentario ad Vitam ſancti *Ludovici* Regis verſus finem: Et Wadingh. tomo 2. Annal. Minorum ad annum 1270. §. 14. nullum eis dubitandi locum relinquunt, imo potius perſuadent ejuſmodi denarios, quædam veluti
C amuleta divina multum valere plures adverſus morbos.

Quod autem attinet ad Pragmaticam Sanctionem, conſtat ſanctum *Ludovicum* illam anno 1268. edidiſſe, tum ad politicum Cleri Gallicani ſtatum conſervandum, tùm ut abuſus, ſi qui eſſent, penitus abraderentur: Pragmatica utique Sanctio lex appellatur à D. Ludovico Gallorum Rege, ac deinde à Carolo VII. lata, quâ beneficiorum collationi in eo Regno pro ejus ævi more proſpiciebatur: Nec ullo modo credendum, tam pium, tamque Catholicum Principem decertare voluiſſe contra Pontificiam auctoritatem, ut parum moderatus, nimiſque præ-
D ceps arbitratur Rex Angliæ, libro ſuo, cui titulus eſt: *Triplici nodo, triplex cuneus.* Sanctus namque *Ludovicus* ſemper à partibus ſtetit Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ. Guillelmus Carnotenſis ejus Capellanus hanc veritatem mirificè probat verbis ſequentibus, quæ leguntur libro de Vita & Miraculis S. *Ludovici*, ab ipſo Guillelmo ſcripto. *Sane quam reverenter & humiliter erga ſacroſanctam Romanam Eccleſiam ſemper ſe habuit, quam devotè & obedienter reſcripta & mandata Apoſtolica conſuetus erat ſuſcipere; quam obedienter & efficaciter, ſicut verus filius obedientia adimplere, norunt illi qui ei familiarius adhærebant. Ipſe enim negotia Matris Eccleſiæ pluſquam propria repu-*

tans, ea totis affectibus promovere curabat.

Summus Pontifex Bonifacius Octavus plane declaravit hanc propoſitionem, diplomate, quo illum inter Cœlites auguſto apparatu, & ſplendido ritu aſſeruit, quodque modo ampliſſimè protulit, necnon ipsâ horâ Canonizationis. Licet iſtæ omnes probationes pleniſſimam certiſſimamque auctoritatem, atque fidem præ ſe ferant, non prætermittendum eſt ipſius Regis ſanctiſſimi teſtamentum, quod legitur apud Gaufridum *de Belloloco* ejus Confeſſarium cap. 13. lib. de vita & converſatione illuſtris adeò Principis. Sic alloquitur filium ſuum Philippum, Regni Galliarum hæredem legitimum. *Sis devotus & obediens Matri noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & ſummo Pontifici tanquam Patri ſpirituali.*

Idem cenſent Cornelius à Lapide Commenrar. in caput ſecundum Epiſtolæ primæ Petri, v. 13.& in cap 31. In fin. Deuter. Wadinghus ad annum 1270. §. 10. Norunt utique antiquitatis indagatores fieri mentionem inter alias ordinationes ſancti Ludovici, de probibitione exactionum Curiæ Romanæ intra Regnum Franciæ, niſi pro rationabili cauſa, & de conſenſu Regis, ac Eccleſiarum Regni, juxta Nicolaum Gillium in Chronico Franciæ, ſub *Ludovico* Nono, quem ſequitur ille vulgò nominatus Gloſſator Pragmaticæ Sanctionis. Ille videlicet Dominus *Guimier* Præſes in Senatu Pariſienſi, qui Gloſſas ſive Adnotationes fecit in Pragmaticam Sanctionem: legatur tractatus de reſervationibus: verb. reſervatio. attamen hic articulus nullo modo continetur intra Pragmaticam Sanctionem, quam Auctores communiter præfato inclyto Regi addicunt. Videre illam poſſunt lectores tomo ſexro Bibliothecæ Sanctorum Patrum editæ Pariſiis anno 1589. & tomo decimo tertio Editionis Colonienſis anno 1614. Ob idque legere etiam non pigeat Plexeium tomo ſecundo Hiſtoriæ Franciæ ſub Ludovico Nono ad annum 1270.. Exiſtimat itaque Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus in Apologia pro reſponſione ad dictum Regem Angliæ cap. 6. articulum iſtum maligno fuiſſe adjectum animo in odium Eccleſiæ Romanæ. Autumant aliqui furtaſſe apponi, ad abuſus (ſi qui eſſent) abolendos. Ita Coeffetellus Epiſcopus Maſſilienſis, auctor bonus & certus, in reſponſo ad eundem Regem Britanniæ majoris.

Ad celebrandas D. *Ludovici* Regis Francorum laudes, non parum confert impenſum ejus ſtudium contra hæreticos. Hocque accedit ad præcipuum honorem quo proſequebatur Sedem Apoſtolicam. Alienos à recta fidei dogmate ita abhorrebat, ut vel leviſſima illorum umbra ipſi eſſet prorſus odioſa & terrifica. Alexander itaque IV. ſummus Pontifex tanti Regis efflagitatu Priorem Provincialem Prædicatorum in Gallia, & Guardianum Minorum Pariſienſium nominavit & inſtituit per univerſum Galliæ Regnum eâ lege, ut hujus extraordinariæ juriſdictionis vi & auctoritate cognitionem exercerent de rebus ad Religionem pertinentibus, & in eos animadverterent, qui de Deo, diviniſque rebus impie ſentiunt. Diploma Pontificium incipit: *Præ cunctis mentis noſtræ*, datumque eſt anno 1255. Idibus Decemb. Pontificatus anno primo, teſte Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad annu. 1255. §. 14.

Guillelmus Carnotenſis firmitatem pariter ac ſinceritatem D. Ludovici planè demonſtrat & elucidat verbis ſequentibus: *Inquiſitores etiam hæreticorum, pro negotio fidei laborantes, quandocumque recurrebant ad ipſum, recipiebat dulciter & benigne, diligenter eos audiens, & celeriter expediens cum omni gratia & favore, poſtpoſitis aliis quantumcumque arduis negotiis; aſſerens negotium fidei debere omnibus aliis anteponi.*

Notatur quoque evidenter hæc prærogativa in bulla Canonizationis, ubi Bonifacius IX. miris præconiis extollit fidem D. Ludovici, qui non ſolum cupiebat eâ virtute decorari eminenter, ſed & ſatagebat omni ſedulitate ipſam ſuis impertire ſubditis, è finibus ſuis expellendo quoſcumque erroribus infectos, ne ſuâ contagione reliqnos inquinarent.

Cum Tertius Ordo noſter Franciſcanus ſummo ducat honori habere D. Ludovicum ſuæ Regulæ ſectatorem, conſultò enititur fauſtam hanc propoſitionem & glorioſam probare, atque validis illnſtrare rationibus, quæ potiſſimùm conſiſtunt in antiquis omnibus Religionis Seraphicæ monumentis. Tres namque Ordines Franciſcani inclytum adeò Principem, velut Patris noſtri alumnum ritu ſingulari concelebrarunt, ſupra quam meminiſſe poſſint ejus ævi mortales: hominum etenim qui vivunt memoriâ antiquior eſt hæc traditio, quâ conſtat Ludovicum IX. Galliæ Regem Tertiæ Regulæ Franciſcanæ verum eſſe profeſſorem & illuſtre ornamentum.

Paulus III. diplomate: *Cum à nobis petitur*, dato anno 1547. pridie Cal. Martij, eundem inter illos recenſet qui Tertiam Congregationem ſuarum virtutum ſplendoribus cohoneſtarunt. Declarat etiam hiſce literis ſummus Pontifex, Fratres Pœnitentes, quorum nomine intelliguntur omnes Tertiæ Regulæ Seraphicæ addicti; illos, inquam, omnes declarat legitimos Franciſci Aſſiſiatis eſſe filios, atque concedit, ut pluribus in ejus feſtivitate gaudeant gratiis & favoribus.

Magnificanda ſanè hæc traditio, quæ firmatur gravium Auctorum ſententiâ & multitndine, jam inde ab Inſtitutore Seraphico ad nos tranſmiſſa, majornm verbis mandata, Patrumque ſermone conſignata.

Ita

Ita loquitur & cenſet Bernardinus de Buſtis parr. 2. Roſarij ſerm 40. concione 27. cui conveniunt optimè firmamentum Trium Ordinum Minorum part. 1. ubi de Illuſtribus Viris ac feminis Trium Ordinum tractatur. Marianus lib. 2. c. 22. Marcus Ulyſſip. part. 1. Chronic. Minorum lib 9. c. 25. Rebolledo ibidem in fine, & part. 2. lib. 1. c. 69. Toſſinianus l. 1. Hiſt. Seraph. ubi de Tertio diſſeritur Ordine; Antonius à Sillis in caput 1. Regulæ Tertiariorum; Miranda in eandem Regulam cap. 19. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis ſancti Franciſci; Sedul. in Commentar. ad Vitam S. Ludovici Regis Francot. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Ordinis, agens de Illuſtribus perſonis hujuſce Inſtituti; Silveſter Marulus l. 4. Hiſtor. ſacræ S. Franciſci Aſſiſienſis; Gabriel à Treio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Epiſt. de opuſc. S. Franciſci, ſub fine; Ignatius le Gault ſerm. 1. de S. Ludovico Rege §. 10. & ſerm. 2. §. 10. Brulius lib. 12. Antiquit. Pariſienſ. pag. 525. Severtius lib. Anti martyrol. Hæreticorum c. 4. ſect. 4. §. 1. num. 7. Generalitar. Joannes de Torres in practicis exhortationibus ſuper Regulam Tertiariorum, loquens de Sanctis hujuſce Inſtituti; Salazar l. 9. Chronic. Provinc. Caſtellæ c. 16. Renatus Benedictus Coronatus c. 19. vitæ S. Elzear. Sanſſayus in Martyrol. Gallic. ad 4. Octob. Corbinus lib. 2. pag. 30. & l. 7. pag. 154. Wadingh. tom. 2. opuſc. S. Franciſci, Annotation. 19. & 20. in Regulam Tertiariorum: item tom. 2. Annal. Minorum ad annum 1254. §. 28.

Magna hæc nubes dignorum fide teſtium manifeſtò convincit adverſarios, quibus denique acriter repugnat Arturus in Martyrologio Franciſcano, die 25. Auguſti, ubi illos citans, & nomine deſignans teſtes, contradicentibus pugnandi facultatem adimit, itaut excedere cogantur prœlio, & arma abjicere, A quid cornicetur aut blatcret in contrarium Joannes Marguezius, de origine Eremitarum Auguſtin. cap 25. §. 4. qui fruſtrà proborum peritorumque opinioni videtur refragari.

Fateor equidem S. noſtrum Ludovicum eò pietatis deveniſſe, tamque fidelem & accuratum præbuiſſe conſenſum gratiæ divinæ, quâ cumulatus erat, ut nulla virtutem amplectendi occaſio offerretur, quam non citò arriperet, quamque non accuratè coleret: nulla inſtitueretur pia ſodalitas, quam non mox iniret, cuique non daret nomen. Ternam tamen Familiam Patris Franciſci Aſſiſiatis Sæculares continentem cæteris prætulit ſodalitiis: B illum ergo peculiariter ac jure potiori ſibi vindicat; de aliis locus eſt dubitandi, cum tunc liceat hic tantum piâ aliquâ conjecturâ augurari: non item eſt de cœtu Tertiariorum Patris Seraphici.

Summorum Pontificum diplomata nunquid ſunt firmæ rationes, luculentæ ac eminentes, quibus obſiſti nequeat? quo argumento ducerentur qui noſtram ſententiam haberent ambiguam, quorumve ſuſpenſis detineretur animus, poſt laudatos magno numero, appellatoſque modò non tenuis aut obſcuræ fidei, vel levis auctoritatis teſtes, ſed graves & ap- C primè idoneos; poſt apertionem Eccleſiæ theſaurorum, poſt extraordinarios auguſtoſque ritus, quibus Sedes Apoſtolica celebrari præcipit diem vigeſimum-quintum Auguſti menſis ſolennitati noſtri Regis Ludovici dicatum, non utique ſolum in Eccleſia univerſa, non ſolum in Galliis, ab eo tempore, quo Ludovicus XIII. obtinnit ritu celebriori, & Officio duplici feſtum ipſius ibidem peragi, ſed potiſſimùm apud Tertiarios Franciſcanos toto orbe terrarum, ubi anniverſariæ D. Ludovici memoriæ conſecratus dies non ſolùm ab operâ immunis traducitur, ſed ſolenni cætimoniâ & auguſtiori pompâ feſtum colitur.

TERTII ORDINIS
SANCTI FRANCISCI
Aſſiſiatis Annales.

PARS TERTIA.

De Viris Illuſtribus, qui Sæculis decimo-quinto, decimo-ſexto, & decimo-ſeptimo claruerunt

VITA SANCTÆ BIRGITTÆ VIDVÆ, Principis Suecæ.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas ejus, mirabiliſque Infantia.

A PARENTIBUS accepit Nobilitatem, & peperit: generi ſuo illuſtri multò magis illuſtrem accerſiit virtutis ſplendorem, nominique regio ſuo incomparabilem adſcivit ſanctitatis claritatem. In lucem editur anno circiter poſt Chriſtum natum 1303. Birgerus ejus pater, Princeps Suecus, avus, proavus, abavus tanto ardore flagrabant in Chriſtum crucifixum, ut causâ colendi & adorandi omnia Crucis myſteria, ſacram Palæſtinæ peregrinationem ferventer obierint, pietatis lacrymas cum Redemptoris ſanguine ubertim mixturi.

Eodem fine Birgerus quemlibet Veneris diem præſertim conſecrabat rigidâ inediâ, cruentis flagellis, Sacramentis etiam Pœni-
„ tentiæ & Euchariſtiæ roborare, aiebat,
„ mentem meam, atque parare cupio contra
„ cunctos hebdomadæ labores.

Birgittæ mater, *Figridis* nomine, filiam

A virtutis perinde ac nobilitatis hæredem fecerat: Figridis pater è Gothicis Regibus oriundus, plurima ædificavit templa, quibus luculentos reditus adjecit, ut Dei laudes piè ac honorificè canerentur.

Figridis è Birgittâ gravida, navigationi ſe committens, tam atroci fœdâque tempeſtate jactatur, ut navigium penè obruatur ac pereat: plures aquis ſuffocantur. Figridis liberatio divinitus contigit: nocte ſequenti, dum dormiret, homo illi apparuit plenus majeſtate, & magnificentiſſimo apparatu ſpectabilis,
B qui illam feliciter liberatam aſſerit propter fœtum, cujus uterum gerit, excitatque vehementer ad diligentem naſcituræ puellæ educationem, unde amplificabitur gloria Dei, & maximè decorabitur regnum Sueciæ.

Naſcente Birgittâ Sacerdos eximiæ ſanctitatis nubem vidit lucidam & igneam, in cujus medio filiam perſpexit excellenti & luculentâ formâ præditam, radiiſque circumfuſam, librum tenentem aureum: auditur illicò

„ vox ſic clamans. Birgerus filiam peperit, „ cujus præclaras dotes univerſus orbis terra- „ rum celebrabit. Matris obitu ſtatim evenien- te, puellæ inſtitutio præſtantiſſimæ matronæ commendatur: elapſo triennio, nequidem ullum verbum Birgitta poterat proferre, unde creditur linguæ uſus expers, derepente nihilominus loqui cœpit.

A tenerioribus unguiculis cultui Chriſti, Virginiſque Mariæ ſedulam navat operam: Septennis, in lectulo Deum orans, oblatam divinitus ſpeciem excepit altaris aurei, lumine circumdati, pariterque conſpexit Dei Genitricem, quæ coronam pretioſam gerens illam vocabat: Birgitta confeſtim genua coram altari flectens, ſe penitus ſubmiſit Reginæ Angelorum, quæ humilem coronans famulam, atque è conſpectu abiens evanuit, electamque Chriſti ſponſam inſolito fervore incaleſcentem reliquit.

Decennis auditâ concione de Chriſti doloribus & morte, vehementiſſime permovetur, atque uberrimos profundit fletus. Nocte ſequenti ſe Chriſtus illi viſum exhibet diris vulneribus ſauciatum, proprioque ſanguine propè immerſum. Birgittæ ſciſcitanti, quinam adeò crudeliter illum percuſſiſſent? Reſpondet, gratiæ contemptores ſuos eſſe tortores, ac ſingulis momentis ſuæ Crucis renovare pœnas & tormenta. Hoc reſponſo in Jeſu Crucifixi figuram, habitumque transmutata eſt. Videbantur aliquando puer Jeſus, ejuſque beata genitrix, & Angeli familiarem conſuetudinem inire cum illa.

Dum annum agens ætatis duodecimum, Phrygionium opus exercebat, ejus amita veſtem etiam acu Phrygiâ cum eâ pingentem conſpexit Virginem præcellenti pulchritudi- „ ne; cujus nomen à Birgitta quæſivit. Licet „ nemo mihi ſit præſto, ait puella ſummâ „ prudentiâ, incredibili tamen gaudio afficit: amita deinde opificium exquiſitâ arte elaboratum inter ſacra lipſana recondidit.

Sapiens & benevola tutrix quadam nocte ſecreto intrans in cubiculum piæ pupillæ, invenit illam humi procumbentem, & flentem acerbè: timens ne temerè & præcipiti animo agat, virgis illam percutit, quæ citò confringuntur ac ſi vitreæ eſſent: Amitæ hujuſce eventus indaganti rationem, Birgitta reſpondet nullam aliam eſſe quam invocationem nominis Jeſu, ad quem ſemper cum fiducia recurrit, quotieſcunque aliquâ adverſitate agitatur. Ad illum præſertim confugit, Dæmone terribilis monſtri formam induente, ut illi timorem incutiat. Ille tamen ſpiritus malignus cum ignominia & dedecore diſceſſit, victum ſe declarans ferventi cultu, quem puella Crucifixo adhibet.

Nulla erit tam ſurda poſteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cœlum debitis lau-

A dibus ferat Birgittam, cujus ſapientiæ fuit exiſtimare, omnem amplitudinem, & dignitatem, non in regiorum majorum ſplendore, ſed in mundi contemptu, & Jeſu crucifixi præcipuo cultu eſſe poſitam; hoc unum ſpectans à pueritia indeſinenter ſibi ipſi bellum indixit, nec unquam naturæ indulſit.

CAPUT II.

Ejus ſanctitas in matrimonio.

BIRGERO patri ſuo omnem operam & auctoritatem adhibenti, ut ma- B trimonio illigaretur, obtemperavit ſolo divinæ voluntatis intuitu. *Vlpho* nomen erat ſponſi, Nericiæ Principis, ætate quidem juvenis, ſed præclariſſimis animi corporiſque dotibus ornati. Apparatu planè regio celebratis nuptiis, per annum integrum vitam egerunt Angelicam: jure conjugij penitus abſtinentes, Deum continuò precabantur, ut ſi foret eos perpetuam ſervare continentiam, aut ſi vellet ab iis partum edi, liberos ſuſciperent, qui omnia gererent ex rationis inſtituto, & divinarum præſcripto legum.

Ab eo tempore Tertium Ordinem Franciſcanum amplectuntur, in matrimonio viventes, ut moris eſt in Monaſteriis omninò ad Religioſæ diſciplinæ amuſſim directis. Quatuor C habuerunt filios, Carolum, Birgerum, Benedictum, & Gudmarum; quatuor etiam filias, Meritam, Catharinam, Indeburgam, & Lucilam. Uxor admirationi ſummæ eſt marito, in nuda decumbens tabula, majoremque noctis partem inſumens in oratione, ex qua perinde ac ex aſperitate vitæ & afflictatione corporis effloreſcit caſtimonia.

Quandoquidem in puerperiis & prægnationibus manifeſtum vitæ ſubibat periculum venerabilis Domina illi præſto erat, quam exiſtimant Scriptores ſacratam fuiſſe Virginem: piis ſermonibus Birgittam conſolabatur, in enixu, illiuſque manum blandè tenebat: exeunte deinde Regina Angelorum è cubiculo, puerpera feliciter fœtum emittebat.

D Omnes ejus liberi curâ & documentis maternis in Angelos evadebant, meditatione, jejuniis, peregrinationibus ſanctis, Sacramentorum frequentatione, eleemoſynis, ſedulâ tandem beatæ matris imitatione. Eorumdem alteri indictivam inediam vigiliæ feſti Præcurſoris Domini non ſervante, tanto dolore affecta eſt Birgitta, ut Joannes ipſe ad ejus animum à mœrore afflictum accurrerit erigendum, protectionem ſuam pollicitus contra adverſa imminentia.

Confeſſionis Sacramento frequenter mentem perpurgabat; plerumque ſe recipiebat in comprecationis cellam, ibi penitus in divinam

intrans familiaritatem. Abſente marito auſteritates, & ſacros Pœnitentiæ cruciatus augebat, aſperum induens cilicium, longiuſque vacans contemplationi: exercitia Magdalenæ & Marthæ apprimè conjungens, in noſocomia ſe conferebat, egenos & ægrotos ſublevandi gratiâ; unde vulgò pauperum ſolatij præclaram ſortita eſt denominationem.

Sponſus & ſponſa divino afflatu conſilium ineunt ſacram Jacobi Apoſtoli peregrinationem obeundi, unà cum octo liberis. Dum redeunt Ulpho in graviſſimum incidens morbum, extremâ Sacramentorum expiatione defungitur. Birgitta interim nullum officij genus aut ſtudij erga illum prætermittit, Deum vehementer compellens ad ſanitatis reſtitutio- B nem: apparens illi Dionyſius Areopagita evertus omnes futuros prædicit, in quorum teſtimonium & fidem certò promittit Ulphonem priſtinam recuperaturum fore valetudinem.

Ulpho igitur prorſus convaleſcens revertitur in ſuum domicilium cum univerſa familia, & divino incenſus amore, de conſenſu uxoris in Ciſtercienſis Ordinis Conventu ad religioſiſſimam ſanctitatis normam vitam exigit.

CAPUT III.

Birgittæ virtutes tempore viduitatis.

Parum eſt illi ambulare per rigidæ virtutis ſemitam, poſt obitum ſponſi, nubibus communis pietatis ſupervolat, imo volatu celerrimo cœlum pertingit: *in odorem unguentorum cœleſtium currit*, Cant. 1. experitur jam divinæ bonitatis ubera *meliora eſſe vino, fragrantia unguentis optimis*, quibus diſcit non ſolùm guſtatu, dulcem eſſe Deum, ſed etiam olfactu; hoc eſt, non ſolùm piorum hominum deſideria dulcedine afficere, ſed ad eorumdem etiam mentes influere cum voluptate. Non enim ſolùm, cum amatur, delectat mentem Birgittæ, ſed etiam, cum intelligitur, voluptate illam afficit, dum videlicet ex omni natura fluentes ſuæ Divinitatis ſpecies illi odorandas objicit.

Odor namque, ut in iis rebus quibus propriè ineſt, ſic ad divina translatus, non naturam ipſam Dei ſignificat, ſed illuſtria ejus naturæ ſigna, ſive in naturis rerum expreſſa, ſive extantia in ſacris litteris: attamen quamvis Dei natura odor non ſit, tamen iſto odore teſtatur Deus ſe non procul abeſſe à nobis. Hac Dei præſentiâ delectabiliter commovetur, & luculenter exhilaratur Birgitta, quanto magis intimo ſancti Spiritus illapſu, qui illam novis & ſublimioribus in dies cumulat prærogativis.

Eodem momento quo liberi ſui juris ac tutelæ fiunt, rerumque ſuarum adminiſtratio- A nem juxta leges poſſunt capeſſere, adeò prudenter & juſte illas partitur, ut hæredum expectationi cumulatiſſimè ſatisfaciens, illos ab opibus reddat paratiſſimos ad fovendam honorificè familiam, & ſuæ dignitatem originis ſplendidè ſuſtinendam, unde perfecta oritur inter eos concordia.

Deus Birgittam muniis eminentibus ad ſalutem animarum deſtinans, Atrebati miniſterio ſancti Dionyſij hoc ipſi concilium revelat; mentemque injicit, ut ſciat quid de ipſa futurum ſit. Dum igitur aliquando ſopitis ſenſibus abripitur tota in Deum, blanda hæc verba audit: *Sponſa deinceps mea eris amantiſſima*: Fluctuans tamen & dubitans an mendax ſit & fallax viſum, ſic eadem voce confirmatur: *Cœli & terræ conditor te alloquitur; plurimi viam ſanctitatis inibunt tuo interventu: mirabiles veritates, quas tibi patefaciam, Doctori Mathiæ Confeſſario tuo declarabit: apprimè pollens diſcretione ſpirituum facile diſtinguet, quæ à me, aut aliunde veniunt.* Licet Birgitta eminenter & divinitus illuſtretur, nullum tamen aggreditur opus, de quo non prius conſulat divinum Oraculum, cujus reſponſa moderatori ſuæ conſcientiæ manifeſtat, ut fraudes & laqueos evitet.

Chriſtus poſteà præcipit illi ore proprio, ut novam Congregationem inſtituat, ſub titulo Ordinis *Salvatoris Ieſu*: conſilium exquirit Patris Mathiæ, qui Deum ſic velle decernit. C Indè conſtat Tertiam ſancti Franciſci Regulam præſtantiſſimam eſſe, cum non ſolum qui eam profitentur, ex illa ingentem gratiarum copiam depromant, verùm etiam plures aliæ Societates, quibus initium dedit.

Sancta Coleta collapſam Religioſæ familiæ Franciſcanæ diſciplinam in integram reſtituit hoc progreſſu: non ſolùm antiqui Ordines eodem modo ad priorem formam revocati ſunt, ſed etiam multi ſunt inſtituti de integro. Eremitæ ſancti Hieronymi in Italia & Hiſpania, originem ducunt à beato Carolo *de Monte-granello*, Galterio Marſo, aliiſque Tertiariis beati Thomaſcij diſcipulis. Quod ad D Fratres attinet, vulgò à Gallis nominatos *Billetenſes*, nemo poteſt abnuere ex hoc fonte oriundos eſſe.

Birgitta gnavam dans operam Inſtitutioni de qua loquimur, moleſtas perpeſſa eſt contradictiones: Principes & Magnates Sueci, quamvis affinitate, aut conſanguinitate proximi, fortiter obſtiterunt, nec tamen deſtitit à propoſito, cui tandem, favente Deo, colophonem auſpicatò adjecit. Statim Conventum Monialium erigit, quibus ſuam impertivit mentem, regulaſque præſcripſit cœlitus ſibi revelatas.

Ubi primùm à mundo receſſit in clauſtrum, accuratius quam anteà virtuti ſtudet & contemplationi, corpuſque ſuum durius tractat,

atque acrius naturæ impetum frangit. Per triginta annos, ab omnibus palati, aliorumque ſenſuum deliciis prorſus abhorruit: de nocte & die ſetis aſperâ ſubuculâ utebatur, quam nunquam deponebat: nudam habebat humum pro lecto: ſi lacrum aliquando & hiſpidum adhibebat tapetem, non ut mollius quieſcat id facit, ſed ut minus appareat auſtera.

Nullo frigore etiam ſæviente, & vehementer algente adduci unquam poterat, ut magis „ operiretur. Nil patior, aiebat, quia flam- „ mâ divini amoris penitus exardeſco. Ita frequenter terram oſculabatur, & ad genua procumbebat, ut mirarentur omnes tantum in delicata Principe vigorem. Quolibet die Veneris, effervescente cerâ, & guttatim cadente, carnem dirè vexabat; ſi interdum coaleſcerent vulnera, ſequenti recrudeſcebant hebdomadâ acerbius, dum illa ſuis unguibus refricaret, ut altius extillaret ceram bullientem: eodem prætereà die mandebat abſinthium, ut veniret in partem amaritudinis aceti & fellis, quæ Chriſto in Cruce miniſtrata ſunt pro potu.

Mentis munditiâ & nitore præcellebat. Gerexinus Ordinis Ciſtercienſis, & Conventus Alvaſtrini Religioſus eximiâ florebat ſanctitate; oculis corporeis Jeſum in ſacra hoſtia videbat: exactis quadraginta annis in ſtricta ſolitudine, Deo plurimùm erat gratioſus; nec unquam meditari incipiebat, quin illicò Angelorum lætificaretur viſione: ſciens Birgittam Ulphonis olim in ſuo Monaſterio ſolennia vota profeſſi uxorem, brevi conſtructuram in loco vicino Conventum, ubi habitaret unà cum cæteris Sororibus, offenſionem animo concepit, falsò perſuaſus viciniam iſtam fore ſuis Fratribus pernicioſam.

Omni aſſeveratione declarans, potius velle millies mori, quam huicce Inſtitutioni conſentire, ſomno corripitur, videtque dormiens feminam in ſublime ſublatam, & lumine circumfuſam, quæ ex ore torrentem aquæ vivæ effundit, verbis his diſtinctè & „ cœlitus prolatis. Mulier iſta ſedem ponit „ in monte tuo, ut fluvium ſapientiæ per uni- „ verſum orbem diffundat; in cujus fidem „ tibi diem tui obitus patefaciet, & ex ejus „ colloquiis maximam percipies conſolationem. Deinde ſermones cupiens cum Birgitta conferre, magiſtrâ experientiâ cognoſcit illam plurima divinitus edoctam fuiſſe, ac divinâ illuſtratam luce, ineffabilia penetraſſe arcana.

CAPUT IV.

Iter ejus Romanum, totiuſque Eccleſiæ approbatio.

BIRGITTÆ ſolitudinis biennio manifeſtantur miranda oracula, præcipitque Deus, quæ divinus illi Spiritus ſuggereret ſcribere ad ſummum Pontificem, ad Eccleſiæ Prælatos, ad Monaſteriorum Superiores, ad Imperatores, Reges, Principes. Mox exhortatur ut iram Dei imminentem mitigent, mox objurgat illos de morum prolapſione, ſemper honorem præfata, ſervatiſque prudentiâ & humilitate, nil aliud intendens, præter Eccleſiæ ſplendorem & emendationem Chriſtianorum. Gregorium XI. tunc Avenioni reſidentem ardenter compulit ad repetendum Romæ priſcum domicilium, & ita factum eſt.

Zelus domus Dei moleſtiſſimas illi ſuſcitavit controverſias, quas egregiâ patientiâ toleravit. Eximius quidam Dei famulus acerrimè invehitur in Birgittæ divinos favores & ſupernos illapſus, quos ſuis ponderibus non examinaverat, cui Deus in ſomno ignis ſpeciem exhibet è cœlo deſcendentem in Birgittæ cor: inane metuens videre ſpectrum excuſcitatur, nec aliud eſſe exiſtimat, quam merum ſomnium: iterum quieti ſe tradens Birgittam conſpicit, quaſi flumen rapidos, torrentis more, volventem ignes, eodemque „ momento vocem audit clamantem: Ego „ ſum Deus omnipotens, & mundi Dominus: „ hoc incendio univerſum orbem volo defla- „ grare, quis voluntati meæ reſiſtere poteſt? In dubium igitur minimè revocans ſublimia Birgittæ chariſmata fusè & apertè illa celebrat.

Divino inſtigante Spiritu Romanam obiit peregrinationem quadrageſimo ſuæ ætatis anno, & à partu Virginis 1346. Luſtratis prius Religionis Chriſtianæ celeberrimis omnium locis, ubi præcipuæ aſſervantur Reliquiæ, in Gallia ſcilicet, Germania, Hiſpania, Italia, ut patet ex diplomate Bonifacij Noni Birgittæ Sanctorum honores cultumque decernentis: Romæ commoratur primùm in Monaſterio Religioſarum ſanctæ Claræ, conſtructo ipſo in loco, ubi S. Laurentius Martyrij palmam adeptus eſt: teſte eodem Pontifice ſacras quotidie ſtationes pedibus viſebat, ut in eis noxarum veniam conſequeretur, licet intenderent ſe calores æſtivi valde oppoſiti climatis Sueci extremis frigoribus.

Frequenti inflexione poplitum indurata eſt genuum pellis, inſtar camelorum; multoties perſonata inter pauperes ad oſtium Eccleſiæ ſancti Laurentij, ſtipem cogebat, deoſculans

humiliter panem porrectum: quotidie ſemel, A illud vel minimùm, Sacerdoti ſua peccata enuncians, vim lacrymarum profundebat: ad ſynaxim accedens ignem cœleſtem ex oculis ejaculabatur. In hoc rerum concurſu plures fide digni jurejurando interpoſito affirmaverunt illam perſpexiſſe in aëra elatam. Ex teſtimonio Confeſſariorum conſtat Birgittam nil unquam aggreſſam fuiſſe abſque obedientiæ præſcripto.

Summus Pontifex addit; nequidem oculos attollere in cœlum audebat *ſine venia Confeſſoris*. Duodecim mendicos menſâ quotidie excipiebat, quibus die Jovis lavabat pedes, & luculentam largiebatur eleemoſynam: fœtore vulnerum putridorum & graveolentium B illecta, currebat in noſocomia velut *in odorem unguentorum*, ut pauperum ægrotantium curationi incumberet: pœnæ ingentes quas patitur, violentæ criminationes, quibus injuſtè opprimitur, illam reperiunt & relinquunt firmam, & plane ſui compotem. Animi fortitudo illam reddit piè crudelem in corpus ſuum, quod novo excruciat rigore, illud colligans duris funibus, ita adſtrictis compluribus nodis, & in ſemetipſos implicatis, ut caro deficeret, & lividâ afficiatur contuſione.

Aliorum ſenſus intimos & mentes introſpiciens, illis ventura certò prænunciat, & „ vaticinatur. Cum plerique eventus ab ea C „ præſignificati ad exitum adducti ſint, meritò „ fides eſt adhibenda viſionibus & arcanis di- „ vinitus illi patefactis, ait adhuc Papa Bonifacius IX. Summi tamen Pontifices, & concilia ſingulas hujus præclaræ quæſtionis partes accuratè excuſſerunt, & diligenter examinarunt antequam illas approbarent.

Initium & progreſſus virtutis noſtræ Birgittæ plane miranda; omnia ſancta & divina, quia omnia Deo plena, cujus præſentia, quaſi oleo effuſo, perfunditur: rectiſſimè Deus *oleum effuſum* Cant. 1. nominatur, quo intelligitur ejus naturæ ſe per omnia diffundentis poteſtas atque vis. Etenim ſi odoris nomen in Deo non tam naturam Dei ſignificat, quam ejus naturæ ſignificationes, & indicia illius D nos admonentia, & non longè à nobis abeſſe ipſum teſtantia, conſequens eſt Deum, qui tot ſigna ſui in omni natura impreſſerit, veriſſimè non odoratum modò, ſed odorem ipſum, atque adeò effuſum odorem appellari. Non enim poſſumus pedem ponere, niſi in aliquo illius veſtigio; quidquid intueamur, quocunque convertamus nos, certatim ex omni parte confluunt, & in oculos noſtros incurrunt variæ ac multiplices Divinitatis ſpecies, quæ nos commovent; & niſi ſimus plane ſtupidi, accendunt amore Dei.

Quantum ex his omnibus Birgitta profecerit meridianâ luce clarius eſt; cum Davide clamabat ſæpenumero: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Nec ſolùm in illuſtribus illis & excelſis naturæ partibus, cœlum dico, & ſtellarum lucentes globos, manifeſtam Divinitatis ſpeciem attendebat, ſed etiam in iis naturis, quæ infimæ omnium, atque deſpectiſſimæ habentur, in terra & in eis quæ in terra continentur, & aluntur, magna bonitatis Dei veſtigia adnotabat cum admiratione & profectu, aſcendendo à rebus creatis ad creatorem, de virtute progrediendo in virtutem, conſummatam denique attingendo perfectionem.

CAPUT V.

Poſt varias peregrinationes diem claudit ultimum Romæ.

A Spiritu ſancto ducta in Siciliam & Regnum Neapolitanum, ad virtutem ſublimiorem ubique ſedulò ſe applicat: rogante Joannâ Reginâ, fortiter exhortatur Siculos & Neapolitanos, immo etiam ipſos aulicos regios, ad pœnitentiam, & pietatis Chriſtianæ ſemitam ineundam. E cœno vitiorum plures induratos peccatores ſuis ſermonibus eruit: Inviſit præſertim & frequenter Monaſteria, cæteris præferens Conventum Clariſſarum à *Sancta Cruce* denominatum, quem fundavit beata Sancia, quem quoque ſuâ præſentiâ, & morte honeſtavit.

Inter alias hujus Cœnobij filias elucebat præcipuè Soror Clara eximiæ ſanctitatis, quæ voluit è manibus ſuis dare Birgittæ ipſa in manus ſacratiſſimæ Virginis capillos à Regina Sancia ſibi depoſitos. Rogat itaque Birgittam ne gravetur ad ipſam accedere: Ad probandam harum veritatem Reliquiarum, declarat ſe è vita citò diſceſſuram. Reverâ, quamvis integrâ tunc eſſet valetudine, lucis uſuram amittit mox ut Birgitta pretioſum adeò tenuit munus.

Optanti prætereà Birgittæ ampliorem auctoritatem, ſe viſam exhibuit Maria Virgo, aſſerens ex ſuo capite capillos iſtos prodiiſſe, eadem certitudine, qua ipſa eſſet Joachimi & Annæ filia. In divino hujuſmodi colloquio plura alia detecta ſunt arcana de ſtatu urbis Neapolitanæ: Jubet Deus Birgittæ ſalutaria præbere monita Archiepiſcopo, Præfecto, & primariis civibus; eodemque juſſu Romam revertitur, ſperans ibi magnâ tranquillitate fato ſe functuram.

Dum tamen contemplando poſteà, alienatæ à corpore mentis patitur abreptionem, peregrinatio Hieroſolymitana illi proponitur

à Chriſto, cui provectæ ætatis, debilitatiſque afferr excuſationem, multa cum humilitate & reverentia: Chriſto autem illi ſe per viam adfuturum promittente, donec Romam redeat, infandos labores terrâ marique exantlaos Hieroſolymam pervenit anno 1372. ubi degens per quatuor menſes & dies quindecim Verbi Incarnati myſteriorum amplam aſſequitur cognitionem, mirabileſque ad virtutem facit progreſſiones.

Chriſtus primùm illam præmonet, quod omnia quæ ipſi patefaciet arcana, ſortirentur ſuos effectus apud poſteros, deinde prænovit & intuita eſt, tanquam cerneret oculis, res futuras Regnis Chriſtianis, præſertim Cypro, & flagellum Græcis impendens propter ſeparationem ab Eccleſia Romana. Certa quoque fuit de morte filij ſui Caroli, quæ contigit Neapoli, dum artem bellicam profiteretur.

A matre accepit hancce formulam quolibet die multoties ſalutandi Reginam Angelorum. ***Gaudeo maxime, Virgo ſacrata, quod non ſolùm famula ſis, Deo valde gratioſa, atque filia, verùm etiam digniſſima ejus mater: Ita mihi ſunt cordi honores, qui tibi exhibentur, ut malim ardores ferre ſempiternos, quam te minus coli, uno momento.***

Piâ ejuſmodi ſalutatione felicitatem æternam obtinuit Dei Genitricis interventu, quæ illam pariter contra Dæmones in extrema luctâ fortiter propugnavit. Cœlitus hæc omnia comperta ſunt Birgittæ, quæ Romam reverſa protinus ſe recepit in Monaſterium ſancti Laurentij, ubi diem ſui obitus prænovit. Acutâ laborans febri & ſtomacho clam manifeſtavit filio Birgero, & Catharinæ filiæ, ſe è vivis exceſſuram intra quinque dies; illis commendans amorem Dei, fugamque peccati, ac profundam humilitatem, veniam petiit quod vitiorum exempla illis præbuerit.

Eodem die Chriſtus, qui Birgittam aſſeveraverat fore geſtaturam ſui Ordinis habitum, antequam moreretur, illi apparet in cubiculo, ad altare ibi erectum, radios vibrans cœleſtes, quibus omninò delinitur: omnem illi ſecuritatem affert, indubitatâ beatitudinis æternæ promiſſione, eam Religioſâ induens tunicâ, ut cum ea vitam mortalem finiat, tanquam Superior Monaſterij Walſenſis.

Mox ut incœpit in lecto decumbere piaculorum ſacrorum ope præſidioque inſtructa eſt, & inſolito fervore exardeſcens flammas divini amoris ore ſuo expromebat in familiaribus colloquiis. Dum celebratur ultima Miſſa in ejus interipri conclavi, Deum precatur ardenter pro liberis & ſororibus Religioſis, quibus largam impertitur benedictionem. Morte appropinquante, profert altâ voce: *In manus tuas, &c.* animam efflans anno 1673 die 23. Julij, atque annum agens ſeptuageſimum. Vulgatâ famâ deceſſus, confluunt univerſi corpus ſacrum debitâ veneratione honeſtandi gratiâ: duoque dies elabuntur ante ſepulturam, dum plura eduntur inſignia miracula.

Mulier quædam Agnes nomine, cujus fauces immodice intumeſcebant ab incunabulis, confeſtim ſanatur, quamprimùm tangat zonam Birgittæ, in ejus feretro conditam. Soror Franciſca Savelliana Coenventus ſancti Laurentij Religioſa profeſſa per totam noctem excubavit prope famulam Dei recenter defunctam, declarans ſe nunquam receſſuram niſi poſtquam è dolore ſtomachi curationem non admittente, quo laborabat, penitus convaluerit: peritum denique impetravit, priſtinâ poſtridie recuperatâ omni ſanitate.

Magnam inde colligit Birgitta nominis exiſtimationem, quæ nationes remotiſſimas ad venerationem ejus corporis advocat, quod adeò ſtudioſè complectuntur, ut neceſſariò vis & auctoritas adhibitæ ſint ad illud è manibus populorum eripiendum, & in monumento marmoreo collocandum intra limites Eccleſiæ ſancti Laurentij.

Paucis poſt diebus, aperto ſepulchro, oſſa videntur pulchra, nitida, & ab omni ſorde munda, cæteris partibus in cinerem illicò redactis: Mirantur omnes ſpectatores, præſertim Catharina ejus filia, ad cujus votum anno ſequenti harum tranſlatio Reliquiarum fit in Sueciam: Gloria Birgittæ manifeſtata fuit inſignibus miraculis, & oraculis cœleſtibus juxta ſanctum Antoninum. Viſus cæcis reſtituitur, ſurdis auditus, mutis loquela, integra valetudo variis ægrotis: decem mortuos à morte ad vitam revocat: quocirca permotus Papa Bonifacius IX. illam in Sanctorum numerum adſcripſit. Conſignavit autem Birgitta ſcriptis luculentum tomum de mirabilibus arcanis cœlitus ipſi demonſtratis, quem egregij Doctores, Eminentiſſimi Cardinales, ſummique Pontifices auctoritate ſuâ corroborarunt, tanquam verum, Eccleſiæ utilem, & à divino Spiritu ſuggeſtum.

De ea præſertim loquuntur S. Antoninus, Molanus, Marcus Ulyſſip. Gonzaga, Genebrardus, Galterius, Wadingh. anno 1318. §. 10. 1391. § 6.

VITA
B. CAROLI QUARTI
IMPERATORIS OCCIDENTIS,
Bohemiæ Rex;
ET BEATÆ ELIZABETHÆ,
Imperatricis, ejus Sponſæ.

CAPUT PRIMUM.

A juventute mirabiliter ſe geſſit ad ſui patris exemplum.

CAROLUS patrem habuit Joannem Bohemiæ Regem, interritum periculis virum, infractum malis, invictum adverſis, calamitatibus inexpugnabilem, qui magnitudinem animi præſertim in regno Galliarum oſtendit. Dum enim Eduardus III. Angliæ Rex firmum & valentem conflat exercitum, atque in Galliam tranſit, cum illo Philippus Valeſius prœlium commiſit Creſſiaci, in Pontivio tractu Picardiæ, inter Abbavillam & Hedinum, medio Carolo noſtro, jam in Romanorum Regem electo, Velitum aciem ducente.

Pater ejus licet oculis captus, & confectus ſenio, manum etiam conferere voluit, & collato pede prœliari: ſe conduci juſſit in locum ubi pugna acrior eſſet atque atrocior, ex adverſa nempe hoſtium Regis parte: ne ullus ſuorum equitum recederet, alligari imperavit ſimul equeſtris ſui agminis frena omnia, cujus frontem ipſe occupabat, ut primus gladium diſtringeret: calcaribus equum adurgens ſuam turmam in militum Princip s Walliani globum per vim abduxit, ubi poſt eximia belli facinora, Gallis prœlio utentibus infelici Joannes Rex Bohemiæ generosè occubuit cum ſuis equitibus, qui ab invicem non deflexerunt ob præfatum ſtratagema.

Carolus mille ſagittariorum duxerat manum, triumque aliorum millium bellatorum cuneum, qui nec ſat obſequentes mandatis ejus, nec ullo modo illius imitantes generoſitatem, terga verterunt in primo congreſſu, unde ipſe ductor multoties de ſalute periclitatus eſt. Mirabantur omnes in hac Gallorum exercitus diſſipatione Caroli fortitudinem & prudentiam, qui contra fortunam virtute paratus & armatus ſe geſſit ut miles manipularis intrepidus, vel ut Imperator omnibus numeris abſolutus: abſque tamen Dei ſingulari protectione non evaſiſſet. Corpus patris ſui jacens inter cadavera militum, qui in illius comitatu fuerant interfecti, Luxemburgum devehi curavit, in Eccleſiam Religioſorum ſancti Franciſci, ubi ſepultus fuit ſolenni & auguſto apparatu.

Carolo multùm profuit cùm proſapiæ celſitudo, tùm educationis felicitas. Septennis in regiam Gallorum aulam ſe confert anno 1323. regnante Carolo IV. quem nominamus *Pulchrum*: Carolus ipſe Quartus Galliæ Rex eodem tempore matrimonio copulatur cum Maria Bohema beati *Caroli* ſorore, qui Carolo Pulchro tantopere in deliciis eſt, ut illi in ſacramento Confirmationis *Caroli* nomen imponat, nolens eum appellari Wenceſlaum, ſicut vocatus fuerat à patre luſtrali, qui illum de ſacro fonte ſuſcepit.

Studiosè & attentè *Carolum Bohemum* educat Carolus Rex Galliarum, qui illum optimis moribus inſtituendum commendat ſupremo regiarum largitionum in Gallia Præfecto. *Carolus* noſter ab eo tempore incipit quotidie ſacratæ Virginis Officium recitare, ad Sacrmenta frequenter accedere, mirabilemque ſemper & ubique exhibere modeſtiam.

De ſua agendi ratione Epiſtolam poſteritati reliquit divino inſtinctu ſcriptam, ad ſuos liberos ſalutaribus documentis imbuendos, dicendi concinnitate & efficaciâ facilè omnes vincit; ita creber eſt rerum frequentiâ, ut

verborum

verborum propè numerum, ſententiarum numero conſequatur; ita porro verbis aptus & preſſus, ut neſcias utrum res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur. Opus hoc cœleſti pollet energiâ, ad Dei cultum promovendum, & virtutes inſtaurandas.

Narrat ſe viſionem excepiſſe, cum ex Ephebis vix dum excedens Regem Boemiæ patrem ſuum comitaretur, qui à partibus Delphini Viennenſis ſtabat contra Amedæum Sabaudiæ Comitem: Dormiens noctu exiſtimabat ſe Angelum videre, qui ipſum capillis abripiebat in longinquas & ignotas regiones, ubi obſidendo propugnaculo caſtra locabantur, Angeluſque Domini ſumnium exercitus ducem gladio igneo exterminabat. Deum juſtè iratum, in profundas Delphini Viennenſis libidines eſſe judicavit, qui ſic illum puniret.

Carolus hoc perrerritus ſpectaculo, habitâque ratione nefarij hujus Principis conſcientiæ, quæſivit, an non liceret ei, per otium, „ culpas ſuſceptis pœnis expiare? Maximè, „ reſpondet Angelus, duos vel tres dies eo „ fine illi Deus conceſſit. Cum diluxiſſet clarius, à nobili regio cubiculario exuſcitatus, monituſque ut conſcenderet equum, ſeque in viam daret, declaravit Delphinum Viennenſem fato fuiſſe functum: petentibus verò unde hoc ſciret, quid ſibi in ſomno contigerit expoſuit; cui plures fidem initio non adhibentes, crediderunt tandem compertâ morte Delphini, qui jaculo percuſſus in oppugnatione arcis munitionibus validæ, tres intra dies lucis uſuram amiſerat ultimis expiatus Sacramentis.

Urbium quas expugnavit Rex Boemiæ in Italia, beatus Carolus fuit gubernator, annos tantum natus quindecim. Joannes XXII. libenter aſſentitus eſt huic inſtitutioni, pro meritis patris perinde ac filij, qui ætatem virtutibus exuperans, magnam ſui expectationem concitabat: & ob pietatis ſplendorem plurimos rapiebat in invidiam.

Azonius Vicecomes Mediolanenſis Ticinum miſit peſſimum hominem, qui fictâ loquelæ impotentiâ in culinam ſe introduxit ſimulatione calonis coquinarij vilem exercendi famulatum; omnes cibos ipſo die Paſchatis veneno infecit: Principe interim longius in Eccleſia commorante, plures miniſtri incœperant manducare, quorum alii cordolio laboraverunt, alii perierunt omninò. *Carolus* ſui palatij tumultum & perturbationem cognoſcens, veſcitur alibi, & ſuper menſam inter epulas cum cæteris famulis, ignoto quodam homine ingrediente, ſciſcitanti confeſtim Principi nomen ejus, reſponderunt omnes, „ mutum eſſe aulæ regiæ: Prehenſus teneatur, ait *Carolus*, & detur in quæſtionem: tormentis coactus loquitur, & confitetur diſtinctè ſe reum eſſe tam execrandi veneficij, Azoni Mediolanenſis Vicecomitis nefariâ ſuaſione.

In ejus exitium conſpirationem conflarunt Veronenſes, Piſani, Parmenſes, Rhegienſes, clandeſtino conſilio ſcelerati cujuſdam Marſilij *de Rubeis*. Fautores hujuſce deteſtandi fœderis in concepta verba ſocietatis ſtatuentes per omnia adjurare, Miſſam celebrari curaverunt in ſacello remoto Diœceſis Rhegienſis, ubi poſt ſacratiſſimæ Hoſtiæ elevationem denſus adeò vapor exurgit, ut ſe invicem perſpicere nequeant; quo diſſipato & evaneſcente vidit unuſquiſque adorandam Hoſtiam ad Marſilij pedes, unde omnes unanimi conſenſu nefandum propoſitum apertè abominati ſunt, tanquam à Deo reprobatum.

Sacerdos acriter dolens ſe tam ſceleſtæ conſpirationi adhæſiſſe, ad pedes Epiſcopi Rhegienſis provolvitur, ut ſceleris veniam obtineat, qui pœnitentem Cardinali Oſtienſi, legato tunc Longobardiæ, & Bononiæ degenti, remittit. Ambo Prælati beatum *Carolum* monuerunt ut ſibi ſagaciter caveret à perfidioſis iſtis facinoribus. Æquus & benignus Princeps tam prudenti & benevolâ diſſimulatione texit quæ reſciverat, ut primarij conjurationis auctores deinceps facti ſint illius addictiſſimi ſervi: non credebant ſe inter perfidos annumerari: ideoque ut innocentes æſtimarentur, declarabant nullâ poſſe frui quiete, ſi quod accidit Marſilio, ipſis contigiſſet.

Bartholomæus Piſanus Conformit. 8. Marian. Florenti. apud Vvadingh. 1378. §. 11. Gonzag. in Provinc. Flandr. Convent. 17. Vvadingh. 1346. §. 12.

CAPUT II.

Virtutes ejus, & in litterarum ſtudium proclivitas.

PIETAS & munificentia noſtri *Caroli* præſertim enituerunt Pragæ & in aliis ſui Regni urbibus, in oppidis etiam & pagis, ubi ampla & magnifica conſtruxit & fundavit Monaſteria. Dum in Italia degeret propè Parmam exædificavit, annuiſque reditibus inſtruxit pro Canonicorum Collegio inſigne Templum, omnibus locupletans illud ornamentis, quæ cogitatione fingi poſſunt. Rationem habuit præcipuam inſtaurandi & amplificandi Eccleſiam Pragenſem, inſtar Metropolitanæ Colonienſis, ad cujus protypum à Sede Apoſtolica Pragæ obtinuit Archiepiſcopatum inſtitui, amplius ditavit Archiepiſcopum, & Capitulum, aurea & argentea vaſa donans plurima, cum illuſtribus & raris privilegiis. Videtur ibi ſacellum dicatum ſancto Wenceſlao, quo pariter cum nullum opus artificij & magnificentiæ laude in contentio-

nem venire poteſt. Parietes valde excelſi, jaſpide & marmore porphyretico operti ita emicant, ut adamantis exquiſiti, & lapillorum gemmearum adæquent ſplendorem.

Auguſtum Carmelitarum Monaſterium, S. Jacobi Eccleſia, & aliæ permultæ, quarum tantum modica veſtigia reliquit hæreticorum furor, æterna ſunt monumenta *Caroli* noſtri Religionis & zeli. Æneas Silvius, qui Sedem Apoſtolicam occupavit paulò poſt ejus regnum, ſub titulo Pij II. libro *De rebus Boemicis*, affirmat Boemiam maximè floruiſſe ſupra cæteras Europæ Provincias, *Carolo* noſtro regnante propter ſplendidorum Conventuum multitudinem, quibus illam decoravit.

Sacerdotale Breviarium quotidie recitabat qualibet veſperâ, antequam decumberet, per Pœnitentiæ ſacramentum animi detergebat maculas; & quoties grave aliquod delictum commiſiſſe arbitrabatur: ad ſacram ſynaxim frequenter accedebat, præviâ diligenti & accuratâ diſpoſitione. Quamvis Rex eſſet electus Romanorum æquè ſuberat patri ſuo Boemiæ Regi ac ſubditorum minimus. Non ſolùm pauperibus largas eleemoſynas ſuppeditabat, aut parabat hoſpitia publica ſuis ſumptibus, & dotabat noſocomia, verùm illos jubebat ſuæ aſſidere menſæ, & quæ ex eorum epulis ſupererant humiliter comedebat, cum gaudio & gratiarum actione.

Archiepiſcopus Pragenſis narrat in ſermone funebri de *Carolo* noſtro in hortum ingreſſo, ubi leproſos invenit, illos quidem expulſos à ſtipatoribus, ſed à Principe confeſtim fuiſſe revocatos, ut apponeretur eis menſa propter ſuam, eadémque miniſtrarentur cibaria & potus ac ſibi ipſi: juſſit quoque ut uno eodemque poculo ac ipſe, & ante ipſum biberent. Mirabilis ſane carnis & ſenſuum vexatio, à qua volentibus aulicis Principem „ abſterrere, Ex eo tempore, aiebat, quo „ Chriſtus declaravit beneficia pauperibus „ collocata, ſibi quoque erogari, ſatis digno „ nequeunt honore affici.

Mors *Carolo* nullum incutiebat terrorem, ſed illum vigilantem reddebat & providum, cum illam appropinquantem ſentiens, antequam remediis corporis uteretur, ſacro, ad ultimam luctam inungi vellet oleo, quo quater munitus eſt. Hiſtorici ſummis laudibus mirantur ejus caſtitatem extollunt, inviolabilemque erga ſponſam fidelitatem, quamvis ab ea ſæpenumero longius abeſſet ob bella ſeu negotia politica.

Ludovico Bavaro Imperatore, gravioris interdictionis fulmine mulctato, & de gradu Imperatorio detruſo à ſummo Pontifice Clemente VI. cujus auctoritatem contumaci facinore conabatur elidere, Electores *Carolum* noſtrum Luxemburgenſem ſuffecerunt Ludovico Bavaro, qui venationi dans operam, ex equo decidit, & interiit ann. 1347. Quamvis Carolus tranquillè & quiete Imperium Occidentis poſſideret, ſuam non maturavit inaugurationem, ne ſuſpicionem Papæ & Italis commoveret: octo poſt annos à ſua electione Mediolanum profectus eſt, atque inde Romam, ubi inauguratus fuit & conſecratus à Cardinalibus, quos nominavit Innocentius VI. tunc temporis extans Avenioni.

Nullam cupiens præbere anſam querimoniæ, confeſtim ſe recipit in Germaniam, ubi Sanctionem edidit vulgò dictam ab ejus nomine *Carolinam*, vel *Bullam auream*, quâ munia, dignitates, titulos, & prærogativas Electorum præſcribit, ritúſque & omnia in electione Imperatoris ſervanda: Comitatum Luxemburgenſem erexit in Ducatum, itidemque Marchionatum Juliacenſem.

Nefas eſt omittere quâ ratione ſe geſſerit erga Kuſtodum Dynaſtem Lituanum, recenter converſum ad Chriſti fidem. Mox ut per ſacram luſtrationem adjunctus fuit Chriſtianis, ubi Henrici nomen accepit, *Carolus* illum Ducem Lituanum inſtituit, cùm lætitiæ declarandæ, tùm alios infideles ad ejus exempli imitationem excitandi causâ: exordio tam fauſto & mirabili, Religio Apoſtolorum illicò in hac provincia magnas agit radices.

Princeps Jagellonus nominatur Uladiſlaus, dum ſe dat initiandum luſtralibus aquis, tantoque fervore à profanis ſuperſtitionibus ad Chriſtiana ſacra tranſit, ut ipſe Chriſti myſteria ſubditis explicet, plures Franciſcanos habens comites citò deſtruxit Idolorum templa, eorum loco ſubſtituens magnificas Eccleſias; lucos & ſilvas, quo Infideles conveniebant, ſuccendit; ſerpentes, quos iſti nefandi homines domi alebant, & venerabantur tanquam Deos Penates & domeſticos, interfecit. Hæc ſunt pia Caroli noſtri opera, cujus miniſterio Deus utitur ad divinæ gloriam Majeſtatis, & ad peccatorum converſionem.

Studuit præſertim noſter Carolus ſanctitati & ornamento Boemiæ, cui certam rectamque agendi rationem præfinivit, maximè ad decus & augmentum Religionis Chriſtianæ. Plurimos acceſſivit eximiæ pietatis, & præcellentis doctrinæ viros, qui populum imbuerent cœleſtibus documentis, laborum illis & diligentiæ ampliſſimum deferens fructum. Omnigenæ diſciplinæ Academiam, & omnium Facultatum Scholam aperuit, & fundavit Pragæ, quam replevit, decoravitque hominibus reconditæ & exquiſitæ literaturæ, ut publicè Scientias docerent. Academicos Pariſienſes jam à longo tempore clarâ celebratos exiſtimatione, & famâ commendatos, id muneris obituros, advocavit, floruitque deinceps potiſſimùm eruditio, numeruſque Scholaſticorum Pragæ mirabiliter crevit.

Impetravit inſuper à ſummo Pontifice Urbano V. diploma Apoſtolicum, ad Generales, Provinciales, & Superiores quorumcunque Ordinum Mendicantium Regni Boemiæ, Carmelitarum ſcilicet, Auguſtinienſium, Fratrum Prædicatorum, & Minorum, quo jubet mitti ab eis Pragam intelligentes, & doctrinâ excultos viros, ut ibi ſcientias profiterentur: egregium hoc conſilium pleniorem effectum habuit anno præcipuè 1366.

Literas adeò peramabat *Carolus*, ut ſæpè aulicis ſtipatus Scholas de condicto adiret, & ſpatio quatuor horarum prælectiones auditurus & dictata; aderat quoque attentus & benevolus Scholaſticorum diſputationibus, objectiones ipſe proponens, vel oppoſitæ reſpondens rationi; nec unquam præmium adjudicare, & perſolvere iis qui palmam reportabant, obliviſcebatur. Monitus à ſuis ſtipa-
,, toribus, tempus eſſe prandendi: *Abeatis*,
,, inquiebat, *ego equidem in ſtudiis ſummè delector, meæ deliciæ ſunt amantiſſimæ.*

Theologiam apprimè callebat; Pſalmos Davidicos & Evangelia expoſuit ea ſoliditate, eoque jucundo ſapore, quem percipiunt Annalium Eccleſiaſticorum Lectores, ubi fragmenta quædam hujuſce materiæ, ac ejuſdem Auctoris inſeruntur: linguæ omnes Europeæ, Gallica, Germanica, Italica, Hiſpanica illi familiares erant & uſitatæ; in primis erat linguæ Latinæ gnarus ac bene peritus, cum elegantia & lepore.

Sed quod præcipuum, conſiderabat eloquium, licet præclarum, ut magnum inſtrumentum vanæ gloriæ; anceps tamen cuſpide geminâ, & docebat, qualiter eo uti quiſque ſciret, plurimum referre. Mira dicebat de ſcientia, & diſerta loquendi facultate: fatebatur eloquium torrens eſſe & rapidum: Haud
,, ineptè, aiebat, quidam ſtulti atque improbi
,, eloquentiam furioſi gladio æquiparant:
,, utrumque enim publicè inermem eſſe expe-
,, dit: ſi eloquium clarum eſt, quid inde?
,, nonne clarus Sol, & clarum incendium?
,, præfulgidum eloquium eſt; nunquid & lu-
,, gubres Cometæ, & infeſti gladij, & hoſti-
,, les galeæ fulgent? Ut fulgor eloquentiæ glo-
,, rioſus ſit, ſanctitate & ſapientiâ temperetur.
,, Copiam eloquij & doctrinæ junctam mode-
,, ſtiæ magnum eſſe aliquid ſupraque commu-
,, nem hominum menſuram non inficior, alio-
,, qui mutum eſſe præſtat. Ex his verbis conjicimus *Carolum* verè & perfectè ſapuiſſe, perfectamque docuiſſe ſapientiam.

Vvadingh. ann. 1386. §. 2. 1387. §. 14.

CAPUT III.

Sanctiſſime moritur.

DISCENS à nunciis, eam ſolam ob rem miſſis, Galliæ & Angliæ Reges ſe ad cruentum accingere bellum, citò Pariſios ſe confert, inter diſcordes pacem conciliaturus, licet dolore articulorum laboret, aliiſque morbis graviſſimis: Intendit quoque voti ſancto Mauro facti fidem liberare. Regnabat tunc in Galliis Carolus V. vulgò *Sapiens* nominatus, ubi præclaræ Imperatoris dotes cunctis admirationi fuere: ſe tranſvehi jubens ſellâ geſtatoriâ propter infirmitates in Monaſterium ſancti Dionyſij, magno fervore venerationem exhibuit pretioſis Reliquiis ibi aſſervatis. Idem geſſit in Eccleſia Metropolitana Pariſienſi: magnificentiſſima munera, quæ Delphino, Franciæ filio primogenito obſtulit, Imperatoris magnificentiam oſtentabant, & quanti exiſtimaret Gallorum Monarchiam, tanto proſequens honore legitimum Regis & proximum ſucceſſorem.

Eundem inſtituit Delphinum in Vicarium Imperij, hancce dignitatem declarans firmam & immutabilem fore per univerſam juvenis Principis vitam, illique plures donans Delphinatus Satrapias, ditionis Imperatoriæ, cum ſolennibus literis ſigillo munitus aureo. Præterea totam Delphinatus Provinciam à fundi clientelaris profeſſione cameræ Imperatoriæ debitâ prorſus vindicavit: *Carolus* noſter ejuſque filius Wenceſlaus Romanorum Rex, qui ſimul iter Galliarum ſuſceperant, jam diſſidentibus incipiebant concordiam afferre, cum de repente Joannâ Borboniâ Regis Gallorum uxore fato functâ 6. die Februarij anno 1378. Pariſiis, in Palatio ſancti Pauli, propter abortum, qui etiam ſubſtulit puellulam recenter & vix natam, pacis propoſitiones irritæ fiunt.

Remeat itaque Imperator in Germaniam inferiorem, ubi nititur denuò controverſiam dirimere, ſed abſque fructu, propter duras viciſſitudines, quæ juſtos *Caroli* conatus reddunt inutiles, ut duplicem adipiſcatur Coronam, quâ non ſolùm Deus labores illius remunerat, ſed inſuper pœnam inutiliter laborandi.

Singulari pietate colebat beatam Virginem Agnetem Primiſlai Ottogari, primi Regis Boemiæ filiam, quæ affinitatem Friderici II. Imperatoris, & Henrici III. Angliæ Regis reſpuens, velum Religioſæ ſumpſerat ſub Regula ſanctæ Claræ anno 1234. Ante & poſt mortem, quæ accidit Pragæ, plurimis claruit miraculis: bis vitam noſtri *Caroli* miraculo conſervavit. A medicis æger depoſitus,

Agnetem invocavit, & amiſſam recuperavit prorſus valetudinem, quæ prius deſperata erat.

Tanti beneficij memor impetrare conatur Agnetis inter Sanctos relationem; ſed inter hæc morbo affectus, qui illum vitâ privavit, hocce negotium, eâ commendatione, quæ poteſt eſſe diligentiſſima, & de meliore nota antequam moreretur, commendavit Wenceſlao Romanorum Regi ſuo filio, qui pluribus aliis graviſſimis rebus implicatus, conſilium à patre ſuſceptum nullo pacto promovit.

Anno denique 1378. beatus *Carolus* cunctis ornatus virtutibus obiit vigeſimo-nono die Novembris, annum agens ſexageſimum tertium, elapſis triginta-duobus annis à ſui Imperij initio. Funeris ſolennitas ſeptemdecim dierum ſpatium tenuit. Depoſitum corpus die duodecimo Decembris in Ecceleſia Fratrum Minorum, ſancto dicata Jacobo, quam defunctus Princeps magnificè conſtruxerat, fuit tandem ſepultum auguſto apparatu in monumento Regum Boemiæ.

Archiepiſcopus Pragenſis funebrem habuit concionem, in Annalibus Eccleſiaſticis celebratam, quâ illum ſanctum & beatum denunciat. Illuſtria plurima patraſſe miracula affirmat, dæmones expuliſſe, donoque prophetiæ fuiſſe præditum, nullo veræ & perfectæ ſanctitatis deficiente argumento aut indicio.

Tres ſuperſtites reliquit liberos, Wenceſlaum, qui octo annis ante patris obitum Rex Romanorum electus, ſed patris virtuti non reſpondens, de poſſeſſione Imperij fuit juſtè deturbatus. Sigiſmundus Moraviæ & Brandeburgi Marchio, ad dignitatem Imperatoris, pro meritis ſuis evectus, concitatam de ſe expectationem ſemper ſuſtinuit præclarè factis, quæ ipſius nomen apud coævos & poſteros inſigniter illuſtrarunt. Diſſidia, quibus Eccleſia vexata eſt per id tempus, valde auxerunt gloriam Sigiſmundi, qui feliciter illa compoſuit, dum Conſtantiæ degens, ſchiſmate magis flagrante, in duos Pſeudopontifices Pontificatu abdicandos fortiter animum adjecit: Illi ſucceſſit Martinus V. prudentiâ & conſilio Sigiſmundi, qui in ſacrum purpuratorum Patrum conclave ingrediens, humiliter procumbit ad pedes novi & legitimi Pontificis, eoſque ſingulari veneratione deoſculatur. Joannes liberorum *Caroli* alter ſanctitatis paternæ ampliſſimus fuit hæres perinde ac nobilitatis.

Elizabetha Caroli ſponſa de ſponſi morte doloris plurimum hauſit, ſic ut omnem jucunditatem penitus amiſerit. Plerique Auctores aſſerunt illam, ad exemplum *Caroli*, nomen dediſſe Tertio Patris Seraphici Ordini, cujus leges ſtrictè obſervavit, & claruiſſe miraculis ante & poſt mortem. Wadinghus inter alios affert argumenta magnopere urgentia, & rem convincentia adversùs eos qui in dubium revocant ingreſſum *Caroli* in Tertiam Congregationem Franciſcanam, varios laudans Scriptores, qui ſic loquuntur.

Annales Pariſienſes l. 5. regnante Carolo V. 1377. Pleixius eodem regnante. Vvadingh. 1378 § 11.

BB. JOANNA REGINA CASTILIANA VIDUA.

E T

ELIZABETHA POLONA, VIDUA, Regina Hungarica.

PERFECTA virtus juncta origini regiæ duplex eſt argumentum, quo fit ut brevitas hiſtoriæ B. *Joannæ* Caſtilianæ, illius elogij ſplendorem non minuat. Sublimiter exaltatur, dum narrant Hiſtorici ſocietatem iniiſſe cum Patre Seraphico, rigidâ Tertiæ Regulæ obſervatione, duplicemque geſtaſſe coronam, Reginæ ſcilicet Caſtilianæ, matrimonio, quo in uxorem commiſſa eſt Henrico II. Caſtiliæ Regi, cui filium peperit ſucceſſorem; Reginæ quoque impotentium animi motuum, per voluntariam & generoſam cohibitionem.

Ex corporis ergaſtulo ſanctiſſimè evolavit, poſt vitam ſanctiſſimam die Maij vigeſimo-ſeptimo, anno 1381. ejuſque corpus devectum fuit Toletum, ubi maritus ejus jam erat terræ mandatus. Pompa ſepulturæ, quamvis ſuperba & ſumptuoſa, adæquari nequit ſplendori quem ex pauperum gemitibus & deſideriis proborum conſecuta eſt illam expetentium. Wadinghus & Arturus de illa celebrem faciunt mentionem, aſſerentes geſtaſſe in vita & in morte ſanctæ Claræ habitum.

BEATA Elizabetha Polona, Regina Hungariæ, inſtar ſanctæ Elizabethæ, Andrææ Secundi Regis Hungariæ filiæ, uxoriſque

Turingiæ Satrapæ, Tertium Ordinem amplexa eſt, plurimumque decoravit ſublimitate virtutum, quæ ortus celſitudini reſpondet. Elizabetha quidem, de qua nunc agitur, patrem habuit Uladiſlaum Poloniæ Regem, & Caſimiri ſucceſſoris erat ſoror.

Carolus cognomine *Martellus*, Caroli II. Siciliæ Regis, & Mariæ Hungaræ filius, in Regem Hungariæ, cujus per matrem erat legitimus hæres, ſolenni pompâ fuit inauguratus & coronatus: ſingulari peritiâ & ſolertiâ Cardinalis ſancti Silveſtri, & ſancti Martini à ſummo Pontifice Clemente V. miſſi in Hungariam legati, hoc factum eſt, qui etiam effecit, ut *Elizabetha*, de qua loquimur, nuptui tradita ſit Carolo Martello.

Præſul iſte in clauſtro licet educatus Franciſcano, ſub titulo *Patris Gentilis de Monte florido*, mox ut dignitatem in Eccleſia, à ſuprema primam obtinuit, maximi momenti & ponderis mandata recepit, & approbè executus eſt.

Inter omnes Reginas & Principes coætaneas elucebat *Elizabetha* Polona charitate, pietate, modeſtiâ, prudentiâ. Non ſolùm pauperes amplis largitionibus ſuſtentabat, & fovebat; verùm etiam illis miniſtrabat, vel in noſocomiis, aut in domiciliis privatis, dum ægrotarent. Sponſus ejus amabat præſertim, & colebat Fratres Minores, quâ in grati animi ſignificationem, ob Regnum Hungariæ, Franciſcanorum operâ obtentum, quâ pietatis optimo ſenſu, illi hæreditario, ſicut ſancto Ludovico Archiepiſcopo Toloſano, & Roberto Siciliæ Regi fratribus germanis. *Elizabetha* autem illius ſponſa univerſæ familiæ Franciſcanæ in ditione Hungarica commoranti ſuppeditabat per totum ferè annum luculenter victum & veſtitum, & quæcunque neceſſaria, vel commoda.

Morte mariti, quæ contigit anno 1342. crevit ejus fervor, qui præſertim enituit, dum amorem à rebus terrenis omnino abſtraxit. Simon de Keza Hiſtoricus Polonus illi præconium tribuit, ex eo quod omnibus ſuæ vitæ momentis virtuti navaverit operam. Bonfinius eam vocat dominarum decus & ornamentum; exemplar ſanctitatis & prudentiæ: Omnes Regni Hungarici Eccleſiæ periſtromatibus bombycinis, veſtiariis aræ cultibus, purificatoriis, Euchariſticis corporalibus, pallis, velis, amictibus, albis, caſulis, ſuperpelliceis, urceolis, calicibus inſtructæ erant, luculentis ſumptibus Elizabethæ, & ſingulari induſtriâ: ſericos enim, alioſve pannos aureos vel argenteos indeſinenter diſtinguebat acu, & variabat, necnon unà cum primariis honorariiſque affeclis diverſa minoris pretij opera, ſed exquiſitâ arte elaborabat ad uſus Eccleſiaſticos.

Conventus Clariſſarum, quem extruxit A Budæ, illuſtriora continet monumenta liberalitatis ejus & magnificentiæ: potiſſimùm ſuum tempus applicabat pietatis exercitiis, ex quibus cœleſtes hauriebat radios, & miram ſagacitatem ad Regni adminiſtrationem, poſt obitum mariti, quoad Princeps Ludovicus ejus filius extitit in minoris ætate. Evangelij documenta cum civili ſcientia ritè conciliabat.

Robertus Siciliæ Rex nuncium volens mundo remittere, Neapolim accerſit Andræam Caroli Martelli Hungariæ Regis, & noſtræ Elizabethæ filium, quem deſtinabat Coronæ Siculæ, per conjugium Joannæ ſuæ nepris. B *Elizabetha* verò peregrinationem cupiens Romanam obire, tranſit Neapoli, ubi maximo gaudio non ſolùm chariſſimum vidit filium, ſed ampliſſimè colloquitur & jucundiſſimè cum beata Regina Sancia, & Comitiſſa Delphina.

Invehentis celebri pompâ *Elizabetha* in urbem Romanam introitus, non minuit, ſed auget in ea virtutis ſtudium: ſecundâ admurmuratione honorificoque plauſu illam Romani omnes ubique & inceſſanter excipiunt; ipſa verò vacat charitatis & humilitatis operibus: Inter feſtas plaudentium & gratulantium voces demiſſa, humilis permanet; attamen zelo domus Dei excelſa, ſtrenua, magnanima, eodem ſemper tenore ſubſiſtens, C divini Spiritus afflatu: quoniam verò ut humilis, quâ pollet mentis perſpicaciâ, æqua ſui æſtimatrix eſt, omnem honorem averſatur, tum quia novit quam ſit exiguum quod ipſa de ſuo confert ad opera virtutis; tum quia timet, ne ex debiti honoris appetitu ad indebitum captandum prolabatur.

Ob oculos habet exemplum Chriſti crucifixi, cujus vultum impreſſum in velo Veronicæ videt & adorat Romæ, vim lacrymarum profundens, audienſque ſuaviſſima hæc verba: *Remittuntur tibi peccata tua*, ſicut referente ejus Confeſſario didicimus.

Neapolim revertitur, ut adſit Andrææ filij, nuruſque Joannæ inaugurationi: ſed petulantia & immoderatio uxoris hujuſmodi, *Elizabetham* longè amandaverunt, antequam huic D initium daretur ſolennitati, quamvis legati Avenionem, diplomatis obtinendi gratiâ miſſi, ubi tunc ſummus Pontifex Clemens V. degebat, ſe ad reditum pararent. Videtur beata hæc femina Princeps prænoviſſe infortunium Andrææ filij ſui, quem infamis & probroſa ejus uxor interfecit.

Elizabetha Barij ſancti Nicolai Reliquias ſummâ veneratione inviſit, ibique ampliſſimas largitiones Eccleſiis & pauperibus erogat: deinde in Hungariam redit, ubi inſigni teſtificatione amoris & obſervantiæ ab univerſis populis excipitur. Vitæ aſperitates, pietatis, & charitatis exercitia novo redintegrat ar-

dore. Intricatis & operoſis negotiis, quæ ei poſt reditum eveniunt, nullo modo involvitur, nec à Dei ſermocinatione intimâ utcunque dimovetur; imo ipſi adhæret contemplatione ferventiori, & virtutum accuratiori ſtudio.

E vivis excedente Caſimiro fratre ſuo Poloniæ Rege, illuc ſe confert Elizabetha: Ludovicus autem ejus filius, jam Rex Hungariæ, regnavit etiam in Polonia, à cujus administratione cum non poſſet Regina mater eximere; mira geſſit ad augmentum Religionis, & rerum politicarum progreſſum. Obiie tandem ſanctiſſimè anno 1381. die 24. Decembris, annos nata magis quam octoginta, ſepultaque fuit Budæ in Monaſterio ſanctæ Claræ. Piſanus, Marianus, Brovius, & Wadinghus, factorum illius enarratione ſcripta ſua meritò arbitrantur illuſtrari.

BEATUS JOANNES EREMITA, Confeſſor.

SICUT ex voluptate, effrenataque licentia faciendi quod turpe eſt impudentia naſcitur, ſic è contrario earumdem actionum iteratione frequenti, vim quandam agendi expeditam ac novam facultatibus impertientium oritur conſuetudo. Id uſu compertum habemus in Vita *Joannis* Eremitæ, quem nec parentum hæreſis aut ruſticitas amoverunt, vel minimùm à perfectionis ſemita, quia citò Chriſtianam amplectens Religionem, in virtute aſſiduam operam ponebat, atque tandem perfectus evaſit: ab incunabulis maximè delectabatur in recitanda & ſæpius repetenda Oratione Dominica; & in eamdem ſententiam libenter concedebant pueri coætanei, quos eo fine convocabat, ut coram, & genibus innixi altâ voce illam proferrent. Sola de cœlo, & illud adipiſcendi modo colloquia *Joanni* arridebant.

Ejus ſanctitatem jam à pueritia inſigni & evidenti miraculo Deus manifeſtavit: ardoribus æſtivis, puteis & fontibus exareſcentibus & exſiccatis, divino afflatus Spiritu, exiguum baculo ſuo deſignavit circulum, è cujus medio, poſtquam invocavit nomen Jeſu, fons uberrimus proſiliit, qui ad noſtram uſque ætatem jucundas fundit & abundantes aquas. Vulgò nominatur *Fons caprarum B. Joannis*, quia capras in eo paternas aquationi adhibebat. A parentibus huic præpoſitus vili miniſterio, illud ſublimitate contemplationis nobilitabat, poſtulans ardenter matris converſionem, quam obtinuit, è tenebris hæreſeos illam eruens, quæ ipſum in hujus vitæ lucem ediderat.

Majori provectus ætate, de genitricis conſenſu curam omnem rerum terrenarum abdicavit, ut ſolis cum Angelis ſocietatem iniret, unique Deo ſerviret. In ſpelunca profunda & obſcura abditus, à matre, quæ ſola hujuſmodi ſolitudinis conſcia erat, herbas decoctas, panem & aquam pro victu accipiebat quotidiano: illa ſummittebantur cibaria abs hiatu ſpeluncæ per funem, cui exile tintinnabulum affixum tinnitu monebat Solitarium de allata annona.

Corpus ſuum æquè vexabat pœnitentiæ exercitiis; ac mentem recreabat ſublimi & continuâ meditatione. Conatur interim Dæmon Joannis animum infringere & perterrere ſpectris horrendis, plagis illum concidit, & diris contundit verberibus, penè relinquens exanimem. Eremitæ conſtantiâ victus infernus, ſimul & vindex conquaſſato tintinnabulo, pudore ſuffuſus, fugam arripit: ſubſtitutum à matre tintinnabulum penitus obterit lapidis violento ictu, ſed Joannes matrem rogat, ut tertium emat pecuniâ præſenti, juſto manuum labore comparatâ; cum enim duo priora ſuffurata eſſet, meritò illa Deus comminui permittit; culpam agnoſcens mulier, viâ rectâ tertium recuperat, quod uſque nunc integrum aſſervatur in Conventu Fratrum Minorum, ubi beati Joannis corpus quieſcit.

Quandiu vixit mater, commoratur Joannes ſemper in caverna: verùm poſt ejus mortem oſtiatim ſtipem cogit modicam, & ſine mora in antrum ſe recipit, ut ſuaviſſimos ſolitudinis fructus delibet. Colloquens aliquoties cum Religioſis excellentibus, novit ſanctum Franciſcum Aſſiſiatem Tertium Ordinem inſtituiſſe, cui confeſtim nomen dedit: ſingulis diebus animi ſordes confeſſione abſtergebat, & ad epulum accedebat Euchariſticum.

Jejunium & oratio arma ipſius erant contra Dæmonem, qui illi ubique laqueos ſtruebat & inſidias: dono lacrymarum præditus, continuò & amarè flebat pro ſuis & aliorum peccatis. Longiori morbo oppreſſus, lucis tandem uſuram amiſit anno 1399. die 22. Aprilis. Corpus ejus ab anima ſejunctum, manſit firmiter genibus innixum in ſpelunca, omneſque campanæ vicinæ Abbatiæ, nemine quatiente ſonitum ediderunt: cunctis mirantibus incolis, conjicitur mors Joannis Eremitæ, qui à multo tempore extra cavernam non comparuerat.

Mittuntur exploratores, qui illum reperiunt procumbentem in genua, manus jungentem, atque in cœlum extollentem oculos, ſeque fortiter abſque fulcro ſuſtinentem: Univerſi Ordines hùc ſtatim confluunt: Clerus Pſalmos & Hymnos concinens celebri ſolennitate venerandum corpus effert in Monaſterium, cujus ære campano mirabiliter reſonante ſignificari videtur ibi ſepeliendum: In eodem deinde loco plurima patrata ſunt miracula, videlicet in urbe, quam vulgò *Maſſaciam* A nominant, & in Piceno, cujus cives *Joannem* noſtrum invocant & colunt ut protectorem.

Celebratur hìc quotannis ſolenniter illius feſtum, die obitus: ſummi Pontifices Martinus V. & Nicolaus V. iſtud cœnobium, pariterque beati *Joannis* Patris Seraphici diſcipuli corpus donaverunt Fratribus Minoribus. Marcus Ulyſſipponenſis, Marianus, Antonius de Sillis, Wadinghus ſuis ſcriptis illius memoriam honorificè perpetuant.

VITA
BEATI THOMÆ,
CONFESSORIS.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas, pietaſque Juventutis

DESTINANS Deus ab æterno virum hunc eximium eminentibus miniſteriis, ad genitricem ejus prægnantem mittit Angelum, qui ipſi denunciaret ſublimem ſanctitatis verticem, quem erat conſecuturus, & quæcumque miracula ab eo patranda. Mater *Bonna* nomine, tituli præſtantiam virtutis perfectione adæquabat, & ſupra cæteros conſanguineos aut affines eminebat, qui primas obtinebant partes in pago, quem communiter nominant *Valmacinaia*, non longè ſito ab urbe Pontificia, vulgo dicta ab Italis *Nuceria*, in Provincia Umbriæ.

Quatuor peperit liberos, duos filios, totidem filias, quos omnes Deo conſecravit, mutuâ eorumdem omnium voluntatum, ſtudiorum & ſententiarum conſenſione, itaut omnes ex accuratiſſima virtutis amuſſi mores direxerint.

Thomas natu major Deo quotidie à matre adhuc gravida offerebatur, fervore in dies creſcente, quo magis enixus appropinquabat. Ob id apparens Bonnæ Angelus illam prædicat & declarat beatam, quod tam præclarum ederet partum, decus futurum Eccleſiæ univerſæ, propter mira arcana divinitus illi patefacienda, & præcellens prophetiæ donum. „ Deus ipſe, ait Angelus, illum de ſacro fon„ te ſuſcipiet, eique ore proprio Thomæ imponet nomen. Bonna poſt hanc certitudinem cœleſti gaudio plena continuas & ferventes Deo agebat gratias, ſancto expectans ardore puerpetium, quod marito expoſuit, eâdem B fermè ratione, quâ Angelus explicaverat.

Pariens igitur Bonna anno 1300. primogenitum, peculiarem habuit rationem ut Angeli declaratio de impoſitione nominis Thomæ ſuum effectum ſortiretur: ab ipſo ortu maximè ſtuduit ejus educationi, ut ingenuo timore Dei repletus, dignus fieret cœleſtibus promiſſis: collatione *Thomas* operæ ac virium ſuarum, ſolertiam, & proborum parentum expectationem ſuperabat: non progreſſu ætatis accedunt illi modeſtia & ſagacitas; ſed jam indeà puero, imperio gerendo, & quibuſcun- C que præclaris virtutibus exercendis maturus erat; nil unquam temerè & inconſideratè fecit, ſed ad omnes res judicij maturitatem & prudentiam ſemper adhibuit.

Nihil illi plus in amore & deliciis erat quam in Eccleſia perſtare coram auguſtiſſimo Sacramento, unde diſcedens, quaſi violenter avulſus videbatur, adeò ſuaviſſimè acquieſcebat in Chriſti amplexibus. *Oſculetur*, inquiebat cum humili fiducia, *me oſculo oris ſui*. Ut nihil eſt *Thomâ* noſtro humilius atque D manſuetius, ita nihil eſt eodem altius atque ſublimius. Etenim quod in Chriſti perſona adoramus & credimus, ineffabili duas conjungi naturas, ſublimem unam, humilem alteram, nempè humanam atque divinam, ejus exempli imaginem video, licet in juvene *Thoma*, qui Chriſto ſuo Capiti virtute & morum imitatione eſt ſimilis.

Eſt enim ſimul & humilis, & excelſus, tùm nativitate, tùm moribus; nativitate quidem

excelſus eſt, quoniam ad Deum ipſum ortus ſui, ejus quo in novam naſcitur vitam, principium & originem refert, quodque ejus originis in ſe habet præſtantiſſima ſemina: Humilis autem & abjectus, quoniam quod attinet ad veteres atque primos parentes genus ducit ab inquinatiſſimis ſordibus: moribus porro & conditione vitæ, propter ſuam modeſtiam, & fragilitatis ſuæ aſſiduam cogitationem & cognitionem eſt humilis.

Itaque modeſtiſſimè de ſe ſentit, nil ſibi arrogat, tribuit ſibi nihil, cedit omnibus, ſeque ſubmittit etiam inimicis, neque eſt aliquod tam abjectum atque vile munus, quod vel ſe indignum putet adoleſcens Thomas, vel aliorum causâ ſalutis libenter non ſubeat; illudque non parum, ſæpe verò & ex animo optat contemni ſe à cæteris, & ſperni, & pro nihilo haberi.

At eodem rurſus nihil eſt majus atque ſublimius: nam neque ſervit voluptatibus, neque cedit doloribus, neque ab alia cupiditate prævia ducitur, neque hominum minas, neque adverſæ fortunæ tela extimeſcit, & quibus rebus ſerviunt mortales cæteri, iis *Thomas* adoleſcens omnibus imperat, tamque alto eſt animo, ut ſuâ præſtantiâ indignum exiſtimet impertire aliquid deſiderij ſui atque cogitationis, niſi rebus cœleſtibus atque divinis.

Itaque immortalitatem, æternas divitias, divinam vitam, congreſſum & convictum cum Deo, & ſemper, & ſola cogitat: ſuavia dilecti Sponſi cum Sponſa Canticorum fidenter petens, à ſe tamen peccatore viliſſimo Chriſtum humiliter cum Petro Apoſtolo vult exire. Præ intimo humilitatis ſenſu declarat ſe non *Thomam* nominandum, ſed *Thomaſſinum* ubique & ſemper diminutionem quærens & demiſſionem.

Quamvis ab utero materno eluceant in noſtro *Thomaſſino* plura ſanctitatis veſtigia, quæ in dies creverint, anno tamen duodecimo ætatis ſuæ novam & omnem in præcavendo ſolertiam & diligentiam adhibuit ad cupiditates coercendas, hoſtilemque Impetum reprimendum: Ferventius Deum rogat & longius, ut qua ratione poſſit perfectior evadere diſcat: ad Crucis pedes procumbit, ut per ſanctos pœnitentiæ cruciatus, & Jeſu patientis meditationem fiat alter crucifixus, voto ſe aſtringens virginitatis, quod ſtrictè uſque ad obitum ſervavit.

Mirum deinceps in modum ad perfectionem gradum acceleravit: non recedens à domicilio paterno, vitam Eremiticam agebat: inediâ & aliis vivendi aſperitatibus ſeipſum macerans: in colles remotas ſecedebat aliquando, ut ſoli Deo quietius adhæreret: ſi interdum rebus vacat terrenis, ut patri obſequatur, mentis non minuitur fervor, imo augetur, quoniam eò purius ad Deum accedit & ardentius, quo generoſius acceſſus hujuſmodi tollit impedimenta.

Parentes eximium adeò mirantes virtutis progreſſum, illi dabant temporis quantum expeteret: mater nihilominus corporeæ debilitatis miſereſcens, paulíſper auſteritatibus obſiſtebat; aſſentiebatur denique filij ferventis poſtulationibus invictis.

CAPUT II.

Regimini ſancti cujuſdam Eremitæ ſe ſubdit, & ab eo Habitum Tertij Ordinis recipit.

SI ducem ſequi naturam volumus, ea in rebus gerendis leges optimas præſcripſit: altius evolat *Thomaſſinus*, qui ſublimiores Evangelij regulas amplectitur: à parentibus licet ejus eminens virtus probetur, vicinis tamen eſt ludibrio, qui illum ignavum & mentis impotem judicant, & avertere conantur ab inuſitato hoc vitæ genere. Libenter patiens intereà famulus Dei, non deſpondet animum, decernenſque à mundo ſeceſſum, fervidis ac longis precibus divinum conſulit oraculum: *Domine*, ait, *quid vis me facere*, Deum ferventer orans pro infenſis perſecutoribus.

Ut certò cognovit ſe divinitus ad ſolitudinem vocari, flexis genibus citò à parentibus impensè benedictionem expoſtulavit. Præ intimo amoris ſenſu ægrè ferunt parentes hoc propoſitum, & ampliorem agendi pollicentur libertatem, ſi cum ipſis velit permanere: cedunt denique obortis uberibus lacrymis, cœleſti vocationi, cui reſiſtere nefas eſt; nec parentum, nec amicorum deſiderio vel leviſſimè commovetur, imo tollit omne ſolatium, nullam ſpem relinquens, eorum mœrorem leniendi mutuis epiſtolis.

Extremum illis dixit vale immenſo perfuſus gaudio, atque vigeſimum-quartum agens ætatis annum, terrificam ſubit ſpeluncam, ad radices montis ſitam, in deſerti medio, ubi Angelos imitatur: ſine intermiſſione orat, cultu victuque in primis aſpero utitur, humum adhibens pro lecto, crudas pro cibo herbas, & ex vicino fonte hauriens potum: cœleſti prorſus delinitus voluptate peroptat quoque ſibi ipſi nuncium remittere, alterius ſe penitus ſubmittens nutui: propterea monitus ab Angelo, Eremitam adit in monte degentem, quem vulgo *Gualdam* nominant, ubi Petri cujuſdam ſolitarij virtutis eximiæ viri tùm conſilia exequendo, tùm facta imitando, vitam exprimit. Fortem & rigidum, ait *Thomaſſinus* Petro, quæro ductorem, qui non " mihi

„ mihi temperet, nec parcat; cæca enim & „ animi mei temeraria dominatrix cupiditas „ freno eget ac moderatione; tuis aliquando „ ſalutaribus monitis & exemplis comprime- „ tur.

Thomaſſinum genibus humiliter innixum Petrus erigi præcipit, qui moderandi & regendi alios nullam ſe habere poteſtatem fatetur, aut capacitatem, cum in hacce præclara ſcientia peregrinus ſit & hoſpes: novum verò & inſtantet urgentem diſcipulum ſuſcepit deniquepræceptis cœleſtibus imbuendum, quoniam à Deo mittitur, Angeli miniſterio, in ſolitarij Præceptoris & maxime periti ſcholam.

In cellula ramulis & virgultis aut cratibus ab Eremitis ambobus ſtatim conſtructâ *Thomaſſinus* domicilium figens, incredibiles in virtute effecit progreſſus, quibus cùm ingenua docilitas, tùm ſingularis & exæſtuans boni ardor multùm conferebant. Licet jam ad eminentem ſanctitatis gradum pervenerit, erga illum tamen Petrus ſe gerit velut erga Novitium & tironem; rectè in omnibus ſe habens, à Magiſtro duriter objurgatur, qui poſtquam à longo tempore congreſſus ſocietatemque hominum fugit, nullo modo comis erat, vel placendi ſtudioſus, ſed ingenij videbatur moroſi & difficilis, eo fine præſertim ut *Thomaſſinum*, quem ad præcelſa chariſmata vocatum noverat, quaſi aurum Lydio explorans lapide, omnino perficeret.

Experimentis inſpectâ alumni conſtantiâ, Pater tandem illum induit habitu Tertij Ordinis Franciſcani, quem ipſe geſtabat. Nova veſtis novum divini amoris parit incendium in corde *Thomaſſini*, qui ad humilitatem, paupertatem, & obedientiam Franciſci Aſſiſiatis totis viribus ſe fingere conatur & accommodare: Petri valde ſeveris objurgationibus nunquam vel leviſſimè obſiſtebat, ſed humiliter tacendo aſſentiebatur, licet omnino innoxius; quo magis ſe oderat, eò jucundius ferebat exprobrationes & dedecora.

Annis viginti-quatuor elapſis, dum probatur Novitius, Magiſter migravit in cœlum, iiſdem ornatus meritis, quæ diſcipulo conciliaverat. Exinde *Thomas* ſolum Dei Spiritum ductorem habuit; egregium quidem, & Angelorum, hominumque captum exuperantem infinitè ductorem, à quo tanquam fonte inexhauſto luminis, cæteri quicunque animarum moderatores conſilia expromunt ad continuas diſcipulorum in virtute progreſſiones

De monte deſcendens *Thomaſſinus* ad ejus radices conſtruxit quingenteſimo paſſu ab urbe Gualdenſi diſtantem Anachoretæ cellam, ſine oſtio aut introitu, ſed cum exigua feneſtra, quâ probi quidam homines illi ſuppeditabant, trium annorum ſpatio, bis per hebdomadam pro victu modicum panis & aquæ: parum ſomni capiebat ſtans, & abſque ullo fulcro præter cellæ parietem.

Neminem alloquebatur, niſi Confeſſarium ſemel tantùm quolibet menſe. Nunquam exuit primam Tertij Ordinis tunicam, nec emundavit, ſed veteri ſemper veſti ſegmenta aſſuebat, ut nuditatem tegeret, æquo an mo ferens ſpurcum genus vermium, quo à contemplatione, & Angelorum ſocietate nullo pacto abducebatur. Infenſus Dæmon plures ſtruxit inſidias, ut illum in morum corruptelam projiceret: Thomas nihilominus divino fretus auxilio ſemper triumphabat: excandeſcens hoſtis humani generis victorem contundebat verberibus, & crudeliter ſauciabat: Denique Thomâ ipſo vulnerato remanente ſemper invicto, erubeſcens recedebat victus aggreſſor.

Poſt tam præclarum triumphum, non minus præcauto credit Thomas ſibi opus eſſe, ante omnia hoc curar, ut ſemper conſtet ſibi: reportatâ victoriâ parat ſe ad aliud, & forſan periculoſum magis prælium, dum ad verbum Dei prædicandum cœlitus mittetur. Sic ergo ratiocinatur ſolus: Si vas electionis Apoſtolus, non attendens quid ante feciſſet, ſed quid agere deberet nequaquam ſe comprehendiſſe arbitrabatur, quid mihi faciendum erit, cui optabile foret ut poſſem in fine meo illius principio comparari? Ardor literarum nullâ ætate extinguitur, divitiarum amor inſatiabilis eſt; expleri neſcit honorum cupido. Res ſinem habituræ, ſine fine quæruntur: divinam verò ſapientiam, ſi vel leviter deguſtaverim, continuò me ſaturum putare nefas eſt. Hoſtium furore nunquam ceſſante, nunquam arma deponenda: cautus providuſque volo ſemper eſſe. "

CAPUT III.

Opus jubetur Apoſtolicum aggredi in Tuſcia.

TIMOR & fuga æquè ſunt effectus gratiæ, ac fortitudo & magnanimitas. Plures Dei famuli nolunt in Eccleſiaſticas dignitates provehi, nec Evangelium prædicare, quamvis ad ejuſmodi miniſteria capeſſenda provocentur: eorum tunc repugnantia, nec ignavia, nec puſillanimitas eſt, ſed humilitas, qua ſe non judicant ad iſta munera præcelſa vocari à Deo, vel ne pereat virtus hacce elevatione.

Nunc ſe viſum exhibet Chriſtus noſtro *Thomaſſino*, qui illum evocat à ſolitudine, ut minas intentet populis Sedi Apoſtolicæ rebellibus, atque prædicet eos rebellionis pœnas graves daturos, niſi pœnitentiâ divinam mitigent iram. Summus tunc Pontifex Avenioni reſidebat, dum Tuſcia præſertim, inter

Provincias Italiæ, contra auctoritatem Apoſtolicam ciebat tumultum. ***Audacter igitur perge***, inquit Chriſtus Thomæ, ***adverſus meos hoſtes: quod ex ignorantia vel eloquentiæ defectu abeſt, mei Spiritus explebo vigore; indueris virtute ex alto.***

Ægrè tamen amoveri patitur è deſerto, quod illi jucunda eſt patria; ſuæque facultatis inopiam excuſat & cauſatur, ne tantum onus ſubeat. Quò plus amat ſolitudinem, plus in ea Deus ſinit oriri ærumnas & difficultates, quæ illam minus amabilem reddant: Laudis Thomaſſini obtrectatores atrocia de illo ad Epiſcopum Nucerienſem deferunt, quod nempe vultu, habituque ementiatur perſonam hominis pij, cum in divina ſit injurioſus, & in ſacra ſceleſtus, nec unquam accedat ad Sacramenta, neque Miſſam, aut divina Officia per contemptum audiat.

Antiſtes jubet illicò Thomam ante Tribunal ſuum adduci: è veſtigio ſcelerati & falſi accuſatores in cellam Anachoretæ irruunt, cujus violenter diruunt feneſtram, coguntque illum comparere: Initio Inferni ſtratagema eſſe arbitrabatur, ad perturbandam meditationis tranquillitatem: imploratâ nihilominus ope cœleſti, adverte nſque exile ædificium ſedibus convelli, tantæ violentiæ rationem poſtulat. Reſpondent impij aggreſſores, ipſum accerſiri ab Epiſcopo, ut perverſæ vitæ rationem afferat. Lubenter obſequor, ait Thomas, & obtempero Pontifici, qui Chriſti Jeſu locum tenet.

Dum ſiſtit ſe coram Epiſcopo, ex oculis ejus ſemper demiſſis ſanctitatis emicant radij, ſui bene compos adſtantibus admirationem movet: criminis falſi delatione & incuſatione publicè perlectis, juſſuſque reſpondere, breviter, & cœleſti vigore diſſipat injuſtos adverſariorum conatus, Paſtore teſtante ſe Thomaſſini confeſſionem quolibet menſe audire. Omnes illum deinceps majori proſequuntur veneratione, atque Epiſcopus precibus ſancti Eremitæ ſe commendans, illum exhortatur ad deſertum repetendum.

Verùm Angelus Domini rurſus loquitur de verbo Dei prædicando in Etruria: Huic mandato non adhuc annuit Thomas, Etruſcorum objiciens flagitia & obſtinationem; mavult tranſire in Syriam: ob idque iter arripit verſus agrum Anconitanum, ut navim mox vela facientem haſce in plagas conſcendat. Non differt Deus correctionem in tempus navigationis, ſed jam nunc in terris, irrogationis pœnæ minas intentat, propter renutum. Humilis Eremita confeſtim veniam petit, & citò ſe executurum divinam promittit voluntatem. Non probat Chriſtus infideles, qui nomen ſuum abominentur, præferri Chriſtianis: Reſpondentem Thomaſſinum, plures eximiæ doctrinæ & pietatis viros fruſtrà laboraſſe in Tuſcia, necnon ſe ſperare Martyrij palmam, modo Turcas adeat, & compellat ad Chriſti fidem. Urget, inquam, vox cœleſtis Thomaſſinum, declarans animarum converſionem Dei digiti eſſe opus, cujus gratiâ proteguntur Miniſtri obedientes.

Cum ingenti illico ſummiſſione poſtulans benedictionem, verſus Etruſcos iter arripit, eo ferventius, quo certior fit ab ipſo Chriſto de Martyrum corona comparanda per longos & duros labores vitam Evangelicam indiviſim comitantes. Quamvis hac certitudine ærumnas videlicet & cruciatus in miniſterio Apoſtolico haudquaquam deeſſe, plurimùm fuerit animatus ad illud obeundum, ſemper tamen pœnituit, quod nimis tardè ſe ad nutum divinum conformaverit.

Thomas lacrymis obortis procumbens ad pedes Chriſti, terramque multoties deoſculatus, quam Redemptor ſuâ præſentiâ conſecraverat, inſignivit ſe ſigno ſanctæ Crucis, verſus Etruriam contendit, Deum laudans, ſiſtenſque gradum paſſim, ut meditationi daret operam, ſive aliis pietatis functionibus.

Chriſtus iterum antequam Picenum relinquat illi ſe viſum exhiber, & laudibus elatâ ejus obedientiâ, præcipit ut verbum Dei annunciet incolis Provinciæ in quam ingreditur. ***Moneantur***, inquit, quod bellum, peſtis, fames ipſis impendent, quæ ingentem depopulationem & vaſtitatem inferent, niſi pœnitentiâ iram Dei placent.

Viſione hac roboratus divinæ legis incipit explicare pro concione myſteria; timens nihilominus ſemper ne tanto deeſſet officio, propter virtutis & ſcientiæ inopiam, in pagis & oppidulis initio concionatur, populis, ut avertant cœleſtes iras, & mores in poſterùm corrigant præcepta inculcat; quorum deplorata eſſet in terris ſalus, iis æternæ vitæ facit ſpem, & ſimul ad ſupremam pugnam arma, contra Dæmonum incurſus ac violentiam, induere valentes, ad officia pietatis & humanitatis hortatur, detrahentes de aliorum fama, ferentes jurgia, diſcordiaſque, vel impia in ſuperos verba jactantes, vel rem aleâ diſſipantes, leni ſimul & gravi oratione compeſcit; plurimam divinæ tum juſtitiæ, tum clementiæ mentionem & recordationem infert; controverſias, rixaſque dirimit, lenit odia, Religionis ignaros ac rudes Chriſtianâ doctrinâ inſtituit, omnibus omni ratione prodeſt: inter hæc ſe ipſe invictum ab omni perturbatione præſtat: cibo potuque utitur parciſſimo, ad miraculum; nec dies modo totos exercetur, ſed etiam noctes; & fatigatus vigiliâ, cadenteſque oculos tamdiu in opere continet, quod ſomno & laſſitudine oppreſſus, ubi ſors ferret, tandem aliquando ſuccumbit.

Præcipuus T*homaſſini* fervor emicat in po-

pulos Eccleſiaſticæ rebelles juriſdictioni, quibus fortiter prædicit ultricem Dei manum imminere, quæ illos profligabit & diſperdet. His percellebantur ſermonibus, quos tamen indurati & obcæcati aſpernabanrut, propter vocem concionatoris tremebundam, falsò perſuaſi non extimeſcendas eſſe minas hominis timentis.

Per menſem integrum timor Prædicatoris, & auditorum pervicacia permanent. Dei tandem Spiritus erexit & inflammavit cor Apoſtoli, qui divino amore exæſtuans validum terrorem incuſſit obſtinatis, affirmans rebellionem contra ſummi Pontificis mandata, vel tunc temporis cito puniendam graviter divinæ juſtitiæ flagellis, vel flamm's æternis graviſſimè apud Inferos caſtgandam.

Prædictionem iſtam voce adeo forti & contentâ pronunciat Thomas, ut vehementer permoveat Etruſcos ad vitæ emendationem, & ad firmam cum Sede Apoſtolica reconciliationem experendam. Finitis concionibus, è veſtigio in ſolitudinem ſe recipit, vel init cum viro probo ejuſdem nationis ſocietatem, majoris inde fervoris hauriendi gratiâ. Incurrir auſpicarò in aliquem unum Tertij Ordinis Franciſcani alumnum Solitarium, cujus familiari colloquio lubens fruitur, mox ur licet per otium. Ab oculis & hominum convictu ambo ſemoti, Angelorum felicitatem ſanctè æmulantur.

Ad Thomaſſini commendationem ſingularem vult Deus omnino hacce in regione aquas exareſcere & exſiccari: etenim reverà fons longè diſtans torridus fit & exhauritur. Ambo tamen Solitarij primo mane ad januam inveniunt quotidie hydriam aquæ frigidæ & limpidæ plenam, diurno uſui ſufficientem: pius Anachoreta incola initio arbitratur, accolam & hoſpitem noctu ſurgere, ut iſtud præberet obſequium, vel à quodam incognito exhiberi in favorem Thomaſſini, qui verbis & factis apud omnes ſui parit admirationem: Perquiſito nihilominus hujus beneficij auctore, nulloque reperto, miraculum eſſe concludit, ad Thomaſſini merita celebranda

Provolvitur itaque humiliter ad pedes illius pro tanto bono gratias agens, cum abs ejus adventu, abſque ullo incommodo luculenta & nitida ſuppeteret aqua. Thomas è contrario precibus ſancti Eremitæ miraculum tribuit, diligentiamque adhibet, ne, dum in hac regione degit, tam mirus eventus vulgetur.

Longè lateque vagante per provinciam Thomaſſini nomine, Cardinalis Ægidius Albomotius, ſummi Pontificis legatus & ſummo cum imperio exercitui Eccleſiaſtico adverſus nationes rebellantes præfectus, illum advocavit, blandeque & honorificè amplexus eſt:

A plenitudine poteſtatis impertitâ, promiſit eum pro virili parte protecturum fore: Prædixit vir Dei Dominum Eminentiſſimum de hoſtibus Eccleſiæ inſignes victorias adepturum, tandemque moriturum in ea ætate, quæ viribus integris valet. Veritatem prophetiæ eventa probaverunt, magiſque deinceps Thomæ virtutes famâ arque omnium ſermone celebratæ ſunt.

Vuadingh. 1357. § 4 Marian. l. 3. c 2. Marcus Ulyſſip. 3 p. l. 1. c. 5.

CAPUT IV.

B *Nuceriæ & Peruſii Evangelium prædicans mirabilia operatur.*

SPARSO Dei verbo per agrum Anconitanum cum ampliſſimo fructu, in Umbriam ſe confert, & commoratur præſertim Nuceriæ, ubi fervidè invehitur in morum corruptelam, affirmans incolarum corpora brevi peritura, Dæmoneſque eodem tempore eorum animas velut ſui furoris prædam in loca inferna abrepturos. Divini Spiritus vigore afflatus corda percellebat auditorum, eo potiſſimùm quod verba dono & auctoritate miraculorum fulcirentur.

C Ingens in adoleſcentem corruens columna penitus oſſa ejus perfringit: omnino laceratus & ſeminex jam efflat animam, nec mors declinari poteſt: tollere conantur aſtantes pondus immenſum, quo opprimitur; ſed incaſſùm: fidenter auxilium Thomæ implorant, qui piæ orationi datâ operâ, prægrave levat onus perinde ac paleam, ſaxiſque obtritum omnino ſanat.

Hoc edito miraculo, quot verba in ſuggeſto concionario proferebar, tot erant fauſta fulmina, quibus magis rebelles animos proſternebat, & ad Chriſti adducebat pedes, ad imitationem: univerſi Nuceriæ cives pœnitentiam publicam ſtudioſè amplexati ſunt: D Epiſcopus, Clerus, Magiſtratus, mercatores, opifices, uterque ſexus, ipſi quoque pueri cilicinos thoraces manifeſtè gerebant. Inſtituta ſunt jejunia, flagella publica; omnium Ordinum ſolennes decretæ ſunt ſupplicationes, ad Dei juſtitiam pacandam.

Peruſianorum novit diſſolutam conſuetudinem, licentiamque impudentem, & quò ſe eorum libido proriperet ac projiceret, impunitate propoſitâ: novit diſſidia præſertim infeſtiſſima, & deſperatas reconciliationes, quæ ſuis ferventiſſimis concionibus enixus eſt radicitus evellere, declarans, ni reſipiſcerent, Deum ultorem futurum, qui eos permitteret ſe invicem jugulare.

Dum quodam die concionaretur de hac

quæſtione in compito, aliquis unus procax nimis, cavillatus eſt eum, quaſi falſum Prophetam, & vanum probitatis ſimulatorem: Miſeratur Thomas nefarij hujus hominis ſortem, veniam peccatorum ei peroptavit, conſiliumque dedit ne in protervia perſiſteret, prædicens aliàs in tumultu publico illum fore mactandum, ſicque urbis Perufianæ exitij ab ipſius occiſione initium ductum iri. E veſtigio petulans iſte cum aliis civibus jurgio contendens, fuit interemptus: parentes ejus acceptæ injuriæ pœnas repoſcentes ſeditionem conflarunt, quæ ferè civitatem univerſam evertit.

Puer, nomine *Franciſcus*, Thomaſſini patruelis Peruſij tunc degentis filius, conquaſſatus fuit & laceratus ab equo calcitroſo, & freni impatiente, qui ſtratum puerum proculcans & proterens caput ejus divulſit, cerebrumque effudit ſupra pavimentum. Colligens mater exigui corporis obtriti fragmenta, Thomaſſino illa obtulit, enixè poſtulans ut mortuum ad vitam revocaret, aut genitricem viventem terræ mandaret. Coram civibus univerſis repoſito in calvaria cerebro, cruribus & brachiis reſtituto ſitu proprio, innixus genibus, Deum precatus eſt, finitâque prece, & ductâ in Crucem manu, defuncto vitam, & perfectam vulnerato impertiit ſanitatem. Unoquoque miraculum proclamante tantus fit populi concurſus, ut Thomaſſinus, mater & filius foras prodire cogantur, ne intus intercluſo interimantur halitu.

Inde concionator Apoſtolicus anſam arripit de judiciis divinis diſſerendi tantâ efficaciâ, ut plerique auditores omnia deinceps geſſerint ex præſcripto, inſtitutoque rationis. Cum autem plus doloris mater ſenſerit ex morte, plus etiam gaudij hauſit ex reditu ad vivos, magis itaque beneficij memor, á mortuis ſuſcitatum puerum divino cultui libenter conſecrat per manus beati patruelis Thomaſſini, cui illum impensè commendat Evangelij documentis erudiendum.

Franciſcus igitur capax prudentiæ, quâ recta dijudicamus à pravis, accedens ad matris ſententiam, Patrem Thomaſſinum amplectitur, velut, poſt Deum, ſecundæ vitæ temporariæ auctorem, à cujus etiam verbis & exemplis ſperat vitam myſticam & eminentem accipere. Adeo fauſtè Franciſcus Thomæ fuit convictor, ut ab eo tunicâ Tertij Ordinis Franciſcani indutus, ejuſque conſiliis eximium virtutis gradum adeptus, in virum perfectum evaſerit, ac tandem pluribus patratis miraculis ſanctiſſimè ultimum obierit diem.

Fratres Minores Conventus Peruſiani, non ſat exploratâ Thomæ probitate, ſimulatæ pietatis inanem eſſe illum arbitrantes oſtentatorem, hujuſmodi libertatem præmonſtrandi futura, quæ crederent falſa, & vaticinandi improbarunt: veridicus autem Propheta veneratus in iis Imaginem Patris Seraphici, contradicentes ſagaci & moderatâ reſponſione refutat: Attendite, inquit, ad veſtri Monaſterij campanam, cito corruet, & fruſtatim concidetur. Nihili facientes hoc monitum, agnoſcunt paulo poſt prædictionis veritatem, dum vinculo diſrupto, licet valido, penitus conquaſſatur campana. De contemptu Thomæ veniâ petitâ, deinceps illum ſingulari proſequuntur honore, ejuſque propalàm & apertè laudes celebrant.

CAPUT V.

Peruſio expulſus, Cortonam & Aretium proficiſcitur, ubi mirum in modum ſe gerit.

GERALDUS majoris Monaſterij per totam Galliam celeberrimi Abbas, urbis Petuuanæ Gubernator erat, ſub ditione ſummi Pontificis, cujus erat in Pontificio munere Vicarius Generalis in diverſis Eccleſiæ dominiis. Cum autem morum ſanctitate minimè adæquaret dignitatem aut functionum ſplendorem, Thomas zelo domus Dei exardeſcens, illum adit, mutuique ac ſecreti colloquij licentiam poſtulat.

Audientiâ conciliatâ in interiori conclavi, famulus Chriſti innuit quanto ſtudio debeant Sedis Apoſtolicæ legati Dei gloriam promovere, & pernicioſum amovere exemplum: ad ſingula capita deſcendens, licet cum veneratione & prudentia, mores & geſtionem Geraldi deſcribit; unde irâ percitus legatus, concionatorem Evangelicum Peruſio jubet longius amandari, & abſque mora. Scito, ait repentè Thomas, ſcito, ô deſperatæ emendationis homo, juſtam tibi punitionem imminere: tyrannica tua adminiſtratio, & probroſa facinora divinam provocant juſtitiam: graviſſimas brevi dabis pœnas. Furore Abbas exæſtuans in Thomam, contumelias intorquet, & calcibus ac pugnis contuſum ſpoliari imperat, atque velut furem virgis cædi uſque ad profluentem ſanguinem; vetat inſuper illum amplius Peruſij commorari.

Stipatores Legati iracundia æſtuantis & impotentis foras confeſtim deducunt noſtrum Apoſtolum, qui perfuſus gaudio cœleſti mediis in tribulationibus Dei laudes canit toto corde. Non multùm differtur punitio tyranni, qui ſeditione orta à Peruſianis & Florentinis fœdus inter ſe ineuntibus contra illum, cogitur ipſe exulare.

Memor tunc Thomaſſinus, quod cœlitus

ab initio vocationis miſſus in Etruriæ provin-
ciam fuiſſet, hùc prompto gradu pergit, at-
que Apoſtolica incipit munia obire Cortonæ,
tibi mirandas operatur morum emendationes.
Monuit Gubernatorem cavere ſibi ab hoſte
incognito, qui ejus necem macbinabatur:
,, Magis eſſem tibi devinctus, ait Præfectus
,, Cortonæ; ſi nomen ſicarij mibi pateface-
,, res, ut tutius meæ ſaluti conſulerem. Ne-
,, quaquam hoc fiet, inquit beatus Thomas,
,, extemplo interfectorem opprimeres omni
,, violentiâ: thoracem indue, aliamque, ad
,, nutum, cautionem adbibe, ut ab ejus fu-
rore te vindices. Paucis diebus elapſis, Gu-
bernator familiariter colloquens cum cive,
quem exiſtimabat ſibi amicum, ab eodem
pugionis ictu adeò violento percutitur, ut in
terram projectus proculdubio interiiſſet, niſi
thorace declinaſſet petitionem. Vulgatâ dein-
de viri Dei prædictione, nomen ejus in ore
omnium verſatur cum celebritate.

Nec ſoli Cortonenſes fructus ejus præſen-
tiæ percipiunt, cujus Aretienſes ubertim quo-
que participes ſunt. His declarat velut præ-
cedentibus divinam impendere vindictam,
niſi exercitiis pœnitentiæ, morumque emen-
datione ſedetur. Plebs inſana deſpicatui du-
cit, & ponit in minimis Thomæ conciones,
quem ſtolidum & mentis inopem publicat:
libenter audiens pueros, dum ejus ſermones
ut fabulas & deliria contemptim recitant.
Magiſtratus etiam manus in illum injicere
ſtatuunt tanquam in ſeditioſum & turbulen-
lentum, qui temerè populos perterreat. Sat
nihilominus habent dicentes, quod atrâ bile
penè ad inſaniam ſuffuſus ſit, qui ſua delira-
menta & ſomnia velut arcana cœleſtia prædi-
cat.

Non deſpondet animum Thomaſſinus, de-
poſitis veſtibus, in plateam nudus pergit Are-
tij, cujus ſordes everrit, & comburit penitus
coram pleriſque civibus congregatis; dein
,, ſuſpirans & gemens: O miſera Civitas, in-
,, quit, perverſa, & ingrata, quandiu perma-
,, nebis in pertinacia & obſtinatione; pari
,, modo quo, quæ collegi redacta ſunt in ci-
,, neres, poſt funeſtam obſidionem expugna-
,, ta, flammis abſumeris.

Sumptis denuò veſtimentis, mœſtus, ſilenſ-
que abiit, paucis auditoribus ad pœnitentiam
commotis, dum cæteri numero alios vincen-
tes, in alea, vino, popinis, luſtris, & in ef-
frenata licentia tempus ætatis omne conſu-
munt: quæcunque præſagit Thomas eventis
comprobantur; magnam præterea conſequi-
tur auctoritatem ex operatione miraculo-
rum.

Doctor inter Judæos celeberrimus felicem
eſt nactus & auſpicatum cum Thoma noſtro
congreſſum, qui abſque ſcientia acquiſita,
ſolo divino fretus auxilio Judæum convicit,
A & ad Chriſti adducit fidem, cui mirandæ
converſioni plurimùm contulit, & ſupra cæ-
tera argumenta, cordis Doctoris converſi ar-
canorum plena manifeſtatio, quâ Judæus no-
vit hominem, qui hæc ſciret & detegeret à
divino Spiritu; nec aliunde didiciſſe.

Mulier Aretiana à ſerpente crudeliter tor-
quetur, qui ſingulis noctibus ejus adhærens
uberibus lac omne ſugit, nec vexationi huic
aditum poteſt mulier vexata præcludere: im-
pettat nihilominus Thomaſſini auxilium, qui
illam ſuâ præſentiâ conſolatur, atque longas
poſt preces, muniens ſigno Crucis, à tanta
eripit omnino moleſtia. Meritis quoque viri
Dei civis quidam graviſſimâ febri laborans
B pristinæ ſanitati reſtituitur.

Juſtus Roſeus incola Florentinus, pulmo-
nis morbo graviter afficitur Aretij, ſpe cura-
tionis penitus abſciſſâ: Adit tamen Thomaſ-
ſinum, cui poſtulanti quomodo recuperatâ
ſalute ſe gereret: Laudabo Deum, inquit "
Juſtus, & illi ſerviam; atque ad id propoſi- "
tum exequendum religione voti me adſtrin- "
go. Deinde Thomas ſigno Crucis formato ſu-
per ægrotum, convaleſcere prorſus illum af-
firmavit: Sanatus ipſe conſentiens huic de-
clarationi promiſſum renovavit ſe divino cul-
tui conſecrandi, impensèque ſuum Medicum
rogavit, ut ab eo pietatis legibus erudiretur.
A Thomaſſino edoctus novem menſium ſpa-
tio habitum Tertij Ordinis recepit, vitamque
C ſolitariam exegit in deſerto, ubi ſanctitatis
famâ commendatus ſupremum explevit diem.

Aretij degens Thomas divinitus cognovit
de proceribus aliquem ibi commorantem,
urbis proditionem perfidioſo facinore ador-
naturum, quæ nocte ſequenti effectum ſor-
tiretur: expoſuit Gubernatori, quæ ſingula-
riter in re tam nefaria contingerent, ipſam
videlicet mœnium partem quæ facilem ho-
ſtibus præberet ingreſſum: deinceps ad pro-
ditoris domus portas milites excubarunt, cu-
niculus adeò feliciter difflatus fuit, ut cives
in armis ſtantes egregiè uſurpatores propul-
ſarint, perfidumque detruſerint Aretio,
ſummis laudibus extollentes ſuum liberato-
rem.

D Sumit inde anſam invehendi in ambitio-
nem, quæ ſæpenumero fons eſt omnium ma-
lorum; quæque exitialem hanc fraudem civi-
bus Aretanis molitur: nulli, aiebat, non "
triſtes diſcedunt ambitioſi, ſive id quod ſe- "
quebantur, aſſecuti ſunt, quoniam intelli- "
gunt ſibi mox eſſe deponendum, ut inviti "
cogantur in ordinem; ſive repulſam patian- "
tur, quæ illis morte acerbior. Mitto innu- "
merabiles petitionis moleſtias, in qua ple- "
rumque ſubeundi vultus inimicorum; ignoti "
pro notis appellandi; ſupplicandum indi- "
gnis, & prenſandæ vel operariorum dexte- "
ræ. Ambitio multos mortales falſos fieri "

Digitized by Google

„ ſubegit, aliud gerere clauſum in pectore, „ aliud promptum in lingua; amicitias, ini„ micitiaſque non ex ore, ſed ex commodo „ æſtimare, magiſque vultum quam ingenium bonum habere.

Addebat Thomas rationes divinas, Chriſtum ſcilicet nil tam condemnaſſe aut reprobaſſe verbo & exemplo, quam honoris cupiditatem; nil æquè commendaſſe ac humani contemptum applauſus. Inſtabat fortiter, probans ſuperbiam virtutis omnis exiſtere adverſariam, & æternæ cauſam damnationis, omnemque pariter ſpem præripere ſempiternæ felicitatis, quæ ſolis humilibus corde promittitur.

CAPUT VI.

Senas proficiſcitur, mirabilia patraturus ubique, ac prædicaturus.

SICUT vaticinatio Aretij ruinæ fauſta fuit credentibus, qui perverſæ conſcientiæ medelam attulerunt, vitæ emendatione, ſic inauſpicata & exitioſa fuit incredulis & impiis, qui novum Apoſtolum velut nugacem & inſulſum contempſerunt. Senas veniens, probris initio & cachinnis exploditur, dum minas intentat Senenſibus, atque ſignificat iram Dei imminere, quæ univerſam eorum diruet civitatem, niſi divina juſtitia ſeveræ pœnitentiæ mitigetur exercitiis. Ut igitur rebelles convincat, operatur miracula.

Quamvis æſtas adulta eſſet, prædixit quod nocte ſequenti vineæ frigore obrigeſcerent. Senenſes hoc vaticinium ridiculo vertentes, pro ridiculis ipſi merito ducuntur, dum rei veritatem probavit eventus primo mane. Fluvij congelati non profluebant ullo modo: fructibus arbores ſpoliatæ gelu concreſcebant, tunc in mediis nempe caloribus æſtivis terra in glaciem concreta erat, velut menſe Januario.

Inter mira hæc verba & facta magis glaciatur & alget cor impiorum Senenſium; ſanctum Prophetam arbitrantur eſſe magum infamem, & cacodæmoni haud diſparem; duris verberibus conficiunt, raptantque ad Inquiſitores Fidei, qui maledictis appetentes illum in carcerem præcipitem agunt, & tanquam reum tormentis admovent ita atrocibus, ut ferè expiret.

Iſtos cruciatus libenter tolerabat, tanquam promiſſis Chriſti conformes, qui pro martyrio peroptato in Syria aliud ſuffecerat in Italia non minus illuſtre, nec minus crudele. Ferventer orabat pro perſecutoribus, & ineffabilibus deliciis affluebat, dolorum Chriſti memor, ejus auxilium expectans, ſacratæque

A pariterque Virginis opem, quam ſine intermiſſione invocabat.

Angelus Domini luce præfulgidâ obſcurum hunc replens carcerem Thomaſſinum mirabiliter roboravit, illum vocans egregium & invictum Chriſti athletam, atque generoſum pœnitentiæ Martyrem: *In acerbo quo nunc angeris dolore, non morieris*, ait Angelus, *attamen gloriâ martyrij non tibi abripietur: extremis diebus illam conſequeris: pugna interim fortiter & cum perſeverantiâ. Dei Genitrix tibi obtinuit animi fortitudinem, corporis ſanitatem, & captivitatis plenam liberationem. Nondum tuorum finis eſt laborum, ſed macte animo ſemper aderit Deus.*

B Thomas ſe convaleſcentem penitus ſentiens, gaudioque cœleſti perfuſus, conſolatori ſuo gratias egit, ſeque rurſus ac novo fervore divino cultui conſecravit: Reginæ quoque Angelorum ſuæ protectrici mirificè gratulatus eſt. Stupor cuſtodiæ præfectum, admiratione rei defixit, cum Thomam non vita privatum aut morientem, ſed genibus innixum, vividum, & quaſi ex oculis coruſcantes radios vibrantem invenit: quæſitâ ratione hujuſce vigoris: Qui me creavit, reſpondet Thomaſſinus, me conſervavit: Sciant mei per- " ſecutores me nunc eſſe paratum ad diurio- " ra æquanimiter toleranda: moneantur ta- " men ſuo capiti proxime impendere iram Dei, niſi pœniteant.

C Judices, quorum furor deferbuit, rationi & conſilio locum dederunt, qui audito curatore carcerario, juſſerunt ut ipſorum nomine à Thoma veniam poſtularet, ejuſque ſolveret vincula.

Senenſes luculentis evincentibus argumentis, quibus obſiſti nequeat, perſuaſi debitos tandem Thomaſſino exhibent honores: Ipſe verò divinæ legis interpres ac nuncius, cujus auditorium celebratur ingenti confluentium hominum frequentiâ, in morum corruptelam fervide invehitur. Dum concionatur in compito, juvenis quidam lepris infectus (quem Bartholomæum Groſſeranum vocant) ad concionatoris Apoſtolici pedes humiliter D procumbens, ſanitatem petit.

Si vis ſanus fieri, ait Thomaſſinus, ut ite- " rum in intemperantiam, & immoderatio- " nem diſſolvaris, nolo tibi ſuccurrere; è con- " trariò te gravius ægrotare peropto: Elephantiaco afferenti nil aliud ſe intendere, quam Deo majori tranquillitate ſervire, ſalute reperatâ: vende igitur quæ habes, & ſeque- " re me, inquit pius concionator, verba hæc " Filij Dei tibi conveniunt: his utitur erga " lepris iniquitatum laborantem: ego verò ſic " loquor, ut diſcas tuum morbum nunquam " finem habiturum, niſi prius omnibus divitiis " ſpolieris, & meo ſubjiciaris nutui.

Adoleſcens eodem momento, coram ta-

Digitized by Google

bularum publico Perſcriptore bonorum fecit donationem noſocomio Senenſi. Deinde reverſus ad Thomaſſinum in ejus diſcipulorum numerum adſcribi ardenter efflagitat, qui novi alumni zelum conſpiciens & fidelitatem, ductâ in crucem manu, in perfectam revocat valetudinem.

Sex annis elapſis, dum Bartholomæus lætus & ſanus, actiones, vitamque univerſam ad rationis normam, legeſque Evangelij, ſub diſciplina Thomæ componeret, humanâ tandem fragilitate prolabitur, frigeſcit charitas, & inſalutato conſcientiæ moderatore, velociter Romam aufugit, & illicò lepris inficitur.

Piſtor quidam Senenſis firmius atque melius convertitur ad Deum, quia Thomaſſinus carbones furni ardentes pallio excepit, & portavit in fōtum abſque ulla combuſtione: ſiquidem panificij artifex conſpiciens *ſigna & prodigia multa quæ fiebant in plebe per manus* Thomæ, *Act.* 5. rogavit enixè virum ſanctum ut eum in ſuum cœtum allegeret, atque Chriſtianæ perfectionis imbueret præceptis. Certus quod hoc favore donaretur ſingulari, modò poſſeſſiones venderet, ac pauperibus erogaret, promiſſa hæc implevit, & illicò Tertiariis Franciſcanis ſocietate conjunctus eſt.

Longo tempore probatus, & excultus, cùm licentia Thomæ in ſolitudinem ſe recepit, ubi ſanctiſſimè vixit, & diem clauſit ultimum, magnum ſui deſiderium relinquens poſteris, & celebrem nominis ſui exiſtimationem.

Sæpenumerò novus noſter Apoſtolus ignem adhibebat ardentem ad edenda miracula, & mentes ad Chriſtum alliciendas: labiis ſuis appoſuit parvas candelas accenſas, quæ ſuâ proximitate faciem abſumere poterant: nullam tamen vel minimam accepit læſionem, quamvis longo tempore ſic per vicos Senenſes curreret, incolis ſignificans urbem in cineres penitus redactam iri, niſi Dei juſtitia operibus aſſiduis pœnitentiæ placaretur: rei veritatem comprobavit eventus.

Miles quidam Senenſis eò dementiæ & impietatis devenerat, ut ex ſceleribus ipſis gloriam captaret: Mandata Dei & Eccleſiæ deridebat, & cavillabatur, ut inſulſa & ridicula, tantâ inſolentiâ quadrageſimale jejunium violabat, ut cuique vellet ſuam intemperantiam notam eſſe. Thomaſſinus illum habens obvium, manibus volventem ovum impiæ venuſtatis affectatione, ſeriò & fortiter redarguit: ſceleratus homo in faciem pij monitoris projicit ovum cum violentia, quod tamen non frangitur, niſi cadendo in pavimentum: liquorem ſparſum tunc colligit beatus vir, & in putamine recondit eâ concinnitate, quæ nativa eſſe videretur, uſque adeò induſtrius eſt ac elegans opifex Dei digitus, qui in Thomaſſino agebat. Redintegratum ovum bellatori offerens: Quod iratus donaſti, inquit Thomas, & acerbâ mente, ego peramanter & benevolè tibi reddo. Pacatus miles & miſceſcens, ſummiſſe tunc ſe geſſit, galerum humiliter deponens, atque ex rationis inſtituto viram deinceps ſtatuens exigere.

Confirmat Thomas pium hocce propoſitum ſequenti monito, ut militem à militia temporali ad ſpiritualem avocet: Pauca ne tibi vitæ mala, inquit, viſa erant, niſi militiam addidiſſes temporariam, qua vel inquietus ſemper, vel inglorius, vel periculo expoſitus, vel contemptui ſis, oportet. Ne glorieris, quod militiam ſis profeſſus: hanc naſcendo profitentur omnes homines: quid profeſſione aliâ opus erat? Hic ferro corpus, hic animum dolis, hic argutiis linguam armat: nemo eſt inermis; hic ferit, hic ædificat, hic declamat, ille cauſas orat, hic pedibus, ille equo ſeu carpento vehitur, hic currit, hic navigat, hic paret, ille imperat, nemo otioſus. Quænam hæc nova militia eſt? Hic in caſtris, hic in ſcholis, hic in nemore, hic in agro, hic in pelago, hic in palatio, hic domi, hic peregrè vitam agit, neque homines modò, ſed militare in ſilvis catulum conſtat: militantium quidem multa ſunt genera; militia una eſt, vita hominis ſuper terram, quam qui militiam definivit, ille mihi demum vero & acri judicio rem libravit, modo militiæ prœlium addidiſſet.

Deſcribens ſingulatim Thomaſſinus vitæ mortalis ærumnas, quæ bellorum tumultu ſemper agitatur, excitat homines ad coercendas cupiditates forti reſiſtentiâ, quâ Deo favente, victoriam de hoſtibus domeſticis, de nobis videlicet ipſis conſequentes, ad palmam denique felicitatis æternæ pervenimus.

CAPUT VII.

Varia & miranda ſecreta detegit Senis; donumque recipit linguarum.

Militum præſidiariorum ductor in urbe Senenſi, de illa tradenda crudeli Tyranno Mediolanenſi, quem Hiſtorici *Bernabonum* vocant conſpirationem machinatus fuerat. Licet nefarium hoc conſilium omnibus ignotum eſſet, novit tamen iſtud divinitus noſter Thomas, declaravitque auctori pernicioſæ proditionis illam ſibi eſſe compertam. Irâ excandeſcens proditor virum convicils opprimens, & violenter exturbans ſervorum ferocitati exponit, qui eum pariter pugnis & verberibus contuſum domo probroſè rejiciunt.

Thomas atrocem dominum generoſè alloquens: Contempſiſti, ait, meam admoni-

„ tionem; ideoque provocaſti divinam juſti- „ tiam, quæ à te acceptam injuriam intra „ quindecim dies ulciſcetur. Clandeſtina factioſorum coitio fuit tandem manifeſta Senenſibus, qui antequam duæ complerentur hebdomadæ traditorem interemerunt, & illum ignominiosè pertraxerunt per civitatis vicos & plateas.

Henricus Tolomæus illuſtris bellator offenſioni erat omnibus propter indigna & infamia facinora: noſter Apoſtolus prudenter & animosè illum admonet, ſed fruſtrà, cum ipſe vulgatæ nequitiæ homo, illum fore declarat per feneſtras caſtri in foſſam præcipitandum, niſi è veſtigio diſcedat. Humilitas autem profunda Thomæ atque comitas cœleſtis furorem mentis obſtinatæ mitigant, & ad pœnitendum commovent: verba quæ audit, non ex ore humano, ſed ex divino prodire exiſtimat, horrore concutitur, & ferè adigitur ad deſperationem: commemoratâ nihilominus à concionatore Evangelico infinitâ Dei bonitate, interſpirat, & ad bonam ſpem, atque ad fortitudinem revocatur.

„ Ne animo cadas, ait Thomaſſinus, Deo „ te crede, ac committe: liberos coarguens, „ aut ſervos, nolles utique illos ſe jugulare, „ aut aquis ſubmergendos dare, vel confo- „ dere pugione; illos tantùm corrigis, ut mu- „ neri ſuo ſatisfaciant. Non me ad te Deus „ miſit, ut de ſalute deſperes, ſed ut monitis „ meis reſipiſcas; clementiæ divinæ diffide- „ re, criminum eſt atrociſſimum. Pœnitentiæ „ navanda eſt opera. Reſpondet Henricus, „ peccata oportet abhorrere, illorumque vi- „ tare occaſiones: Hoc eſt meum propoſi- „ tum, quod jam tunc implere incipio ſub tua „ diſciplina.

Obortis lætitiæ lacrymis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, ad imitationem Angelorum, beatus Thomas Deum laudat, & pœnitentem blande amplectitur: ad bona vendenda & diſtribuenda pauperibus fortiter excitat, ac diſponit ſalutaribus documentis, ut rite ſuſtineat aggreſſiones infeſtas Satanæ, carnis, & mundi. Deinde ſine mora tam præclara conſilia adamuſſim Henricus exequitur, irritis parentum & amicorum contradictionibus.

Recepto à Thoma Tertij Ordinis Franciſcani habitu, oſtiatim cogebat ſtipem cum omni humilitate & modeſtia, poſtquam ob intemperantiam & profuſionem in victu cultuque corporis, attonitos Senenſes per longum tempus tenuerit. Moderatorem ſuæ conſcientiæ ſæpius & ubique comitabatur in functionibus Apoſtolicis, quibus collaborabat efficaciter ad majorem Dei gloriam, & animarum converſionem.

Proficiunt quidem homines meditando, ut perpoliti ac peritiſſimi habeantur, cujuſlibet artis: magis proficiunt, qui, verbi gratiâ, ludicrum gladiatorium factitant, ut ſtrenui bellatores evadant, ſed maximè qui armis & ferro, ſuo capite decernunt de re aliqua, qui cum hoſte collato pede ad pugnam veniunt, & in aciem deſcendunt. Quantus igitur fuit profectus peccatoris recenter converſi, ſub moderamine & imperio paterno Thomaſſini, qui non ſemel aut rarò, verùm multiplici & frequenti experimento, per unius anni ſpatium, probavit Novitij ſolertiam ac facultatem, cæteraſque virtutes.

Relegavit illum deinceps in unum de montibus Alpinis, ſimul cum præſtanti ſocio, piſtore ſcilicet tam auſtero, de quo jam locutus ſum. In deſertum alacriter ambo convolant; gaudent ſe ex hac hominum frequentia tolli, & in ſolitudine collocari, ubi rerum cœleſtium attentâ ſpeculatione, non ſuppeditantur abundantia & copia omnium rerum quas natura deſiderat, ſed æternæ conſolationis ubertas, divino afflante Spiritu, & poteſtate aſpiciendi interdum, & conſulendi Patrem Thomaſſinum, minimè ereptâ.

CAPUT VIII.

Senis recipit donum linguarum; Pluribus mortis periculum prædicit; & pro peccatoribus orat.

ILLUSTRIS quidam vir Senenſis explorare vult atque experiri, an Thomas linguas calleret univerſas, ſicut dono Prophetiæ, aliiſque pollebat dotibus. Illum itaque inducit in colloquium familiare cum famulo domeſtico, cui ſeptem diverſæ linguæ præſto erant. Ad prandium invitat Prædicatorem Apoſtolicum, pranſiſque omnibus, jubente domino, ſervus Thomaſſinum aggreditur, quærens an præter linguam Italicam, aliam in promptu haberet: Homo ſum, ait hu- „ milis Apoſtolus, homo equidem ſum ferè „ nullis literis, aut diſciplinis excultus: con- „ ciones non adorno; in ſuggeſtum conſcen- „ do, divini Spiritus impulſu, qui mentem „ illuminat, cor inflammat, linguam movet, „ aperit labia.

In reſpondentem ſervum quæſtionem non eſſe de ſcientia, ſed an poſſit cunctis auditoribus ſatisfacere nativo & proprio idiomate cujuſlibet nationis. Thomaſſinus humiliter & generosè retorquet, gratiam hanc non defuturam, ſi opus ſit, cum à Deo deſtinetur ad ſalutem animarum conciliandam.

Addit tentator; cum tunc agatur de miniſterij Apoſtolici gloria, donum linguarum eſſe manifeſtandum, divinæ miſſionis causâ confirmandæ; cui vir Apoſtolicus annuens, promittit

promittit ſe reſponſa daturum ad interrogata, quâcumque linguâ exprimantur. Ex ampla &. perfecta promiſſi hujus executione, coram nobili & docto cœtu, conſtat Thomaſſinum inſignem extare Apoſtolorum ſucceſſorem: explorator ipſe Thomam hiſce laudum præconiis extollit & illuſtrat, fitque Apoſtolici hominis imitator & diſcipulus.

Ejus Prophetiarum veritas ſemper ab evidentibus comprobatur eventis. Pericula vaticinabatur illa certò ſubituris: qui ſibi conſulebant ex ejus monitis, ſalvi evadebant & incolumes; qui nullâ utebantur cautione, veniebant in diſcrimen & peribant.

Civem Senenſem monuit ut ex urbe egrederetur, propter impendens exitium. Thomas ab increduli capite cupiens perniciem depellere, parvulæ beſtiæ caput abſcidit, & projecit ad pedes ejus, ut ſaperet, ſibique caveret, par & imminens vitando infortunium. In incredulitate nihilominus perſtitit, illique Judicum ſententiâ comprehenſo caput eſt ilicò amputatum manu tortoris: Pro ea qua pollet intelligentiâ & maturitate judicij eliniatiſſimi, acerrimè ſapientiſſimèque expendit Thomas, atque affirmat omnia: Præterea ex alto illuminatus, & dono Prophetiæ prædirus, futura proculdubio præmonſtrat.

Alium incolam Senenſem aſſeverat gravi machinâ fore opprimendum, niſi ad ſui ipſius tutelam ſtudium adhibeat: admonitionem contemnens admonitus, prægrandi trabe fortuitò cadente, incautus & improvidus obruitur, ac protritus omninò ſtatim interiit.

Sicut nihil eſt turpius, quam cognitioni & perceptioni, aſſertionem approbationemque præcurrere; ita valde laudabile eſt, quæ ſcimus ad utilitatem audientium prudenter proferre, licet illa reſpuant. Multa & vera declarat Thomaſſinus, quæ pluribus proficiunt, quia fi.lem adhibent; pluribus ſunt inutilia, propter eorum contumaciam.

Sub hæc, concionator Apoſtolicus ad Deum fervidis precibus recurrit, ut moræ det paulisper, expectans impiorum reſipiſcentiam: cognoſcit interim divinitus non longe abeſſe divinam vindictam: ſperat tamen ipſe divino afflante Spiritu, per novas & ardentiores conciones ſe pellecturum peccatores magis obſtinatos ad morum emendationem. Deus verò illi declarat interius non poſſe hominum perverſitatem diutius tolerari, cum menſuram excedat. Confeſtim Senis erumpit æternæ Providentiæ leges ſumma colens religione, quærenſque occaſiones Apoſtolici miniſterij functiones obeundi.

Depravationem voluntatis humanæ Thomas ſilens miratur, quæ plerumque non præſtolatur intelligentiæ prælucentem facem, nec ſalubre rationis conſilium; ſed occupantis perturbationis impetu cæca abripitur ad quidlibet, etiam nefarium amplectendum: Non deſiſtit tamen à prædicando Evangelio, ſed *ablatum* à Senenſibus tunc temporis *Dei regnum, offert genti quæ faciet fructus*, Math. 21. haud invitè, ſed ultrò iniens virtutis ſemitam.

CAPUT IX.

Per urbem, à S. Miniato vulgò dictam, tranſiens, Piſas ingreditur.

In primo aditu Samminiatenſi cognovit cœlitus Ludovicum civitatis hujuſce Gubernatorem & Dominum velle cum Bernabono Mediolanenſi tyranno fœdus inire adverſus Florentinos: Scivit præterea, niſi ejuſmodi ſocietatem dirimeret, ſuum dominium & caput fore prorſus amiſſurum. Ludovicus pluries de futuro hoc exitio monitus à Thomaſſino, tanti beneficij immemor, valde ingratum ſe præbuit, monitorem conviciis laceſſens, populorumque cachinnis immolans, qui collo & brachiis ligatum raptaverunt illum per vicos & plateas, atque luto penitus inquinatum, violenter ac ignominiosè exturbaverunt è finibus ſuis.

Thomaſſinus tamen ſic generosè potuit per otium Gubernatorem alloqui: Nullam Deo " referendæ gratiæ curam ſuſcipis: ſed non " erit tibi hoc impune ſcelus: etenim injuriæ " acceptæ pœnas repetes, cum Mediolanenſibus quidem fœderis neceſſitudine conſociaberis, at tibi hæc ſocietas acerbum doloris ſenſum inuret, dum Florentini in ſuam poteſtatem redigentes, te vitâ privabunt. Juvenes in Thomam infenſiores fuerunt qui non ſolùm contemptu & cavillationibus illum affecerunt, ſed etiam cruentis impetiverunt lapidibus. Mox verò ut extra muros ejectus fuerit, Dynaſta & ſubditi Prophetiæ veritatem ſuo damno experti ſunt.

Thomaſſinus Piſis degens, crucemque ferream manu geſtans, ad pœnitentiam auditores provocabat voce acutâ, canorâ, & reſonante, inſtar tubæ: flagella divinæ juſtitiæ imminentia fortiter commemorabat, nec mentionem omittebat duræ ſervitutis, quâ citò plectendi erant. Adeò diſplicuit ſermo hic Piſanis, ut illum mentis æſtimantes impotentem, vellent ad imitationem Miniatenſium fere præcipitare.

Minas tamen ſemper intentat proximi exitij, quod nequeat vitari: eorum perſpiciens pertinaciam, exprobrat Judæorum incredulitatem, qui ſigna petebant. Deinde inſignis cujuſdam miraculi promiſſione, jacentes erigens animos, aut obſtinatos permovens, allicit ad ſuum comitatum magnam & celebrem aſſeclarum coronam, quos in ripam flu-

minis Arni perduxit, unde oritur apud Piſanos ampla commoditas ad mercaturam exercendam.

In navigium littori affixum derepentè intrat, ubi de miſericordia Dei graviter & fructuosè diſſerit, quæ peccatores ex improviſo non punit, nec condemnat; niſi præviis admonitionibus, ut idoneâ declinatione ictum „ effugiant: Si velitis, inquit, avem hujuſce „ fluvij capere, occidendo, propè ſclopum „ diſploditis, per ſilentium, ne advertens pe- „ riculum cito evolet: aliter Deus ſe gerit; „ non inſidias ſtruit, nec dolo utitur: non vi- „ brat tela vindictæ, quamvis omnino juſta, „ in vos incautos, nec averſos adoritur à ter- „ go; vos omnes præmonet ore meo, ut actio- „ nes, vitamque univerſam ex rationis regula „ componentes, divinæ ultionis fulmina de- „ torqueatis: innumera multitudo Angelorum æterna patitur ſupplicia pro uno mentis „ delicto. Millenarij homines in idem incur- „ rerunt infortunium: ſi data fuiſſet eis ſignifi- „ catio, pœnitentiam egiſſent utique in cine- „ re & cilicio: Artendite igitur vobis ipſis, & „ pœnitemini. Ne texatis excuſationem, il- „ luſtri miraculo extraordinariam meam miſ- „ ſionem confirmo: ſi crux ferrea, quam ma- „ nibus teneo, in flumen projecta, in profun- „ dum demergitur, falſum me Prophetam „ æſtimate; ſi non peſsùm eat, ſed innatet, „ me à Deo miſſum, non ab hominibus cre- „ datis.

Admiſsâ ab omnibus iſtâ propoſitione, etucem pariter ab eis contrectatam, ut materia & pondus explorarentur, Thomaſſinus è celſiore lembi parte totis viribus in aquâ dejecit, ductâ in crucem manu: viſa eſt continuò fluctuans ſuper undas, ut ſuber aut levis palea: ſtatimque exclamaverunt aſtantes; *Miraculum, miraculum, Thomaſſinus bonus ac fidelis eſt Dei ſervus, cui velut magno Prophetæ fidem adhibemus.* Ad ſummam deinceps nominis amplitudinem pervenit, atque plurimi peccatores ab improba peccandi conſuetudine ſe revocarunt.

CAPUT X.

Lucæ hominem interfectum ſuâ cauſâ vitæ reſtituit.

MANIFESTA Thomæ noſtri ſanctitas, divini Spiritus ardor, quo flagrabat, & miraculorum magnitudo atque abundantia; valida ſunt argumenta, quibus inertes accendi, furentes exarmari, mores immutari, & in partem virtutum mentes converti oportet: illi tamen plures obſiſtunt, eùm monita, tùm vivendi ejus rationem aſpernantes, Deo ſic permittente, ut de ſe in omnibus ſentiat abjectè, & peccatorum converſio, quos è cœno vitiorum eruit, eò præſtantior fiat, quò minor erat diſpoſitio.

Tempore Quadrageſimæ per vicos urbis Lucenſis deambulans obvium habuit militem, qui bovis portionem, quam emerat, palàm & publicè humeris portabat. Thomaſſinus fervore commotus Apoſtolico redarguit & condemnat huncce agendi modum, plenum indignitatis & offenſionis. Verùm miles aſſiduus in probroſis facinoribus, ſacrilegas voces evomit, vu'tumque Thomæ ſanguine penitus tingit, illius genas percutiens, cruentâ bovis parte, quam tenebat.

Vir ſanctus interim ſilentio & moderatione mitigare conatur iram furioſi percuſſoris, dum calceolarius quidam eximiâ virtute præditus, hunc iracundiæ perſpiciens impetum, è ſutrina egreditur, & iracundum admonet, quod denique tam nefarij criminis pœnas dabit: magis inde iraſcitur admonitus, ſceleſtoque ore contumelias in Deum effundens, bis graviter enſe percutiens caput admonitoris, & tandem corpus ejus tranſverberans, quo vulnere exanimis concidit.

Eventu tam funeſto permotus Thomaſſinus flens dolenſque ſe exemplò recipit in noſocomium Miſericordiæ, ubi plerumque ægrotis inſerviebat, quando functiones Apoſtolicæ dabant intervalla; ibique majorem vim lacrymarum profundit præ intimo doloris ſenſu, cùm ob renovatos Chriſti dolores, ab ipſo petulantis & manifeſtæ improbitatis homine, tùm propter fructuum Evangelicæ prædicationis exinanitionem. Fiunt hæc omnia in comitatu Franciſci conſanguinei, quem à morte ad vitam revocaverat, & Bartholomei, quem lepris infectum ſanaverat: poſteà ſic Deum enixè precatur humi proſtratus.

O Majeſtas ſuprema, probè noſti meas omnes preces ad nihil tendere niſi ad majorem tuam gloriam, quo etiam præſertim nunc aſpiro, ſuppliciter rogans te ut in lucem reducas mortuum, qui peccatorem ab iniquitatibus nitebatur eripere, quibus nomen tuum profanabat: me vit operam navare converſioni peccatorum: non bene cedet præclarum hoc conſilium, niſi demonſtres nos ſub umbra alarum tuarum militare, tuoque tegi præſidio. Reviviſcat ergo tuo juſſu tuarum partium generoſus defenſor: mihi ſecus erunt infenſi illius parentes, & cæteri, qui narrationem hujus infortunij audientes, nullà meam miſſionem auctoritate valere aſſerent.

Dum orare pergit Thomaſſinus, viſa, auditaque de homicidio actis conſignantur, & defunctus effertur viginti-quatuor horis & amplius poſt mortem: In hoc rerum concurſu Angelus à Deo jubet Thomæ ut in Eccleſiam Metropolitanam ſe conferat, ubi celebrantur ejus exequiæ; nomine proprio illum

vocet, eique præcipiat ſurgere, atque in priſtinum domicilium proficiſci, ut Chriſtianarum leges virtutum denuò & ferventius obſervet.

Thomas confeſtim fletibus exterſis, in medio illuſtrium hominum cœtu, qui funus honeſtabant, aſpergit feretrum àquâ piaculari. Aſtantes omnes apertè conqueruntur, vocantes illum falſum Prophetam, & auctorem imprudentem homicidij: parentes utique, ad quos præcipuè res ſpectat, violentas illi manus intuliſſent, niſi loci ſanctitas prohibuiſſet.

Miſſâ peractâ, licentiâque obtentâ à Præſide breviter differendi de moribus defuncti, ad fidelium ſolatium, conſcendit ſuggeſtum, juſtas eorum comprobans querelas: deinde pium ſutorem ſummis extollens laudibus, verum Martyrem proclamat; atque voce contentâ, & aures complente, nominatim appellans: *Deus*, inquit, *pro cujus honore vitam amiſiſti*, *Deus ore meo te à mortuis revocat inter vivos, coram celeberrima hac corona. Surge igitur, & in familiam citò redi, ut ſolitam exerceas artem, novaque merita conſequaris.*

Tremefactâ eodem tempore capsâ, funereoque ſudario elevato, ſtetit ille firmus ille pedibus, qui mox erat mandandus terræ, gratiaſque egit Deo propalàm, ac diſertè de ſuo ad vivos reditu: qui in proximo erant ſublato à vultu linteo cadaveris involucro, ſanum prorſus illum reperiunt, & abſque ulla læſione, ſudario ſemper remanente pro veſtimento, parentes reſurgentem amplectentes, perducunt ad primarium altare, ut manus jungens innixuſque genibus debitas grates rependat mortuorum & viventium dominatori: deinde ſymphoniæ chorus ſolenniter recitat canticum, *Te Deum laudamus*, *&c.*

Ex hoc miraculo triplex oritur effectus: fervor novus, magiſque accenſus in corde ſutoris exuſcitati, qui ad religioſiſſimam virtutis normam, longè majori, quàm prius ſolertiâ, vitam exegit: mirabilis civium Lucenſium mutatio, qui recenter è tumulo prodeuntem triumphali apparatu, & ſplendore comitantes uſque ad ejus domicilium, facta Thomaſſini & dicta deinceps magnificarunt; mirum humilitatis incrementum in mente concionatoris Apoſtolici, qui eò profundius ſe abjicit ac demittit, quo altius à Deo evehitur tot præclaris eventibus.

Omnia naturæ ingeniique inſtrumenta, ad laudis fugam convertebat, vulgi admirationem, indoctæque plebis acclamationem aſpernabatur, modò ſaluti animarum proſit, Deique gloriæ promovendæ, etiam propriæ famæ impendio, & periculo inſerviat, maximè gloriatur.

CAPUT XI.

Diverſas obit peregrinationes Religionis causâ.

QUAM complectatur, & quò ſua intendat ſtudia, nonniſi facem præferente intelligentiâ, & invitante, materiam voluntas diligit. At noſter Thomas, præter nativum & commune lumen, coruſcantes ex alto percipit radios, quibus ad ſublimiora in dies conquirenda chariſmata illuſtratur & accenditur. Sparſo Dei verbo, ſuarumque odore virtutum effuſo per Italiam ac per loca adjacentia, & finitima, quaſdam etiam alienas Provincias, more peregrinorum inviſere ſtatuit.

In viam ſe dat abſque ſocio pecuniâ, viatico vel ullâ re ad uſum ſepoſitâ, unico baculo contentus, gerenſque manu ſeptem tritici ſpicas, Eccleſiæ Sacramenta figurantes, & ſancti Spiritus dona. Semel quotidie horâ tertiâ pomeridianâ parum nigri panis, & aquæ profluentis ad corporis ſuſtentationem ſumebat, quod ſibi comparabat humili mendicitate.

Nullum ſub tectum intrabat; ſed ſub dio pernoctans, humi pauliſper decumbebat mediis in campis: cadente pluviâ, ſe tutum præſtabat ab cœli injuria in porticu aut veſtibulo. Compoſtellæ noctu ſemper commoratur juxta ſancti Jacobi ſepulchrum, operam navans meditationi tranquillo hoc tempore, quo ferventer ſuorum veniam peccatorum poſtulans, oblatam divinitus ſpeciem excepit præclari hujuſce Apoſtoli, fulgidâ Angelorum coronâ ſtipati, qui certum illum fecit de iniquitatum plena remiſſione, omneſque itineris tam longi labores ſcriptos eſſe literis aureis in libro vitæ, æternoque & amplo præmio fore donandos.

Thomaſſinus majori in dies ſpiritualium rerum ſcientiâ inſtructus, arte etiam quadam & conſuetudine regendarum animarum imbutus, cum nihil vulgare aut exiguum agitaret animo, ſed egregia propoſita & ardua in Dei gloriam ab ipſo ferè vitæ initio concepiſſet, ad Montem ſerratum Religionis causâ proficiſcitur: Denuò ſeſe ad Chriſti Domini, Sanctorumque ſectanda veſtigia, acriori quodam inſtinctu ſentiebat impelli, & eorum præcipuè, qui in ſeipſos quam maximè duri ac ſeveri extitiſſent: Novum ergo iſtud aggreditur iter, eâdem utens vivendi aſperitate, & voluntariâ corporis afflictatione, imo forſan magis rigidâ quam prius, pedes ambulat, ac frequenti verberatione, longoque jejunio, tantas peccatorum pœnas ultro ſuſcipit, quantas videlicet ab excelſo magnoque animo ſalutare odium ſui, & ardens divinæ

gratiæ promerendæ ſtudium exigebat

Jamque rectis euntem ſenſibus, & optima quæque expetentem longè vehementius incitavit divina viſio: Etenim auguſtiſſimâ ſpecie ac beatiſſimo lumine fulgens Maria Virgo unà cum illuſtrioribus cœlorum incolis, non modo ſeſe palàm oſtendit, verùm etiam incredibili benignitate ſpectandam aliquandiu præbuit: *Pœnitentiam*, inquit, *continuò prædica in Italia*: ſigno illum crucis muniens, ut ſemper ſacram obiret miſſionem intra fines Etruriæ, ad cujus præſertim converſionem vocaretur.

Quo viſo mirificè recreatus Thomaſſinus, & potiori virtute indutus, Genuam venit, ubi poſt triduanas conciones ita auditores percellit, ut omnes repentè odium faſtidiumque conceperint eorum quæ apud cæcos mortales prima putantur, ac præſertim quæ cum inhoneſta voluptate conjuncta ſunt: Omnes, inquam, rerum illarum, quamvis diuturno uſu ac vetuſtate corroboratas imagines, ex eorum memoria Dei digitus, Thomaſſino contionante, deterſit.

Genuâ tranſit Piſas, ubi ferream crucem oſtentans fortiter declarat graviorem multo crucem illos ſuâ mole oppreſſuram, niſi ad bonam frugem cito redeant: paucis diebus Piſis degens, illico Florentiam pergit, cujus magis pertinax, ſupremum adverſus Pontificatum rebellio, cujus quoque magis immoderata, impudens, & inveterata licentia, inſolitam tum corporis, tum animi poſtulant contentionem, ut vitia ſtirpitus evellantur.

Statim in compitis minas intentat divinæ juſtitiæ Florentinis in quos omnes terrores, periculaque impendent omnia, niſi reſipiſcant, prædicens eos ſuo ſpoliatos iri dominatu, & in captivitatem redactos. Sic loquitur trium hebdomadarum ſpatio, vicos aſſerens urbis hujus celeberrimæ fluvio ſanguinis fore operiendos, in civium punitionem.

Velut fatuum deridentillum omnes & contemnunt, injuriis quoque inceſſunt, & verberibus ferme uſque ad mortem. Pergit tamen poſtridie ferventiori zelo, & majori fortitudine: Florentini certatim poſt acerbiores percuſſiones illum tandem de fide apud quæſitores accerſunt, ut in eum animadvertant, quaſi de Deo diviniſque rebus impiè ſentiret: Thomaſſinus denique in imas carceris partes detruditur, ubi tribus diebus, totidemque noctibus, nequidem ullum panis fruſtulum recipiens, tranquillus remanet.

Pro vexatoribus interim precantem conſolatur Angelus, exponens quantam mercedem in cœlo poſſidebit: *Summe Deus*, ait illicò, *gratias tibi ago humillimas pro tantis favoribus quibus indignus ſum: Ineffabiles utique ſunt cœleſtes deliciæ, cum ſuaves adeò exiſtant illa, quas pro nominis tui laborantibus in terra largiris.*

Acceſſit ad hæc illud quoque Dei beneficium, quod ei in omnem deinde vitam proprium ac ſtabile manſit, ut quotieſcumque ſublatis in cœlum oculis aſtra ſuſpiceret (quod ſanè ſæpe faciebat, ac diu) mortalia illi repente ſordeſcerent, & miro quodam æternæ patriæ deſiderio raperetur.

CAPUT XII.

Mirabilium continuatione prædictionum in dies fit illuſtrior.

PLURIBUS inter delegatos de rebus fidei quæſitores, & beatum Thomaſſinum habitis colloquiis, Florentini ſemper illum audientes horrenda præmonſtrantem exitia, quæ ipſis affirmat imminere, mente omnino captum exiſtimant: illum itaque è cuſtodia educunt; non quod fidem adhibeant veritatibus quas profert, ſed quod levare ſemetipſos vellent onere hoc moleſto videlicet genio hujuſmodi inſano & impotenti, ut putabant, loquaculo, inertique.

Expulſus Florentiâ, Peruſiam remeat, ubi Peruſianorum vitia inſectatus ardore Apoſtolico verbis adjicit factorum auctoritatem inſigni Prophetiâ, ejuſque verâ executione. Peruſia ad ſummum pertinebat Pontificem, qui tunc Avenioni degebat. Longa locorum disjunctio juſta erat cauſa rebellionis pertimeſcendæ in Italia; ideoque Gubernator à Papa Peruſiæ præpoſitus validam munitionibus arcem ibi conſtruxit; Thomaſſinus verò perſpiciens opifices multo ſudore ac labore agentes, portavit ipſe lateres ac tegulas, quibus turrim exiguam, ſine calce aquâ & ſabulo dilutâ & ſubactâ conflavit juxta novum propugnaculum.

Peruſiana Plebs ludum hunc puerilem conſiderans, dum præſertim vir Dei paulatim ſuum deſtruxit ædificium, de illius inſania nullo pacto dubitavit: Multi etiam qui eum ſicut Prophetam habebant, nihili fecerunt, relato vano hocce & exili opificio, quo vulgato, cæteri contemptores illum penitus deſpexerunt. Cives Peruſiani ſuſpicionem animo induentes propter novum Caſtrum, quo pertimeſcebant in ſervitutem redigi, confeſtim illud diruerunt, architectoſque coegerunt deſiſtere à perfectione opificij; Præfectumque interemiſſent, niſi clam ſe ſubduxiſſet atque cautè.

Sapientes inde conjecerunt jocum Thomaſſini præſagium fuiſſe hujuſmodi eventus. Prophetia, inquiunt, ſuum ſortitur effectum; "& quod inſaniam æſtimavimus myſterij di" gnitatem obtinebat. Deinceps concionator Apoſtolicus præclaram nominis amplitudinem aſſequitur.

Digitized by Google

Bartholomæus Richardus Lardius Thomæ noſtro amantiſſimus & perfamiliaris, ſublime adeò Prophetiæ donum admirans, impensè illum rogavit, ut ſuas omnes prædictiones ſcriptis conſignaret. Sanctus Propheta initio excuſationem attulit verbi Dei, qui illum non ad libros componendos vocaret, ſed ad pœnitentiam prædicandam: per aliquod tempus fortiter obſtitit, conſilio & precibus intimi, cui tandem morem geſſit, dum anno 1373. menſe Auguſto, Thomaſſinus ſopitis ſenſibus in divina raptus coram Bartholomæo Richardo ſic exclamavit: Chariſſime, Deo placitum eſt te colligere & vulgare Prophetias & myſteria, quæ divinus Spiritus deinceps ore meo proferet. Poſteà rhythmis Italicis ſcribenti dictare incœpit volumen arcanis eminentibus plenum, quod longè latèque regiones Chriſtianas celebriter pervaſit, cum ejuſmodi Inſcriptione: Vis me dicere, dicam cum magna ægritudine.

Enarrat deinde plurima infortunia, variaſque calamitates, quæ multis Italiæ urbibus impendent: diræ oppugnationes, quibus ſponſa Chriſti Eccleſia fuit exagitata Thomæ vaticinio, patefiunt, Bartholomæo Richardo illas omnes calamo excipiente, & in lucem edente, ut Thomas ſuggerit, in abſceſſione à poteſtate mentis.

Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus inſignem facit mentionem hujuſce libri illiuſque Auctoris ſibi coætanei: Vir quidam eximiæ ſanctitatis, ait, nomine Thomaſſinus, noſtri ævi ornamentum, præſertim ob donum Prophetiæ, quo ſingulariter præditus multa præſagiit mira, & portendit idiomate vernaculo Italis, quæ præciſè contigerunt, ut præſignificaverat. Teſtimonium meum non conſiſtit in eis quæ perſpexi, vel contrectavi, ſed quæ audivi à teſtibus ocularis.

Petrus Rodulphus Scriptor celebris lectores obſecrat, ne rudem & impolitum Thomaſſini ſtylum aſpernentur, cum inde minimè ſint abjicienda ipſius vaticinia; imo potius ob id ipſum inſigni digna elogio, quod ex ſe ſuum ducant pondus & meritum, non autem ex verbis, quibus exprimuntur.

Tandem voluit Deus Thomaſſinum poſt tot labores & defatigationes paululum quieſcere Fulginij, quo Peruſia ſe confert, in comitatu Franciſci Peruſiaoi, Juſti Roſei Florentini, Bartholomæi Groſſetani, familiarium & intimorum ſodalium & diſcipulorum. Aſſiſio prius tranſit, ubi per octo dies commoratur, excubans noctu ad illuſtrium virorum monimenta, qui magnam huic urbi venerationem conciliant, danſque operam diu animarum converſioni.

Egreditur inde Nuceriam profecturus, quò pervenire cum minimè poſſet, die Sanctorum omnium, feſtum hunc diem ſacro cultu celebravit cum pio ſuo comitatu, in Eccleſia campeſtri pene funditus deleta. Inter has viciſſitudines acerbas aut gratas, hilares vel moleſtas, ingſorias aut glorioſas, *gaudet maxime à conſpectu humani concilij, quoniam habitus eſt pro nomine Ieſu contumeliam pati*, Act. 5. Gaudet eam fuiſſe viliſſimorum etiam capitum licentiam, ut eum allatrare non verentur: Quin ipſi etiam homunciones abjectiſſimi in illum debachari non erubeſcebant; & hæc erat Thomaſſini ſecundùm Deum recreatio.

S. Antoninus tit. 22 c. 1 5. 6.

CAPUT XIII.

Gloriam Dei videt, & quaſi Cælos apertos.

QUATUOR annis antequam è vivis excederet, incredibili favore cumulatus eſt. Die Sanctis omnibus dicato in æde tenuicula, de qua jam locuti ſumus, beatarum mentium felicitatem attentè contemplans, tam ſublimiter ſopitis ſenſibus in divina abreptus eſt, ut ſingula capita beatitudinis æternæ penetraverit, quantum liceat humanæ infirmitati. Cor ejus ineffabili gaudio perfuſum, ad cœleſtes honores & delicias ardenter enitebatur.

Impensè peroptabat concentum efficere, & jucundam conflare ſymphoniam unà cum Angelorum choris: nil ægrè ferebat niſi corporis gravitatem, quod, quamvis extenuatum ſponte inflictâ à longo tempore vexatione carnis & ſenſuum, atque intimè adhærens Deo per ſtrictam ipſius animi conjunctionem, obices tamen ſuo fervori opponebat.

Hoc prægrandi amoris divini incendio flagrans, inſolitam patitur animi ab ſenſibus abalienationem, & inviſitur ab Angelo, qui plerumque illum adibat; quique, dum Thomæ corpus nullas obit functiones, in cœlum mentem elevat, eique multo clarius quam anteà manifeſtat ad quantum gloriæ faſtigium evehuntur, quantoque voluptatis torrente exundant cœleſtis Jeruſalem incolæ. Novem Ordines beatorum Spirituum numerat & apertè deſcribit. Novit præſertim hac deſcriptione, & planè conſpexit honorificas Sedes perfectis tertiæ Congregationis Franciſcanæ alumnis, paratas à Mundi conſtitutione.

Unico momento poteſt homo divinis radiis illuſtratus perſcrutari & concipere bonorum & deliciarum immenſitatem, quam Deus illi ab æterno deſtinat impertiendam. Facile eſt ergo conjicere quænam fuerit lætitiæ ubertas, quænam lucis ſplendor extiterit in Tho-

maſſino, cum tota die Sanctis omnibus conſecratâ, totus abſcedit & abducitur à ſeipſo in ſuperni luminis fontem inexhauſtum. Corpus ejus in eodem perſtans loco nulla vitæ ſigna præbebat, niſi in genarum ſubrubenti candore, micantis arteriæ motu: mirati ſunt comites; non ab corpore alienatæ mentis abreptionem, quæ Thomaſſino erat frequens, & minimè præter conſuetudinem acciderat, ſed diuturnitatem, ab ortu nempe Solis, uſque ad occaſum: Dum verò ad illins pedes ſuppliciter orant, exuſcitatur Thomas, exitus aquarum ex oculis deducens, & flexis genibus exclamat, dicens: Quomodo poſſum vi-
,, ſis gloriâ Dei, cæleſtiſque prœmij magni-
,, tudine infinitâ, in captivirate longius per-
,, manere?

A ſociis vehementer compulſus, ut arcana quæ divinitus noverat, exponeret, favores eſſe affirmat humanum prorſus exuperantes captum, quos lingua mortalis vix poſſit delibare; quos videlicet homo nequeat primoribus labiis attingere, vel tantiſper explicare ullo modo. Diſſerit ramen de æterna beatitudine quam aſſequuntur Tertij Ordinis Franciſcani profeſſores.

Quadriennio ſequenti, præclaram eamdem materiam ſermonibus plerumque agitabat, ſe profitens ſemper, ſimulque audirores inſcios & tirones, imo potius omnino obtuſos & cæcos in hac eminenti ſcientia, cujus nihilominus collocutio mirabiliter unumqnemque ad vitiorum extirpationem, & virtutnm progreſſum permovebat.

E tanti myſterij eminentia incomprehenſibili occaſionem ſumebat exhortandi amicos
,, ad animi demiſſionem. De excellenti, air,
,, ingenio ne gloriemini: Humilitas Chriſtia-
,, na ſit vnbis ſingulariter in deliciis: nihil
,, veræ ſapientiæ odioſius eſt acumine nimio,
,, ut mucronis ergo, ſic ingenij acies ſit, non
,, penetret modò, ſed ſubſiſtat; ſubſiſtat, in-
,, quam, modeſtiâ & humilitate. Malo inge-
,, nium bonum & ſolidum, quam excellens
,, & curioſum, quod illud in malum flecti
,, nequir; hoc in diverſa volubile eſt. Bonnm
,, cupio & modeſtum; magnitudo ſola ſuſ-
,, pecta eſt: ſæpè magnnm ingenium ma-
,, gnorum initinm malorum fuit: raiò autem
,, magni errores, niſi ex magnis ingeniis pro-
,, diere.
,, Sat periti eritis rerum divinarum, ſi voſ-
,, metipſos probè cognoſcentes Chriſtum cru-
,, cifixum imitemini.

CAPUT XIV.

Fulginium proficiſcitur, & ubique cumulatur meritis.

AMPLA voluptatum cœleſtium cognitio, amaras Thomaſſino reddebat terræ delicias: enixè cupiebat diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, ad imitationem Apoſtoli, ut nil deinceps à Domini gloria illum ſemoveret. Quæ perceperat de æterna felicitate in poſtremo exceſſu ab uſu ſenſuum ita mentem ejus pervaſerant, ur continuo collium cœleſtium deſiderio affectus, amore prorſus langueret; unde tamen pax interior nullo pacto minuitur, ſed mirum in modum augeſcit. Saluti nihilominus animarum promovendæ ſemper invigilat, & præclara conſilia tradit multis, ut eos ab improba peccandi conſuetudine, ad ſanctitatis abducat acquiſitionem.

Primâ die poſt feſtum omnium Sanctorum Nuceriam ingrediens iterum ibi divinum parit fervorem, quem jam aliàs accenderat verbis & exemplis. Parum ibi commoratns ad honorem Dei, & civium emendationem, egregie laboravit. Illicò Aſſiſium petit, plurimaque rrajiciens tùm oppida, tùm urbes, quò vocabat illum Deus, viam quæ Fulginium ducit, lætus arripir & alacer, divinitus ſciens hîc poſtremam ſedem uſque ad obitum figendam.

Iter breviter faciens inviſit Dominum civitatis, quam vulgò nominant *Hiſpello*, illumque ſecretò admonet de purgatione conſcientiæ cito peragendâ, & conatur avertere à propoſito redeundi Peruſiam, ne hùc ſe tranſferens occidatur, ſicut prænunciabat vaticinium. Deſpexir monitum viri ſancti, obvioſque habens ſuos hoſtes, à partibus ſummi Pontificis ſtantes, ab ipſis de medio tollitur.

Thomaſſinus in ipſo aditu urbis Fulginienſis verba hæc proferr: *Hac requies mea in ſeculum ſeculi* Pſ. 131. eodemque momento in memoriam revocar Patris Seraphici exemplum, cui ſe volens accommodare, ſtatim domicilium figit in ſanctiſſimæ Triniratis valetudinario, ubi tunc conſtructa ſunt Eccleſia ſancti Sebaſtiani & Monaſterium Religioſarum ſanctæ Angelæ Brixienſis, non longè à Conventu S. Auguſtini.

Cum obſequium ægrotis præſtitum vitæ ejus inſigne ornamentum fuerit, libenter etiam illud amplexus eſt, ut ſe ad deceſſum è vita adornaret: judicavit inſuper hanc domum apprimè contemplationi eſſe idoneam: elegit itaque ibi ipſe, gaudens maximè ſilentio atque pace, locum magis ſejunctum ab humano conſortio, ut quietius meditationi navaret operam, & ſolo cum Deo colloque-

retur; quo tempore charitatis leges, cultuſque Chriſtiani exercitia non cogerent illum egredi è ſolitudine.

Anguſtum foramen & terrificum præbebat illi tectum, ubi non poterat habitare niſi humi decumbens & proſtratus, quamvis ab ejus obitu ad honorem beati ſolitarij hoc tugurium honorificè ornatum fuerit & excultum, veſtigia tamen priſtina, licet exilia, ſacri hujus latibuli remanſerunt integra, ut poſteris notæ fiant omnes dimenſiones, altitudo nempe, latitudo, longitudo, petra quoque, quæ pro lecti capite illi erat, ſintque fidelibus Chriſtianis hæc tot præſtantia pœnitentiæ argumenta, vividi & acres contritionis ſtimuli.

In iſto foramine conſtructum eſt ſacellum, & erectum altare, in quo Thomaſſini effigies ſtrata videtur, totoque exporrecto corpore, eodem ſcilicet modo quo jacebat, capiens olim ſomnum. Quadriennio vitæ ultimo ſibi ipſi durus ac rigidus, voluptatis oſor, inediâ, vigiliis exterioris hominis vires attrivit, non interioris, quæ continuâ & fervidâ contemplatione revireſcebant.

Nec proptereà deferveſcebat ullo modo ardor Apoſtolicus, quo vehementer incenſus videbatur quaſi reviviſcens de tumulo exire, dum ſolitudinem relinquens pro tempore annunciabat Evangelium, donoque Prophetiæ ſemper mirum in modum pollebat.

CAPUT XV.

Opera mirabilia pergit edere, moriturque ſanctiſſimè.

NON ſolùm ventura præſignificar, verùm etiam præſentia, licet obſcura, & cæteris minime explorata pervadit, omnium quorumcunque probans veritatem miris eventibus, dum quæ Thomas prædixerat, famuli ſui miniſterio Deus exequitur. Fulginij puer reperitur, cujus nomen & parentes nemini innoteſcunt: Thomaſſinus illum habens obviam ſemper oſculatur & blandimentis afficit, declaratque ſingulari dignum eſſe veneratione.

Plerique initio arbitrantur ejuſmodi cultum, aliaſque blanditias exhiberi, ob puerilem innocentiam, quam ipſe Chriſtus olim oris ac ſermonis urbanâ comitate liberaliter & amico animo proſequebatur, ſinens ad ſe venire puerulos, eoſque benevole amplectens, quibus volebat ſuos diſcipulos ſimiles eſſe, ut regnum cœleſte compararent. Attamen Thomaſſinus priores deferens huicce de quo agitur, audaciam ingenerat primariis Fulginenſibus petendi, an puſionem noverit. Ne

A dubitetis, inquit, nomen ipſius exprimens, „ parentes & natale ſolum: Chriſti imitator „ eſt, cujus origo & præſtantia homines late „ bant. Impensè attendant pater & mater „ ejus educationi, decus erit & ornamentum „ ſuæ familiæ. Reliquias Sanctorum reveremini „ ni, quia divini Spiritus fuerunt organa; „ oportet igitur illum ſingulariter venerari, „ quem Deus deſtinat fore gratiarum diſpen- „ ſatorem, myſticumque alveum quo in vos „ cœleſtes defluent favores. „

Adduxit deinde juncum & incurvavit eâ induſtria, ut annulum continuaverit, quem ſupremo appoſuit pueri digito, illum complexu ſtringens, excitanſque ut annulum ſer-
B vet, donec Epiſcopus factus, alterum majoris pretij nanciſcatur: Reipsâ etenim, inquit, in hanc ſublimem eveheris dignitatem. „ Horum omnium teſtes auriti & oculati totius tandem Prophetiæ viderunt effectum.

Urbs Fulginienſis in valle Spoletanâ ſita, omnino tunc erat ſub ditione ſummi Pontificis, qui ſedem figens Avenioni, Gubernatores ſuis dominiis Italicis præficiebat, eò violentiorem exercentes dominationem, quò longius abeſſet Papa, ſicque difficilius violentiæ afferebatur remedium. Trincius hoc nomine tertius Ugolini Trincij filius gubernabat Fulginium; non ſolùm civitatem univerſam offendebat vitâ ſtupris, flagitiiſque flagrante, ſed quia ſæpe acri & vehementi quadam incitatione inflammatus, in cives
C omnes tyrannicè ſæviebat: Thomaſſinus itaque libenter à ſolitudine recedit, & Angelorum ſocietate ad tempus privatur, peccatoris publici conciliaturus emendationem, plebique oppreſſæ præbiturus ſolatium.

Primæ admonitiones, quamvis ſalutares admodum, clam & ſecretò traditæ, non profuerunt: conſcendens ergo ſuggeſtum, clamat fortiter contra indigna & probroſa Gubernatoris facinora, tamque efficaciter, ut Trincius non auſus famæ celeberrimi Prædicatoris ſe opponere, aſſentiatur iis qui Prædicationes laudibus extollunt. Non temere „ loquitur ſum, ſed conſultò, inquit, namque diſ- „
D ſolutus ſum, & moribus utique perditis; ſed „ cupiditates meæ non ſemper erunt effrena „ tæ, nec indomitæ; tandem aliquando reſi- „ piſcam.

Viro Apoſtolico in dies magis contendente, ut obſtinatum peccatorem è cœno vitiorum eruat, tyrannus irâ excandeſcit, ſtatuitque illum vitâ privare clanculùm, ne populi, qui eum ut Prophetam veneratur, iracundiam provocet: ſui notitiam pravi conſilij volens etiam à domeſticis ſubtrahere, nobilem adminiſtrum, & arcanorum participem, miſit, qui Thomam certum faceret de Trincij converſione, ne diutiùs reſiſtat divino Spiritui, qui novi Apoſtoli ore vocat eum ad pœni-

„ tentiam : veni ergo, ait nuncius, in Gubernatoris palatium, conferre tecum cupit per „ totam noctem de juſtitiæ divinæ pacandæ „ modo, perfectioniſque Chriſtianæ aſſequendæ. Nil minus intendebat Trincius, quam ſuam converſionem; è contrario decreverat ſemotis ſamulis Thomam in ignem projicere.

Vir Dei non ſtatim perfidum adeo & crudele propoſitum prænoſcens, iter facit; & ex alto interim illuſtratus pallio involvit carbones ardentes quos piſtor eduxit de furno, gerens illos eâdem jucunditate ac ſi eſſent venuſtæ ac ſuave olentes roſæ. Mirandum hoc „ munus offerens tyranno; Quouſque tandem, ait, vexabis probos & innocuos homines? Ut tuorum menſura criminum compleatur, viſne luce orbare Dei miniſtrum, „ qui nil ambit præter animæ tuæ ſalutem? „ Ab effuſa libidine, & profligata nequitia „ non cupis deflectere: non ob id ipſum accerſis me, ſed ut flammis & igne me perimas. En tibi inſtrumentum præbeo, quo „ me comburendo prorſus extinguas; age ad „ arbitrium tuum, ne mihi indulgeas, quæſo; „ paratus ſum ad omnia ferenda, ô me felicem, modo tyrannidi tuæ immoler pro Dei „ gloria.

Ambo miracula, carbones ſcilicet non adurentes pallium, atque manifeſtatio nefandi conſilij cunctis incogniti, ita permoverunt Trincium, ut omnino perſuaſus de ſanctitate Thomaſſini, ſolidis Pœnitentiæ exercitiis operam ſolertem navare decreverit. Compertam voluit nihilominus horam ſui deceſſus habere, quæſivitque ſollicitè quandonam „ adveniet. Non occumbes, reſpondet vir „ ſanctus, quandiu majus æs urbis campanum firmum ſtabit, quam primùm decidet, è veſtigio peribis: vive incolumis, donec vituli convolent ſupra excelſam turrim, in qua detinetur. Hæ propoſitiones Gubernatori viſæ impoſſibiles cauſa fuere, cut execæcatus ipſe illas optimis fieri crediderit auſpiciis; ſperavit inde dierum longitudinem, fortunatumque vitæ exitum.

Eventu tamen ſero expertus eſt ſpe vanâ intumuiſſe, nec ab ænigmate vera conjeciſſe: anno etenim 1377. Florentini, cæterique ſupremo Pontificatui rebelles, ad civitatis Fulginienſis muros caſtrametantes, duce *Lucio Tedeſco* ita ſe geſſerunt clandeſtino commercio, ut cives ſummi Pontificis imperium detrectaverint; at campanum, ut in re trepida pulſarum, hoſtem adeſſe nunciat, atque ad arma ciet: majus tintinnabulum conquaſſatur, ejuſque fruſta in terram cadunt: inimici poſſeſſionem inierunt Fulginij, & in ſummis mœnibus vexilla, ubi duo vituli erant depicti, erexere; furore perciti in Trincij palatium tumultuario currunt, quem egerunt præcipi-

A tem per feneſtras, ac de medio ſuſtulerunt; ſicque Prophetia ſuum omnino ſortita eſt effectum.

Antequam Thomaſſinus fato fungeretur, ab Angelo de obitu monetur, pariterque de gloriæ ſempiternæ proximitate, die Aſſumptionis ſacratæ Virginis, anno 1377. Dum felicitatis magnitudinem quâ fruitur Regina cœlorum, contemplatur, atque peroptat ejus fieri particeps. Felix adeo nuncium novo illum ardore inflammat tantâque perfundit lætitiâ, ut Deum laudare nunquam ceſſet.

Cor ejus & caro exultabant in Deum vivum nullis rebus creatis adhærebat, eaſque omnes, quaſi nihil eſſent, prorſus aſpernabatur, B ita plenus erat divino Spiritu. Febri correptus, diſcipulos diſpoſuit ad ferendum æquanimiter, quod ab eis recederet per mortem, Deo ſic jubente, atque impenſe illos ad rigidas pietatis leges excitavit: dum multoties peterent ubi vellet terræ mandari; *Inter corvos*, ait.

Percrebreſcente amoris divini igne, horâque appropinquante ſui obitus, enixè poſtulat piacularium ſacrorum ope præſidioque inſtrui, quibus munitus fuit, totus remanens in contemplandis cœleſtibus uſque ad poſtremam luctam.

Gratiſſimo tunc voluptatis ſenſu perfunduntur adſtantes, dum mirabilem Angelo- C rum audierunt concentum, qui Thomaſſinum triumphali pompâ in cœlos perducunt. Famâ deceſſus vulgarâ innumeri confluunt populi, ut debitos honores defuncto perſolvant unanimi conſenſu: non eadem fuit unanimitas quoad locum ſepulturæ.

Affirmant Fratres Minores, cum alumnus fuerit & ornamentum Tertij Ordinis Franciſcani, venerandum corpus ad ipſos pertinere: Aſſerunt contrà Religioſi Eremitæ S. Auguſtini juſtitiam violari, ſi illis tam pretioſus theſaurus denegetur, cum potiora exiſtimationis & benevolentiæ ſigna & argumenta à Thoma receperint. Commemorant & adducunt in teſtimonium ſuæ prærogativæ, quod videlicet poſtremos vitæ dies exegerit, efflaritque animam in noſocomio Conventui D Auguſtinienſium vicino. Judices & Magiſtratus rem controverſam illis addixerunt, declarantes per *corvos* intelligi Auguſtinienſes nigrâ tectos veſte, ſicque aliàs à mortuo nominatos.

Auguſta fuit omnino ſolennitas exequiarum tùm ſumptu & magnificentiâ præter conſuetudinem, tùm propter ritus ſacros illuſtri apparatu, & ſummâ Religione obſervatos. Inſignia prætereà miracula eduntur brevi tempore. Pluribus annis elapſis poſteà è terra educitur venerandum corpus prorſus illæſum & incorruptum: collocatur honorificè in perpulchra theca ex ære Caldario ſu-

pra

pra altare die decimo quarto Novembris, quo celebratur beati Thomaſſini feſtum Fulginij, quamvis anteà coleretur die obitus, videlicet 15. Decembris.

Diu quievit in ſacello ad ejus honorem conſtructo, à ſiniſtro latere altaris primarij, anno 1450. ſumptibus & liberalitate egregij viri, quem Wadinghus nominat *Martinum Pacciorum Rubinum*. Reliquiæ verò ejus à quinquaginta annis tranſlatæ ſunt in ſacram ædem A ſub titulo Crucifixi erectam, non longè ab eodem altari primario. Dignum hoc veneratione corpus exponitur quotannis oculis fidelium ipſo die ſolennitatis, qui omnes plenam corruptionis admirantur immunitatem à pluribus ſæculis. Scripſerunt ejus hiſtoriam Roſeus Florentinus, Jacobillus Fulginienſis, S. Antoninus, Oddo Peruſianus, Rodulphus, Franciſcus Gonzaga, Marcus Ulyſſipponenſis, Wadinghus.

VITA
BEATÆ TOBIÆ,
VIDUÆ.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas ejus, & Matrimonium.

Massæ in Italia, ditionis Senarum, naſcitur anno 1330. Mater illius, nomine *Diana*, ſoror erat primogenita Dominæ, ab Hiſtoricis vocatæ communiter *Nera*, ſancti Bernardini matris, qui ergo conſobrinus erat noſtræ Tobiæ. Pater Arturus exiſtimat illam matrimonio illigatam fuiſſe cum Guidone viro eximio, illuſtriſſimæ Ptolomæorum familiæ, quæ primas tenebat inter incolas Senenſes. Affirmat quoque idem Auctor *Guidonem Bartholum* fuiſſe tùm affinitate, tùm conſanguinitate valde connexum S. Bernardino.

Ut, ut ſit, divinus hic homo, & præſtantiſſimus concionator, beataque Tobia cognatione proximâ ſe invicem attingebant: potior tamen connexio à virtute oritur, & mirâ in pietatem propenſione. Non per longum temporis ſpatium conjugata remanſit; viduitas ei præbuit citò anſam majoris perfectionis adipiſcendæ: aſperam vivendi rationem plurimùm auxit, ab humano conſortio ſemota, ut ſolo cum Deo ſocietatem rerum cœleſtium contemplatione iniret, & cum pauperibus, quibus fervida charitatis exhibebat officia, D ſive in valetudinariis publicis, ſeu propriis in domiciliis, dum gravius ægrotabant.

Trigeſimum ætatis annum agebat Tobia noſtra, quando Bernardinus venit in lucem: tribus igitur annis poſteà elapſis *Nera* inſignis hujuſce pueri genitrice fato functa, alterum poſt triennium patre è vivis excedente, *Tobia*, quæ ſemper actiones vitamque univerſam ad rationis normam & Evangelii re- B gulas compoſuerat, probè callebat leges ad ſeipſam, alioſque dirigendos neceſſarias & idoneas.

Bernardinus inde mirabiliter proficit, à pia & illuminata matertera ſolerter inſtitutus, ut ritè veneretur Angelorum & hominum Reginam, ut in ejus venerationem ſingulos dies Sabbathi jejunus agat, ut in amore & deliciis habeat pauperes, & conſoletur afflictos: Si quoſdam, pane deficiente, repulſos animadvertat, obortis lacrymis eorum vicem dolet. Tribuatur illis, ait dilectæ magiſtræ, quicquid uſui meo reſervatur; fame me vexari C gaudebo, modo iis qui Jeſu gratioſiſſimi ſunt, fiat ſatis.

Vix ad undecimum annum ætatis Bernardinus pervenerat cum Maſſa, natali ſolo perducitur Senas, à quo Tobia nunquam disjungitur, ſolertem præclaræ huic menti adhibens culturam, ut egregia virtutum ſemina à genitrice Diana ſparſa creſcant & propagentur: Salutaribus documentis & exemplis edoctus iſte puer perfectam cumulatamque ſanctitatem aſſecutus eſt, & inter ſpectatiſſimos ævi ſui viros eminenter claruit.

In piæ doctricis comitatu Eccleſiam frequentabat, Miſſæ, concionibus, diviniſque aderat Officiis & ritibus: ubicumque Tobia charitatis munia erga pauperes & ægrotos exercebat, ſemper illam comitabatur. Commendabat præſertim Tobia Bernardino corporis puritatem & animæ. Simul ac ætatem attigit, ubi pudicitia periclitari incipit, illum validè exhortatur, ut ſibi diffidat, atque vitet

occaſiones ; cilicij fortiter inculcat uſum & A flagri ; pro cibo denique inediam , pro lecto nudam humum. Suis precibus illi obtinuit donum virginitatis illibatæ , omnibus irritis conatibus contrariis: eò pudoris paritérque generoſitatis progreſſus eſt, ut lapidatione impudicas mulieres lenociniis ad ſtuprum allectantes expulerit.

Verbo parum honeſto, dum ipſe adeſt, pronunciato, alapam impingit ori à quo prodit. Sodales virtutem Bernardini apprime cognoſcentes, illum ſingulari veneratione proſequebantur. Mox ut etiam procul eum ſpectarent, ſi quempiam haberent non ſat modeſtum ſermonem , illicò, aiebant , linguæ parcamus, en Bernardinus accedit.

B Joco perinde pio ac hilari negotium aliquod exhibuit Tobiæ, cor ſuum declarans ita irretiri eximiâ cujuſdam Amaſiæ pulchritudine, ut noctem traducat inſomnem, niſi die præcedenti illam inviſat. Inquirenti Tobiæ, ubinam illa degeret: ſtatim reſpondet, nulli in tota civitate Senenſi formam Amaſiæ ſecundam eſſe, quia non ſolum aptâ compoſitione membrorum movet oculos & delectat, hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt; ſed præterà formam pudor honeſtat, dejectis in terram oculis, quantum licet ore velato ; ejus autem domicilium reperitur extra portam, quæ vulgo nominatur *Camoglia*. Si dies quædam, inquit, C „ effluerent, quin eam ſalutarem, & in omnia „ meam illi offerrem operam, langore conſi„ cerer, curis & miſeriâ contabeſcerem.

Multoties & ſingulis diebus, ſalrem mane & veſpere Reginam Angelorum viſitabat, in cœlos aſcendentem, cujus effigies in eodem poſita erat loco quem expreſſerat, in via nempe quæ Florentiam ducit, ibique orationi vacabat. Quamvis Tobiæ inſignis Bernardini moderatio probe innoteſceret, propter ſolertiam nihilominus qua utebatur in ejus educatione, unam aliquam ex amicis rogavit illum obſervare: cupiens quoque ipſa exploratrix eſſe, vidit Bernardinum gradum ſiſtentem coram beatæ Virginis Imagine, dein ti- D bialibus depoſitis & calceamentis, genua flectentem, necnon uberes effundentem lacrymas: annotavit inſuper longâ peractâ oratione modeſtum adoleſcentem cito, & ſine mora ſuas in ædes ſe recepiſſe.

Tobia pluries unà cum intima ſua exploravit & ſpeculata eſt pietatem Bernardini, unde illum pluris æſtimavit. Petiit tamen ab eo, quænam adeo illi eſſet in amore & deliciis. „ Non hoc quæro, inquit, quod de tua mo„ deſtia vel leviter dubitem, ſed quia tua ſa„ lus meorum omnium conſiliorum ſcopus eſt, „ hoc unum utique meus ſpectat animus; tuæ „ ut conſcientiæ ſerviam & conſulam. Cor „ meum, inquit Bernardinus, tanto ſtudio Dei Genitricem complectitur, ut exhauriri nullâ poſſit injuria ; nullo modo poſſim " quieſcere, niſi quotidie illi ſupplicem & hu- " milem cultum exhibeam ad pedes Imaginis " extra portam *Camogliam* collocatæ. Tobia " fatetur nullam poſſe eligi aut invocari præſtantiorem protectricem, illum excitans ad perſeverantiam.

De amore Dei & proximi certabant Tobia & Bernardinus. Tobia non tantum matertera, ſed mater erat amantiſſima: Bernardini, adoptivi, judicio & voluntate filij maximus quidem in Deum amor, & propter Deum in Mariam Virginem, & materteram piam educatricem; materteræ verò in utroſque vehementiſſimus: quamvis uterque amor talis tantuſque parentum ſit, ut vix eum, niſi rarò admodum, filiorum pietas æquaverit, adoleſcens tamen Bernardinus non minus diligit Deum & proximum, quam ſenior Tobia illos diligit. Pulchrum boneſtumque eſt inter Tobiam & Bernardinum de amore ac pietate certamen; victi & victores ſunt ambo, quibus largius charitatis fons cœleſtis affluxerit, Deus judicet. Nullum ſane in terris cœloque ſpectaculum fingi queat.

[f] Marc. Ulyſſip. 5. part. l. 2. c. 3. & 12. S. Antonin. 3. part. hiſt. tit. 24. cap. 5. Vvadingh ann. 1380. num. 6. A Sillis in cap. 2. Reg. 3. Ord. Martyrol. Franciſc. 2. Martij.

CAPUT II.

Moritur ſanctiſſimè.

NOſocomium de Scala Senis inſtitutum Adminiſtratores habebat Pœnitentes titulo, de Domina noſtra communiter donatos, qui magnam ſanctitatis exiſtimationem nacti fuerant in Italia univerſa. Huc conveniebant frequenter pietatis exercitia perſoluturi, & de negotiis ad egenos ſpectantibus conſulto deliberaturi. Mulieres ſeparatim munia ſua obibant, rebuſque ad ſexum femineum pertinentibus dabant operam. Sicut iſti, ita pariter hæ peculiarem eligebant Superiorem, cujus nutui ſummittebantur, ad imitationem Fratrum & Sororum Tertij Ordinis Franciſcani Florentiæ à Patre Seraphico erecti.

Scriptores quidam aſſerunt congregationem de qua nunc loquimur, Terræ Regulæ noſtræ nomen dediſſe, dicuntque beatam Tobiam jam tunc Tertiariam primas obtinentem partes in valetudinario præfato de ſacra Dei para multo fervore pauperibus & ægrotis feminis miniſtraſſe.

Societas iſta diverſas ſortita eſt denominationes & præclaras, pro varietate eventorum quæ contigerunt in locis, ubi excipiebatur,

Digitized by Google

Unde permulti eximiæ virtutis viri prodiere, ad decus & ornamentum Sponſæ Chriſti Eccleſiæ. Beatus Joannes Columbanus Ordinis Jeſuatarum Inſtitutor, ejuſque individuus comes Franciſcus de Manera floruerunt inter alios, qui montis Olivetani ſodalitium fundaverunt; hinc quoque ſumunt originem, ſicut beatus Petrus, vulgò dictus *de Petronibus*, qui plurimùm decoravit ſuâ ſanctitate Carthuſianam familiam; itidemque beatus Andræas Galleranius, & innumeri alij præcellentes Religioſi.

Beata Tobia noſtra, quæ in ſodalitate ſua charitatis & pietatis ſplendore eminebat, parvulum ſemper Bernardinum accerſebat in communionem ejuſdem ſocietatis exercitiorum: annum vix decimum ſeptimum agentem adſcribi curavit numero Fratrum de Pœnitentia.

Anno 1400. ſummus Pontifex Bonifacius IX. ſolenne Jubilæum Romæ promulgavit, peſtiſque invaſit totam Italiam. Noſocomio Senenſi ægrotis referto, ſive Senenſibus, ſive finitimis, ſive peregrinis, quotidie triginta mortui terræ mandabantur: tot Fratres & Sorores hujuſce Congregationis fato functi ſunt, tot Sacerdotes, Medici, Chirurgi, atque adjutores eodem in negotio gerendo, ut difficulter ſepelirentur omnes, utque aëre corrupto, nullus hunc locum adiret, quin ſtatim peſtilenti afficeretur lue.

Joannes Superior, veneratione ſingulari dignus ſenex, eximiâque præditus virtute, necnon ſummâ pietate ſacratam Virginem colens, ægrè fert omnes peſte laborantibus inſervientes extingui: Invocat igitur afflictorum conſolatricem, ut ipſis præſidium exhibeat in extremis: eodem momento Bernardinus & Tobia divino afflatu impulſi ad miſerorum ſolatium præſto ſunt: Ille ad viros excubat, Hæc ad feminas: evidenti utriuſque charitatis miraculo contagio finem habet.

Tam ferventi miſericordiæ opere expleto febris æſtu divexatur Bernardinus; Tobia interim febricitanti ſemper adeſt, tantamque adhibet ſolertiam ad ejus curationem, ut quatuor menſibus elapſis, confeſtim in priſtinam valetudinem redeat. Tunc ſincere declaravit dilectæ ſuæ materteræ ad uſque hoc tempus fuiſſe confirmatum à Deo in corporis & animæ integra munditia, atque in firmo propoſito millies mori potius, quam ſuggeſtioni conſentire vel leviter oppoſitæ nutui divino.

Tobias Deo gratias agens de tam præclaro beneficio, Bernardinum ardenter excitavit ad perſeverantiam: perſtitit ipſa in eminenti & perfecta morum probitate uſque ad annum 1430. quo circiter ex corporis ergaſtulo evolavit in cœlum, ubi mirificum gloriæ thronum adepta eſt, nequidem momenti morâ interpoſitâ in ſede animarum vitæ noxas poſt mortem expiantium. Obiit primo die menſis Martij. Non prætermittendus ſanctus Antoninus, qui deſcribit qua ratione ſanctus Bernardinus noverit Tobiam rectà & ſine intervallo in felicitatem æternam evectam fuiſſe poſt ſeparationem & animæ.

Die Cinerum, dum concionaretur Mediolani, idem miniſterium Apoſtolicum obiturus toto Quadrageſimæ tempore, ſopitis ſenſibus abreptus eſt in divina; ejus aperti remanſerunt oculi, manuſque junctæ, atque cœlum acerrime contemplabatur. finitâ extaſi, de ſilentio ab auditoribus veniam poſtulavit, ſe Dei juſſu tamen defendens, qui illum, dum ſileret, voluerit intereſſe beatæ materteræ Tobiæ morti, cujus anima citò ab Angelis in cœlum tranſvecta ſit, & cœleſte præmium abſque ulla mora incœperit poſſidere in omnem æternitatem.

Mediolanenſis Dux concionis auditor Senas extra ordinem mittit curſorem, qui rei veritatem referat; ſicque fuit compertum è vita migraſſe Tobiam die & horâ à ſancto Bernardino præciſe notatis.

BB. CAROLUS DE MONTE GARNELLO: *ET* GUALTERIUS DE MARZO. Confeſſores.

PRÆSTANTES hi duo viri mundi aſpernantes illecebras, tertiam Regulam Franciſcanam libenter amplectuntur, & ſe unanimiter recipiunt in montem ſolitarium penès Florentiam.

Carolus generosè nuncium remitrit eximiis terræ dignitatibus, quæ illi obtigerant, tanquam illuſtri Dynaſtæ, & Romaniæ Comiti: Amore divino æſtuans, honores, divitias, & delicias terrenas omnino abhorret: ambo noſtri Eremitæ in ſolitudine, quam elegerant, Eremitorium conſtruxerunt, ſub titulo ſanctæ

Mariæ de Sepulchro, ibique vitam exegerunt potius Angelicam, quam humanam. Divina Providẽtia ad eorum comitatum plures accerſivit, qui ad ipſorum exempla & nutum ſe accommodabant, & fingebant totis viribus.

Chriſti charitate amborum corda urgente, adoleſcentes qui ſe offerebant, in ſuam admittebant ſocietatem, ubi mirus ſanctitatis progreſſus, & celebris adeo fama orta eſt, uſque ad loca Florentiæ finitima, ut deſerta ibi omnia referta ſint ingenti Anachoretarum multitudine. Carolus itaque, necnon Gualterius ſtatuunt Ordini vulgo in In Italia nominato, de ſancto Hieronymo Feſulano dare initium. Deum ſic voluiſſe patet, ſicut ore ſummi Pontificis Gregorij XII., pluriumque aliorum ſucceſſorum declaravit. Hæc Congregatio eminenter claruit, tùm viris ſpectaniſſimis, tùm magnificis Conventibus, univerſaque Eccleſia illuſtrata plurimùm fuit illorum laboribus & ſplendore.

Recens hæc Inſtitutio memoriam prioris originis non delevit, nec ademit: Patris Seraphici ſpiritum ſemper conſervarunt: ſub Regula etiam ſancti Auguſtini, retinuerunt ve- veſtiarium pœnitentiæ ſymbolum, & cinereum colorem, pednm nuditatem, cum ligneis ſandaliis, quæ tandem dimiſerunt. Quam felix fauſtumque fuerit eorum propoſitum, patet: perfectionem, ad quam contendebant, non ſolùm attigerunt, verùm etiam verbis & factis ad eumdem ſcopum allexerunt plurimos imitatores.

Beatus Carolus Venetiis extremum effudit ſpiritum anno 1419. cujus Martyrologium Franciſcanum mentionem facit die ſeptimo Septembris. De beato Gualterio loquitur ſecundo Januarij. Wadinghus ambos jungit Annalium tomo quinto ann. 1405. §. 18. Marcus Ulyſſipponenſis, Antonius de Sillis, & Gononus, qui vitas Patrum Occidentis ſcripſit, illos egregiis titulis honeſtarunt, atque Religioſis propoſuerunt tanquam omnium virtutum exemplaria.

B. B.

CATHARINA MEDIOLANENSIS, & IOANNA LVXEMBVRGENSIS.

NEfas eſt illas ſeparare, cum ſint coætaneæ, fatoque functæ fermè eodem die. Catharina Duciſſa Mediolanenſis, magnitudinem ſuæ originis ſplendore virtutum longè ſuperavit: commendatur valde à cultu divino, & incomparabili erga pauperes & afflictos miſericordiâ. Obtinere inſignem meruit locum in Martyrologio Franciſcano die vigeſimo-nono Octobris, illiuſque obitus notatus eſt anno 1404. juxta opinionem Marci Ulyſſipponenſis, & Wadinghi, tomo quinto ann. 1404. §. 5.

Cum Joanna Luxemburgenſis è valle miſeriarum deceſſerit anno 1409. à Catharina non ſejungitur. Comitiſſa erat Ligmenſis, & ſancti Pauli, atque ſoror ſancti Petri Luxemburgenſis, Epiſcopi, & Cardinalis, qui tot & tanta edidit miracula. Sumpto habitu Tertij Ordinis Franciſcani, in Monaſterio Moncellano, juxta Pontem ſancti Maxentii vota ſolennia Religionis zelo Seraphico nuncupavit: omni virtutum genere præcellens coævos & poſteros, actionum ſuarum luculentos & fervidos approbatores habuit.

Deo nolente Joannæ ſanctitatem ſolùm emicare intra limites clauſtri, fervor illius potiſſimùm eoituit in cordis amaotiſſimi fratris, & Cardinalis eminentiſſimi conſervatione, quod ipſa poſt ejus deceſſum in Conventum detulit Moncellanum. Ingens utique decus & ornamentum huicce Monaſterio conciliavit, pretioſo hujuſmodi pignore & monumento; cujus præſentiâ majori in dies flagrabat ardore erga pietatis exercitia.

Obdormivit in Domino Joanna duodecimo die Novembris, ſanctitate conſpicua, annumque agens quinquageſimum tertium. Brevitas hujus hiſtoriæ, commentariis à Scriptoribus antiquis relictis penitus reſpondens, non impedit quin gratiarum Dei ubertatem admiremur in omnes effuſam conditiones.

VITA BEATÆ MARIÆ

E NOBILI DOMO MALLIENSIVM.

CAPUT PRIMUM.

A tenera pueritia divino cultui dedita fuit.

IN lucem editur anno 1331. die 14. Aprilis in Caſtello *de Rupe ſancti Quintini*, à parentibus illuſtriſſimis. Pater Harduinus nomine, Equeſtri dignitate clarus, Baro erat & Dynaſta præfati dominij. Mater vocabatur Joanna de Montebaſonio. Pronunciare ſufficit præclara hæc vocabula, ut originis celſitudo *Mariæ* noſtræ innoteſcat.

In Baptiſmo nominatur *Joanna*, in Confirmatione *Maria*. A teneris unguiculis miram oſtendit in divinum cultum, & venerationem Dei genitricis proclivitatem: ab ineunte loquendi uſu delectatur potiſſimum in recitanda ſalutatione Angelica: ſexcennis jam ſanctitatis radios ſpargit, puerilibus ludibriis remittit nuncium, colligendis floribus, ſertiſque concinnandis nullo modo unquam attendit, niſi ut coronas apponat Sanctorum, atque præſertim ſacratiſſimæ Virginis imaginibus. Sumptuoſa veſtimenta rejicit: ſi aliquando luſionem exercet, jucundius egenis cum filiolis, quam cum divitibus & ſpectatis colludit, ut vetuſtis earum vilibuſque laciniis operta humilitati & contemptioni aſſuefiat.

Mariæ cuſtos & procuratrix ſæpius advertens hujuſmodi vanitatis & pompæ odium, & quantum peramaret vilitatem & carnis cruciatus, aſſeruit neque mundum, neque terram habitura unquam partem in ejus corde. Parentes verò huicce propoſito pervicaciter obſiſtentes, illam ab incœptis pietatis operibus enitebantur amovere, ut ſæculi falſas inſanias inſequeretur. Cuilibet admirationis occaſionem præbebat, quia dederat hoc ei natura, quidquid aggrederetur ut egregie conficeret; quanto magis ergo facultas à gratia accepta illius ingenium reddebat ad omnes res appoſitum & accommodatum?

Eminenter inde perficitur, in via Dei, cui ſe totam applicat, aſſiduè legendo Sanctorum hiſtoriam, pioſque codices: mente Deum precatur & linguâ diu noctuque; ſic aſtruit munitiſſimum ſibi propugnaculum contra Mundi, Carnis, Satanæ aggreſſiones; contra parentum impetus, quos reprimit & frangit Jeſu & Mariæ ſupplici invocatione.

Anno 1342. à partu Virginis, annos undecim nata, dum Chriſti nativitatis feſti ſolennibus officiis & ritibus adeſt, à corpore alienata mens ejus abripitur, atque pro captu humano cœleſti gratiâ roborato, Verbi incarnati myſteria pervadit. Paulo poſt eodem privilegio gaudens, licet exiguo temporis ſpatio, non minorem percipit conſolationem, Dei Genitrice ſe viſam offerente in ſomno. Geſtabat Regina cœlorum ſiniſtro brachio Jeſum, dextro thuribulum guttis plenum Chriſti ſanguinis, quem videtur effundere in *Mariam* noſtram, unde recens & fervidum concipit deſiderium conſiderandi attentius dolores Jeſu crucifixi: deinceps ſupra pectus tenebat perpetuò Crucifixi imaginem in membrana pergamena exaratam vel depictam, quam ſæpenumero ſuis lacrymis irrigabat, manibuſque amplectebatur, dum ſola extaret.

Morbo tunc extremo laborans à Medicis deponitur; pro ægrotantis deplorata ſalute vota nuncupat ſancto Jacobo ejus mater, ſtatimque ægra penitus convaleſcit: E lecto ſurgens, Deo grates agit, Medicorum peritiſſimo declarante publice, nullam unquam curationem vires naturæ magis exuperaſſe; evidens ſane argumentum ſanctitatis noſtræ puellæ, in cujus favorem & commendationem opus adeò mirandum editur.

Mariæ Deus prorogat dies, ut quæ mirabilia decrevit ab ipſa profectura ad felicem perducantur exitum: in virtutis ſtudium incumbit tanto fructu, ut omnibus admirationem pariat. Patre mortuo, quem magis adverſum habebat, palàm & aperte ſe perfectionis ſublimioris leges amplecti profitetur. Secedens manifeſte à conſortio Nobilium, ſolâque utens proborum & pauperum conſuetudine, vana quæcumque illuſtrium Dominarum ornamenta prorſus abdicat, ex quo deridetur ab inſanis mundi amatoribus. In

piis confirmatur propoſitis à Confeſſario matris, viro utique virtutis eximiæ, qui frequens erat in Caſtello: de ipſo mox prandio quotidie illam ſalutaribus præceptis inſtituebat, quæ humi jacens ſtudioſe audiebat, non videlicet auribus tantum, ſed mente ſanctitatis cupida.

CAPUT II.

Connubio jungitur cum Roberto Sillio, abſque ullo virginitatis detrimento, & ambo miros faciunt progreſſus virtutis.

MARIAM ad ſolum virtutum apicem ardenter contendentem parentes volunt matrimonio illigare, à quo totis viribus ſe amovet, nocte & die obſecrans Deum, ut hoc omen ſibi infauſtum avertat: ſanctos Dei famulos, ipſos præſertim qui virginali pudicitia floruerunt, invocat, ut eorum precibus palmam virginitatis obtineat. Regina Virginum præcipuum ejus eſt perfugium. Oratione tandem, jejunio, cæteriſque auſteritatibus certa fit ex alto de perſeverantia in ſtatu virgineo uſque ad obitum, quamvis viro in conjugem tradatur: novit etiam divinitus maritum ſuaſione ſponſæ & exemplo futurum virginitatis affectatorem.

B Dum ingenti gaudio perfruitur ob cœleſte hoc nuncium, Deoque gratias agit, ſatagunt proximi illam amatricem reddere, atque de ipſius collocatione inſtanter cogitant. Bartholomæus Dynaſtes Montiſbalonij avus maternus præſtanti pietate præditus, quod molitur animo puella, tuetur & fovet. Sciens igitur illam non reſpuere omnino conjugium, ſed jam votis parentum obſecundare, pro ſua prudentia & perſpicacitate ſponſum illi deſtinat idoneum, quem Maria ſuæ virtutis participem effecerat, dum pari educatione liberaliter inſtruerentur, ſimulque ac ſub eadem diſciplina probis imbuerentur moribus: ſibi quoque illum devinxerat, ab interitu vindicans inſigni miraculo.

C Nobilis iſte adoleſcens, in ripa ſtagni luſui indulgens, cecidit in illud adeò infauſte, ut ſociis exclamantibus, nec valentibus ei ullo modo ferre opem, Maria confeſtim accurrerit, flexiſque genibus naufragantis impetrarit liberationem: E periculo ereptus, & littus attingens, liberatrici gratias egit, illiuſque veſtigiis ſolerter inhæſit virtutum imitatione. Bartholomæus itaque hoc permotus miro eventu credit Deum innuere futurum Mariæ & Roberti conjugium.

D Die verò nuptiarum è vivis exceſſit Bartholomæus, pompaque fuit perinde funebris ac nuptialis: quo tempore mortuo pareotatum eſt, in gratulationem ſponſi & ſponſæ

A repotiale celebratum eſt convivium; ſicque vanitas ſuum invenit remedium, dum mortis meditatio illam in ſuo extinxit throno. De fletibus erat ſermo, non de magnifico apparatu, nec de ſaltatione, vel de chorearum celebritate. Maria dolens acriter obitum Bartholomæi, ſuæ mentis arcanorum moderatoris, ardenter à Deo poſtulabat virginitatis integritatem.

Sola cum ſponſo remanens nocte ſequenti, anſam differendi de contemptu honorum, divitiarum, & voluptatum terræ opportunè ſumpſit, & prudenter arripit ex avi diſceſſu tam lugubri: deinde votum ſuum manifeſtavit. Perculſus paululùm ex improviſo recenter conjugatus, aſſentitur tamen afflatu divino propoſitioni tam eximiæ, ſimulque decernunt vitam exigere more optimo fratrum & ſororum, atque unanimiter Chriſtianæ pietatis leges amplecti. Sexdecim annorum ſpatio, quo duravit conjugium, puritatem Angelicam obſervarunt, cæteris ignotam, qui matrimonio copulatos illos & indiviſim in unis ædibus, & convictu manentes, ſciebant, nec tamen noverant quam continenter viverent, & quam egregie moderarentur humanas cupiditates, juxta promiſſionem mutuam.

Sponſus & ſponſa, ad exemplum ſancti Elzearij & ſanctæ Delphinæ, famulos & famulas elegerunt, quorum mores & ingenia valde congruerent, & tenderent ad Deum; poſueruntque ad rectam & firmam ſuæ totius familiæ adminiſtrationem, divinorum fundamenta mandatorum. Blaſphemiæ, omnis contumelioſa verborum impietas, omniſque luſus aleatorius procul & omnino exulabant: qui ambigue loquerentur, aut non ſat honeſte, monebantur ſeriò; poſt monitum verò, niſi moderatè ſe gererent, expellebantur.

Hùc pauperes confugiebant, nec unquam repulſam patiebantur. Mendicorum multitudo adeo crevit, ut decies tantum panis, quantum paratum erat, non ſufficeret, ad fruſtulum cuilibet diſtribuendum: mirâ tamen & præter naturæ vim multiplicatione, ſatiatis egenis, frumentarius commeatus non imminuitur.

Robertus & Maria non ſolum pauperibus, qui illos adeunt, eleemoſynas erogant, verùm etiam in noſocomia ſe conferunt, vel in egentium ipſa domicilia, ubi afflictos conſolantur, ægrotoſque ſublevant.

Robertus ſolus aliquando deambulans tres puerulos parentibus orbatos habuit obvios: duobus ſinu complexuque receptis, & manu alterum deducens, atque illos offerens Mariæ: En, inquit, auguſtum Dei donum: cum « deſint nobis liberi, vult rerum omnium con- « ditor iſtos nobis eſſe apprime commenda- « tos, tanquam miſericorditer procreatos ab « æterna Providentia.

Quantum hoc munus Mariæ gratum fuerit, exprimi non poteſt, quæ tres pueros ſummo ſtudio educavit, omnibus eos muniens præſidiis tum corporis, tum animæ: non ei defuerunt calamitates, & patientiæ probationes. Ab ineunte matrimonio longâ & gravi ægritudine laboravit: divinæ voluntatis mero intuitu, remedia humana prorſus rejecit, ut à ſola Dei providentia penderet. Hecticâ febri afficitur, hydrope corripitur, & pulmonis vitio; inter hæc patientia ejus mirabiliter enitet, dum ipſa non mœrens, ſed gaudio perfuſa in infirmitatibus ſuis acerrimis, dolores ſponſi chariſſimi piis exhortationibus mitigat.

Deſperatâ ei ſalute reſtitutâ divino favore, alterâ exercetur tribulatione multo magis moleſtâ & amarâ. Joannes Galliæ Rex, Philippi Valeſij filius, bello capitur ab Anglis in prœlio Pictavienſi. Robertus de Sillio generoſus æquè ac Religioſus & timens Deum, vulneribus conficitur, & inter mortuos jacet per aliquod tempus. Devehitur tandem ad dilectam ſponſam ita plagis dilaniatus, ut irritis omnibus curis, claudus remaneat triennio. Strages hæc infauſta in extremum redegit diſcrimen univerſam Galliam. Dominium Sillienſe vaſtatum fuit omnino; caſtellum impreſſione copiarum factâ expugnatur, & plerique ſubditi dantur internecioni violento impetu.

Magnanimus Robertus in Anglorum triumphantium manus incidens, munitiſſimam in arcem captivus projicitur, à quo exigunt pro redemptionis pretio tria Florenorum millia: ſummam utique tunc temporis ſupra modum excedentem. Maria noſtra tam funeſti eventus exitium acute ſentiens, mirâ tranquillitate, & incredibili fortitudine marito in libertatem aſſerendo, indefeſſam dat operam: eleemoſynis ferè continuis vim omnem ſui auri argentique exhauſerat, hoſtes domeſtica abripuerant inſtrumenta omnia.

Pecuniam mutuatur, margaritas, & adamantes, atque monilia vendit, quæ conſervavit; ſed adhuc ſolvendo non eſt, nec pernumerare poteſt, quod victoribus injuſtis & avidis ſatisfaciat. Angli interim carceri mancipatum interimere volunt, niſi æris penſione defungatur: rigidius obſervatur, & juſſu Robini Quenolienſis ordinum militarium ductoris, qui illius cuſtodiæ præeſt, illi neque cibus neque potus ſuppeditantur ſpatio dierum novem. Uberes tamen lacrymæ dolentis ſponſæ, ejuſque preces effecerunt ut ſacratiſſima Dei genitrix ſe viſam exhiberet captivo, quem è carcere eduxit, ſalvumque reddidit atque incolumem amantiſſimæ uxori: ambo ſtatim ſe Deo gratos præbuerunt, imo in perpetuum ſe præſtiterunt memores tanti beneficij.

Robertus deinceps toto pectore incubuit, **A** ut carceribus detenti cito eruerentur, quamvis ejus opes ac facultates plurimum eſſent diminutæ. Notarunt Hiſtorici præſentem pecuniam, quadraginta nempe libras Turonicas, illicò perſolviſſe, ne Angli interficerent miſerum quemdam hominem, qui omni ære deſtitutus nequibat crudelem eorum avaritiam explere.

E carcere evadentes monebant Maria ejuſque ſponſus, mundum eſſe carcerem, quo clauditur omnis homo, ubicumque ſit; ac illum vere eſſe liberum, qui ſolvitur ſceleris carcere: Eſt hæc, ut fatetur Maria, hæc quidem intermiſſa gratior libertas, ac reddita quam ſervata. Sed non omnia, quæ delectant, **B** profunt; & ſæpe nociva ſunt dulcia, & amara ſalubria: ſæpe non carcer modo, ſed mors utilis fuit; ſæpe vita & libertas inutilis: verbis & factis Maria unicuique prodeſt exhortatione & exemplo.

CAPUT III.

Poſt mariti obitum ſe prtoinus in urbem Turonenſem recipit, ubi pauperibus, & iis qui lepris ſunt infecti, humiliter inſervit.

C MEDITANTI Mariæ apparuit Chriſtus quaſi recenter affixus Cruci: benigno vultu illam reſpiciens monet Redemptori fore ſimilem paupertatis & contemptus tolerantiâ: dein manu dexterâ ſemota oculos ejus blandè tangit, & ſuis digitis claudit, eodem momento alte imprimens cordi illius dignitatum terræ odium & horrorem, abjectioniſque amorem & ærumnarum.

Sine mora in morbum incidens maritus obiit ſanctiſſime anno 1362. ſicut vixerat, & ſepelitur in Collegio Sillienſi, quod vulgo nuncupant de ſacra Deipara. Fama ejus celeberrima viget ad noſtram uſque ætatem, adeo profecerat ex documentis & exemplo beatæ uxoris. Annis ſexdecim conjugii elapſis, & morte dilecti ſponſi terminatis, eximia ſponſa **D** juſtum diſſimulatione premere nequibat dolorem: merito ingemuit: parentes verò lacrymas viduæ non abſterſerunt ullo conſolationis verbo, nec amaritudinem delinierunt, imo è contrario duriores pepererunt moleſtias.

Completis vix exequiis defuncti hæredes illam opprobriis laceſſunt, & maledictis, velut mariti profuſarum largitionum cauſam, quibus ignavos & inertes ſuſtentabat: violenter illam de Caſtello deturbant indotatam. Prædictionis recordatio, qua Jeſus aſſeruerat plurimas noſtræ Mariæ eventuras calamitates, ut in partem Crucis Domini veniret,

hæc utique recordatio omnes animi pertur- A bationes tranquillat diſſipatque tenebras, ſilens & quieta ſecedit in pauperculæ tugurium, quæ ipſi prius ancillabatur. Tanta ejus erat inopia, ut deficiente linteo, detergendis ad menſam manibus, & pani recondendo, mutuo aliud acceperit ab ingrata famula hoſpite, quæ cito illud repoſcit, incredibili utens verborum aſperitate.

Collocat itaque ſuum domicilium in matris benevolæ caſtello, ubi mirifice crevit ejus pietas, ſolitudine & tranquillitate multùm faventibus tam præclaro conſilio. Eccleſia ſancti Petri ad radices caſtelli ſita jucundum ei receptaculum prebebat, ubi familiariter cum Deo & Angelis ſe gerens, ab iis blandè B in contemplatione excipiebatur.

Sanctus Yvo illi ſe viſum exhibens, cum „ Tertij Ordinis tunica: Maria, inquit, ſi „ nunc vis mundo nuncium remittere, gaudio cœleſti perfrueris: brachia ejus prehendens, illam ſublimiter in aërem evehit, tuncque ineffabiles cœli delicias deguſtavit. Nunquam ab oratione deſiſtebat, niſi ad inviſendos gravioribus morbis laborantes. A matre didicit medicamina unguinoſa conficere, quæ ſemper adhibuit curandis pauperibus.

Annum agens trigeſimum à parentibus compellitur ad ſecundas nuptias, eò vehementius quò plures Dynaſtæ, virtutum ejus ſplendore allecti, illam ardentius expeterent. Nec matris blandis exhortationibus, nec fra- C tris conatibus importunis ullo modo conceſſit. Tunc temporis ſedem figit Turonibus, propè ſanctum Martinum, ubi noctu diuque precibus canonicis ſtatis horis ſolenni ritu peragendis, ſingulis diebus intererat: in ſanctæ Annæ ſacello viſum fuit aliquando lumen cœleſte, prævium, quod illam per tenebras deduceret.

Longius commorabatur apud egenos & in valetudinariis, ut charitatis opera, vilioraque miniſteria obiret, poſtquam divino cultui debitam navaſſet operam. Quos per viam haberet obvios mendicos ad epulum invitabat, illiſque propriæ menſæ aſſidentibus, ſuo efflagitatu, miniſtrabat, eorumque cibi reliquiis D læte veſcebatur.

Feminæ prægnantes ex puerperio decumbebant hac in ædium regione quam maria ipſis deſtinaverat, in ſuo domicilio; excubabat vigilanter ad earum lectum, illis humiliter famulabatur; infantes curabat inaugurari ſacro baptiſmo, eoſque ad fontes luſtrales portabat. Maria videns quodam die inter egenos, quos benigne excipiebat, venerandum eximiâ majeſtate ſenem, promiſsâ barbâ, & bene ca„ pillatum: ſibi cavens ab illuſione: Si Chri„ ſtianus es, ait, duc in crucem manum. Obſequitur illicò, & evanuit; unde coniiciunt omnes vel Angelum, vel Angelorum eſſe Regem, qui Mariam ſuâ præſentiâ cohoneſtaret.

Aſſiduam & jucundam inierat ſocietatem cum iis qui lepris erant infecti; lectos eorum inſternebat, cubicula ſcopis purgabat, & vulneribus medebatur. Unus aliquis ob intolerandum fœtorem ſejunctus Mariam habebat cuſtodem, quæ ab eo nequibat disjungi, ſciens gravius incommodum ægroti conſiſtere in fœtido & purulento ſtomachi tumore, remedium attulit, quo apertâ vomicâ innumeri vermes, & inſtar putris cadaveris putorem exhalantes eruperunt, atque æger ſtatim omnino convaluit.

CAPUT IV.

Habitum Tertij Ordinis Franciſcani recipit.

REGINA cœlorum Mariæ noſtræ apparens, illam excitat ad virtutis progreſſum indeſinenter continuandum, & ad Tertij Ordinis Franciſcani Regulam profitendam, habitus colorem & formam oſtendens, faciemque tangens eum ſuavitate. Ab eo tempore tunicam geſtavit Franciſcanam palam & publice, juxta ſpecimen illi demonſtratum: unde Religionis contemptores eam per deriſionem vocabant *Eremitam*, quaſi nullo pacto rebus ſeriis gerendis idoneam, & in deſertum aut ſilvas longius amandandam.

Sic exprimitur à Pictoribus communiter, & à Scriptoribus, ut videre eſt in fronte libri de ipſius vita, typis excuſi Andegavi, & à Latino idiomate traducti in Gallicum, paulo poſt ejus mortem, Auctore anonymo, qui ejus citat Confeſſarium. In dies magis incendebatur Mariæ zelus. Meditans in Eccleſia ſancti Martini, atque ſanctæ Annæ ſacello, & mira concipiens de infinita Dei miſericordia, efflagitavit maximè ab ipſo donari gratiâ divinæ dilectioni viciſſim, pro virium humanarum captu, reſpondendi, & ſcintillâ ignis cœleſtis, quo flagraverunt Apoſtoli die Pentecoſtes, inflammari exoptavit. Tunc globus igneus illam circumdedit, & ita Maria poſthac divino amore exarſit, ut etiam ſenſus corporei tam inſuetæ & ſublimi ſancti Spiritus efficacitati eſſent impares.

Quo plus percrebreſcit in ejus corde divinæ dilectionis æſtus, plus etiam augetur ſalutis animarum zelus. Dei verbum tanti faciebat, ut concionibus attenta adeſſet humi jacens ad pedes ſuggeſti. Largitionibus amplis ſtimulabat concionatores ad labores Apoſtolicos fortiter ſuſtinendos, illis ſuppeditando quæcunque neceſſaria & utilia, libros videlicet, & cætera quæ ad id munus conferunt. Probabat

babat non ſtyli elegantiam, non verborum ornatum, neque in dicendo ſuavitatem, ſed fructuoſas & ſolidas veritates.

Probè ſciens prædicatoris vocem eſſe tantum *æs ſonans, aut cymbalum tinniens* 1 Cor. 13. abſque divino afflatu, precabatur Deum continuò, ut homines Apoſtolicos virtute ex alto indueret, qui reverâ hoc ſubſidio roborati, mira patrabant ad peccatorum converſionem.

Religioſo cuidam mediocris literaturæ homini peregrino & hoſpiti in verbi divini prædicatione, neceſſitas affertur concionandi in Eccleſia Monaſterij ſanctæ Crucis Pictavienſis, coram illuſtri & numeroſo cœtu, pridie quam ſuggeſtum conſcendat. Mariam igitur timidus conſulit, ejuſque ſe precibus commendat, quæ illius animum demiſſum erigit. „ Macte animo, inquit, Chriſtus, qui Diſci„ pulis ſuis peculiarem opem promiſit, dum „ coram Regibus & populis verba facerent, „ non tibi deerit. Pollicetur ipſa Deum ſe rogaturam pro illo, qui quamvis rudis & ignarus ita commovit auditores, & in omnem partem convertit, ut nemo dubitaverit, quin ipſe Deus hujuſmodi concionatoris ore divinæ legis interpres & nuncius fuerit.

Maria noſtra à Chriſto Jeſu nocte quadam expoſtulante animarum ſalutem, commendavit præſertim Religioſum, qui paulo poſt de Domini cruciatibus ac morte, erat publicè dicturus. Eodem momento conſpexit illa Jeſum cruci affixum, quem complectebatur iſte qui ad Sermonem ſe diſponebat. Præcipuum Mariæ ſtudium erat arguendi peccatores omnes, & permovendi potiſſimùm ad pœnitentiam mulieres quæ corpus ſuum addicunt obſcenæ libidini: quam primùm eas concuſſas advertebat, illas Sacerdoti expiationibus præpoſito exhibebat, ut abſolverentur.

Tranſacto die Paſchatis integro in Eccleſia, divinitus agnovit, dum egrederetur, urbem Turonenſem infeſtari immoderatâ & impudenti peccandi licentiâ, & cives Turonenſes in alea, vino, popinis, luſtris, tempus ætatis omne conſumere, itaut præter convivia & choreas, in mediis vicis adoleſcentes inſanis amoribus infatuati, meretricibus propalàm & aperte blandirentur. Amarè flevit Tertiaria noſtra propter ejuſmodi impudentiam, pluresque proſtibulas è cœno vitiorum abduxit, & ſuis ſumptibus matrimonio illigavit. Iſabella quædam inter alias conjugio incolæ cuidam Bituricenſi juncta, viram ex rationis præſcripto dirigebat, atque Cæſarodunum accedebat quotannis, Mariæ gratias actura de morum emendatione.

Mulier impudica poſt vitam nequiter & luxurioſè traductam, moribunda latebat in cubiculo, putredine & putore omnino vitiata, nec tamen ad mortem ſe præparabat. Cæteris nolentibus illam adire, Maria noſtra ad peccatricem advolat ferè ſpiritum exhalantem: linguæ uſum amiſerat; tantaque multitudo vermium, tantuſque fœtor prodibat ex ejus corpore, ut nemini eſſet poſſibile ægram alloqui, niſi ferventi noſtræ Tertiariæ, quæ ſe demittens ad morientis aurem, ut illam ad contritionem inciret, nullum ſignum auditionis notat.

Flectit ergo genua ut cordis induratí converſionem obtineat: eodem tempore mulierem miſeram collocari in balneo petentem, Chriſtiana Domina benigne conſolatur, dumque id muneris officio ſe obit, exclamat ægrotans, cum pectoris forti tunſione, & acerbâ delictorum pœnitudine ſe velle totius vitæ noxas confeſſione ſacra expiare. Quo peracto atque poſt alia miranda opera callidus Dæmon horribiles in beatam viduam ſuſcitat adhuc vexationes.

Stat nihilominus immota, & Deo firmiter adhæret, omneſque mirātur ejus fortitudinem. Ad hæc mortalis vitæ tempora pertinet, quod Paulus ad Romanos ſcribens: *omnia dixit ſubjecta eſſe vanitati*. Rom. 8. Vanitatem autem cum nominat Hebraïcâ proprietate, corruptionem, inſtabilitatem, viceſque fortunæ alternas, & vitæ caſus acerbos & luctuoſos intelligit; quæ cum omnibus, qui in hoc ſolo jactantur, communia ſunt; tum neſcio quo modo majore impetu ac magis infeſto agmine in bonos invadunt; itaut quod ad eum fructum attinet, qui è terrenis bonis percipitur, illi maximè omnium miſerrimi & deſpicatiſſimi ferè ſemper extiterint.

Itaque in hac vita boni tot modis contemptui habentur: at *contemnet illos nemo*, Cant. 8 imo potius omnes admirabuntur, & beatos prædicabunt, cum immortalitatem adepti, claráque luce fulgentes, & quod caput bonorum eſt, cum Chriſto ipſorum capite, amoris atque ejuſdem ſpiritus fœdere, nullo unquam tempore dirimendo, colligati atque conjuncti, omnibus impiis, atque inimicis & adverſariis ſempiternâ pœnâ affectis, in lætitia divina, in infinita cœleſtium bonorum copia, in claritudine, in regno, feliciſſimum ævum ducent temporibus ſempiternis. His perſuaſa argumentis Maria Mallienſis, ſumme gaudet ſe oppugnari ac deſpici ab aliis.

Mulier inſana & furioſa magno impetu pergrandem lapidem in ejus dorſum projicit, dum precatur Deum in Eccleſia ſancti Martini coram altari ſanctiſſimæ Crucis. Ictus violentiâ procidens in terram, ſubitâ virium, motus ac ſenſus facultate deſtituitur, atque unius horæ ſpatio remanet quaſi mortua: devehitur in domicilium, ubi Maria de Britannia Siciliæ Regina plurima illi præbet honoris & benevolentiæ indicia. Principis vulnerarius Medicus illam ſæpius inviſens, luxari

oſſa & obteri judicat, ideoque vulnus non admittere curationem, huicce operi proinde non vult incombere. Vulneratæ nihilominus tam efficaciter Deus ipſe medetur, ut gradiendo videatur nullum pertuliſſe incommodum. Superfuit tamen ſemper in parte male affecta cavum aliquod, etiam poſt mortem manifeſtum.

Gonzag. part. 3. in Convent. Turonen. Martyrol. Franciſc 28. Martij. Vuadingh. 1288. §. 39.

CAPUT V.

Auſteritates & eleemoſynæ Mariæ Mallienſis.

GEREBAT perpetuò circulum ferreum denticulatum; pungentia, quibus ſupra & infra muniebatur, acumina pellem profunde penetrabant; pro induſio lineo utebatur cilicio rudi & jubâ equinâ texto. Diebus Lunæ, Mercurij, Veneris, & Sabbathi qualibet hebdomadâ pro cibo tantum adhibebat modicum panem plebeium, pro potu, aquæ profluentis pauliſper. Præter jejunia ab Eccleſia inſtituta, inediam præſcriptam à Patre Seraphico in tertia Regula, à feſto ſancti Martini, uſque ad Nativitatem Domini ſtricte obſervabat. Jejuna totum ferme annum agebat; mox ad honorem ſacratiſſimæ Virginis, modo ad gloriam Archangeli Michaëlis, & omnium Angelorum; eâ pariter ratione ſe gerebat tredecim diebus ante omnium Sanctorum ſolemnitatem; undecim quoque præcedentibus Jeſu Chriſti Aſcenſionem, ut divino Spiritui pararet hoſpitium.

Pridianâ quacunque vigiliâ feſtorum Dei genitricis, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, aliorumque Sanctorum, quos præcipuè colebat, parem adhibebat abſtinentiam eò præſtantiorem, quò ex natura magis erat famelica, perpetuâque premebatur comedendi aviditate. Nullum aliud admittebat lectum, niſi nudam humum, flagrumque illi erat frequens, imo quotidianum. Quantum fervor mentis inflammatur, tantum corporis vigor deficit, incipitque ægrotare ita graviſſime, ut nec loquelæ, nec oculorum uſus ſuppetant. Jam de ſepultura agitur.

Licet cupiat diſſolvi & eſſe cum Chriſto, mors tamen illi aliquâ ratione moleſta eſt, niſi anteà optima prædia & loculentas ditiones omnes abdicet in pauperum favorem. Jeſu inopiæ, nudi in Cruce morientis memoria dierum aliquot deſiderium parit, ut bona ſua largiri poſſit iis, minimis, quos in amore & deliciis Chriſtus habet; vult plane, quantum fragilitas humana patitur, Chriſti eſſe epiſtola & imago.

A Præclarum hoc ſuum conſilium Reginaldo Archiepiſcopo Turonenſi manifeſtat, atque inter ejus manus votum nuncupat caſtitatis; deinde ſe conferens in Caſtellum, quod vulgo nominant de *Rupe ſancti Quintini*, dono publicis Literis, monumentiſque conſignato dat omnes ſuas poſſeſſiones Patribus Carthuſianis Monaſterij, quod appellant communiter *de Ligeto*.

Excandeſcens unus aliquis de proximis exprobravit, non ſolum illam abjeciſſe divitias præſentes, ſed & futuras; cui reſpondit Maria generoſe, Deum, à quo gratiam acceperat arbitrandi ut ſtercora opes, quas tenebat,
B non denegaturum perſeverantiam ad deſpiciendum & calcandum venturas terræ facultates.

Eodem momento injuriis & probris laceratur à parentibus, qui illam ignominioſe detrudunt è Caſtello Sillienſi, unde Turones revertitur, ubi nec priſtino hoſpite, nec ullo alio Mariam excipiente, cogitur totos dies traducere in templis, donec veſpere facto egreſſa oſtiatim fruſtulum panis mendicatò quærat. Divites eam averſantur, velut prodigam & mentis impotem; ab omnibus ei diverſorium abnuitur, ne odium parentum ſibi concilient, quapropter cogitur in caprili aut ſuili ſtabulari.

C Unus aliquis eorum, qui illi januam ſuæ domus occluſerat, graviſſime percuſſus & contuſus à Dæmone, omni ſpe orbatur, atque tyrannico ejuſmodi hoſpite oppreſſus, declarat ſe nunquam poſſe libertatem adipiſci, niſi auxilio Dominæ de Sillio viduæ, quæ illicò adeſt ſuppetias allatura: homo iſte prius inquietus, placidiſſima in pace verſatur meritis beatæ auxiliatricis, atque ejuſdem monitis Sacramenta ſuſcipit Pœnitentiæ & Euchariſtiæ; deinde paulo poſt ſupremum diem explet more valde Chriſtiano, nigredinem tamen retinens in corpore, ictuumque notas & veſtigia, quæ ſpiritus malignus impreſſerat.

CAPUT VI.

D *Deo permittente Maria Mallienſis ad probationem, omnibus fere odio eſt & magnâ apud Deum gratiâ pollet.*

APERTE vel odiſſe magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam. Multos reperit Maria qui illi vehementer infenſi ſunt, quâ manifeſtè, quâ ſecretò, ſed omnes injuſte & per nefas: ex quacunque veniat cauſa odium, gaudet Maria ſe in comitatu Chriſti eſſe, qui Judæorum penè univerſorum invidiam ſubiit, quia gloriam Patris cœleſtis toto quærebat ſtudio.

Mirabilibus eventis, quæ commemoravimus, plurium exiſtimationem & benevolentiam ſibi conciliat. Priſtinum domicilium ipſi redditur, ubi per aliquod tempus altâ fruitur quiete & tranquillitate. Soror Joanna Monaſterij de Bello monte Religioſa honorificè illam inviſit, impulſu divino, & cum illa habitat Superiorum permiſſu, exiguæ hujuſmodi familiæ curam ſuſceptura, & exiles factura ſumptus ex penſione monaſtica.

Tunc durius exercetur beata vidua: amantiſſima namque hæc ſocia de medio tollitur ſubitâ morte, quæ illi etiam de repeotè abripit Confeſſarium ejus Joannem Dyntuum: eximius iſte vir non ſolùm moderator erat cordis & conſcieotiæ illius arcanorum, verùm etiam ſuis largitionibus & diligentiâ ſubveniebat pauperi Dominæ in extremis. Certitudo nihilominus æternæ amborum felicitatis ejns dolorem mitigabat, perinde ac nutus divini conſideratio, quæ cor ejus ineffabili perfundebat ſuavitate, & ad Deum indeſinenter laudandum aperiebat labia.

Poſt tot & tantas calamitates atque ærumnas, introducitur Maria inter ancillas noſocomii ſancti Martioi: exercitium, quod olim ſponte eligebat, fit nunc munus, ad quod tenetur ex officio; ſed divino æſtuans amore, ſuave jugum & onus leve illud æſtimat: functiones magis operoſæ & abjectæ illi obveniunt: noctu excubat, interdiù laborat, in forum currit emptura inſtructum annonæ. Frater ejus Dominus Mallienſis illam babet obviam; ægrè ferens ſordidam adeò & vilem demiſſionem, terga obvertit illi, quam credit illuſtri ſuæ proſapiæ verti probro & dedecori.

Supra quam credibile eſt Mariæ placet hæc deſpicatio, propter contemptus à Chriſto Jeſu toleratos: mirum; neque etiam aliæ valetudinarii famulæ Mariam noſtram ferre poſſunt, invidiâ flagraotes, quod illam virtute florentem videant: invidiam parit dolor, & deſperatio quædam adipiſcendi boni, quod contigit alteri. Ob ſplendorem charitatis, humilitatis, parientiæ noviter advenientis ancillæ, cæterarum animi in illam malevolentiâ ſuffunduntur, cujus poſt omne conviciorum genus in eam congeſtum, tandem exitum obtinent.

Gaudet interim, ſe licet infamiâ, non tamen conſcientiâ peſſum abire. Probè novit infamiam non deflendam, ſed infamiæ cauſam; ſi injuſta, errores hominum alto animo proculcandos; ſicque ſuâ ſeipſam ſolatur conſcientiâ. Circumflantibus ventis in portum redit, & ab aurium proceliis, in cubiculum cordis ingreditur; cum tranquillitas ſua ſit, habet ubi jurgiorum contemptrix humilis & generoſa requieſcat, &, ut dici ſolet, in ſinu gaudeat.

A Se indignam exiſtimans miniſtram eſſe intimorum Jeſu Chriſti, audire meretur cæleſtem vocem, hæcque verba: *Viſne dilecta filia à me diſcedere?* Præ humilitatis profundæ ſenſu inducere animum non poteſt ut ſe credat divino frui colloquio. guſtat cum jucunditate aſpernationes & opprobria, tanquam juſtas ſuurum delictorum pœnas.

Eccleſiæ ubi ſe patiebatur nocte inclndi, jucunda ejus erant & tranquilla receptacula; templum præſertim ſancti Simplicis, in quo contemplationi vacabat, vitæque Sanctorum, & ſacrorum codicum lectioni; Mariâ de Britannia Siciliæ Reginâ Ludovici Ducis Andegavenſis ſponsâ hos omnes libros illi commodante. B

Ubicunque commoretur favens ſemper & præter morem beneficum experitur cœlum: die cœnæ Domini coram auguſtiſſimo Sacramento meditari incipiens, legenſque ſancti Joannis Evangelium, in hæc verba incidens: *Egreſſus eſt Ieſus trans torrentem Cedron.* Eodem momento à poteſtate mentis abſcedit uſque ad mane diei proximè conſequentis.

Per myſticam illam ſenſuum corporis abalieoationem ſeipſam arbitratur exiſtere io horto deliciarum, ubi Deum audivit exponentem, quam nefarinm fuerit crimen primi parentis, cujns omne genus humanum particeps remanet: introſpexit & penetravit deploratam hujnſce labis propagationem, qua C de cauſa exulamus è magnifica, venuſta, & delicioſa patria noſtra, necnon finibus vallis miſeriarum tranſcribimur. Quæcunque peracta ſunt de veteri novoque Teſtamento, uſque ad myſterium, cujus renovavit memoriam Joannis Evangeliſtæ poſtrema lectio, apertè illi innotuerunt.

Exoriente Sole, ac ceſſante extaſi, profuſionem gratiarum, quibus eam Deus cumulat, admiratur, atque deinceps ingenti ſplendore illuſtrata, ſacros codices plane intelligit. Sæpius poſteà Dei genitrix illi ſe viſam exhibet, ſalutaribus eam & præclaris imbuens documentis, tum pro regimine proprio, tum pro alieno; & illam à ſocietate ſeu conſuetudine invidorum quorumdam abducit.

D Quamvis Maria prudenter in omnibus ſe gereret, in plurimorum nihilominus offenſionem venit & odium, qui ejus ſeceſſum non probantes recentem vexationem ſuſcitaverunt, ad labefactaodam, quo poſſent impetu, moderationem ejus & innocentiam. Aufugit ergo relicta nrbe Turonenſi, in monaſterium de Bello monte, ubi Regina Angelorum favente, tam crebra divinitus lumina, tam liquidas animi voluptates percepit, ut in antiquum dulcedinis interioris ſtatum, non ſolùm ex integro, ſed etiam cum fœnore ſe reſtitutam eſſe crederet.

Sed præter alia quæ, quod mortalem na-

turam ſuperant, verbis exequi difficillimum eſt, quo die in Conventum de Bello monte acceſſit, res ei contigit, vel ad memoriam poſteritatis inſignis, vel ad confirmandam Mariam Mallienſem, cæteroſque animandos haud mediocriter efficax. Etenim orandi causâ templum ingreſſæ, ſtatimque, ut ſæpe ſolebat, abſtractæ à ſenſibus, atque altâ quadam animi contemplatione defixæ, clariſſima in luce per ſpeciem illi ſe Virgo ſacrata oſtendit, eâ fermè ætate, quâ Gabriel Angelus eam denunciavit fore concepturam Verbum æternum pudicis in viſceribus.

A Apprimè tunc novit quantis & quam præclaris virtutibus eſſet decorata, ut mereretur ad Dei matris dignitatem pervenire; ipſum conſpexit Gabrielem legati Patris omnipotentis ſublime munus obeuntem. Sermonem quem habuit ad totius orbis imperatricem, reſponſa pariter ejuſdem auguſtæ Imperatricis, necnon profunda Verbi incarnati myſteria penetravit.

Eodem momento beata vidua utroque doloris telo & amoris transfigitur, uberes effundens lacrymas propter divinæ ſapientiæ depreſſionem, ac ſimul inſolito ardore flagrans ob incompatabile divinæ in nos dilectionis argumentum. Quæ res non in præſentia tantum, mirâ quadam lætitiâ & voluptate perfudit, ſed etiam in poſterum Mariam Mallienſem contra omnes difficultates atque pericula magnopere corroboravit ac munivit.

Abbatiſſa & Religioſæ favores hos cœleſtes admirabantur; major autem illarum fuit admiratio, cum renovatis beatæ viduæ ærumnis exire cogitur ex Abbatia præfata, & urbe Turonenſi, & Ligerim trajicere, ac tandem habitare prope ſancti Valeriani ædiculam, in loco (agrum caprinum nominant) ad ſuos parentes pertinente. Eleemoſynis hîc veſcebatur; ſi aliquando viliores maternæ domus miniſtri illam invitarent, ut manducaret cum illis, inferiori menſæ loco aſſidebat, inſulſo & ruſticano impudentium ſervorum mandato, quibus tamen humiles agebat grates, ſumme gaudens ſe deſpici, & pro nihilo reputari.

CAPUT VII.

A ſolitudine pergrata Cæſarodunum revertitur divino impulſu.

VIRUM quemdam eximiâ virtute præditum rogavit ut imaginem ſacratæ Virginis, quam ipſa confecerat, portaret in Eremitorium, communiter *Tabulam vallium* vocatum, ſacello cuidam pietatem inſpiranti vicinum. Ambo dum fieret tranſlatio, nudis pedibus incedebant, Dei laudes concinentes tanto fervore, ut nec iter ſpinis obſitum, aut inquinatum luto, neque aqua repletæ foveæ ullum eis incommodum attulerint, aut moram interpoſuerint, perinde ac ſi avium more per aëra volatu fuerint invecti.

Collocari etiam curavit aliam Dei genitricis effigiem in eminentiori parte chori Canonicorum ſancti Martini, aliamque ſupra altare Mariis Magdalene, Jacobi, & Salome dicatum. Deinde feſtina ſeceſſit, & cum exultatione in ſolitudinem quam deſcribimus. Modico ibi pane hordaceo ſuſtentatur, herbiſque agreſtibus & incultis. Pro ordinario potu aquam deſidendo vitiatam, & turbidam B adhibet, qualis exiſtit in terribili deſerto, & ſolis ardore aduſto: ſed Angelorum familiari fruitur colloquio.

Deficientibus viribus corporis compulſa ad relinquendam ſolitudinem, Turones redire ſtatuit, ſedemque figere in Eccleſia, quam Turonenſes Dominam Divitem appellant. Præ nimia debilitate non valens in viam ſe dare plane jejunam, parum vini expetiit, quo denegato ab hominibus, miſericors & providus Deus cœnoſam & lutoſam aquam in exquiſitum & delicatius vinum convertit; paulò confortata in pium, quem elegerat, locum accedit, ubi noctu diuque precibus navat operam, humi aliquando decumbens, aut ſuper ſcamnum, dum ſopore premitur.

C Æditui nolentes amplius hujuſmodi receſſum concedere, illam ad aliud quærendum cogunt domicilium, unde mœrore acerrimo afflicta, nocte prævia ante ſancti Michaëlis feſtum, cum apud Jeſum de repulſa conquereretur, verba hæc ex alto prolata audivit: *Perge fidenter in eam partem, ubi requieſcit Chriſti corpus.* Illicò proſtrata coram ara primaria bino Dei aditu ſummam accipit eâdem nocte conſolationem, magiſque validas vires: ejus rogatu Fratres Minores miſſam ſolennem & celebrioris ritus celebrant, illique propter Conventum, exile cubiculum concedunt.

D Annos ſcilicet nata tunc quinquagenos merito poſt tot ærumnas & labores quietem poterat expetere, & hîc quidem quodammodo interquievit, nec tamen imminuit vivendi aſperitates, quæ jucunda & commoda recipit, pauperibus largitur, nil ſuo indulgens uſui, præter panem nigrum herbaſque crudas ad ſuſtentationem.

Horariis precibus, Sacerdotibus ex officio recitandis, citra omnem immunitatem aderat: vigilabat qualibet nocte in Eccleſia coram auguſtiſſimo Sacramento, humi proſtrata, caputque pulvere operiens, quo ſignum crucis formabat in fronte ſuo. Tanto tempore remanebant nuda illius genua pavimento affixa, ut inſtar pellis camelorum induruerint.

Gradus lapideus, ubi, poſt extremas defatigariones paululum capiebat ſomni, locus fuit ejus ſepulturæ. Singulare illius ſtudium in mente adornanda & accingenda ad ſacram ſynaxim; ex eo præſertim probatur, quod nunquam ad illam accederet, niſi poſt rigida jejunia, vigilias, & acerbos corporis cruciatus. Ipſo momento, quo ſacratiſſimam Hoſtiam illi Sacerdos offerret, fremebat intus, oreque pallebat, religioſo perfuſa horrore, cùm propter Judicis omnipotentis præſentiam, qui juſtitias judicat, tùm propter optimi Salvatoris infinitam miſericordiam, cui creatura nullam vicem poteſt rependere.

Recedens à menſa Enchariſtica ignem cœleſtis amoris ſpirabat, radios è genis & toto vultu ardentes ejaculabatur, dum *exitus aquarum* contritionis & piæ lætitiæ *deducerent oculi*: tantopere myſticâ temulentiâ cor ejus obruebatur, ut à recitandis novis canticis temperare ſibi non poſſet, quæ illius manu ſcripta poſt mortem reperiuntur.

Vivens & moriens ſemper humanas landes aſpernatur: vivens nihilominus & moriens: imo quoque mortua ſummis præconiis celebratur: inter ipſa opprobria, dum viveret, virtus ejus emicat; mortis caligine nullo pacto offuſcatur Maria noſtra, quam hoſtes magis infenſi prædicant: poſt obitum reſplendet adhuc ſuâ famâ; operatur ſuis meritis & precibus mirabilia ad populorum ſolatium, qui illam invocant: ſuis ſcriptis etiam Dei profunda ſcrutatur & exponit ad impiorum converſionem, & ad perfectionem proborum.

CAPUT VIII.

Virtus ejus maximè commendatur à Principibus & Magnatibus Galliæ.

CONTRA plures inſulſos & inſanos homines, qui eam deliram & mentis inopem æſtimabant, imo quoque magam & veneficam, plurimi ſummæ auctoritatis, perſpicientiæ, dexteritatiſque eximiæ viri magno in pretio habebant. Ludovicus Dux Andegavenſis, uxorque ejus Maria de Britannia, tanto beatam viduam honore proſequebantur, ut illam rogaverint de ſacro fonte ſuſcipere parvulum Principem, quem pepererant.

Maria Mallienſis volens efficaciter id munus obire, nato recenter ſuis precibus obtinuit gratiarum ubertatem, illum ſalutaribus documentis imbuens de virtutum regulis, & de æterna felicitate, ac ſi ab incunabulis uſu rationis potitus fuerit.

Baptiſmo adoptiva hæc mater famulos in-

A ſtruebat infantis, qui puerili exclamatione interdum, lætoque & quaſi feſtivo manuum applauſu declarabat ſe valde gratos habere ſermones hujuſmodi. Nutrici volenti illum in lectum deducere: an malles, ait iſte, “ dormire in cubili, quam regnare in cœlo? “ Potius duco, reſpondet iſta, ſempiternam “ beatitudinem poſſidere. Addit parvulus Princeps non dormitione aut ignaviâ cœleſte imperium acquiri, ſed indefeſſo ſtudio ac labore, affirmatque ſibi plurimum arridere nutricis reſponſionem. Mirantur adſtantes puerulum adeo rationis eſſe compotem; clarè, diſtincteque omnium vocum ſingulas efferre ſyllabas.

B Mariam paulò ante divini Præcurſoris feſtum, cujus cultui valde erat addicta, Angeli viſio multum conſolatur, & ad viſitandum eremitorium Tabulæ vallium excitat: Illicò baculum manu ſumens, & humeris imponens ſaccum hocce iter arripit duobus cum Franciſcanis Religioſis. Divinitus ibi novit plures eventus mirabiles, qui Regno Galliarum impendebant. Prædixit Regem Turones venturum, deſignans ſpeciatim quâ ingrederetur januâ. Aliquos poſt annos Regem intrare ſtatuentem portâ orientali, omnes urbis ordines hac in parte expectabant, dum ipſe Princeps conſilium mutans, per aliam viam à beata vidua indicatam ſolenniter & auguſtâ pom-

C pâ in civitatem invehitur.

Divino afflatu compulsa, interveniente Duce Aurelianenſi, Regi patefecit arcana, quæ ex alto didicerat. Deinde triennio elapſo, collocutionem cum Rege Pariſiis in Eccleſia Cæleſtinorum renovavit, & in Palatio ſancti Pauli: Regi præterea pateram, quâ S. Martinus bibendo utebatur, obtulit, quæ in ſacello domus regiæ fuit aſſervata inter ſacras reliquias.

Maria noſtra hoc in loco, quem vulgò nominant ſanctam Ædem, frequenter & longius Deum precabatur. Propter veſtem ejus Ereniticam juvenis quidam aulæ aſſecla nimis violentus ac præceps, jocis & ridiculis illam carpebat; eò quoque temeritâtis devenit, ut

D incantamenrorum opificem appellaret. Debellatur tandem invictâ Mariæ patientiâ, quæ Deo gratias agit, & protervum impensè commendat calumniatorem. Inter aulicos unus aliquis à Mariæ partibus ſtat, ejuſque adverſarium inſolentem generoſe redarguit.

Rex ſalutari voluit Reginam à Domina Mallienſi, quam in palatii aditu vili & obſoletâ veſte amictam non ſolum repulit ſtipator, ſed etiam fuſte percuſſit. O præclariſſimam virtutem! ne pœnas debitas lueret temerarius & infeſtus percuſſor, illi veniam excuſationis dedit. Tantopere placuit Reginæ propter dotes eximias, atque ſagacia reſponſa, ut ſeptem dierum ſpatio juſſu ejuſdem

Principis cum ea familiariter collocuta fuerit. Multi qui his aderant colloquiis, ab improba peccandi licentia ad rectam vivendi normam ſunt traducti.

Auctoritate ſua impetravit Reliquias ſancti Joannis Baptiſtæ, & ſancti Stephani protomartyris, collocari honorifice in thecis aureis & argenteis, quæ margaritis & adamantibus illuſtrarentur. Curavit multa templa decorari diverſis lipſanis pretioſis, ac ſacratiſſimo adorandæ Crucis ligno. Conventui ſancti Franciſci Turonenſi largita eſt ſummi pretii tabernaculum iſtud in orbem figuratum, vulgo dictum Solem, ubi ſanctiſſima continetur Hoſtia, atque quod exponitur ſolenniter certis diebus feſtis, & cum pompa devehitur à primario Sacerdote, dum agmen ſupplicantium inſtructo agmine procedir.

Illuſtriores quæcunque matronæ ſua magis ſumptuoſa & magnifica veſtimenta illi tribuebant, ex quibus caſulas & altaris ornamenta componebat ad uſum Eccleſiarum pauperum, & vicanarum. Mirum & felix fuit ejus ſtudium ad inſtaurandam ædiculam ſanctæ Mariæ de Tabula vallium. Conſtructio pulchra & concinna ſeptem altarium, quorum unum ſancto Yvoni Tertij Ordinis Franciſcani alumno, ſuoque patrono dicatum erat; probat evidenter ejus zelum & ſolertiam in rebus divinis.

CAPUT IX.

Incumbit præſertim in promovendam animarum ſalutem.

EA quâ valebat ſupremâ dicendi vi, divini Numinis obtrectatores, aut in Cœlites ſacrilegas voces evomentes reprimit, atque cohibet, & ad pietatem traducit: plures tamen illam maledictis laceſſunt, imo etiam dilaniant duris ictibus. Adoleſcentem Turonum mediis in vicis ſceleſto ore contumelias in Deum effundentem religioſa vidua ceſſare obſecrat. Impius iſte, & beſtiæ quam homini ſimilior, in terram projectam ita ferociter pedibus proculcat, ut ſemimortuam relinquar.

Tranſvecta à vicinis in cubiculum, ab iiſdem rogatur hujuſce nefarij criminis auctorem perſequi: „Illicita eſt ultio, inquit, & pernicioſa „exercenti, perinde ac patienti. Utiliores ſumus, & magis benefici proximo, ferentes „libenter injurias, quam ampla eiſdem conferentes beneficia. Præ flagranti zelo quo in perditos peccatores æſtuabat, ut ſalvi fierent, nocte & die *laborabat* cum Davide, *in gemitu ſuo, & lacrymis ſtratum rigabat* Pſ. 6. Salutaribus illius monitis permovebantur ſpeque ve-

A niæ injectâ, eos ſuaviter alliciebat ad pœnitentiam.

Mulier Turonenſis dolens alienis amoribus ſuum implicatum virum, in dementiam incidit; Deum & divina verbis ſacrilegis terribiliter lædit: in exhibitam crucem expuit, clamans ſe jam mancipari ſuppliciis æternis; & abſque dubio detrudi in dæmonum falculas. Noſtra vidua accedens ad zelotypam ſalutationem Apoſtolicam in domus præfatur introitu, videlicet: *Pax huic domui*: deinde genibus innixa, ut mentis impotem Deo commendet, prænunciat mortis ejus proximitatem, aquâque luſtrali aſperſam à ſervitute Dæmonis protinus eximit.

B Propoſitis denique damnationis æternæ imminenti periculo, & Crucis Chriſti efficacitate, omnes mulieris deſperatæ ſedat perturbationes, eamque inducit ad vitæ anterioris noxas expiandas piacularium ſacrorum ope. Poſteà fato fungitur, poſteritati linquens finis Chriſtiani probationes & manifeſta indicia.

Theveninus civis Turonenſis omni ſpe orbatus, mortem ſuam machinatur: amicis huicce deſperationi obſiſtentibus, perire fame conatur, rejecto omni alimento: Dæmones invocat, & ab iis ſe peroptat violenter abripi. Maria Mallienſis confeſtim illum adit, de infinita Dei bonitate fuſius diſſerens, ac de incredibili pœnitentiæ utilitate. Dum loquitur beata vidua, quieſcit Theveninus; dum tacet C illa, novis ille agitatur vexationibus.

Perducatur, ait Maria, in Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis, quam *de Divite* communiter nominant. Vix dum in eam intrat, cum motus omnis interior componitur, ingenſque tranquillitas ſuccedit precibus beatæ viduæ, & luſtricæ aquæ aſperſione. Voce interim prorſus terrificâ conqueritur humani generis hoſtis ſe atrociter torqueri: dicta maledica, quæ in Deum jactabat, & in ejus ſacratam genitricem non ceſſabant, niſi interventu fidelis Dei famulæ, quæ nullo modo diſceſſit, donec profligato inferno Theveninus altâ perfrueretur quiete. Dei mater, inquit ille, “dignatur mihi præſto eſſe; accerſatur Paſtor “ D meam confeſſionem excepturus. O quam benigna eſt & admirabilis Redemptoris miſericordia!

Amarè deflens, de tota vita rite confitetur; & Sacramentis munitus diem claudit ultimum. Corpus ejus nigrum inſtar corvi ante obitum, ut nix album fit poſt mortem, imo potius radios cœleſtes vibrat, quibus adſtantes illuſtrantur, & de vera defuncti converſione perſuadentur.

Singulare noſtræ Mariæ ſtudium intendebat peccatoribus induratis viam cœli aperire: itaque ut facilitatem afferret, totius anteactæ vitæ confeſſionibus, à ſummo Pon-

tifice obtinuit poteſtatis plenitudinem quibuſdam Confeſſoribus ab omnibus peccatis abſolvendi. Aliquando triennis erat ejuſmodi facultas, interdum quinquennis: verùm Eccleſiæ cenſurâ multatos ad ipſius Eccleſiæ miſericordiam recurrere hortabatur. Quod ſpectat ad acerbioris cenſuræ fulmen intentatum in debitores, iis ſubveniebat eleemoſynis, quas cogebat oſtiatim. A

Duo juvenes Religioſi Conventus Fratrum Minorum illius domicilio finitimi defecerunt ab Ordine: perveniente defectione illâ ad aures Mariæ, Deum confeſtim oravit pro deſertoribus: eodem momento proſilire volentes ultra latam foveam, vi divinâ diſtenti ſunt, & compulſi ad repetendum citò Monaſterium: obviam Maria ſe lubenter exhibuit ambobus inſanis, eos ad contritionem excitans, & in priſtinam Superioris reducens benevolentiam. B

Se contrariam maximè præſtabat ſocietatem ineuntibus cum Dæmone, & minus cautos ab errore avertebat, qui his fallaciis adbent fidem. Zelus ejus præſertim enituit in veterem ſagam Turonenſem, nomine Philomenam, quæ, initio ſalutaria Mariæ monita aſpernata eſt: Imploravit ſancta vidua auxilium Patris Theologiæ Profeſſoris in Conventu Franciſcano, cujus etiam rationes & argumenta contempſit trivenifica obſtinata.

„ Ad Deum confugiamus, ait beata vidua „ Theologo Doctori; ſi noſtrâ ſuaſione in- G „ greditur in Eccleſiam, palmam referemus; „ antequam exeat, admiſſas culpas confeſſio- „ ne ſacrâ expunget, & verè ad bonam frugem redibit. In primo Eccleſiæ introitu maga Crucifixum reſpiciens, urgente beatâ viduâ, vim profudit lacrymarum; dein rite à peccatis abſoluta ab Sacerdote præſenti magiæ cuncta inſtrumenta in ignem projecit, ſtatuens deinceps uſque ad mortem rigidas vivendi aſperitates amplecti, ad expiandâ crimina. Urbem Turonenſem non judicans ſat idoneam ſeveræ pœnitentiæ legibus ſtrictè obſervandis, ſe contulit Andegavum, ubi poſtremos exegit dies, oſtiatim mendicando, & D ex accuratiſſima virtutis amuſſi dirigendo mores.

CAPUT X.

Charitas in captivos & pueros.

PAUPERIBUS in carcere detentis, quos ſæpe inviſebat, eleemoſynas diſtribuens, Sanctorum vitam enarrabat, qui captivitatem æquanimiter toleraverant: pollicebatur libertatem, modò eorum virtutes imitarentur, divinæ voluntatis plenâ executione, atque emendatione morum. Conſtat illos ejus precibus interdum à ſervitute fuiſſe mirabiliter ereptos.

Regem Turonibus degentem enixe rogavit, ut hominum cuſtodiæ mancipatorum calamitate ad miſericordiam adduceretur. Ingreſſa eſt reſponſione Principis in ſpem magnam petitionis effectum obtinendi: miniſtris tamen mandato regio non obſequentibus, Maria è provincia Pictavienſi reverſa carcerem Turonenſem multo plus occupatum invenit quam anteà.

Ad pedes illicò Regis Regum proſtrata, impetrat precibus fervidis & humilibus aperiri eodem momento locum in carcere anguſtum ac tenebroſum, in quem nocentiſſimi includuntur, reorumque omnium vincula ſolvi. Adeò manifeſtum erat & evidens miraculum, ut unus aliquis captivorum unà cum cæteris rediens in carcerem, precum libri, quem ibi reliquerat, ſumendi gratiâ, à nemine turbati aut vexati fuerint; imo potius Rex his omnibus condonationis edictum, quod promiſerat, lubenter impertivit.

Si forſan addicerentur ultimo ſupplicio, ſe patienter & animo tranquillo ſubmittebant, ad primum conſolationis verbum à beata vidua prolatum, quæ cœleſti fervore incenſa illos ad expurgandas conſcientiæ ſordes fortiter excitabat: patet inſuper plurimorum ſuâ auctoritate exemptionem à morte aliiſque pœnis conciliaſſe.

Egrediens ab Eccleſia die Sabbathi ante Dominicam Palmarum, hominem perſpexit, qui ad patibulum ducebatur, altâque voce clamabat: Præclara Domina, de Sillio, intercede pro me. Commiſeratione permota, lacrymis obortis, ſilens reverſa eſt in templum, ubi etiam atque etiam Deum obſecrat & obteſtatur, ut miſerrimo faveat reo. Exaudita eſt illius oratio: Omnes enim ſcalæ vel breviores ſunt, vel franguntur, itaut ſole vergente in occaſum, reus in cuſtodiam remeet, Mariæ interim inductu & perſuaſu à Judicibus in libertatem vindicatur.

Infantes adhuc in maternorum viſcerum viſcerum ergaſtulo diſtenti illius ſæpenumero opem ſenſerunt; matres quoque dum parerent: comperta ſunt omnia hæc miracula, & deſcripta in judiciaria inquiſitione. Multoties ſuis precibus effecit, ut pueri, quorum ſalus deſperata erat, luſtralibus aquis initiarentur: aliquando invitata ut ſacro huicce ritui adeſſet, infans nobilis cujuſdam viri Turonenſis filius ſuffocatus omnino invenitur linteis ex improviſo ejus vultui appoſitis. Infremuit beata vidua iſto terribili eventu, ſicut Chriſtus ad Lazari monumentum. Ejus tamen ſupplicatione puer reviviſcens oculos aperuit atque clamoribus & lacrymis certa vitæ dedit ſigna. Deinde ſacris expiatus eſt laticibus, atque

plures annos exegit ſanus & incolumis.

Feminæ Turonenſis funus ſuâ præſentiâ cohoneſtans, didicit illam enitentem, non emiſiſſe fœtum, juſſitque, aperiri; quo expleto, ſalutaribus aquis ipſa imbuit infantem, qui pluribus exhibitis vitæ indiciis, motu nempe brachiorum, & ſupra pectus junctione, animam efflavit, terræque fuit mandatus propè matrem.

Innocentia puerilis & ingenuitas oppidò illi arridebant. Pro menſura & captu ætatis pueros piis inſtituebat documentis, frequentem illis horum verborum innuens recitationem, *Laus Domino noſtro Ieſu Chriſto*: eminus illam proſpicientes, tum ad eam accurrebant, & genibus innixi clamabant *Laus Domino noſtro Ieſu Chriſto*. Lactentes ad Mariæ aſpectum gaudio geſtiebant, illamque conabantur amplecti; primum hujuſmodi ſententiæ vocabulum balbâ proloquentes linguâ.

Omni ſtudio & conatu quoſcunque homines provocabat ad Dei cultum & amorem verbis & factis; ipſa etiam animalia ratione deſtituta: dono picam accepit in ſuo Eremitorio, quæ piam hanc lectionem ad ſuas aures à noſtra Maria reiteratam more ſuo recitabat, & magiſtram divinas laudes concinentem videbatur comitari.

Multo pluris faciebat filios hominum brutis animantibus. Meditanti die Paraſceves à parentibus puer illi offertur extremum penè effundens ſpiritum: ferventes poſt preces blandè tangens ægroti caput, illum in priſtinam revocat incolumitatem. Gratias illicò ſanatus agit ſuæ medicæ, non linguâ, quâ minimè poterat uti, ſed riſu & applauſu ex imo cordis „ erumpente. Studioſe, ait beata vidua patri „ & matri, ſalutaribus inſtitutis excolatur, & „ virtutis ſtudium cum lacte combibat.

CAPUT XI.

Pretioſa mors & inſignia miracula.

PSEUDOPONTIFIES & Schiſmata, quibus hiſce temporibus perturbaretur Eccleſiæ tranquillitas, in cauſa fuerunt cur Maria fidenter & prompte confugeret ad Deum unà cum virorum & mulierum ſocietatibus diverſis, quas ad id munus verbo & exemplo provocabat. Nec incaſsùm precata eſt, cum Martino Quinto in ſummum evecto à Patribus Concilii Conſtantienſis Pontificatum, altâ pace fideles ſint potiti.

Fervens deſiderium Chriſtum imitandi illam acriter ſtimulabat ad patiendi perquirendas occaſiones. Infra octavam Pentecoſtes, quo tempore prædiis & ditionibus ſe orbavit, ad pauperum ſolatium, quam infixerat capiti ſuo ſpinam longam valde, atque duram extrahi minime curavit: immota ibi remanens per totum fere annum ultro cecidit, & abſque ullo conatu extremâ jejunij Quadrageſimalis hebdomade ſequenti, nec ullam ei putredinem intulerat.

Exardeſcente magis in dies illius fervore, unum ſpirabat martyrium, cupideque expetebat. Orans aliquando Caſtrieraldij, in Eccleſia ſancti Jacobi, & conſiderans ſancti Stephani cruciatus, eorum particeps eſſe peroptavit. Mirum dictu! innumeri homines & ignoti illi apparent, qui furore perciti eam lapidibus obterunt, atque in eamdem, quam paſſus eſt illuſtriſſimus Protomartyr, calamitatem redigunt. In terram projecta eſt, tantaque fuit doloris ejus violentia, ut undique ſudore diffluens, & quà manibus, quà pedibus reptans ægrè ſuum domicilium attigerit.

Si non auſint ſapientes bene ſperare de negotio remiſſi progreſſus, audacter è contrario ſummis laudibus extollunt virtutem, quæ nunquam jacuit, nec fuit languidæ ullo modo cunctationis, ſed ſemper ſtudio ſublimioris perfectionis flagravit, quem admodum ſe geſſit Maria noſtra, ab incunabulis uſque ad obitum. Mutatio domicilii non imminuit, ſed auxit ardens iſtud amplioris ſanctitatis deſiderium. Turones tandem revertitur in hoſpitium à Religioſis Franciſcanis mutuò datum, ubi vitâ mortali privatur 28. Martij 1413. ſempiternam felicitatem poſſeſſura.

Nodoſo funiculo, ipſiuſque recenti cruore tincto evidenter, cincta reperitur. Corpus ejus, quamvis rigidis auſteritatibus extenuatum, & ſenectute tabeſcens, mirabiliter conſpicitur venuſtum, & quaſi vivax: innumeri confluunt populi ejus exequias proſecuturi. Per multos dies differuntur, ut pompa funebris eſſet auguſtior. Die Lunæ poſt meridiem terræ mandatur, Clariſſarum habitu induta, in Eccleſia Fratrum Minorum Turonenſium, ubi pernoctaverat qualibet nocte, ab anno ſuæ ætatis quinquageſimo quinto. Admirantur omnes incredibilem propemodum miraculorum multitudinem, quæ ante & poſt mortem edidit. Perſcriptæ inquiſitionis tabulæ à libellione Petro *de Bruyera* ingentes decem codicillos continent membranaceos minuſculis literis.

Quædam ſelegi & excerpſi hîc enarranda. Obitus poſtridie, Comitiſſa Alenconienſis, ſeptem jam menſes gerens uterum, in manifeſto verſabatur periculo moriendi unà cum partu. Invocatâ ſuppliciter Mariâ Mallienſi confeſtim, omnino feliciter emiſit fœtum. Paucis poſt diebus mirabili altero eventu ſanctitatem famulæ ſuæ Deus patefecit: ſuis, dum viveret, precibus ſanitatem obtinuerat filio viri cujuſdam perditis, cujus uxor ad extrema deveniens, ſacrorum piacularium ope

ope præſidioque nolebat inſtrui: tunc excubans ad lectum morientis filia ad beatæ viduæ convolat tumulum, converſionem matris poſtulans: nondum oratione finitâ, animi ſordes abſtergere, necnon divino pane recreari voluit; ſicque parata more Chriſtiano ſanctè obiit.

Jacobus à Borbonio, hoc nomine ſecundus, Comes de Marchia, Joannæ de Durazzo ſponſus, ejuſque conjugio Siciliæ, Hieroſolymorum, & Hungariæ Rex, eâ qua pollebat auctoritate, uſus eſt, ut in Sanctorum ordinem Maria noſtra aſſereretur: mandatum tamen Apoſtolicum expleri non potuit; nec proinde ceſſaverunt miracula.

Aſſervantur magna cum veneratione in theca argentea pileus ejus & manica lanea: offeruntur ipſius imagini prope aram collocatæ, & ante ipſius ſepulchrum, fidelium vota, quæ ibi remanent affixa. Juſſit illuſtriſ-

A ſimus Archiepiſcopus Turonenſis Simon Malleoſis ſibi conſtrui monumentum juxta beatam viduam: opifices autem inopinatò detexerunt unam ex manibus Mariæ illæſam & incorruptam.

Odor cœleſtis illicò latè diffunditur, quo vulgato, populi accurrerunt; ſed ne tam pretioſus theſaurus alinnde transferretur cum violentia & impetu, ſtatim repletur effoſſum ſepulchrum. & januæ clauduntur. Paucis verbis deſcripſimus vitam exercitio virtutum ampliſſimam. Quis non miretur animam interritam periculis, intactam cupiditatibus, inter

B adverſa felicem, in mediis tempeſtatibus placidam, quicquid cæteri timent optantque ridentem, omnia tanquam minora tranſeuntem, nullo bono niſi ſuo nitentem, ſemper liberam, ſibi ſemper conſtantem, ſui ſemper ſimilem, erectam, excelſam, vacuam ſui, plenam Deo?

VITA
B. HENRICI HAGUINI
REGIS DANIÆ FILII.

CAPUT PRIMUM.

A juventute ſolitudinem amat.

JAM nominavimus patrem Daniæ Regem, qui pariter poſſidebat Regnum Sueciæ & Norvegiæ, connubio Margaritæ, unicæ filiæ Waldemari, ad quem pertinebant tria hæc Regna, devicto Alberto Duce Megalopolis, Suecis in auxilium veniente, ut Waldemarus ejiceretur.

Henrici igitur mater legitima Regina erat magnarum trium Provinciarum, & ſuprema dominatrix Septentrionis. Olaum primogenitum filium habuit; Henricum verò noſtrum natu minorem, juxta plurium Scriptorum opinionem, quæ non placet Wadingho, Annalium Ordinis Seraphici Auctore celeberrimo, affirmanti noſtrum Henricum unigenam „ fuiſſe filium Haguini & Margaritæ: Initio, „ inquit, ab aulicis communiter vocabatur „ *Olaus*, at impensè cupiens Chriſtianam „ perfectionem attingere, in ſolitudinem ſe „ recepit, atque ſolitum nomen ſibi ademit, „ & Henricus voluit appellari, ne quid pompæ terreſtris ſuam memoriam vel leviter occuparet.

A teneris unguiculis tantâ gratiarum uber-

C tate fuit cumulatus, ut in humilitatem, paupertatem, & ſeverioris pœnitentiæ aſperitates cogitatione & ſtudio totus eſſet defixus; Spiritum Chriſti adeò fortiter induerat, ut nominis Jeſu gloriam, illiuſque virtutum imitationem ex intimo pectore anhelaret: Splendebat hujus adoleſcentis vita nitore caſtimoniæ, pudicitiæ dignitate, omnis prorſus labis expers. Quamvis non pateat an voto ſe virginitatis obſtrinxerit; conſtat tamen firmiter uſque ad mortem vel minimam impudicitiæ maculam, imo ipſam libidinis umbram ac nomen perhorruiſſe.

D Una illi erat meditatio in amore ac deliciis; Patre è vivis excedente, Principes & Magnates trium Regnorum, ſolenni ritu, & ex formula clientelari apud eum profitentur, ſupremumque agnoſcunt dominatorem. Annos tamen natus undecim oblatam dignitatem abdicat, rogando illos in alium oculos conjicere, qui illos regeret. Nec proinde iſta impedit abdicatio, quin Reginam Margaritam ejus matrem eligant, ut Regnorum fieret adminiſtratrix,

Expletâ prudenter & generoſe adminiſtratione, uſque ad pubertatem filii, perſpiciens mater Henricum conjugio idoneum & tempeſtivum, illum obteſtatur ut in conjugem ſumat feminam aliquam Principem vicinam, & magis gratam, quæ decus eſſet, atque firmamentum totius Monarchiæ. Arbitratur Regina, cum ſua obteſtatio eadem ſit ac venerabunda Procerum commonitio, parem eſſe mentem Henrici: Gratias etenim agens Rex illis de ſolertia qua uterentur ad amplitudinem Regni conſervandam, declarat illos fore potituros altâ quiete, dum eum videbunt matrimonio illigatum cum ſpectatiſſima ſponſa.

Paupertatem intelligit, quam Fraociſcus Aſſiſias, cujus conatur imitator fieri, ſuam vocabat Dominam, & dilectam magiſtram. Occluditur Henrico omnium clauſtrorum aditus, quia ejus commoratio inter iocolas mundi, & aulæ aſſeclas neceſſaria eſt ad exemplum publicum: etiam ſi Monaſteria illi pateſierent, non ibi tamen longius commoraretur, Dani namque Norvegi, Sueci, qui in ejus ſunt ditione, vim adhiberent extremam, ut illum abſtraherent.

Amplectitur iraque Tertium Ordinem Franciſcanum pro Sæcularibus inſtitutum, cujus leges facile obſervat, abſque ullo externo receſſus indicio, pro tempore, ne ſolitudo, quam intus tenet, atque peramat, vulgetur. Habitu tamen hujuſce Congregationis clàm ſumpto, ſine cucullo, quorumdam more Eremitarum, coronam precariam vulgo, ingens Roſarium, collo ſuo alligat, & manu geſtat baculum.

Deiode extra ditionis ſuæ fines egredieos, in deſertum ſeceſſit, ubi eleemoſyois ſoſteotabatur, humique decumbebat velut pauper & peregrinus. In primo loco ſuis votis congruente ſedem fixit, continuò ibi cantans Dei laudes, & manuum operi quandoque navaos operam Pagi finitimi victum ſuppeditabant, panis fruſtis, quæ ipſe oſtiatim meodicato quærebat.

Lamentationes & ejulatus aulicorum non poſſunt exprimi, neque diligentia, qua uſi ſunt omnes ſubditi, ut detegeretur: Plures tamen elabuntur anni, quibus nihil rumoris de Henrico adventat, Deo ſic ordinante, ut tam illuſtri Tertiario liceret per otium & tranquillitatem æmulando Aogelos, humanum exuperare captum.

Æmulatio tum ex animi dolore naſcitur, cum iis nos ſentimus, boois deſtitui, quæ alius habet, tum ex ipſa ſpe coocepta illorum adipiſcendorum. Pio ſenſu non iovidioſo Henricus noſter ſe dolens privari Angelorum ſanctitate, gaudebat eos ornari tot & tantis virtutibus, quæ à ſe abeſſe loogius ſciebat: nec propterea deſperabat illas comparare; quin A potius, ſicut alteri, ex alterius conſpectu mutuaque admiratione generoſitatis, accedit robur aoimique magnitudo, ita Henricus novo inflammatur ardore ad progrediendum ulterius, quo plus videt alios progreſſos & perfectos.

CAPUT II.

Inveniunt tandem Henricum *ſubditi poſt diligentem inquiſitionem, qui moritur in Eremitorio.*

B SANCTORUM humilitas, quæ humanos vitat applauſus, non ſemper eſt conteora, cum ſæpenumero etiam viventes ſuas virtutes ſplendeſcere videant, coram hominum oculis, quamvis ipſi totis viribus eas nitaotur obſcurare. Henricus tandem à ſubditis reperitur in horrida ſpelunca, qui ſibi vultum ita fœdè auſteritatibus deformaverat, ut vix agnoſcatur.

Coocinna oratio & omnibus ornamentis abundans, qoâ conantur eum avertere à ſolitudioe, illum ſolitudinis magis cupidum reddit: violenter illum abripiunt: Nobiles & Primores Daoi, Norvegii, Sueci obvios Henrico ſe cum feſtinatione præſtant: ex ejus reditu ſummam lætitiam & voluptatem hauriunt inC numeri populi: nulla prætermittitur magnificentia, imo potius quicquid ſumptuoſum & honorificum poteſt excogitari, ad ejus velut triumphum apparatur.

Hiſtorici, qui Reginæ adminiſtratricis gubernationem reprehendunt, ſolennitatem aoguſtam, quâ legitimus Rex fuit exceptus, diſerte & eleganter deſcribunt. Id ſecundâ omnium admurmuratione, & grata totius Regni commendatione peractum eſt: ſolus Henricus mœrore afficitur, quem tamen prudenter diſſimulat, ſtatuens cito io deſerta reverti.

Regina mater filii ad obeuodum Imperium inſtaurationi obſtitit, ſive regnandi cupidita-D te permota, ſive ob mutationem Henrici, qui auſteritatibus oris ſui formam omnino extioxerat, ac proinde, qui minime poterat cognoſci. Henricum in cuſtodiam datum vivum juſſit comburi, ut quietis publicæ perturbatorem, & majeſtatis violatæ reum: projectum in medium ignem corpus flammæ nullo modo lædunt, quia cor remanet intactum & immotum, perfectâ ſuæ voluntatis compoſitione ad divinam.

Innoxius vir pedibus firmiter inſiſtens inter carbones ardentes, lætus prorumpebat in divioas laudes, & ſalvus denique atque incolumis evaſit. Dum tanti miraculi, tamque præclaræ ſanctitatis ſpectatores accenduntur ad reſtituendum legitimum Regem in ſupremas

dignitates, ipſe confeſtim in priſtinum Eremitorium ſe confert, denuoque aggreditur pietatis exercitia in ſolitudine, quæ nullum paſſa ſunt intervalla in medio aulæ regiæ tumultu.

Illius perſeverantia in virtutis legibus obſervandis, uſque ad venerandam ſenectam admirationem habet maximam, ſupra quam cuiquam credibile eſt. Ad complendam perfectionem, ad quam ſe Deo credit vocatum, peregrinatorem agit. Primò Romam proficiſcitur, ut ſanctorum Apoſtolorum ſepulcbris cultum exhibeat; deinde Aſſiſium, Patris Seraphici tumulum veneraturus. Extremâ ægrotatione correptus, dum è Conventu Reginæ Angelorum exiret, vires omnino amiſit ad B radices montis Peruſij.

Finem curſus mortalis imminentem ſentiens, divino motus afflatu, manifeſtavit adſtantibus ortum, diverſoſque eventus vitæ ſuæ. Deinde anima ejus in cœlum migravit 13. Martij anno 1415 Super terram, quam pro lecto ordinario habuerat, ſuum corpus relinquens ferme nudum. Eodem momento æs campanum canit, nemine pulſante, in Eccleſia ſancti Andrææ, parœciæ ſuburbii Peruſiani, ſecus portam ſanctæ Suſannæ ſita & magis finitima loci ubi noſter Henricus expiravit.

E veſtigio cunctis ordinibus urbis Epiſcopus ſtipatus venerandum extulit corpus. Plura inventa ſunt commentaria, quæ de ejus pa- A tria, origine, & dignitate mentionem faciebant valde amplam: ſolenni pompâ terræ mandatur in Eccleſia ſancti Andrææ, ubi plurima patrata ſunt miracula. Longo tempore perſtitit illæſum in terra & incorruptum, unde tamen eruitur auguſto apparatu, & in magnifica poſitum capſa in locum evehitur eminentem.

Ibi adhuc viſitur pauper Henricus tunicâ indutus more Tertiariorum, ſine caputio, cum pallio & aſſuta cochlea, ut ſolent peregrini; pendulum eſt ex ejus collo ingens Roſarium; eminet in ejus ore, totiuſque corporis habitu majeſtas plane regia; capillorum & barbæ proceritate & albedine venerationem auctoritatemque ſibi conciliat; perpulebro diademate redimitur caput ejus, quo triplex denotatur regnum, quod propter amorem Chriſti, quamvis legitimus hæres & poſſeſſor generosè abdicavit.

Caput à cæteris partibus ſeparatum, quotannis pietati fidelium exponitur ſuper altari die ſancti Andrææ; deinde in theca reponitur, ubi innumeris Chriſtianorum undique confluentium votis & oblationibus boneſtatur. Imperator Romam proficiſcens anno 1433 Coronâ Imperatoria donandus, beati Henrici monumentum venerabundus viſitavit, ejuſque auxilium ferventer expetiit Marcus Ulyſſipponenſis part. 3 l. 1. c. 31. Bzovius tom. 15. ann. 1415. Ferrarius in catalog. 13. Martii honorificè loquuntur de Henrico.

B. PETRUS HISPANUS.

EADEM fermè tempeſtate quâ florebat Henricus, virtus beati Petri natione Hiſpani oppidò clarebat non longè ab urbe & Ducatu Urbini, in provincia Anconitana. Venerabilis iſte Tertiarius longo temporis ſpatio degit in exigua ædicula, quò præclara ejus merita permultos accerſebant, ipſius recepturos conſilia, preceſque ad Deum ſupplicirer poſtulaturos. Multùm crevit ille concurſus propter ſequens miraculum.

Inter quæcunque dura & adverſa ad Deum humiliter Petrus confugiebat: modico victu contentus, pane ſcilicet & aquâ æquo parcius facile comparabat neceſſaria ad ſuſtentationem; Urbinates etiam plura illi offerebant D in Eremitorio, quæ reſpuebat tanquam ſupervacanea. Sæviente tamen hyeme Urbini adeo altæ nives premebant aliquando hanc terram gelu & perpetuo rigore conſtrictæ, ut ne avium quidem feræve ullius veſtigium extaret. Sicut nemo ex hac regione egrediebatur, nullus in eam intrabat: verùm Deus cicutatam inter Urbinates cervam mittit ad Pe- C trum, quæ vellicans ejus tunicam illum per vias commodiores Urbinum deducit, ibique eleemoſynis receptis vitam conſervat.

Hujuſce miraculi memores Urbinates Eccleſiam ſudalitatis ſancti Joannis Baptiſtæ Petro dederunt intra muros incluſam, ne deinceps ſimile adeat periculum: docebat ibi ſimplices & ignaros, timorem Dei, pueros, orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, divina præcepta, cæteraque Religionis Chriſtianæ prima elementa: exiguis & piis muneribus ſolertiam acuebat Chriſtiani hujus tirocinii militum.

Jeſus Chriſtus gratam valde habens curam ejus in plebecula erudienda, illi ſe viſum exhibuit inter alios diſcipulos, ſub eadem ſpecie quâ Doctores Judaïcæ Legis confundebat olim, atque erudiebat, dum abſtruſiora ſacrarum literarum arcana ipſis enuclearet. Denique moritur annis provectus plurimis, & florens virtutibus. Orabat tunc genibus innixus ſuper lignorum faſcem, quo pro lectulo utebatur. Anima Petri tam vehementer à ſen-

ſibus abalienata eſt, ut corpus dimiſerit, & in cœlum migraverit, ſedem æternam inter Angelorum choros occupatura, dum remanſit corpus in eodem ſtatu quem deſcripſimus, manibus ſcilicet junctis, & in aërem elevatis.

Coram populis accurrentibus ad ejus venerationem, honorifico apparatu in Eccleſia A ſancti Joannis Baptiſtæ ſepelitur, ſub altari primario, ubi ad noſtram uſque ætatem viſitur abſque ulla corruptione. Antonius de Sillis celebrat ejus memoriam in recenſione Illuſtrium Tertiariorum. Bzovius commemorat Petrum Hiſpanum anno 1415. pariterque Wadinghus. Martyrologium Franciſcanum illum commendat 24. Junii.

BB. PETRUS JOANNES ET ANTONIUS URBINATES, CONFESSORES.

VRBINUM valde illuſtratur ſplendore plurium Dei famulorum qui inde orti ſunt. Annales Fratrum Minorum mentionem faciunt trium Tertiariorum, qui hancce urbem plurimum honeſtarunt ortu & manſione. Eorum virtutes, quamvis ab hominum conſortio remoti eſſent, micantes radios vibrarunt per totam provinciam.

Petrum impendiò decoravit Chriſtus ante & poſt mortem inſignium operatione miraculorum: ſingulari ſtudio corpus ejus aſſervatur in pretioſa theca, & in Eccleſia ſacratiſſimæ Virgini dicata. Non ſequor opinionem Scriptorum, qui noſtrum hunc Petrum eumdem eſſe ac præcedentem Petrum Hiſpanum exiſtimant, proboque ſententiam, quæ illos C ſeparat. Marcus Ulyſſipponenſis part. 3. lib. 1. Petrum Urbinatem recenſet inter ferventiores Tertii Ordinis Franciſcani alumnos.

Joannes merito donatur hoc nomine, ob accuratam Joannis Baptiſtæ imitationem, qui verus Anachoretarum Patriarcha cenſetur. Toto vitæ decurſu Joannes noſter perfectæ pœnitentiæ ſpecimen ſe exhibuit; unde ſanctitatis exiſtimationem jure conſecutus eſt apud populares Urbinates, qui ejus venerandum corpus poſſident, in Monaſterio Religioſarum Nominis Jeſu ſolenni pompâ ſepultum. Ejus memoria commendatur omnino apud poſteros ingenti miraculorum multitudine, de qua dubitare nefas eſt, poſt Auctorum teſtimonium, qui illa disertè enarrant. D Wadinghus Joannem proponit tom. 5. anno 1415. §. 13. De Buſtis illum pluribus extollit laudum præconiis part. 2. Roſar. Quadrag. conc. 27. memoratur præſertim 22. die Auguſti.

Antonius mundo nuncium generoſe remittens in Eremitorio Urbino adjacente ſanctiſſimam exegit vitam: Præcipuum ejus ſtudium in obſervanda Tertiariorum Regula ſufficit ad propagandam ipſius gloriam, cum inter cæteros ſodales ſingulari fervore, & ſuis explerâ partibus diligentiâ ad virtutum exercitium claruerit. Solitudinis tamen eximius B amor illum apprimè conſpicuum reddit. Non deeſt miraculorum claritudo, quæ illi eminentem locum in Martyrologio Franciſcano conciliavit die ſexto Februarij. Plures antiqui Hiſtorici miro elogio illum ornaverunt: Marcus Ulyſſipponenſis part. 3. lib. 1. cap. 58. ann. 1438. Antonius de Sillis. Wadinghus tom. 5. ann. 1415. §. 13 1432. §. 27.

B. BEATRIX RUSCONENSIS.

PAter Bernardinus de Buſtis, exeuntis Sæculi decimi-quarti decus & ornamentum beatam *Beatricem Ruſconenſem* ſummis laudibus honeſtat, licet brevi oratione. Comitiſſa erat, inquit, Ruſconiæ, & Mediolani degebat, ubi interiit, & terræ mandata fuit in Eccleſia Fratrum Minorum, cujus titulus eſt, *Sanctus Angelus*, & intra ejuſdem urbis muros.

Fide omnino dignus eſt hic Auctor, cum propter celebritatem, quam merito ſibi comparavit inter Scriptores Franciſcani Ordinis, quem amplexus fuerat, tum quia *Beatrix*, de qua loquimur, erat ævo ſuppar & æqualis: affirmat equidem ſe Beatricis facta narrare ſeptem annis poſt ipſius obitum: illam affabre depingit omni genere virtutum excultam ad perfectionis Chriſtianæ complementum. Tertiæ Regulæ Franciſcanæ profeſſio, cui ſe addixit, ad ejus ſanctitatem plurimùm contulit, quia præter indefeſſam & accuratam ejus ſolertiam in legibus Tertiariorum obſervandis, cujuſlibet momenti erat adeo retinens, ut horarum obeundis piarum exercitationum muneribus eſſet obſervantiſſima.

Deo ſepulchrum Beatricis miraculorum magnâ copiâ illuſtrante, manſoleum ſumptuoſum & magnificum ad ejus honorem conſtruitur, quod Religioſi alium Conventum, ſub eodem titulo in eadem urbe ædificantes, tranſvexerunt unà cum Reliquiis beatæ defunctæ, quas poſuerunt in ſacello ſancti An-

tonii, ubi adhuc reſplendet ejus mira ſanctitas miraculorum claritate. Martyrologium Franciſcanum Beatricem commemorat die decimo A ſexto Martii. Gonzaga & Marcus Ulyſſipponenſis ejus facta commendant; itidemque Wadinghus ann. 1418. §. 36. 1490. §. 7.

VITA
B. ELIZABETHÆ SUEVÆ,
VIRGO ET RELIGIOSA

CAPUT PRIMUM.

Juventutis ejus ſanctitas in mundo & in clauſtro.

Naſcitur in Suevia anno 1386. pater ejus Joannes *Acherus* nomine, urbis Walhuſtenſis erat incola. Quamvis appoſitè nominetur *Elizabetha*, vulgo tamen illam populi *Betham* appellant. A prima ætate, divino Spiritu afflata, ſe Deo mirabiliter conſecravit: ad id præſertim curam adhibuit, ne vel leviter ullam impudicitiæ labem pateretur. Conſilium ſtatim ingrediendi in clauſtrum compulit eam fortiter ut introſpiceret ad quodnam omnium Monaſteriorum ſoli natalis à Deo vocaretur; Conventus Religioſarum Tertiariarum, opibus terrenis magis deſtitutarum, ei præſertim arriſit, iu quem admiſſa fuit anno 1400. annos nata quatuordecim, poſt longas affectationes & probationes valde ſeveras.

In Religioſi tirocinii palæſtra jam fuit ejus virtus omnibus abſoluta numeris. Propendebat præſertim & incendebatur gratiæ inſtinctu & cœleſti proclivitate in auſteritates, & carnis animique afflictationes, quibus jungebat continuam & eminentem meditationem rerum cœleſtium: paupertas hujuſce Monaſterii præbuit illi occaſiones virtutes exercendi, quoniam labore manuum requiſito ad ad communem vitæ ſuſtentationem, Elizabetha nacta eſt auſpicatò munus textricis, quo tantopere occupabatur, ut cum eſſet ad D obediendum paratiſſima, plura voluntaria & ultronea opera omitteret, ne dicto Superioris minus eſſet audiens & morigera.

Irriti nihilominus erant fere ejus omnes conatus, inepta enim & haud arti textrinæ idonea, vix omni labore & induſtriâ, parce ac duriter agens in ſeipſam, victum ſuum comparabat. Infenſus ipſe Dæmon, illi cupiens ſuſcitare moleſtias, involutum fuſo ſtamen permiſcebat: cogebatur itaque illud abrumpere, atque extrema tepetito nodo colligare & connectere, ſicque dies elabitur, nullo fermè completo opere.

B Reditus in tectum paternum ab humani generis hoſte ſuggeritur Elizabethæ, quæ animum propè deſpondet, videns ſe non poſſe diurno quæſtu famem propulſare: Dei tamen auxilio firmata, felinis & gallinaceis reſiduis ſeu quiſquiliis lubens veſcitur: quæ fundamenta ſanctitatis poſuerat à puero, hiſce tunſionibus & preſſuris egregie ſtabiliunt, & ſublimiter elevant virtutis ædificium.

Jure clamat Elizabetha noſtra cum cæteris præſtantiſſimis Chriſti famulis: *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis*, Cant. 8. Duo ſunt tanquam principia & fun- C damenta, & verò tanquam cardines, in quibus viræ Chriſtianæ ratio & inſtitutum verſatur. Unus eſt, ut gratiæ Dei in noſtra corda intrare volenti aditum præbeamus, alter, ut admiſſam eam & ingreſſam firmiter retineamus, quamvis nos aliò vocent ſæculi atque carnis illecebræ: alter poſitus eſt in rectè incipiendo, alter in perſeverando conſtanter & firmiter: quod gratiæ aditum præbuit *Elizabetha Sueva janua* vel *oſtium* figuratè dicitur, quod perſeveravit in gratia, conſtans contra Dæmonum omnes inſultus, dicitur murus.

Ergo quia de *Elizabetha Sorore*, natu minore, & parvula, id eſt de incipiente, & ſemitam virtutis aggrediente quæritur, quid illa fecerit, quo nubere Deo poſſet, hoc eſt, obtinere aliquem gradum gratiæ apud Deum, convenientiſſimè & veriſſimè reſpondetur, dediſſe operam ut *janua* atque *murus* eſſet; *janua* quidem, qua ad ipſam gratia Dei intravit; *murus*, quo invadentem hoſtem generoſe ſemper repulit: ſic enim & gratiæ facilem, & adversùs peccati impugnationes ſe fortem præſtitit; hoc eſt rectè inſtituens vitam ſuam, & in ſuis rectis inſtitutis perſeverans, addits quotidie à Deo majoribus gratiæ donis, majoribuſque in ipſam cœleſtium bonorum atque

virtutum ornamentis ab eodem collatis, in ſponſam Chriſti illuſtrem & chariſſimam evaſit.

Teſtis eſt Pater Conradus Monaſterii Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini Waldhuſtenſium Superior, atque conſiliorum Elizabethæ moderator, qui ejus vitam planè per viginti annos ſuo directam judicio ſcriptis mandavit. Narrat, ſe, cognitæ illius extremæ egeſtati libenter opem tuliſſe, primoreſque urbis cives apparaſſe, tùm ad inopiam harum Monialium ſublevandam, tùm ad extruendum Conventum, ubi tenerentur ex voto continere ſe intra clauſtra. Solenni ergo profeſſione obſtricta virgo noſtra ſemper degit omnino intra cœnobii limites, & in Deum perfectè fuit transformata.

Tanto exarſit fervore, ut continuò à ſenſibus abalienaretur: corpus illi videbatur deeſſe, uſque adeo ſubjecta erat ſpiritui, dum crebrâ mentis abreptione patiebatur divina. Tres annos jejuna exegit, abſque ullo potu aut eſu. Vires tamen illius minimè deficiebant, imo potius invaleſcebant mirabili gratiæ operatione.

CAPUT II.

Dæmones illi bellum indicunt.

Cum Dæmones neque artificio neque violentiâ potuerint Elizabetham ad vivendi modum, qui cum brutis animantibus communis eſt, redigere, novo uſi ſunt dolo militari, ut eam debellarent; unus aliquis Dæmon ſpeciem induens Monaſterii antiſtitæ fortiter illam exhortatur ad capeſſendam cæterarum Sororum vitæ rationem. *Elizabetha* hacce mutatione attonita rogat inſtanter prorogari priſtinam licentiam, quam obtinuerat.

Perfidus humani generis hoſtis abſolutum adhibens imperium, illi pultem hordeariam offert, quam comedit, ne contumax aut refractaria ſit adversùs Præſidem, cujus imaginem ementitur, & ſibi affingit Dæmon. Promptus vomitus, morbuſque periculoſus antiſtitam veram invitant ad conſolandum Elizabetham: detectâ itaque ſpiritus maligni fraude, confirmatur innocens virgo in priſtino propoſito. Non deſperat tamen infernus de victoria; invictæ conatur animum demere, & inferre infamiam, probrum inurens vanæ probitatis ſimulatricis, cupediarum amantis, & alienorum ſubreptricis bonorum.

Furto ſubducebat, quoſcunque inveniret eſcarios commeatus in cellulis Sororum, etiamnum Præſidis, ad illarum uſum conceſſos, poſt manuum laborem; deinde cibaria hæc clam abſcondebat in Elizabethæ inſciæ A cubiculo; ut ſatisfieret univerſis Religioſarum querelis antiſtita ſocias ſibi magis ſpectatas adjungens, omnia Monaſterii loca inſpexit & luſtravit: omnes autem pavor admiratione defixit, videntes res furtivas in cellula Elizabethæ, ad cujus nomen ignominiæ maculis turpius obſcurandum collegit & conjecit Dæmon ad feneſtram innocuæ virginis rejectas ab aliis ſuperfluitates.

Præfecta illam in medio capitulo, coram toto Conventu, publicè redarguens, ſeverâ mulctavit pœnitentiâ, quam accurate implevit, nullâ utens excuſatione aut expurgatione: ore è contrario divinas recitabat laudes, & pleno corde amplectebatur oblatas B occaſiones patientiam Chriſti imitandi.

Sorores interim aliâ jam & funeſtâ opinione imbutæ, omnes ejus motus curioſe obſervabant, ne furari pergeret; illarumque curioſitas Elizabethæ probavit innocentiam, cum eam perſpicientes ſemper ſibi conſtantem, nec ullo modo deſiſtentem à religioſa diſciplina, ſummis extollerent laudibus, & ſic antiſtitam compellerent ad extorquendam ab Elizabetha veritatem: eximitur ergo ab omni culpa, majorique in dies comparata nominis & probitatis exiſtimatione, innoxia virgo relucet, atque infauſta maligni ſpiritus calliditas patet.

Infernus novum facinus molitur: Angelus tenebrarum Angeli lucis ſpeciem præ ſe fert, C ſed irrito conatu: plauſu proſequitur *Elizabetham*, quod exercitus tartareos fuderit: Sponſus tuus, ait iſte, devicto in ſolitudine " Lucifero, meruit ab Angelicis ſpiritibus ho- " norari & miniſtrari, vult quoque te parti- " cipem fieri ſui triumphi; vult, inquam, poſt " Dæmonum tuâ mirabili temperantiâ expu- " gnationem, ut cibo hoc, quem ad te mittit, " utaris. Quamprimum hiſce verbis obtemperat, comedere incipiendo eſcam oblatam, vomitione ſtomachum egerit cum horrore manifeſto.

Se cognoſcens ab inferno ſeductam, credulitatis veniam petit, & perſeverare conſtituit in priſtinis pietatis exercitiis, orationem coD pulans jejunio. Omnes hæ Dæmonum colluctationes non impediunt, quin ſpatium trium annorum exigat abſque ullo potu aut eſu: obtinuit à Deo gratiam ſic ſe gerendi reliquo vitæ decurſu, eâ conditione ut modicum paſſim adhibens cibarium, nullius rei guſtum ſentiret. Id unum intendebat, ut humanam redolens, & confeſſa infirmitatem, remaneret firmiter Deo conjuncta.

Inter omnes has viciſſitudines, nunquam à ſeipſa diſcedit Elizabetha, nec à ſponſo Chriſto, cui medullitùs & indeſinenter adhæret: diabolicæ illi nequaquam officiunt impugnationes. Oriens Sol & occidens, diem noctemque conficit; & modò accedens, tùm autem

Digitized by Google

recedens, binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit; quarum intervallo, tùm quaſi triſtitiâ quadam contrahit terram, tùm viciſſim lætificat, ut cum cœlo hilarata videatur. Ubicunque extet noſtra Elizabetha Sueva, æqualiter irradiat, quia radios Solis juſtitiæ recipit æqualiter: nam tenebræ à Dæmonibus affuſæ non illam obſcurant, ſed tantùm adumbrant & circumdant; non utiquo penetrant, nec leviter attingunt cor divinæ majeſtatis ſplendore perfuſum.

CAPUT III.

Zelus Elizabethæ Sueva & ardor propter venerandos Chriſti cruciatus, morſque illius.

CONTINUAM videbatur extaſim pati, ita à corporis ſenſibus cunctiſque rebus terrenis amota erat: Mirari ſatis nequimus quanta eſſet ejus conſcientiæ puritas & munditia: minimam abhorrebat labem, modò Jeſu crucifixi gloria promoveretur, mediis in tribulationibus gaudio ſuperabundabat. Dæmon invidus & dolens ob tantopere illuſtratam & adornatam à Deo Elizabetham, eam præſertim & durius vexabat inter ſublimiores mentis elevationes, crudelibus excipiens flagris, conculcans pedibus, & violento raptans impetu, quo ad Sororum ſæpenumero aures perveniente, ad eam cònfeſtim accedebant cruento ſudore manantem, & propemodum exanimem.

Interrogata de tantæ vexationis cauſa, mortis Chriſti myſterium exponens, eâ qua valet divinâ dicendi vi, ita commovet animos, ut magis indurati emolliantur. Docet viam, quâ mens humana ad cœleſtes illos favores evehitur, conſiſtere in in cordis nitore perfecto, & plenâ terrenarum cupiditatum extinctione. Non inflatur, nec alta ſapit Elizabetha ſingularem ob hanc dignationem, ſed ſemper pavida & timens ſibi prudenter & ſtudioſe cavet, ut nihil virtutis unquam omittat.

Dùm è colu fila ducit, revocat in memoriam quantâ Judæi crudelitate capillos & barbam Salvatoris avellerent. Ligna ferens in coquinam aut valetudinarium, animo revolvit Chriſti pondere Crucis oppreſſi ingentes pœnas. Si malleos, clavos, ſpinas, aliaque id genus ſymbola habet obvia, commemorat apud ſe diverſa tormentorum Jeſu inſtrumenta.

Ex oculis tunc non ſolùm fluebant uberes lacrymæ, ſed & totum corpus diros patiebatur dolores: membra cum fragore è ſuo ſitu amovebantur, penituſque vires Elizabethæ

A deficiebant, perinde ac ſi efflaret animam: facies tamen reſplendebat ut ſidus novum; caput eminebat tanquam præclarâ decoratum coronâ cujus fulgor extinguebatur, deliciosis & charis ceſſantibus cruciamentis.

Conſtat denique fuiſſe intus venerandis ornatam ſtigmatibus, quæ ſingulis diebus Veneris, atque Adventus & Quadrageſimæ tempore extra patebant. Ingens ſanguinis copia ex illis erumpebat, præſertim ex lateris vulnere, cujus apertio quaſi lanceæ ictum demonſtrabat.

B Deus volens famulam ſuam in præſtantiſſimum ſanctitatis faſtigium provehere, lepris illam infecit, cujus horrendus fœtor omnes Sorores longius amandavit. Præter acutos dolores, quibus afficitur, ob putredinem & corroſiones, calculo intolerabili laborat. Elizabetha interim ore & corde ferventer Deum laudat. Mirum dictu ſane & cogitatu; eadem Dei manus, quæ tam acriter ſuam exercet atque probat ſponſam, pulchritudine aliquando eximia, formâque luculentâ fulgentem reddit, quamvis ſemper dura patiatur, præſertim aquæ defectum ad expurganda linteola neceſſaria.

C Deus Elizabethæ precibus indulgens rupem illi præcipit aperire, ubi fontem reperiat: conſilium iſtud declarans, deciderunt; ad primum nihilominus conatum ſcaturigo detegitur, unde aqua viva & limpida ad ſolatium ægrotantis profluit toto vitæ decurſu, ſed inſuper ad uſum poſteritatis, quæ noſtra nunc etiam ætate tanti miraculi potitur fructu, dum plures infirmi ſalubres has aquas bibendo convaleſcunt.

Noſtra tandem Elizabetha trigeſimum-quartum agens annum obiit decimo quarto ineunte ſæculo, die ſeptimâ Januarij: quidam ejus obitum recenſent anno 1420. Parum eſt utilis iſta ſingularitas, plurimùm verò prodeſt virtutum ejus narratio, qua ad ejus imitationem permoveamur.

D Sacra ejus Stigmata poſt interitum manifeſta permanſerunt, licet vivens illa non exhiberet ita evidenter. A quibuſlibet invocabatur, omnibus magnopere proficiebat: claudi ambulabant, paralytici ſanabantur, leproſi mundabantur, muti loquendi facilitatem recuperabant, Elizabethæ interceſſionibus. In Martyrologio Franciſcano valde commendatur. Spes noſtras omnes in unius Dei bonitate atque clementia collocemus & defigamus, ad exemplum Elizabethæ, quæ nos in ſpem cœleſtis felicitatis obtinendæ impellit, ſi virtutis ejus ſimus imitatores.

VITA
BEATÆ ANGELINÆ
CORBARIENSIS, VIDUÆ, VIRGINIS,
Et Religioſarum Tertiariarum in Italia Fundatricis.

CAPUT PRIMUM.

Ortus ejus, & pietas à pueritia, virginitas quoque in matrimonio.

IN lucem editur anno 1377. Patrem habuit Jacobum *Angiobalum* multorum clientelis & ditione illuſtrium prædiorum poſſeſſorem circa Peruſiam & Tudertum. Mater ejus, Anna nomine, ex proſapia Comitum Corbarienſium erat oriunda. Baptiſmi ſacramentum ſuſcipiens nominatur *Angelina*. Vivendi ratio, quam à tenerioribus unguiculis tenuit, probat hanc denominationem merito fuiſſe nactam, cùm verè Angelos fuerit imitata.

A prima enim ætate puellas coævas congregans, divinas laudes recitandi cauſâ, ſimulque pia Monaſteriorum exercitia obſervandi, fauſtum jam præſtabat omen præclaræ ſanctitatis, quam tandem eſt aſſecuta. Duodecim annos nata, matre orbatur, cujus mors filiam à rebus terrenis penitus ſemovit.

Angelina jam omnes mundi illecebras nauſeans & abdicans, voto ſe virginitatis obſtringit, coram Deo, cujus ſolius gloriam ambit & ſpirat. Aucupatur etiam ſtudioſè occaſiones pauperibus ſuccurrendi, quibus bis per hebdomadam eleemoſynas erogat, cibos, quos ſubripere poſſit in culina, dividendo in quinque partes, ad honorem quinque vulnerum Chriſti.

Deus mirabiliter favens huicce charitati, multiplicabat annonam, ita ut culinarius poſt ſacrum furtum nullam perſpiceret diminutionem in eo cibo. Illam tamen ex improviſo interdum deprehenſam vituperavit, & ſtatim admiratus eſt, fateri coactus, nullum inde oriri detrimentum.

Mox ut ad annum decimum-quintum pervenit, Joannes *de Termis* Civitellæ in Aprutio Comes *Angelinam* ſibi conjugem depoſcit à patre, qui tam præclaræ affinitatis ſplendore permotus libenter aſſentitur. Virgo nihilominus voti religionem declarans ſtrenue

A refragatur: excandeſcens pater filiam injuriis laceſſit, mortemque illi intentat, niſi infra octo dies morem gerat. Angelina illicò ad Chriſti pedes confugit, ſacratiſſimâ Virgine, ſanctiſque Joſepho & Joanne Evangeliſta intercedentibus.

Divino Spiritu afflata, ſperat omnia fore auſpicata & proſpera, modo paternis mandatis obtemperet. Pater itaque celebrari jubet nuptias auguſto apparatu, & ſolenni pompâ, dum ſponſa meditatur attente, quomodo æternum Dei conſilium impleat. Tempore diſceſſus adveniente, in cubiculum ſe recipit,

B fletu & precibus imploratura cœleſte auxilium: ſanctæ Ceciliæ, quæ olim ſimile periculum ſubierat, memoriam refricans, illam ferventer invocat, alioſque beatos Spiritus.

Angelus illi apparet è veſtigio, qui lacrymas pretioſum in vas colligens in conſpectu Dei ponendas, certam illam facit de divina protectione ad voti fidem liberandam, & de mutuo ſponſi conſenſu: maritus autem ipſe, qui eodem ſe voto tandem illigavit, per januæ fiſſuras uxorem hoc in rerum concurſu introſpiciebat, cum Angelo perpulchri ado-

C leſcentis ſpeciem exhibente, colloquentem. Jucundâ hac viſione allectus ingreditur, nec amplius ullum videt ſecus ſponſam, quam ſic affatur. Ubinam eſt amaſius tam venuſtus? " Scias ait Angelina ſincere, me ab anno duo " decimo virginitatem meam Deo cõſecraſſe, " qui me voluit tecum jungi matrimonio, tu- " tam ferens opem, ne deſciſcam à promiſſis: " mihi enixe roganti, ut adeſſet atque opitu- " laretur, Angelus apparuit, quem in juve- " neſcenti elegantique corporis ſtaturâ con- " ſpexiſti.

Obſecrat & obteſtatur maritum fieri protectorem virginalis pudicitiæ, qui tantopere his verbis

verbis pellicitur, ut genibus innixus, tanquam ſponſam Chriſti illam revereatur & colat. Non ſolum ſponſæ voto ſuffragatur, ſed ejus miratur conſtantiam, ſtatuenſque tantum ſequi exemplum, illius preces implorat, ad obtinendam gratiam exequendi, quod vult promittere:

Deinde manus in cœlum erigens *Amabo te deinceps*, ait purè, *& caſte velut ſororem, & fideliter ſervabo virginitatem, quam ſub divino præſidio illæſam retinui uſque ad hoc tempus*: ſponſi & ſponſæ mutua hæc atque tam fervida colloquia noctem occuparunt, & eorum recordationem renovarunt, qui in ipſo matrimonio florem conſervarunt virginalem: Angelina inſuper coram marito votum denuò nuncupavit ex formula, qui tum eodem vinculo ſe lubens illigarat.

A multis latentibus curioſè explorati ambo conjuges magnam inde ſanctitatis opinionem conſecuti ſunt inter parentes, qui eos ad perſeverandum fortiter incitarunt. Inopinatam hanc manifeſtationem mirantur noviter conjugati, qui divinam adorantes providentiam, præclariſſimum deinceps amplexi ſunt virginitatis & virtutum cæterarum cultum.

Recens Elzearii inter Cœlites relatio, quem ſibi ut ſpecimen rarum proponebant, novo illos ardore inflammat: eminentioris perfectionis deſiderio accenſi, confeſtim ſe conferunt Civitellam, cujus Joannes ſponſus Comes erat & ſupremus Dynaſta.. Relucent ibidem brevi tempore Juſtitia, Religio, cæterarumque legum Chriſtianarum ſtricta obſervatio exemplis & ſermonibus primorum capitum. Elapſis duobus annis ſanctiſſime beatus Joannes *de Termis* ultimum diem clauſit eximiæ ſanctimoniæ laude conſpicuus.

CAPUT II.

Angelina Tertii Ordinis habitum recipit; plurimaſque ſubit vexationes.

MAGIS in dies mundi oblectamenta Angelina aſpernatur: quoſcunque ortus natus & honores, ortui ſuo convenientes & dignitati libenter & generoſe abdicat, ut Tertiariorum Regulam profiteatur, omnes miniſtros & aſſeclas in idem alliciens inſtitutum. Caſtellum ejus tam tunc fulgere incipit velut religioſâ diſciplinâ, cui præeſt Angelina, cum omni humilitate & ſolertia. Pauperes hùc fidenter accedebant, nec ullam patiebantur repulſam; continuis & amplis largitionibus eorum ſublevabatur inopia.

Nunquam extra domus limites videtur nova Tertiaria, niſi in Eccleſiis aut hoſpitiis egenorum publicis, vel in ægrotantium tectis peculiaribus, ut iis opituletur. Charitas & munificentia illam comitantur ubique, atque abjectionis amor, quo viliora humiliter obit officia, ad ægrorum ſolatium. Præclara interim edit miracula, inſanabiles morbos ſuis precibus curando.

Animis medetur, æquè ac corporibus: piis documentis obſtinatos imbuens peccatores, è cœno vitiorum eripiebat. Publicas habebat conciones in urbibus & oppidis Aprutij miro fructu; divinitus miſſionem acceperat proſeminandi Evangelij gratia, qua per hanc Provinciam excurrens Apoſtolice, plures excolebat Chriſtianos ad idem miniſterium: adjungebat quoque ſibi quaſdam illuſtres Dominas eodem fine, quas tunicâ Tertij Ordinis Franciſcani induit. Id præſertim intendebat, ut nihil niſi caſtum, niſi pudicum auditorum animus verſaret, lingua proferret, manus moliretur, ſicque præſertim nobilium puellarum copia ad ejus pedes procumbebat, quæ Jeſum ſibi aſſumebant in unicum & dilectum ſponſum.

Ne mireris igitur Angelinam inde acriter vexari: Equites & bellatores inſignium Virginum nuptias ambientes, quas poſtulant, non aſſequuntur, cum ſe Deo conſecraverint. Angelinam propterea maledictis dilaniant, fatuam appellant, & omnino arbitrantur mentis impotem, prodigam, quaſi bona mariti dilapidarit, vagam quoque & veneficam: inurunt inſuper illi notam hæreſeos, quæ matrimonii Sacramento adverſatur.

Delato ejus nomine, in judicium vocatur Ladiſlai utriuſque Siciliæ Regis, cui perſuadent innocentem Terriariam devaſtare Aprutium, aliaſque provincias veneficiis & incantamentis. A Principe, qui jam illam flammis vivam addicere ſtatuerat, comparere juſſa Neapoli, cœlitus per viam certa fit de falſis & iniquis criminationibus, pariterque de malevolo Regis conſilio: ire tamen pergit, ſeque ſiſtit coram Ladiſlao, carbones ardentes gerens togâ, quos illi offert velut ſupplicii jam decreti inſtrumentum, ſi convincatur.

Poſt divinorum Sacramentorum ſuſceptionem, crebraſque ac ferventiores preces, Tribunal regium adit: Rex declarat illam coram aulicis vivam fore comburendam. Ipſa verò oſtendens Ladiſlao carbones accenſos nil læſiſſe tunicæ oram qua tenebantur, fideique probans integritatem, plenâ Eccleſiæ documentis ſubmiſſione; propter duplex miraculum, Principem non judicem infenſum babet, ſed firmum & benignum protectorem, qui miratur ſcilicet tùm illæſi veſtimenti conſervationem, tum propoſiti patefactionem Angelinam igne multandi, quod nemini detexerat: illam ergo tunc temporis inuſitatis cumulat honoribus.

CAPUT III.

Vitâ mortuo reſtitutâ Aſſiſium ſe confert, in Conventum Reginæ Angelorum.

NEAPOLI degens præcipuam dabat operam inviſendis ſummâ pietate Eccleſiis, ſacrorumque lipſanorum venerationi; Deus tunc illam illuſtrat & decorat præſtanti miraculo. Spectatiſſima quædam inter primarias Dominas Neapolitanas filium peperit Sanctorum interceſſione, qui moriens deſolatos reliquit parentes, quod ſe perſpicerent hære- B dibus privari.

Celebris Angelinæ fama cauſa fuit cur rogaretur ut poſtularet à Deo pueri defuncti reditumad vivos. Accedit ad matrem pia Comitiſſa, quæ ſe indignam tantæ exiſtimationis arbitrata, in genua humiliter procumbit, declarans ſe non poſſe tam excelſæ petitioni ſatisfacere. : maternum nihilominus miſeratur dolorem, cedenſque ſupplicantis perſeverantiæ, Deum ardenter precatur: præcipiens in diem craſtinum funus differri, affirmat mortuum uſuram lucis recuperaturum fore.

Matri prætereà injungit, per pœnitentiæ Sacramentum maculis animi deterſis, ſacroſancto Chriſti Domini Corpore ſe reficere, C Deumque eodem intento fortiter obteſtari. Angelina quoque poſtquam pernoctaſſet in oratione ferventi, ſalutari peccatorum confeſſione perpurgatur, divinoque recreatur pabulo: deinde in comitatu civium Neapolitanorum mortuo imperat ad vitam reverti. Extemplo, quamvis à binis diebus extremum effudiſſet ſpiritum, oculos aperit, brachia & caput extollit, lætus exurgit & incolumis. Adſtantes omnes unanimiter miris præconiis afficiunt Angelinam, cujus tunicam volunt diſcerpere, fruſta illius velut reliquias ſacras veneranter aſſervaturi.

Neapolitanorum civium plauſus & venerationes ipſam è veſtigio longius expellunt: labores cœleſtis miſſionis iterum aggreditur: D exhortationibus Apoſtolicis per cuncta ſui itineris loca ſanctitatis odorem & intimos pietatis ſenſus ſpargit, quibus præſertim puellæ permovebantur. Illas proinde habitu Tertij Ordinis Franciſcani donabat, ita feliciter, ut tandem Civitellæ Congregationem inſtituerit.

Virginum parentes denuò mirandam acceſſunt concionatricem ad Regis Tribunal, qui eam in exilium ejicit & amandat in exteras regiones per duos menſes, ſtricte prohibens, ne tranſeat Neapoli. Significato rudi hoc & iniquo edicto, dum animarum converſionem ferventer promoveret divinæ provi- A dentiæ penitus ſe commiſit, quæ illam mirâ ſuavitate perfudit, & radiis emicantibus illuſtravit, ad firmandas diſcipulas, ne dum exularet, deſponderent animos.

Civitellam profecta, bona omnia, quæ à ſua voluntate ac nuro pendent, vendit, pecuniamque diſtribuit pauperibus, modicam ſeponens ad ſociarum ſuſtentationem, uſque ad locum ipſis à Deo deſignatum. Petenti humiliter in quam terrarum partem vocaretur, cœleſti voce clarâ & diſtinctâ reſponſum fuit. “Aſſiſium unà cum Sororibus tuis te confer, “in Eccleſiam Reginæ Angelorum; plenio“rem noxarum veniam ore Dei Filii Patri “tuo Seraphico impertitam conare conſequi: B “quid tibi agendum ſit, ibi divinitus intelliges.

Nullus obex opponitur illarum diſceſſui, niſi clamor pauperum, orphanorum, & viduarum: omnes lamentantur, & luctui ſe tradunt, aperte declarantes ſe nequaquam poſſe ferre ſuæ nntricis exilium. Rege tamen Neapolitano, imo verò Rege ipſo Regum ſic decernentibus ob diverſa conſilia à populis dolentibus exitus libertarem impetrat: illam verò indeſinenter comitantur, donec extra ſuæ ditionis limites excedat, lacrymis ac triſtitiæ incredibili ſe dantes, quæ marmor, & æs ſtatuarium ſecarent.

Quamcunque plagam obviam habuit, par- C ticipem fecit divino, quo potiebatur, favore: innumeras mentes pietatis legibus ſubjecit, dictis ſuis & factis. Patrem ſuum adhuc in vivis exiſtentem propenſe & reverenter inviſit & ſalutavit. Celebris hic Dynaſta probe noſcens amantiſſimæ filiæ vexationes, doluit maxime & amarè flevit, ſuum caſtellum offerens, ubi ipſi, pariterque ſociis victus & veſtitus commode & luculenter ſuppeterent.

Excitavit tamen illam ad perſiſtendum, compertâ Dei ordinatione. Plures virgines ætate florentes ſocietatem Angelinæ noſtræ auxerunt, nec ab ea deflexerunt unquam: Die deceſſus epulis cœleſtibus ſatiatæ, in viam pedibus ſe dant, piamque peregrinationem obire incipientes, ad Eccleſiam Reginæ D Angelorum perveniunt 31. Julii anno 1395. innumeris obviam illis euntibus causâ venerationis ob inſignia merita.

CAPUT IV.

Profeſſioni Tertii Ordinis Franciſcani pro Sæcularibus inſtituti tria vota ſolennia Religionis adjicit Angelina. [1]

SIMUL ac ingreditur Aſſiſium Patriarchæ Seraphici, ſanctæ Claræ, primorumque Fratrum Minorum ſepulchra veneranter colit & luſtrat: veſperè in parvulam Reginæ Angelorum ædem, quam Portiunculam nominant, ſe confert, ubi in oratione pernoctat, quam binis diebus ferventer prorogat, à Deo poſcens promiſſi executionem. Omni contendens ſtudio cor recenti fervore accendere, ut ſe ad Confeſſionis & Eucbariſtiæ ſacramenta pararet, ſopitis ſenſibus tota in divina abripitur per longum tempus, quo cœleſtem vocem verba hæc proferentem audivit.

Angelina, dilecta Chriſti ſponſa, Fulginium prodi unà cum ſociis: vult ibi te Deus conſtruere Monaſterium, votaque ſolennia nuncupare, ſub Regula Tertii Ordinis Franciſcani: vive hic intra clauſtri limites, munuſque exerce præpoſitæ regularis. Decreverat Deus ab æterno, ſicut Franciſcus Aſſiſii dederat initium duobus primis Ordinibus, Fratrum ſcilicet Minorum, & Clariſſarum, ita Angelinam erigere Fulginij Tertium Ordinem regularem.

Quamvis in dubium revocare divinum hoc oraculum nefas eſſet, conſuluit tamen Angelina Epiſcopum Aſſiſiatem, qui cenſuit arcanum iſtud divinitus patefactum auctoritatem fidemque præferre, aſſerens piam Comitiſſam à Deo deſtinari ad miranda opera patranda pro ſalute animarum & Eccleſiæ incremento. Deinde illa ſimul cum ſociis, quibus omnia expoſuit, Canticum *Te Deum laudamus, &c.* ſolenniter decantavit, ſecundo videlicet die Auguſti, in ſacello Reginæ Angelorum, ac poſtridie Fulginium profecta eſt, ubi primo aditu in Eccleſiam ſancti Feliciani urbis protectoris ingreſſa, ſe ſuaſque diſcipulas impenſe in ejus tutelam commiſit: in templis etiam Patriarchæ Seraphici, aliiſque ferventer precatæ ſunt; maxime coram tumulo beatæ Angelinæ Fulginienſis, quæ illuſtre fuit Tertiæ noſtræ Congregationis decus & ornamentum.

Nec mora; ***Angelina Corbarienſis***, illiuſque filiæ citò provolvuntur ad pedes Reverendiſſimi Epiſcopi Fulginienſis, Joannis ***de Populo***, ut eas ſinat extruere Conventum, & commorari Fulginii: Gratam habet poſtulationem, licet non omnino cenſeat facilem, niſi ſummi

A Pontificis accedat conſenſus. Ad Bonifacium Nonum ſupremum tunc Pontificatum obtinentem recurrentibus, benevole & auſpicatò reſpondetur, atque confeſtim Epiſcopus eas collocavit ſecus priſcos urbis muros, & publicum hoſpitium ſanctiſſimæ Trinitatis, quod illis dono dedit.

Hugolinus Trincius, qui dominatum exercebat in cives Fulginienſes, vaſtam domum, vicinumque hortum emit valde amplum, in quorum poſſeſſionem eas induxit: his in locis Deo favente Angelina ita proſpere ſe geſſit, ut brevi latum & perelegans Monaſterium ad ſummum uſque provexerit faſtigium, ſub titulo ſanctæ Annæ, ubi velum & habitum
B Religioſum anno 1397. ab Onuphrio Trincio Epiſcopo Fulginienſi accepit, profeſſioni Tertiæ Congregationis Franciſcanæ, quam jam emiſerat, tria ſolennia, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ adjungens vota; unde incœpit vitam Religioſam inire & amplecti. Epiſcopus, quo præſente, ſolennem votorum formulam religioſe concepit, illam conſtituit cæterarum Præſidem, quamvis totis viribus reluctantem.

Actiones vitamque univerſam ita ad rationis normam, Evangeliique leges dirigebat, ut eam talem eſſe communiter affirmarent omnes Sorores, qualem arbitrarentur neminem unquam fore, & ut aſſererent neminem unquam fuiſſe. O præclarum diem! aiebant, cum ex turba & colluvie mundi incolarum
C diſcedentes ad illud divinum animorum conſilium, cœtumque profectæ ſumus Angelinæ Angelicam diſciplinam ſubituræ.

CAPUT V.

Virtutes ejus in ſtatu Religioſo, & dignitate ſuperiori.

HUMILITATE præcellebat, cujus incitamento ſolerter & ſtudioſe miniſtrabat inferioribus. Comitatus & ſupremæ domina-
D tionis tituli, quibus olim pollebat, prorſus ei tunc diſplicent, itaut quicunque illos commemoret, eâ præſente, ipſi mœrorem & faſtidium afferat: abſque intermiſſione orat, nullum jejuniis finem imponit; auſteritates inſolitas adhibet; ſanguine flagris diutnis manante tabulatum conclavis ſpargitur, quo muri utrinque ad noſtram uſque ætatem videntur adhuc tincti.

Quo plus erga ſeipſam rigida eſt ac ſevera, eo magis erga cæteros beneficam ſe atque benevolam præſtat, ad quorum ſolatium viliora & difficiliora complectitur exercitia, divino ſemper Spiritu afflante cor ejus ſine ulla aberratione. Dæmon aliquando Angelinam à tan-

A ta conatur attentione avocare atrociter percutiendo, & penè relinquendo mortuam: invicta nihilominus remanet, diabolicoſque impetus fortiter retundit, ſive infernus illam impugnet, ſive ejus filias adoriatur.

Famâ ſanctitatis novi Cœnobii vulgatâ, innumeræ poſtulantes adveniunt, ſtatuitque beata Præſes alterum conſtruere Monaſterium in urbe Fulginienſi magis amplum & ſpatioſum, ubi beatam Margaritam Antiſtitam collocat anno 1399. biennio poſt fundationem primi Conventus: Deinde circiter alii ſexdecim inſtituuntur in Italia, quorum omnium Angelina noſtra in Miniſtram Generalem eligitur auctoritate ſummi Pontificis Martini V. qui anno 1428. præcepit quarumcunque domorum Præſides congregatas Miniſtram B generalem ſuis creare ſuffragiis, quæ viſitaret Cœnobia, inſtrueret Sorores & corrigeret, quæ tandem iiſdem fungeretur muniis ac Miniſtri Provincialis legitimi.

Beata Angelina ad hanc evecta dignitatem fuit, ſuffragatorem habens univerſum cœtum, ſuoque fervore ac prudentiâ plurimum contulit ad diſciplinæ regularis vigorem & incrementum. Tot utique tantarumque virtutum fuit, quot & quantas natura mortalis recipit, vel labor aut applicatio, favente gratiâ, cujus motibus fideliter obtemperat, percipere poſſunt. Ipſius ingenium, utrum magis ſuiipſius regimini, an aliarum ſuffecerit, in incerto C eſt, cum reverà utrobique excelleret. Morum certe dulcedo & ſuavitas, & adversùs omnes etiam minus faciles æqua ac par ſui æſtimatio, æquus ac par amor inimitabiles fuiſſe dicuntur.

His prædita dotibus eximiis mira operatur ad Dei domus decorem, & ſubditarum perfectionem. Nudis pedibus incedebant cum ſandaliis ligneis, inſtar Patrum Obſervantiæ. In egeſtate maxima vitam degebant. Ineunte Inſtituto reditibus annuis, quibus Tertia Regula Franciſcana gaudere poteſt, renunciaverunt, ſolâque mendicitate volebant ſuſtentari. Pius tamen Secundus licentiam iis impertivit vectigali annuo potiendi.

D Mirantur præſertim hac in nova Patris Seraphici familia cœleſtem æmulationem, quâ Angelina, ipſiuſque filiæ meritò flagrant: ardens enim ſocias exæquandi ſolicitudo illas urget, quæ tum ex animi dolore naſcitur, cum iis ſe ſentiunt bonis deſtitui, quæ aliæ habent, tùm ex ipſa ſpe concepta illorum adeptionis: non enim invidet Soror virtutem Sorori, neque optat illam privari ſanctitate, ſed eâdem ornari: ſic ex alterius conſpectu, mutuâque virtutis admiratione accedit robur & magnitudo animi.

CAPUT VI.

Pretioſa mors Angelinæ, *illiuſque miracula.*

ANNUM agens quinquageſimum-octavum graviſſimo laborat morbo: Confeſſarium accerſens vim lacrymarum profundit, tanto cordis dolore, tamque acuto ſenſu pœnitentiæ premitur. Manifeſtatio publica ſuæ beneficiorum Dei ingratæ memoriæ adſtantes omnes ſtupefacit, qui probe callent ejus ſanctitatis eminentem gradum. Triduo ante ejus obitum, die ſcilicet Thomæ Apoſtoli, apparuit illi Chriſtus, morituram illam aſſerens vigeſimo quinto Decembris, quo ipſe natus eſt, ac felicitatis æternæ poſſeſſionem inituram.

Convocatis omnibus Religioſis ſanctæ Annæ Monaſterii, jungens manus & poſcens veniam noxarum quas admiſerat in earum gubernatione, non exauditur.. Non deliquiſti “
ullo modo, aiunt unanimi voce; peccavi- “
mus nos, quæ tam ardua negotia noſtræ diſ- “
ciplinæ impatientiâ, tibi conflavimus. De- “
claravit illis poſtremos favores, quibus à Deo fuerit affecta, & eas vehementer ad perſeverantiam excitavit, præſertim charitatem inculcans, & terræ contemptum.

Meditationis exercitium ne unquam præ- “
termittatis, inquit, ſicut Amerina ſalix ad “
manum ductilis eſt & flexibilis, ſic ad re- “
gentis imperium præbete vos ſequaces & fa- “
ciles, magnique facite vocationem Religio- “
ſam. Tempus meæ reſolutionis inſtat; non “
tamen relinquo vos, ſed antecedo. Mea præ- “
ſentia, dum viverem, ad virtutes vos ſtimu- “
labat: ſitis igitur perſuaſæ me, licet mor- “
tuam, adeſſe ad veſtrum profectum. Sic ge- “
rite vos in exilio, ut mecum jungamini in pa- “
tria.

Cunctæ Sorores non ſolum Conventus ſanctæ Annæ, ſed etiam aliorum fauſtam ejus comprecationem ardenter expetierunt poſteris quoque communicandam per univerſum Ordinem. Eodem momento Angelina erectis manibus exclamavit: *O Ieſu, qui per me hancce inſtituiſti Congregationem, omnibus, quæ vel eam amplexæ ſunt aut amplectentur benedictionem tuam impertire: gratias illis peropto neceſſarias ad vitæ Religioſæ leges obſervandas. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Sorores univerſæ tunc gementes, & genibus innixæ reſpondent, *Amen.*

Cum locus ſepulturæ communitatis deſtinatus, minimè paratus eſſet, rogat ſuum corpus terræ mandari Fulginij, in Eccleſia ſancti Franciſci: deinde morte appropinquante, extremâ Sacramentorum expiatione defungitur, atque ab ſenſibus abducta, deli-

bans jam ineffabilis beatitudinis delicias, anima ſejungitur à corpore, ac intromittitur in plenum Domini gaudium vigeſimo quarto Decembris, pridianâ feſti vigilia Dominicæ Nativitatis anno 1435. Facies ejus mirifice fulget, odore cœleſti perfunditur cellula: confluit ſtatim multitudo populi ad venerandum ſacrum corpus, fruſtaque veſtium religioſe efferenda: ſtativi cuſtodes collocantur ſedandi tumultus causâ: ſtipabant univerſus Clerus, Magiſtratus, omneſque cives Epiſcopum, qui Pontificio apparatu & ſplendore funeris ſolennia executus eſt.

Moniales Conventus ſanctæ Agnetis centum diſtantis paſſibus à Cœnobio ſanctæ Annæ, venerabile impetrarunt ſibi ipſis exhiberi corpus, antequam terræ mandaretur, quod pio honorarunt cultu; deinde Pontifex ductâ beatæ Angelinæ in crucem manu, ejus nomine, Religioſis benedictionem impertivit, quam enixe petierunt. Triduo in Eccleſia ſancti Franciſci ante humationem exponitur pietati publicæ: tandem in feretro cypreſſino compoſitum ſepulturâ afficitur in magnifico tumulo, quem fideles erexerunt ad ſacelli muros.

Non defuit gloria miraculorum: illuſtrius contigit anno 1452. die vigeſimo nono Maii, annis ſeptemdecim elapſis poſt Angelinæ obitum. Parietes ædiculæ, ubi jacebat, guttas ſanguinis evidenter effuderunt. Incolæ teſtes oculati infauſta augurati ſunt atque prænunciarunt: nocte ſequenti Angelina viro cuidam magno nomine & virtutibus inclyto apparuit, declarans hoc præſagium ſpectare ad univerſum orbem Chriſtianum, cui impendebat horrenda calamitas, Imperii ſcilicet Conſtantinopolitani devaſtatio.

Epiſcopus viſione cognitâ, ſupplicationem decrevit, preceſque publicas edixit divinæ iræ pacandæ gratiâ, tanti nuncio infortunii per Italiam diſperſo, omnibus compertum fuit eo ipſo die, quo muri cruore maduerunt, urbem Conſtantinopolitanam Turcarum tyrannidi ſubactam fuiſſe.

Anno 1492. die decimo tertio Julii Frater Joannes Columbinus Religioſus Profeſſus mo- A naſterii, in quo quieſcit beata Angelina, illam vidit gloriæ ſplendore corruſcantem; quæ ſic locuta eſt. Superiorem mone, cæteroſque "Fratres, ut meum corpus transferant ſu-" "pra ſacelli altare; in fidem & teſtimonium" "quod me tibi vere videndam offero, te in per-" "fectam reſtituo ſanitatem. Febri ardenti, quo tunc exæſtuabat, morboque inſanabili quo laborabat, penitus diſſipatis, omnia Superiori & Fratribus narravit, qui quæcunque præſcripta ab Angelina perſolverunt auguſto & ſolenni apparatu, coram ingenti populorum B multitudine.

Corpus illæſum prorſus, omniſque corruptionis expers reperitur, quamvis in terra jacuerit quinquaginta annorum ſpatio. Epiſcopus illud in theca magnifice ac ſplendide ornata ipſe poſuit, inſtructoque agmine omnium ordinum, adornatione Pontificiâ tranſvexit in locum cœlitus indictum. Deinde ſacellum miris ſumptuoſiſque locupleratum eſt ornamentis, atque præclara Angelinæ facta pictores egregii ſingulari expreſſerunt ibi & illuſtrarunt artificio. Corpus autem ſacrum ſub tribus diverſis clavibus ſolerter aſſervatur.

C Eugenius *Botonius* vir ſpectatiſſimus Fulginij degens, Angelinæ meritis in afflictione ſublevatus, teſtamento decrevit ingentem pecuniæ copiam, quam præparaverat in duabus capſis conſtruendis adhiberi una ex cryſtallo, circulis argenteis circumſeptâ, ubi venerandum corpus facile videtur incorruptum; altera ex ligno deaurato, quâ tegitur & conſervatur cryſtalina. Botonij filius patris mandatum fideliter implevit anno 1610. die tertio Octobris, & 1621. tertio Martij. Pater Ga- D briel *Marianus de Oruello*, Conventus Superior recentem Eccleſiæ ſplendorem adjiciens ſacrum corpus tranſtulit in ſacellum magis illuſtre & comptum, ubi colitur non ſolum à plebeis, ſed à Principibus & Optimatibus Chriſtianis.

Marcus Ulyſſip. Marianus, Gonzaga, celebrant Angelinæ merita ſuis ſcriptis. Wadinghus de ea fusè loquitur tom. 4. annis 1377. 1391. tom. 5. 1425. 1428. 1435. 1449.

VITA
BEATÆ MAGARITÆ
DOMINICI, VIRGINIS, RELIGIOSÆ.

CAPUT PRIMUM.

Ortus ejus; ad Clauſtrum, & ad Superioris dignitatem vocatio.

NASCITUR *Margarita* Fulginij anno 1378. Parentes, licet infimæ conditionis & egeni, multum ditarunt, ornaruntque Eccleſiam propriis, totiuſque familiæ virtutibus. Nomen patris *Dominicus*, cauſa fuit cur *Dominici* cognomentum filiæ inditum ſit, Paterno ſtudio ſingulari *Margarita* ab incunabulis moribus optimis inſtituta fuit.

Quindecim annos nata, quando mater è vivis excedit, nil in mundo jucundum aut blandum, ſed nil niſi faſtidioſum & amarum tiens, divino cultui plane adhæret: ad Cœnobium allecta, nullam adhuc Congregationem peculiariter ſibi proponit: volens certa fieri quò Dei providentiâ vocetur, orationi aſſiduæ jejunia, flagra, aliaque pœnitentiæ jungit inſtrumenta. Chriſti genitricem patronam ſumit, invocans pariter ſanctam Margaritam virginem & martyrem, necnon S. Antonium Patavinum.

Uſque ad annum 1395. ejus petitionem videtur cœlum non audire; ſurdum ſimulat, donec beatâ Angelinâ Corbarienſi Fulginium adveniente, ut Tertium Ordinem Franciſcanum inſtituat cum tribus votis ſolennibus, *Margarita* exploratum habet à Deo ſe in illum attrahi: Extemplo Angelinam obſecrat inter Sorores Tertiarias adſcribi. Annuitur ejus poſtulationi, utrâque poſt longas & fervidas preces ex alto perſuaſâ, ſic æterno decreto rem eſſe deffinitam.

Rerum mortalium fugacia penitus *Margarita Dominici* abdicat oblectamenta: brevi, imitando, ad Angelinam proxime accedit, pro induſio lineo, cilicio utitur; humilitate, pudicitia, obedientiâ præcellit. Pro veſtimentis unicam adhibet tunicam uſu abſumptam, opertamque fruſtillis. Quo plus inſuaves cibi aut abjectæ erant ſupellectiles, plus Margaritæ arridebant, quæ bellum ſemper inferebat amori proprio; crudelis erat in ſeipſam, & nunquam miſericors aut clemens niſi in extremis, ſub moderamine Antiſtitæ; unde mira

A cordis oriebatur puritas; quæ valde gratum divino Spiritui parabat hoſpitium.

Biennio Sororibus profeſſis repletur Conventus ſanctæ Annæ: idcirco ſedula datur opera alteri conſtruendo ſub titulo ſanctæ Agnetis, cujus gubernationem beata Angelina Margaritæ noſtræ committit, hanc Deo ſuggerente electionem & comprobante evidenter. Humilis tamen reluctatur *Margarita*, quæ tandem aſſentitur, ne divino rebellis fiat nutui, qui fortiter & aperte ſignificatur ore Angelinæ. Obedire non piget Margaritam, ſed imperare tædet ac veretur. Præter auctoritatem antiſtitæ, Epiſcopus intervenit,

B cenſuræ atque anathematis intentans minas.

Verùm declarat ſe tanto muneri eſſe imparem, niſi omnium ſui cordis arcanorum moderatricis roboretur & illuſtretur conſiliis, quorum continuationem flexis genibus ardenter implorat ante diſceſſum: obteſtatur etiam Sorores, ut commiſeratione permotæ ſuis precibus illam adjuvent ad rite obeundum officium. Solenniter ingreditur in Monaſterium ſanctæ Agnetis, prodeunte ſcilicet gratulantium acie.

Antiſtes Onuphrius Trincius aderat, qui anno 1399. velum & habitum multis dedit virginibus, quarum ſanctitas verbis & exemplis Margaritæ citò provecta plurimum enituit.

C Quamvis virtutis incrementum præſertim intenderet, non tamen negotia domeſtica omittebat: Perfecit ædificium anno 1402. eique colophonem addidit inſigni cujuſdam cognatæ munificentiâ.

Eximiæ gerendi rationes, quas præſtituit, magnam apud omnes nominis exiſtimationem conciliarunt huicce Monaſterio; ea præſertim conſtitutio, quâ reditus prohibet annuos, jubetve eleemoſynis oſtiatim collectis veſci, atque nudis incedere pedibus cum ligneis ſandaliis. Tam late & celebriter Margaritæ; ejuſque Sororum fama percrebreſcit, ut Clauſtrum omnes continere poſtulantes nequeat, uſque adeo vivax & fortis ſit perfectæ virtutis

odor. *Magaritarum* titulus illis imponitur, ad commendationem Præfectæ, de cujus ſchola plures prodiere diſcipulæ ſanctitatis eximiæ.

CAPUT II.

Spoleti Conventum inſtituit ; miracula operatur, & interit.

AMBORUM Conventuum Religioſarum Tertij Ordinis Franciſcani, quos cives Fulginienſes intra muros ſuæ urbis libenter admiſerant, ſplendor cæteras Italiæ civitates pervadit & illuſtrar. Spoletum præſertim hoc in rerum concurſu inſignem oſtendit ardorem, ob præſentiam Margaritæ noſtræ, quæ divinitus juſſa hùc ſe contulit, Monaſterium ſanctæ Catharinæ, vulgò *de Puſterna* dictum, conſtructura anno 1431.

Poſt aliquot annorum commorationem, ubi mira npetara eſt verbis & exemplis, in Cœnobium ſanctæ Agnetis Fulginienſe redit, ubique factis mirabilibus probans, quantâ valeat auctoritate apud homines, & quantâ apud Deum gratiâ polleat.

Domina quædam Conventui vicina acriter dolebat filium ſuum penitus obmuteſcere, & linguæ uſus expertem eſſe, membroque mutilum, atque truncum à longo tempore. Monetur quod Abbatiſſa Margarita remedia cujuſcunque infirmitatis, etiam inſanabilis omnino efficacia & abſque mora præſtet. E veſtigio Margaritæ infirmum exbibet, quæ ſe petitioni ſatisfacere non poſſe reſpondet: maternis tamen permota lacrymis, pueri ſumens brachium, loquelam illi reſtituit, ſigno crucis, atque integram deambulandi faciliratem, cunctis adſtantibus admiratione defixis propter eximia duo miracula.

Beata Angelina Fulginienſis Miniſtræ generalis dignitatem dereliquit vacantem ſuâ morte anno 1435. Margarita illico omnia ſuffragia tulit, neque ullo modo potuit electioni reſiſtere, nec abjicere obedientiam. Sicut domum ſanctæ Agnetis ſanctitate decoraverat', ita pariter univerſum Ordinem dictis & factis ſanctum reddidit & illuſtrem.

Eâdem gubernante Congregatio Religioſa Tertiariorum Franciſcanorum mirificos fecit progreſſus per Italiam, cæteraſque Chriſtianas Provincias. Gonzaga narrat Margaritâ diem claudente ultimum centum trigintaquinque Religioſarum Monaſteria extare ſub tertia Franciſci Regula in duodecim Provincias diviſa.

Cum ſapienter & moderatè gereret omnia, morem induxit mammillaris lintei, noviſque & ſacris legibus divini amoris ignem in cor-

A dibus omnium accendit. Morbo acuto & periculoſo laborans, quem vere credidit ultimum, Deo grates egit, plenâ voluntatis ſubmiſſione veniam bumiliter à Sororibus culparum poſtulans, quas exiſtimabat admiſiſſe in ſui muneris adminiſtratione.

Reſponderunt unanimiter ſolas quidem noxas condonari & remitti, quæ nullæ in ea eſſent; gratias verò ipſi reddendas pro tot & tantis beneficiis, eâ re potiſſimùm, quia ſubditarum onera & defectus eximiâ *portans charitate legem Chriſti adimpleverit*: adeo tamen inſtanter illas urget, ut obſecrationibus morientis annuentes promiſerint inſuper illi ſua

B poſt obitum ſuffragia.

Iteratis ardenter exhortationibus ad renovandum fervorem, & ad perſiſtendum fortiter in obſervandis legibus & conſiliis Evangelicis, ſpeciatim commendat obedientiam, pacem, ſinceritatem, ſilentium, voluntarias corporis afflictationes, impotentium animi motuum coercitionem, piorum lectionem librorum, præſertim Sanctorum vitæ: Tandem pro certo pollicetur ſe memoriam earum coram Deo in perpetuum conſervaturam: deinde ſigno crucis illis benedictionem impertiens uberibus cum lacrymis, Pœnitentiæ, Eucbariſtiæ, Unctioniſque extremæ Sacramentis munitur.

Dum Salvatorem adorat, & ſummâ colit

C religione, de corporis ergaſtulo feliciter educitur die decimo-tertio Junii anno 1440. anno videlicet profeſſionis Religioſæ quadrageſimo quinto. Cum autem iſte dies ſolennitati ſancti Antonij Patavini dicetur, ſemper fuit ab obitu Margaritæ noſtræ celebratus ibi auguſto & feſtivo cultu, in commemorationem deceſſus beatæ Margaritæ, & pietatis ſingularis, quam ipſa toto peregrinationis terrenæ decurſu huic eximio Confeſſori exhibuit.

CAPUT III.

Sepultura ejus & miracula.

D NULLAM faciebant lugendi finem Moniales Conventuum ſanctarum Agnetis & Annæ, quæ unum conflarunt chorum, ut exequias beatæ mortuæ ſimul cohoneſtarent. Initio venerandum corpus capſâ ligneâ tegitur, terræque mandatur, ad ſiniſtrum latus altaris primarii. Verùm plurimis annis elapſis, beatæ Margaritæ nomen apud homines deleverat oblivio; dum nihilominus inſtauratur templum, aperitur ejus ſepulchrum, ubi corpus ſacrum reperitur ſine ulla corruptione, & longius effundit ſuaviſſimum odorem.

Adſtantes improviſi, nec opinantes magis percelluntur, dum faber cæmentarius, qui monumentum diduxerat, claudus, procumbens

coram ſacra lipſanotheca, confeſtim exurgit valetudine recuperatâ. Alius artifex languido morbo penè oppreſſus, flexis genibus petit ſanitatem, quam ſtatim impetratæs campanum eodem momento quatitur, & ſolenne canticum, *Te Deum laudamus, &c.* concinitur.

Expoſitis per aliquot dies venerandis Reliquiis, ad ſolatium publicum, variiſque patratis ſupra naturæ vires curationibus, rurſus reponuntur in priſtino tumulo, eo fine ut in Margaritæ honorem ſuperbum aliquando erigeretur mauſoleum. Inopia verò Monaſterij Religioſas ad impotentiam juſtum adeo propoſitum exequendi redigente, ſic meritorum Margaritæ memoria abjicitur, ut loci in quo jacebat nullum ſupereſſet veſtigium. Abundantes illùc confluebant aquæ, ad quarum eluviem coercendam neceſſe erat providere. Rurſus aperto ſepulchro ſolum invenitur caput, ingenti conſervatum miraculo: videtur ad noſtram uſque ætatem illæſum, & ſine ullo putredinis indicio, quinimo ſuavem odorem efflat.

Collocatum poſteà in pulcherrima & lautiſſima capſa inſignia denuo miracula edidit. Soror Claudia Monaſterij ſanctæ Agnetis Religioſa ſuperiorem habens palpebram periculoſo affectam tumore, Margaritam noſtram ſuppliciter invocat, vixque appoſitâ venerabili thecâ, protinus ſanatur. Duæ ſorores, quarum manus diram plagam acceperunt, acutos patiuntur dolores; qua de cauſa pulverem antiqui Margaritæ feretri adhibent, ſtatimque convaleſcunt.

Qui nec dicta audierunt, nec viderunt facta Margaritæ Dominici, intelligant ſaltem & impleant documenta, quæ de pœnitentia olim differens dabat, ad imitationem ſuæ magiſtræ Angelinæ Fulginienſis. Peccati memoria, inquiebat, pœnitentiam & dolorem animo afferre debet, non utique ſpem auferre; ſed plerique omni ex parte falluntur; in peccato fervidi, poſt peccatum gelidi: peccando quidem exultant, memorando autem deſperant: multi paſſim peccant ſub ſpe veniæ; contra verò multi cum peccaverint, veniam deſperant; & utrique errant: nam & illis ſpem damnoſam pellere, & his in finem ſalutiferam ſpem tenere conſilium erat. Qui ſe graves culpis à morte metuunt præcipitari, infauſtam ſarcinam feſtinanter abjiciant, quâ levati ibunt plane, non præcipitabuntur: ibuntque non curvi, non titubantes, ſed erecti, certo ac ſtabili veſtigio & ſpe bonâ. Age ergo, ne diffidas, neve differas: eſt, qui exoratus, ab humeris illam ſarcinam tuis transferat, qui graviora jam tranſtulit, cui nil grave, nil difficile eſt: & quamvis pigra dilatio excuſatione careat, laude tamen non caret emendatio, vel dilata; ſatius eſt ſerò, quam nunquam reſipiſcere. Confortare, reſpira: multos à limine Tartari paucæ piæ lacrymulæ revocarunt. Stat dexter ad lectuli tui caput, qui non ſolum infecto illi, ſe mundare velle reſpondit. Sed quatriduano jam fœtenti, ut ſurgeret, imperavit; teque etiam nunc expectat, ut mundari velis, ac ſurgere. Non minus ipſe hodie, quam tunc pius: nec ſolito minus potens. Adhuc, quo in ſtatu mori velis, in te eſt. Adhuc ſine peccatis mori potes, non quod peccata non fuerint, ſed non erunt. Itaque facta licet, infecta eſſe non poſſint, ex facto tamen oriens peccatum, ſic deleri poteſt, ut jam amplius non ſit; ita ut, ſicut ſcriptum eſt, quæratur peccatum, & non inveniatur, non quod ſe peccati vinculis abſolvere, potentiæ ſit humanæ, ſed quod piæ homini voluntati, contritoque cordi divinum nunquam deſit auxilium.

Quidam aſſerunt hiſce admonitionibus Margaritam noſtram plures ad pœnitentiam reduxiſſe, quamvis obſtinatos: acta enim præclara, virtutum ſcilicet egregias actiones, & illuſtria miracula, ſermonibus Apoſtolicis jungens, poteratne corda reperire indomita?

Jacobillus, Antonius de Sillis, & Arturus Recollectus in Martyrologio Franciſcano, affirmant beatam Margaritam Dominici vota ſolennia, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ nuncupaſſe ſub tertia Patris Seraphici Regula, omniumque Religioſarum Tertiariarum fuiſſe exemplar: Wadinghus de illa amplam facit mentionem ann. 1392. §. 15. 1440. §. 20.

BEATÆ

BB. VIRGINES ONUPHRIA, FRANCISCA, ET JOANNA FLORENTINÆ.

COGNOMEN *Florentinum* illis addicitur, non qnod Florentiæ lucis uſuram acceperint, ſed quod ibi vixerint, atque diem clauſerint ultimum, cunctis prædítæ virtutibus. *Onuphria* Comitiſſæ dignitatem poſſidebat & ditionem in Aprutio. *Franciſca de Burgaro* ortum ducebat ex Comitibus *de Marzo*, fuitque cognominata *Angelina*. *Ioanna* originem trahebat ab *Onuphriis* Fulginienſibus. Majorum ſplendore non ram glorioſe illuſtrantur, quam virtutum decore. Plurimum profecerunt ſalutaribus documentis & exemplis beatæ Angelinæ Corbarienſis, quæ illas præfecit inſtitutioni Conventus Florentini, ſub titnlo ſancti Onuphrii, ranquam ab neceſſariis dotibus bene pararas & idoneas ad magna molienda.

Huc ſe contulerunt cum benedictione Angelinæ generalis Miniſtræ. Sorores earum gubernationi ſubjectæ, illarum admirantes fervorem, charitatem, humilitatem, doluerunt maxime ſe per mortem matribus adeo eximiis orbari. Martyrologium Franciſcanum eas commemorat die ſeptimo Julij. Jacobillus recenſens Fulginienſes Sanctos *Onuphriam*, *Franciſcam*, & *Ioannam* Florentinas laudibus extollit.

B B.

ANTONIVS ÆTHIOPS, & ANTONIVS NEGRITA, *Confeſſores.*

APtius equidem & multo juſtius copulantur in hiſtoria propter morum ſimilitudinem, quam nominis aut vultus Nigritiæ; quamvis Ordinis Seraphici Annalium celeberrimus Scriptor Wadinghus illos ſejungat, de Antonio loquens tom. 5. anno 1428. de Negrita verò tom. 6. 1452.

Beatus Antonius Æthiops, juxta opinionem Patris de Gonzaga, Terrium Ordinem Franciſcanum pro ſæcularibus inſtitutum amplexus, charitaris præſertim, & humilitaris laude conſpicuum ſe reddidit: domicilium eligens ſecus oppidum Siciliæ, quod commu-

A niter nominant *Camaro*, mulro zelo & magnâ diligentiâ Frarribus Minoribus Cœnobij ſanctæ Mariæ de Jeſu miniſtrabat.

Angelus cuſtos ſe illi viſum obtulit, prædicens diem mortis, ſemperque præſto fuit ipſis teſtibus oculis uſque ad exrremum certamen exhalantis animam. Claruit ejus ſepulchrum pluribus miraculis in Monaſterio ſanctæ Mariæ de Jeſu, ubi fato functus eſt & ſepulrus. Celebratur in Martyrologio Franciſcano die 13. Auguſti.

Beatus *Antonius Negrita* natus in Africa ex parentibus Turcis & Mauriranis, favore divino in captivitatem redigitur à Chriſtianis;
B & auſpicarò cadit inter manus viri cujuſdam Joannis *Landanale* nomine, in pago Siciliæ degentis, penès Netam: caprivo commirtens ſuorum gregum curam, experientiâ cognovit Antonium eſſe egregiæ præclaræque indolis, necnon temperatis moderatiſque moribus.

Joannes itaque Magiſter fidei capitibus erudit ſervum, qui ſolus in campis Deum ferventer precatur, ut ſuam manifeſtet volunratem. Radiis cœleſtibus illuminatus Chriſtianæ militiæ vult inſtanter nomen dare; proptereà confeſtim ſacris Baptiſmi aquis abluitur, & *Antonii* donatur nomine.

C Incipit deinde verus eſſe diſcipulus Chriſti legum Evangelicarum ſtrictâ obſervatione: Studuit præſertim, & conatus eſt ſancti Antonij veſtigiis inhærere; annorans etiam in aliis, quorum urebatur conſuetudine, quid probum aur ſanctum, ſolerter illud imitabatur: ſciens odium ſuiipſius, amorem Dei & proximi, contemptionem honorum, voluprarum &, divitiarum mundi, pœnarum tolerantiam, & meditationis exercitium elementa eſſe Philoſophiæ Chriſtianæ, iis ſedulam navavit operam, jejunia colens, pernoctans in oratione, flagris ſe acriter percutiens uſ-
D que ad ſanguinem, & áſperum induens cilicium.

In pauperes largus erat & miſericors, illis humiliter magno fervore inſerviens propriis manibus, nec unquam ignaviter otiabatur. Adorandum nomen Jeſu ſupremo colebat cultu, & tam eximia ſolicitudine, ut verbum aliquod in res divinas perulans & injurium fortè audiens, ſtatim admoneret ſacrilegum divini Nominis obtrectatorem: *Exeius*

aquarum deducebant oculi ejus, quoties ante- A actæ vitæ recordaretur, & præteriti temporis memoria rediret.

Hiſce tandem virtutibus permotus Joannes *Laudanula* ſervum in libertatem vindicavit, qui ſe recepit in noſocomium urbis Netenſis, ubi deinceps humilis fuit egenorum famulus. Si quid otii poſt charitatis officia pauperibus exhibita, ſupereſſet, totum in legendis amicorum Dei factis ponebat: ad exemplum beati Conradi Tertium Ordinem Franciſcanum ſtatuit amplecti. Mox ut recepit habitum, fugit in ſolitudinem, ubi vitam duxit Angelicam. Miraculis enituit ejus ſanctitas, & vulgo vocabatur *Sanctus Negrita*.

Netam denique reverſus in morbum incidit, & piacularium ſacrorum ope præſidioque inſtructus obiit anno 1549 die decimo quarto Martii, & terræ mandatur juxta ejus deſiderium in Eccleſia ſancti Franciſci. Corpus ejus ſine corruptione ulla repertum fuit anno 1599. Aprilis die decimo tertio: viſa auditaque de mirabili ejus vita, ter actis conſignata ſunt, unde Dacæus Seraphicæ Hiſtoriæ Scriptor exprompſit quæcunque narravit de noſtro Antonio part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. c. 36. 37. 38. Martyrologium Franciſcanum ejus celebrat merita decimo quarto die menſis Martii.

BB. TERESIA ENRIQUEZ VIDUA, JOANNA, ET CATHARINA De Vino.

PRoponit Wadinghus anno 1429. beatæ Tereſiæ præclara facta, in quorum teſtimonium manuſcripta citat, ex quibus illam fuiſſe conſtat viduam eximiâ præditam ſanctitate, & valde illuſtrem tùm conſanguinitate, tùm affinitate. Maritum habuit Fridericum Ducem *de Medina*, rei maritimæ Prætorem in Caſtilia. Tertii Ordinis ſumpto habitu maxime crevit ejus fervor, quo meruit gloriâ miraculorum clareſcere, ac mortuo vitam reſtituere: illius fit commemoratio Octobris die 31.

Quod autem attinet ad B B. *Joannam & Catharinam de Vino*, quas Auctores quidam ſorores eſſe germanas credunt, miram conſtat ſaltem cordis ſocietatem iniiſſe per tertiæ Regulæ Franciſcanæ profeſſionem. Dedit illis Apulia, Italiæ Provincia, ortum & domi- B cilium; ipſæ verò Apuliam plurimùm honeſtarunt ſplendore virtutum, & pretioſa morte. Ambabus tribuunt Scriptores idem miraculum, ſive unam & eandem inſignem ſimul ediderint actionem, ſive ſeorſim ſimilem patrarint, Deo favente.

Cum cunctis obviis pauperibus eleemoſinas erogarent, beneficas præſertim ſe exhibebant erga Fratres Minores, quibus ſuppeditabant oleum in lampadibus coram auguſtiſſimo Sacramento comburendum, vel ad cæteros uſus neceſſarium: educebant illud ex eodem vaſe quod elapſo anno integro plenum omninò invenerunt. Ab omnibus Hiſtoricis ſanctiſſimæ vocantur. Gonzaga exiſtimat illas jacere in Conventu beatæ Mariæ *de valle aſpera*, ubi habitant Fratres Minores Provinciæ Apuliæ.

B. FRANCISCVS CATHANÆVS.

BEatus Comes Orlando ſolerter ſtuduit, ſua ut univerſa familia, & quicunque ad illum accederent, inclinatione voluntatis, ſermone congruerent & moribus cum Seraphico Patre, à quo ipſe fuerat piis excultus documentis: multi propterea ex illis Tertiariorum profeſſionem amplexi ſunt.

Beatus Franciſcus de quo nunc agitur, primas tenebat inter præcipuos: illuſtris proſapiæ de Orlando poſtremum caput fuit, & hæres Comitatus Clufii: ſolum ſe videns generis ſui nobiliſſimi ſuperſtitem, militiæ tamen Chriſtianæ generosè nomen dedit, voto virginitatis, atque Tertiariorum numero adſcribi curavit, in ſolitudinem ſe recipiens montis Alverræ, à majoribus traditi munificè Patriarchæ Minorum.

Fratres Minores tunc defecerant à priſtino C fervore; in omnibus dictis & factis non adhibebant ſummam, ſicut olim, moderationem, nec ſui bene compotes erant. B. Franciſcus Cathanæus eorum fundator, illos peroptans divini amoris igne exardeſcere, aſperamque vivendi rationem tenere, piis & fervidis admonitionibus ad eos compellendos, proba exemplâ jungebât, vivens in extrema paupertate, in jejuniis, in vigiliis, & in oratione continua

Sacras ſtationes obibat, ut in iis noxarum veniam conſequeretur, viſebatque magnâ veneratione loca ſancta, quæ priſci Fratres Minores pœnitentiæ, omniumque virtutum operibus conſecraverant, necnon reddiderant conſpicua ingentibus miraculis: eo quod tamen Religioſi nullam ferè ſpem faciebant frugis melioris, licet non ſolùm ſingulos in-

feriores, ſed etiam Gardianos & Provinciales ipſos animadverteret, ſtatuit ſe conferre in Eccleſiam deſertam non longe diſtantem à civitate Florentina, ubi ſanctiſſime vixit anachoretarum more.

Sanctum autem Bernardinum, & beatum Joannem Capiſtranum familiam Franciſcanam in ſplendorem priſtinum revocantes multùm juvit, ob id præſertim ut Conventus montis Alvernæ collapſa diſciplina in integrum reſtitueretut: ad pedes ſummi Pontificis Martini V. procumbit ſuppliciter, poſtulans tanquam fundator, hujus Cœnobij reſtitutionem, obtinetque diploma, quo ex illo ejiciuntur Conventuales, & introducuntur Patres Obſervantiæ. Gaudet utique Franciſcus noſter, in ſuo videns dilecto monte collocati viros adeo probos & cœleſtes; breve tamen fuit gaudium, eo quod eodem Papâ ſexaginta tres annos nato, cito moriente ſubitâ apoplexiâ, expulſi violenter expulerunt legitimos poſſeſſores. Franciſcus tunc pro ſua prudentia violentis minimè obſtitit, ſperans negotium iſtud divinum felicem aliquando finem fore aſſecuturum.

Ab Eugenio IV. Martini ſucceſſore alterum diploma impetrat, quo tandem hoc cœnobium è manibus Conventualium ereptum Obſervantinis in perpetuum & firmiter traditur, quibus initio duræ cruces obtigerunt, vicinis eos populis conviciis & probris laceſſentibus. Eleemoſynæ deficiebant illis, quamvis modeſte ſe gererent, nilque agerent, vel quod leviter nimiam anteceſſorum licentiam redoleret.

B. Franciſcus victum Obſervantinorum & veſtitum quæritabat. Denuò recurrit ad Sedem Apoſtolicam, unde emanat tertium diploma, quo excitantur Florentini ad illorum ſuſtentationem. Sic ferventiſſimus Tertiarius noſter titulo novo & juſto meruit appellari & exiſtimari bujus Cœnobij reparator, ſummâque tranquillitate potitus eſt in ſuo eremo, miros progreſſus faciens in virtute.

Simon Comes Hetruriæ conſtruxerat, atque annuis munierat reditibus quinque ſolitarias cellulas in honorem Stigmatum Patris Seraphici, ut ibi quinque Religioſi Sacerdotes pietate præ aliis conſpicui ſuſtentarentur, ac permanerent in ſilentio & oratione continua: Veterum ignaviâ tam præclaram inſtitutionem deletam Franciſcus renovat, & quotannis celebrari Miſſam curat in ſacello, ubi Pater Seraphicus ſtigmatibus ſacris fuit decoratus; eodem quoque promotore quotidiana & ſolennis omnium Religioſorum gratulatio vel ſupplicatio redintegratur; in qua Dei Genitricis laudes decantat adeo proſpere, ut ipſa fauſtâ declaraverit apparitione, quam gratum habeat iſtud obſequium. Viderunt Reginam Cœlorum coruſcantem & gloriâ plenam in arboris ſummitate; Religioſiſque inſtructo agmine procedentibus benedictionem impertientem. Franciſcus primo ordine prodiens juxta Crucem, & præ aliis, illam perſpiciens humi ſe dejecit, viſioneque patefactâ, cæteros habuit imitatores. Conſiderate, inquit, quâ largitate & beneficentiâ favores ſuos Regina Angelorum profundit in nos & in montem univerſum. Jucundo hoc & glorioſo contuitu omnes oblectati ſunt ubertim.

Hiemis ſævientis tempore nives impedierunt quo minus fieret ſolita ſupplicatio: nocte ſequenti Franciſcus, pluresque alij ſummæ probitatis viri conſpexerunt omnia animantium genera è ſilva erumpentia in locum ordinarium, quo Religioſi conveniebant; deinde bina & bina in ædiculam ſacrorum Stigmatum procedentia. Improperatur, ait, poſtridie Franciſcus nobis improperium, quod agendi rationem docent animalia. Statutum igitur fuit nunquam omittendam hancce piam conſuetudinem.

Obiit tandem ſanctiſſime *Franciſcus Cathaneus*, ſicut vixerat, die decimo quinto Novembris. Marcus Ulyſſipponenſis, Gonzaga, Marianus illum decus & ornamentum ſingulare Tertii Ordinis exiſtimant. Wadinghus, qui illum commemorat anno 1213. loquitur de eo rurſus anno 1431.

VITA
B. PAULI CONFESSORIS,
RELIGIOSI TERTII ORDINIS FRANCISCANI.

CAPUT PRIMUM.

Compendiarius vitæ ejus decurſus.

CROPANA urbs Calabriæ, Diœceſis Contazarenæ ortum illi dedit anno 1432. à parentibus ſtudioſe divinis præceptis, cunctiſque Evangelij legibus eruditus fuit. Nunquam fuit ejus infantia puerilis, aut imbecilla; Paulus ſemper ſe virilem & generoſum præſtitit. Mox ut literas humaniores callet, divino Spiritu afflatus Tertium Ordinem Franciſcanum pro Religioſis inſtitutum amplectitur anno 1450. die vigeſimo Martij in Conventu ſancti Salvatoris Cropanenſi.

Magnum adeò progreſſum fecit in virtute tempore Novitiatus, ut voce unanimi, duodecim menſibus elapſis, ad profeſſionem admiſſus fuerit. Mirabantur omnes quantum prævaleret ſupra cæteros ſapientiâ & fortitudine in diſciplinæ Monaſticæ rigida obſervatione. Silentium, meditatio, auſteritas illi plurimùm in deliciis erant.

Superiorum juſſu initiatus Sacerdotio, Miſſam quotidie celebrabat eximia pietate: ad eum plerique confugiebant, velut ad peritiſſimum conſcientiæ moderatorem: cujuſcunque pervadebat intima cordis arcana, antequam illi hæc pateſierent, qui ejus peroptaret conſilium: ſine mora & perinde reſpondebat omni petitioni ac ſi à longo tempore deliberaſſet, nec ullus unquam ab eo recedebat abſque ampla conſolatione: brevi ejus ſermocinatione omnia ceſſabant jurgia. Multoties electus Superior ſui Monaſterij, ſplendorem diſciplinæ priſtinum in illud confeſtim reduxit, ſubditoſque in ſanctitatis ſemitam promovit potius exemplis quam verbis.

Longius commoratus eſt in Conventu beatæ Mariæ à ſancto Spiritu, vulgo *de Scavigna*, valde ſolitario, & idoneo contemplationi. Anno 1488. Capitulo generali celebrato in Conventu Montis belli, Diœceſis Laudani in Longobardia, adfuit tanquam Miniſter, quem localem communiter appellant, in comitatu

A Patris Bernardini Provincialis.

Roma tranſiens divinum Miſſæ officium exequitur in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Conſolatione, cum adhuc Religioſi Tertiarij ſanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani Monaſterium nequaquam poſſiderent, quod iis poſteà conceſſum fuit, anno ſcilicet 1512. Beatus Paulus immotus longo intervallo permanet tempore quo fit mortuorum commendatio: cujus rei cauſam petenti Provinciali, „Paulus ſtatim reſpondet: Meus mihi genitor apparuit, atque nomine Dei præcepit ut ejus adeſſem exequiis, cum fato functus ſit.“ Optimum factu judicavit Provincia- B lis clam monere quoſdam adſtantes de vera cauſa moræ, ne amplius offenderentur.

Extemplo ſe contulerunt in Capitulum generale incœptum die 25, Aprilis, ubi Pater Bernardus *de Septemanis* electus eſt in Superiorem Conventus *de Scavigna*, vir quidem doctrinâ, pietate, & prudentiâ conſpicuus, in cujus comitatu Paulus noſter magis celebres Italiæ peregrinationes obiit, viſitando nempe auguſtam ædem Lauretanam, montem Alvernæ, & Patris Seraphici tumulum.

Ambo tandem pervenerunt in cœnobium Scavignenſe initio menſis Januarij anno 1489. C levi quatuor aut quinque dierum febri laborans Paulus, certus fuit de mortis proximitate, quam illi de Capitulo redeunti Deus manifeſtaverat. Coram Fratribus de Regula, & precipuis virtutibus mirabiliter differens, extremâque Sacramentorum expiatione defunctus è vinculis corporis feliciter evaſit die 24 Januarij anno 1489. Pater Bordonus noſtræ Congregationis Religioſus profeſſus, Theologus emeritus, rerum ſui Ordinis præclare intelligens, ſic ſentit, quamvis Pater Arturus hunc obitum recenſeat in Martyrologio Franciſcano die 8. Januarij. Venerandum Pauli *de Ambroſiis* cognominati corpus repoſitum fuit in feretro, & tranſlatum in Conventum Cropanenſe de mandato Provincialis.

Paulus Religioſæ Tertiariorum familiæ inſigne exemplar eſt, quod nobis Religioſis Tertiariis famam minuat, ignaviam exaggeret, jactantiæ, excuſationibuſque aditum, niſi imitemur, præcludat: eſt ergo non unde gloriemur, ſed unde aſpiremus ad virtutem: Habemus & quem ſequi velimus, atque aſſequi, non quem nos eſſe putemus, quod diſcipuli ejus ſimus: eſt denique non quod habeamus, ſed quod babere cupiamus, & quod ſperemus, favente Deo, non ſine ingenti noſtro ſtudio ac labore.

CAPUT II.

B. Pauli Miracula.

CUm theca deſtinata ad reliquias ejus capeſſendas nequaquam ſatis eſſet ampla, venerandi nihilominus corporis amplitudini coæquatur, abſque bumano conatu, ſed ingenti miraculo.

Vectores initio nullam ſentientes gravitatem, ſe decipi exiſtimarunt, atque pro toto ſacro theſauro tantùm ſe vehere capſam, adeo exigui erat ponderis.

Apertâ lipſanothecâ in Eccleſia ſancti Salvatoris, qui nullum ſuis impoſitum humeris onus cenſebant, præ nimia levitate, ſuis ipſis oculis experti ſunt & comprobarunt, nullam ibi partem deeſſe. Exarſerunt inde fervore novo ad concinendas Dei laudes, qui tantopere *mirificat ſuos amicos*.

Multorum ſpatio dierum exponitur corpus venerabile conſpectui publico, genas habens læto florentes rubore. Videtur dormire cum tranquillitate: ſudores continuò effundebat ſuave olentes. Peractâ funeris pompâ, ſepelitur ſubter altare primarium.

Dum viveret Paulus concrediderat matri ſuæ, Superioris permiſſu, largitiones quaſdam pauperibus diſtribuendas, qui piæ diſtributrici tria ova obtulerunt, grati animi benevolentiâ, quantum filio diſplicuerit acceptum à matre boc munus patet, ex eo quod mater, antequam illud ad Paulum ferret, ipſe illam objurgaverit de dono percepto ab iis, quibus ſubvenire gratuitò præſtat. Noverat enim Paulus edito cœlitus oraculo totam hancce agendi rationem.

Unus aliquis *Franciſcus* nomine, ſaxo graviter fauciatus in poplite, nequaquam poterat ambulare, invocato tamen B. Paulo, è veſtigio plane convaleſcit.

Joannes Paulus Cropanenſis, atque ætate provectus, gibboſus uſque ad inconcinnam totius oris compoſitionem, exhibitâ Pauli ſepulchro veneratione, confeſtim ab omni infirmitate liberatur.

Creſcentius *de Marco* aurium uſu captus, A audiendi facultatem eadem Pauli noſtri invocatione recuperat.

Mulier quædam à longo tempore comitiali affecta morbo, imploratâ ope B. Pauli nullateous deinceps hac ægritudine laboravit.

Alia pari modo ſanitatem filiæ impetravit, quæ non procul aberat à vitæ periculo: mater quoque graviſſime ægrotans recurrit ad auxilium Pauli, citoque in priſtinam valetudinem redit.

Vir quidam, cujus ſalus ita inclinata erat, ut nec manducare, neque bibere, præ ægritudinis violentia poſſet, B. Pauli interceſſione fit omnino ſanus.

Marcus Blundus Pauli funus coboneſtans B ſuâ præſentiâ in templo ſancti Salvatoris ſuo ſudariolo detectum beati mortui deterſit vultum, qui continuo ſudore manabat. Cum autem Marci hujuſce blundi filia defuncta in ſepulchrum efferretur, pater fronti illius ſudariolum appoſuit, Paulum noſtrum invocans, atque illicò quæ interierat à morte ad vitam revocatur.

Religioſi Tertiarij Conventus Cropanenſis trabem paraverant ad ædificium novum, quæ quoties ponebatur in loco deſtinato, minime apta erat ob nimiam brevitatem, irrito omni prævio conatu opificum. Religioſi tandem Pauli opem poſtulant, atque deinceps trabe accommodata reperitur, & in peræqua proportione.

C Hilaria de Bellocaſtro ægrè ferebat ſuum corpus totum nigris tuberculis operiri: remediis bumanis incaſsùm adhibitis, ad Paulum confugit, qui confeſtim eam ſuis precibus ſanavit anno 1490. die 24. Decembris: eundem favorem filio ſno pari vexato infirmitate conciliavit, ejuſdem medici interventu.

Alia mulier Cutronienſis pro ſororis ad extrema devenientis ſalute vota B. Paulo nuncupavit: de repente ægra plane convaluit.

Civis quidam Cutronienſis, nomine Joannes, cæcus & luminum exſors à duobus annis, ſimiliter vovens, oculorum nſum ſtatim D adeptus eſt 25. Aprilis anno 1499.

Puer in ventriculo periculoſâ laborans apertione, ſentit illico poſt ſimile votum, illam penitus claudi & obduci.

Duos miſit Epiſcopus Diaconos Cutronium, quorum alter per viam dolore oppreſſus acerrimo animam penè efflabat, dum comes illum incitat ad invocandum ſanctum Cropani protectorem: bocce impleto præſtanti conſilio, ægr omnino ſanatus eſt.

Florina de Miſuraca præclara Domina, cujus labia horrendo fungoſæ carnis afficiebantur tumore, quoſcunque apprime eruditos medendi arte conſulit, qui nec propterea ullum laboranti levamentum attulerunt. Recurrit itaque ad noſtrum Paulum, cujus veſtis fruſtulo

applicato ſtatim conſaneſcit anno 1490.

Conradus Pandulphus *de Miſuraca* ſubitâ & violentâ virium & ſenſuum defectione, in ſupremo verſabatur vitæ agone, dum eodem admoto fruſtulo in priſtinum redit vigorem.

Domina Armenia *de Catrono* manuum impos, votum Paulo vovens, è veſtigio firmiter utitur ſiniſtrâ æque ac dexterâ, anno 1493. Filius ejus claudus & plane incurvus, eodem modo rectum & venuſtum aſſumpſit atque tenuit habitum 1493.

Jacobus *de Ambroſiis*, frater noſtri Pauli, coxam habens intumeſcentem cum acerrimo dolore, poſt ſimile votum ſanus conquieſcit, 1492.

Illuſtris Dominæ *Palumbæ* uxoris Domini *de Cella* Baronis ſeu Dynaſtæ Cropanenſis, caput erat inflatum, omneſque dentes mobiles & labantes erant: mox ut pariter vovit, evaneſcunt protinus omnes iſtæ infirmitates, anno 1494.

A Horum recenſio miraculorum è codice manuſcripto expromitur, quem exaraverunt viri fide digni, & comprobaverunt teſtes, quibus nulla ſuſpicionis labes poteſt aſpergi. Servatur in Conventu Cropanenſi Religioſorum Tertiariorum. Quoniam verò plures non ſat venerationis exhibentes B. Paulo, obſiſtebant ne ipſius Reliquiæ pietati fidelium exponerentur publice. Pater Alphonſus Barchius Cropanenſis Religioſorum Tertij noſtri Ordinis in provincia Calabriæ Commiſſarius,

B Romam conſultò ſe contulit, & à Sede Apoſtolica literas patentes obtinuit, quibus expoſitio publica permittitur, itemque probatur veneratio. Datæ ſunt Romæ anno à partu Virginis 1562. die decimo Januarij, Pontificatus Pij IV. anno tertio. Antonius de Sillis in ſuo catalogo B. Paulum commemorat.

VITA
BEATI ROBERTI
DE MALATESTA,
PRINCIPIS ARIMINENSIS

CAPUT PRIMUM.

Juventus ejus virtutibus conſpicua.

SPECTATISSIMA Malateſtarum gens illum ut inſigne gentilium decus & ornamentum reveretur. Pandulphus ejus Pater, Carolus patruus, Sigiſmundus frater, præclaram nominis exiſtimationem obtinent in Annalibus Italiæ. Robertus plurimum profecit curâ & ſtudio patrui Principis Arimini, ubi fuit optimis moribus inſtitutus.

Vix quinquennis ſingulariter oblectabatur in divinis laudibus recitandis, eâ quam à ſancto Spiritu acceperat, formulâ. Illas nocte & die mente revolvebat tam aſſiduè & conſtanter, ut modicâ utens & neceſſariâ quiete, moveret tamen labia, manuſque jungeret, felicis habitus vi, quem contraxerat, proferens etiam in ſomno verba Orationis Dominicæ.

Carolus patruus vir eximiæ probitatis, Ariminenſis Principatus ſupremus Dynaſta, legatus fuit à Gregorio XII. in Concilium Conſtantienſe, ut ejus ſummi Pontificatus

C abdicationem declararet; inde commendatur eò magis ſanctitas noſtri Roberti, quò plus Carolus patruus fratris filium ſemper ſibi in ſocium adjungat.

Carolus aliquando Robertum interrogavit, quonàm vehementius propenderet. Ad paupertatem, inquit. Princeps Ariminenſis dubitans ne illa reſponſio pueritiam potius redoleret, quam fortitudinem, ter, quaterque reïteravit interrogationem, cui reſponſum eſt

D ut prius. Unde conjiciunt omnes puerum hunc fore nomen ſuum illuſtraturum ſingularibus meritis.

Robertus à decennio *videns aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ*, Rom. 7. illi generoſe bellum indixit, aſperum induens cilicium, diris corpus dilanians flagellis, famem & ſitim conſtanter ferens in media omnium bonorum ubertate. Licet Robertus in eodem lecto decumberet unâ cum patruo ſic jubente, ſe tamen, Carolo dor-

miente, clam ſubducebat, Deum precaturus. Cingulum ſetoſum, quo utebatur, carnem pelle duriter ſpoliabat, uſque ad effuſionem ſanguinis.

Mirâ induſtriâ jejunia & abſtinentiam tegebat, ne aliis paterent: ſecus patruum aſſidens menſæ videbatur lautè & opiparè veſci, cum inediâ corpus maceraret; cum pro omni potu ſolam adbiberet aquam profluentem, pro cibo panem ſiccum, ſplendide illum epulatum fuiſſe adſtantes arbitrabantur, adeo ſolertet commodi & comis viri ſpeciem adumbrabat.

Rigidam præſertim temperantiam exercebat quadraginta diebus ante Nativitatis Domini feſtum: Principe Carolo tunc jejunium colente, Roberti auſteritas tunc facilius latebat. Quoniam ſibi Robertum in ſucceſſorem & hæredem ſupremæ ditionis Ariminenſis adrogaverat, nolebat illum quadrageſimale jejunium obſervare, ſed ipſe iſtud rigide celebrans, menſam aliribus, diverſiſque cupediis Roberto apparari imperabat, qui pane & aquâ contentus, ſecretò & ſubtiliter alia quæcunque cibaria appoſita egenis & ægrotis erogabat.

Neceſſaria & inevitabilis cum nobilibus coætaneis conſuetudo, qui nimis intemperanter agebant, illi erat ſupplicium: ab eorum conſortio diſcedebat, ſolitudinem quærens, ut quietius Deo adhæreret per meditationem. Hiſce regulis ita corpus ſpiritui ſubjicit, & ſpiritum Deo, ut illum affirment Hiſtorici in ſtatum innocentiæ redire. Votoſvirginitatis peroptat ſe obſtringere, verùm patruus connubij pactione occultè initâ, cum Margarita Nicolai Eſtenſis Ferrariæ Marchionis filia, Robertum compulit illam in conjugem ſumere.

Annos tantùm octodecim natus alligatum ſe uxori videt, quæ par virginitatis conſilium ſuſceperat: impletis unanimi conſenſu menſibus ſex in puritate Angelica, conveniunt tandem, & Robertus peculiarem ſenſum bono publico immolans ex uxore duos Principes procreavit.

CAPUT II.

Supremam Arimini ditionem adeptus, Tertij Ordinis habitum recipit.

Poſt mortem Caroli Malateſtæ in Principatus Ariminenſis poſſeſſionem ex formula inducitur, tumque ſummus Pontifex Martinus V. illum Sedis Apoſtolicæ Vicarium inſtituit ſupra urbem univerſumque Ducatum Arimini, ſupra etiam civitates Cæſenæ, fani, cæteraſque omnes, quæ Eccleſiæ

A velut Dominæ clientelari profeſſione & Sacramento tenentur, hac in regione.

Novo flagrans ardore, Patriarcham Seraphicum, quem pio ſemper cultu proſecutus fuerat, ſibi proponit imitandum. Patrem igitur Franciſcanum Robertus eligit in ſuæ conſcientiæ moderatorem, atque conſilium paupertatis Chriſti amplectendæ, quod in mente habebat, pluribus eximiæ ſanctitatis & præſtantis doctrinæ viris declarat, ut diſcat quænam eſſet Dei voluntas.

Eodem quoque fine frequenter orat, ſanctum præſertim Franciſcum invocans, qui ad veſperam illi apparet, innuitque, ut in ea, quam aggreſſus eſt, vitæ conditione perma-
B nens, Franciſcanorum Ordini Tertio nomen det. Robertus petens in ſuo corpore, ad probandam apparitionis veritatem, à Franciſco notam imprimi, rem poſtulatam aſſequitur: Inſtitutore Minorum è conſpectu abeunte, Robertus quinque profundis vulneribus afficitur, tribus ſcilicet à fronte, duobus à tergo, quæ magnam ſanguinis copiam emittunt, & incredibiles incutiunt dolores.

Nocte elapsâ in tam jucundo martyrio, ſol exoriens amabili pœnæ finem imponit, & martyri fervoris dat incrementum, dum conſpiciens ipſe tinctam cruore ſubuculam, confirmatur in propoſito Tertium Ordinem Franciſcanum amplectendi, quod exequitur die quarto Octobris Patris Seraphici dicato ſo-
C lennitati anno 1430. coram ſuæ hiſtoriæ Scriptore.

Deinde Robertus majores in virtute fecit progreſſus: tam humiliter ſe gerebat, ut ſuis ipſis miniſtris miniſtraret, ſuiſque ſervis ſerviret; quamvis præclare factis ſuam utique dignitatem generoſè ſuſtineret omnino, rerum concurſu id exigente. Præter ductorem ordinarium, ſocietatem iniit cum Hilario cive Ariminenſi, in divinum cultum probe affecto, quem non ſolum comitem aut commilitonem in pietatis palæſtra adhibebat, ſed rectorem quodammodo & magiſtrum, cui lubens obſequebatur.

Magnificentiſſima ædes, quam in palatio
D conſtrui juſſit, magis diuturnus illorum erat locus commorationis: Miſſæ ibi ſimul aderant ſummâ religione, divinoque pariter officio: quotidie beatus Princeps ſacerdotale penſum, Pſalmis rite recitandis perſolvebat, mediâ ſurgens nocte, ut horis matutinis ſatisfaceret. Multoties Angelos, & ipſum Patrem Seraphicum miſit Deus ad Robertum è ſomno excitandum. Ad oſtium cubiculi vox clamabat: *Exurge, fili, tempus eſt.* Novitque pius Princeps divinitus hæc verba proferri à S. Franciſco.

Frequenter accedens ad ſacram ſynaxim, toties uberes fundebat lacrymas: piorum lectio codicum, & cœleſtium myſteriorum con-

templatio Roberttum continuò & ſuaviter A
habebant occuparum. Jucundiras ineffabilis, quà tunc deliniebatur, mentem ejus à corpore penitus abalienabat, itaut æternitatis abſtruſiora pervaderet arcana.

Erat quidem Roberti oratio ardens ſemper & accenſa, plerumque cœleſtibus quoque affluens gaudiis: Id quod plurimis ac maximis argumentis declaratum eſt: atque ut omittam mirandas illas in publicis laboribus cœlitus hauſtas voluptates, obſervarunt eum ſæpe comites quidam intempeſtâ nocte, fixo in cœlum oculorum obtutu, in hortis domeſticis inambulantem, totumque ex Dei cogitatione atque amore pendentem, ut non ambigeres ejus animum à ſenſibus abſtractum eminere foras. B
Inde ad ſe cum rediret, facile oſtendebat rantam vim eſſe ſuperfundentis ſe lætitiæ cœleſtis, quantam capere vix poſſet mortalitas.

CAPUT III.

Charitas ejus erga pauperes & ægrotos.

VIVENTE patruo cum nequiret egenis ſubvenire quantum veller, ſtatim poſt illius mortem luculentas diſperſit largitiones. Singulis diebus in ſuo Palatio famelicos ſuſtentabat innumeros, ampliorique numero C
mendicorum ſuppeditabat annonam die Veneris, quo illis pedes ablnebat, & flexis genibus, nudoque capite apponebat cibos. Ab ipſo de repente mox prandio, iis comiter ſalutatis, recedebat. Feriâ quintâ in Cœna Domini pedum lavationis cæremoniam religiosè celebrabat in æde domeſtica, comite Hilario chariſſimo.

Conſiderans aliquando, quæ vaticinatur Iſaias Propheta de Verbo Incarnato, quem prædicit fore leproſo ſimilem, tam acriter percellitur, ut obvium habens ſubinde hominem lepris infectum, poſt blanda oſcula, vulneraque exterſa, luculentam illi impertiatur eleemoſynam, cum prohibitione forti, ne D
præclarum iſtud detegat facinus. Luſtrabat ſæpenumero noſocomia, ubi ægrotantibus viliſſima quælibet exhibebat officia, atque ad illorum ſolatium neceſſaria conferebat. Nullos hoc in rerum concurſu admittebat ſocios, niſi intimos, qui linguæ parcerent.

Peregrinum Hiſpanum Româ tranſeuntem reſciit noſter Robertus ventris cruento profluvio correptum fuiſſe; juſſir illum devebi penes ſuum Palatium, ac geſſit ejus ipſe curam, quaſi ægroti cuſtos, uſque ad integram valetudinem: linteo deficiente ad curandum vulnus, proprio ſe induſio ſpoliavit, hocce in uſu inſumendo.

Femina quædam Ariminenſis duobus ulceribus ſauciata in dorſo, cujus inteſtina illàc erumpunt, imo quoque alimenta: patientiâ & Dei amore conſpicua fit perinde ac miſeratione digna propter durum adeo morbum: pius Princeps ſemper illi præſto eſt, neceſſaria ſuppeditans, & memoriæ mandans præclaras veritates, quas mulier ægrotans divinitus illuſtrata mirabiliter explicat.

Omnibus officiis benevolentiæ ſuos proſequebatur ſubditos, quos ut proprios liberos peramabat, ſe præſtans ubique illorum defenſorem, & in ſuæ tutelæ illos adſciſcens præſidium; ſed ab eo nibil precibus extorqueri poterat in miniſtrorum favorem, qui injuſtas factitabant exactiones.

Quamvis triennio rantum regnaverit, magnates tamen, necnon publicæ rei convocavit adminiſtratores, ut ſubducendo æſtimarent, quinam faciendi ſumptus tum communes, tum domeſtici. Expendi jubet an peculiaria Principis bona non ſufficiant; amovere omnino cupiens cuncta onera ab anteceſſoribus impoſita; ſed mors tam excellenti conſilio ſe oppoſuit.

Non defuerunt illi cruces, Deo ſic volente ad ſanctitatis conſummationem: reſtitutis Sedi Apoſtolicæ oppido ſancti Sepulchri, pluribuſque caſtellis, inexpectata contra eum oritur rebellio; plebs de improviſo arma capeſſens convolat, tum Ducis Palatium expilatura, tum ipſum interempturæ Ducem. Suadent aliqui ut profugiat: firmus verò ſtat, ſub divina protectione, coram multitudine furioſa, cujus furorem prudentiâ ſuâ componit & penitus ſedat, itaut plebs veniam ſuppliciter petens, Ducis probaverit gubernationem.

Poſteri ſciant hocce Roberti noſtri vulgare dictum: Ducatus, aiebat, Ariminenſis ſo- "
lium conſcendi; locum ſcilicet late conſpe- "
ctum, & parentem omnium judiciis, eoque "
periculoſum ignaviæ, laborioſum verò diſ- "
ficilemque virtuti. Bonus enim Dux ſervus "
eſt publicus. Regni aut Ducarus ſolio eve- "
ctus, ut merirus videatur, ſuas res ſeque "
oblivifci debet; populum ſuum, & Rem- "
publicam in mente habeat: quo die pri- "
mùm quiſquam regnat, ſibi moriens, aliis "
vivere incipit (quodque duriſſimum eſt) in- "
graris & iniquis æſtimatoribus laboris ſui: "
In regiam veni, aliquid ibi forſan perituræ "
gloriæ reperturus, ſed quietis nihil: Qui "
ſceptrum & diadema ſortiuntur, quid ob- "
tinent, niſi fulgidas compedes, claramque "
miſeriam? Si hæc miſeria plene omnibus "
nota eſſet, non toties uno de ſolio litiga- "
rent duo, ſed plura eſſent Regna, quam "
Reges.

Robertus magis ſublimiter & juxta leges Evangelij diſſerebat de coronis & dignitatibus ſæculi, qui cum Chriſto volens regnare, regnum

regnum ſuum arbitrabatur non eſſe de hoc mundo, qui vexari gloriatur à ſubditis, ſicut Chriſtus à Judæis cruciatus eſt.

CAPUT IV.

Divinis favoribus præter morem ſolitum affectus, ſanctiſſime moritur.

MIRABILE eſt tantam in illo contemplationis cum actione conjunctionem eſſe potuiſſe. Quippe fidem excedit quod de illo accepimus, hominem ingentibus negotiis perpetuò implicatum, eundemque in vitæ conſuetudinem comem & jucundum tam eximio divinæ contemplationis dono fuiſſe præditum, tanto ſancti Spiritus cœleſtiſque fluminis impetu lætificatum. Verùm enimverò divinus ille vir, ubicunque eſſet, quicquid ageret, ſecum & cum Deo habitabat. Itaque ex ipſis negotiis, cœtuque hominum, uſque eo vegeta & erecta ejus mens veniebat ad meditandum, ut ſtatim in jucundiſſimam cœleſtis ſponſi conſuetudinem penitus ſeſe daret, immergeretque: crederes eum in ſolitudine vitam degere, adeo in maximis etiam negotiis & congreſſibus hominum fixum ac locatum animum habebat in Deo.

Frequentes erant Roberti extaſes. Inſignis præſertim illa fuit in qua Chriſtus ſe dilecto famulo ſuo viſum exhibuit, & Cruci affixum, plenum lumine, & ſex alis involutum: magnam inde conſolationem percepit, ob renovatam Paſſionis Jeſu memoriam coram oculis Patris Seraphici, dum ſacris ſtigmatibus ornaretur.

Robertus diu permanens ſine motu, expanſis manibus, in ſe tandem revertitur, exclamans: *O bone Ieſu, admiratione digna ſunt arcana, quæ viliſſimo ſervo tuo dignatus es revelare.*

Præ lætitiæ ubertate à lacrymis ſibi temperare non poteſt, quæ etiam oriuntur ex intimo dolore propter vulnera Redemptori noſtro inflicta. Jam tunc Robertus vehementi martyrij deſiderio flagrare incipit; ut ſe ad tam præclarum exemplum effingat; id unum „ in votis habet. Si Martyrum palmâ, inquit, „ ſum indignus, nec mori pro Chriſto me- „ reor, bibere ſaltem Calicem Domini per- „ opto, quorumdam corporis dolorum per- „ peſſione.

Favorem hunc denique adeptus eſt: acres pœnas reipſa in corpore ſumma lætitia & fortitudine tulit. Deinde acriores patitur: acerbiſſimos nempe dolores, propter vulnus profundum & purulentum, quod non minuitur remediis, ſed augetur & recrudeſcit: ignis & ferrum, quibus utuntur Chirurgi, jucunda illi ſunt, quia magis torquetur ab eis & cruciatur, quam ab ipſo vulnere.

Sacratiſſimum nomen Jeſu ſolum altâ voce pronunciabat mediis in tormentis, & mirificâ ſuavitate cor ejus perfundebatur: quatuor menſibus ante ejus mortem, de ipſa fuit certus ore viri cujuſdam ſanctitate conſpicui: Robertus tam fauſto nuncio multum exhilaratus Deum ferventer laudabat, vitæ noxas pœnitentiæ expiabat ſacramento, ac ſæpius divino & Euchariſtico recreabatur epulo: Repetebat continuò verba Pauli Apoſtoli: *Deſiderium habeo diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Philip. 1.

Plura de veritatibus Chriſtianis dubia ſuſcitat in mente ejus Dæmon, extremi certaminis tempore; ſed ſemper victor evadit Robertus, ſymbolum ſancti Athanaſij jubens recitari, cui attentas præbet aures. Tempeſtate ſedatâ paulſper obdormivit: ſomno deinde diſſipato, cœlum reſpiciebat fixis oculis, quibus patebat, quanto ardore aſpiraret ad beatitudinem, confeſtim exclamat: *Ad quid hic amplius commoror, cum cœlos jam videam apertos*, ad me recipiendum: oculos illicò erigens, dulciaque ducens ſuſpiria efflavit animam ſub ſolis ortum die decimo Octobris anno 1431. annum agens vigeſimum ſecundum, in pago, quem vulgo denominant, *à ſancto Archangelo*, penès Ariminum.

Prohibuerat ante obitum, ne parentaretur ſibi ullâ pompâ: ſepelitur ergo omiſſo omni apparatu, in communi cœmeterio, atque in Tertiariorum habitu. Epiſcopus tamen Clero ſtipatus exequias cohoneſtavit; defunctique parentes crate ferreâ jubentes effoſſum cooperiri, monumentum tandem marmoreum ſuis ſumptibus conſtruendum curaverunt.

Auctores quædam à B. Roberto vivente patrata miracula narrant. Homo ab cacodæmone poſſeſſus clamoribus debacchabatur; nec poteſt exorciſmis liberari: Principe tamen noſtro interveniente, ab inferni tyrannide eruitur: Pius iſte Tertiarius ſumptâ ſpinâ Coronæ Domini ſignum crucis format in extimo pariete domus ubi degit inſeſſus; tuncque Dæmon evaneſcit.

Claruit præſertim miraculis poſt deceſſum. Antonius Ariminenſis arborem ſecans, pedem ſuum ictu ſecuris findit: perducitur illico ad beati Roberti ſepulchrum, ubi ſanitatem humili prece recuperat. Vincentius Preſbyter juſſu Epiſcopi in carcerem conjectus tribus portis vallatum: opem Roberti imploravit, qui illi magno circumfuſus ſplendore apparuit, plenamque aufugiendi libertatem, remoto quolibet obice, dedit.

Affirmant Hiſtorici triginta aut quadraginta ægrotos ejus invocatione ſtatim conſanuiſſe. Cæci viderunt, mulieres infeliciter enixæ, & periculosè parientes, auſpicatò partum ediderunt, leproſi omnino mundari

ſunt, nautæ è proximo naufragio fauſtè ſunt emerſi: denique beatus noſter Robertus miraculorum gloria penitus coruſcat. Pater Nicolaus Ariminenſis ejus vitam ſcriptis mandavit; unde Marcus Ulyſſipponenſis & Gonzaga excerpſerunt quæ in eorum Annalibus legimus de *Roberto Malateſta*. Wadinghus de illo mentionem facit tom. 2. anno 1292. & tom. 5. ann. 1432.

VITA
SANCTÆ FRANCISCÆ
VIDUÆ ROMANÆ.

CAPUT PRIMUM.

Ejus Matrimonium.

NAscitur Romæ anno 1384. ex illuſtri proſapia. Pater illius Paulus *de Buxis*, mater Jacoba *Broſſedeſca*, ſolerter & ſtudioſe *Franciſcam* optimis moribus erudierunt, quæ totis viribus ab ipſis incunabulis ad parentum conatus operam conferebat. Nunquam paſſa eſt ſe rangi, etiamnum in cunis, niſi à patre & matre, modò ejus corpuſculum operiretur. Blanditias & crepundia, quibus ludificantur infantes, in teneriori ætate abhorrebat.

Mox ut ſolitudinis incipit eſſe capax, ad illam aſpirat: manant ex ejus oculis lacrymæ, cœleſtibus deliciis in meditatione perfruitur. Oblatam ſibi in oratione ſpeciem videt præſtantiſſimæ cujuſdam Dominæ, quam crudeliter inſectantur gigantes, diri que afficiunt moleſtiis: Hoc ſpectaculo permota *Franciſca* circa ſublimem contemplationem rerum cœleſtium tunc temporis occupata, Deum precatur pro Domina afflicta, cujus labor cito levatur, gigantum fugâ. Figurabant Dæmones, qui ſchiſmatibus Eccleſiæ perturbabant pacem, ſicutdivinitus novit Franciſca.

Aliàs Patriarcha S. Benedictus illam ſuâ honorat apparitione, aſſerens eam à Deo electam,ut ad animarum ſalutem conferat. Hiſce omnibus cœlitus miſſis monitis edocta conatur illa exequi ſolis precibus, ſe tanto muneri obeundo imparem judicans, & baud idoneam functionibus Apoſtolicis. Quamvis eo fine oret noctes & dies, vult nihilominus in clauſtrum ingredi, ut diutius atque tranquillius divinam obſecret majeſtatem.

A parentibus tamen in matrimonium collocatur Nobili Romano, quem Ludovicum *de Pontianis* vocant,unde *Franciſca de Pontianis* deinceps nominatur. Dolens graviter ſe non potuiſſe conjugij vinculis eximere in extremum incidit morbum, quo periculoſe laborante corpore, cor intime Deo adhæret. Convaleſcens mirabiliter ſine intermiſſione meditatur, Eccleſias religioſe frequentat, Miſſæ intereſt, atque divinis officiis, necnon verbi divini concionibus, vel ſolitaria permanet in conclavi interiori, ut cum Angelis per contemplationem ſtrictam ineat conſuetudinem, jamque delibet quodammodo vitæ Religioſæ dulcedinem.

Tunc marito aſſentiente, ſancti Franciſci tertiam Regulam amplectitur, ſibi aſſumens in arcanorum moderatorem conſcientiæ Patrem Bartholomæum familiæ Franciſcanæ alumnum; ſociam habet *Vannoſam* conſobrinam virtutibus & nobilitate præſtantem. Abdicat eodem momento Sæculi pompam & magnificentiam veſtium perinde ac reliqui inſtructus.

Quod generoſitate nativâ ſemper abhorruit, gratiæ fortitudine armata facile proculcat, & velut ſtercus rejicit, *ut Chriſtum lucri faciat.* De pretioſiſſima parentum, ſuique ipſius conjugis ſupellectili ſic cenſebat: Non rei pretium, ſed contemptus divitem facit: " alioqui & quærendo cupiditas creſcit, & " paupertas cupiendo. Ita fit ut nil magis " inopem faciat, quam avari opes, quarum ſi " eſtimatio exacta, verique judicij ſequax " contemptus acceſſerit, eo demum veris di- " vitiis vera eſt via. Ego illum divitem, dum " vana miratur, non putabo; quamvis aureâ " ſtellantique gemmis ardentibus, textum " omni ſupellectili, opertum refertumque vi- " deam.

Verbis non ſolum ſed factis aſpernatur Franciſca omnia terræ ornamenta, omneſque

mundi illecebras, quantum ſocietas mariti fuit oneroſa Franciſcæ propter connubium, tantum grata & arridens ob inſanas viræ humanæ vanitates excutiendi licentiam à marito conceſſam.

CAPUT II.

Sponſo humiliter obtemperat, & ſolerter educat liberos.

ADEò ſe prudenter geſſit, ut conjugis ſenſum pulchrè callens, ejus cum moribus & natura congruere videretur, illiuſque animum ab aſperitate ad hilaritatem traduceret: ſemper Deo fidelis permanens, maritum ad quæcunque juſta alliciebat; ſicque per quadraginta annorum ſpatium pax regnavit in familia, quandiu ſcilicet convixerunt: ſummæ erat admirationi marito, qui Franciſcam ut oraculum reverebatur.

Sedula & continua, quam navat, opera contemplationi nullatenus eam dimovet à rei domeſticæ curis. Recitans aliquando divinum officium, quater, ſine intermiſſione ad negotium familiare vocatur: toties nihilominus ceſſat orare, nec propterea ullo modo turbatur, quamvis cogatur quartò eundem verſum iterare, qui literis aureis exaratus reſplendet inter alios mero expreſſos & ordinario atramento. Teſtis eſt mirabilis hujuſce eventus Domina *Vannoſa*, qui illi præſto erat: *Franciſcæ* tantum opus miranti, quo ſe æſtimat indignam, ſanctus Paulus ſe viſum exhibet, qui aſſerit Angelum cuſtodem, juſſu Dei fuiſſe ſcriptorem, ut ſingularis gloria conjugali obedientiæ comparetur.

Omnes ejus liberi in puerili innocentia fatn functi ſunt: Unus *Evangeliſta* nomine, dono Prophetiæ clarus, cultrum educens, & in Patris immittens lumbos, prædicit illum brevi in eadem parte periculoſam recepturum plagam. Præſagij veritatem probavit evenrus, anno 1406. in ſeditione orta inrer Romanos & Ladiſlai Neapolitani Regis ſtipatores.

Idem Religioſum oſtiatim mendicantem videns, clamavir illum cito laceram vilemque veſtem fore dimiſſurum, atque viciſſim induturum ſplendidiorem: nec mora; mendicus ad Epiſcopatum provehitur. Romæ peſte ſæviente, *Evangeliſta* correptus accerſit Confeſſarium, atque matri declarat ſanctos Antonium & Onuphrium, quos ſingulariter colebat, obvios habere in comitatu Angelorum, à quibus in cœlum perducitur.

Eodem moritur die, puellamque vicinam peſtis invadit: linguæ uſum amittens, atque confeſtim recuperans: Perſpicio, inquir, " *Evangeliſtam de Pontianis* in regnum cœleſte ſolenniter introeuntem, & inter Angelorum choros cum pompa invectum. "

Anno ſequenti *Franciſca* orans in comprecationis cella miro afficitur gaudio, dum parvulum conſpicit *Evangeliſtam* fulgidum ut ſolem, quem comitatur alter puſio pari ſplendore & pulchritudine ornatus. Expoſuit Evangeliſta matri ſuæ quantum felicitatis gradum adipiſcatur, cum in ſecundo Angelorum choro ſedem obtineat, monetque chariſſimam ſororem Agnetem, quinquennem de obitu proximo, quo illi patefiet aditus inter hierarchias cœleſtes. Aliquantò poſt ad ægrotantis Agnetis lecti caput vidit *Franciſca* columbam nive candidiorem, & per cubiculum volatu evectam: denique Agnes è vivis exceſſit, divinas concinens laudes.

CAPUT III.

Manſuetudo & benignitas Franciſcæ in familiæ gubernatione, charitas in pauperes, patientia & longanimitas in afflictionibus.

FAMULOS diligebat ut fratres, famulas ut ſorores, quinimo erga omnes ſe gerebar, perinde ac inferior erga ſuperiores, vilioribus quibuſcunque incumbens muniis præ humilitatis Chriſtianæ intimo ſenſu. Si tamen vel leviter adverteret honorem Dei minui, magiſtram ſe oſtendebat. Unumquemque compellebat ad morum emendationem, quà ſalutaribus & fervidis exhortationibus, quà illuſtri ſeveritatis exemplo.

Timens interdum ne minimam moleſtiæ occaſionem aliis præbuiſſet, illicò ab iis humiliter petebat veniam, & omnem eorum abſtergebat mœrorem. Factis potius præerat domeſticis & imperabat, quam dictis; loquebatur tamen ita fortiter, ut rebelles prorſus domaret, & certo adigeret ad obeunda munia.

Charitas præſertim elucebat in curandis & fovendis ægrotis, ſuppeditans illis quæcunque luculenter, tùm ad animæ ſolarium, tùm ad corporis levamen. *Vannoſa* fidelis & individua ſocia gravi morbo laborans cibarium expetit, quod Romæ non reperitur: *Franciſcà* nihilominus ad Deum recurrente, cadens derepente è cubiculi rabulato, ab eadem paratur, offerturque *Vannoſæ*, quæ duplici miraculo cum appetentia capit cibum oblatum, ac priſtinæ reſtituitur valetudini.

In omnes egenos amplas effundebat largitiones. Andræas ejus ſocer vino exquiſito ſe munierat, quod Franciſca pauperibus diſperſit tempore quo Romani fame conficiebantur: verbis illam graviſſimis Andræas objurgavit,

quæ patienter & ſilentiò tulit: nec tamen A
ſedatur increpantis ira; Franciſca itaque Deum rogat, ut iracundiæ motus componat: mox divinitus ſciens dolium non vacuum, ſed liquore ſimili & generoſæ notæ plenum eſſe, ſubito in cellam vinariam deſcendit, depromitque vinum, quod Andrææ atque adſtantibus admirationem concitat.

Scopis congeſtis horrei purgamentis, quæ pauperibus diſtribuit, nil prætereà tunc habens illis tribuendum, miratur loco quiſquiliarum ſuffectam fuiſſe ingentem excellentis frumenti copiam Dei omnipotentiâ. Non ſolùm oris & ſermonis urbanâ comitate, ſed liberaliter & amico animo egenos proſequebatur: quas reperiebat cruſtas mucidas in B
eorum manticis, ſtudioſe ſibi reſervabat velut ſuaviſſimam eſcam & conquiſitas dapes; retribuebat verò panis teneri & primarij abundantiam.

Noſocomia urbis Romanæ frequenter luſtrabat, ſuiſque cumulabat largitionibus amplifſimis, mirandiſque aliis charitatis boneſtabat operibus. Simplici tactu ſuo vulneribus quæ diuturnitate occaluerant, medebatur, cæteriſque morbis afferebat medicinam.

Ne tamen pateret admirabilis, quam à Deo receperat, auctoritas, medicamine unguinoſo utebatur, ex amaraco & rutâ conflato, quod naturâ vel inutile, vel noxium judicabatur. Ne autem debitâ gloriâ Deus privaretur, ad illi gratias agendas omnes quos ſanaret excitabat. C

Multoties Franciſcam noſtram cives Romani viderunt ingentibus ſarcinis oneratam, aut aſinos abigentem hæc onera portantes, quæ pauperibus verecundis erogabat. Sæpenumero ſtipem quoque oſtiatim cogebat eodem fine cum Vannoſa chariſſima ſocia.

Roma per id tempus civilibus bellis exarſit; Franciſcæ maritus, & Paulucius levir ejus exilio multati ſunt, Joanne Baptiſta illius filio interim in obſidem tradito; ſicque univerſa beatæ viduæ noſtræ familia in extremam redacta eſt calamitatem, quæ nec ejus ullo pacto fregit conſtantiam, nec quietem turbavit; imo tunc ſtrictius Deo adhærens, virtutum exercitiis tenacius incumbebat, & majori ardore. D

Fatebantur omnes Romani parem huic feminæ virum à ſæculo Romam non tuliſſe, & vix unum in urbe extare, qui cum illa fortitudinis laude conferatur, aut in contentionem poſſit venire.

CAPUT IV.

Pietas ejus, mortificatio, diverſaque prælia.

SACERDOTI ſingulis diebus Mercurij & Sabbathi ſua peccata enuncians, ſaltem Euchariſtico epulo qualibet hebdomadâ ſemel recreabatur: viſitabat etiam Eccleſias S. Petri in Vaticano, ſancti Pauli extra muros, ſanctæ Mariæ de Ara cœli, ſanctæ Mariæ trans Tyberim, ſanctæ Mariæ, quam novam vulgo nominant, Templum denique ſanctæ Ceciliæ, ubi Franciſca fallaciam Preſbyteri detexit, qui reprobans nimis frequentem Euchariſtiæ ſumptionem illi, pariterque Vannoſæ, binas boſtias propbanas obtulit.

Hanc patefecit fraudem Patri Antonio de monte Sabellio ſuo Confeſſario, qui abs interrogato & convicto Sacerdote culpæ confeſſionem ſinceram extorſit, adeo ut veniam humiliter poſtulaverit, dolum rogans tam nefarium ſilentio obvolvi. Recitabat quotidie Franciſca ſacræ Virginis officium, reliquumque tempus in pia lectione, virtutum exercitio, & cœleſtibus ponebat colloquiis.

Dum differeret aliquando de pietate cum intima Vannoſa ſub malo cotonea, delabuntur perpulchra & venuſta pira, menſe Aprili. Ideoque ab tempeſtate aliena, quæ obtulerunt ſuis maritis. Plagarum Chriſti dolores ſibi meditanti proponens, eoſdem ſentiebat, quos & ipſe Jeſus: novis & continuis carnis cruciatibus ſe conflictabat, ut in ſe verius Chriſti patientis exprimeret imaginem: ſemel quolibet die cibum & potum leviſſima utique aſſumebat; vino abſtinebat omnino, & piſce, ac cunctis palati deliciis. Vix in extremis morbis paululum adhibebat carnis ad victum. Herbæ & legumina cum modico ſale, & paucis fructibus ſolita ipſius erant fercula. Temperantiâ rigidâ edendi appetitum ita hebetarat, ut magis exquiſita & ſuavia epula illi amara viderentur.

Abſente marito tantum ſpatio duarum horarum decumbebat veſtibus induta in lecto ita anguſto, ut ſola vix ſe poſſet exporrigere. Sana aut ægra nunquam linteis utebatur, gerens ſemper horrens ſetis induſium, & cingulum è jubis equinis compoſitum. Flagro ſex inſtructo ramuſculis, & ungulis ferreis armato, in ſeipſam tam acriter animadvertebat, ut ſanguinis flumen effunderet. Probibuit Confeſſarius ne adhiberet deinceps circulum ferreum, quo ſe adeo duriter conſtringebat, ut inde oriretur putredo.

Sibi craterem conflavit de mortui calvaria, quem Vannoſa amica è conſpectu ejus abdu-

xit, ne amplius illo uteretur. Quotidie millies ſuum pectus duriter pugno tundebat; ſi aliqua pars corporis anſam præberet peccati, confeſtim amara ſequebatur caſtigatio: verbi gratiâ, linguam multabat morſu cruento.

Dæmones tam dirè eam percutiebant, ut penè in terra jaceret exanimis. Franciſca nihilominus non deſpondet animum, imo potius Inferno bellum indicit, prædaſque violenter abreptas è ſervitute illius eripit. Per vicum Judæorum tranſiens perſpicit in caupona ſaltantes Dæmones cum geſtu vultuque turpibus & probroſis. Sciens ibi duas habitare meretrices, compellit hoſpitem conductitium ad eas expellendas. Eodemque momento maligni ſpiritus abeunt, qui in ultionem illi ſe interdum exhibent ſub ſpecie virorum & mulierum omnia pudoris ac naturæ ornamenta effusâ libidine perfringentium; ſed victrix ſemper remanet divini nominis invocatione.

Quieſcenti aliquando ſecus Eccleſiam ſanctorum Petri & Marcellini, ſimul cum dilecta Vannoſa, apparet illi Dæmon ſub figura venerandi ſenis, qui illam ad turpitudinem conatur allicere; ſigno crucis & nominis Jeſu pronunciatione infernum profligat. Corpus mortuum Dæmon occupat nocte ſequenti, quod raptat per cubiculum Franciſcæ, cui etiam cadaver adjungit, horridus fœtor quem contrahit, deſignatumque mente ſimulachrum adeo tetrum, illi ſtomachi reſpuentis nauſeam intulerunt, quo laboravit uſque ad mortem, virorum occurſum uſquequaque fugiens velut impatibilem.

Dæmon volens impedire ne amplius Eccleſias frequentaret unà cum Vannoſa Chariſſima, hanc præcipitem miſit à ſummitate ſcalarum, & fermè obtrivit totum ejus corpus. Franciſca tamen ſuis precibus perfectam ejus ſanitatem obtinuit, ambæque ſimul in recto vivendi curſu ſemper ſibi ac firmiter conſtiterunt.

Utraque accedens ad Tyberim, ſitis extinguendæ causâ, in aquam à Dæmone projicitur; at utraque Franciſcæ oratione è naufragio liberata Deo ferventer agit gratias.

Nunquam de communi & infenſo humani generis hoſte glorioſius triumphavit, quam dirimendo ſuis tum interceſſionibus, tum conſiliis ſchiſma concitatum à Roberto Pſeudopontifice, qui nomen ſibi arrogavit Clementis VII. contra Urbanum VI. & Bonifacium IX. Schiſma item à Petro *de Luna* uſque ad annum 1424. prorogatum.

Incœpit tempore circiter nativitatis Franciſcæ, tamque exarſit rebellio Conciliis Conſtantienſi, & Baſileenſi nimis attentantibus contra auctoritatem ſupremi Pontificis Romani, ut Eccleſia ad extremas adducta ſit anguſtias. Franciſca interim, quà precibus aſſiduis, quà ſeverâ, more inſolito, corporis afflictatione, iram Dei conatur placare. Firmâ tandem meruit perſeverantiâ à ſancto Thoma Apoſtolo conſolationem accipere, qui aſſeruit ſerenitatem Eccleſiæ remeaturam fore. Ejus perſuaſu per ſuum Confeſſarium hortata eſt Papam Eugenium IV. ut controverſiæ definiendæ, litique tollendæ facilitatem conciliaret.

Cenſuit Eminentiſſimorum Cardinalium congregationi jungendos eſſe Doctores celeberrimos, inclytoſque Dei famulos, qui difficultatis nodum attentius explicarent. Deinde Papa multis diplomatibus Concilij Baſileenſis plura decreta convellit; atque rediit tranquillitas Eccleſiæ priſtina.

CAPUT V.

Ordinem instituit, Angeli Cuſtodis viſione exhilaratur, & miracula edit.

MARITO, novem annis ante obitum, Franciſcam ſolùm adhibente velut ſororem chariſſimam, plane libera erat & expedita ad quæcunque pietatis exercitia peragenda. Jam tunc innumeræ filiæ chariſmata meliora æmulantes illam in arcanorum ſuæ conſcientiæ moderatricem elegerunt, atque ſub ejus auſpiciis & regimine Congregationem Religioſam compoſuerunt, tria vota ſolennia nuncupantes verbis conceptis.

Franciſca commorans & vivens cum ſponſo cœtum virginum impenſe & amanter gubernat, ſub Regula ſancti Benedicti, eas ſubmittens Patribus montis Oliveti, qui degunt in platea *de campo Vaccino*, & in Conventu, cujus communis titulus eſt, *Sancta Maria nova*. Non ſolum dat operam promovendis filiabus in virtutis apicem, ſed inſuper conſtrui curat magnificum Monaſterium, atque reditibus locupletari intra urbis Romanæ muros. Deo illi manifeſtante quæcunque ſpectant tum ad animarum perfectionem, tum ad rei familiaris incrementum, fauſtus erat ſemper omnium exitus.

Pridie Nativitatis Dominicæ ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus, Benedictus & Magdalena illi apparuerunt ſingularia præſcribentes ſtatuta in Conventu obſervanda. Sanctus Petrus hujuſce divinæ concionis caput Franciſcæ benedictionem impertiens atque velum, eam obtulit Angelorum Reginæ, in cujus tutelam peroptabat recipi.

Franciſca extaſi ceſſante, ſcriptis mandavit conſtitutiones, quas divinitus ducta fuerat, illaſque ſuæ conſcientiæ moderatori patefecit, cujus inductu ad Sedem Apoſtolicam recurrens omnium confirmationem obtinuit

ab Eugenio IV. Angeli ſui cuſtodis continuò potiebatur aſpectu, qui non ſolum eam protegebat contra inferni impetus, ſed etiam omnibus ejus negotiis gerendis præerat, ut præcipuus adminiſtrator. Volenti Confeſſario hujuſce Angeli ſtaturam comprehendere, manifeſtabat geſtu ſuo Franciſca illum perſonam agere pueri octo circiter annorum, eâ venuſtate, ut nihil ad viſum ſpecioſius fingi queat.

Quam primùm Dæmones illam enitantur vexare, Deo ſic permittente ad ejus probationem, Angelus comam ſplendentem miroſque movens capillorum cincinnos ſuavem odorem afflat, quo Dei famula recreatur, virturem induens exalto: ſi aliquando Franciſca levem defectum committat, humano conſortio, benevolus recedit & evaneſcit cuſtos cœleſtis. Redibat tamen eamdenuo corroborans, mox ut emendare vitam propoſuerat. Notabat quoque mœrorem in vultu Angelico, dum alius aliquis adſtantium in culpam incideret.

Quæcunque arcana cordis proximorum Franciſcæ patebant: non ſalutavit genibus innixa, ut moris erat, ſuum Confeſſarium, eo quod irâ ſuerit commotus: introſpiciebat enim in ejus mente labem nigram, quam abhorrens confeſtim ſecedit in cellam comprecationis, pro illo Deum rogatura. Videbat prætereà à latere hujuſce Sacerdotis Dæmonem tentarorem: finitâ prece, qui peccaverat pœnituit, veniamque poſtulavit, & quæ fuerat precata, humiliter paternam perebat benedictionem, ut anteà: Franciſcæ declaranti harum omnium viciſſitudinum cauſam, confeſſus eſt ſincere quæ ſibi contigerant.

Joannes Mathiolus, cui penitiores animi receſſus detegebat Franciſca, quique ejus vitam ſcriptis mandavit, Bononiam proficiſcitur, atque ibi graviter ægrotavit: illa reduci Mathiolo genus morbi, univerſoſque itineris eventus, quos cœlitus agnoverat, plane declaravit.

Miſſam audiens, Sacerdotem lepris videt omnino infectum, quia noxâ mortiferâ ſe contaminabat, ut concubinarius ſecretus: poſt conſecrationem panis & vini, corpus & ſanguis Chriſti coruſcantibus radiis celebrantem circumfundebant, ejuſque tegebant deformitatem: mox ut divina ſacramenta ſuſcepit, turpitudo priſtina iterum perſpicitur. Franciſca dein ſuo Confeſſario patefacit omnia, qui pravum Preſbyterum piis monitis ad ſtabilem pœnitentiam reduxit.

Novit divinitus Franciſca nefarium cujuſdam propoſitum, qui ſuum inimicum interficere decreverat: avocans furioſum homicidam ſanctis exhortationibus ab executione tanti flagitij, duo miranda edit opera, converſionem ſcilicet hominis in itam præcipitis & vitæ innocentis conſervationem.

Puerulus è vivis exceſſiſſet, luſtralibus aquis non initiatus, niſi morte appropinquante oraſſet Franciſca, cujus interceſſione ſatis vixit ut ritus omnes Baptiſmi perficerentur. Hominem comitiali morbo laborantem priſtinæ valetudini reſtituit, impoſitis ſupra ejus caput manibus. Ilium procidentia, ramex, ſtupores apoplectici, nervorum ſolutio, ſeu paralyſis, ventris cuncta profluvia, manuum Franciſcæ noſtræ contactu prorſus & citò curabantur.

CAPUT VI.

Defuncto ſponſo, Religioſam profeſſionem amplectitur; gubernando præponitur Monaſterio; atque ſanctiſſime moritur.

LUDOVICUS *de Pontianis* illius maritus ad obitum ſe accingens, quatuor annorum ſpatio, beatæ uxoris admonitionibus, fato tandem fungitur anno 1436. Exhibitis defuncto quibuſcunque Chriſtianis officiis, tum ad quietem æternam animæ comparandam, tum ad ſplendorem familiæ poſteræ conſervandum; rebuſque domeſticis ordinatis, Franciſca collo inſerto in laqueum, velut capitis rea, domo exit, pervadenſque in hocce inſtructu urbem Romanam, ſui Conventus Moniales flexis genibus rogat ſuppliciter, non ut Sororem excipi, ſed ut ancillam humillimam.

Dictis adjungit facta, viliora libenter exercens munia. Vix indutam habitu Religioſo, & votis ſolennibus obſtrictam, omnes unanimiter eam eligunt in Cœnobij Magiſtram, quamvis reluctantem & confectam lacrymis. Ab electione alterum Angelum cuſtòdem conſecura eſt, qui locum tenens in quarto Choro Angelorum, priorem antecedebat, & multo magis emicante frontis ſplendore oculos pelliciebat & corda ſpectantium.

Ad inſtaurandam diſciplinam Monaſticam præſertim incumbebat, nec tamen ullo modo prætermittebat rei familiaris curam. Cum prima ædificia paululum eſſent arcta, filias tranſtulit ad radices Capitolij, in plateam magis amplam & ſalubrem, quam nunc vulgo nominant *Speculorum Turrem*. Solertia in ſervandis Regulis, præcipuè humilitatis legibus ſummam pariebat admirationem.

Magnâ auctoritate valebat in ſua adminiſtratione, magnitudine & multitudine miraculorum, quæ Deus in ejus favorem operabatur. Ad prandium pane deficiente Sotor Agnes cellæ penuariæ curatrix beatam monet matrem de hoc defectu, quæ reſpondet, Deum fore proviſurum. Providit ergo, dum Sororibus menſæ aſſidere incipientibus Franciſca præcepit afferri pridiana fruſta, modi-

Digitized by Google

cas ſcilicet cruſtas ultimæ cœnæ: immensâ nihilominus multiplicatione precibus Dei famulæ impetratâ, fames Sororum abunde expletur, & vaſtum caniſtrum omnino plenum remanet.

Extra urbis muros, ſæviente frigore, menſe Januario, ligna colligens cum filiabus ad uſum pauperum, carum defatigatione & debilitate ad miſericordiam commovetur. Deum igitur ferventer orat, ut illas foveat & ſublevet. Tunc in eodem loco intuentur vitem viridantibus foliis onuſtam, & tot racemos ferentem, quot ſint Religioſæ, quarum cuilibet imperavit ſuum excerpere ad proprium commodum & ſolatium.

Rediens à ſancti Pauli Fccleſia Sorores vult pauliſper quieſcere in via, dum ipſa in rivuli ripa ſedens ſola ad precandum, ſopitis ſenſibus in divina tota abripitur, hæcque verba continuò pronunciat: *Gratia Dei perpetuò fluit, more aquarum.* A poteſtate mentis vehementi abſceſſione invehitur medias in aquas, nec tamen ullo modo veſtes illius madefiunt.

Idem accidit miraculum dum ſacratæ Virginis Officium recitans in horto cum multis Sororibus, pluvia, quæ cæteras aſperſit, nec ipſam, nec ipſius tetigit librum.

Ad Joannis Baptiſtæ filij natu majoris lectum excubans, juſſu Confeſſarij, ut ad mortem rite obeundam illum exhortaretur, graviſſimâ corripitur febri, quæ Franciſcam penitus amovens à conſortio Sororum, acriter illam vexat; ardenrer nihilominus Deum laudat. adhibitâ præparatione ad obitum; & ſuſceptis omnibus Sacramentis

Divino oraculo certa quod dies morbi ſeptimus foret ultimus vitæ ſuæ, reſpondit cuidam aſſerenti illam ex morbo emerſuram, *Laus Deo, proximo die Iovis, ut quam tardiſſimè, ex hac miſeriarum valle evadam.* Veritatem Prophetiæ probavit eventus. Die Mercurij ad veſperam ſancta *Franciſca* interiit abſque ullo doloris ſigno 9. Martij 1440. annum agens qninquageſimum ſextum, quadriennin poſt Religioſam profeſſionem.

Ob ingentem populi concurſum, à loco non ſatis amplo, ubi deceſſit, transfertur in

A Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quam Antiquam denominant. Suaviſſimus odor, quem exhalat, publicam auget venerationem: binis exponitur diebus, & ternis noctibus ante ſepulcrum, plurimiſque illuſtratur miraculis.

Andræota Petri à ſancta Cruce uxor, nephritide valde moleſtâ laborans, opem implorat beatæ *Franciſcæ*, ſtatimque convaleſcens è lecto ſurgit, & ad ſepulchrum ſuæ liberatricis currit, ut grates illi agat. Julianus quidam, cujus pes à tribus menſibus pernicioſo & deſperatæ ſanationis ulcere afficitur,
B fruſtum tunicæ abſcindit, quâ tegitur *Franciſca*, antequam ſepeliatur, illudque admovens parti ulceratæ, confeſtim integram recuperat ſanitatem.

Mercenarius operarius, in Monaſterio ingenti obrutus trabe, ſolâ invocatione *Franciſcæ* ab omni eximitur dolore, vulneribuſque obductis & coaleſcentibus, viriliter opus inchoatum perficit. Alius plagam in capite lethalem recipiens, *Franciſcam* ſuppliciter invocat, & citò priſtinæ valetudini reſtituitur. Plurimi peſte infecti eodem divino remedio facti ſunt ſani.

C Paulus Quintus Pontifex maximus plane cognoſcens eximiam ſanctitatem *Franciſcæ*, atque certus de veritare, multitudine, & magnitudine miraculorum, illam in Cœlitum numero collocavit anno 1608. die 28. Maij.

Martyrologium Romanum & Franciſcanum, ſanctus Antoninus, Baronius, Turſelinus, Spondanus, Gualterius in Chronologia, *Franciſcam* honorificè recenſent inter omnes qui meritis & virtutibus Eccleſiam decora-
D runt.

Ab Urbano VIII. feſtum ejus Calendario Breviarij Romani fuit inſertum anno 1632. & Fratrum Minorum Indici anno 1633 ut duplex, quoniam vere fuit ſectatrix Tertij Ordinis Patris Seraphici.

Imbecilles animi ſuperſticioſa facile concipiunt: quamvis ſanctæ Franciſcæ merita morem ſolitum & vires naturæ plurimùm excedant, illis fidem adhibere, fortitudo eſt non imbecillitas, quia digitus Dei hic eſt.

VITA
BEATI AMEDÆI VIJ.
SABAUDIÆ DUCIS.

CAPUT PRIMUM.

Ejus prudentia, & proſperitas.

LUcis uſurâ incipit frui Camberij anno 1384. deinde educatus in aula Amedæi VI. Sabaudiæ Ducis patris ſui, Chriſtianis documentis, & virtutum legibus ſtudioſè imbuitur. Nunquam adoleſcens ullus magis egregiæ præclaræque indolis, nunquam magis commodis ingenuiſque moribus viſus eſt.

Ab incunabulis mundi vanitates & inſanias abhorruit, nec in aliud ſolertius incumbebat, quam in vitæ aſperitatem, & pietatis regulas. Corpus ſuum & animam ſuam in puritate illibata conſervavit: erga parentes & educatores mira erat ejus docilitas & ſummiſſio.

B Imperator Sigiſmundus probe callens ejus merita, Comitatum Genevenſem, de quo habebatur controverſia à Sabaudienſis proſapiæ adverſariis, illi addixit; tuncque in ejus gratiam, erectus fuit in Ducatum.

Principi Mariæ, Joannis intrepidi ſorori, atque amitæ Philippi boni Burgundiæ penultimi Ducis, nupſit. Ex ea uxore plurimos liberos ſuſcepit, quibus erudiendis valde contulit, curis, exhortationibus & exemplo.

Palatium ejus virtutum omnium erat Academia, quas miniſtri ejus & ſubditi maximè colebant, tam eximium præ oculis habentes ſpecimen. Regnabat Juſtitia in univerſo Ducatu, quæ non ſolum exercebatur per juridicundo ab Amedæo noſtro præpoſitos, ſed C per ipſum Amedæum, qui benevolas querelis aures præbebat, & morum corruptelæ medebatur.

Ab Hiſtoricis vocatur pupillorum tutor, pauperum patronus, afflictorum protector, nullam habens perſonæ rationem, ſed cauſæ æquum ac juſtum judicabat. Cum hactenus in Sabaudia ſolum vigeret jus ſcriptum, leges ſancivit, quæ artificium fraudulentum implicandæ, producendæque litis tollentes, populis plurima bona & maximam tranquillitatem attulerunt.

Adeo fauſta & auſpicata fuit ejus guberA natio, ut Allobroges pace integrâ fruerentur, dum vicini bello flagrarent. Ob diſſidia Aurelianenſium & Burgundorum Galli conturbati lamentabantur; Veneti & Florentini in Ducem Mediolanenſem populabundi irruebant.

Solus Amedæus à bellis vacat, & placidiſſima in pace verſatur citra & ultra montes, ditionis extendens limites. Eâ ſe gerebat prudentiâ, ut cum nemine unquam armis certaverit; ſi quis illum aggrederetur, vim vi repellebat, & à ſuis generoſe propulſabat injuriam.

Cæteri Principes Amedeum ſuarum contentionum judicem & arbitrum conſtituebant, ejuſque conſilia velut oracula ſequebantur. Quamvis ætate junior, Eccleſiæ pacificationi & quieti ſuâ peritiâ & dexteritate multum contulit in Concilio Conſtantienſi.

CAPUT II.

Solitudinem petit, habitumque recipit Tertii Ordinis.

INCIPIENTE Concilio Baſileenſi anno 1431. auctoritatem Sedis Apoſtolicæ minuere, ſibique ex ſummi Pontificis juriſdictione vindicare quidpiam, doluit valde Amedeus pacificus, religioſuſque Princeps. Legavit Epiſcopum Bellicenſem, qui celeberrimis pluribus viris ſtipatus cuncta componeret diſſidia; eodem fine, ejuſque nomine Magnates quidam ſpectatiſſimi Papam Eugenium IV. adierunt.

Primâ legatione proſperos exitus non conſecutâ, alteram inſtituit, initque ſocietatem cum Imperatore Sigiſmundo, & Carolo VII. Galliarum Rege, ut res tanti momenti ad concordiam adduceretur. Verùm Legati Romam non potuerunt pervenire, propter exercitus Venetorum & Mediolanenſium, qui

belligerantes

belligerantes illorum ſe itineri oppoſuerunt. A

Amedeus tamen animum non deſpondet, nec ab incœpto deſiſtit: imo in priſtina mente permanens, unà cum cæteris Principibus Chriſtianis, ita prudenter ſe medium & amicum utriſque partibus præbet, ut id, in quo rei ſumma conſtat, illæſum conſervans, inter ſe diſſidentes pacificet & tranquillet, ad gloriam Dei, & Eccleſiæ ſplendorem.

Amore ſolitudinis captus à pueritia, hoc in pacis Eccleſiaſticæ intervallo fit ſolitarius; ad exemplum ſuæ matris beatæ Margaritæ de Sabaudia: marito hæc orbata, Theodoro nempe de Monteferrato, blandimenta & prenſationes Ducis Mediolanenſis, qui ejus nuptias ambiebat, aſpernatur generosè, ut votis ſolennibus ſe adſtringat in Congregatione ſancti Dominici, ubi morum ſanctitate, & miraculorum gloriâ claruit. Arbitratur Amedeus probro ſibi vertendum maternis veſtigiis non inhærere. B

Cum autem ad Clauſtrum Religioſum ſe vocari divinitus non ſentiret, in caſtro aggere foſſâ & turribus firmato, quod ipſe ædificari juſſerat, ſtatuit degere ab oculis & hominum convictu ſemotus, in medio nemore confertiſſimis arboribus conſito, ſecus lacum Genevenſem. Multitudo cervorum, cervarum, caprearum, damarum, quæ intra ingens altilium ferarum ſeptum incluſerat, Amedeo innocentis & amœnæ venationis occaſionem exhibet, unde ſeceſſus fit jucundior, magiſque in oblectamenta cœleſtia Princeps evehitur. C

Amplum & locuples Monaſterium, quod ibi conſtruxerat, frequentans, proborum conſuetudine plurimum utebatur; aſſiduus viſebatur in choro, ubi cum Religioſis divinas decantabat laudes: atque in aliis exercitiis, quibus applicatus in perfectum tandem evaſit virum.

Mors Duciſſæ uxoris ſuæ faciliorem illi patefecit aditum ad ſanctitatem: eximias dotes Ludovici filij ſui natu majoris noverat, omnia tamen circumſpiciebat, cavebat omnia ſagaciter, ut conſiliis ſuis adminiſtratio juvenis Principis felices haberet exitus. D

Sex adſcivit ſibi ſocios illuſtres & inclytos in tota Sabaudia, illoſque ſecum duxit in deſertum. Magno rerum uſu, & exercitatione præditi erant, & gnavi, atque periti, quà civilis, quà bellicæ doctrinæ: ideoque plurimum idonei rebus divinis, poſt exhortationes Amedei de mundi contemptu, & de præparatione ad mortem.

In primo congreſſu hæc propoſitio tenet illos attonitos & vacillantes; corroborati nihilominus validis rationibus, & ferventi ejus exemplo, eamdem ineunt ſententiam, promittentes, ſe nunquam ab ejus conſortio diſceſſuros. Amedeus præ intimo lætitiæ ſenſu, lacrymas effundit, & cum eis deliberat & conſultat de nova vivendi ratione capeſſenda. Convocat interim tres diverſos ordines ſuæ ditionis in urbem Thononenſem, deinde in caſtellum non longe diſtans, Ripaillum nomine, ubi præſens adeſt unà cum ſex amicis fidelibus & conſiliorum arbitris.

Convocatis rationes ſui receſſus manifeſtat, atque pollicetur, ſe quamvis ſolitarium, ſemper ſupremi Ducatus Sabaudienſis Dominatorem & Rectorem permanſurum, ſalvâ ſuæ ſolitudinis tranquillitate; Ludovicus, " inquit, filius meus natu grandior nominabi- " tur Princeps Pedemontii, & præſidebit ple- " rumque ſanctiori Sabaudiæ Conſilio; Phi- " lippus fratrum poſtremus gaudebit titulo " Comitis Genevenſis. Syngraphus patentis " formulæ de hac Conſtitutione legitur: poſteà in altero conſeſſu documentis excellentibus ſuum erudit ſucceſſorem, tum ad Dei cultum promovendum, tum ad Eccleſiæ defenſionem, & populi levamentum.

Amedeus hac tam piâ & generoſa declaratione peractâ, in ſecretum conclave ſe recipit cum ſex lectiſſimis hominibus. Ibi terreni Principatus deponit ornamenta, Eremiticam induens veſtem, qua pariter ſocij ſe operiunt: barbam deinde nutriens & capillos, baculoque innixus, more Anachoretarum, adſtantibus ejus conſociatis in eodem inſtructu, videtur in medio Senatu Sabaudienſi.

Senatores inceſſit admiratio, quam profundo manifeſtant ſilentio, atque fletibus teſtantur, quam magnum ſui deſiderium apud eos recedens Princeps relinquat. Ambo filij inter cæteros acerrimo anguntur dolore: illos peramanter complectitur, firmiter aſſerens ſe nunquam eos derelicturum.

Sex viri cum Amedeo ſocietate conjuncti, in peculiare privatumque domicilium, quilibet ſuam turrim in caſtro obtinuerunt, ubi ſtrictè obſervabant leges ab ipſo præſcriptas. Beatus Dux prælucebat exemplo: diu noctuque omnibus officiis intererat cum Religioſis Conventus ſuo Palatio vicini: tres Miſſas quotidie audiebat: nullum effluere ſinebat momentum abſque fructu, utilique aut cum virtute conjuncta ſegete.

Colloquebatur ſæpenumero cum ſex comitibus venerandis de Chriſtianæ ſanctitatis legibus; imo potius præceptis Evangelicis illos imbuebat, ut peritus Magiſter Novitiorum. Temperantia, auſteritates, omniſque ejus vivendi ratio tam perfecta, magnam illi conciliabant nominis exiſtimationem, itaut de meritis Ducis Sabaudiæ orbis univerſus cum veneratione differeret.

Cardinalis à ſancta Cruce in Gallias denuò iter faciens, hujuſce re . tumultus & diſſidia pacaturus, per lacum Genevenſem appellitur ad muros caſtri Ducis Amedei, qui Præſuli

Eminentiſſimo venerabundus obviat. Cardinalis inſignes hoſpitis ſui perfectiones admiratur, quem Auctores aliqui *Torquatum* vocant *Equitem ſancti Mauritii*. Nulla mihi iſtius denominarionis in mentem venit ratio, niſi quod cum Eccleſia Conventus, penes palatium ejus, & ab ipſo conſtructi, hoc titulo donaretur, Amedeus ipſe, illiuſque aſſeclæ ſic nominarentur.

Equidem, atque ut dicam, quod res eſt, Ordo ſancti Mauritij fuit inſtitutus ab Emanuele Philiberto Sabandienſi Duce, Gregorio XIII. Sedem Apoſtolicam tenente, qui illum confirmavit amplius centum annis poſt mortem B. Amedei. Altero cognomine diſtinguebatur, *Equitis* videlicet *Ieſu Chriſti*, cujus imitator fieret per divitiarum, voluptatum, & honorum terræ abdicationem.

Verùm, ut perfectius Chriſto adhæreat, Patris Seraphici fit ſedulus aſſectaror, ejus tertiam amplectens Regulam. Sic opinantur Marianus Florentinus, Wadinghus anno 1440 § 6 P Arturus in Martyrologio Franciſcano.

Totus Amedei noſtri vitæ decurſus torrenti ſimilis videtur, qui aggeres oppoſitos disjicit, moles diruit, repagula convellit, eoque violentior fertur rapidiorque vólvitur, quo validius reprimere tentaveris decurrentem, irritis conatibus omnium qui volunt Amedeum avocare & educere de ſolitudine, obices alios diſturbar & frangit, quibus præcipua Eccleſiæ Capita obſiſtunt vitæ obſcuritati, quam elegit, ut illum in ſupremum totius orbis terræ faſtigium provehant.

CAPUT III.

Abdicato ſummo Pontificatu, diem claudit ultimum.

QUAMVIS vera virtus ſe ab hominibus videri aut celebrari non velit, tamen ne, ſi maxime cupiat, latere eos poſſit, ab ipſo ſuo ſplendore & pulchritudine prodita. Itaque, vel nolens in oculos hominum incurrit, eoſque ita commovet, ut qui nullam ipſi partem virtutis habent, tamen non poſſint illam non admirari.

Quo plus ſe abſcondit noſter Amedeus, eò plus elucet: nebulis contradictionis non affunditur. nec obſcuratur latibulis deſerti ejus lumen. Virtus ejus incipiens utique claruit: at eadem, ubi aliquantulum adolevit, radios emittit lucis ſuæ, quòque magis adoluit, eò magis emicat.

In ſolitudine perſiſtens ab anno 1434. uſque ad 1439. ineffabili tranquillitate potiebatur, & ſuavitarem cœleſtis beatitudinis delibabat.

A Dæmones interim funeſta concitant diſſidia inter ſummum Pontificem Eugenium IV. & Concilium Baſileenſe, cujus Patres conati ſunt Papam ſuo Pontificatu depellere, & in ejus locum ſubrogare ſucceſſorem.

Licet Eugenius ex juris legumque ſententia fuerit electus, Amedeus tamen, cujus virtutes famâ atque omnium ſermone prædicabantur, invitus cuncta ſuffragia tulit, ut Caput fidelium exiſteret. Cardinalis Atrebatenſis, Legatus à latere, Concilij Præſes, pluribus ſtipatus Præſulibus, nuncium hoc ei narravit. Æneas Silvius Librarius concionis qui poſteà fuit evectus in ſupremum Pontificatum, ſub titulo Pij II. aſſerit Amedeum fortiter reſ- B puliſſe iſtiuſmodi electionem, quæ illum jucundâ adeo tranquillitate privaret, & in negotia tam perplexa & intricata projicerer.

Legatus, ſonantibus licet abundans verbis, uberibuſque ſententiis, non commovet nec in partem obſequij convertit animum beati Ducis, qui tandem cedit minis, & Dei flagellis impendentibus, ab eodem Legatis præſignificaris, niſi hancce occaſionem Eccleſiæ ſuccurrendi capeſſat Reſiſtit vanitati, labores ambir & amplexatur; quo magis elevatur ab aliis, eo magis ſeipſum deprimir præ intimo humilitatis ſenſu.

Divinam ſuppliciter poſcit opem. Eſt utique optabile certaminum & periculorum expertem Amedeum, in amore Dei viram degere; deinde ſi eveniat (quemadmodum tunc eve- C nire neceſſe eſt) ut pugnandum illi ſit, id ſummopere orat Deum, ut antequam illi occidat is lætitiæ & tranquillitatis dies, quo fruitur, ut primum ſpirare gravior aliqua ventorum vis, & malorum tanquam umbræ augeri cœperint, id eſt ut ſtatim, in ipſo pugnæ initio & certaminis conflictu, antequam titubatum quidquam ſit, præſto illi & ſalutaris adſit.

Eſt enim ab eadem illa humili cognitione ſui, ab eodemque illo in peccatum decidendi timore, quo boni ſollicitantur, profecta vox, qua blandè à Deo, & pro jure mutuæ charitatis amicè poſtulant, ut inclinato jam ad occa- D ſum die, & irruentibns periculorum tentationumque tenebris ſibi auxilietur, nullâ morâ interpoſitâ, *ſimilis eſto capreæ, hinnuloque cervorum*. Cantic. 2.

Quod ſine metaphora propriè & literatè David dicebat dicit quoque tunc Amedeus: *Domine ad adjuvandum me feſtina*; & rurſus: *Domine accelera, ut eruas me*. Cum lacrymis tantum onus ſubit, ſacris Ordinibus, ipſoque Epiſcopatus charactere inauguratur. Deinde ſummi Pontificatus cæremoniis obſervatis, Felix Quintus nominatur. Diutius hoc in rerum concurſu procumbens in terram coram altari ſancti Mauritij orationi vacat.

Expectatur intereà Baſileæ vehementer &

mirificè à Patribus Concilij: elabi tamen ſi- A nit præſentis anni finem, & partem ſequentis in ſua ſolitudine. Primo ſuo diplomate Pontificio Superiorem inſtituit priſcorum ſex ſociorum: Baſileam tandem venit, poſt avidos & impenſos Cardinalium conatus, ubi Tiarâ donatur.

Carolus VII. Rex Galliæ, Alphonſus Aragoniæ Rex, Philippus à Maria Dux Mediolanenſis, Fridericus III. Imperator, Albertus Auſtriæ Dux, Stephanus Bavariæ Dux, Elizabetha Alberti Imperatoris uxor vidua cum ſuis Hungariæ & Bohemiæ regnis; Sabaudia, B Helvetij in ejus auctoritatem conceſſerunt. Creavit Cardinales, multiſque Diœceſibus præfecit Epiſcopos diverſis in Provinciis. Eluxit evidenter mira ejus probitas, dum liberorum aut Principum ſui ſanguinis neminem in dignitates Eccleſiaſticas provexit.

Sedem Apoſtolicam tenuit uſque ad annum 1449. Tunc Nicolaus V. Eugenio IV. ſuccedens, Amedeus noſter animo lubentiſſimo ſupremum Pontificatum abdicavit, ut pacem conciliaret inter diſſidentes. Miratus Papa ultroneam tanti muneris abdicationem, ſacro cœtui Eminentiſſimorum Præſulum illum aggregavit, ſub titulo ſanctæ Sabinæ, atque C Legatum extra ordinem, ſive *à latere*, in Sabaudia, Delphinatu, & perpetuum ſancti Petri ſucceſſoris Vicarium inſtituit, illum exornans & illuſtrans pluribus aliis honorum præmiis.

Amedeo prætereà permiſit omnia gerere ſummi Pontificatus inſignia, proxime volens illum ſequi & ſedere poſt Sanctitatem Pontificiam: promiſit inſuper ſe ſurrecturum quoties ad ſalutandum Pontificem accederet, eique ſuum tantùm os exhibiturum, ut illud deoſculetur. Conſtat Amedeum auctoritate & exiſtimatione plurimùm valuiſſe: eo quod moneta videatur juſſu ejus cuſa, aliàs cum Tiara, ſine Clavibus, aliàs cum Clavibus, abſque Tiara. Quantam ſubmiſſionem ſummo præbebat Pontifici, tantâ veneratione illum proſequebatur Pontifex; ſicque eam tenebant ambo vitæ rationem, quam omnes approbabant fideles, laudibuſque excipiebant. Nicolaus in gratiam Amedei tria conceſſit diplomata ipſo abdicationis die.

Primo confirmavit cuncta privilegia illi impertita à Concilio Baſileenſi; altero in poſſeſſionem bonorum aut dignitatum eos reduxit, qui à partibus Eugenij IV. Papæ legitimi minime ſtantes, ſpoliati fuerant. Tertium denique diploma in nihilum redegit quæcunque acta vel decreta contra B. Amedeum, illiuſque aſſectatores. Unde certò colligunt Scriptores fide digni, ſubeuntem illum poſt longam & fortem obſiſtentiam onus Pontificium, ſtatimque ad arbitrium ac nutum Nicolai V. ſe convertentem, ſemper conſervaſſe hac in rerum viciſſitudine innocentiam & humilitatem, necnon potuiſſe quidem falli, nulli verò unquam illuſiſſe, aut leviſſimæ fuiſſe offenſioni.

Reverſus in charissimum ſuum deſertum, ibi novo fervore pietatis exercitiis navat operam, ac tandem ſanctiſſime moritur anno 1450. tempore ſolennis & univerſi Jubilæi. Ad confutandos calumniatores, Deus plurimis illum miraculis illuſtravit poſt obitum. Corpus ejus terræ fuit mandatum in Eccleſia S. Mauritij, in ſolitudine Ripaillenſi, ubi Princeps defuncti filius præclarum & magnificum juſſit extrui ſepulchrum.

Concilium Baſileenſe ſeſſione 39. & 40. Petrus Mexius in Cæſarum Hiſtoria, ſub Alberto II. Maſſonus de Amedeo loquens, illum miris extollunt præconiis. De illo Martyrologium Franciſcanum 13. Januarij mentionem facit.

BB. ANNA DE AREVALO, LVCIDA, Et Clara Fulginienſes, Sanctia Martinezia de Montalvo Vidua.

GONZAGA & Barezzus honorifice D collocarunt B. *Annam de Arevalo* inter Virgines & Religioſas Tertiarias Monaſterij ſanctæ Elizabethæ ejuſdem urbis, cujus donantur nomine, quamvis multi Auctores aſſerant illam floruiſſe præſertim anno circiter 1500. in Hiſpania. Centum annorum ſpatio vixit in ſuo Conventu valde ſpectata & illuſtris inter cæteras Sorores, propter humilitatem, patientiam, charitatem, ſublimiſque orationis donum.

B. Lucida pariter virgo oriunda eſt ex urbe Romana. Monaſterio ſanctæ Agnetis Fulginienſis, ubi degebat, miram affudit ſanctitatem & induxit virtutibus ſuis & rigidâ diſciplinæ Religioſæ obſervatione. Virginis & Religioſæ Tertiariæ tituli eo majorem illi conciliant exiſtimationem, quo magis profecit, & ſtudioſius documentis & exemplo B. Margaritæ *Dominici* Antiſtitæ.

Lucida potiſſimum oblectabatur meditatione dolorum Chriſti, qui manuum ſuarum

cruciatus participes faciebat manus ſuæ ſponſæ *Lucidæ*. Jacobillus illam celebriter commemorat inter illuſtres Fulginienſes. Wadinghus recenſet anno 1440. Nomen ejus notatur in Martyrologio Franciſcano die duodecimo Julij.

Annales Minorum nil aliud enarrant de B. *Clara* Fulginienſi, niſi quod cùm præſtantiſſima fuerit inter Religioſas Tertiarias meruerit honeſtari, & delectari multoties apparitione Patris Seraphici. Licet floruerit anno circiter 1500. Wadinghus tamen illam proponit ann. 1440. Martyrologium autem Franciſcanum die 8. Decembris.

B. *Sanctia Martinezia de Montalvo* vidua erat inſignis: Gonzaga ejus mores, indolem, „ & ingenium paucis deſcribit verbis, Sra„tuens, inquit, Eccleſiam ſibi in hæredem A aſſumere, Monaſterium ſanctæ Elizabethæ “ in urbe Arevalenſi ſuis ſumptibus juſſit con- “ ſtrui, ampliſque locupletavit vectigalibus “ annuis. Ibi recepto Religioſæ Tertiariæ habitu, fit tandem virtutum omnium exemplar. Ortus uxoris nobilitas perinde ac mariti natalium claritudo Sanctiæ noſtræ ſanctitatem multum commendant, quia inde nil de ſe cogitans, ac ſentiens arrogantius, veram Chriſti effigiem, quantum patitur humana fragilitas, exprimit, humilitatis amore & complexu, etiam ante ſponſi obitum. Per medium plateæ interdum gereb t humeris ſitulum aquæ plenum, quam hauſerat è fonte publico ad uſum Conventus Mors ejus annotatur in Martyrologio Minorum die 27. Junij; atque videtur ejus ſepulchrum in Monaſterio ubi ſanctiſſimam exegit vitam.

TRES BB. MONIALES ANCONITANÆ.

SERMONIS brevitas quo utuntur Hiſtorici ad deſcribendas harum trium virtutes, nullo modo obſcurat earum ſplendorem; narrant poſt vitam Angelicam in Monaſterio ſanctæ Mariæ Novæ urbis Anconitanæ traductam, veneranda illarum corpora ibi aſſervari cultu ſingulari & religioſo. Floruerunt præſertim anno 1445. Quamvis Sorores ſanctæ Claræ hancce domum nunc occupent, ab origine tamen fundata eſt & conſtructa pro Monialibus Tertiariis, in qua- B rum cenſentur numero tres noſtræ beatæ Anconitanæ. Gonzaga obſervat earum corpora per longum tempus permanſiſſe illæſa & ſine corruptione, atque juſſu Abbatiſſæ ac Religioſarum conſenſu è terra eruta fuiſſe, ut in monumento magis ſumptuoſo collocarentur. Soli expoſita ſicceſcunt, & ſola ſuperſunt oſſa, quæ in pulchertima includuntur capſa. Pater Arturus illas celebrat decimo quarto die Februarij; Wadinghus anno 1444..

B. FRANCISCVS FLORENTINVS.

SANCTITAS B. Thomæ primi Ordinis Minorum Religioſus plurimum contulit ad perfectionem beati *Franciſci Florentini*. In Thomæ vita à Wadingho ampliſſime deſcripta tom. 5. Annalium Minorum legimus *Franciſcum* hunc ſancte vixiſſe in domicilio paterno, ſub regula & habitu Tertiarij, dum Thomas eximiâ præditus virtute, ad populum Evangelicas habens conciones miras operabatur converſiones.

Plerique ſuavi odore pietatis *Franciſci* pellecti, illum adibant, ut ab eo ſalutaribus vitæ Chriſtianæ inſtitutis imbuerentur. Verbis hujus & factis tantopere commovebantur, ut brevi tempore ingens numerus diſcipulorum ad eum acceſſerit, unde Tertiariorum cœtus facile coaluit, cui præficiebatur.

Cum autem ſolita *Franciſci* noſtri habitatio commode omnes non poſſit continere, Fratres Minores illis offerunt hoſpitium pu- C blicum, quod à civibus acceperant, ut ibi Religioſi ægrotantes curentur. Humilitas, jejunia, orationis exercitium *Franciſci* Florentini perpetua erant oblectamenta. *Thomas* & *Franciſcus* fratres mutuo ſeipſos accendebant ardore, quà officioſo aditu, quà cœleſtibus colloquiis.

Thomas quadam orans nocte ſimul cum ſanctis hiſce Tertiariis, elevatur in aërem ſupra eorum capita, coruſcans & reſplendens ut Sol. De manſione autem *Franciſci* ejuſque alumnorum, nil magis compertum habemus, niſi quod à Nobili quodam Florentino locus in monte communiter nominato *Feſcoli*, ſuppeditatus illi fuerit, ubi Franciſcus ſacellum ædificavit in honorem ſancti Michaëlis, & ſatis amplum Eremitorium ad ſodales hoſpirio excipiendos.

Quamvis pro certo nec annus neque dies mortis B. *Franciſci Florentini* pateant, con-

ſtat tamen de ipſius eminenti ſanctitate. Vulgo illi titulus beati Fratris Peccatoris tribuitur, quem ipſe præ humilitatis intimo ſenſu, voluit ſibi adſciſcere, perinde ac ſi omnium hominum ſceleratiſſimus & flagitioſiſſimus eſſet. Wadinghus mirifice illum extollit paſſim in Minorum Annalibus. Celebratur ejus memoria 22. Auguſti.

VITA
B. JOANNÆ A CRUCE,
VIRGINIS ET RELIGIOSÆ.

CAPUT PRIMUM.

Illius Nativitas.

NAſcitur interceſſione Reginæ Angelorum circa urbem Toletanam, in regione ab Hiſpanis communiter appellata *la Sagra de Toledo*; ortus ejus locus peculiaris nominatur *Hazagna*, & Archiepiſcopatui, atque Eccleſiæ Toleti, à ſancta Maria dictæ, ſubeſt. Obſecravit Dei Genitrix divinum Filium, ut mundo filiam daret, quæ *Ioanna à Cruce* nomine donata, Eccleſiam domumque ſanctæ Mariæ à Cruce inſtauraret, quam Deus maxime ſibi eſſe gratam oſtendebat pluribus miraculis in illa editis.

Ioannes Vaſquezius pater *Ioannæ*, materque *Catharina Guttierezia*, pietate multum pollebant & divitiis: ab utero *Ioanna* virtute longè utrumque ſuperavit, manifeſtaque exhibuit indicia futuræ ſanctitatis. Semel die Veneris ſugebat ubera: per tres etiam dies continuos à lacte omnino abſtinens, tantam virium defectionem patitur, ut credatur exanimis. Ad ſacratam Virginem mater ejus confugit, ſtatuens illam in Eccleſiam ſanctæ Mariæ à Cruce penès oppidum: cui nomen *Cubas*, portare, cum ceræ maſſa ſimilis ponderis. Hoc voto integram valetudinem recuperat.

Dum adhuc bima nullum cibum ſumeret *Ioanna*, ob extremam debilitatem corporis, & vultus pallorem moleſtiâ parentes affecit, qui pro ægrotantis ſalute vota nuncuparunt ſancto Bartholomæo; vix dum ingrediuntur in piæ peregrinationis ædem, cum Puellula oculos conjiciens in Apoſtoli imaginem leniter adridere incipit, necnon petere quidpiam manducandum, & meliuſcule valere.

Mox ut linguæ uſum habuit, ſanctum Bartholomæum ſibi apparuiſſe affirmavit, oſculum dediſſe, atque cœleſtibus blandimentis ſic fuiſſe locutum: *Memento mei chariſſima, & tui memor ero.* Ab uſque prima orientis intelligentiæ luce conſecravit ſe *Ioanna* & addixit divino cultui, & virtutum exercitio. Oblectamenta tam avidè à coætaneis exquiſita abhorrebat: in conclave ſecretum ſe recipiebat plerumque, ubi humi procumbens Deum precabatur, & ſacratam Virginem, cujus frequenter ſalutationem Angelicam lacrymis obortis recitabat.

In eminentis contemplationis gradum provecta fuit, jam ab ipſo ratiocinationis crepuſculo. Matri jubenti animum relaxare, & oblectari in horto, obtemperans, recordatur quadriennis adhuc *Ioanna* per eamdem tunc viam ſacrum Euchariſtiæ viaticum delatum fuiſſe ad ægrorum, tuncque ſubito horrore vanarum delectationum terræ, & amore cœleſtium, artus rigere cœperunt; pallor deinde ſuffuſus eſt, & totum propemodum corpus vitalis calor liquit: expiranti ſimilem miniſtri manu excipiunt, & ſopitis ſenſibus in divina abreptam, in domicilium paternum devehunt. Paſtor confeſtim accurrit; miratur extaſim adeo longam, cunctis eorum irritis conatibus, qui eam ſuſcitare incaſsùm nitebantur.

Finito menſis exceſſu narrabat in magnificum palatium fuiſſe tranſvectam, ubi innumeras conſpexerat Dominas, quarum vultus & veſtimenta mirificos vibrabant radios; unam verò ex illis, dicebat *Ioanna*, longè præ cæteris emicare, ad cujus ſalutationem, compellebatur à permultis adoleſcentibus eximiâ pulchritudine præditis, qui unanimiter clamabant: Veni, & procumbe ad pedes Dei Genitricis. Reſpondet autem *Ioanna*, ſe nil ſcire præter ſalutationem Angelicam, quâ recitata flexis genibus, Angelum videt & audit affirmantem ſe à Deo miſſum, ut eam ſervet atque defendat. Mihi quoque, inquit iſta,

,, declaravit arcana humanum captum exce-
,, denria, meoque rogatu Angelus meus cu-
,, ſtos à finibus planitiei campeſtris, ubi ſimul
,, familiariter colloquebamur me tranſtulit in
,, domicilium aviæ.

Angelorum hæc familiaris conſuetudo inſignis eſt in tenera puella: majori tàmen admiratione defixum me tenet *Ioannæ* humilitas, quæ illi ſilentium imponit, mox ut avia ſilere eam jubet.

Paſtorem obvium babens *Ioanna*, cœleſtes epulas miniſtraturum ægroto, incredibili perfunditur ſuavitate: videt ſupra auguſtiſſimi Sacramenti pyxidem Chriſtum ſub figura puelluli omni lepore & venuſtate affluentis.

Dum Miſſæ adeſt, die feſto purificatæ Dei parentis, poſtquam Sacerdos myſtici enunciatis Chriſti verbis ejus carnem & ſanguinem effecit, hoſtiam ſacram perſpexit radiantem omnino & fulgidam, & Chriſtum in ejus medio Angelorum choris ſtipatum. Eò potiſſimùm gaudebat, quod cæteros arbitraretur eadem potiri conſolatione.

CAPUT II.

Ab infantia mirabili exardeſcit fervore.

MATER ejus morti appropinquans voti pro ægrotæ filiæ nuncupati ſalute, fidem non eſſe liberatam recordatur, licet rogaverit maritum ut illud impleret. *Ioanna* ſeptennis peroptat illud exequi, ſacratiſſimæ Virgini ceram non ſolùm offerens, ſed totam ſeipſam in holocauſtum, Religioſam profeſſionem amplectendo. Suſceptum tamen hoc conſilium depoſuit propter multos obices.

Ioanna ſuæ amitæ filiarum Ordinis ſancti Dominici habitum ſumenti, expoſuit propoſitum ſuum in Conventum ſanctæ Mariæ à Cruce ingrediendi, à quo deſtitit, ut amitæ veſtigiis inſiſteret, quæ divinitus agnoſcens quantum in culmen ſanctitatis à Deo vocaretur fratris ſui filia *Ioanna*, obtinuit ut in ſuum Monaſterium admitteretur, etiam indotata.

Quamvis parentes nullum precibus Joannæ aſſenſum præbeant, imo potius obſtent fortiter pio ejus conſilio, amita nihilominus indeſinenter inſtat, & ſtudioſè curat, ut clam puella abſtrahatur à parentibus. Verùm Deus illam Conventui ſanctæ Mariæ à Cruce deſtinans, divino oraculo Joannæ patefecit, ne caro aut ſanguis vel leviſſime agerent, diſceſſum ab amita, licet virtute præſtanti, eligendum, aliaſque ſive Domum, ſeu Congregationem capeſſendas, ubi quo purius, eò melius & ferventius ſanctitatem aſſequeretur.

Expoſtulanti illam patruo, ut ſuæ rei do- A meſticæ curam gerat, pater libenter concedit, ad plenum familiæ, quam regebat, ſolatium, cunctis admirantibus teneram puellam non obrui negotiorum mole, imo potius apprimè eſſe induſtriam & exercitatam in rebus gerendis.

Mirum dictu, inter difficultates, quæ fortes animos involvunt, nullo modo implicatur; ſed novo fervore cultui divino ſe applicat. Modicis pane & aquâ veſcitur, à quibus omnino abſtinebat aliquando trium ſpatio dierum. Pro induſio lineo rudi utitur cilicio: catenas ferreas ad lumbos adbibet, quibus ſe violenter percutit uſque ad ſanguinem & lividas contuſiones.

B Videtur ingenij nervos contendere, ut ſe cruciatibus novis affligat, modo digitorum preſſu, & ſummis unguibus cutim ſuam crudeliter convellit, modo tam prope accedit ad ignem, ut vehementer comburatur. Lætatur tamen & geſtit, quando Deum & Angelos ſolos habet teſtes.

Sæviente intenſius frigore, famulis dormientibus, exurgebat ſine ſtrepitu, induta ſolo cilicio, ut pernoctaret in loco ventis expoſito, & mane in lectum redibat, antequam alij ſomno ſolverentur. Obſervata nihilominus & viſa tandem fuit coram venerabili imagine orans, & hiſce vitæ aſperitatibus carnis rejiciens illecebras.

In primo aditu domus patrui duo Seraphini C illi apparuerunt juxta fontem, ex quo indeſinenter aquam bauriebant, infundebantque cito, nec tamen ſciebat Joanna quo abiret aqua, niſi pluribus poſthac elapſis annis, dum
ab Angelo cuſtode edocta eſt: Hic fons, “
ait ille, ſymbolum eſt & teſſera divinæ gra- “
tiæ, quæ per ſacratæ Virginis manus fluit “
& manat in cor tuum.

Die quodam Veneris Chriſtus menti ejus mirabilem ſuæ in crucem ſublationis ſpeciem exhibuit, omniumque ſuorum cruciatuum: pias quoque Dominas Jeſum ſequentes tempore mortis contemplata eſt, per viſum, earumque doloris acerbitatem acriter ſentiens, penè ipſa contabuit expalleſcens & decolorata omnino; locus etiam ubi flevit, lacrymarum D madefactus eſt abundantiâ.

Exceptis ſcitè & comiter patrui nobilibus quibuſdam amicis, in ſecretum conclave ſecedit meditandi causâ: Illicò Regina Angelorum, cœlis apertis, Jeſum ulnis complectens Joannam ad petendum quicquid voluerit, invitat, quæ tam canorâ & reſonanti voce gratiam Religioſæ profeſſionis poſtulat, ut domeſtici omnes confeſtim accurrant ad eam, dum humi procumbens fervidam reïterat poſtulationem.

Prudenter & conſultè, quæ in ejus extaſi viderant, tacuerunt: ideoque parentes quatuordecim tantum annos natam in matrimo-

nium locare Joannam ſtatuerunt, & inter innumeros amaſios, qui eam deperibant, homini claris natalibus genito urbis, cujus nomen *Illeſcas*, primas detulerunt.

CAPUT III.

Mutatâ veſte ſexum ementitur, ut fiat Religioſa.

MAXIME dolens ſe compelli ad matrimonium invitam, vim lacrymarum profundebat coram Deo, ſacraque illius genitrice, ut votis ſolennibus mereretur obſtringi. Tacita fugiebat vetus in columbarium, ubi ad pedes imaginis Veronicæ proſtrata ſuppliciter precabatur. Chriſtus plerumque in velo expreſſus cum ſpinea corona, & vultu fœdè deformato, amœnus adeo & jucundus videtur, ut ſpirare credas; promittit inſuper Joannam ſe introducturum in ſuam regiam, in Cœnobium videlicet, illam ſibi ſponſam copulans, modo animum non deſpondeat: Chriſti effigie eodem momento in primum redeunte ſtatum, Joanna ſummo geſtit gaudio.

Cum intereà parentes nec precibus exorari, nec blanditiis molliri poſſint, expletis feſtis Paſchalibus capillos abſcindit, veſteſque induit cujuſdam conſobrini, ſuas ſarcinâ involutas gerens, verſus Monaſterium ſanctæ Mariæ à Cruce, Tertij Ordinis Franciſcani, à domicilio patrui duabus circiter diſtans leucis.

Dæmon ejus percupiens virtutem debilitare, illi terrorem incutit, atque ſuggerit tam audacis conſilij funeſtum fore exitum: in via ſyncope afficitur, virium animique patiens deliquium: verùm cœleſti voce recreatur, certaque de auxilio divino, ad bonam ſpem revocatur & ad priſtinam fortitudinem.

Denuò terretur obvium habens amaſium, cujus conatus irriti fuerunt, dum incognita remanens divinâ providentiâ, Joanna protinus genibus innixa Deo gratias agit. Viſam ſe tunc exhibens illi Regina cœlorum: *Ne timeas*, ait, *filia chariſſima, filium meum rogo ut te corroboret, ut Domum meam à Cruce reſarcias.*

Peractâ prece in Eccleſia, reſumptâque in loco remoto veſte muliebri, ſtans aliquantulum coram imagine ſacratæ Virginis, quæ adhuc videtur ſupra Conventus januam, fauſti itineris grates illi habuit, eamque rogavit ut perficeret quod incœperat: *Optato advenias*, reſpondit imago, *te Conventui præficio, ut ſplendorem diſciplinæ priſtinum in familiam Religioſam reducas.*

Joannam dubitantem de Sororum conſenſu beata Virgo confirmat, aſſerens Deum obices omnes facile ſuperaturum. Deinde *Joanna* Abbatiſſam adit, quæ vitio & culpæ dans mutationem habitus, miratur tamen generoſitatem, modeſtiam, prudentiam, & præcellentem indolem.

Dum Sorores deliberant de poſtulantis receptione, accedens pater aliis parentibus ſtipatus tanto carpitur furore, ut illam verbis caſtiget velut mulierem, quæ effusâ libidine omnia pudoris & naturæ ornamenta perfregerit. Silet interim humilis & fortis *Ioanna*, nec os aperit, niſi dum imperat maternam domum reverti: Sub tutela ſum, ait, beatiſſimæ Virginis; ne mihi vim tuleris, quæſo; alioquin experieris tuo damno, quanta ſit juſtiſſimæ ejus iracundiæ ſeveritas. Eodem momento *Joannæ* propoſito pater ſuffragatur: impertitâque benedictione illam tranquillam relinquit in Monaſterio.

CAPUT IV.

Ejus Novitiatus, & Profeſſio.

CUM iſtud Cœnobium ſubderetur Provinciali Fratrum Minorum, qui ab octo diebus inde receſſerat, confeſtim illuc rediit licentiam conceſſurus, & tranſacturus cum patre de filiæ dote inſtruenda. Tertij Ordinis Franciſcani recepit habitum die ſanctæ Crucis inventioni dicato, anno 1496. incunte decimo-ſexto ortus ſui anno. Strictius deinde adhæſit Deo. Mens ejus Divinitatis oceano penitus immerſa paulùm admodum ſomni permittebat corpori, nec propterea deſiſtebat unquam à rerum cœleſtium contemplatione. Perquam accuratè obedivit Abbatiſſæ jubenti neminem alloqui, ſecundùm Noviciarum, niſi Vicariam Conventus, Novitiarum Magiſtram, & Confeſſarium.

Cum primum in Monaſterio divina Sacramenta ſuſcepit, in mœrore verſata eſt: quod cum anteà Chriſtus in ſynaxi corpus ſuum illi reipſa viſum exhiberet, mirandâ illâ prærogativâ tunc privaretur. Flevit amarè, ſuaque peccata Sacerdoti exponens, de iſta privatione ſeipſam accuſavit tanquam de nefario crimine. Conſolationis erat impotens, & dolore obruebatur, quod crederet omnes fideles hocce potiri favore. Laboranti tamen ejus animo medetur Confeſſarius, tantam gratiam aſſerens peculiarem eſſe, ac propterea dum deeſt, illins ceſſationem animo pacato ferendam.

Anno tirocinij expleto vota ſolennia nuncupavit die Inventionis ſanctæ Crucis, nomenque *Joannæ à Cruce* fuit confirmatum. Ardenter exoptans mori pro Chriſto, frequenter exclamabat: *Quam felix eſſem, ſi*

mortem pro ejus oppeterem gloria. Bone Deus, impera ut orbis univerſus me opprimat & cruciet.

Videns nullas ſibi moleſtias ab aliis inferri, novis tormentis magis frequentibus & diris ſævit in ſeipſam, tres dies ſæpe, imo hebdomadas exigens abſque potu & cibo. Aloe ſæpius tenebat ore, agaricum, abſinthium, ut ſentiret quod & in Chtiſto Jeſu, dum acetum & fel ipſi propinata ſunt. Veſtes longiori uſu conſumptæ magis illi arridebant: hamato texto loricata erat, cujus cuſpides penetrabant totum fere corpus uſque ad oſſa.

Dormire incipiebat ſub Solis ortum, poſtquam operam dederit orationi & exercitiis pœnitentiæ. Dæmon flagrans invidiâ, quod Joannam noſtram virtute adeò florentem videret, plagis eam diſſecabat: è choro exibat ad culinam, & valetudinarium, ibi viliores functiones obitura. Feneſtralis tympani Parthenici Cœnobij, januæ, & ſactarij officia continenti ſucceſſione tradita, plurimùm contulerunt ejus perfectioni, quoniam ubique ſanctiſſimè ſe gerebat: humilitas præſertim illius in omni rerum concurſu & adminiſtratione elucebat.

Religioſis hujuſce Conventus minimè hærentibus in formula legibus Evangelij præfinita duras patitur contradictiones, quæ ejus virtutem non minuunt: quamvis eâ polleat ſermonũ atque motum ſuavitate, quæ haudquaquam eſt mediocre condimentum amicitiæ; tùm nihilominus depravantur. Mira ejus benignitate, cum eſſent corrigendæ; tantum abeſt ut deliniantur, ut etiam excandeſcant. Humilitet veniam petens flexis genibus ab iis quæ impotenti iracundiæ motu efferuntur in ſe, riſum concitat, non moderamen: libenter gloriatur Joanna in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ob oculos mentis Deum ſemper babens, illi ſoli præſtat ſe attentam.

Si per otium non poſſit operam navare quibuſdam pietatis operibus, non minus propterea Deo adhærebat, ad cujus nutum cuncta ſua dirigebat conſilia. Ære campano monita de elevatione auguſtiſſimi Sacramenti, confeſtim in genua procumbebat ut illud adoraret; & licet longe ab Eccleſia remota, favore tamen ſingulari ſacratam perſpiciebat hoſtiam, nihil prohibente plurium murorum craſſitudine.

Dum feneſtralis turriculæ curam gereret, conſiderabat turriculam iſtam venerandum eſſe præſepe, ubi naſcens Dominus requievit, meruitque multoties ibi illum videre ſub ſpecie pueri ſummâ venuſtate præfulgentis, qui illam mitis blanditiis demulcebat.

Partes hydriæ, quam perfregerat, ita, dum oraret, concinnè denuò copulatæ ſunt, ut ſoror fracturæ teſtis, videns adhuc idem vas ad uſum culinæ applicatum, admiratione ſit defixa. Joanna illicò exclamavit: *Urceum obtriveram meâ imbecillitate; Deus verò reſarcivit per ſuam miſericordiam.*

Janitricis munus obiens magnam aliquando à puero Jeſu accepit conſolationem, quæ tamen brevis fuit, quoniam brachia expandens ut illum complecteretur, citò privatur tam præſtanti bono à Regina cœli & terræ, quæ divinum Filium abripit in aëra, Angelorum cœtu ſymphoniam conflante, quâ lætiſſimâ voluptate perfundebantur aures audientium. Dolentem intereà Joannam ſubitam adeò privationem, maria vocat ad hortificetum, ubi Jeſum & matrem ejus planè videat.

Tanta fuit lætitia quâ fruita eſt ad pedes Jeſu & Mariæ, ut januæ Conventus ter pulſatam campanam non audierit. Monita nihilominus à Regina Angelorum de trina pulſarione, confeſtim ſuum implet officium, atque è veſtigio rediens cum ardore, ex oculis micantes radios vibrabat, ac ſuaviſſimum ubique afflabat odorem.

Illam ſequentes Religioſæ quædam conjecerunt ex mutuo Dei genitricis Mariæ & Joannæ colloquio, Joannam approbe ſe geſſiſſe, dum viſione Jeſu ſeipſam fruſtrata eſt, ut Abbatiſſæ mandatum exequeretur.

Quo magis Joannæ Deus favet, eo magis ſibi cavet Joanna ne vanitati, otio, aut ignaviæ det locum. Novit otium & quietem duo humanæ vitæ bona gratiſſima, niſi uſus immodicus, illa graviſſima fecerit & pernicioſiſſima, quod multis fecit, & totidem corporis atque animi peſtes, tumorem corpori parientes, animoque rubiginem. Divini favores non relaxant Joannam, ſed magis rigidam reddunt non in alios, ſed in ſeipſam, quâ corporis cruciatibus, quâ mentis demiſſione, & cupiditatum victoriâ, unde in dies ampliori gratiâ floret apud Deum.

CAPUT V.

Deus illam in ſponſam cooptat & aſſumit.

CUM ab infantia paſſim ſopitis ſenſibus tota in divina abriperetur, ſæpius creſcente ætate, atque ſublimius donata eſt hac prærogativâ. In extaſi permanebat initio tribus aut quatuor horis; deinde quatuordecim, viginti, & quadraginta, interdum per tres dies continuos.

Plerumque finitâ abſceſſione à poteſtate mentis, nominis Jeſu pronunciatio, vel aſpectus Imaginis Chriſti crucifixi aut patientis quodammodo illam ab ſenſibus iterum abalienabat, ejuſque vultus ſcintillis emicabat. Eodem tempore arcana cœleſtia, quæ uſque modo ſilentio involverat præ humilitaris ſenſu evidentte

evidenter detegebat, ſic jubente Angelo cuſtode ad Dei gloriam: Sororibus itaque declaravit, ab Angelo in cœlum evehi, ubi ſedens in throno magnifico, Chriſtum contemplabatur, ſacratam Virginem, univerſamque cœleſtem curiam, ſingulari ſagacitate diſcernendo ſeu diſtinguendo præcipuum eorum ſanctitatis characterem.

Annos viginti & unum nata, extaſi præter morem ſolitum corripitur: nec ſplendore, nec pulchritudine florebat ejus facies, imo pallebat omnino, & prorſus erat cadaveroſa, nullum exhibens vitæ indicium. Hac ſubitâ mutatione ſtupefactæ ſorores tanti eventus cauſam exquiſierunt, nec fuit reſponſum niſi inſtinctu Angeli. Narravit igitur Joanna Jeſum vidiſſe mœrore confectum, & rigatum
„ lacrymis, atque dicentem: Ærumnis an-
„ geris, chariſſima filia, omnibus opprimeris
„ calamitatibus, & in miſerrimum ſtatum de-
„ jicieris. Hæc eſt cauſa, inquit Joanna, tri-
„ ſtitiæ meæ, quæ me ad rogandum Deum
„ compulit, ut me de corporis ergaſtulo edu-
„ ceret. Cœlitus tamen edocta eſt felicitatem
æternam minime acquiri niſi per cruces & tri-
„ bulationes. Fiat, fiat, ait Joanna, modo
„ ſolito more me inviſas & conſoleris.

Sic promiſſum fuit & obſervatum, itaut extaſibus multiplicatis & percrebreſcentibus, à communi Sororum conſuetudine ſemota habitaverit deinceps in ſolitaria cellula, ubi præſidia in Deo omnia conſtituens ad omnes caſus, ſoli Deo placere ſtudebat: calcatis cunctis obicibus, ſupra ſpem humanam evolat, ſperans tam firmiter, ut videatur aliquo modo jam adipiſci quod ſperat. Spes ejus animi appetentis affectus eſt vehementiſſimus, quo obfirmat ſeſe, atque munit, amoliendis impedimentis quæ poſſunt objici, quoad expetito bono perfruatur.

Obverſata eſt oculis ejus Chriſti imago inter ulnas ſanctiſſimæ ſuæ matris Angelorum choris ſtipati. Joanna illicò humiliter proſtrata obſecravit beatam Virginem, ut à filio impetraret executionem promiſſi, quo nempe ſe declaravit illam in ſponſam accepturum. Eadem ſupplicatione factâ Spiritibus Angelicis, ad ipſammet divinam Majeſtatem accedit; Jeſus itaque manum illius blande tangens; *Deinceps mea eris tota*, inquit, *tanquam ſponſa amantiſſima, & regnabo in tuo corde*, cœtus univerſus reſpondens, *Amen*, jubilationis hymnum concinit: deinde Joanna noſtra gaudio geſtiens à Redemptore benedictionem accepit, qui ſtatim cum ſacris ſtipatoribus evanuit.

Hanc poſt viſionem Joanna Chriſti patientis exemplum ſequi totis nititur viribus: vulneratur præſertim cor ejus & dilaniatur cruentis flagellis, quibus illum Judæi dirè percuſſerunt: ad ejus imitationem columnæ ſcip-

A ſam alligat cum facilitate ſe verberibus tandiu cruentandi, donec Angelus jubeat ceſſare aut vincula ſolvat.

Pectus ſuum aliquando feriebat lapide ſeptilibri, quo ingens ſtatim copia ſanguinis erumpebat, ſaliebatque in muros, dum tantam exercens caſtigationem quindecies ſe in orbem agebat per cubiculum flexis genibus, in honorem præcipuorum quindecim dolorum generis humani Salvatoris.

Quadam nocte Dæmones Ioannæ ſe viſos ſub terribili ſpecie exhibuerunt; ſe videlicet in omnes fingebant formas impudicas & obſcœnas, quibus perterrita ſe nudam provol-
B vit per medias horti ſpinas; deinde ſe projecit in lacum cœno plenum, & antequam veſtes reſumeret, ſuum corpus catenis ferreis dilaceravit. Hac oppugnatione tam furenti diſſipatâ, ſpiritus impudicitiæ nunquam auſus eſt illam aggredi aut leviter laceſſere.

Se tamen Ioanna noſtra minime deſinit cruciare: modo brachia ſua totumque corpus funibus aut catenis ferreis adeo violenter conſtringit, ut ſanguinem undique effundat; modo collum inſerens in laqueum humi repit, ſeipſam appetens maledictis, ſicut olim in Chriſtum Iudæi probra ingerebant per vicos Hieroſolymitanos.

Interdum ſuis humeris graviſſimam imponens crucem, nudis genibus incedit, quibus
C acutos affigit lapillos, ut acrius torqueatur: contra parietem ſe extendens clavis obſitum, ubi ſuſpenſa permanet per horæ ſpatium cum acerbiſſimo cruciatu. Cilicia, quibus continuò utebatur, filo conſtabant ferreo; ad noſtram uſque ætatem aſſervata, terrorem ſpectantibus incutiunt.

Præclara ejuſmodi exercitia pœnitentiæ Deus ſine mora plerumque compenſabat & remunerabatur aliquâ extaſi. Quodam die poſt rigidam & ſanguinolentam carnis caſtigationem, videtur in aërem elevata, crucis more. Conſpicientes eam Sorores in hoc ſtatu, profunda mirantur arcana quæ profert, unde vehementius amore divino accenduntur, & alios quibus ipſi hæc enarrant eodem inflammant
D igne cœleſti.

Si ritè expendamus Ioannæ ſanctitatem jam ab exordio illam conſpicimus perfectam, licet novos & ſublimiores gradus poſteà conſecuta ſit, quandiu extiterit in hac miſeriarum valle: ſicut radij Solis, quamvis terram contingant, illic tamen ſunt unde mittuntur; ſic Ioanna noſtra cum Sororibus quidem converſatur, ſed optimâ ſui parte abeſt, & fini ſuo ſemper adhæret, inconcuſſa, firmâ & ſtabili virtute, nec non familiari cum Ieſu conſuetudine.

CAPUT VI.

Quanto ſtudio Euchariſtiæ Sacramentum colebat Joanna.

CUm non liceret ei quotidie uſurpare ſacramentaliter Chriſti corporis myſteria, cœleſtem guſtabat nihilominus ac frequentabat panem ſpiritualiter, & quolibet momento, ſicut edocta fuerat ab ipſo generis humani Salvatore. Tantus erat fructus hujus communionis, ut ſæpius hæc verba ex ore ejus diſtinctè erumpentia audirentur, *Bone Deus, præcellens eſt hac auguſtiſſimi Sacramenti participatio, quæ animam laute roris cæleſtis ubertate replet.*

Chriſtus pretioſum corpus ſuum in communionibus ordinariis illi manifeſtè viſum exhibebat, eamque alloquebatur familiariter, ſicut accidit, dum illam certam reddidit de ſalute Religioſæ in extremam expirantis luctam redactæ, pro qua orabat; Sacerdoti ſua peccata exponens eo tempore quo celebratur Miſſa, juſſu Confeſſarij ſubitò exurgit, Dei filium adoratura; ſtatim pulſatur tintinnabulum, quo ſignificatur Hoſtiæ ſalutaris populo venerandæ exhibitio: Extemplo Ioanna genibus innititur propter Eccleſiæ parietem, qui à fundamentis uſque ad culmen aperitur, ut evidenter celebrantem, Hoſtiam, & adſtantes conſpiciat: quæ erant disjunctæ partibus, iterum conjunctis, poſtrema petra præ cæteris albeſcens, & tripliciter diſciſſa in crucis figuram, permanſit, atque in miraculi argumentum & perpetuam memoriam Ad hoc uſque tempus conſervatur in craticula ferri deaurati.

Ægrotans beata Ioanna die Sabbathi ſacratioris divinis officiis & ritibus Eccleſiaſticis minimè potuit intereſſe; campanis autem reſonantibus dum *Gloria in excelſis* decantaretur, acriter doluit quod longius remota eſſet à choro: genua tamen flectens, ut Deum laudaret, ſingulari ſuavitate perfuſa eſt, perinde ac ſi conſuetis hacce tempeſtate cæremoniis aſtitiſſet. Prætereà Chriſtus è ſepulchro exiens illi apparuit majeſtatis ſplendore auguſtus, in medio Angelorum, qui ſuaviſſimo concinentium vocum lenocinio animos demulcebant. Sæpenumero Angeli cœleſtes illi epulas miniſtrarunt; Angelus præſertim ejus cuſtos ſacratiſſimum ei cibum multoties porrexit.

Dum aliquando ſopitis ſenſibus in divina tota abriperetur, unam aliquam Sororem in Joannæ cubiculum ingredientem rogat ipſa Ioanna ne ſcriniolum aperiat. Peccator enim,
„ inquit Ioanna, lethali noxa licet contami-
„ natus, ſacræ Euchariſtiæ viatico recepto,
A ſpiritum exhalavit: illibatam hoſtiam ex ejus “
ore Angeli expromentes hac in arcula in- “
cluſerunt, præcipientes ut illa utar in pri- “
ma ſynaxi, animæ cujuſdam ignibus addi- “
ctæ piacularibus liberandæ gratiâ. Hic eſt “
igitur pretioſiſſimus theſaurus, quem ſum- “
mâ religione colere debes, ad cujus conſer- “
vationem, Deum precatus ſum ut finem im- “
poneret extaſi meæ: Ne profanes aut exau- “
gures hoſtiam, quam conſecratam non ar- “
bitraris: vult enim Deus illâ me refici: eo- “
dem momento Angelus Joannæ tutelaris hanc ei adminiſtravit.

Angelorum conſortio non ſolum mens ejus illuſtratur, & arcana cœleſtia penetrat, ſed
B inſuper corpus & veſtes odoribus imbuuntur moſco ſuavioribus citra comparationem & ambaro. Angeli Provinciarum & Regnorum cuſtodes Joannam ardenter & honorificè adeunt, incitantque ad iram Dei pacandam, ſua nomina & munera declarantes, omnes tandem eventus inter longinquas nationes futuros.

Quo tempore cunctæ Religioſæ ſanctiſſimum ſumebant Euchariſtiæ ſacramentum, ab Angelis in altum abrepta affirmavit curioſitatem illarum cauſam eſſe tam velocis & inopinati raptus. Cum enim, inquit, debea- “
tis immenſo Euchariſtiæ beneficio diligen- “
ter attendere, tum obſervatis inaniter quo- “
modo me geram in extaſi, præſentiæ verò “
Chriſti modicam habetis rationem. Ani- “
C madverti equidem Angelos cuſtodes ferven- “
tium Sororum incredibilem capere lætitiam “
ex earum fervore; illos autem qui langui- “
das & ignavas cuſtodiunt, acri dolore inde “
affici.

Abbatiſſæ officio fungens, & ad duarum juvenum emendationem incumbens, patefecit illis coram toto Conventu, earum in matrem Vicariam contumaciam ſibi compertam fuiſſe, dum ab ſenſibus abduceretur. Pul- “
cherrimas coronas, inquit, amiſiſtis, quas “
Angeli veſtri præſides, qui vobis illas affe- “
rebant; juſſu Dei tradiderunt Angelis am- “
barum Sororum quæ ſe morigeras & obe- “
D dientes præbent.

Abſtruſiores Theologiæ quæſtiones pervadebat, necnon ſublimiores fidei Chriſtianæ veritates, & locos perobſcuros perdifficileſque ſacrorum codicum ſcrutabatur Angeli cuſtodis miniſterio, dum ſe viſum exhiberet: Amplam ab illo percepit conſolationem inter injuſtas accuſationes, quibus malevoli ejus famæ probroſam notam inurere conabantur: Licet enim, aiebat ille, tibi moleſtæ ſint “
detractiones, utiles ſunt, quia pungentes ani- “
mam humilem, patientem decorant, perfi- “
ciunt, atque Deo reddunt gratam. “

Vulgatâ famâ familiaritatis Joannæ cum Angelo tutelari, omnes illius conſilia enixè

inquirunt. Sæpe in hunc finem centeni homines Conventus januam obſident. Auditis eorum petitionibus, de illis cum Angelo communicat, cujus reſponſa petentibus fideliter & accuratè explicat. Poſtulanti quibus regu-„ lis quis poſſet placere Deo: Tribus, inquit, „ pace nempe, ſilentio, & oratione. Alteri „ autem reſpondet: Flete cum flentibus; „ cum ridentibus ridete, cum loquentibus ta-„ cete.

Ægrotans vir quidam, & calamitatibus obrutus, ſic ut jucunditatem omnem amittat: quærit qua ratione deliniat dolores: Chriſti crucifixi imaginem ſupra lectum collocare admonet Joanna, cunctaque Paſſionis Dominicæ inſtrumenta depingere, aut exprimere in ſiparis; Deo tandem ſuos offerre dolores.

Piis hiſce monitis multùm prodetat omnibus, quos à pictis tabulis vanitatem redolentibus conabatur deterrere. Exclamabat „ interdum: O mirus humani furor animi, „ omnia mirantis niſi, ſe; quo, inter cuncta, „ non ſolùm artis, ſeu naturæ opera, nullum mirabilius: Excitabat potiſſimùm ad vitæ & mortis Chriſti Salvatoris altâ mente reponenda in æternum argumenta

„ Omnis quidem delectatio terrena, ſi con-„ ſilio regeretur, aiebat, ad amorem cœ-„ leſtis erigeret, & originis admoneret. Nam „ quis unquam rivi appetens, quæſo, fon-„ tem odit: at vos graves corde, humi accli-„ ves, affixique, cœlum ſuſpicere non au-„ detis, & obliti opificem illum, Solis ac „ Lunæ tantâ voluptate tenuiſſimas pictu-„ tas aſpicitis, atque unde tranſitus erat ad „ alta, illic metam figitis.

„ Vanarum itaque ſpecierum omni deletâ „ recordatione, præſtat à rebus conditis ad „ ſupremi conditoris contemplationem & „ amorem aſcendere. Sed quam acriter ſti-„ muletur mens hominis ad Deum peramandum, ipſa experitur mens hominis, „ ipſum Deum Mundi opificem, ut Mun-„ dum redimeret, naturam humanam in-„ duiſſe contemplatur, cujus ſe miſeriis ſub-„ dens & infirmitatibus, ſacroſancti cruoris „ pretio humanum genus in libertatem aſſeruit. Sic præſertim concionabatur Ioanna in abceſſione à poteſtate mentis.

CAPUT VII.

In extaſi verbum Dei prædicat.

ADVERSANTE & repugnante animo, detegens eminenter gratias quibus potitur, & divinos favores, expetit à Deo enixe peccata ſua declarandi licentiam. Siluit ita- A que multis diebus, profundâ fruens quiete, & ſolo utens Dei conſortio & Angelorum. Chriſtus tandem ſe illi viſum exhibet, ſuâque manu illius tangens labia. *Linguæ deinceps favebis*, inquit, *ego autem ore tuo loquar.*

Veritatem promiſſi eventus probavit; dum annum vigeſimum quartum agente Ioanna noſtra Spiritus Dei miri enunciabat & vaticinabatur dilectæ famulæ organo. Tredecim annorum ſpatio viget cœleſtis hic favor, & ad effectum adducitur, interdum qualibet hebdomadâ, plus minuſve, juxta divinos illapſus, quos exploratos auditores habent & advertunt; quotieſcunque brachia extendit, & cum Angelis voce diſertâ ratiocinatur, & B confert hiſce eloquiis & geſtibus divini Spiritus paratur afflatui, qui cordis ejus poſſeſſionem iniens, ore Ioannæ ad adſtantium facilem intelligentiam accommodatè ſublimiora deffinit & enodat myſteria.

Eodem momento Ioanna Deum orabat pro vivis & mortuis, quorum animæ piaculari flammâ ſuas apud inferos eluebant maculas. Divinitus agnoſcebat emanationes æternas, & quæcunque agebantur vel magis ſecreta, in Regnorum & Provinciarum adminiſtratione. Demum manus jungens, atque profunde caput & corpus acclinans movebat labia abſque ulla verborum pronunciatione. Deinde ſupplicantis habitu, manibus in crucem ductis, ſemper ſilens, humi procumbebat.

C Tunc Sorores illam in cellulam tranſvehebant, ubi vix dum in lecto jacebat cum Dei Spiritus voce clarâ & acutâ, jucundâque rurſus diſſereret de Evangeliis, & de feſtis occurrentibus. Haſce mirabiles exhortationes prorogabat ad quatuor, quinque, ſex, & ſeptem horas.

Ioanna tunc nullum oſtendebat vitæ ſignum, ſolo excepto labiorum motu, itaut aciculâ in ejus corpore altè fixa, ad comprobandum experimento, an ſenſus eſſet omnino expers, ſanguis effluxerit, Ioanna tamen nil ſentit, niſi completâ extaſi. Mirabantur omnes vultus ejus ſplendorem, odorumque ſuavitatem, dum ceſſaret ab corpore alienatæ D mentis abreptio.

Convolant ad eam innumeri homines tum contemnendi aut deridendi causâ, tum obſervandi, an aliquid proponeret contra Eccleſiæ doctrinam; coguntur nihilominus omnes in lacrymas erumpere præ gaudio aut contritione ſimul cum cæteris, quorum mens recta eſt, & divinas ſolet venerari operationes.

De rebus fidei Inquiſitor rigidâ volens illam cenſurâ notare vehementer adeo percellitur, dum vix Ioanna mediam concionem attigerit, ut genibus flexis defleat amarè, atque pectus ſuum præ intimo doloris ſenſu feriens, Abbatiſſam roget ſibi licere cum

beata colloqui Sorore in clathris, poſt myſti- A
ci exceſſus terminum. Se curioſum fuiſſe non inficiatur, tempore collocutionis, & miros in ſua mente productos effectus à divino Spiritu plane detegit; ſe denique commendans enixe precibus novæ concionatricis, honorificus admodum illius fit approbator. Mirum dictu! quamvis Ioanna tantum calleat linguam Hiſpanicam, Arabicè tamen & Latinè aliiſque idiomatibus in extaſi loquitur.

Abulenſis Epiſcopus curavit duas puellas Mauritanas accerſiri ad Joannæ ſermonem: indurato & ita pertinaci animo legem Mahomeranam profitebantur, ut quamprimum Chriſti Evangelij minimus apex citaretur quaſi furore amentes inflammarentur, capillos vel- B
licarent, oriſque ſui extinguerent formam. Adfuerunt poſteà ſancti Spiritus exhortationi, in qua Joanna ſe explicans arabicè, tantâ virtute illas convicit, ut ſe Deo totas dederint, & ſacris Baptiſmi aquis fuerint expiatæ: operam illicò navaverunt piis operibus, ad quæ colloquiis beatæ Joannæ vehementer incitabantur. Auditores duo perdocti, & omnibus exculti literis maxime permoventur, dum Ioanna Latino idiomate illis patefacit peccata ſecreta, & efficacem pœnitentiam fortiter ſuggerit.

Nec propterea deſinunt Superiores præcipere Abbatiſſæ ut Ioannam in cellula includat, ne tot & tantos conciliet auditores. Ma- C
gis ab hominum conſortio remota quam prius, multo longius ſopitis ſenſibus in divina tota abripitur: obſervata attentius videtur à quadam Sorore inter variarum ſpecierum volucres, ita ſe præſtantes attentos illius exhortationibus, ut ipſa mox currens Abbatiſſa, teſtis tam inſignis fuerit miraculi. Miniſter ideo Provincialis deſignavit permultos celebres viros, à quibus audiretur, Doctores videlicet egregios, Epiſcopos, Archiepiſcopos, illuſtrem Doctorem Conſalvum, Fernandezium Cordubenſem, Eminentiſſimum Cardinalem Ximeneſium, Imperatorem Carolum V.

Soror Maria Evangeliſta omni in re peregrina & hoſpes, quæ nec legere aut ſcribere D
noverat, ſubitò Ioannæ Exhortationum epitomen conſcripſit; cujus ſtudioſè aſſervatur codex manuſcriptus in Monaſterio, velut pretioſus theſaurus.

CAPUT VIII.

Juſtâ electione gubernationi Conventus præficitur.

LICET omnia Conventus ſuffragia tulerit, electionem tamen Miniſter Provincialis noluit confirmare quod ſolùm viginti-quinque annos attigiſſet, atque continuas extaſes à Præfectæ muniis, & à mutua Religioſarum ſocietate crederet abhorrere. Alterâ ejus loco ſuffectâ duobus poſt annis è vivis excedente, Religioſæ impenſis precibus obtinuerunt à Miniſtro Provinciali, ne amplius repugnaret unanimi Sororum ſuffragationi.

Ioanna abrepti animi myſticam alienationem patiente, divinus Spiritus imperavit linguâ Cantabricâ Provinciali Cantabro inſtituere Ioannam in Monaſterij Abbatiſſam, qui obtemperans declaravit tale eſſe Dei decretum. Nova Abbatiſſa ætate viginti-octo ferme annorum domus gubernationem amplexa eſt cunctis applaudentibus Religioſis, quæ illi lubentes ſuffragatæ erant.

Exemplo in Monaſterium univerſum effunditur gratiarum ubertas: Inopiâ uſque modo oppreſſæ Religioſæ binæ exibant ſtipem oſtiatim coacturæ: ruinoſa prius & caduca erant omnia ædificia. Eccleſiæ deerant ornamenta, vixque illis divino Sanguini per ſacra libando exiguum ſuppetebat poculum. Famâ Ioannæ permoti Principes & Magnates immenſis largitionibus cito ſuppeditarunt non ſolùm neceſſaria, ſed commoda & magnifica.

Annua inſuper vectigalia & luculenta ſacris ædibus aſſignarunt. Deinde quarto voto ſe obſtrinxerunt virgines vitam exignedi intra Cœnobij clauſtra: valebat plurimùm Ioanna dictis ſuis, ſed longe plurimùm exemplo: Religioſæ timebant illam, necnon ſimul venerabantur & amabant, præclarè ſecum agi putantes, ſi fauſtas ipſis adhiberet preces, ſi ad ejus manuum oſcula admitterentur, aut ad veſtimentorum fimbriæ contactum.

Extaſi aliquando præventa, ante Religioſi ritus conſilium domeſticum, leges in eo præſcribebat, quas ex alto perceperat, Angeli tutelaris miniſterio. *Die feſto ſanctæ Magdalenæ tranſvecta in Eccleſiam, vidi*, inquit Sororibus congregatis, *vidi innumeros homines ſtantes circa ingentem ignem, unde exurgebat anima Sole magis coruſcans, tribus Angelis ſtipata, duobus lateri affixis, altero illam præcedente, crucemque manu geſtante, qui omnes in cœlum tendebant. Didici animam eſſe execrandi peccatoris, qui virtute contritionis vitæ noxas expiarat, abſque piaculari flamma.*

Aliàs narrat ab eo tempore quo obire incipit Abbatiſſæ munus, Chriſtum ſibi meditanti Anachoretam eximiæ ſanctitatis oſtendiſſe in deſerto, à quo Dæmon ſub ſpecie Jeſu Chriſti expetierat adorari, promittens illi culparum plenam veniam, & quoſcunque favores: dum autem candidâ animi ſinceritate obedit pius iſte Solitarius, alij Dæmones „ clamabant: Apage, ô Princeps tenebrarum, „ nil ibi proficis, cum Crucifixus famulorum „ ſuorum ſinceram voluntatem magnifaciat: His verbis compertam habuit Anachoreta nefandam Inferni fallaciam: ac proinde Ioanna noſtra ſuas exhortata eſt filias, ut à diabolicis artibus ſibi caverent.

Pietas erga ſacratiſſimam Virginem plerùmque illi ſermocinandi anſam præbebat: „ Veſtra Eccleſia, ait Sororibus ſuis Ioan„ na, conſtructa eſt ad cultum Mariæ, quæ „ beatæ Agneti in apparitione iſtud ædifi„ cium delineavit. Illam perſpicio interdum „ per dormitoria, clauſtra, & Eccleſiam pro„ deuntem, inſtructo agmine Angelorum, „ Virginum defunctarum, pluriumque alio„ rum, qui, dum viverent hoc Cœnobium „ ſingulari benevolentiâ proſequebantur: au„ guſta Dei genitrix nobis ſuam benedictio„ nem libenter impertitur, noſque ardenter „ commendat Angelis noſtris cuſtodibus.

Mirabili flagrabat charitate Ioanna erga Sorores omnes. Religioſam in extrema lucta valde anxiam præ nimio Inferni aut etiam Purgatorij timore, maxime tranquillavit, fusè deſcribens miſericordiæ divinæ ſuavitatem & amplitudinem; atque precum ſuarum auxilium pollicita: Deinde extaſi correpta, ciboque recreata Euchariſtico, Religioſam conſpexit è vivis excedentem perduci ad tribunal divinæ Iuſtitiæ. Graviſſima accuſatio contra morientem intentata compulit ſanctam Abbatiſſam ad impetrandam juxta promiſſum liberationem imminentis moleſtiæ. Reverà moriens, plenam peccatorum indulgentiam, prætet conſuetum morem conſecuta, felicitatis æternæ poſſeſſionem iniit.

Frequenter ſanctus Antonius Patavinus illi ſe viſum exhibebat, brachiis tenens puerum Ieſum, monenſque Ioannam Salvatorem non ſolum attendendum, ſed infirmitatis Sororum habendam rationem. Duas eodem momento mœrore confectas perſpexit, quarum conſolationem & libertatem protinus obtinuit ſuis precibus.

Sciens Religioſam, ad cujus ægrotantis lectum excubat, multo magis ægram eſſe animo quam corpore, ad ſanctum Antonium confugit, qui illi obtulit puerum Ieſum; ſtatimque promittit hominum Redemptor, hanc moribundam ſororem culparum veniam adepturam fore, nec ſubituram parata ſupplicia; tandemque quatuor poſt diebus è corporis ergaſtulo evaſuram. Quod evenit juxta pronunciatum.

CAPUT IX.

Charitas erga animas Defunctorum.

Dum Sacrarij curam gereret, & ad Horas matutinas dare vellet ſignum, voces audiens luctuoſas, unde oriantur, exquiſivit, „ ſic fuit reſponſum. Ego Domina Caſtellana „ paucis ab hinc diebus fato functa, tuas ex„ poſtulo ſuppetias: matri meæ perſuade, ut „ celebrari Miſſas curet ad meum ſolatium, „ eleemoſynaſque pauperibus elargiatur.

Novit divinitus recentem obitum viri celeberrimi in excelſam Eccleſiæ dignitatem evecti, qui eam violenter fuerat inſectata. Ioanna tamen nunquam ferventius precata eſt Deum quam pro illius vindiciis & quiete. Incerta de mortui ſtatu, qui apparuerat ſub horribili ſpecie, commovetur ad Sancti invocationem, cujus effigies extabat in antiſtitis hujuſce conclavi. Denique, qui morte deletus erat, liberatrici grates egit, veniam petens de vexationibus quam in eam exercuerat, atque aſſerens, quamvis detentum in loco expiandis poſt mortem peccatis deſtinato, viam nihilominus felicitatis æternæ capeſſere. Nec deſiit Ioanna unquam ſuis adjuvare illum ſuffragiis, donec in libertatem pro certo aſſereretur.

Inſigni & ſpeciali prærogativâ deſcendebat multoties qualibet hebdomadâ in piaculatem animarum carcerem (Purgatorium nominant (in Angeli cuſtodis comitatu, feriâ præſertim ſextâ & Sabbatho, ut patientium dolorem animarum conſolatione demulceret, ac quarumdam paſſim ſervitutis excuteret jugum: rediens verò, quæ didicerat in his plagis ſubterrancis, Sororibus enarrabat.

Ægrotans Quadrageſimæ tempore à pluribus Religioſis recenter ex morbo convaleſcentibus inviſitur: dum mutuo colloquuntur, Ioanna excedit ab uſu ſenſuum; unde tanto gaudio geſtiens revertitur, ut Sorores inſoli„ tæ lætitiæ inquirant cauſam: Sacratiſſima „ Virgo, ait Ioanna, Angelis, ſanctis Ioanne „ Evangeliſtâ, Lazaro, Mariâ Magdalenâ, & „ Marthâ circumcincta me perduxit in Pur„ gatorium, unde eripuit tria animarum mil„ lia, quas triumphali apparatu & pompâ in „ cœlum evexit. *Vitæ hujus cruciatus & labo„ res cum pœnis Purgatorii compoſiti nihil ſunt.*

A ſanctâ Barbara, quam præcipuè colebat, peramanter delinitur in quadam extaſi, cui ſuccedit altera, ubi videtur puer, qui à Ioanna expoſtulat ſuam moneri matrem, ut deinceps familiam ſalutaribus documentis diligentius erudiat. Laudo Deum, inquit, quod

„ tenerioribus annis raptus ſim , ne malitia „ mutaret intellectum meum. Optimum mihi „ fuit mori , cum ſuaviſſimum erat vivere. In „ diſcrimine ſalutis verſabar, quia remiſſius „ mea mater mecum agebat. Cognitis parentum nomine & manſione Ioanna inſanæ genitricis , juſtas filij querelas patefecit , familiaque deinceps ex accuratiſſima rationis amuſſi directa eſt.

Inde ſumit occaſionem Ioanna diſſerendi de probi morum inſtructoris neceſſitate ad bene vivendum. Docebat iter ignotum ſine duce neminem poſſe aggredi , nec artem difficillimam comprehendere abſque magiſtro : affirmat utique Medicum per epiſtolam cibi aut Pharmaci nequire tempus præſcribere : vena tangenda eſt : ita etiam in curandis animi morbis quædam ſunt , quæ nonniſi à præſente monſtrantur.

Proponit Joanna Paulum futurum Doctorem Gentium , poſtquam converſus à Chriſto fuit, miſſum ad Ananiam , ut ab eo diſceret viam vitæ : durum & laborioſum negotium , aggrediuntur tirones Chriſtiani malignitatem videlicet naturæ vincere, cum ſpiritualibus nequitiis colluctari , & ad virtutis culmen promoveri inter tot obſtantia & impedientia. Quare aliquem invocare oportet, qui manum porrigat adjutricem , qui oſtendat pericula , inſidias detegat , & in ancipiti pugna inſtruat ad victoriam.

Hiſce conſiliis à noſtra Joanna per filium matri datis, mater reſipuit, ac poſteà liberos ſapienter inſtruxit , adhibens alios etiam peritos præceptores juxta cujuſlibet captum.

CAPUT X.

Plura edidit miracula, dum viveret.

PUELLA peregrinationem obiens ad Conventum, ibi moritur : parentibus Abbatiſſam rogantibus ut mortuæ vitam reſtitueret, non fit ſatis in primo aditu ; perſeverantibus tamen cum lacrymis & ardore , aſſentitur Ioanna, quæ defunctæ brachium prehendens illi offert Crucifixum deoſculandum : deinde ſigno crucis illam reducit in lucem coram magna hominum multitudine.

Anna *Manriqua* ſpectatiſſima Domina in civitate Madritenſi , violento lateris dolore cruciata , precibus Ioannæ ſe commendat : Anna ſeptimo ægritudinis die ad extrema pene devenit , Ioanna verò aſſiduè Deum orans ab Angelo cuſtode incitatur ad ægrotam inviſendam , & ab ipſo illuc tranſvehitur , amboque ſimul ſigno crucis integram ex morbo valetudinem afferunt. Anna novit evidenter non Angelum , ſed Ioannam , cui poſteà ſcri-

A ptis & vivâ voce gratias agit.

Religioſa ad fundandum Monaſterium longius diſtans miſſa , in morbum incidit valde periculoſum : antequam è vivis excedat videre percupit Ioannam, a quâ ad virtutem efformata & erudita fuerat : votis ejus Deus annuens, illam conſolatur jucundâ beatæ Abbatiſſæ præſentiâ , ſtatimque gaudio perfuſa cœleſti è carcere corporis evadit.

Duæ Sorores acriter vexatæ , una quidem duobus carcinomatibus , altera unico , in ſtomachi regione , prorſus convaleſcunt interceſſione beatæ Ioannæ.

Soror quædam febri laborans , panis Ioannæ reliquiis manducatis priſtinam ſanitatem B confeſtim recuperavit , quamvis morbus rebellis eſſet , & vetuſtate corroboratus.

Alia ulcere putrido & veteraſcenti affecta in diſcrimen veniebat brachium amittendi : invocata Ioanna Angelum ſuum tutelarem imploravit, qui reſpondit malum eſſe inſanabile abſque inſigni miraculo : ceſſavit nihilominus illicò poſt Ioannæ orationem.

Signo crucis plenam contulit curationem filiæ morbo cardiacorum duriter oppreſſæ.

Confeſſarius rabie furens , quæ illi creata fuerat morſu canis rabioſi , peſſime ſe habebat, itaut deſperata eſſet omnis ſalus , quæ tamen omnino reſtituta fuit à Ioanna bene precante ſeu benedicente cibis Sacerdotis C ægroti.

Ut rectius & cum majori evidentia enarremus quanti fuerit momenti Ioannæ noſtræ gratia apud Deum & homines , ſequens miraculum præſtat ſine mora & paulò fuſius ex- explanare. Anno 1523. Religioſæ ſanctam Abbatiſſam obſecrarunt ut impetraret à Chriſto Domino , ut ſuam impertiri benedictionem dignaretur Roſariis quibus utebantur communiter ; quæcunque potuerunt in Conventu reperiri , diligenter colliguntur , & reponuntur in capſa , cujus clavis remanet inter manus antiquioris Religioſæ. Ioanna interim ſopitis ſenſibus tota in divina per longum ſpatium abripitur , quo tempore filiæ quædam curioſæ rerum occultarum indagatrices arcam luſtrant, quam vacuam inveniunt, & claudunt D iterum.

Completâ extaſi odore ſuaviſſimo univerſum perfunditur Monaſterium : Religioſa antiquior thecam aperit , ubi omnia extant roſaria, quæ Ioanna cunctis diſtribuit Sororibus, aſſerens horum quodlibet ſummâ admodum pollere efficacitate , videlicet unum Dæmones expellendi , alterum tentationes diſſipandi , tertium ſanandi morbos , quartum pacandi tempeſtates , quintum extinguendi incendia : addidit inſuper Ioanna has benedictiones, divinaſque facultates omnibus Roſariis non ſolùm præſentibus , ſed etiam aliis qui ea tangerent , communicari.

Miranda ſane quæ referunt Scriptores locupletes & idonei de Ioannæ tum dictis, tum factis: ſed ſtudium fugiendi vel inanis honoris meram umbram, cætera illius longiſſimè facinora antecellit. Nil in ejus vita homines videbant, niſi quod non poſſet exactâ humilitatis ſolertiâ ab oculis eorum ſubducere.

Ioannæ virtutum tabella radios vibrat cœleſtes, quid mirum, lucem ſplendeſcere? quid mirum, inquam? ſed obſcurare ipſam lucem ſubtili humilitatis induſtriâ, & abjectionis amore atque amplexu, omnem admirationem exuperat.

Piè torquetur Ioanna, dum patitur extaſes, quæ illam reddunt hominibus ſpectabilem, & quæ illas recipit ut Deo placeat; gloriatur ſe ab hominibus contemni & abjici, ut Chriſto complaceat crucifixo.

CAPUT XI.

Ieſu dolorum particeps fit.

IOANNAM Deus audiendi gravitate diſpoſuit & apparavit ad meliora chariſmata, ut nempè hebetes habens & obtuſas aures erga homines, impenſius & omnino eſſet colloquiis divinis attenta. Hebdomadibus ſex poſt ipſam ſurditatem, & menſibus duodecim poſt benedictionem Roſariorum, Deum rogans expanſis brachiis die Paraſceves anno 1524. atque annum ætatis quadrageſimum agens, more inſolito diſcedit ab ſenſibus; videturque ob firmam & immotam in hoc ſtatu perſeverantiam ſimilis marmoreæ Crucifixi ſtatuæ.

Sorores intereà tranſvehunt illam in cellulam, & in chorum proficiſcuntur divinum cantaturæ Officium, quo finito beata Abbatiſſa non pleno gradu ingrediens, ſed extremis pedum digitis ant talis, & quaſi manibus dubiis viam prætentans tacita & ſine ullo ſtrepitu deſcendit. Dum hujuſmodi inceſſus cauſa ſignis petitur, advertunt Sorores conſiliorum Ioannæ arbitræ in ejus plantis plagarum Chriſti veſtigia non cruenta quidem, nec aperta, ſed orbiculata & rubicunda; notant itidem manus pari modo affectas eſſe, & exinde ſuffimentum oritur, quo nil uſquam ſuavius poteſt excogitari.

Univerſus Conventus novo permotus pietatis ſenſu, geſtibus corporis declarat, collocatâ iterum Ioannâ in cubiculo quanto ardore peroptent ſcire Sorores ſpecialem favorem, quo cœlitus & recenter cumulata eſt. „Jeſus crucifixus, reſpondet illa, meditanti „mihi apparuit, & extremas inflixit pœnas; „niſi fallor, vult me ſacris ſuis ſtigmatibus „honeſtare. Illum obſecrate, ne ita profusè „ſuæ ingratæ & indignæ famulæ tantam præ„rogativam impertiatur. Invita tamen, non

A ſpontanea manus & pedes toleravit humilibus filiarum oſculis coli.

Cicatrices illuſtres hujuſmodi, atque venerandi dolores permanſere Sabbatho dieque Paſchatis finem habuerunt. Verùm Ioanna continuò poſtulans auferri ſibi eximiam illam prærogativam, quâ nimiam conſequitur venerationem; meretur tandem, continuato eodem favore quolibet die Veneris & Sabbathi uſque ad feſtum Aſcenſionis, audire verba hæc ex ore Chriſti erumpentia in apparitione iterata; *Meo pretioſo dono privaberis, cum ſic fieri velis pro roſis ſpinarum aculeos ſenties & acerrime cruciaberis.*

B Ab eo tempore nullam fert amplius externam teſſeram; vigeſimo tamen ſecundo die Junij à ſeipſa abalienata, ſummo mane feriâ ſextâ, mente abripitur in locum ordinarium, in quem Angelus toties illam perduxit. Eoſdem ibi paſſa eſt cruciatus, ac ſi in monte Calvario morti Domini adfuiſſet. Martyrium quoque ſancti Acacij, ac decem millium ejus ſociorum cruci affixorum: Chriſtus ſe viſum exhibet Ioannæ, quæ ipſum conſpexit Dominum concitantem illos fortiter ad perſeverantiam.

Ioannæ interroganti, quænam ſit cauſa hujuſce viſionis, reſpondet Angelus præſagiri & portendi illam fore participem Salvatoris pœnarum, in comitatu innumeræ Sanctorum multitudinis. Quærente Chriſto an velit ca-

C licis & amaritudinis delibare aliquantulum, aſſerit in illud ſe inclinatione voluntatis maxime propendere. Eodem momento doloribus graviſſimis angitur, adeo ut credat in ſuo toto corpore clavos ferreos & ardentes altè fuiſſe defixos: ſtridor aut fragor, neſcio quis, malleorum perpetuò ad aures ejus percrepat, perinde ac ſi ipſa totius tragœdiæ eſſet argumentum. Quibuſdam diebus tantopere torquebatur ejus caput, ut nec manducare, nec bibere, nec dormire, nec aperire labia poſſet: ſtomacho interdum ita laborabat, ut ſudore frigido copiosè diffluens ad extrema redigeretur, ſine intermiſſione triginta dierum ſpatio.

D Dolebat præſertim Ioanna, quod initio infirmitatum minus frequentes eſſent extaſes, diminutionem hanc peccatis ſuis tribuens arbitratur Deum ſe habere infenſum, & Dæmonum inire ſocietatem. Verùm ab Angelo recreatur, qui illam reddit attentam Deo apparenti in medio cœleſtis exercitus, & mira dicenti ad ejus conſolationem.

Petente Domino, quid in lecto jacens ageret, humi confeſtim procumbit, ut ipſum adoret, exclamans: Reſpuit meus jam animus" quaſi deſperatâ ſalute, omnem medicinam, " omnia conſiliorum genera. Ne conſterna- " tione dejiciaris, ait Chriſtus, quod pateris, " chariſſima, iter eſt ad æternum triumphum, "

Digitized by Google

„ inſigniſque teſſera, quæ demonſtrat te meam A „ eſſe ſponſam. Non me crux terrificat, ſed „ meus in divino cultu languor, ait Ioanna, „ quieſcam, modo jubeas Angelo cuſtodi, ut „ me, juxta priſcum morem, in locum dedu- „ car, ubi tam mirificè illuſtrata ſum. Deo affirmante, cœlum ſuâ præſentiâ ubique reperiri, menteſque divinæ voluntati ſubmiſſas ubivis gentium felicitatem poſſidere, Ioanna undè anteà torquebatur, nunc æquiſſimo fit animo, & quietâ mente conſiſtit.

Religioſæ Chriſtum rogantes ut auditus uſum beatæ Abbatiſſæ reſtitueret, poſtulata conſecutæ ſunt. Die ſanctæ Claræ, ſex menſibus poſt incœptam ſurditatem, Jeſus in nova apparitione illi ſanctum dedit Spiritum, qui ſurdæ ore diſertè noſtra explicavit myſteria: B poſtquam declaravit Ioannam auribus captam fuiſſe, ut tranquillius Deo adhæreret, apertè ſignificavit Deum votis ſanctarum plurium animarum annuiſſe audiendi facultatem. Extemplo dum Petrus Princeps Apoſtolorum ſuis digitis ejus aures tangeret, auditu incœpit pollere, ut prius moris erat. Cæteri verò morbi non ſenuerunt, imo vehementius ingraveſcentes, exaſperati ſunt: brachia, manus, crura, genua, & pedes, ita contrahuntur & rigeſcunt, ut deinceps illa minime potuerit explanare aut extendere: oſſibus luxatis, ſuiſque disjectis ſedibus, nullâ illius corporis pars erat, quæ aſpectum non haberet deformem atque turpem. C

Ioanna ſic affecta remanſit annorum ſpatio quatuordecim, non continuo vexata quidem, ſed per intervalla, & identidem abſque remedio. Viſione Patris Seraphici jucunde interſpiravit, qui ſe videndum illi exhibuit die quarto Octobris plurium Dei famulorum corona circumſeptus: ſuam illi quoque benedictionem impertivit, & univerſo Tertio Ordini: atque apprimè Monaſterio ſanctæ Mariæ de Cruce.

Licet decumbens in lecto ſeptem vitæ ſuæ ultimis annis propter ægrotationes graviſſimas, ſapienter nihilominus & accuratè omnia ſui Conventus negotia moderabatur, & tractabat ex alto diſcens quæcunque neceſſaria & juſta ad eruditionem ſubditarum & ad monitionem. D

CAPUT XII.

Abbatiſſæ munus illi cum ignominia & dedecore abrogatur.

Vicaria volens Conventus gubernationi præponi, clandeſtinis coitionibus plures ſibi conciliavit Sorores, quæ ab ejus partibus ſteterunt: Superiores etiam decepit, quibus perſuaſit Ioannam ſe gerere velut nemini ſubditam, & ab omni liberam dominatione. Deus, qui arcana permulta Ioannæ detexerat, illi factionem Vicariæ non ſignificat.

Eminentiſſimus Cardinalis Franciſcus Ximenezius Archiepiſcopus Toletanus, Monaſterio ſanctæ Mariæ de Cruce beneficium Eccleſiaſticum oppidi Cubani addixerat, ad cujus adminiſtrationem Religioſæ ſolebant eligere Sacerdotem ſcientiâ & virtute præditum. Defuncto hoc Pontifice, in jus vocantur, lite ab aliquo intentatâ, qui poſſeſſionem altero iniit medio.

A ſummo Pontifice diploma impetravit Ioanna noſtra, quo donationis ſibi factæ robur adderetur. Hujus rei ſcrupulum illi excutit Angelus cuſtos, qui tamen admonet fore ut hoc negotium in varias & graves reprehenſiones incurrat. Nil intereſt, ait Abbatiſſa, “ cum omne abſit peccatum, quæcunque ad- “ verſa libenter feram, ut Monaſterio pro- “ ſim.

Inſcio Miniſtro Provinciali, oblato libello, à Vicaria & antiquis Matribus ſubſcripto ſupplicatur ſummo Pontifici: Vicaria interim fallaciter & ſimulatè agens, Provinciali Miniſtro ſignificat beatam Ioannam obtinuiſſe Bullam Pontificiam, quæ Provincialatus dignitati officiat, atque in ſuum propoſitum ingentes ſumptus, aureorum videlicet ducatorum quadraginta & amplius impendiſſe, cæteris Sororibus inconſultis.

Aſſerit inſuper in omnibus conſiliis præcipitem ac deviam eſſe, prodigâque effuſione rem domeſticam conſumpſiſſe. Feriâ ſextâ exoriente Sole, Infernum Ioanna videt apertum, atque Dæmones ſub diverſis figuris ſerpentum, bufonum, taurorum, luporum, leonum, corvorum, milvorum; precatur illicò Deum ut illa fugaret monſtra, quæ Michaël Archangelus multitudine ſtipatus militiæ cœleſtis ad eorum expulſionem miſſus, nequit profligare, quia Vicaria Monaſterij, ſceleriſque conſciæ & affines Sorores illa tuentur & defendunt.

Cœlorum exercitu per Eccleſiam tranſeunte, tutelaris Ioannæ Angelus auguſtiſſimum ſumens Sacramentum, transfert illud ſummâ religione in ejus cubiculum, ut illi ſupremum adhibeat cultum: Salvature ſe manifeſtum præbente ſuæ famulæ oculis, Dæmones trepidatione concutiuntur, omneſque ferè ſibi fugâ conſulunt, paucis exceptis, qui in culinam ſe recipiunt, vel in Confeſſarij ſacrum tribunal, comminantes ſe tandem ſuum pravum adepturos intentum.

Spiritus tamen cœleſtes victores randem, Corpus Chriſti in ſacroſanctæ hoſtiæ tabernaculum honorificè reportarunt. Primò diluculo pia Abbatiſſa convocatis Sororibus cum lacrymis

lacrymis ſuam viſionem expoſuit, ad pœnitentiam illas excitans, ut iram divinam placarent: deinde oculos extollens in Jeſu Chriſti imaginem in Olivarum horto orantis lecto affixam enixe poſtulat ab eo corroborari inter duras vexationes quas avidiſſime expectabat. *Pater meus*, ait Chriſtus, *nunquam voluit ſententiam mortis meæ revocare, irritis omnino meis precibus; neque tu debes ſperare hancce prærogativam. Cruciabitur anima tua, & corpus tuum confringetur.*

Sorore, quæ ad ejus lectum excubat, petente, cur tot & tanta ſuſpiria ducat: Peccatrix ſum, ait *Joanna*, meum deploro exitium, & miſeror, divinæ morem gerens voluntati, quæ culpas meas inultas, impunitaſque non dimittit. Dein ſincere manifeſtat arcana, quæ ex alto didiſcerat. Miniſtro Provinciali accedenti peropportune hiſtoriam narrat, qui fingit ſe neſcire quod pro certo habebat compertum. Abbatiſſa affirmat occaſionem nuncij Romam proficiſcentis minime neglexiſſe, breveque temporis ſpatium fuiſſe in cauſa cur non potuerit rei ſtatum Superiori totius Provinciæ patefacere. „Culpam confiteor, ait iſta, & veniam peto: „en diploma, de quo fiet quod tibi collibuerit. Bullam ſumens Miniſter Provincialis, repentinoque impetu ſurgens, abüt indignabundus.

Joanna hinc judicans procellam orituram, hujus negotij diſceptationem & arbitrium omne divinæ providentiæ detulit: Angeli miniſterio cognoſcens quinam illi adverſarentur, illis maximè favit, Deum impensè rogans pro eorum proſperitate, nec acceptis injuriis ullo modo tacta.

Provincialis in Conventum ſanctæ Mariæ de Cruce anno 1527. duobus ante feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis diebus rediens, Ioannam quæ à ſeptem annis in lecto jacebat, advehi juſſit, ut ſe coram Sororibus in Capitulo accuſaret. Ipſa præ intimo humilitatis ſenſu malevolas ficti criminis offenſiones generosè toleravit, dum filiæ, quarum mens recta erat, honore Provincialem proſequentes, ſilebant, & ingentem vim lacrymarum profundebant.

Miniſtro autem Provinciali pœnam flagri imponente per ſpatium Pſalmi *Miſerere*, tunc Religioſæ ferè omnes unanimi conſensu à partibus Ioannæ ſteterunt, quamvis ipſa repugnans defenſioni, ſe ultro pœnitentiæ ſubjiceret. Completâ verberatione munere ſuo exuitur Ioanna, cui ſubſtitui aliam à Sororibus imperat Provincialis, acerbioris cenſuræ fulmen intentans in rebelles.

Licet *Joanna* ſufficientem ſuffragiorum numerum tulerit, à Præſide tamen indigna & incapax declaratur, atque omnino privatur licentiâ exteros alloquendi: Vicaria verò, quæ

A factionem contraxerat, præponitur Monaſterij gubernationi. Gaudebat Joanna, quod, cum inanem gloriam nullo modo aucupata fuerit, imo ſpirarit ſemper abjectionem & contemptum, veniret aliqua ex parte in Chriſti ſocietatem, qui ſaturatus eſt opprobriis; *Thren.* 3. ſuiſque omnem eventum expendens momentis mavult pro Deo deſpici, & hominibus diſplicere, quam placere hominibus & à Deo reprobari.

B

CAPUT XIII.

Mira ejus conſtantia in tribulationibus, morſque pretioſa.

VULGATIS *Joannæ* calamitatibus per Hiſpaniam & alias regiones, deceptam illam plures crediderunt, & habuerunt deſpicatui, alij verò fallacem exiſtimarunt, & vanam ſimulatæ virtutis oſtentatricem, & acerbè inſectari ſunt. Ipſæ Religioſæ Præſidis ingenio nimis indulgentes, *Joannæ* revelationes, non oracula, ſed mera ludibria & deliramenta eſſe affirmabant: unde ſuperba Vicaria fiebat audacior ad opprimendam humilem Dei famulam, quæ impenſius orabat pro cunctis inſectatoribus.

Poſt novem menſes convocato Capitulo à C Miniſtro Provinciali, Vicaria tandem, quæ tumultum concitaverat, electa eſt in Abbatiſſam: charitatis & reverentiæ officia, quæ illi à *Joanna* exhibentur, illam videntur irritare: delinitur nihilominus ingenti benedictionum copiâ, quas à Deo Joannæ interceſſionibus & meritis percepit.

Occupatâ Abbatiſſæ dignitate per decem menſes, extremo lateris dolore cruciatur, & fungitur fato: poſtulatâ humiliter veniâ coram univerſo conventu de illatis Ioannæ injuriis, ſuſceptiſque in animo contrito Sacramentis, in Dei omnipotentis ſiſtitur judicium.

Ægritudines & infirmitates Joannæ nullo D puncto temporis intermiſſæ deſierunt, nec remiſſæ ſunt uſque ad obitum; uberem tamen conſolationem hauriebat cœleſtibus blandimentis. Die ſanctæ Luciæ, in abſceſſione à poteſtate mentis vidit Dominum ſupra thronum gloriæ ſedentem, & Angelis innumeris ſtipatum, qui magnitudinem ejus infinitam celebrabant, quibus etiam ipſe præcepit laudibus extollere martyris Luciæ conſtantiam: audivit quoque beata Ioanna vocem reſonantem & validam, quæ certam illam fecit de ſimili futuro præmio. Reſpondenti Ioannæ ſolum ſibi ſufficere ſponſum divinum: *Optati compos fies*, inquit Chriſtus. Deinceps cor ejus ineffabili perfunditur gaudio, ſemperque os

Mmm

Deo tribuit præconium.

Ab Angelo cuſtode jubetur cœleſtes,quibus cumulatur, favores ſcriptis mandare: quas afſert excuſationes humilitas, ab eadem humilitate ſolvuntur, quæ obedientiam commendat & perſuadet, dum beata Joanna Sorori B. Mariæ Evangeliſtæ ſcribenti dictat, quæ ſcripturæ donum divinâ immiſſione è veſtigio recepit, cum nec legere nec ſcribere unquam didiciſſet.

Libro, jam ante morbum poſtremum, viginti & octo capita continente, in centum & quadraginta foliis, Angelum cuſtodem obſecravit, ne ampliores tractatus expeteret. Aſſervatur diligenter & honorifice in Conventus ſanctæ Crucis tabellario, miraque operatur contra tonitrua & tempeſtates.

Quo magis mors imminet, eò magis morbi exaſperantur & ingraveſcunt: majori etiam conſuetudine & familiaritate Angelo tutelari conjungitur. Præ gaudio tunc temporis ob beatitudinis viciniam bellè & feſtivè canebat. Miſſi ab inſignibus Dominis Medici, ſpem omnem priſtinæ valetudinis reſtituendæ in primo congreſſu amiſerunt. Triduo ante deceſſum ſanctos Apoſtolos Philippum & Jacobum conſpexit, atque Angelum cuſtodem, qui eam adhortatus eſt, ut ſe ad nutum divinum componens, à Deo expoſceret confirmationem ſententiæ mortis, quam ter in aliis ægrotationibus revocaverat, plurium Dei amicorum efflagitatu.

Ambos Apoſtolos obſecrat, ut eorum meritis ſuum exitum è valle miſeriarum obtineat, hocque interventu poſtulatum impetrat, cujus fama citò vulgatur per urbes Madritenſem & Toletanam. Multæ Dominæ cum licentia in Monaſterium ingredientes, aderant, dum ultimis expiaretur Sacramentis: ad mortis anguſtias redacta videbatur certamen conſerere cum hoſte violento qui eam opprimeret. „ Manus in eum injiciantur, aiebat, me vult „ interimere enſe diſtricto; omnes me dereliu- „ quunt.

Petentibus querelæ hujuſcemodi explicationem, reſpondet ſe à ſancta Magdalena deſeri, & à beatis ſpiritibus; declarat ſe infelicem præſentiâ Salvatoris privari; opem ſacratiſſimæ Virginis ardenter implorat, ſeque in has difficultates teſtatur eſſe delapſam, ubi exiſtimet Juſtitiam ſuperare Miſericordiam. Rogat Sorores ut Dei juſtam iram placent; concludit deinde extrudendum Dæmonem, cujus criminationes in nihilum reciderant. Hilari vultu & lætâ fronte ab Angelis & Virginibus obteſtatur in cœlum perduci; tuncque Jeſu & Mariæ, qui illam inviſerant blandè & ſuaviter humiles & ferventes agit gratias.

Eximia pulchritudo, quâ aliàs, dum in divina abriperetur, pollebat, adſtantes omnes denuo nunc mirabiliter demulcet & allicit; quæ tetrum odorem ex eo die, quo incœpit ægrotare exhalabat, jucundè nunc & ſuaviter olet: mira eſt præſertim in noſtra Joanna cœleſtis voluptatis cum terrenis anguſtiis individua & perpetua conjunctio. Frequens eſt & familiaris cum Chriſto, Angelis, & pluribus aliis Dei famulis, dum acerrimas corporis & animæ pœnas patitur. O admirabile commercium, quo perficitur Ioanna, eximiam ſuam indolem ſolerti exercens culturâ.

Mentem ſuam perpolivit labore continuo ab ipſa pueritia: jam tunc evidenter & divinitus noverat animi humani tres eſſe, ſive partes eas, ſive vires, facultateſque nominari velimus: una, quæ vacat corpori alendo, atque curando, quæque idcircò vegetabilis dicitur; communis nobis non cum animantibus modò, ſed etiam cum ſtirpibus: altera, quæ corporis varias ſpecies, coloreſque atque ſapores percipit, ſentiens appellata, animantibus nobiſcum etiam communis: tertia rationis, intelligentiæque particeps, veri una cultrix, atque amatrix, ut hominum propria, ita præſtantior atque excellentior cæteris omnibus, quæ eſt ratio atque mens.

Hæc meditans Ioanna ſtudioſè applicabat à tenerioribus annis ad proventum ſpiritualem, hæcque familiariter explicabat etiam tunc, non ſolùm Religioſis Sororibus, ſed & cæteris, ad eorum utilitatem, qui virtuti dant aut volunt operam dare. Hiſtorici igitur narrant ſic ratiocinatam fuiſſe & locutam de hac materia *Ioannam*: Conſiderate, aiebat, ea- " rum partium unicuique porrò ſuum à natura " attributum bonum, & tanquam de paterna " & communi hæreditate partem unicuique " datam ſuam, aptam videlicet cuique atque " convenientem pro ratione cujuſque.

Nam illi vegetabili parti primæ, atque in- " fimæ, bonum utile datum eſt, quod excole- " ret: ſic enim appellamus ea bona, quæ ad " vitam & alendam & defendendam valent, " quod eſſe diximus hujus partis munus pro- " prium. Altera, quæ huic ſuccedit, pars ſen- " tiens, dulcedinis ſenſu movetur, voluptatiſ- " que eſt avida: itaque bonum delectabile ex " paternis bonis, & tanquam prædiis, unum " prædium eſt ſortita, in quo ſe jactet atque " dominetur.

Mens verò atque ratio, ut eſt omnium al " tiſſima, ita capitur atque alitur altiſſimo bo- " no; id autem eſt bonum intelligibile, quod " contemplationi propoſitum, veritas eſt, ad " regendas actiones tranſlatum, appellatur " honeſtum, quod nihil aliud eſt quam ad ve- " ritatis præſcriptum moderata actio; cujus " tantus eſt ſplendor boni, tamque plena di " gnitatis ſpecies, nihil ut ea ſit neque pul- " chrius, neque admirabilius.

Hæc eſt cultura laudabilis, quam ab incunabulis, & toto vitæ decurſu, ſibi atque

amicis adhibuit *Ioanna*, ne apud ſe, nec apud alios gratia Dei vacua eſſet; imo potius ut de virtute in virtutem aſcenderent, ac denique in perfectionis Chriſtianæ apicem promoverentur, ubi nunc illam conſpicimus, poſtquam quæcunque utilia, delectabilia, & honeſta, quæcunque etiam noxia, inſuavia, & vilia, ad divinæ voluntatis executionem ritè admovit.

Animo igitur ad omnia comparato ſemper erat. Quantum mors illi arridebat, Deo ſic volente, tantum Religioſas perterrebat, quæ inſtructâ ſupplicum acie prodibant, duramque ac ſeveram ſuſcipiebant vitæ rationem, præter morem ſolitum, ut vita *Ioannæ* prorogaretur. Deſperatâ autem ejus ſalute, deoſculantes manus, ipſius benedictionem efflagitarunt, quam lubens elargita eſt.

Sæpius repetens hæc verba: *Eamus, bone Ieſu, mi Redemptor, ne amplius moremur*, interrogatur an ipſe præſens eſſet: *Maxime*, inquit, cum Regina Angelorum: extaſes tunc non deſinebant, & dum Evangelium de Chriſti morte legeretur, diem clauſit ultimum 3. Maij 1534. annos nata 53. & ab ingreſſu clauſtri 40.

Mirabantur omnes ſerenæ ejus tunc frontis conſtantem & eundem colorem, & ad occurſum malorum, quæ mors invehit, vultum imperterritum, cum tunc ingruentia pericula ſedato vultu intueretur; quod ſanæ & puræ mentis erat evidens argumentum.

CAPUT XIV.

Ejus ſepultura, & miracula.

SUPERIORIBUS Ordinis jubentibus terræ mandari, ut vitaretur populi tumultus, eorum conſilia præripiuntur ab ipſo populo, cui ut ſatisfiat exponitur venerandum corpus circa Monaſterium. Claudus oſculum dans *Ioannæ* veſtimento ſtatim ſanitatem recuperat, & furculas alares ſuis humeris impoſitas loco deſtinato ad illius ſepulchrum affigit.

Religioſa tumore valde acerbo vexata, tetigit pauliſper capſam Reliquiarum, citoque convaluit. Vir quidam crudeliter dentibus dolens, pedes beatæ Joannæ venerabundus deoſculatur, & confeſtim ſanus evadit. Plures Dominæ illuſtriſſimæ per nuncios dilationem ſepulturæ ſacri corporis obtinuerunt, ut exequiis intereſſent: dilatis igitur ſpatio quinque dierum beata interim defuncta remanet prorſus incorrupta & illæſa, & odorem ſpargit ſuaviſſimum.

Innumeri undique confluentes populi ad venerationem pretioſi theſauri moleſtiam Religioſis inferebant; ideoque ſtatim terræ mandatur in Clauſtro. Soror interim Maria à ſancto Joanne Ordinis Conceptionis divinitus certa fuit de Joannæ beatitudine, quatriduo poſt ejus deceſſum. Illarum vivendi rationes inter ſe aptiſſimè cohærebant: dum ab corpore alienatæ mentis patiebantur abreptionem, in eundem tranſvehebantur locum: Maria ſtupefacta quod Joanna abeſſet, cauſam abſentiæ ab Angelo ſciſcitata eſt, qui reſpondit adeptam eſſe felicitatem æternam. Eodem momento Joanna apparuit luce coruſcans, aſſeruitque rectâ viâ & abſque mora è mundo in cœlum migraſſe, biduoque ante obitum cœleſtis beatitudinis delicias in hac mortalitate prælibaſſe, quamvis permulti exiſtimarent ſævis illam doloribus angi.

Poſtquam ſex aut ſeptem annis jacuit in viſceribus terræ, præ miraculorum multitudine fideles exoptaverunt illud collocari in monumento magis illuſtri & honorifico. Perſtitit ſemper integrum & intactum, necnon jucundo exhalans odore. Includitur in arca deaurata, atque evehitur in loculum, ipſum intra parietem altaris primarij capratum, in cornu Evangelij: Clathris è ferro deaurato tegitur, noctèque ac diè è regione lampas ardet. Non ſolùm ab incolis & viciniſs colitur, ſed etiam à longinquis populis, qui novendialis operæ munus explent.

Obitus dies ſolenniter celebratur à civibus Cubaſſinis, qui inſtructo agmine ſupplicantium, una cum aliis Parœciis ad ſacram ædem Monaſterij prodeunt, ubi celebrioris ritus Miſſa concinitur ante venerandam capſam ſupra aram geſtatoriam: deinde habitâ concione panegyricâ ampliſſimæ pauperibus diſtribuuntur eleemoſynæ.

Antonius Daezus Joannæ actionum Scriptor, affirmat ejus corpus ſemper fuiſſe inventum corruptionis exſors quotieſcunque aperta fuit arca, cujus rei certam fidem facit, tanquam teſtis oculatus, cum ipſe populis ſanctum expoſuerit theſaurum, ita fauſtè & auſpicatò, ut duo vel tria edita ſint miracula. Gonzaga, Antonius de Sillis, Ferrarius, Wadinghus tom. 5. ann. 1449. § 61. fusè de Joanna diſſerunt.

BB. MARIA EVANGELISTA, AGNES à Conceptione, Elizabetha Pontia Religioſæ Tertiariæ.

BEATA Soror *Maria Evangeliſta* Religioſa Tertij Ordinis in Conventu ſanctæ Mariæ de Cruce, dilecta ſocia & amica B. Joannæ à Cruce ſpontaneis pœnis ſeipſam torquebat, & aſſiduè vacabat contemplationi. Chariſſimæ Joannæ per longum tempus ſuperſtes fuit, & è vivis tandem exceſſit anno 1560. Apparens cuidam Religioſæ ſui Conventus, quod felicitatem æternam eſſet conſecuta, perhibuit teſtimonium. Conſtat ex ſplendore quo radiabat, libroque aureo, quem apertum tenebat, quantum labor ipſius in ſcribendis Spiritus ſancti ſermonibus ore B. Joannæ prolatis Deo gratus fuerit, quantoque dignus præmio.

B. *Agnes à Conceptione* fervens B. Mariæ Evangeliſtæ imitatrix, erat oriunda ex Illuſtriſſima Hiſpaniæ proſapia, atque habebat Eminentiſſimum Cardinalem Ximenezium communione ſanguinis devinctum, qui anno 1517. conſtruxit & fundavit magnificum Monaſterium in urbe ab Hiſpanis nominatâ vulgò *Illeſca*, Provinciæ Caſtellanæ, in honorem immaculatæ Virginis Mariæ Conceptionis. Curavit idem Pontifex huncce Conventum ſemper repleri Sororibus eximiâ virtute præditis, quibus præeſſet Abbatiſſa omni laude cumulata. Huic præficitur *Agnes* noſtra, cujus revelationes & ſanctitatis prærogativa, pretioſam nanciſcuntur mortem. Sepulta eſt in Monaſterio ſupradicto, dieſque illius obitus notatur 24. Januarij ann. 1550. Gonzaga & Salazarius laudibus illam exornant.

B. *Elizabetha Pontiâ* inter præclariſſimas ævi ſui Dominas meretur recenſeri: maximè verò commendatur ob virtutum excellentiam. Paulò ante Julij Secundi electionem ad ſummum Pontificatum, Elizabetha marito occumbente, de Magiſtratibus urbis Lorcenſis ſolum intra muros emit, ut ibi Monaſterium ædificaretur ſub titulo Sanctæ Annæ. Sumpto ibi habitu Tertij Ordinis Franciſcani, ſimul cum Franciſca Pontia, & Maria Sanctia Beocia; earum fama plurimas allexit Virgines, quæ tria vota ſolennia nuncuparunt, atque ita perfectè obſervarunt, ut cives Lorcenſes fauſtos ſe & omnino fortunatos exiſtimarent ſanctarum adeo filiarum præſentiâ. Terræ mandatæ ſunt in iſto Conventu, claruitque earum Sepulchrum pluribus miraculis. Frater Michaël Religioſus Laïcus Ordinis Minorum Obſervantiæ earum corpora ſciens de terra educi, ut in locum magis honorificum veherentur, *Elizabetham Pontiam* imploravit, ſperans ſe liberatum iri ilium procidentiâ, quâ multum vexabatur abſque ullo remedio: deinde Reliquias illius deoſculatus, confeſtim perfectam recuperavit ſanitatem. Secus hoc venerabile monumentum ægroti ad noſtram uſque ætatem conſaneſcunt, & qui ab infeſto hoſpite Dæmonio opprimuntur, liberi ſtatim evadunt. Obitus illarum commemoratur die trigeſimo Aprilis ann. 1520.

VITA BEATÆ COLETÆ VIRGINIS.

CAPUT PRIMUM.

Quadriennem illam gratia Dei prævenit affluenter.

IN lucem editur anno 1380. Corbiæ Diœceſis Ambianenſis in Picardia. Pater ejus Robertus vocabatur : mater autem Margarita. Quadrima adhuc illuſtratur jam divinis ſplendoribus, & cœleſti perfunditur gaudio. Inediâ ferè continuâ ſe mactabat, ſuumque corpus delicatum diris conficiebat flagris: ligneas tabulas pro lecto ordinario habebat : tunica ſeu veſtis denſi ac pinguis texti, uſu ferè abſumpta, ſub qua cingulum erat ex tomice nodoſa, aſperrimi cilicij tenebat locum.

Cum ei non liceret in deſertum abire, ut avidè optabat, in angulo magis ſemoto domus paternæ ſibi ſolitudinem extruxit, unde nunquam exibat abſque repugnantia & amaritudine; eâ erat venuſtate & decore, ut nihil ad aſpectum ſpecioſius fingi queat, ſed ad pulchritudinem plurimùm adjumenti aderat à cœleſti gratia, quæ formam mirificè honeſtabat, quamvis Coleta deinceps dejectis in terram oculis, ore velato incederet. Sociæ irretitæ ejus conſpectu moleſtias illi faceſcebant, quarum vitabat totis viribus conſuetudinem.

Mirantes pater & mater ejus ſanctitatem, illam conantur imitari: Robertus præſertim dat operam diſſidiis componendis, ſuſtentandis pauperibus, impudiciſque mulieribus è cœno libidinum emergendis. Coleta quaſdam ab improba peccandi licentia revocavit, quibus pater, licet non afflueret divitiis, prædium erogavit ad illarum ſuſtentationem & habitationem. Mater divino flagrans amore, victu cultuque in primis aſpero atque horrido utebatur, necnon crebro & ferventer ſacra uſurpabat myſteria.

Coleta ſciens ſe luculentâ formâ præditam, non quod de oris habitu ſpeculum conſuluerit, ſed aliorum expoſitione, amarè flevit, & duriorem atque ſeveriorem vitæ rationem obivit, ut ſibi deformitatem inureret. Hiſce piis conatibus irritis à Deo rogavit deformari; exaudita quidem fuit, non ut inſigniter defor- A mis eſſet, ſed pallore ſuffuſa, qui tamen venerationem ſemper conſecutus eſt.

Objicitur ejus Patri, quod nimis facile filiæ ſuæ indulgeat zelo, cujus auſteritas illam impediens adoleſcere cito projiceret in tumulum. Reſpondet pater Spiritum ſanctum ejus conſcientiæ moderatorem eſſe, cujus nutui morem gerere præſtat. Coleta ſuum videns patrem continuis eam ob cauſam affici probris, ad ſacram aliquam ædem peregrinatur, ubi à Domino poſtulat grandeſcere quantum par eſt ad divinæ Majeſtatis cultum : eodem momento fit juſtâ concinnaque magnitudine corporis.

Ab eo tempore ſe cognoſcens à Deo deſtinari ad aliorum converſionem, non amo- B vetur à conſortio Dominarum, quarum aliquæ Coletæ conſiliis in clauſtra ſe receperunt. Plures autem jam matrimonio illigatæ, inter negotia mundi moleſta & operoſa, Coletæ præceptis imbutæ ſanctam egerunt vitam.

Ad meliora ſpectans chariſmata moderatrix ipſa in Monaſterium contendebat, ibi ſolennia vota nuncupatura, cujus tamen gratiæ, præ intimo humilitatis ſenſu, indignam ſe judicabat. Ideoque tantum petit initio hùc admitti, ut famuletur : Deo illam vocante ad ſublimius Miniſterium, paternam domum revertitur, ubi in dies magnos progreſſus in vir- C tute faciens, ſolis cum Angelis familiaritatis uſu conjungitur per contemplationem aſſiduam; cum afflictis, ad eorum ſolatium; cum pauperibus, per charitatis officia. Si liceat per otium, ad leproſos convolat, ut eorum ulcera purget, atque oſculetur.

Dum aliquando oraret in Eccleſia Conventus Religiuſarum, homo quidam profligatæ vitæ illi obſcenæ libidinis, & impudicitiæ vitium exprobravit. Deum precor, inquit Co- “ leta, ut tibi veritatem patefaciat. Illicò “ ſtupiditate correptus calumniator, cum non poſſit exire de Eccleſia, procumbit humiliter ad noſtræ beatæ pedes veniam petens, quam

pro illo obtinet ipſa à Deo : priſtinæ valetu- dini reſtitutus, Coletam omni laudum genere decorat.

Quo plus omnium ſermone celebratur Coleta, eo plus ſe deprimit : ſicut nec vincitur, nec debilitatur ullo modo objectâ ſpecie voluptatis, ut tradat ſe libidinibus conſtringenda, ſic nec ſplendore falſi honoris propoſito, acies ejus boni ingenij præſtringitur.

CAPUT II.

Profeſſionem Tertii Ordinis amplectitur.

ANNO 1401. Pater Henricus *de Balma* Franciſcanæ familiæ Religioſus, Coletæ à divina providentia in Confeſſarium addictus, illam adſcripſit ad Tertium Ordinem. Jam tum in cellula affixa Eccleſiæ ſe abdidit ut Miſſam audiret, ſacroque pabulo reficeretur, ſemper ibi recluſa remanens ſub regimine tam præclari Directoris obſervare, magnâ ſolennitate ſtatuit reliquis vitæ diebus in hoc carcere ſpontaneo vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, quibus etiam addidit voluntariam clauſtri obſervationem.

Hiemis tempore & æſtatis, pro veſte, unica Tertiariæ tunica utebatur, ſub qua gerebat aſperum cilicium, & ferreas catenas, humi cubans, & pro pulvinati habens ligni fruſtum. Sine intermiſſione orabat, niſi a vocaretur ad mœrentium conſolationem, vel ad inſciorum eruditionem, qui ad illam undique accedebant.

Qui magis erant obfirmati in peccatis & erroribus, primis ejus dictis percellebantur, & ad bonam frugem extemplo redibant. Demonſtravit Deus Patri Henrico de Balma, quænam denique operaretur præſtantia facinora per Coletam ; demonſtravit, inquam, ſub ſpecie vineæ cultus exſortis & infructuoſæ, quam virgo quædam multo labore colebat.

Cœlitus novit Coletam tres fore Minorum Ordines in ſplendorem priſtinum revocaturam, totiuſque hujuſmodi ænigmatis involucris hoc adumbrari myſterium : plurima præſcivit adverſa paſſuram in tantâ ſuſcipienda Provincia, omnes denique egregiè divino auxilio ſuperaturam obices.

Coleta interim diſcens à Confeſſario mira arcana, quæ ipſe divinitus detexerat ; prædixit illi viciſſim mortis diem, quo ipſe clauſo Coletæ apparebat quotannis gloriâ plenus & majeſtate. Deus etiam famulæ ſuæ patefecit infanda crimina quæ tunc temporis admittebantur, necnon ſupplicia parata ad eorum vindictam.

Hæc penetrans tanto horrore percellitur octo dierum ſpatio, ut timens ne in has miſe- A rias abriperetur, ferreum tranſennæ feneſtralis longnrum ſuis manibus prehenſum ſtrictè tenuerit : per totam vitam vim lacrymarum profundebat, Deum obſecrans, & ſeipſam crucians pro peccatorum emendatione.

Quanto gaudio geſtierit, haudquaquam facile poteſt exprimi, dum Patriarcha Seraphicus illam Chriſto offerret, ut ab eo inſtauratrix Ordinum Franciſcanorum, ac proinde plurium iniquorum emendatrix inſtitueretur, ſicut olim ſacratiſſima Virgo Maria divino filio ſuo ſanctos Franciſcum & Dominicum præſentaverat, ut flagella divinæ Juſtitiæ à permultis nefariis hominibus a verterent. Deus eodem momento ſuam impertivit benedictio- B nem Coletæ, illam nominans in moderatricem generalem tam præclaræ miſſionis.

Votum manendi intra claoſtri limites, atque humilitatis leges colendi, in cauſa fuerunt cur haſce viſiones minimè eſſe rectas & legitimas ſuſpicata fuerit : conſultis toto ævo celeberrimis viris, qui illas plane probaverunt, perſpexit in media cellula generoſam arborem, cujus frondes erant in viriditate lætiori, fructus aurei & cærulei cœleſtem ſpirabant odorem : ad radices oriebantur arbuſculæ multum venuſtæ, ſed longé priori diſſimiles.

Formidans iterum Coleta, ne ibi aliqua lateret deceptio, cuncta evulſit protinus & ejecit : novi illico frutices enaſcuntur & erumpunt ; potiſſima arbor autem locum mutat : Deus tandem illi manifeſtat ſecretum, decla- C rans ingenti ipſam arbore ſignificari, quæ aliquando ad columen & ornamentum Eccleſiæ diverſos Conventus inſtitueret in pluribus Regnis.

Quia ſemper excuſationes pias fecit præ humilitate, vult Deus illam obmuteſcere, & oculorum uſu privari tribus diebus. Audiens tamen indeſinenter hanc vocem interiorem ; *Divinæ voluntati obtempera* ; omnino aſſentitur eâ lege, ut nunquam Sororibus præponatur, ſed earum ſit humilis ancilla.

A vana poteſtate ſemper abhorruit Coleta noſtra. Vera & firma potentia, aiebat, om- " nibus qui ad eam accedebant, in virtute " D fundata eſt : ſi fundamentum detraxeris, " quo major, eo periculoſior ſtructura. Quid " implere opibus domos juvat, arua ligoni- " bus, maria claſſibus, ſi intus intereà dome- " ſtici hoſtes animum oppugnant, atque ex- " pugnant ? Vis ut te potentem quiſque fatea- " tur, illos doma, finibuſque tuis pelle, vince " iram, vince cupiditatem, vince libidinem, " vince teipſum, famæ atque hoſtem animæ " tuæ. Quænam iſta potentia eſt vincere alios, " paſſionibus ſuis vinci ?

His perſuaſa argumentis egit mirabilia, tùm ad ſuam, tùm ad aliorum perfectionem comparandam, dum præſertim diſciplinæ Religioſæ in Ordinibus Franciſcanis renovandæ ſtuduit.

CAPUT III.

Divinum fervorem apud alumnos Patris Seraphici denuò accendit.

COGNITAS divinitus leges obſervandas in
antiquorum Ordinum reſtitutione ſcrip-
tis exaravit, atque rationarium omne incluſit
in perâ cingulo ſuo affixâ: à permultis illuſtri-
bus adjuta fuit, ab eximia præſertim Domina
Baronis Foriſci uxore viduâ, & Dynaſtæ *Roc-
caquarti* filiâ, quæ illam ſe fore introductu-
ram promiſit ad Benedictum XIII. quem
Galli tunc Nicææ degentem in Saluviorum
terra, ut ſummum Pontificem, tempore ſchiſ-
matis colebant: facile ergo eximitur voto ſe
continendi intra clauſtra cœnobij.

Iter aggreditur nudis pedibus in comitatu
piæ Baronis ſponſæ, quæ Coletam perſpiciens
aliquando labore nimio feſſam equum coge-
bat conſcendere. Quam primùm equitabat,
extaſi correpta, nec loca diſcernebat ullo pa-
cto, nec homines. Rectus & firmus ſtatus
quem ſervabat hoc in rerum concurſu, vires
naturæ cenſetur exuperaſſe, perinde ac vigor
mirabilis, quo currebat per viam lutulentam,
ſaxetis aſperam, & impeditam vepribus abſ-
que ullo vulnere.

Appropinquans ad locum ubi Papa reſidet,
clariſſimam aliquam præmittit matronam,
quæ mentem Coletæ Pontifici declaret. Dæ-
mon timens bellum quod ei famula Dei jam
indicit, terribiliter legatam vexat ſpectris, &
ad inſaniam adigit. Pergit tamen, clamans
fortiter velle ſummum alloqui antiſtitem, qui
ipſe peroptat illam videre. In primo Papæ
aditu ſapientiſſime ſe gerit, atque cum judicio
fatur, & argutè reſpondet, itaut Benedictus
illi polliceatur benevolas præbiturum aures
Coletæ. Surrexit è throno illam excepturus,
legit attentè illius commentarios, petitioni
buſque aſſentitur: Cum tamen omnes ſenten-
tiæ minime convenirent, deciſionem pro, ra-
ſtinat.

Pluribus, qui ſe opponebant, gravi lue ex-
tinctis, annuit penitus libello ſupplici Cole-
tæ, illam admittens inter Religioſas ſanctæ
Claræ, atque Abbatiſſam & Generalem Mi-
niſtram inſtituens totius hujuſce Ordinis. Im-
pensè illam commendavit Patri Henrico de
Balma, his verbis: *Quanti apud te ſum, tan-
tum valere apud te commendationem meam,
effice, ut intelligam; tibi hanc filiam commen-
do, eâ commendatione quæ poteſt eſſe diligen-
tiſſimâ.*

Tanto Coleta geſtiebat gaudio vota ſolen-
nia nuncupans inter manus ſupremi Pontifi-
cis, ut laudibus non attenderit, quibus illam
A coram Cardinalibus eminentiſſimis extulit,
neque Abbatiſſæ dignitati, quam illi adſcivit.
Reverſa nihilominus in hoſpitium, videnſque
ſe ampliori honore affici, dum quiſque Matris
illam ſplendido titulo donaret, novæ hujus &
honorificæ cauſam denominationis quæſivit;
ſciens verò talem eſſe declarationem ſummi
Pontificis, obſecravit à ſe auferri hanc præ-
rogativam. Conſilium tamen non mutante
Papâ, redit Corbiam Coleta, ubi collapſam
Religioſam diſciplinam in priſtinum revocare
incipit ſplendorem.

Dæmon eodem tempore illam tantis infa-
miæ maculis inquinat, ut primarij cives, ve-
tereſque amici illam æſtiment vanæ probita-
B tis ſimulatricem, ſuperbam, & veneficam.
Cum igitur non poſſit invenire Corbiæ ad vi-
ctum neque ad veſtitum neceſſaria, aliò pro-
ficiſcitur cum Novitiis. Blanca Gebeni Co-
mitiſſa illi mediam caſtelli ſui partem offert,
ubi primum Conventum inſtituit.

Pagi quidam incola largitionibus & conti-
nuis officiis, quantum poterat, familiæ Vir-
ginum Coletanarum ſubveniens, infenſum
habuit humani generis hoſtem, qui liberalem
& beneficum virum crudeliter inſectabatur:
ab Angelis interim propugnatur, & conſola-
tionem accipit, Coletæ rogatu, quæ nocte
videt cœleſtem exercitum fortiter dimican-
tem contra Dæmones, qui murum hujuſce
piæ domus ſplendenti lumine circumfuſæ co-
C nantur ſuffodere; videt quoque Angelos è
cœlo deſcendentes, & huc viciſſim aſcenden-
tes, ut divinæ majeſtati offerrent filiarum
preces & proborum opera Chriſtianorum.

Religioſa intima, quam participem reddere
Coleta cupit tam ſublimis myſterij, nil præ-
ter morem ſolitum perſpicit; illuſtratur nihi-
lominus Abbatiſſæ interventu, cui ſummus
Pontifex apprimè cognoſcens ejus ſanctita-
tem, Monaſterium largitus eſt Ordinis ſanctæ
Claræ Veſuntinum, quo Blanca Comitiſſa,
ejuſque fratris filia, quæ paulò poſt Comiti
Palatino fuit matrimonio conjuncta, ſimul-
que Dux Bavarus eam honorifice deduxe-
runt.

Perfectionis Coletæ noſtræ culmen mani-
D feſtatur, dum ſolenni apparatu poſſeſſionem
init hujuſce Conventus, illuſtriſſimo equiti
vinculis connexo propinquitatis cum Blanca.
Cum eximiâ virtute præditus eſſet, Coletam
eſt intuitus vivacibus radiis coruſcantem. Hoc
miraculum vulgavit, citoque ex animo po-
pulorum errore abſterſo, calumnia prorſus
deleta eſt.

Licet tunc paucas haberet aſſeclas, brevi
nihilominus innumeræ filiæ ſe ejus modera-
mini ſubjecerunt, eique offeruntur fundatio-
nes in Gallia, Burgundia, Germania, Belgio,
Sabaudia, & alibi, quas præcellentibus Reli-
gioſis replevit. Religioſorum quoque, qui

Coletæ diſciplinam ſunt amplexi, numerus ita in dies ſingulos augetur, ut congregationem, ſub nomine Coletanorum conſtent, ſtricte obſervantes Regulam Franciſcanam, & Chriſti Evangelium. Permulti Magnates, viri & præſtantiſſimæ feminæ, præclarum adeo inſtitutum profitentur; plures etiam jamdudum diverſis Ordinibus voto adſtricti, ſe Coletæ ſubdiderunt, cum Superiorum licentia.

Continuò Deus illi miris favet modis. Dum colloquitur familiariter cum inſigni Dei famulo, funiculus ſummâ elaboratus induſtriâ, atque velut nix albeſcens, inter manus ejus cadit, in figuram & teſtimonium puritatis & munditiæ animarum, quæ ſe ejus regimini ſubmittebant.

Morte interveniente cujuſlibet ſubditorum aut ſubditarum Coletæ noſtræ, ſtatim anima ipſo momento extremi certaminis illi apparebat, opem poſtulans & ſuffragia juxta peculiarem neceſſitatem, vel beatitudinem manifeſtans, quam erat aſſecutura. Humanis deficientibus ſubſidiis in Monaſteriorum conſtructione, præſto erat divinus ſponſus, qui omnia copioſe ſuppeditabat.

Multoties de improviſò reperiit quingentorum ſummam aureorum numiſmatum, quæ ſeorſim aliis præponderabant, & amplioris erant magnitudinis, atque multo plus opus promovebant, quam mille alia; mixtim nihilominus ejuſdem erant valoris: Curam quoque ſuſcepit Coleta in Tertium Ordinem Franciſcanum priſtinum revocandi ſplendorem, cui nomen dederunt utriuſque ſexus Principes, & permulti alij qui præclare factis nobilitarunt ſe, & magnum ſibi honorem conciliaverunt ejus exemplo & documentis exculti.

CAPUT IV.

Studium ejus ſingulare erga paupertatem.

ANTEQUAM profeſſionem Religioſam amplectitur, dotem vendidit, quâ fuerat inſtructa à parentibus ad matrimonium contrahendum, diſtribuitque pauperibus: at fervens paupertatis amor ardentius illam inflammat in Clauſtro. Tunicam magis detritam, & velum penitus lacerum peramat, & ſuo accommodat uſui intra & extra Conventum.

Ad fundandos exiens Conventus nudis incedit pedibus, hyeme pariter ac æſtate, abſque ſandaliis per itinera durâ conſtrata glacie, ſpinis, & altâ obſita nive, vepribus impedita & invia. A Sororibus manicas texto altero munitas recipiens, adſcititium textum citò juſſit diſſui. Si alicui Sororum quid neceſſarium deſit, Coleta, quamvis multo plus indiga, quod ſibi opus eſt, ſibi ultro abripit, ut magis egenti ſuppeditet.

Manicas aliquando avulſit à tunica ſua ad Sororis commodum; deinde duas alteras varij coloris uſuque conſumptas ſuæ veſti appoſuit. Nil in rem ſuam derivabat, nec ipſum etiam Breviarium. Simplicitas ædificiorum illi valde arridebat: ſi fundatores vellent præclaram nominis exiſtimationem ædium magnificentiâ ſibi comparare, confeſtim imperabat illas funditus dirui.

Ne Sororum veſtimenta paupertati Franciſcanæ adverſarentur, quà longitudine, quà latitudine, præſens erat dum texta ſingula concinnarentur, minimaque fruſtula colligebat, quibus penè licet innumeris reſarciebat & tegebat propria. Frumentarius commeatus, reſque omnes in poſterum congeſtæ illi plurimum diſplicebant; ideoque Deus inſignibus miraculis ſignificavit quanti faceret Evangelicæ paupertatis amorem.

Conventus quem erexerat penès Narbonem in extremam redigitur indigentiam à militibus, qui univerſam circa regionem depopulantur. Quod compertum habens Coleta, filias excitat ad Deum invocandum, qui ad eas mittit virum incognitum albis indutum veſtibus: erogat illis caniſtrum exquiſito pane plenum, qui durat quandiu opus eſt.

Antiſtita Monaſterium adit in Ducatu Nivernenſi fundatum, multis Sororibus ſtipata, quæ duas domos poſſint occupare. Ad earum ſuſtentationem neceſſe fuit propter rei frumentariæ difficultatem è farinæ purgamento panem conficere, cujus tamen ſapor cibos delicatiores ſuperabat.

Soror Joanna *Radella*, cellæ penuariæ curatrix in aliquo Cœnobio, vinum expromens Coletæ vocem audivit, quæ illam vocabat: præ ſingulari obedientia citò currens, dolium obliviſcitur obturare, quod illicò fit vacuum. *Joanna* poſteà ſe accuſans ad pedes ſanctæ Abbatiſſæ jubetur afferre vinum ejuſdem dolij. *Joanna Radella*, quamvis repugnanter obtemperat, & maxime miratur dum reperit dolium vino multo generoſioris notæ refertum.

Coleta noſtra, ut Sororis cujuſdam tunica perficeretur, lanei panni texto ſolido unam ulnam & amplius ſuis precibus mirabiliter addidit puncto temporis: quo plus miraculis teſtatur Deus gratum habere amorem famulæ ſuæ, erga paupertatem Evangelicam eo majori ipſa ardore hanc complectitur virtutem, quam ſummis laudibus extollit, & ferventer Religioſis ſibi ſubditis commendat.

Dum aliquando de paupertate ad illas ſermonem inſtitueret, viſi ſunt duodecim Apoſtoli humi ſedentes in veſtibus albis, circà ſermocinantis cathedram. Exhortatione finitâ in

in nubes evidenter elevati ſunt, quò noſtra Coleta per extaſin abripitur, & longo tempore à filiarum ſuarnm coonſpectu abit.

CAPUT V.

Modeſtia & verecundia virginalis.

CUm nullum vitium ſit libidine turpius, nullum de quo magis erubeſcant ſapientes, vel nudum ipſius nomen non carere ignominiâ, Coleta exiſtimat, juxta mentem Pauli Apoſtoli, *Epheſ. 5.* Hinc ille pudor, quo ſolebat affici, ſi ſemel aliqnod verbum aut factum non ſat honeſtum coram illa commemo- B raretur, etiam obiter.

Nulla nnquam cogitatio minus ingenua vel minus pura & proba in mentem ejus irrepſit. Modeſtia & verecundia virginalis in ejus vultu, in geſtibns, & dictis latè relucebant. Dæmon invidus, à quo tantopere fuit laceſſita, nunquam auſus eſt ullnm vel leviſſimum obſcœnitatis ſimulachrum ejus imaginationi proponere. Nullo prorſus modo ſuis ſenſibus indulgebat, niſi juxta leges ſeveriſſimæ temperantiæ. Licet omnis cupiditatis expers, omnem tamen in præcavendo ſolertiam ac diligentiam adhibet.

Cum ſciat impuritatis limo infixum hominem vix emergere, & conclamatam eſſe salutem ejus, quem hæc lues infecit, ab oratione C non deſiſtit, perennes excubias agitans, ne quid mali contingat. Filias docet impuris cogitationibus in ipſo acceſſu reſiſtere, eâ celeritate quâ ignitum carbonem excuterent veſtimento.

Frequens erat & familiaris cum pueris, quorum candorem magnificiebat & innocentiam: propterea turtures, agni, aliaque id genus animautia multam illi creabant jucunditatem. Aves magis ad munditiem proclives, omnino cicuratæ, frequenter ad eam accedebant, ſupra ejus caput ſtantes exercebant libenter vernaculum carmen, & intra ipſius manus comedebant.

Agnum ab amicis oblatum peramabat, D quod nullâ inſtructione præviâ Miſſam attentè audiret, ad ſacræ Hoſtiæ elevationem flecteret genua, & remaneret proſtratns, donec vini conſecratio perficeretur. Beſtiola incognitæ ſpeciei, & pulcbritudinis eximiæ, inter ejus brachia prolabitur, quæ à nemine ſe rangi ſinebat, & ſæpius evaneſcebat. Coleta ſemel, aliiſque Religioſis poſt beſtiolam, animi gratiâ, currentibus, derepente Coleta ipſa & exilis pariter bellua ex oculis ſe ſubduxerunt. Unde conjiciunt antiqui Scriptores, Angelnm ſub hac figura ſalutationis honorificæ obire officium in venerationem illibatæ virginitatis.

A E Coletæ corpore odorum ſuavitates afflabantur, nec ulla unquam graveolentia. Quæcunque ad ejus erant uſum, aut contrectabat, fiebant odorata, & vim habebant medicam. Soror *Margarita Bolſavena* ſeptennio aquam ſervavit incorruptam, quâ beata Abbatiſſa manus laverat; illam religioſe bibeos morborum corporis ſalutem recuperabat, pœnarumque interiorum ſentiebat levamen.

Omnes Coletam adeuntes nulla unquam ſubiit cogitatio impura, quamvis ſplendore frontis, ſtaturæ dignitate, & aptâ corporis habitudine, omnium benevolentiam ſibi conciliaret, quin imo, etiam cœco igne carpti, mox ut intuebantur faciem adeo pudicam, flammas impudicitatis experiebantur protinus B extingui.

De proceribus Galliarum aliquis aſſiduus in probroſis facinoribus cum noſtra Coleta exoptavit colloqui; ab ea recedens, ab improba peccandi conſuetudine ſe revocavit, præſertim ab effrenata libidine: aſperam vitæ rationem aggreditur: Mirum dictu, nullam amplius in membris ſuſtinet legem repugnantem legi mentis ſuæ, ſicut multoties declaravit poſt auguſtiſſimi Sacramenti ſuſceptionem. Plures fide digni Religioſi aſſeruerunt colloquium beatæ Coletæ contra violentiores iniquitatis impetus arcem eſſe munitiſſimam.

Illuſtris Dominæ Gallicæ filius ad inſaniam C uſque & ſtolide fatuls puellæ ancillaris amoribus illaqueabatur, quæ blandimentis nimium irretita locnm & tempus crimen admittendl expectabat. Pia interim Domina ad Coletam miſit Religioſum, à quo cingulum ſanctæ Abbatiſſæ allatum, ignem petulantis juvenis libidinoſum extinxit, & cupidinem, quâ laborabat, vitæ aulicæ omnino retudit.

Coleta munditiam virginalem tantopere colebat, ut ſe felicem æſtimaret in nova extare lege, quæ Angelicam hancce virtntem majori in pretio habebat quam antiqua. A ſummo Pontifice obtinuit diploma, quo prohibebatur, ne in ſua Monaſteria admitteret, niſi virgines. Sancta Anna apparuit illi maje- D ſtatis & gloriæ plena cum tribus ſuis filiabus, auguſta nempe Maria Jeſu Chriſti genitrice, Maria Jacobi cum quatuor ſuis filiis, ſanctis videlicet Jacobo Minori, Simone, Judâ Apoſtolis, & Joſepho (juſtum cognominant) qui unà cum ſancto Mathia propoſitus fuit, ut in Diſcipuli perfidi locum ſufficeretur: Maria tandem Salome cum filiis ſuis ſanctis Joanne Evangeliſta & Jacobo Majori in eadem apparitione viſa eſt.

Quamvis, inquit ſancta Anna Coletæ no- " ſtræ, non ſim virgo, non minorem venera- " tionem mereor: Eccleſia tum militans, tum " triumphans, mihi gratias agunt de mea po- "

„ ſteritate, quæ illas immenſis cumulavit meritis. Hac viſione Coleta arbitratur ſe plurimum debere, & beneficij nomine maxime devinctam eſſe beatæ Annæ, cui plures ſuorum Conventuum Eccleſias dedicavit, præſertim ædiculam in Monaſterio Veſuntino, ubi ſepeliuntur plures ex ejus amicis.

Chriſtus ſignificare cupiens Coletæ, quam excelſo loco ejus virginitatem ducat, ad illam Joannem Evangeliſtam legat, qui divini Magiſtri juſſu, annulum magnificum ejus digito inducit. Pretioſum adeo monile Coleta curat auro tegi vel argento; ſed artifex, licet induſtrius & peritus, ſuſceptum opus ad optatum finem nequaquam poteſt promovere. Sat ſuperque decorum eſt atque perfectum, quod Deus operatur; non illud ornar humana induſtria, ſed obſcurat, quia Deus bonorum hominis non indiget.

Confeſſarij, pluresſque ſpectatæ & probatæ virtutis viri mirabilem iſtum annulum viderunt ac tenuerunt, quem gerendum ipſa præbebat negotiorum ſuorum adjutoribus, contra impetus & violentiam adverſantium.

CAPUT VI.

Eximia ejus pietas.

CUm ex præſcripto Regulæ Clariſſæ debeant divinum Officium, Horaſque canonicas recitare, Coleta quæſivit à Patre Henrico *de Balma*, quonam perfectiori modo poſſit illud perſolvere. Decreverunt ambo ad Deum confugere, ut per orationem ipſius voluntatem diſcerent. Ambo itaque genibus innixi audierunt ſuavem & canoram vocem, quæ nudâ & planâ modulatione canebat, interjectis morulis, numeriſque obſervatis, divinum officium.

Hacce in formula libenter hæret Coleta, volens abſolute Sorores ſuas eandem ſequi: unum in locum diligenter conveniunt omnes, ut intenſiore curâ ſeſe comparent juxta Eccleſiaſtici monitum: *Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum.* Tunc quæ vel leviter rixatæ fuerant, aut diſceptaverant, intra fines pacis redeunt, veniâ humiliter petitâ. Quamvis graviter & continuò ægrotet Coleta, prior omnibus chorum ingreditur, & ab eo recedit poſterior.

Accurationem iſtam ſtudioſè tenuit, quando acerbiſſimi dolores dabant intervalla. Sæpe viſus eſt â Religioſis Agnus ſedem beatæ Abbatiſſæ occupans in choro, ante quàm ad matutinas Horas veniſſet. Vocis ſonum ita intendebat, ut diſtantium ingenti leucâ aures compleret.

Peſte ſæviente in Monaſterio, ubi tunc interrat Coleta, plures moriuntur, plures corripiuntur lue peſtilenti: non tamen intermittitur officium diu noctuque: in Coletæ vultu quæ in officio divino frequens eſt atque aſſidua cum binis aut ternis Sororibus, cæleſtis conſpicitur ſplendor, unde manant radij, ferventis animi teſtes, qui oculos Religioſarum perſtringentes, earum mentes divino incendunt amore.

Soror ab octo annis in choro propter infirmitates non comparens, beatæ matris conſilio ſequenti nocte ibi ſe præſentem exhibet, ſtatimque ſanatur, vocem grandiorem & magis jucundam recuperans quam anteà. Coleta præter Horas canonicas, recitabat quotidie Sororum officium, quas communiter rei domeſticæ *adminiſtras* nominamus: Addebat Horas Crucis, Mortuorum Vigilias, novenarum Lectionum, Roſarium, & innumeram multitudinem precum hujuſmodi, quas nuncupamus, ut aſſolet, *Pater noſter*, & *Ave Maria*; ſæpenumero quoque Pſalterium integrum jungebat mirâ ſuavitate, dum præſertim Pſalmos Pœnitentiales vulgò dictos, proferret, quibus Sanctorum accedebant Litaniæ. Tot & tantis precibus finem imponebat humili culparum veniæ in iis admiſſarum poſtulatione.

Ad mentis attentionem ac pietatem vehementius accendendam, hymno *Veni Creator* ante ſingulas Horas pronunciato, haud ſegniter ſancti Spiritus expoſcebat opem: quem quidem illa hymnum tanto ſemper recitabat ardore, ut ejus cor è pectore exilire, animuſque deficere videretur: Et ſatis conſtat perſæpe eam hominum interventu alloquioque, ut fit, interpellatam, eundem à principio iteraſſe hymnum tam intento animo, quàm ſi nemo interveniſſet.

Excandeſcens Dæmon in Coletam, ob merita quæ pietatis ſenſu & ſedulitate conſequitur in oratione vocali, præcipuè in recitando Pſalterio, candelam ejus extinguit, vel oleum effundit lampadis: ſemel etiam illam diffringit, librumque coinquinat, qui tamen poſtridie nullâ labe aſpergitur, dum illum Confeſſario narrat eventum.

Duo aliàs cacodæmones horrendis ſe figuris induentes horrificum tumultum concitarunt, ut illam orantem perturbarent; ac ſigno crucis protinus humani generis fugavit hoſtes. Galliâ bello civili flagrante, Coleta noſtra nullo pacto prætermittebat Viſitationum regularium munus, violentiam militum non pertimeſcens, auditâ Miſsâ, & Litaniis Sanctorum perſolutis: vixdum aliquando illas finierat, cum prædones illam aggrediuntur; quamvis eſſent alienigenæ, quorum idioma non callebat, divinitus tamen illuſtrata, patriâ illorum linguâ loquitur, eoſque itâ cœleſti comitate devincit, ut ſeipſos illi & filiabus

ejus velint adjungere, tanquam validam præſidiariorum manum, donec iter perficiatur; ſed declarans ſe comitatu non indigere, illis comiter grates agit.

Monita de extremo periculo impendenti, præcepit Religioſis, quas deducebat ad novi Conventus inſtitutionem, ut auxilium Domini invocarent; poſtulatumque impetrarunt Sanctorum Litaniis recitatis. Vir præpotens, & Coletæ valde infenſus, executioni ejus propoſiti ſe opponens, inſidias ſtruxit in via, globo inſidiatorum ſedem aſſignans, qui eam diſtinerent donec ipſe adveniret. Sponſas Chriſti ad primum aſpectum injuriis atrocibus dilaniat. Verùm Deus innocentium ultor protervum calumniarorem moratur in medio curſu: imò vi divinâ retrorſum fertur, nec potuit nnquam accedere ad currum quo vehebantur Coleta & ejus filiæ. Faſſus eſt igitur ſe Dei ſentire manum vindicem, qui fidelium ancillarum firmus erat protector.

Litaniis quoqne Sanctorum Coleta obtinnit liberationem ab injurioſo facto quod ipſi intentabant copiæ à caſtris dilapſæ: Hi graſſatores panico terrore perculſi, crediderunt ſe à tergo habere inſtantes adverſarios, Coletamque dimiſerunt liberam. Iiſdem precibus in libertatem omnino vindicatur, dum in regione verſatur à militibus diſſolutis infeſtata, qui caput amputare, vel aures abſcindere volunt illius ſtipatoribus. Prædatores clementiâ & benignitate Abbatiſſæ devicti equos teddiderunt quos abſtulerant: propter alia crimina poſteà patibulo addicti, ſuum omne exitium crudelitati attribuerunt, quam cupiebant exercere iu beatam Coletam.

Procurſatores quidam Monaſterium in pago, ubi reſidebat Coleta, devaſtare conati ſunt: cœlitus admonita de pravo eorum conſilio, nil aliud ad defenſionem adhibuit quam filiarum preces, quibus decantare Sanctorum Litanias juſſit. Infames eodem tempore adventant graſſatores, qui perterrefacti aliorum aſpectu bellatorum obſiſtentium, fugâ ſubitâ ſibi conſuluerunt.

CAPUT VII.

Illius contemplatio & extaſes.

HOc unum præſertim intendebat, ut Sorores ſuas orationi mentali aſſuefaceret. Ideoque in cunctis Conventibus ſolitudinem & deſertum aliquod inſtituebat peculiare, ubi Deo impenſius vacarent ipſa & cæteræ pariter Religioſæ. Negotiorum multitudo quæ illi eveniebant propter collapſæ regularis diſciplinæ inſtaurationem, nullo modo ejus mentem avertebant à divino cultu: A imo potius exteriores occupationes, quæ permultis aliis eſſent impedimento, erant adjumento Coletæ noſtræ, ut Deo ſtrictius adhæreret.

Extaſes ejns aliquando ad duodecim horas protendebantur, erantque frequentes: Exiguum verbum, ant modica divini amoris cogitatio tam vehementer illam incendebant, tamque ſnbito, ut qui ſocietate cum ea conjuncti erant, hiſce prorſus abſtinerent ſermonibus, quando quidem tunc animam penè efflabat: Angelo ſimilis videbatur, cum per octo dies, vel etiam per annum completum inſomniâ laboraret.

Meditationis ejus vigor facile perſpicitur in animarum converſione, quam impetrabat, & B in pluribus aliis præclaris effectibus. Ex ejus meditantis ore interdum prodibant radij coruſcantes, & nſque ad thronum Dei evolantes, coram Religioſis, quæ de tanto miraculo fidem fecerunt. Comprecationis cella ejus viſa eſt aliquando igneſcere, caput quoque & velum flammas evomebat, itaut oculi cujuſdam Sororis perſtringerentur, quæ tunc Coletam adiens procidit in terram velut mortua: modò exoriebatur forma quædam Solis in medio labiorum ejus, modò in aërem efferebatur, tamque ſublimiter, ut aciem oculorum fugeret: expoſcebat præſertim ſuis precibus peccatorum emendationem.

C Sanctus Vincentius Ferrerius Evangelium prædicans in Hiſpania, Coletam, quam nunquam noverat, divinitus vidit humi procumbentem coram Deo, miſericordiamque ardenter poſtulantem & cum lacrymarum copia pro ſceleratis & impiis. Dominnm audit Coletæ reſpondentem, ab hominibus ſe immaniter offendi, & abſque intermiſſione: compertis nomine & manſione beatæ Chriſti ancillæ, ex Arragonia in Galliam venit illam inviſurus, & ex illa viſitatione magnam percipit conſolationem.

Coleta non arbitratur exitum ſuæ deprecationis pro animarum ſalute fore fauſtiorem quam ſacratiſſimæ Mariæ Virginis interventu; quæ illi fruſta carnis in catino exhibet, velut D pueri corpuſculi partes diſſectas, ſic dicens: Quâ ratione exoptas me apud filium meum " intercedere pro induratis, qui illum ſuis ini- " quitatibus ferociter dilaniant. Minime ta- " men ex his reſponſis Coleta deſpondet animum.

Aquæ-Perſæ vir & mulier, ſingulari ac perditâ nequitiâ infames, patibulo addicuntur; ſuum caput orco inter jurandum dedunt, omneque colloquium cum Sacerdoribus aſpernantur. Quidam eximiæ pietatis Anachoreta ſtricto cœleſtis amicitiæ vinculo Coletæ cõjunctus, illos habens obvios, dum ad locum ſupplicio deſtinatum ducuntur, Judices rogat ne plectantur donec Coleta ſciat contractam illotum

duritiem, quam mox ut noverit, inchoato Pſalmo, *Miſerere mei Deus*, corda rebellia cito flectuntur, & placida fiunt, atque pœnitentiæ Sacramento animi noxis expiatis, cum omnibus contritionis indiciis apud poſteros ſpem concitant ſuæ beatitudinis.

Religioſa quædam, quæ turpia & nefaria delicta patraverat antequam clauſtrum ingrederetur, præ verecundiâ inſanâ noluit illa in clauſtro exponere Confeſſario per ſex annorum ſpatium. Tandem beatæ Abbatiſſæ declaravit ſe multùm egere ejus interceſſione, ne ſacrilegium amplius committat. *Ito confeſtim*, inquit Coleta, *ad tribunal Confeſſionis, dum ad Deum pro tua libertate confugio recuperanda*. Pœnitentiæ Sacramento animi ſordibus abſterſis, quæ prius anxia erat & turbida, planè conquieſcit.

Femina valde ſpectata, & Monaſterium beneficiis devinciens, in gravem adeo morbum incidit, ut apud Medicos nulla ſit ſpes eam ſanandi: mortis cogitatione in deſperationem adigitur, eò quod probroſa crimina Sacerdotibus illam pudeat detegere. Chriſto Salvatori commendatur enixè à Coleta, atque è veſtigio bino & inſigni favore cumulatur; expurgat enim ſincerâ confeſſione ſuam conſcientiam, & corporis ſanitatem recuperat. Actiones deinceps vitamque univerſam ad rationis normam conformavit, mortemque obiit pretioſam.

CAPUT VIII.

Coletæ Miracula.

Conventu Polignaciensi in ariditatem inducto per ingentes Solis æſtus, ſine aquæ ſpe, Coleta rogavit Dominum, ipſo die Quadrageſimæ, quo proponitur ab Eccleſia Evangelium Samaritanæ, iiſdem verbis, quibus uſus eſt Chriſtus, ut aquam obtineret à Samaritana. Coleta igitur finitâ prece locum deſignavit, qui fontibus puris & limpidis ſcaturiebat.

In oppido Albigæ proximo mentis impos fit juvenis femina poſt puerperium: à Paſtore Abbatiſſa rogatur ut Deum pro inſanâ oret, cujus capiti velo beatæ admoto confeſtim inſania ceſſavit, & integra ſanitas rediit.

Mercator ſe cupiens in viam dare, ſæviente hieme, Coletæ precum opem ſupplex implorat; tranſiens per anguſtum iter, altâ nive obſitum, in fortunarum & capitis ultimo verſaretur diſcrimine, quia cum adeo copioſæ nives gelu conſtrictæ premant terram, ut ne avium quidem feræve ullius veſtigium extet, extremum præcipitium nequit devitare: itaque rurſus Coletam invocat, quæ ſe illi offert, atque oſtenſo periculo imminente illum ad retrocedendum compellit.

A Dynaſtæ cujuſdam filia de patris conſenſu ad Religioſum tirocinium admittitur, qui mutans poſteà ſententiam illam vi abripit, & à clauſtro avocat. Coleta Deum ferventer precatur, cujus ordinatione pater inſulſus filiam perducens in regionem longinquam, ut Monaſterij ſit prorſus immemor, videt equum cui inſidebat iſta, ter prolabi, eamque graviter vulnerare. Inferens inde vocari divinitus in profeſſionem Religioſam, abſque mora illam hùc reducit, ac plauſum & approbationem ejus perſeverantiæ gaudens impertitur.

B Comitiſſa Valentinenſis peroptans Regulam ſtrictam noſtræ Coletæ amplecti, periculum facere anteà voluit virium corporis & animi ſui aſperimâ vivendi ratione. Die indicto ad ingreſſum Dęmon conatus eſt illam avertere à receptione habitus, omnes ejus equos reddens inutiles & truncos: interceſſione Coletæ impetravit illos, quamvis membra haberent luxata, & oſſa ex ſua ſede diſturbata, citò fieri aptos & idoneos ad curſum. Sic feliciter veſtem regularem ſumpſit, & felicius in Religione perſeveravit uſque ad mortem.

Dum Coleta in Conventu degeret Veſuntino, femina nobilis, nomine Margarita adducitur, quæ vomitu ferè continuo ſtomachum egerit quater aut quinquies quolibet die. Procidit in terram cibos indigeſtos reddens cum

C terribili nervorum contractione; ſemihoræ ſpatio quoties is accidit eventus, cujus oculata teſtis Coleta commiſeratione permovetur, eò magis quò certius ſciret nauſeatricem ab recto fidei dogmate alienam eſſe. Bis Coleta Deum interpellat, ut ægrotanti donum fidei Chriſtianæ elargiatur; quæ tandem fidei dogmatibus & rituum formulis à Chriſto Domino ſemel inſtitutis univerſo orbe, abſolutè adhęrens, perfectam ſanitatem adipiſcitur.

Vulgatâ hujus miraculi famâ, derepente accedunt ad eam ſtulti, phreneſi laborantes, ab malo Dęmone poſſeſſi, & permulti aliis

D diverſis affecti morbis, qui omnes convaluerunt ejus meritis & precibus, vel ſigno crucis, quod etiam ex veneratione adhibens, pueros ſanabat infirmos, licet illi offerrentur non ut liberarentur ab infirmitatibus, ſed quia conſtaret illi pueros maxime arridere ob innocentiam.

Religioſa quędam violentæ obnoxia hemicraniæ illam obſecravit, ut tanto dolori medelam afferret: Coleta igitur ductâ in crucem manu hemicranicæ tetigit frontem, quæ illicò ſaneſcit. Frater Obaldus, qui perutiliter inſerviebat uni ex Monaſteriis Coletæ ſubjectis, à quindecim annis ita vexabatur cruciatu colico, ut ſeipſum movere aut ex.

tendere nequiret. Beata Abbatiſſa ad tra- A ctanda negotia illum mittens affirmat virtute crucis dolores omnes finem fore habituros. Veritatem prædictionis probavit eventus.

Diſciplinâ regulari in Conventu quodam ſui Ordinis inſtauratâ, ad ſuum rediens, per viam retardatur, ob flumen profundum, quod trajicere non poteſt, navigio deficiente. Signum crucis ritu Chriſtiano exprimunt Confeſſarius & Dei famula ſuper aquas; deinde cum illa omnis comitatus, ſine ullo periculo amnem ſuperat. Plures equites ſpectatores jocosè dicentes tranſitum ſibi facilem eſſe perinde ac iſtiuſmodi vanæ probitatis ſimulatoribus, ſe ventis temere committunt, ſimulque pereunt & equites & equi.

In alio Monaſterio Soror comitiali morbo affecta ſpumam fundebat, & ſaltabat uſque ad cubiculi ſuperam contignationem, & tumultuabarur ut tonitru. Coleta, cum nequiret epilepticam inviſere, curat à Confeſſario viſitari, qui ejus nomine ſigno crucis, Chriſtiano more, inſignit ægrotam, cui ſtatim plena ſalus reſtituitur. Soror Ioanna Sara dolores acerbiſſimos ſentiens in manu levamentum expoſcit à Coleta eodem modo, quæ manum dolentis propulſans, tangit, & ſanat.

Ambæ factiones, quæ tunc cæde atque incendiis Galliam vaſtabant, ſibi pariter Coletam exiſtimabant adverſam. Dum ergo commoraretur hiſce temporibus in conventu, & in urbe circumſeptis à militibus, quibuſcum cives ſuſpicabantur illam clandeſtina inire conſilia, ſacrarij cuſtos per incogitantiam pulſavit campanam pro matutinis horis, non mediâ nocte, ut moris eſt, ſed horâ ſeſquinonâ: incolæ falsò credentes ſignum eſſe à Coleta editum, ut indicaretur hoſtibus ad arma concurrendum eſſe, Monaſterium diripere & dilapidare ſtatuerant: ſed Coleta ſuis precibus horologium duabus horis promovet; Sol quoque binis horis exoritur ante tempus conſuetum; ſicque ſeditio componitur.

Soror, quæ nullum poterat capere alimentum à ternis diebus, fame ſtimulatur, mox ut comederit fruſtum panis plebeij & benedicti à beata Abbatiſſa. Vinum vapido vigore ac ſapore, uſui infirmorum deſtinatum, offertur in calice Coletæ, quæ ſuâ benedictione illi priſtinum colorem & guſtum reſtituit, & toti dolio.

Tabellarem imaginem quam præcipuè colebat, à Dæmone perfractam, curavit à Confeſſario devehi ad opificem, qui eam reconcinnaret; at per iter omnino reſarcita advertitur, & in primo decore.

CAPUT IX.

Pietas ejus ſingularis erga Chriſti Paſſionem, & auguſtiſſimum Altaris Sacramentum.

MATREM audiens quotidie recitantem longam & piam Orationem in honorem Paſſionis Chriſti, illam tam ſedulò memoriæ mandavit, ut nunquam effluxerit. Ab incunabulis meruit Coleta, ut Salvator ipſi apparens notos faceret omnes cruciatus quos paſſus eſt in toto corpore, quorum recordatione ſubitâ virium, motus, ac ſenſus facultate B deſtituebatur.

Quotidie per totam vitam acerbiſſimos doloris morſus experta eſt, recogitando Jeſu Chriſti crucifixi pœnas, præſertim tempore meridiano, quo ab omni humano conſortio recedebat, ut meditationi vacaret: magis dolebat & angebatur feriâ ſextâ ab hora ſexta matutinâ, uſque ad horam ſextam veſpertinam.

His in myſticis anguſtiis ſacrorum acerbitatem Stigmatum ſentiebat; majore potiſſimum Hebdomade Paſſionis lectio tam acriter ejus mentem pervadebat, ut penè exanimis in extremam luctam videretur reduci, & lugubri lamentatione duriora diffringeret audientium corda. In Conventu veſuntino pro- C tenditur extaſis ad tres ultimos dies extremæ Quadrageſimalis jejunij Hebdomadis; aliàs in extaſim incidit eâ ferè horâ, quâ ſerotinum diei Jovis Sacratioris officium peragi cœptum eſt, ad diei ſequentis horam, quâ Sorores de Capitulo exibant. Ærumna interior vultu lívido, & quaſi ictibus contuſo, ſignificabatur; oſſa videbantur obtrita, naſus depreſſus. Sorores tunc velut ſtupefactæ, præ admiratione vehementi exclamaverunt, & Coleta noſtra in ſecretius conclave abiit, livente omni tumore delero.

Ramum geſtanti in ſolenni ſupplicatione, D die Dominicâ Palmarum, Chriſtus illi manifeſtavit triumphum ſui ingreſſus in urbem Hieroſolymitanam. Deſiderium ardens ſacras peregrinationes obeundi ad omnia loca, quibus Jeſus ſui ſanguinis ruborem affuderat, ſuum non conſequitur effectum; adipiſcitur in hac jam vita mortali præmium illuſtre, partem ſcilicet veræ Crucis illi nomine Salvatoris allatam ab Angelo; nomine, inquam, Salvatoris, à quo eam expoſtularat. In cruce aurea incluſa erat, ſummâ elaborata induſtriâ, quam Coleta exiſtimabat divinum eſſe opus, non humanum, cum infinitè omne fabrile opus aurarium antecederet.

Quantum exhiberet cultum erga ſacratiſſimam Euchariſtiam exprimi non poteſt. Miſſæ aderat ſingulis diebus, cum lacrymis, & ſolerti animi præparatione, præviâ etiam ſæpe-

Nnn iij

numero noxarum expurgatione per Sacramentum Pœnitentiæ. Emicabat potiſſimùm illius fervor quo tempore cœleſtem Hoſtiam Sacerdos ab ara excitatam, adorandam proponit: tot exhalabat tunc ſuſpiria, tot ejaculabatur flammas, ut lateret in angulo, ne ab attentione diſtraheret adſtantes.

Sacerdote aquam pro vino albo ſumente, Coleta divinitus hanc imprudentiam cognoſcens, Hoſtiam adorat humi proſtrata, nec tamen vel modice incurveſcit, dum calix attollitur. Celebrans animadverſâ in ſacra communione hujuſmodi incogitantiâ, ritus Eccleſiaſticos obſervat, ut perficiatur Sacrificium.

B Sacerdotum conſcientiæ verum ſæpius ſtatum noverat, quem manifeſtabat illis, ſi puritate requiſitâ deſtituerentur, nec declarabat unquam unde ſciret. A Jeſu Chriſto diſcens multorum curioſitatem, qui eam explorabant, dum ſe abſconderet tempore Miſſæ, extremam ſibi violentiam infert, ne mirabiles ſui zeli impetus aliis pateant, de quibus conqueritur, quod ſint in cauſa cur privetur donis cœleſtibus.

Divini amoris aggreſſibus magis validis, magiſque devincientibus agitur, dum ſacroſancto paſcitur Chriſti corpore: quiſque tum miratur inſolitos ejus motus & ardores: ſuſcepto Sacramento, in divina tota ſopitis ſenſibus abripitur per ſex, decem, aut duodecim horas continuas, quibus completis Angelicâ C reſplendet pulchritudine, & mirabiliter diſſerit de charitatis excellentia.

In omni tribulatione Sacramentum Euchariſtiæ tutiſſimum ejus eſt præſidium, multæque amœnitatis hortus: ad eam tunc accedit trigeſimis aut quadrageſimis conſecutis diebus: Reſpuens interdum præ humilitatis ſenſu honorifica munia, quæ illi æterno Dei conſilio præbentur, ſacratiſſimam Hoſtiam non interdum poteſt haurire, donec ſubjecta Confeſſarij monitis, qui Dei nutum & imperium inculcat, divinis epulis omnino ſatiat animum.

Coleta quodam die rogavit Confeſſarium ut ab eo ſibi divinum Chriſti corpus porrigeretur D in Miſſa quam celebraturus erat: oblitus eſt hoſtiam pro ea conſecrare: audiens verò ductos ex imo pectore dolentis, ſimulque amantis animi, cum ſono quodam ad Deum anhelitus, cauſam inquiſivit: *Divinus meus ſponſus*, ait Coleta, *propriâ ſuâ manu Sacramentum mihi adminiſtravit.*

Nundinas quas Magiſtratus permittunt certis feſtis diebus, ægrè ferebat: fortiter excitabat Prædicatores, ut gravioribus verbis, & Evangelicâ objurgatione divellerent populos ab hac prava conſuetudine: ipſa quoque multos mercatores ab hoc uſu tranſvehendi & vendendi utenſilia & commeatus avocavit.

A Curabat diligenter in ſuis Monaſteriis annonas & cætera pro ſuſtentatione diei ſequentis, parari Sabbatho aut vigiliâ ſolennitatis cujuſcunque.

Hiſce feſtis diebus hærebat in veſtigio ubicunque eſſet, quamvis urgerent negotia, ut immunes à levioris operæ umbra feſti dies traducerentur. Tunc unà cum ſuo comitatu divina ſuſcipiebat Sacramenta, tribuſque aut quatuor Miſſis intererat.

Veſperè Sabbathi in exiguum pagum advenit militibus refertum: commoratur ibi Dominicâ & Lunæ diebus feriatis in vili tecto, cujus exeſi ac ſemiruti erant parietes: irriti nihilominus omnino fuerunt conatus militum, qui tugurium iſtud, in quod ſe receperant Virgines, volebant invadere.

Suaviter recogitat Coleta, ſolum Deum eſſe potentem, qui ſolus eſt omnipotens; qui bellatores magis validos enervat & debilitat, qui magis debiles filias firmat & obvallat. Sic alloquitur ſocias: Qui ſe arbitratur ingentem eſſe potentiâ, quid ſcit an diuturnâ? " Piget exequi: Qui potentes, brevi ad impotentiam, ſeu qui Reges, ad infamiæ ſervitium ſunt redacti, Deo jubente. Senticoſi " & lubrici ſunt humanorum gradus aſcenſuum; tremulus vertex: præcipitium horrendum: ægrè conſcenditur ad eminentem " ſtatum, anxie ibi conſiſtitur: graviter inde " & repentè deſcenditur; id ſic eſſe non ſinguli tantum Reges, aut populi, ſed maxima " etiam teſtantur Imperia. Habitamus utique " non in arce munitionibus plenâ, aut caſtris " ſeptâ, ſed in parvula caſa & paupere, ventis " expoſita & hoſtibus; tutæ nihilominus ſumus ſub divina tutela.

CAPUT X.

Miracula, auſteritates, & tribulationes.

A Tenerioribus ferè unguiculis Coleta abſtinuit ab omni carnis uſu, ſibique perpetuum impoſuit jejunium, quod nunquam violavit. Summo mane domum relinquens paternam, in ſcholam profecta, ſerò valde redibat, ne cogeretur manducare ante veſperam. Per totam fermè vitam Quadrageſimale tempus exegit ſolo contenta pane & aquâ, imo ſemel univerſam traduxit Quadrageſimam abſque ullo eſu aut potu.

Aliàs ſe privans omni cibo à Dominicâ Palmarum uſque ad feriam quintam in Cœna Domini, & abhinc uſque ad Reſurrectionis Domini feſtum. Matrix gallina ovum edit inter ejus manus, quo veſcitur diebus ternis ſequentibus. In ſeipſam tantùm ſævit; erga alios nullomodo erat aſpera vel rigida, ſed prorſus benevola & benigna.

E partu ova recentia illi offeruntur duodecim, quæ omnibus ſociis egentibus diſtribuit, fauſtâ adeò benedictione, ut multitudine comedenrium numerum ovorum exuperanre, ſuperſint adbuc ova duodecim. Lagenæ vinariæ paucæ illis oblatæ vinum ſuppeditaor, quo per longum tempus luculenter ſitim extingunt.

Duo Frattes Minores Coletæ juſſu iter facientes ſat vini invenerunt in laguncula quam illis impertiverat, ad depellendam ſitim, licet grandis eſſet ac difficilis via: aquam profluentem & limpidam pro unico potu adhibebat, quam fervefaciebat tollendæ cruditatis gratiâ. Dæmone bis continenter perfringente illius hydriam, toties inſigni miraculo reparavir; nec Infernus illi hancce moleſtiam amplius intulit.

Sororis Breviarium in membrana pergamena exaratum cecidit in aqua, ſicque fit inutile, quod leviter tangens Coleta in priſtinum reducit ſtatum, levi tantùm remanente notâ in extremis partibus, ad miraculi commemorationem. Vas aquâ plenum affert Religioſus ad uſum Coletæ, quæ ſuis meritis impetravit, ut feneſtra, quâ vas trajiceretur, nimis angnſta, dilataretur & creſceret; quæ tandem in priorem formam reſtituta eſt.

Aſperrima vivendi ratio quâ utebatur Coleta, non tam dnriter illam exercuit, quam infenſorum objurgatio quorumdam hominnm. Unns aliquis, à quo olim egregie commendabatur, incipit illam vexare, & publicis laceſſere conviciis, velnt ſuperbam, ac vultu habituque ementientem perſonam piæ Dei famulæ: quæcunque ageret laude digna tribuit falsò alteri Religioſæ, quam affirmat injuſtè & violenter oppreſſam à Coleta.

Iniquus iſte vexator plures invenit credulos, eò facilius quod eximiæ probitatis ſibi famam conciliaverat. Non tamen deſpondet animum beata Abbatiſſa, quæ Deum impensè precatur pro ſuo adverſario, quem parata eſt totis viribus afficere beneficiis & obſtringere. Necem illi quidam machinantur; frangitur ejus brachium; bis venenum illi propinatur, ut impediatur collapſæ Religioſæ diſciplinæ, quam inchoabat, inſtauratio.

Duo perdocti Eccleſiaſtici Conventus inſtitutioni obſiſtentes, de hæreſeos crimine illam inſimulant, ſuſtinentes Huſſitarum erroribus contaminari: unus accuſator è patrio ſolo extorris, ſubito moritur; alter crudeli morbo correptus, fatetur ſe meritas dare pœnas, ob criminationes falſas quibus Coletam oneraverat, quam nominat ſanctam, occumbendo in mediis doloribus.

Suam quoque probavit Dominus chariſſimam famulam variis cruciatibus corporis & animæ, qui adeo illam urgebant, ut non ſinerent illam rantiſper interſpirare: ſi qua daretur quies interdum, per octo dies ad ſummum vel leviſſime quieſcebat: plus minuſve dolores augebantur diebus feſtis juxta ſolennitatis magnitudinem, incipiebantque ad primas Veſperas pridie horâ meridianâ; atque ad Completorij ſequentis diei finem deſinebant: diebus ſolennioribus pœoarum hujuſmodi accretio contingebat, nec ceſſabant, niſi ad ipſius feſti veſperam. Reverà tamen poſt tantas defatigationes maxime vigebat ad obeunda ſua munera, ex ipſo laborum fonte hauriens levamen & robnr.

Suaves illi erant ærumnæ, quia Chriſti erant favores & beneficia; tormenta eam demulcebant, quia propter Chriſtum illa patiebatur; cum doleret ſe non ſat pati, durius torqueri gloriabatur, atque ſi minus angitur aliquando, anguſtiis creſcentibus jucundius ſe excipi gaudet.

Sanguinis copia, quem ex ore effundebat, caput fervidos exhalans vapores, flammæ ex oculis erumpentes, tumor & ariditas linguæ, inſolitus viſcerum ardor, ſacri ejus martyrij teſtimonia pethibent, quod divina gratia delicioſum reddit & amabile.

Nullo utitur medicamento, niſi ad oculorum conſervationem, timens ne conſpectu auguſtæ Euchariſtiæ privetur, & facultate divini Officij recitandi, aliaſque preces vocales. Ut altius aſcenderet ad patientiæ Chriſtianæ culmen, voluit. Deus Coletam interdum ſeveriores experiri priſcorum Martyrum cruciatus. Cæteris Religioſis nocte dormientibus, Angeli opem illi ferebant, & quæcunque miniſtrabant neceſſaria. Semel ipſa Dei genitrix ei præſto eſt ad ſolatium, dum acerbius exercetur, quæ illicò omnes diſſipaos moleſtias, & deliniens amaritudines mœſtam penitus ſanat & exhilarat.

CAPUT XI.

Prophetiæ dono prædita erat.

VIR celebris & ſpectatus, Coletæ, quam magnifaciebat, opitulatus eſt inſigniter ad collapſæ religioſæ diſciplinæ inſtaurationem. Quam primum ille gravi morbo corripitur, cœlitus novit Dei famula, quamvis ingens eſſet diſtantia locorum: multo magis dolens conſcientiæ langorem quam corporis, ad ægrotum protinus convolat: nominatim illum appellans, & excitans ad pœnitentiam, ductâ in crucem manu, è veſtigio recedit: quamvis in ultimum diſcrimen deveniſſet infirmus, Coletam nihilominus diſtincte agnuvit, ſtatimque convaleſcens illam adit omne officium ſtudiumque profitens & pollicens, cui aſſentitur Coleta, familiari cupiens ex-

hortatione ſalutem mentis reſtituere illi, qui jam corporis ſanitatem erat adeptus.

Coletæ ſuaſione, Sacerdoti quem deſignavit, ſua enunciavit peccata, retinendo quædam enormia. Fallere potes homines, ait ipſa, non Deum: illa & illa delicta ſilentio ſepeliſti; conſcientiæ medere. Præclaro hujuſmodi conſilio factò iterum completo, Coletæ ſe demonſtravit valde lætum, quæ illi rurſus obſtinati animi vitium exprobrans, pœnitentiam veram omnino perſuaſit, itaut intimo contritionis dolore perculſus, confeſſione ritè factâ conſcientiæ onus depoſuerit, in Dei redierit gratiam, atque ſe obſtrictum ſingulariter Coletæ aſſerens, ob recuperatam corporis & animæ ſalutem, omnia geſſerit ex præſcripto inſtitutoque rationis.

B

Inviſunt illam honorificè duo Principes, qui ex ejus colloquio magnam percipiunt conſolationem: dum rogatu Coletæ leguntur illis à Confeſſario Monaſterij eximia pietatis documenta, unus auditorum aures præbet attentas, alter mente res fœdas & obſcœnas revolvit, quibus jam incipit aſſentiri. Coleta extemplo ignavum inclamat Principem pronunciandi ſono ita fervido, ut permotus ipſe ignaviam ſuam non eſſe ignotam diſcat.

Coletam Epiſcopus aliquando conſulens, binorum præcipuè conſiliorum admiratione defigitur. Contentus ſis, ait Dei famula, dignitatum quas nunc poſſides, nec ad alias aſpires: Ad mortem te præpares, non longe remotam. Inde novit Præſul Coletam ſui cordis intima pervadere, cum reipsà honorem ſacræ purpuræ ambiret, quamvis nulli ſuam aperuiſſet mentem. Profectus eſt nihilominus Romam eo fine, quem non eſt aſſecutus, cum ultimum obierit diem mox ut in ſummi Pontificis curiam advenerit, & antequam in numerum Patrum Purpuratorum adlegeretur.

C

Comes Marſinus ſacelli ſui Præfectum ad Coletam mittit officioſæ ſalutationis causâ, quem ſeriò monet ipſa per Sacramentum Pœnitentiæ expurgare conſcientiam, ut ad extremum imminens periculum ſe accingeret. Prædones per viam illum adeò violenter aggrediuntur, ut corpore lanceâ transfixo, & capite multis ictibus acinacis obruto, nullus auſus ſit Chirurgus illius curationem attentare: Memor verborum Coletæ noſtræ illius precibus ſe commendavit; deinde vulneratios Medicos animans ad timorem expellendum, priſtinam paucis diebus recuperavit ſanitatem.

D

Joannes de Colonia, locuples & opulentus mercator Veſuntinus Coletam adit venerationis gratiâ, quæ prædicit illum brevi è vivis exceſſurum, ut bonorum mercedem operum aſſequatur: diſceſſum & profectionem more Chriſtiano adornat, & ſanctiſſime occumbit.

A

Similis Prophetia eoſdem producit effectus erga plures alios.

Domina quædam cum ſancta Abbatiſſa familiariter colloquens in morbum incidit: in ſuum reverſa domicilium, peractâ præparatione ad mortem, quam & Coleta indixerat, feliciter vitam finivit. Nobilis Eques, licet beneficus & liberalis in Monaſteria, juſto majorem vivendi licentiam & libertatem adbibebat; curavit Abbatiſſa illum moneri nomine ſuo de peccatis expiandis: admonitionibus morem geſſit, & fauſte ſpiritum emiſit.

Nil eam latebat horum omnium, etiam ſecretorum quæ contingebant in ſuæ ditionis Conventibus, licet abſentem, quæ callebat probe ſolo illapſu divino. Si interdum res in univerſum illi ſint exploratæ, in altero concurſu eas introſpicit, atque penetrat arcana cordium.

Legato Romam Religioſo ſuæ Congregationis Profeſſo, qui clam & occulte gravem admiſerat culpam, divinitus illam cognoſcit, ac delinquentem redarguit prudenter & in ſpiritu lenitatis. Soror, quæ adhuc verſabatur in tirocinio & noviciatu, tentata & pellecta ad Conventum abjiciendum, & vota prætermittenda, nemini tentationem patefacit; advocat illam Coleta, diſſeritque tantâ prudentiâ & charitate de interiori pœna illius, ut deinceps plane quieverit.

Alia Soror in deſperationem fermè redacta tantopere à beata Abbatiſſa demulcetur, ut omnino acquieſcens ex omnibus mœſtitiæ tenebris evadat. Duæ Religioſæ inter ſe diſſidebant, diſſidiumque inteſtinum erat & cæteris ignotum; manifeſtatum nihilominus fuit cœlitus piæ antiſtitæ, quæ ambas cohortata ad concordiam, clarè probavit, quod lumine repleretur divino.

Soror, nomine *Coleta*, Horas canonicas recitans vagabatur animo & ad aliena & frivola divertebat. Coleta itaque ſociarum ore illi præcepit ut ſe attentam præberet Dei laudibus, & negotia temporalia longius à choro amandaret unde erubuit, & deinceps munus ſuum ſolerter præſtitit.

Alia Religioſa librum tenens dum divinæ decantantur laudes, quiſquilias & tricas mente agitat; ſignis & geſtibus admonet eam Coleta, ut ab his ſe expediat evagationibus, ſed præ nimia mentis aberratione monitis non attendit. Abbatiſſa eodem momento librum ab ejus manibus avellit, & ſtatim perſoluto divino officio illi declarat quantâ evidentiâ compertas habeat omnes illius abditiores cogitationes. Venerario ſingularis, quâ cunctæ Sorores tam præclaram Matrem proſequuntur, efficit ut ſuo unaquæque defungatur munere: reverà nil erroris ſpontanei accidebat evidens aut abſtruſum, de quo eas

non

non objurgaret vivâ voce aut ſcriptis. A

Deus illi patefecit duos exercitus Imperatores venturos ad pugnam, & in aciem deſcenſuros: ex alro etiam novit cruentum fore prœlium, pleroſque eorum qui occumberent, in æternum perituros, ambos etiam primarios bellatores: Tam fortiter & diſerte ad ipſos ſcripſit, ut pacifice ab invicem receſſerint, & neqnidem è vagina eduxerint enſem.

Prænoſcens incendium oppidulo imminens, Sorores vicini cõventus monuit ut inſtrumenta domeſtica diſcrimini ſubducerent Vix per otium licuit hocce conſilium exequi, utque adeo violentæ erant flammæ. Illuſtris Dynaſta conſtruere Monaſterium Congregationis B Coletanæ intra limites ſui prædij volens, pium intentum Coletæ propoſuit, cui dato conſenſu, poſtridie ſcivit divinitus univerſam hanc regionem devaſtatam penitus iri à viris caſtrenſibus. Rogavit igitur fundatorem ut executionem differret, ac veritatem prædictionis probavit eventus.

In Conventu Poligniano Noviria gravi morbo laborans à Coleta commendata fuit impensè Sorori eâ lege, ut ſummâ curâ & ſtudio ad lectum ejus excubaret: expectabat quoque Coleta, ut ab iſta valetudinarij curatrice fieret certa de ægrotantis ſtatu præſertim de mortis proximitate. Sola tamen moritur & prorſus derelicta; quapropter beata Abbatiſſa ardenti zelo accenſa cuſtodem negligentem vaticinatur fore brevi deceſſuram C in ſolitudine; in ſolitudine, inquam, licet in cœnobio, quia violentâ corripitur ægritudine, & linguæ uſum amittit, quo precibus Coletæ reſtituto, divina ſuſcipit Sacramenta: ſed ut Prophetia ſtaret, ſola & ſine teſtibus è vivis excedit.

Ardore charitatis præſtant oracula Coletæ noſtræ, perinde ac lucis ſplendore: Præſignificans mortem, vel aliud infortunium, ad pœnitentiam commovet, quâ flagella conferunt ad ſalutem. Moleſta veritas eſt; ſiquidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ; ſed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri D finit: maxima autem culpa in eo eſt qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Increpans vehementer Coleta peccatores, ſuaviter eos ſanabat: veridica non irritat, ſed demulcet; veriloquium ejus non vulnerat, ſed medetur, quia non loquitur ex ſemetipſa, ſed divino afflatu.

CAPUT XII.

Præcedentis materiæ continuatio.

JOANNÆ Vannatæ ejus intimæ illam ardenter inviſere cupienti nunciavit ſe mutuo deſiderio flagrare, cujus effectus ſpes omnis abjicienda eſſet, quia, quamvis optime valeret, & proſperitate frueretur, brevi mandaretur terræ Joanna paucis poſt diebus è vita migrante, prophetiæ certitudo fuit confirmata.

Sacerdotem Ordinis Minorum peſtis invaſit in regione longinqua, ubi lues ſæviebat. Novit divinitus Coleta Religioſum hunc in eam deveniſſe extremitatem quæ illum divinis privaret Sacramentis, ob incolatum univerſam fugam: Pro eo Confeſſionis Sacramento animum ipſa perpurgavit, & ad epulum Euchariſticum acceſſit, antequam lucis uſuram æger amitteret; unde luculentos iſte collegit fructus.

Alius Frater Ordinis Minorum, qui fortiter Coletæ erat opitulatus in diſciplina regulari inſtauranda, ab ea deflectit, in aliam Provinciam & Congregationem tranſiturus, non obtentâ licentiâ, nec etiam petitâ: lethali morbo corripitur, quem cœlitus agnoſcens beata Abbatiſſa, impetrat à Deo ut diem ultimum clauderet in ſpiritu humilitatis & in animo contrito, ſicut declaravit Coletæ, cui poſt mortem apparuit.

Deum enixe orabat pro Domina, qui nullam dabat operam virtuti, ut tota eſſet in nepre tradenda nuptui: intus Coletæ ſignificatur fato functuram Dominam antequam in matrimonium puella collocaretur. A Coleta vaticinio derecto, prompta mors Dominæ auctoritatem prædictionis comprobavit.

Diem & horam obitus ſummi Pontificis Martini V. Schiſma, quo pax Eccleſiæ turbaretur, & exitum Concilij Baſileenſis præmonſtravit longe ante eventus.

Prævidens infantem ad inferorum æternos ignes fore detrudendum, ſi virilem ætatem attingeret, Deum rogavit ut illum de corporis ergaſtulo eximeret mox ut ſacris Baptiſmi aquis ablueretur, fuitque exaudita. Parentes opibus & auctoritate præditi ſe infelices & miſeros arbitrantur, ob filij deceſſum, qui ſuæ familiæ robur & columen foret. Inſani eſtis, “ ait Coleta, qui gratias Deo debentes, querelas effunditis inanes: Deum laudate, quod inter electos retulerit veſtrum filium, quem longa vita ſempiternis addixiſſet cruciatibus: Ex alto hæc didici; & hic eſt fructus precum mearum, quibus poſtulavi, ne longius in valle miſeriarum permaneret. Mirantur parentes Coletæ poteſtatem, è cujus reſponſo plurimum hauriunt conſolationis.

Nobilis quædam vidua de ſecundis nuptiis illam conſulit, cui reſpondet eas non prohiberi; ipſam nihilominus minime partum edituram, licet per annos poſſet parere: ſicut prænunciat, res evenit; vidua brevi obeunte, quæ duos liberos prioris tori ſolos hæredes relinquit.

Religioſa difficulter & ægrè de tota vita ritè confiteri ſtatuebat, ſicut moris eſt in ipſo „ clauſtri aditu. Sic expone admiſſas à puero „ culpas, & expunge. ait Abbatiſſa, nominatim peccata diſcernens, & modum illa exprimendi. Quamvis hac declaratione apertâ erubeſceret, valde obſtrictam ſe credidit Coletæ, illuſque conſiliis firmiter adhæſit.

Dum è cœnaculo exit ob raptum animi extra ſenſus, quo incipit agitari Sorori ordinariæ ſuæ aſſeclæ, quæ hoc in rerum concurſu, ab illa non dimovetur, declarat ſe omnes vidiſſe Religioſas eidem menſæ aſſidentes, atque Abbatiſſæ pedum tenentes manibus, eò quod tandem aliquando provehendæ eſſent in Abbatiæ Virginum Antiſtitas: quod reipsâ temporis interceſſu contigit.

Sororem, quam maxime diligebat, extrema in luctâ verſantem, cum incredibili conſternatione, Coleta uno verbo conſolationis alacrem & firmam reddit, quæ fidenti animo naturæ concedit. Coleta deinde affirmat ſalutis iter ſuſcepiſſe mortuam, atque maxime egere ſuffragiis, quæ à Religioſis ſibi ſubditis præſcribit perſolvenda.

Novitia quædam mente elatior, & nimium ſibi arrogans, ut famam pietatis ſibi conciliaret, frequenter adibat Abbatiſſam, quæ præcepit Novitiarum Magiſtræ ut illam ſolerter exploraret, velut vanæ probitatis ſimulatricem. Imaginem piam ad uſum Coletæ noſtræ exoptabat aliqua Soror, quæ ſuum deſiderium promere non audebat. Benevola Coleta divinitus ſciens quid innocenter appeteretur, offert & dono dat appetenti, eâ lege ut donum mittat ad matrem, quæ pariter illud percupit. Eadem quoque Religioſa plane acquieſcit, & magnâ tranquillitate fruitur: mox ut oculis hilarioribus illam reſpicit Coleta, æquum iſtud benevolentiæ teſtimonium ardenter deſiderat, ut timor damnationis æternæ, quo torquetur, evaneſcat, quod teſtimonium benigna Coleta illi lubenter exhibet omni officiorum genere, ad metus extirpationem.

Non ſolùm rudes & tirones, qui ad ejus oracula confugiebant, ſplendorem ſublimis ſapientiæ mirabantur, ſed etiam ſcientiſſimi & apprime intelligentes, quibus omnino ſatisfaciebat reſponſis ex æternæ ſapientiæ academia expromptis. Clare & ſolide abſtruſiores enucleabat quæſtiones, ita vim ejus rei quam deffiniebat verbis ſuis exprimebat, ut nihil prætermitteretur, nec redundaret, neque aberat quidquam, neque ſupererat: quamvis obſer-
A varet id quod præcipit ratio, atque doctrina, excelſius tamen efferebatur impulſu divino, ipſa etenim charitas, quæ juxta Apoſtolum Paulum *Epheſ.* 3. ſupereminet ſcientiæ, mentem Coletæ illuminans, ac inflammans cor ejus ore loquebatur, ac miraculis clarebat.

CAPUT XIII.

Cum Coleta Dæmon plura commiſit prælia.

AB infantia ſtans evidenter ad latus ejus meditationis tranquillitatem turbare
B conatur horrendis vociferationibus. Conſtantiâ tamen Coletæ fatigatus vincitur, & abit: irâ excandeſcens ob repulſam generoſam, ad certamen redit aliquos poſt annos, violenter eam feriens, idque unum contendens, ut ei terrorem incutiat ſpectris terribilibus, ſub figura draconum, ſerpentum, bufonum, limacum, aliorumque animalium immundorum, quæ penitus Coleta abhorrebat.

Dæmones etiam turmatim eam aggredientes cadavera fœtentia & putrida in cubiculum illius projiciebant, quæ, cum ex naturæ ingenio, ad munditiam & politiorem concinnitatem proclivis eſſet, acerba tunc patiebatur. Addebant duriora ſeptem annis ante ejus obitum, dum ipſi meditanti ſpecies exhibe-
C rent virorum & mulierum obſcæna exercentium: à quibus oculos avertere non poterat, illa exhorreſcebat, & deteſtabatur, ſubitâ virium, motus ac ſenſus facultate deſtituta, decem aut duodecim horarum ſpatio, hoc in deplorando ſtatu permanebat, cujus non malignorum ſpirituum timor, ſed impuritatis amor erat cauſa.

Sorores tuebatur abſens & præſens contra omnes adverſariorum incurſus: præſens tamen illarum præſertim arx erat tutiſſima, & munitiſſimum præſidium. Soror quæ frequens erat in ejus comitatu, oppugnationem aliquando advertens, impetus eorum retrudebat ſub auſpiciis beatæ Abbatiſſæ. Coletâ orante in cella comprecationis tempeſtates & tonitrua
D concitabat Dæmon adeo terrifica, ut terra videretur contremiſcere, & extrema ruina imminere domui; perſiſtebat nihilominus Coleta firma & immobilis.

Multa alia edidit miracula. Comitiſſa Gennevenſis precibus Coletæ noſtræ è naufragio, quod ſine miraculo evitari nequit, ſalva prorſus evadit: in profundum namque terræ hiatum cadens aquis plenum, tempore inſolitæ inundationis feliciter erumpit. Idem effugium feliciter obtigit, ac eâdem interceſſione Religioſæ cuidam ſumma fluvij rapiditate abreptæ.

Mulierem furore amentem & phreneticam,

curavit Coleta, poſt confeſſionem ab illa rite factam Patri Henrico de Balma ſanctæ Abbatiſſæ Confeſſario; acciditque iſtud miraculum, dum phreneſi laborans peccata ſua Sacerdoti explicaret, Coletæ conſilio, quæ tantam à Chriſto gratiam impetraverat.

Religioſa catenis conſtricta, & in carcerem ob inſaniam conjecta à Conventus Antiſtita, ſcriptis commendatur Coletæ, quæ ante commendatitiæ receptionem epiſtolæ, apparet catenatæ & veſanæ, pomumque offert, quo delibato confeſtim ſanitatem recuperat. Cæteris Sororibus ubinam eſſet ſancta Mater petentibus, ſana filia reſpondet: *Veſuntij degens me tamen officioſe inviſit, & ad priſtinam revocavit valetudinem.*

Alia Soror violento capitis dolore affecta prorſus conſaneſcit, mox ut admovetur ſudarium Coletæ meditantis lacrymis dilutum. Illuſtris Domina, cujus filius comitiali morbo erat obnoxius, duos rogavit Fratres Minores ut obtinerent à Dei famula, ut ſuo interventu epilepticus ſanaretur. Eodem momento lætitia geſtiens interiori in ſpem ſanitatis ingreſſa eſt; deinde paucis poſt diebus filium invenit epilepſia penitus liberatum.

De proceribus aliquis ab annis decem pari ægritudine acriter vexatus, ſimili convaluit remedio. Signo crucis uſum oculi reſtituit puero, quem ſibi ludendo ipſe effoderat. Coletam uno oculorum fermè captam ob uberes lacrymas pro converſione peccatorum effuſas, Religioſæ obſecrant inſtanter, ut à Deo petat remedium; die proxime conſequenti æger oculus multo ſanior fit altero.

Sorores omnes Conventus alterius Ordinis ſcientes Coletam ante fores cœnobij tranſituram, exierunt protinus honorifice illam ſalutandi gratiâ, unâ exceptâ leproſâ, quæ in publicum prodire erubeſcebat. Hanc tamen præ verecundia non auſam appropinquare perſpiciens beata Abbatiſſa, cæteris complexu acceptis, blandè & peramanter deoſculatur, atque leprâ eximit.

Elephantiâ dirè item torquebatur de Coletæ Religioſis aliqua; atque propterea luminum exſors, & inſtar putris cadaveris putorem exhalans, ita ut ab omnibus derelinqueretur. Generoſa nihilominus Antiſtita illi diligenter miniſtrabat, & contra ſpem Medicorum ſanitatem attulit.

Soror ægra, cujus jam ſalus deſperata eſt, priſtinis viribus citò redditur Coleta ſemel illam inviſente. Convaluerunt duæ Religioſæ ad ejuſdem neceſſitatis anguſtias adactæ, mox ut Coleta fruſtum panis, quod manderat, in earum os intuleiit. Carcinoma genas filiæ cujuſdam funditus erodens, adhibito cratere, quo utebatur Abbatiſſa, conſanatur; quæ pariter ſeptem Sorores ægrotas in Monaſterio Auſſonenſi benedictione ſua curavit; idemque

A præſtitit beneficium nobili Burgundo, febri quartana inveterata diſtento.

Aqua balneolarum, quæ Coletæ ægrotanti inſervierant, plurimas curationes edidit. Ancilla cujuſdam Monaſterij gravibus peccatis onerata, quæ nunquam per Sacramentum confeſſionis expurgaverat, in extremum incidit morbum: Coleta itaque hanc geminam miſeriam, quam cœlitus noverat, acriter dolens Deum rogat enixe, ut corporis & animæ vulneribus medeatur; ac ſuæ petitionis finem aſſequitur.

Pater Henricus, qui illi erat à confeſſionibus, quantæ Coleta fuerit auctoritatis, ipſemet expertus eſt. Ægritudinis extremitas, qua
B laborabat caſtri, divinitus patefacta fuit Coletæ in Conventu Luſignani tunc degenti, quæ illum jam ultimo in diſcrimine verſantem adiit, & de mortis faucibus ſuâ eripuit interceſſione. Religioſus peſte infectus, quam duo Doctores arte Medica valde eruditi judicant curationem non admittere, recuperat nihilominus ſanitatem Coletæ noſtræ interventu.

Puellâ Veſontina abſque Baptiſmo è vivis excedente, parentes graviter mœſti, Coletam invocant abſentem: corpus defunctæ velo ſanctæ Abbatiſſæ, quod ipſis commodatur, involutum devehunt in Eccleſiam, ubi à mortuis revocata luſtralibus aquis initiatur, & nomen *Coletæ* recipit: atque tandem ab ipſa beata Matre in Ordinem Coletarum admit-
C titur, in quo perſeverans uſque ad mortem ſe ſpectabilem reddidit.

In viventibus adhuc agebat, quo tempore Pater Stephanus Julianus Ordinis Franciſcani Religioſus, & Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus, vitam beatæ Coletæ ſcribebat, atque pro teſtimonio hujuſce miraculi unà cum parentibus firmiter dixit, cui Joannes Burſetus Veſontinus civis, pluresque vicini unanimiter conſenſerunt, affirmantes puellam iſtam in primo ætatis exordio functam fato beatæ Coletæ precibus in lucem rediiſſe.

Infans mortuus, Baptiſmi Sacramento minime ſuſcepto, terræ profanæ mandatur, quem ſancta Abbatiſſa vult è terra erui, & ad ſe af-
D ferri: ejus precibus lucis uſura iterum fruens, ſacris Baptiſmi aquis abluitur, atque per ſex menſes vivus inter vivos remanet, cunctis mirantibus tantum miraculum.

Frater Franciſcus Claretus è corporis vinculis evolans ante divinum Tribunal ſiſtitur, deinde ante ſacratiſſimam Dei Genitricem, & omnes beatos Spiritus, qui decreverunt exaudiendam eſſe orationem Coletæ, qua defuncti reditum ad vitam poſtulavit, ut Conventibus Coletanis ſe utilem præſtare pergeret. Effectu conſequente, Franciſcus inter vivos agens denuò, teſtatur quæ habet comperta, & teſtimonium ejus juſtiſſimæ auctoritatis ac fidei judicatur.

Nullum opus humanum ſemper durat, & mortalis labor nihil efficit immortale. Vera virtus ſola ſempiterna eſt. Auctorum memoria, qui ſcriptis eam celebrant, fit æterna, invitâ temporum viciſſitudine. Stephanus Julianus factorum Coletæ Scriptor, quia non ſuam, ſed Dei gloriam quæſivit, maxime commendatur; ſicut enim poſteris prodeſſe, nihil ſatius, ita ſibi nudum nomen quærere, nil vanius.

CAPUT XIV.

Pretioſa Mors Coletæ.

SEXAGINTA ſex annos nata fervens perinde erat ac in flore juventutis. Monita quod inter labores continuos ſenectus corrueret, & mors contingeret ex improviſo, per ardua itinera. Quid intereſt, aiebat, ruri occumbere, aut in urbe, modo divinam exequar voluntatem? Cœlum nobis ubique patet: biennio antequam diem ultimum obiret, accepit ex alto reſponſum deceſſus proximitatis: certior tamen nuncius illi defertur, dum Gandavi degit tribus hebdomadis ante eventum.

Sorores exhortata eſt ardenter ad timorem Dei, ad obſervationem rigidam ſtatutorum & regularum, concludens ſe paucis poſt diebus è corporis ergaſtulo exituram. Conventus univerſus impenſe illam obſecravit ut impetraret vitæ prorogationem, ſicut aliis obtinuerat. Quieſcite, inquit, & divino obſecundate nutui.

Declarans Patri Henrico de Balma Confeſſario, quod, Deo juvante, ſe recte geſſerit in collapſæ Religioſæ diſciplinæ inſtauratione, totius vitæ noxas pœnitentiæ Sacramento expiavit die Dominica ſequenti 26. Februarij, cœleſtique pabulo, Miſſam audiens privatam, recreata eſt ingenti fervore. Nocte Chriſtus illam inviſit, certamque facit de proxima beatitudine, & participem habet dolorum quos in Cruce pertulerat: *Illos utique*, ait Chriſtus, *patieris uſque ad extremum halitum.*

Abhinc auſpicatam iniit ſtatum innocentiæ, quo magis delet & evellit omnem rerum temporalium ſolicitudinem, magis Deo grata fit: è cella comprecationis non recedens quotidie Miſſæ aderat, divinitus etiam cognoſcebat quicquid ageretur in Monaſterio. Confeſſarius illam moribundam exiſtimans Extremæ unctionis Sacramento inſtruxit, preceſque recitavit pro expirantibus inſtitutas.

Nondum tamen hora ejus advenerat, cum poſtera die ſe in pedes erexerit velut omnino ſana. Confeſſarius timens ne illo inſcio & abſente moreretur, ad Conventum accedebat ſingulis diebus, vetabatque id ſignificari Coletæ, quæ illius adventum cœlitus agnoſcens,

A eundem morabatur, ad mutuum de virtutis legibus colloquium.

Feriâ ſextâ ad veſperam gratias egit Religioſis, qui Sororibus Coletanis juvandis & tuendis navabant operam, illos excitans ad perſeverantiam. Sabbatho interfuit auguſtiſſimo corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificio; deinde extremum dicens vale Confeſſario & Sororibus, decumbit in lecto cum habitu Regulari, & nigro velamine à ſummo Pontifice impertito, dum illam Abbatiſſam inſtituit: poſtremùm, inquit, cubili me trado, nunquam ex ſtrato exurgam. Oculos tunc atque os claudit, omni prorſus renuncians humano conſortio, immotaque permanet per quadraginta & octo horas, nec videns, nec loquens, nec ullum exhibens motus indicium.

B Sexto die Martij anno 1447 horâ octavâ matutinâ ſpiritum Deo reddidit coram Confeſſario & Religioſis, poſtquam facies, illius dici media parte, pallore ſuffuſa remanſit, mirabili tandem pulchritudine decoratur. Corpus quod præ vigore ſplendenti vivum putatur, ſuaviſſimum afflat odorem. Triginta millia hominum & amplius confluunt ad ejus venerationem, & preces implorandas. Tribus poſteà diebus funus illius celebratur, & cum paupere tunica, ſicut ipſa juſſerat, mandatur terræ.

Facile creditur quod referunt Auctores de Coletæ ſanctitatis eminentia, quam dicunt ita puram & ſublimem, ut primorum juſtitiam
C parentum, priuſquam peccaſſent, adæquaret. Ab incunabulis, & deletâ Baptiſmo mortalium omnium avitâ culpâ, ferè potita eſt ſuperabundanti hac gratiâ. Suam tacens prærogativam ſingularem, illam in univerſum magnifaciebat aliquando ſuis Sororibus, his verbis: Fuit utique tempus quoddam, cum “ naturæ leges, & Dei mandata homo obſer- “ vabat, cum & ſenſus, & qui in eis exiſtit af- “ fectus rationis dicto, & Creatoris omnipo- “ tentis præcepto audientes erant, quocunque “ illos ratio duxiſſet, & ratio ipſa veluti in vi- “ gilia quadam corporis manens, & æquiſſi- “ mis divinæ Majeſtatis imperiis regebat illud, “
D & ab omni externa & inimica virtutum col “ luvie reddebat immune. “

Ex quo etiam factum eſt, ut omnibus ani- “ mæ partibus inter ſe conſpirantibus & con- “ ſentientibus, cum nulli tumultus eſſent in “ homine, nulla inteſtina ſeditio, ſed omni- “ bus in unum collectis ſuis viribus, & totus, “ & ſemper ſibi præſens adeſſet homo, facile “ in reliqua univerſa imperium obtineret. “ Cuncta enim illa tanquam juſtiſſimo Domi “ no, quique in ſeipſo oſtendebat totius ordi “ nis atque juſtæ gubernationis clarum exem “ plum, ultrò ſubjiciebantur ſummâ & facili “ tate & voluntate; quo etiam tempore juſti- “ tiæ, temperantiæ, pietatis, ac reliquarum “

„ omnium Virtutum chorus, terras obtinuit. „ Eſtote fortes, chariſſimæ filiæ, & pugnate „ cum antiquo Serpente, quo profligato, vi- „ ctrices eritis, & innocentiæ triumphum po- „ teritis quodammodo reportare.

Ad illum perfectionis apicem Coleta pervenerat longe ante mortem; nec mirum ſi deinceps vivens ſeu moriens in ea perſtiterit tranquillitate; moriens, inquam, dum per quadraginta & octo horas corpus ejus adhuc vitæ compos, quaſi mortuum exiſtimatur, non quia ſit expers vitæ, ſed quia ſemper animatum, ſignificat ſuâ quiete quàm tranquilla ſit anima, à vitiorum perturbationibus libera.

CAPUT XV.

Edita poſt mortem miracula.

EODEM momento quo deceſſit, in Monaſterio Gandavenſi muſica cœleſtis audi- tur pluribus in aliis Conventibus, quos in pretio habebat, ob ſtrictiorem paupertatis Evangelicæ obſervationem. Inter omnes voces quæ concentum componebant, quædam magis contenta & plena reſonabat, hæc verba diſtinctè proferens: *Venerabilis Soror Coleta aſcendit in cœlos apprime dives, & meritis cumulata.*

Apparuit Sorori, quam ſingulari dilectione proſequebatur, nocte præcedente diem ſui obitus, & quæ in Conventu Gandavenſi multum diſtanti degebat. Propter radios è vultu Coletæ erumpentes obtexit Religioſa oculos ſuos, humi procumbens, uſque adeo fortiter ſplendebat.

Alia pariter valde remota videre ſanctam Abbatiſſam peroptabat, atque ſacratam Dei Genitricem orabat eo fine. Nocte igitur quæ deceſſum anteibat, Domina eximiæ majeſtatis & decoris exquiſiti, tria ſpatia inter ambulandum gravirer confecit per ejus cubiculum, in pueri lumine circumfuſi comitatu, qui multoties ſic clamavit: *Ecce beata Coleta, ecce tui Ordinis inſtitutrix.* Hæc filia monere cupiens cæteras de adventu ſanctæ earum Matris, linguæ uſum amiſit, nec amplius illam perſpexit. Ipſa quoque horâ octavâ in Eccleſiam ingrediens, quo tempore Coleta ſpiritum emittebat, ſymphoniæ muſicæ concentum audivit, qua amabiliſſime rapta, & oculos erigens eamdem conſpexit præclaram Dominam, unde conjecit animam Coletæ triumphali pompa in cœlum ab Angelis tranſvehi.

Aliæ duæ Sorores virtute præſtantes & fide dignæ aſſeruerunt teſtes fuiſſe auguſti hujuſce triumphi, dum Coletam innumeri Spiritus Angelici in æternam beatitudinem perducerent, unà cum multis animabus, quas loco,

A expiandis poſt mortem peccatis, deſtinato liberaverat.

Miraculis probatur ejus felicitas. Pater Petrus *de Oyſia* Ordinis Franciſcani Religioſus, Conventuum Coletanorum Viſitator, à menſibus octodecim, acri dentium dolore torquetur: Sæpe auxilium divinum invocat beatæ Coletæ interventu. Dum pariter quieſcit in Monaſterio Veſuntino, arbitratur ſe Gandavi commorari in Coletæ ſacello, ubi illum conſolatur ſplendenti apparitione: reipsâ diſſipato ſomno, nullam unquam dentium pœnam ſentit.

Comes Mareicus de morte Coletæ factus certior, eleemoſynarium Gandavum miſit, qui per viam exundans flumen, & extra ripas

B effuſum inveniens, attingere conatus eſt pontem, ut in alteram partem tutius tranſiret. Tanta erat fluvij extra alveum eruptio, ut eques & ſimiliter equus fermè perierint. Nequibat declinari naufragium, abſque opportuno auxilio Coletæ, quam imploravit, cujus ope & inſtinctu vadum nanciſcitur, ubi nullum vadi extat veſtigium; ibique pedem figit, donec ab amicis cymbâ excipiatur. Doctor Theologus, & nobilis quidam Burgundus, in ſimile periculum redacti feliciter emerſerunt eodem ſubſidio.

Puer Trecenſis malo comitiali affectus tam acriter, ut procidens, ab prolapſione fregerit brachium, Coletæ à parentibus commendatus fuit, quæ ſuâ interceſſione priſtinum

C brachij ſtatum, & integram valetudinem obtinuit. Religioſa febri laborans omnino convaleſcit primo Coletæ Reliquiarum contractu; alia inſuper toto corpore dolores acerrimos ſentiens, propter periculoſum apoſtema, prorſus conſaneſcit Matris Coletæ invocatione.

Pater Petrus Goderus Ordinis Minorum, & conventus Veſuntini, depoſitus erat, & penè conclamatus à Medicis, ob vomicam pernicioſam, qua fauces ejus premebantur. Pater Petrus de Oyſia auſpicatò adveniens, cum beatæ noſtræ capillis, illos abceſſui admovet, ægerque ſanitatem protinus recuperat.

Plures dæmoniaci illius interceſſionibus ab

D hac tyrannica ſervitute eripiuntur. Molanus affirmat ingentem eſſe adeo miraculorum numerum, quæ comprobara, & rationibus confirmata ſunt, coram rerum ſacrarum Præſulibus, ut nemo unquam in Belgio parem ediderit multitudinem.

Coletæ relatio inter Sanctos multoties fuit propoſita Romæ, atque dilata per mortem plurium ſummorum Pontificum. Tandem Clemens VIII. anno 1604. permiſit Sororibus conventus Gandavenſis Horariarum precum ex formula recitandarum obire munus, in honorem beatæ Coletæ: anno 1610. Paulus V. illam permiſſionem extendit per Gal-

liam Belgicam, ad omnia Monaſteria Franciſcana. Gregorius XV. anno 1622. & Urbanus VIII. 1625. hanc gratiam confirmaverunt. Poſtremus hic Pontifex eam conceſſit omnibus Seraphici Patris Sectatoribus; uni- A verſo itidem Franciæ Regno, efflagitatu Mariæ Medicææ Reginæ matris Chriſtianiſſimi Regis Ludovici XIII.

Surius tom 2. vetera manuſcript. legendaria Gandavenſ. Gonzig. Vvadingh. 1380. 1406. 1429. 1431. 1435. 1440 1447.

B. ANTONIUS DE POZZO FIDONI, ET B. MARIA DE JESV RELIGIOSA. Tertiaria.

BEATUS Antonius de Pozzo Fidoni ortum ſumit ex proſapia opulentiſſima, antiquiſſima, & inter Italos nobiliſſima. Nuncium generoſe remittens terræ dignitatibus, habitum humilem Tertiarij petit à Religioſis Franciſcanis in oppido communiter nominato, ***Rocca antiqua***, id unum intendens, ut illis inſerviat.

Conceſsâ petitione ſanctiſſimam agit vitam, annoque 1540. fato fungitur in Monaſterio, quod ſuis illuſtraverat virtutibus, & cui fideliter miniſtrarat. Ibi jacet ejus corpus. & viget honorifice memoria. Gonzaga & Wadinghus illum recenſent anno 1454. inter profeſſores Tertiarios.

B. ***Maria de Ieſu*** Virgo & Religioſa Tertiaria valde illuſtrem ſe reddidit vigiliis, jejuniis, & continuis meditationibus: miro fervebat zelo ad pauperum & ægrotorum levamen: mortis proximitatem conſpiciens ſuos habitus diſpoſuit illo pari modo, quo veſtes Sororum defunctarum componebantur. Diem ultimum clauſit ſeptuaginta annos & amplius nata, in Conventu Xereſio. De illa fit mentio die decimo ſeptimo Novembris. Hæc omnia exprompſimus è manuſcriptis Provinciæ ſancti Michaëlis in Hiſpania, & Wadingho anno 1449.

B. CATHARINA BOSNIÆ Regina.

BOSNIA Illyriæ Provincia dividebatur olim in duas partes, quarum una regnum Buſniæ vocabatur, altera, Ducatus de Sancta Saba. Catharina noſtra Ducis Stephani filia in lucem editur anno 1445. Thomas Boſniæ Rex poſtremus eam in conjugem aſſumens, plurimis & terrificis expoſuit ſe calamitatibus.

Turca univerſam Illyriam invadens, mariti B & patris Catharinæ imperia & ditiones inique occupavit anno 1464 Tyrannus hic horribili & inauditâ crudelitate Thomam corio juſſit exui, unde ſtupefactus ejus filius legem Mahometanam amplexus eſt. Catharina acerrime dolens in Italiam ſe recepit, ubi Papa Sixtus IV. annuâ penſione conſideratu digna eam impertivit.

Profeſſione Tertij Ordinis Franciſcani obſtricta omnes Regulas rigide obſervat, modeſtiâ præcellens, puritate, humilitate, patientiâ, necnon in divino cultu aſſiduitate incomparabili. Ægrotans graviter anno 1478. novit divinitus ob tus ſui proximitatem, cui ſe accinxit recipiendo Sacramenta, teſtamen- C to cedens Eccleſiæ quodcumque jus haberet ad poſſidendum Boſniæ Regnum, atque declarans illud clientelarem ortum ducere à S. Petri Cathedra, eâ tamen lege, ut ſi filius errorem agnoſceret, ac fateretur, atque inter Chriſtianos rediret, illi reſtitueretur majorum patrimonium.

Nomine illius duo Nobiles poſtremam hanc declarationem detulerunt ad ſummum Pontificem, qui donationis acta legerunt in ſacro conclavi, & apud Sedem Apoſtolicam ſolenni ritu profeſſionem addicti clientis ediderunt. Primus enſem obtulit, alter deaurata calcaria. Munera hæc duo receperunt Cardinales, D diplomaque inſigne fuit conceſſum, quod ad noſtram uſque ætatem aſſervatur in Eccleſiaſtico tabulario.

Beata Catharina paulò poſt vitam cum morte commutavit 25. Octobris anno 1478. ut Soror Tertiaria Franciſcana ſepeliri peroptavit in Eccleſia Fratrum Minorum, Romæ, quam communiter nominant de Ara Cœli: ſummus ipſe Pontifex defunctæ ſolenniter parentavit, eam terræ mandans in auguſtiori loco, videlicet coram primario altari. Erexit deinde monumentum marmoreum, ubi exhibetur ejus ſtatua cum magnifico diademate, & illuſtri elogio, ubi ejus facta laudum

prædicationibus illuſtrantur. Eâ erat ſingulari præſtantiâ virtus Catharinæ, ut quidquid boni eſſet in ea, multis partibus perficeret; quidquid mali ac vitioſi ad rectum fructuoſumque uſum adduceret. Sic loquntur Marcus Ulyſſipponenſis, Gonzaga, Wadinghus ann. 1457. 1458.

BB. BEATRIX HERMOSILLA VIRGO, Apollonia Vidua, Franciſca de Riva Limonoſa, & Alma.

Beata Beatrix Hermoſilla virgo præclaram ſuam amitam Joannam Hermoſillam imitari conabatur. Utraque pauperibus diſtribuebat omnes facultates, manuum labore & eleemoſynis ſuſtentationem ſibi comparando. Monaſterij ſanctæ Elizabethæ de Pinis conſtructionem aggredientes ambæ cum incolis hujuſce oppidi, illud perfecerunt feliciter anno 1464. Plures aliæ virgines & viduæ cum illis ſocietatem ineuntes, ſimul Religioſarum Tertiariarum habitum ſumpſerunt, promittentes obedientiam Tertij Ordinis Franciſcani Patribus.

B. Beatrix ob eximiam ſanctitatem meruit à ſummo Pontifice, multo in pretio haberi. Fato functâ in ſuo Conventu ſanctæ Elizabethæ anno 1415. oſſa ejus quadraginta & ſex poſt annis in novum ſepulchrum tranſlata ſunt, & ſuaviſſimum exhalaverunt odorem. Non defuerunt miracula hoc in rerum concurſu, quorum Gonzaga, & Wadinghus faciunt mentionem.

B. *Apollonia* inter Dominas Bononienſes ſpectatiſſima, mortuo marito, Regulæ Tertij Ordinis nomen dedit, atque illam Deus reddidit illuſtrem pluribus miraculis. Corpus ejus jacet in ſacello Eccleſiæ Bononienſis, quam *Annunciatam* nominant, quamque tenent Patres, vulgò *de Obſervantia*. Gonzaga refert quatuor Verſus Latinos ſtyli obſoleti tumulo ejus inſculptos, unde colligimus Apolloniam Tertij Ordinis Regulam profeſſam fuiſſe, & quanto illam bonore proſequitur poſteritas. Obitus ejus contigit anno 1500. dieſque notatur 12. Martij.

Circa idem tempus elucebat B. *Franciſca de Riva Limonoſa* in Italia. A Dæmone ira per longum tempus acerbe torquetur, ut animum deſpondeat, quamvis ſemper victrix, ſemper nihilominus ejus aſtum pertimeſcebat & violentiam: perfectum tandem triumphum egit in morte, ſempiternam adipiſcens felicitatem anno 1534. Conventus ſancti Petri Cœleſtini à Patribus Obſervantinis Provinciæ ſancti Angeli occupatus, venerandum illius corpus poſſidet, juxta Gonzagam. Martyrologium Franciſcanum ejus memoriam celebrat die 22. Octobris.

Barezzus part. 4. Chronic. Minor. l. 2. c. 55. loquitur de B. *Alma*, cujus corpus ſepelitur in Eccleſia ſanctæ Mariæ *de Platea* in Provincia Siciliæ. Zelo ferventi, Tertiæ Regulæ Franciſcanæ ſe ſubdens, ita repleta eſt ſpiritu & fervore Patris Seraphici, ut poſt obitum inſignibus illuſtrata fuerit miraculis, ad meritorum ejus comprobationem. Fratres Minores Conventus Plateani honorifice conſervant & ſtudioſè illius oſſa tanquam pretioſum theſaurum.

B. ALEXIA BURGOTTA.

Aletha, Alexia, Aliza tria ſunt nomina quibus donatur ab Auctoribus vetuſtis. Adhibeo tamen præſertim nomen Alexiæ, quod legitur in Epitaphio ad honorem ejus erectn in Eccleſia ſanctorum Innocentium, Pariſiis, ubi nominatur *Alexia Burgotta*. Tertium Ordinem Franciſcanum amplexa eſt, ut valide teſtatur Pater Arturus Recollectus in Martyrologio Franciſcano.

Non probatur opinio Patris Brullij Antiquitatum Pariſienſium collectoris, qui eam aſſerit vota ſolennia ſub Regula ſancti Auguſtini nuncupaſſe, in Monaſterio ſanctæ Catharinæ, viâ Sandionyſianâ. Qua ratione, quæſo, è ſuo Monaſterio exiiſſet, tempore quo univerſa Gallia bello cruento flagrabat, dum Angli Francorum terras depopulabantur, regnante Carolo VII. dum potiſſimùm expilatores Lutetiam occupabant.

Vixit igitur ut Tertiaria Franciſcana, cellâ clauſa & ſolitaria in cœmeterio ſanctorum Innocentium, quadraginta ſex annorum ſpatio. Habitabat in parvulo tugurio, prope majorem portam Eccleſiæ, à latere dextro. Nunc ibi degit Vicarius Parœciæ. In teſtimonium ſolitudinis noſtræ Alexiæ videntur adbuc cancelli in exigua feneſtra, qua Miſſam audiebat & divinum officium.

Illius effigies conflata ex ære orichalco & caldario miſto emicat in tumulo ejuſdem pretioſæ materiæ, totumque opus magnificum,

juſſu & ſumptibus Ludovici XI. Regis conſtructum eſt, ubi Alexia ſub habitu Tertij Ordinis Franciſcani exhibetur, apertum tenens librum. Hiſtorici prætertim extollunt Evangelicam ejus abnegationem, quam ſcribunt Deum plurimis cumulaſſe gratiis, præter morem ſultum: è vita migravit die 29. Junij anno 1466.

Univerſa aſtra in ſtellifero cœlo fixa ſunt, ſi planetas inde eximas, quibus ſingulis ſua eſt ſphæra propria. *In domo Patris mei manſiones* A *multæ ſunt. Ioan.* 14. ait Chriſtus: plures quidem, ſed variæ, nec ejuſdem momenti omnes, quia ſequuntur ſanctitatis diverſos gradus, quorum quilibet ſuum peculiarem aſſequitur locum in Cœlo, juſtâ Dei ordinatione, qui Alexiam Burgottam, quamvis pluribus poſteris, vel etiam coævis incognitam præcellenti gloria donavit in regno æterno.

Sanſſayus tom. 2. in Appendice ad Martyrolog. Gallicanum. Brullius lib. 5. Antiquit. Pariſ. pag 186. 187.

B. DEMETRIUS.

EXERCITIUM militare, quod beatus Demetrius amplecteretur ante converſionem, tirocinium fuit, ut Chriſtianæ militæ nomen daret majori præſtantiâ. Tractatis armis in Hungaria, rediens in Italiam, natale ſolum, audivit in alto mari, ad quartum à porto Zaræ milliarium, horâ tertiâ poſt dimidiam noctem, hæc verba prolata voce la-„ mentabili. Parate, parate ignem, quia ſu-„ tor Zarenus fato functus eſt.

Demetrius in urbem ingrediens diſcit publicum & famoſum fœneratorem è vita migraſſe eodem tempore, quo lugubris hæc vox ad ſuas pervenit aures. Sapienter conjecit non fuiſſe monitum de iſta morte ad defuncti utilitatem, ſed ad ſuiipſius emolumentum. Decernit itaque mundo nuncium remittere, ſeque recipit ſupra montem Lucanum, penès Spoletum, ubi per quinquaginta annos commoratus eſt ſub Tertij Ordinis habitu, ſolitarius, jejuniis, vigiliis, & orationibus aſſiduis dans operam.

B Dæmon mentem ejus volens infringere, illum qualibet nocte divexabat horrendis vociferationibus,& terrificis ſpectris,hunc etiam feriebat adeo crudeliter & infeſte, ut humi decumberet quaſi exanimis. Multam percipiebat conſolationem ex apparitione frequenti Reginæ Angelorum, quæ Principis tenebrarum retundebat impetus, & vulneribus Demetrij medebatur.

Tandem ſanctiſſime moritur die 21. Aprilis, anno circiter 1490. & afficitur ſepultura in Monaſterio ſancti Pauli, penès Spolerum, aut juxta quoſdam, in Conventu ſancti Franciſci montis Lucani, in ſacello beati Franciſci Ticinenſis. Patrata ſunt ibi plura ejus interceſſione mira ula, unverſique populi illius Reliquias plurimum venerantur. Marcus Ulyſſipponenſis hunc Demetrium Albanenſem nominat, & Eremitam Tertiarium Franciſcanum; Salazarius, & Antonius de Sillis eamdem ineunt opinionem, pariter & Wadinghus 1459. 1491.

B. JOANNES MARTINEZIUS. ET B. CATHARINA LOPEZIA RELIGIOSA TERTIARIA.

BEATUS Joannes Martinezius, & beata Catharina Lopezia illius uxor, oriundi erant ex provincia Caſtiliæ, Diœceſis Toletanæ: Poſt longum convictum, nullo edito partu, Dei genitricem ſuorum locupletum bonorum hæredem inſtituerunt, conſtruendo Noſocomium, Monaſterium & Eccleſiam in loco, quem communiter nominant *Viſo*, intra fines Diœceſis Toletanæ, ad honorem immaculatæ Conceptionis Mariæ.

Eodem tempore ſumpſerunt habitum Tertij Ordinis Franciſcani, atque ab invicem C ultrò ſeparati rigidam obſervarunt continentiam. Maritus paupertatis Evangelicæ obſervantiſſimus erat, & vivendi aſperitatum. Dies ejus notatur 24. Julij: & Wadinghus illum proponit anno 1488.

Quod attinet ad beatam Catharinam Lopeziam Demetrij conjugem, probo ſuo exemplo plures pellexit virgines, quæ ſimul omnes Tertiæ ſe Regulæ Franciſcanæ ſubjecerunt, pauperum ſuſcipientes ſtudioſe curam. Denique Catharina Lopezia in cœnobium ingreſſa Religioſarum noſtri Ordinis,

quod

quod extruxerat, ibi ſanctiſſimam peregit vitam. Munus Antiſtitæ, quod integerrime obiit, ætaſque valde provecta, quæ vires diminuebat, nunquam virtutis adipiſcendæ ſtudia reſtrinxerunt, imo, quo magis corpus debilitabatur infirmitatibus, & Præpoſitæ functionibus attendebat, eò majori ardore flagrabat in meditatione, & navabat operam diſciplinæ Religioſæ. Mors illius contigit 15. Maij.

Gonzag. 3. part. Salazarius lib. Chronic. Provinciæ Caſtiliæ c. 16

BB. PAGANUS TORNIELLUS, & Vitalis.

BEATUS Paganus Torniellus flurente ætate, aſſiduus in probroſis facinoribus, toti civitati offenſionem concitabat. Pater ejus egregius nobilis illum hæreditate excluſit. Divino ſtatim permotus impulſu, tantis gratiis cumulatur, ut omnis ſpecimen virtutis præbeat, Tertijque fiat Ordinis noſtri ſectator eximius. Illuſtrem ſe exhibuit & ſpectabilem in pauperum levamine, in ægrotorum cura, in ſacris peregrinationibus. Inviſendo religioſe tumulum Patris Seraphici peſte correptus emiſit ſpiritum, anno circiter 1478. Narrant Hiſtorici, eos qui novariæ curationi peſte infectorum incumbebant Pagano Torniello altare dedicaſſe anno 1529. ſic opinatur Wadinghus 1479.

Inſula de Aſſiſio, communiter nominata *Baſtia* beato Vitali ortum dedit, cujus mira erat in obſervanda Tertia noſtra Regula accuratio, fervens quoque paupertatis amor. Tunica è panno craſſiori contexta, fruſtiſque uſu ferè abſumptis operta, & pedum continua nuditas in ipſo Vitali meram auſteritatem exprimebant. Solitudinis ardens deſiderium illum exigui ſacelli Aſſiſio unico diſtantis milliario finibus tranſcripſit, prope locum vulgò dictum *Sanctam Mariam de Lediola.*

Ne, longius orans, obdormiſceret, capillos, quos ſinebat creſcere, fune ſuperæ cubiculi contignationi affixo alligabat; ut dolor, quem demittendo caput ſentiret, diſſiparet ſomnum. Jejunia, flagella, omnis generis auſteritates, innumerique & præclari virtutum actus: miracula tandem ante & poſt obitum, celeberrimam illi conciliarunt famam: E vita migravit in ſuo deſerto die 25. Novembris, & fuit ſepultus in Eccleſia ſua ſolitaria ſub novo & magnifico monumento.

Marcus Ulyſſipponenſis 1490. Vvadinghus 1491. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar.

B. PIERONA HERGODSA
Religioſa Tertiaria.

BEATA Pierona Hergodſa cellâ clauſa, aliter à quibuſdam nominata Auctoribus, *Petronilla* & *Pyrona* videlicet, uſuram lucis accepit in Belgio, parentibus nata egenis, eximiis locupletata eſt virtutibus. Sumpto noſtri Ordinis habitu Gandavi anno ætatis ſuæ decimo-ſeptimo, tantos ad ſanctitatem habuit progreſſus, ut vivens adhuc in valle miſeriarum præſtantioribus cœli beneficiis illuſtrata fuerit. Dono lacbrymarum fruebatur: oculi ejus continuo fletu adeo rubent, ut tanquam panni rubicundo colore tincti fruſta videantur.

Obedientia illius, paupertas, munditieſque corporis & animæ digna ſunt publico elogio. poſtquam in ſuo Conventu omnium virtutum facem prætulir, in Eremitorium migravit, de conſenſu Abbatiſſæ, extra muros urbis ſuæ nativitatis, & intra limites cœmeterij ſancti Nicolai, ubi maxime renovavit fervorem in divino cultu, & inſignia patravit miracula. Multoties detexit cordium arcana, dum ageretur de gloria Dei, & animarum converſione. Obiit 16. Martij 1472. annos nata quinquaginta.

Ferrarius hac die. Rayſſa in Auctario ad natales Sanctorum Belgij.

B. EUPHROSYNA.

BEata Euphroſyna in oppido ſancti Sepulchri, Etruriæ provinciæ nata eſt. A tenerioribus unguiculis virtutes ejus enituerunt. Maritus cui nupſit, cum minime gratum haberet tam aſſiduam dari operam pietati, Euphroſyna illi prudenter indulgebat, modo abeſſet omne prorſus peccatum: Vidua tandem remanens in Tertij noſtri Ordinis Conventum illicò ſe contulit, poſtquam defuncti ſponſi exequias plane coboneſtavit.

Mirabantur omnes illius in virtute progreſſum: patientiâ præſertim & humilitate præcellebat: cœleſti potiſſimùm eminebat lumine, tum ad ſuum, tum ad aliorum regimen. Infernus invidiâ excandeſcens terrificis eam viſionibus laceſſebat, & violentis obruebat ictibus.

Duo Dæmones ſeipſos illi viſos exhibuerunt ſub formidoloſis ſpeciebus, ut eam à charitate quam erga Sororem exercebat, abſterrerent: crudeliter Euphroſynam percuſſerunt, atque abripuerunt in aëra. Ad clamores validos utriuſque tum cuſtodis, tum ægrotantis

convolant omnes Religioſæ, quæ raptum A adeo improviſum conſpicientes, divinam implorant miſericordiam. Eodem momento Euphroſyna ſuaviter & tranquille in terram delabitur abſque ulla plaga.

Ineffabili conſolatione fruitur interius, & ita profunde pervadit arcana cœleſtia, ut peritiſſimi Doctores Theologi in ejus diſciplinam ſe rradanr. Futuri præſagium, donum conſilij innumeros admiratores ad illam acceſſunt, qui ſe illius ſubjiciunt monitis.

Pater Cherubinus Spoletanus, primi Ordinis Franciſcani Religioſus, conciones hiſce temporibus habebat in Italia, ſonantibus verbis, uberibuſque ſententiis delectans, non movens audientium animos. Eloquentiâ valebat, ſed abſque ullo profectu, cum nemi- B nem è cœno vitiorum erueret. Mox ut ſimplicitatem Evangelicam amplexus fuit. plurimos peccatores ad pœnitentiam reduxit, miracula edidit, prædixit futura prophetico ſpiritu. Angeli, ſanctus Hieronymus, imo ipſe Filius Dei jucunde & honorifice illum frequenrer inviſebant.

Euphroſyna multoties collocuta eſt enm Cherubino de vita ſpirituali: dum in Eccleſia meditaretur die qnarto Auguſti anno 1484. ab ſenſibus quatuor horarum ſpatio fervor illam abduxit: à Confeſſario juſſa maniſeſtare quæ didiſcerit in abſceſſione à poteſtate mentis, reſpondet, eodem momento ſuæ reſpon- C ſionis, Patrem Cherubinum Spoletanum expirare, ſibique apparere in cœlum aſcendentem, in comitatu ſancti Hieronymi, aliorumque Dei famulorum.

Narrat à ſancto Hieronymo certam fieri de ſingulari benevolentia, qua proſequitur ipſe Fratres Minores, quorum eſt protector una cum Seraphico Patre. Denique aſſerit Patrem Cherubinum iovehi cum pompa, & introire in æternam felicitatem ſexaginta-ſex mille animabus ſtipatum, quas ſermonibus Apoſtolicis ex ignibus eduxerat ſempiternis. Dies & hora, quas deſignat, notantur; ſicque beatæ Euphroſynæ declaratio comprobatur, & plenam conſequitur auctoritarem. E vivis autem excedit in ſuo Monaſterio ſan- D cti Sepulchri 15. Septembris 1485. uno anno poſt deceſſum Patris Cherubini.

Brovius 1484. Vvadinghus 1484. Valerianus de ſanctis Feminis Ordinis Minorum l. 2. c. 35.

BEATÆ EUSTACHIUM, *Smaragda, Joanna Lopezia, Maria à Sancto Spiritu, aliæque Religioſæ Tertiariæ.*

Beata Euſtachium ex illuſtriſſima familiâ Romæ oriunda, in conjugem tradita fuit præpotenti Siciliæ Dynaſtæ: eminentis perfectionis conſilium iniit, Patris Mathæi ſermonibus Evangelicis vehementer commota, qui ut ſectator Seraphici Franciſci, Euſtochium pariter in Tertiam Congregationem Franciſcanam induxit.

Habitu igitur Religioſarum Tertiariarum ſumpto, ætatis ſuæ anno decimo octavo ſedulam navavit operam jejuniis, vigiliis, flagellis, & meditationi. Eccleſias aſſidue frequentabat, noſocomia, xenodochia, atque ægrotis omnia charitatis exhibebat officia, patienter ferens, & invicto animo, ſponſi proprervè adverſantis oppugnationes.

Cum ſe orbam liberis videret, ad ſacratiſſimam Dei Genitricem confugit, promittens ſi ejus interceſſione obtineret filiam, ſe illam Chriſto conſecraturam in ſponſam. Filiam igitur peperit, quæ Smaragda nominata, ingreſſa eſt in Monaſterium poſt obitum Patris, ubi etiam Matris nomine donatur. Ambæ pervenernnt ad ſublime ſanctitatis culmen. Noſtra Euſtochium commendatur in Martyrologio Franciſcano 17. Octobris.

Marcus Ulyſſipponenſis 3. part. lib. 5 & cap. 6 ann. 1484.

B. Joanna Lopezia floruit circiter anno 1515. Segoviæ, in Conventu ſanctæ Elizabethæ, qui trigeſimus-ſecundus Provinciæ Conceptionis cenſetur, juxta Gonzagam, & celebratur ob excellentes Religioſas Tertiarias. Exemplum & documenta Joannæ Lopeziæ plurimùm contulerunr ad decorem Monaſterij, & ad perfectionem Sororum, quæ illud occuparnnt.

Vvadinghus 1486. Valerianus l. 4 de BB. Feminis Ordinis Minorum cap. 6.

B. *Maria à Sancto Spiritu* Virgo in urbe vulgò nuncupata *Guadafalgiora*, è ſinu matris educitur, & eo fermè tempore virtute claret, quo vivere incipit: petenti ſibi maniſeſtari quomodo Deo gratior fiat, ab ipſo Deo fortiter compellitur Segoviam proficiſci, ubi fauſta ſocietas multarum filiarum, quæ eamdem pietatis ſententiam inirent, illam ſiſtit: anno 1486. domum conſtrui curavit ad habitationem Sororum votis ſolemnibus obſtrictarum ſub Tertia Regula Franciſcana, & cum illis firmiter perſeverans in ſtricta conſiliorum

Evangelicorum obſervatione mortem pretioſam obiit in habitu Tertiariarum Regularium tertiâ die Januarij.

B. *Maria Pennaloſa*, virgo, è vita migravit in Monaſterio ſanctæ Elizabethæ Segovienſi anno 1519. poſtquam eam tenuit viræ rationem, quam omnes approbaverunt, laudibuſque exceperunt, propter illius charitatem, humilitatem, & ſedulitatem in cultu divino. Cum juxta Hiſtoricos penè invenerit ſuo ævo alterum, qui illi conferretur, Deus illam ſingulari dono miraculorum ornavit. Aſſerunt quidam puerum ejus interceſſione, à mortuis revocatum eſſe ad vivos: Mariæ Pennaloſæ mentionem facit Martyrologium Franciſcanum die 10. Aprilis.

Vvadinghus 1486. Marianus de ſanctis feminis Ordinis Minor. lib. 4. cap. 6.

B. *Elizabetha Peralta*, virgo, digna eſt eminenter celebrari apud poſteros, licet Auctores ſolum referant illam poſt ſanctiſſimam vitam, maxime pretioſum finem aſſecutam eſſe anno circiter 1486. juxta Wadinghi ſupputationem. Gonzaga, Bzovius, & Valerianus, illi aſſignarunt honorificum locum in ſuis ſcriptis. Veneramur illam præcipuè tertio die Junij.

B. *Maria Ruizia* Alcazari vel Salaciæ nata, virginitatis florem ſervare maluit, quam matrimonium valde commodum & glorioſum contrahere. Vix ſuſceperat Tertij Ordinis habitum, cum ſocietatem iniit cum multis eximiæ virtutis filiabus, quæ ſimul vitam ſunt amplexæ Religioſam miro fervore. Summus Pontifex Innocentius VIII. ei libenter anno 1486. licentiam conceſſit domum, in qua habitabant, ita diſponendi, ut fieret idoneum cœnobium. Novit divinitus obitus ſui diem, qui fuit ſeptimus Novembris. Gonzaga illam commemorat loquendo de ſanctæ Mariæ de Alcazaro vel Salaciæ Conventu. Wadinghus quoque anno 1486.

B. *Elizabetha Verdugo* maxime promovit ad virtutum apicem Religioſas Tertiarias Conventus de Arevallo ſeu Arevaca, cujus ſancta Maria de Jeſu titulus eſt. Vota ſolennia paupertatis, obedientiæ, caſtitatis, quæ ibi nuncupavit, illam non tam illuſtrem reddiderunt, quam ſedulitas ad illorum rigidam obſervationem: Præ humilitate profunda videre meruit Chriſtum ſub mera & nativa ſpecie, dum ſacram elevaret Sacerdos hoſtiam in Miſſa. Permulti alij favores illi ſunt impertiti. Facto denique functa cum univerſo applauſu, terræ mandatur in ſuo Monaſterio die quinto Junij. Floruit ann. 1530. Barezus 1534. Wadinghus 1490. illam proponunt.

A B. *Aldonza Lopetia* filia erat primogenita cujuſdam nobilis & egregij bellatoris. Conventus ſanctæ Mariæ de Jeſu, de quo tunc loquebar, multis nominibus illi ſe devinctum profitebatur. Hunc incœpit extruere anno 1490. ſumpto Religioſæ Tertiariæ habitu, incolarum Arevacenſium adjuta largitionibus: provexit tandem hujuſmodi ædificium uſque ad culmen. Tantopere colitur ejus memoria hacce in regione, ut communiter ab Hiſpanis vocetur vernaculo idiomate *Convento de las Aldonzas*. Virginitatis prærogativa, prophetiæ donum, prudentia, & proba in omnium rerum occurſu geſtio, eximia tandem ſanctitas ſuperant cuncta præconia. Illam præſertim veneramur die 6. Novembris. B

Gonzaga 3. part. orig. Seraphic. Relig. Vvadinghus 1490.

B. *Elizabetha de Rota* commendatur à Scriptoribus, ut pietatis & patientiæ illuſtre ſpecimen: rerum divinarum inſignis erat contemplatrix, quæ facultate præterea alios dirigendi apprime pollebat, cujus ſe probavit expertem, dum per triginta annos, ut Abbatiſſa Monaſterium Corporis Jeſu Chriſti, in urbe, quam vulgo nominant *Vrbem novam puerorum*, gubernavit, ubi diem clauſit ultimum feriâ quintâ in Cœna Domini, die quinto Aprilis. Pater Didacus Ximenius ejus conſcientiæ moderator eximiâ virtute pollebat, ſub cujus diſciplina illuſtre fuit ſanctitatis ſpecimen, miroſque fecit progreſſus. C

Marianus lib. 6. Chronic Illuſtrior. Obſervanc. Reformat. cap. 31.

B. *Vrraca Rodriguezia Bezerra* in urbe, quam *de Ormaya* vulgo nominant, ortum habuit: ſplendorem originis ſuæ, quamvis illuſtriſſimæ, virtutum claritate longe ſuperavit. Propter obitum mariti mundum faſtidiens, ejuſque oblectamenta, & divitias, in Eccleſiam ingreditur, ubi hæc Evangelij verba ejus attingunt aures, & cor penetrant: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus.* Patres Hyeronimitæ fuerunt primi participes largitionum ejus, quibus utique ſuarum copioſam diſtribuit partem poſ- D ſeſſionum.

Noſocomium Ormayenſe amplis ab ea vectigalibus inſtructum fuit ad ſex ægrotorum ſuſtentationem: deinde condito ſuis ſumptibus in ſuo domicilio Conventu, quæ illi ſupererant bona vendidit, & erogavit pauperibus. Induitur illicò Religioſarum Tertiariarum tunicâ, cum quinque filiabus, quarum eſt partim amita, partim matertera, tribuſque honorariis puellis, quæ omnes ſimul in præfatum Monaſterium ſe recipiunt anno 1491.

Vrracæ Rodriguezia Bezerra modeſtiam, manſuetudinem, patientiam, charitatem, in labore manuali aſſiduitatem unuſquiſque mi-

ratur: Vitam denique cum morte commutat die 29 Junij, tumuloque mandatur in Monaſterio ſanctæ Crucis Ormayenſi, quod fundaverat.

Bareetus lib 2, cap. 54. ann 1534 Valerianus de ſanctis feminis Ordin. Min. lib 4. cap. 30. Vvadinghus 1491.

B. *Agnes Bezerra*, virgo, nobis probe innoteſcit manuſcriptis præfati Conventus, qui triceſimus tertius eſt Provinciæ Conceptionis in Hiſpania. Oratio continua, fletus pœnitentiæ, miſericordia in pauperes, nomen ejus illuſtrarunt; morſque illius pretioſa terminavit feliciter vitæ curſum anno 1506. Wadinghus eam recenſet 1491. Martyrologium Franciſcanum die 31. Julij.

B. *Catharina de Quadia*, virgo, decus etiam fuit & ornamentum ejuſdem Monaſterij, ob præclaras virtutes quas ibi exercuit. Pietas, contritionis donum, novaque cruciatuum corporis genera ſingularem illi compararunt gloriam, juxta priſcos Auctores. Obitus ejus memoratur die 13. Auguſti. Wadinghus de illa differit anno 1491.

B. *Agnes de Ferro* plurimùm ſplendoris contulit ſuâ præſentiâ civitati Ormayenſi, Diœceſis Abulenſis. Regnum Arragonenſe unde erat oriunda, in illa mirabatur ſublimem virtutem, cum eximia copulatam nobilitate. Regina Arragoniæ Ferdinandi V. Regis Hiſpaniæ mater, gloriabatur ſe noſtram Agnetem habuiſſe aliquando in puellam honorariam, quæ mundi pompam & illecebras aſpernata, bona ſua vendidit, & dedit pauperibus. Deinde conſtructo in urbe Ormayenſi Monaſterio ſub titulo ſanctæ Elizabethæ de Jeſu, ſolennem emiſit profeſſionem Tertiæ Regulæ Franciſcanæ 1496. anno Religioſi tirocinij completo. Paupertas, humilitas, & invicta divino cultui adhæſio, ad felicem & pretioſum obitum illam perduxerunt die decimo-tertio Junij, atque ad glorioſam ſepulturam, quam adepta eſt in cœnobio, quod fundavit. Wadinghus legatur 1496.

B. *Maria Rugella*, virgo, in eodem loco mirabiliter radiavit inter Religioſas Tertiarias charitate in pauperes, & rigidâ Monaſticorum exercitiorum obſervatione. Prædicto die ſuæ mortis; Novembris videlicet viceſimo-ſecundo: obiit anno 1535. Wadinghus de ea loquitur 1496.

B B. *Ioanna de Silva* itidem emicat inter virgines & Moniales noſtri Ordinis. Vetuſta Conventus ſanctæ Elizabethæ de Jeſu Arevalenſis rationaria illam honorifice commemorant. Inanem, de ſua pulchritudine in juventute, cum ſenſu voluptatis opinionem concipiens, ſed poſteà culpam hanc amarè dolens, oris ſui formam extinxit, & corpus acriter maceravit. Quotidie cruentis flagris ſe excipiebat, quibus madebat terra; collum & brachia catenis ferreis ſtricte comptimebat. Supra dorſum geſtabat crucem clavis inſtructam acutis, qui eam dilaniabant. Per totum ferè annum ad eſum & potum nil aliud adhi-
C bebat quam panem & aquam.

Paulò poſt mediam noctem ſurgens è lecto in oratione perſeverabat uſque ad prandium, & à quinta hora pomeridiana uſque ad nonam. Curabat ſuppeditari quolibet die ad victum pauperi cuidam neceſſaria, cujus humiliter & ſæpius pedes oſculabatur. Celebrabat ſingulari cultu feſta Dei Genitricis, tunc de condicto mendicis adminiſtrans eſcas & potiones miro fervore. Deceſſit die 17. Decembris 1517. Wadinghus 1496.

VITA SANCTI DIDACI CONFESSORIS.

CAPUT PRIMUM.

Tertium Ordinem ingreditur.

LUcis uſuram accepit beatus Didacus in Regno Andaluſiæ, & in loco cujus nomen eſt, Sanctus Nicolaus de Portu, inter Conſtantiam & Caſſaliam, ſub finem circiter decimi-quarti Seculi, ex egenis parentibus. Linguâ Hiſpanicâ *Diego* fuit appellatus in Baptiſmo; Latini autem illum nominant *Didacum*; Galli verò *Iacobum*.

In ſolitudinem ab incunabulis abiit in comitatu ſanctiſſimi Sacerdotis Tertij Ordinis Franciſcani, habitu Anachoretæ induti, ac pœnitentiæ operibus vacabat propè Eccleſiam ſancto Nicolao dicatam. Eximius hic Presbyter noſtro Didaco tunicam Fratris Terriarij dedit, atque poſt tirocinium illum admiſit ad profeſſionem; unde verus & perfectus Seraphici Patris ſectator Didacus evaſit.

In meditatione rerum cœleſtium aſſiduitas indefeſſa, auſteritates, & ſuo moderatori ſubmiſſio, non ſat poſſunt laudibus extolli: exiguum colebat hortum ad ſuſtentationem utriuſque Eremitæ, ſimulque Præceptor & Diſcipulus inſtrumenta lignea conflabant, quæ pauperibus largiebantur, rejectis eorum donis: illis etiam diſtribuebantur fructus, labore & culturâ Didaci comparati.

Si quid ambobus noſtris deeſſet Tertiariis, Didacus humiliter ſtipem oſtiatim cogebat, atque certò cenſebat Eremitæ ſufficere tunicam, pallium, cucullum, ac meditationum librum, hæcque omnia ſine cultu & ornatu. Rediens aliquando in deſertum, perſpexit in media via marſupium pecuniâ repletum, quod nequidem voluit vel leviter tangere, relinquens illud arbitrio cujuſdam vicani hujuſce regionis.

Si aliquo libidinis motu percelleretur, ad orationem & ad corporis cruciatus, ut ad tutiſſimum propugnaculum confugiebat, nullo pacto indulgens corpori, nilque concedens, niſi ad vitam obiter conſervandam, ſed diris carnem ſuam divexans flagris. Hiemis tempore ſe fluminibus uſque ad collum immergebat, illæſo permanente ſic prorſus virginitatis flore.

Propter mitam animi candidam ſinceritatem, Angelis chariſſimus erat & hominibus: totus erat ejus ſermo in explicandis virtutum legibus, vel inculcanda Chriſti Paſſione. Maledici obtrectatores obmuteſcebant illo præſente: ſingulari charitate flagrabat erga peccatores, quorum infinitam multitudinem è cœno vitiorum ad pœnitentiam revocavit: dolebat maxime animarum perditionem, quas totis viribus nitebatur ad pedes Salvatoris adducere.

Egenorum miſerias & calamitates verbis ſuavibus, & quantum poterat, etiam validis factis ſublevabat. Animalia quoque ratione deſtituta ejus benignitatem experiebantur; leporibus cunicularijs ſui horti mandentibus herbas & legumina, non ſinebat laqueos ſtrui, quamvis amici officium illud præſtare vellent, eos expellere ſolùm, abſque violentia, conabatur.

Sine intermiſſione orabat, ſæpenumero genua flectens, oculoſque Chriſto crucifixo affigens cum lacrymarum abundantia, & poſtulans enixe à Deo pro peccatoribus veniam. Extollebatur interdum in aëra, dum meditaretur, diros Jeſu cruciatus, quorum ne memoriam amitteret, ligneam ſemper crucem manu gerebat, & roſarium alterâ.

In honorem ſacratæ Virginis diem Sabbathi jejunus agebat, contentus pane & aquâ: omnes ad illius ſingularem excitabat cultum, & ad recitandam attente precariam coronam: denique impenſe curabat ut ſemper lampas arderet coram illius Imagine, cujus oleo ductâ in crucem manu, plurimos ſanavit ægrotos.

Si quis de mundo Didacum inviſat, potentiam ſuam in ſolido fundatam jactitans: Quo pacto, ait Sanctus, cum vita ipſa mutetur " aſſidue? O quid tumes, imbecillum animal? " de potentia diſputas, de anima interim periclitaris, quam dicto citius, vel naturæ vis " occultior, vel exigui morſus animantis, vel " extremi contemptiſſimique homines ſæpe " potentiſſimis abſtulere. Ne dicas potentiam " tuam egregie ſtabilitam eſſe: ubi, quæſo, in " arenis ac fluctibus, an in vento? an in ipſa " (ut perhibent) fortunæ rota? Quin tu, amice, male ſuſceptam pone fiduciam: nulla " hîc ſtabilis potentia, utque, vel impropriè " exprimam quod ſentio, nulla potentia potens eſt. Chriſto affirmante Regnum ſuum " non eſſe de hoc mundo, nil terræ te debere " exiſtima, niſi contemptum & horrorem, niſi " ut rebus terrenis abdicatis, omnino mundo " moriaris, & cum Chriſto in Deo abſcondaris. Sic Didacus alloquitur mundi amatores, conſulentes eum in ſolitudine.

CAPUT II.

Admittitur in primum Ordinem Franciſcanum.

PROPTER famam, quàm illi conciliat virtutum ſplendor, ſuum deſertum relinquit, in Provinciam Caſtiliæ profecturus, & fixurus domicilium prope Cordubam, ubi ſe credit ignotum. Pro jurejurando ex animi ſententia & ordinario, hiſce verbis utens: *Largiatur mihi Deus gratiam ut inter Fratres Minores aggreger.* Illam denique obtinet ad vitandos hominum applauſus.

Ariſanum eligit Conventum valde pauperem, Laïcorum humilem poſtulans conditionem. Novo tunc exardeſcit fervore, memoriæ mandando regulas & conſtitutiones, ut eas perfectius obſervet. Jam ab introitu clauſtri, Patris Seraphici eximius prædicatur ſectator, & longè cæteros ſuperans Franciſcanos. Obedientia Didaci, quæ nil reſpuit, ardentius tamen vilia complectitur munia & dura, ut humilitati aſſentetur.

Favebat potiſſimùm mendicis, dum Janitoris munus obibat: quantum enim poterat, excipiebat eos lautiſſime. Superioribus, qui de nimia liberalitate illum objurgabant; plurimùm emolumenti, aiebat, inde colligitis; imo centuplum in vos redundabit: charitas multò magis largientibus prodeſt, quam recipientibus. Hujuſce reſponſionis veritatem probavit eventus, dum quo plus daret egenis Didacus noſter, eò plus Conventui ſuppeditaretur ad Fratrum ſuſtentationem, & levamen pauperum, quorum numerus creſcebat, ob ſancti Janitoris beneficentiam.

A

Inſulis Canariis Chriſti fide tunc recenter imbutis, Patres vulgò nominati de Obſervantia, ibi Conventum inſtituunt, cui Didacum præficiunt, ut infidelium converſioni operam navet unà cum Sacerdote Religioſo, quem vocant Joannem *de Santurco*, quemque aſſerunt Scriptores inſigni ornatum virtute, & miraculorum dono illuſtratum ante & poſt mortem.

B

Quamvis Didacus, præ intimo humilitatis ſenſu, Præfecti ſeu Gardiani dignitati refragetur, charitatis nihilominus impulſu devictus, morem gerit, & ſe totum conformat ad arbitrium ſuperioris poteſtatis. Excurſionem Apoſtolicam, Evangelij proſeminandi cauſâ, aggreditur ferventiori virtutum exercitio, & magis ſedulâ in meditatione aſſiduitate.

Ad ægrotorum, licet fictorum Numinum ſint adhuc cultores ſacrilegi, excubat lectum, eorumque ægritudines tanto ſtudio ſublevat, ut illos blande & amanter demulcendo facile alliciat ad Chriſtiana dogmata capeſſenda. Brevi tempore divinæ fidei elementa conſeruntur hac in regione, & miratur unuſquiſque illorum multitudinem, qui ſacro inaugurantur baptiſmo.

C

Spectatiſſimus inter alios Joannes Alphonſus, ex magna Canaria ortus, ad pedes Didaci ambos ſuos liberos, cum omnibus domeſticis adducit, ut eos luſtralibus aquis initiet, & Chriſtianis documentis erudiat. Non ſolum operam dat ut infideles & Chriſtianæ fidei candidatos convertat, inſtruat, aut confirmet in Religione, ſed inſuper, ut labore ſuo, & ſtipis coactione quæ ad vitam tuendam neceſſaria ſunt illis erogentur.

D

Parvâ Canariâ ſub jugum ſuave Chriſti fauſtè redactâ, in navem conſcendit ut paſſis velis feratur in magnam, unde Chriſti fides prorſus exulabat. Ex intimo pectore martyrium anhelans, nequaquam tam præclarum conſilium potuit exequi, quoniam Chriſtiani comitantes Didacum, timuerunt ad portus aſpectum, ne appellentes à barbara natione interficerentur, & redierunt in locum unde exierant, invito Didaco noſtro, qui ſolus volebat oram tenere, ut efferatas gentes Chriſto ſubderet.

Perrexit itaque munia obiturus Evangelica laboribus immenſis ad utilitatem primæ Provinciæ, quæ obtigerat. Ab idolorum miniſtris immaniter fuit vexatus, qui centies illum interemiſſent, niſi Deus eum vindicaſſet ab injuriis & ab inimicorum impetu: ſæpenumero poſt commentitiarum culparum nefariam objectionem, in illum præcipites invehebant diſcerpendi gratiâ, ſed prudentiâ & lenitate ita furentes deliniebat, ut fidem Chriſtianam amplecterentur. Duobus miraculis claruit maxime Didaci nomen.

Sacrarij cuſtode Conventus campanam non pulſante ad veſperam, pro ſalutatione ſacratæ Virginis, juxta priſcum morem, campana ipſa, nemine quatiente, dedit ſignum ordinarium; quod Didacus Angelis tribuens, hanc innoxiam culpam ſimul cum aliis Religioſis expiavit rigidâ pœnitentiâ.

Dactylum volentis edere nucleus comminuit dentem Didaci, qui Deum precatur ne deinceps hic fructus ſit damnoſus; exinde omnes hujus palmæ baccæ ad noſtram uſque ætatem ligno interiori caruerunt.

CAPUT III.

Miracula, ejuſque vivendi ratio poſt reditum in Hiſpaniam.

SUPERIORUM juſſu in Andaluſiam reverſus anno 1444. & in Conventum quem communiter nominant *de Serraſio*, cui nomen inditur Sanctæ Mariæ Lauretanæ, contulit ſe cum Fratre Stephano in pagum ſancti Lucæ de Baramedâ. Confecto itinere quinque leucarum, & fame premente panis tantillum oſtiatim petierunt in oppido Palatiorum, qui eis denegatur ab incolis.

Progredientes ulterius, atque viciniori domo quatuor amplis leucis diſtante, commorari coguntur in vaſta & aperta planitie, ob Fratris Stephani debilitatem, ſimulque ſacerdotale Breviarium recitant. *Iacta ſuper Dominum curam tuam*, inquit beatus Didacus, *& ipſe te nutriet.* His verbis divino Spiritu animatis debilis corroboratur, & animoſe exurgens, iter pergit cum Didaco: ambo confeſtim perſpiciunt hoc in deſerto, prope opacam & denſam herbam, candidum panem, piſces recenter coctos, malum auratum, lagenam vino eximiæ generoſitatis plenam, cum nitido & commodo mantelo.

Poſt diligentem beneficij tanti originis inquiſitionem, nullam agnoverunt niſi miram Dei providentiam, qui illorum neceſſitati ſuccurrerat inſigni miraculo. Genibus innixi, ut Numini ſupremo grates agerent, cibatum adhibuerunt, cui finem impoſuerunt, iteratâ

& ferventiori gratiarum actione. Deinde in A viam ſe dantes mutuo colloquebantur, & cum cœleſti voluptate, de ineffabili totius mundi adminiſtratione.

Didaco Hiſpali degente, apud virum probum, mulier vicina flens & ejulans ſubitò advenit, & clamat ſe per incogitantiam furnum ſuccendiſſe, ubi unus ex liberis dormiebat, fugâ ſibi conſulens, ne à matre flagris exciperetur: *Ad Deum confuge* ait Didacus, *& ad B. Virginem.* Interim unà cum hoſpite & ſocio versùs furnum currit, ubi puero præcipit è medio flammarum exire. Mirum dictu! eodem momento; qui cenſetur prorſus igne conſumi, plenus vigore, & abſque ulla combuſtione ſpectatur. B

Omnes adſtantes ferè innumeri divinas cantant laudes, illumque in proximam perducunt Eccleſiam, ubi mater afflicta precatur coram Dei Genitricis imagine. Quanto gaudio geſtient, non facile concipitur. Canonici, antequam inciperent Horas Matutinas recitare, puerum albis indutum Mariæ Virgini conſecratunt, & ſymphoniam conflarunt, quæ ex varia ſonorum compoſitione harmoniam efficiebat auribus jucundiſſimam: viſa auditaque in acta referuntur, atque deinceps major exhibetur cultus ſacratæ huic imagini, Didaco impetrante plures alios extraordinarios favores hac ratione.

Romam proficiſcitur in comitatu Fratris C Alphonſi Caſtrenſis eximiæ virtutis Religioſi, anno Jubilæo facto 1450. quo in numero cœlitum collocatur ſanctus Bernardinus. In comitiis totius Ordinis Seraphici hùc convocatiseo tempore numerantur tres mille & octingenti Patres Obſervantiæ. Per totum iter ambo, Alphonſus videlicet & Didacus noſter, perfectam & eamdem vitæ rationem tenent, ac in Conventu. Quamvis xenodochia peregrinis ſint referta, & viatoribus, diverſoria, qui annonariam difficultatem invehunt, unoquoque Romam petente, ut pleniorem noxarum veniam mereatur, Dei tamen famulus ubertim & facile commoda quæcunque reperit, uſque adeò modeſtiâ & comitate omnium corda demulcet. D

Quamprimum ingreditur in Conventum de Ara cœli, admiſſas à puero culpas confeſſione ſacrâ expungit, piis exercitationibus, ſejunctus ab omni humano conſortio, mentem excolit: deinde ſacra loca religioſe inviſit, ac demum rerum divinarum contemplationi, ſive Magdalenæ officio, Marthæ munus ſociat.

Valetudinarium præſerrim frequentat, cui Superiorum juſſu præpoſitus, infirmos plurimùm conſolatur verbis ſuaviſſimis, & cujuſcunque cibi aut medicaminis erogatione, dum famâ ejus per urbem vulgatâ, ampliſſimæ largitiones mittuntur, quantumlibet reluctante penuriâ hujus tempeſtatis, itaut ægrotantibus omnino contentis, luculenta ſumma ſuperfuerit ad ciſternam ſecundi clauſtri conſtruendam.

Completis hocce in Monaſterio quatuor circiter menſibus in Hiſpaniam rediit: commoranti novem diebus in pago, cujus nomen eſt *Abbatia* penès Viterbium, vicini præter morem ſolitum ei offerebant quæcunque neceſſaria. Mox ut pervenit in Andaluſiam, à Vicario Provinciali poſtulavit ut mittatur in Conventum beatæ Mariæ *de Salzeda*, ſolitarium, atque in eas detruſum anguſtias, ut illum deficiant, ſine quibus ægre vivitur, ubi ſpeluncam ſemoto in loco ſibi aptavit ad contemplandum nocte & die. Dæmones, qui nitebantur eum perturbare, bis verbis fugabat: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus benedictus ſit & laudatus.*

Cœnobium ſanctæ Mariæ de Jeſu Complutenſe ſuâ præſentiâ poſtremis ſuæ vitæ diebus honeſtavit: lepris infectum ibi ſanavit blando oſculo, & ulcerum linctu: ſpectaculum conſpectu Angelorum utique dignum, & admiratione Fratris Religioſi, quem Didacus ſic affatur. *Si divitis impii lingua canum fuit medicamen vulnerum Lazari, quare lingua hominum minime purgare lepras poterit?*

Mentis ejus pietas ſuaveolens reddebat corpus: intellectus ipſius dono ſapientiæ pollebat, quo abſtruſiora Theologiæ arcana enucleabat mirâ claritate & eleganti eloquio. *Ludovicus Cueva* Doctor præſtantiſſimus teſtatur nullum unquam poſſe reperiri, qui ſacræ Scripturæ myſteria, & difficultates evidentius gratiuſque enodaret, quàm beatus Didacus, quamvis ſcientiæ acquiſitæ prorſus imperitus. Declarat idem Doctor ſolidis ejuſdem reſponſionibus ſemper ſe felicem exitum rei cujuſlibet fuiſſe adeptum.

Frater Alphonſus à ſancta Maria Ordinis Prædicatorum acutis doloribus vexatus, & mœrore perditus ac luctu, abſque intermiſſione, utraque pœnâ liberatur Didaci noſtri verborum ineffabili ſuavitate.

CAPUT IV.

Mors ejus pretioſa, & miracula.

ACERBA laborans vomicâ in brachio, dolorem tulit cum incredibili lætitia, quâ ſpectatores conſolabatur, & ſtimulabat ad virtutem, uſque adeo valet exemplum patientis animi, qui Chriſtum crucifixum enititur imitari: tabum manans ex apoſtemate jucundo odore ſpirabat. Intelligens Didacus ſe à Deo vocari, divina ſuſcipit Sacramenta, & tunicam magis uſu abſumptam, ut in ea moreretur, petit, veniam quoque humiliter po-

ſtulat à Fratribus, eò quod ſe credat illis perniciofum prodidiſſe exemplum.

Subita virium & ſenſuum defectio, quâ ſemel corripitur veſpere, vera eſt extaſis: „ Quam pulchri ſunt, inquit eâ finitâ, flores „ horti cœleſtis. Religioſis rogantibus, ut illorum habeat memoriam in cœlo, reſponder ſe ipſorum indigere ſuffragiis in terra. Promiſerunt omnes, hi quidem Miſſas & preces, illi verò jejunia & alias auſteritates. Die Sabbathi 12. Novembris 1463. mortis ſentiens proximitatem, manu ſumit crucem ligneam coram univerſis Fratribus: deinde intentis oculis illam contuens, ac deoſculans peramanter, ait: *Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere Regem cœlorum & Dominum.* Deinde è vivis excedit eximiâ vultus pulchritudine, & grato fauſtoque totius corporis habitu, oſtendens animæ felicitatem.

Eodem momento videtur in aëre ſtella major & ſplendidior cæteris: exponitur illicò Didaci corpus in Eccleſia, & antequam illuceſcat, ſplendore inſolito circumfunditur, qui chorum & ædiculam, ubi reponitur, in luce & in oculis omnium illuſtrat, ſicut meridiano tempore. Populi undique confluentes venerationis causâ, ſuavitatem mirantur odorum qui afflantur è ſancto corpore. Quilibet capillos, aut fruſtilla veſtium ſecum aſportare percupit, & aſſervare tanquam pretioſa lipſana.

Tetræ mandatum fuit die Dominicâ poſt celebrioris ritus Miſſam; totque & tanta miracula edita ſunt, ut ſummus Pontifex Sixtus V. anno 1588. illum in Sanctorum numerum adſcripſerit.

Gardianus amarè deflens illius obitum, quatuor diebus poſt ſepulturam juſſit corpus venerandum detegi, ut ejus conſpectu paululùm recrearetur: Religioſus terram effodiens, tetigit ſcalphio ſancti viri manum: confeſtim terra tremuit, unde terrore percitus Frater ligonem abjecit, manibuſque terram aperuit, itaut Superior commodè inſpiceret venerabile cadaver. Vulgatâ interim famâ, quod Didacus à morte in lucem redactus ſit, innumera hominum multitudo accurrit ad illius venerationem. Odoramenta cœleſtia, omneſque corporis viventis affectiones externæ, quæ ſex menſium ſpatio in illo perſpiciuntur, Chriſtianis admirationem movent, imò & ipſis Judæis & Mauris.

Joanna Mendoza Gomezij Maurici uxor, rei familiaris adminiſtratoris apud Archiepiſcopum Toletanum, à longo tempore febri vexata, multiſque aliis gravibus morbis, cultu exhibito Didaci tumulo, ejus meritis & interceſſione integram ſanitatem recuperavit.

Alvarus *de Goa*, equinæ domituræ ejuſdem antiſtitis curator, filium habebat triennem graviter ægrotantem, qui à Patre expoſtulavit perduci ad beatum Fratrem Didacum, de quo è ſepulchro fuit eductus. Alvaro reſpondente, illum fato eſſe functum, & in terræ viſceribus abditum: Fateor, inquit puer, " me tamen vocat, & cupit à me viſitari, rem- " pore meridiano. Pater indulgens votis liberi, tranſvexit illum in Conventum Fratrum Minorum, ubi locum ſepulturæ clauſum inveniens, extulit filium, ut per feneſtram poſſet aliquo modo videre tumulum, qui ſtatim clamavit: Ecce Didacus crucem auream ſupra " pectus geſtans, & ligneam alteram ad pe- " des. Plures fide digni mirabilis hujuſce eventus fuerunt teſtes, atque æger priſtinæ ſaluti fuit reſtitutus.

Filiâ hujuſmodi Alvari famulæ ſomno conſopitâ ſempiterno, tandiu dilata fuit humatio, ut omnino eſſet purrefacta. Suadetur mater ut putridum & fœtens corpus admoveret Didaci monumento. Verùm quia jam fores Conventus eſſent clauſæ, relinquitur cadaver in Eccleſia adhuc aperta: parentes interim Deum ferventer orant ante crateſacelli, ubi ſacrum Didaci corpus quieverat, antequam in privata concilij exhedra collocaretur. De repente defuncta halitum cœpit ducere, & omnibus ſignis confirmare ſuum è mortuis ad vitam reditum.

Tres viri interpoſito jurejurando aſſeruerunt coram iis, qui miraculorum beati Didaci actis exſcribendis præponebantur, ſe fato functos atque ſepultos, ipſius meritis & interceſſionibus ad vitam revocatos fuiſſe. Parentes illorum idem perhibuerunt teſtimonium, eoſque comitati ſunt in novendiali penſo obeundo ad tumulum,

Mulier, quæ non poterat partum emittere, uteri ferendi legitimis diebus, fruſto tamen tunicæ beati Didaci adhibito, filiam peperit mortuam, quam pater obtulit ipſi Didaco, qui ſuis precibus defunctæ vitam reſtituit.

Henricus Caſtellæ Rex cadens ex equo, brachium ſibi vehementer convulneravit, quindecim diebus poſt Didaci deceſſum 1 inviſit ejus tumulum, cujus miratus eſt ornamenta, vultus pulchritudinem, pluresque miros eventus, ſuaviſſimos præſertim odores, quæ omnia exiſtimavit adæquare ſancti Iſidori ſepulchri Madritenſis magnificentiam. Princeps iſte admoveri jubens Didaci manum brachio ſauciato priſtinam valetudinem recuperavit, & beneficij gratiæque causâ magnificam conſtruxit ædem, ubi corpus ſacrum honorifice aſſervatur.

Lopezius Euzinaſſius, pari caſu & prolapſione brachium ſiniſtrum ſibi comminuit: ira arefacto hoc membro, ut illo non poſſit uti, irritâ omni arte Medicorum & Chirurgorum, ſe confert in monumentum beati Fratris. Lopezio obdormiſcenti ſuaviter viſum ſe exhibet

Didacus

Didacus ſedens in clauſtro ſupra cathedram; à quo truncatus, flexis genibus, humiliter ſanitatem expoſcit: arbitratur Didacum agmine inſtructo multorum Fratrum prodiiſſe, tandemque rediiſſe in ſedem, ubi mutilum interrogat, quo fine huc accedit: reſpondentis illicò mutilationis curationem petere Didacus leniter tangit brachium comminutum, & integram ſalutem operatur.

Civis Madritenſis morbo oppreſſus curat ſe devehi in beati Didaci ſacellum, quem veſpere deprecatus graviter deambulantem intuetur inter innumeros ægrotos, quibus templum refertum erat: omnibus manum imponit Didacus, excepto cive Madritenſi, cujus pedes valide impetens, declarat illos ſanitatem recuperaturos, quos blandè ſuâ manu attigerat, durum verò ſui pedis ictum, percuſſo, mortem proximam præſagire. Hoc monito Madritenſis commotus ad æternitatis ſe accingit iter, atque è valle miſeriarum, juxta prædictionem feliciter evadit.

Incolam Puteolorum (Franciſcum nominant) cupa præcipitanter devoluta per gradus ſubterraneæ vini cellæ obtriverat, & vitâ privaverat, omnium judicio. Dæmones hoc in rerum concurſu videt, qui illum in excelſum montem provehunt, & ex ejus infortunio lætitiam haurientes volunt ipſum præcipitem agere in vallem profundam & obſcuram. Invocato Didaco à pia quadam muliere, mirabilis ſplendor exoritur, terrificam iſtam diſſipans viſionem, voxque cœleſtis Franciſci omnem pellit timorem. Eodem momento exiſtimat Puteolos ſe perduci, ubi adhuc vulneribus affectus, confeſtim omnino convaleſcit. Cognoſcens mulierem, quæ beatum Didacum imploraverat, Martham vocari, plurimùm illi gratulatur, declaratque præclarum ejuſmodi beneficium divinitus ſibi innoteſcere, deſcribens ſingulariter res omnes negotio adjunctas abſque mora, poſteà currit ad ſui liberatoris tumulum debiti perſolvendi gratiâ.

Baezzæ filia comitiali morbo ſæpe laborans, omnino ſanatur, mox ut tenuerit paululùm tunicæ beati Didaci. In eadem urbe Dæmon hominem poſſidens, hac filiâ appropinquante, clamavit, niſi haberet fruſtum veſtis Didaci, illam crudeliter divexarem. Unoquoque conante reliquias tam ſacras adipiſci, vix energumeno incipiunt applicari, cum ex inferni tyrannide prorſus eripitur.

Duæ nobiles puellæ Complutenſes, Maria nata octodecim annos, Domini Petri Hermandezij filia, & Oſoria ſtricto amicitiæ fœdere devinciebantur, ob magnam morum & pietatis convenientiam: Oſoria fato functâ, Maria ita dolore obruebatur, ut emergere nullâ ratione poſſet: adeò duras pœnas patiebatur in corpore, ut membra ſua luxaverit horrendis convulſionibus, quarum aſpectus

A fortiores terrebat. Hemicrania, jecoris oppilatio, ſtranguria, omneſque morbi, qui cogitatione fingi poſſunt, abſque intermiſſione & remedio illam torquebant undecim menſium ſpatio. Tandem devehitur die 15. Maij anno 1555. in lecto decumbens, ad ſacellum viri ſancti, plurimis ſtipata, quà parentibus, quà neceſſariis & amicis.

Accedens inſolito flagrat calore, & copioſum ſudorem effundit, brachia itidem, & crura nativas in ſedes, unde erant disjecta, redeunt: tanti miraculi famâ undique perſonante, & innumeris populis confluentibus, ſiſtitur Maria prope monumentum, ubi ardentius orans videt Religioſum, à quo jubetur ſurgere, ac ſtatim clamat: O miraculum,
B ô miraculum! nunquid videtis ſanctum hominem, qui benignâ me manu conducit? Deo gratias innixa genibus agit, Didacoque pariter, qui ſuâ interceſſione ſalutem ejus impetraverat.

Tangere cupiens capſam ferream, in qua jacebat venerabile cadaver, vi divina ſentit manum ſuam arceri & repelli. Audit præterea verba hæc cœleſti voce prolata. Exaudita eſt “oratio tua; Dei Genitrici crede te ſingulariter obſtrictam, quam implorasti in Eccleſiæ aditu; auguſtiſſimum etiam Euchariſtiæ ſacramentum, omnium fontem gratiarum adora, deinde te conferes ad tumulum Oſoriæ, pro cujus requie precaberis, pro certo tenens illam brevi è piacularibus flammis evaſuram fore. Laudetur magnificè Deus.”

C Eodem tempore Mariæ licuit omnia facile implere præſcripta, & dum per novem dies remanſit in ſacello beati Didaci, nomen ſuum dare ſtatuit Religioſæ Congregationi: atque reverà præclarum iſtud propoſitum executa eſt, irritis quibuſcunque obicibus: domo paternâ prætermiſsâ, honorifice conducitur in Conventum Religioſarum Tertij Ordinis Complutenſem, de ſancto Joanne nuncupatum, quem oppidò ſuâ ſanctitate decoravit. Erat adhuc in vivis, dum ea quæ tunc narramus, Annalium mandata ſunt monumentis.

Carolo Principe Caſtiliæ lethali morbo affecto uſque ad extrema ſanctus Didacus apparuit nono die Maij anno 1562. integram pro-
D mittens valetudinem. Ad illum utique allatum fuit ſacrum corpus, ſolo cujus contactu, ægrotus illicò ſaneſcit. Ideoque Philippus Hiſpaniæ Rex à Sixto V. ſancti Didaci inter cœlites aſſertionem obtinuit anno 1588. ſecundo die Junij.

Marcus Ulyſſipp. Sedulius, Gonzaga, Spondanus 1463. Vvadingh. 1416. 1441. 1450. 1456. 1463.

JACOBUS A BORBONIO COMES De Marchia.

Historia cum ſit teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, meritò conqueritur, quod fere nil referat de præclaris factis Jacobi à Borbonio Comitis de Marchia, quem manuſcriptus codex mihi auſpicatò notum fecit, ubi numeratur inter illuſtriores Franciſcanos, Religionis, & pietatis cauſâ.

Ibi quoque legi fuiſſe Jacobum noſtrum Regem Hungariæ, Hieroſolymorum & Siciliæ, ut teſtantur priſci quidam Scriptores. Magnanimitas ejus oppidò claruit in militari expeditione Gallorum, qui opem tulerunt Sigiſmundo Regi Hungarico anno 1396. multi Principes & Gallici Magnates has partes ſecti ſunt, ſtatuente Carolo VI. Religionem Chriſtianam defendere contra invaſiones & impetus Bajazethi nomine Primi, Turcarum tyranni.

Froiſſardus, & Paulus Æmilius, à Scipione Pleixeo citati, noſtros Equites Gallos bellè admodum depingunt, & egregie accinctos ad victoriam reportandam; reverà quidem mira geſſerunt, & victores evaſiſſent, ſi infatigabiles fuiſſent perinde ac inſuperabiles.

Jacobus Borbonius, licet ætate junior, hocce in rerum concurſu, pietatis, prudentiæ, & generoſitatis argumenta præbuit, oſtendens

A ſe virtutum ſancti Ludovici non ſolùm eſſe participem, ſed etiam dignum regiæ ſtirpis ramum, & legitimum generoſiſſimi ſanguinis hæredem. Gloriantur Tertiarij noſtri illum habere ſodalem, qui tam præclaris ornatur dotibus.

Quamvis iter Hungaricum arreptum ſit ſub finem decimi-quarti Seculi, tantam confert gloriam Jacobo Borbonio, ut illud deſcripſerim unà cum obitu hujus Principis in decimo-quinto Sæculo, atque propterea collocaverim in bono lumine.

Facinus utique iſtud adeo ſplendidum & il-

B luſtre, quod fortitudo & ſagacitas in teneriobus annis magis illuſtrant, ſeparari non poterat ab illius Principis vitæ enarratione, aut mortis, quæ felix & glorioſum faſtigium cunctis operibus addidit.

Poſtquam aulæ aſſeclis omnium virtutis evidens ſpecimen exhibuit, publice amplexus eſt tertiam Patris Seraphici Regulam: Tandem hortatu beatæ Coletæ Clariſſarum Reformatricis, Joannâ uxore mortuâ, quæ illum multo tempore cuſtodiâ detinuerat, dum ipſa interim abſque ullo pudore laſciviæ ſuæ indulgeret, Ordini Fratrum Minorum nomen dedit Veſuntij, ubi plenus meritis è vivis exceſſit; atque in Eccleſia Clariſſarum funeratus eſt.

VITA FRANCISCI SECUNDI BRITANNIÆ DUCIS.

CAPUT PRIMUM.

In Tertium Ordinem ingreſſus, & virtutes.

Jam Ingredientem propono Franciſcum inter Tertiarios noſtros Sæculares, quia cum noſtræ Congregationi multum ſplendoris contulerit, plurimùm quoque adjumenti ad virtutum acquiſitionem accepit ab Regularum ſolerti obſervatione, quas Pater Seraphicus præſcripſit. Habitum ſumpſit publicè

C anno 1479. itidemque vota nuncupavit, ſolenni apparatu, ſed ferventi inſuper pietate incitans aulæ ſuæ proceres, nobileſque primarios ad Franciſcanorum Ordinum Inſtitutoris cultum, & ad ineundum ſaltem ſodalitium, quod vulgò nominatur *S. Franciſci Funiculus*. A Marco Ulyſſipponenſ. hoc com-

pendium deſumo 3. part. 9. lib. cap. 35. & Bertrand. Argentr. lib. 12. Hiſtoriæ Britannicæ.

Patrem habuit Richardum de Britannia, & matrem Margaritam Aurelianenſem, Ducis Aurelianenſis filiam, in factionibus Ducis Burgundiæ occiſi. Franciſcus à juventute plura edidit generoſitatis ſigna, ad ſuſtinendas partes Regis Galliarum Caroli VII., quando ad pugnam venit cum Talborto exercitui Anglorum ſummo cum imperio præfecto: Franciſcus tunc annos quatuordecim aut quindecim tantum natus, hunc hoſtem interemit, penituſque fudit militares ejus copias propter Caſtellionem.

Duci Arturo III. ſucceſſit ad Ducatus Britanniæ dominationem, & poſt obitum anteceſſoris ſolenniter invectus eſt in urbem Rhedonenſem anno 1458. ſuis Baronibus auguſtâ pompâ ſtipatus, & ſuæ ditionis magnatibus, ex formula clientelari apud Dominum Carolum VII. Galliæ Regem profitetur. Propter varios eventus, quorum cauſâ poſteà ſequitur viciſſim diverſas partes, modò Gallis favet, modò reluctatur, ſed ubique prudenter & generosè ſe gerit.

A facinoribus bellicis tranſeamus ad facta religioſa & politica. Franciſcus plurimùm ſtudens, ut Scientiæ floreant & Literæ in ſua provincia, à Pio II. ſummo Pontifice diploma obtinet, ad inſtituendam Nanoeti omnigenæ diſciplinæ Academiam, ubi ſæpius commoratur. Bulla datur menſe Aprili anno 1460, cum eorumdem privilegiorum conceſſione, quibus fruuntur Lutetia, Bononia, Senæ, Andegavum.

Ludovici XI. Regis Francorum fratrem in Ducem Neuſtriæ nominatum Franciſcus noſter perduxit, tam illuſtris Ducatus poſſeſſionem auguſto apparatu initurum. Multum favit Deus Franciſco, funeſtum diſſipans conſilium in illum manus injiciendi. Juveni Principi è Neuſtria dejecto, & à Rege fratre aſperius tractato, Franciſcus paſſis ulnis, porrectiſque brachiis excepit, apud Regem fortiter agens, ut fratri afflicto fundorum uſufructuaria aſſignatio reſtitueretur, vel ut idonea tribueretur annua penſio.

Propter eximias ejus dotes & præclara merita à Ludovico XI. per octo menſes Gallorum exercitibus præpoſitus, hoſtes Galliæ perterrefecit, perinde ac prius ipſi Galli illum formidabant, dum Anglorum cauſam complectebatur.

Æquè pius eſt ac generoſus, cujus generoſitas fundatur in pietate, & augetur conſtantiâ & aſſiduitate in benefaciendo; tam commodis & ingenuis erat moribus, ut appareret in eo nativam quamdam virtutem eſſe, non adſcitam; multum tamen adlaboravit, ut tandem cupiditatum victor fieret: vocanti Deo

A promptè & fortiter adhæſit: probe cognoſcens Franciſcus perfectionis Chriſtianæ culmen attingi per gradus, & impotentium animæ motuum ſedationem, rantæ molis perſeveranter & generosè aggreſſus eſt ædificium, uſque eò, quod ipſius in manu & poteſtate omnis ſenſuum laſcivia, univerſique mentis fuerint impetus. Scio, inquiebat aliquoties, " quod non quia nos aliquid prius fecimus, " quod gratum Deo & acceptabile eſſet, id- " circò vocamur; ſed contra potius vocamur, " quia cœleſti hauſto lumine videre incipimus " quam præcipiti & periculoſo in loco verſe- " mur, nos colligimus ipſi, pedemque ab im- " pietate revocamus.

B Quia igitur, qui ad primam juſtitiam vocantur, nondum ipſi juſti ſunt, aut Deum amant, ſed ad id potius vocantur, ut injuſti eſſe deſinant, Deumque amare verè & ex animo incipiant; ideo decet laudando Franciſcum noſtrum declarare illum temperatâ licet moderatâque indole, pugnaſſe nihilominus & acriter contra vitia, ut virtutes compararet, quarum adjumento inclytus & invictus evaſit.

Seipſum præſertim vincebat, facile acceptas condonans injurias, nec unquam vel levioꝛem exercens ultionem. Culpas miniſtrorum, quibus ſolus ipſe lædebatur patienter tolerabat, nec illos amovebat à miniſterio, niſi juſtis & gravioribus de cauſis, niſi etiam poſt
C iteratas prolapſiones, neglectis, quibus benigne utebatur, monitis.

Omnium ſermone celebrari præſtat ejus charitatem erga pauperes, viduas, & pupillos, cujus uberè particeps erat univerſus populus Armoricus. Mira ſolertia in devinciendis proborum animis, & puniendis improborum noxis, nullâ gratiæ habitâ ratione, Franciſcum valde inſignem & ſpectatum reddidit.

Rohannius Dynaſta potens in Britannia, & Ducis noſtri conſanguineus, Jacobus Matignonius, atque Jacobus de Alba-villa, clari & illuſtres viri, in Renati Karedui cædis crimen vocantur: falsò perſuaſi, quod præ ori-
D ginis ſplendore, & ordinis dignitate auctoritati Judicum non ſubjaceant, Legis actiones contemnunt, & omne judicium detrectant, minantur inſuper pluſquam centies iis fuſtem impingere, qui pergerent illos in jus adducere.

Tantâ Franciſcus noſter compertâ violentiâ, zelum Juſtitiæ nequit comprimere: *Vivit Dominus*, ait iſte, *impunitum minime relinquam hunc temeritatis exceſſum; Miniſtri, quibus incumbit legum obſervationem mecum tueri & promovere, ſuo fungentur officio, vel ipſi pœnas dabunt, at Deus tandem triumphabit.* Rebelles & protervos accerſit, qui accuſationibus & querelis auditis, & diſceptandi facto

progreſſu, ſtant in eo quod judicatum eſt. Incredibili flagrabat ardore pro Religionis augmento. Illicitos juventutis amores ſufficit in univerſum commemorare, ut clarius eluceant moderatio & continentia provectioris ætatis. Optimo licet animi ingenio præditus, hæreditariæ corruptionis aliquandiu pondus ſentit, ſed divino fretus auxilio, probâ ſuâ feliciter utitur indole, ad viam virtutis ferventer capeſſendam, duodecim annis circiter ante mortem ſocietatem iniens cum Patris Seraphici alumnis, tertiæ Regulæ profeſſione, pleroſque ſuæ aulæ nobiles habuit ſectatores.

CAPUT II.

Ducis Franciſci familiæ inſignis proſperitas, qui ſanctè moritur.

ANNA de Britannia ejus filia, Ducatus Armorici legitima & unica hæres, duobus Franciæ Regibus collocata fuit continenter in matrimonium, Carolo nempe VIII. & Ludovico XII. Ille ſine partu moriens, cauſa fuit cur hic ſuccedens Annam ſumpſit in conjugem, ex qua duas filias ſuſcepit. Claudia primogenita Franciſco Primo, Regi Francorum nupſit, unde Ducatus Britanniæ Galliarum Coronæ adjunctus, nunquam deinceps ab ea ſemotus eſt.

Anna venerationem & amorem erga Patres Franciſcanos à patre in hæreditatem firmam, & immobilem conſecuta eſt; itidemque perfectæ virtutis ſtudium: piæ hujus ævi matronæ illam ſibi proponebant, ut inſigne Chriſtianæ pietatis ſpecimen. Liberalitate in pauperes ſingulariter emicabat: magnifaciebat præſertim viros ſtrenuos, & ſcientiarum peritos, quos enixe commendabat maritis ſuis Regibus: præ aliis autem virtutibus præditos, & divino dicatos cultui gratos habebat: ignavam prorſus & inertem ſe putabat, niſi, quos intimos cenſeret amicos Dei regiis beneficiis cumularet.

Viduarum & pupillorum tutum erat refugium: mirabantur omnes rectam domus ejus gubernationem, ubi comitas illius, modeſtia, & decorum in omnibus factis & dictis evidenter elucebant. Spectatiſſimi quicunque nobi-

A les hanc in Academiam introducere filias ſuas conabantur, aut ſaltem puellas in præclara ejuſmodi ſchola educatas, ſibi filiorum collocatione devincire.

Celebrantur ejus pietas & Religio in Gallia diverſis & auguſtis monumentis, fundationibus videlicet atque ædificiis Eccleſiarum ac Monaſteriorum, tapetibus, acu Phrygiâ pictis, propriâ manu, & opere topiario, ubi eorum claritates, receſſus, commiſſuræ, ac ſplendor, ad verum ſic accedebant, ut nihil propius. Aſſervantur hæc omnia in ſacellis & Monaſteriis quæ ſuis largitionibus locupletavit.

B Sanctum Franciſcum de Paula ſummo habuit in pretio, qui illam inſigni miraculo à graviſſima ægritudine liberavit, ejuſque cum Carolo VIII procuravit nuptias. Religioſa Princeps à tam illuminato Patre didicit pro certo quoſnam liberos in lucem ederet, nilque alicujus momenti aggrediebatur illo inconſulto.

Sanctum quoque Franciſcum Aſſiſiatem magnâ colebat veneratione; pium ejus funiculum publicè geſtans, ſuo exemplo cæteras quaſcunque dominas illuſtriores allexit ad talem uſum, ut vinculorum Chriſti memores indeſinenter eſſent. Laudabilis conſuetudo

C præſtantium Dominarum ſcuta teſſeraria circumcingendi funiculis in varios implexis nodos ortum ſumpſit ex Anna Aremorica, quæ ſic ſe gerebat, hancque morem ſuo ævo adſcivit.

Filiæ pietas ejus patri Franciſco noſtro Secundo Duci Britanniæ bene cedit & laudi vertitur, qui inter diſcordes pacem concilians, inopinatò ex equo cadit jam ſenectute confectus, & negotiorum obrutus multitudine, unde graviter ægrotans ad mortem ſe accingit ritu Chriſtiano, & ferventi divinorum ſuſceptione Sacramentorum: Morum ejus integritatem, & puritatem conſcientiæ teſtantur evi-

D denter & probant intimus de peccatis dolor, & humilis ac firma in Dei bonitate fiducia.

Diem clauſit ultimum nono Septembris anno 1488. Antonius de Sillis beatum illum prædicat, recenſetque inter illuſtriores Tertiarios Franciſcanos. Corpus Nannetum tranſvehitur, ſepeliturque in Eccleſia Carmelitarum, prope Margaritam Fuxenſem conjugem ſecundam, Annæ, de qua locuti ſumus, matrem.

BB. MARIA GOMEZIA VIRGO,

ET

TERESIA SANCHESIA VIDUA, Tertii Ordinis Religioſæ.

A IN agro Giamenſi, & in urbe quam Hiſpani vulgò nuncupant *Villam novam Archiepiſcopalem*, præcipuo cultu honoratur Maria Gomezia Religioſa Tertij Ordinis, quæ virginitatem illæſam conſervavit uſque ad obitum, & virtutes omnes adamuſſim coluit dum viveret.

Dono contemplationis pollebat valde eminenti. Agmine ſupplicantium inſtructo prodeunte Villâ novâ ad Anachoretæ cellam, quam de ſancto Fonte communiter nominant, nudis pedibus in comitatu plurium aliorum ambulabat: Mariæ verò mens tam intime Deo tunc adhæſit, ut multi illam conſpexerint in aëra ſublatam, & ſine motu per longum tempus.

B Cœtus univerſus ſtetit ad inſigne adeo ſpectaculum attentius conſiderandum. Finitâ extaſi quiſque iter cœptum perſecutus eſt. Maria denique vitam cum morte ſanctiſſime commutavit undecimo die Maij, in Monaſterio Villæ-novæ, cui tunc præerat Tereſia Sanctia vel Sanchezia vidua. Marianus de Maria Gomezia differit lib. 6. Chronic. cap. 29. anno circiter 1503.

Narrant Hiſtorici, morte appropinquante, inſolito Mariam Gomeziam fuiſſe perfuſam gaudio; unde Sorores conjiciebant adeo validam & ſtrenuam non citò è vita migraturam; quamvis enixe inſtarct ſibi paucos dies C in valle hac miſeriarum ſupereſſe, ut habitum & cingulum obtineret, in quibus animam cupiebat exhalare, nil tamen proficit, aut conſequitur; ſola tamen aliquando remanens, dum creditur dormire, ſpiritum ſuaviter emittit.

Corpus ejus reperitur tunicâ veſtitum cum cingulo Religioſo; manus erant ſupra pectus in crucem junctæ, facieſque tantâ pulchritudine decorata erat, ut conſiderarent hunc decorem adſtantes, velut fulgidum gloriæ cœleſtis radium. Sorores incredulitatis pœnitudine affectæ illam terræ mandarunt honorifico & pio cultu.

Tereſia Sanchezia de Villa-nova ſuum conjugium valde honeſtavit Evangelicorum obſervatione conſiliorum, quantum per rei familiaris adminiſtrationem, & obſequioſam comitatem erga maritum, illi fas erat. Fauſtus erat hac ratione omnium illius negotiorum exitus: ſponſo mortuo, novo fervore accenditur, & anno 1503 liberalitatis exhibet apertum teſtimonium in conſtruendo ſuis ſumptibus Monaſterio Religioſarum Tertij Ordinis, cujus gubernationi præficitur.

Meditationi rerum cœleſtium noctu diuque navabat operam, cujus argumenta ordinaria deſumebat è Chriſti Jeſu cruciatibus & morte, hoc exercitium divinum præcipuè commendans Sororibus ſuis. Præ ſingulari paupertatis Evangelicæ ſtudio, viliora ſemper & deteriora ad ſuum uſum adhibebat; quin imo multum oblectabatur deficientibus neceſſariis. Vigilia, jejunia, cruenta flagra, & omnes corporis afflictationes, voluptates ejus erant & deliciæ.

Humi cubabat in modica palea: illius exemplo Religioſæ mirum concipiebant fervorem, & magnos in virtute faciebant progreſſus. Abbatiſſæ Tereſiæ ſuaſu mos invaluit inter eas, ut ſi pyrites ſemel aut bis chalybe feriretur, nec eliceretur flamma ad parandas eſcas, Sorores die iſto pane ſolo & aquâ veſcerentur. Sic ſe geſſerunt multoties, earumque abſtinentia ita Deo placuit, ut dum inciperent menſæ aſſidere, cibaria delicata & exquiſita ad illas cœlitus mitterentur. Interdum hæ largitiones è fontibus aridis, & ciſternis ſine aqua oriebantur, unde nulla eſſet ſpes hauriendi quicquam.

Tereſia Sanchezia tandem ſanctiſſime obiit ſicut vixerat, fuitque ſepulta in ſuo Monaſterio. Gonzaga ſingulariter illam commendat 3. part. loquens de Conventu Villæ novæ Archiepiſcopalis. De ea fit honorifica mentio in Ordine Seraphico nono die Januarij.

B. JOANNA FRANCIÆ REGINA, VIRGO.

LUDOVICI Undecimi erat filia, Caroli VIII. ſoror, Ludovici XII. conjux, Galliæ Regum. Eximiæ dotes & prærogativæ quas ab indole & proſapia tenebat, illam magis humilem reddiderunt, & vehementius incitarunt ad Deo grates agendas, à quo ad ſolitudinem & clauſtrum alliciebatur. Ab annis tenerioribus ſtatuit mundi illecebras & vanitates aſpernari, virtutemque fortiter amplecti.

A quinquennio longius commoratur in Eccleſia, ut attentius Deo vacet, & libenter coævarum abjicit oblectationes: conſuetudinem & familiaritatem eo tempore inir cum Angelis rerum divinarum contemplatione. Cum Jeſum Chriſtum & Mariam præſertim coleret, rogabat impenſe Dei Genitricem, ut vellet illam dirigere & gubernare, ſicque à Chriſto aſſumeretur in ſponſam.

Novit divinitus, atque Dei matris manifeſtatione certa fuit, quod ante mortem Ordinem inſtitueret, unde ipſa Regina Cœlorum maximum perciperet honorem. Joannæ cor ita inflammatur hac revelatione, ut nondum ſexennis illam nitatur exequi: reluctantibus pueritiæ modicis viribus, plenam expectat libertatem, ut tantum perficiatur opus. Multo magis virtute & ſapientiâ quam ætate provecta, & pubertatem attingens traditur in conjugem Duci Aurelianenſi à Ludovico XI. matrimonio ſolenni ritu celebrato.

Sponſus ipſe jure hæreditario Galliarum fit Rex poſt obitum Ludovici XI. ſoceri, & Caroli VIII. ſponſæ fratris, quia Regij ſanguinis primarius erat Princeps: Iſti uti que ambo deceſſores neminem hæredem maſculum reliquerunt, qui Sceptrum Gallicum poſſet obtinere & aſſequi. Sic Dux Aurelianenſis, de quo nunc eſt quæſtio, nullo contradicente, regnavit in Gallia.

Viginti anni ab iſto conjugio elabuntur, dum Ludovicus & Joanna ſimul in ſumma continentia & moderatione vivunt: Matrimonium tamen nullum & irritum à Sede Apoſtolica declaratur, ſervatis cunctis legibus conſentaneis. Hacce rerum viciſſitudine Joannæ patientia exercetur, quæ gaudet ſe dimoveri ab importuno aulicorum tumultu, & in urbe Bituricenſi degere, ubi palam & aperte amplectitur Evangelij conſilia.

Ducatu Biturigico illi uſuariâ donatione attributo, ibi ſedem figit ad ultimos annos. Inſtitutionis novi Ordinis, ad honorem Reginæ Angelorum, à ſacrata ipſa Virgine Deipara, ſuggeſtæ, memor, fundat eodem tempore

A Religioſarum Monaſterium, cui Conventum Fratrum Minorum jungit, ut illas gubernent, utrique luculenta aſſignans annua vectigalia.

Pater Gabriel de *Ave Maria* Principis Joannæ efflagitatu Regulam compoſuit, ſub titulo *Annunciationis Virginis ſacræ*, ſive *decem Virtutum Dei Genitricis*, quam ipſe Romam proficiſcens obtulit ſummo Pontifici Alexandro VI. anno 1501. die 12 Februarij, qui proprio motu multos elargitus eſt favores in gratiam pij hujuſce inſtituti. Confirmatam auctoritate Apoſtolicâ hancce Regulam ſolenni profeſſione obſervandam ſuſcipit Joan-

B na, quæ randem poſt ſanctiſſimam vitam, pretioſam obit mortem quarto Februarij anno 1504. aut juxta recentiores Hiſtoricos, 1505. Corpus ejus ſepulturâ afficitur in ſuo Monaſterio Bituricenſi, & maxime colitur ob miracula.

Illæſum etiam, & abſque ulla corruptione remanſit per quinquaginta & ſeptem annorum ſpatium, imo perinde integrum ac recenter mortuum. Anno 1562. Comes Mongomerius hæreticorum caput infame, dirum & crudelem ſe exhibuit, venerabilem hunc theſaurum in flammas projiciens, & redigens in cineres,

C ſubactâ urbe Bituricenſi. Hoc tamen incendio nec deleta, neque extincta fuit Principis memoria apud Catholicos, qui locum monumenti pio cultu viſunt, ubi Deus ad noſtram uſque ætatem, invocatâ Joannâ, operatur miracula.

Gonzaga tertiâ parte ſuæ Hiſtoriæ, de Monaſterio decem Virtutum ſacratæ Virginis loquens urbis Bituricenſis, quod primum eſt in Provincia Turonenſi Pictava, Joannam ſummis laudibus extollit. Patres Ludovicus Donius Dattichius & Hilarion de Coſta ſcriptis ſuis illam plurimùm commendant. Dominus Sauſſayus itidem in Martyrologio Gallicano.

D Pater Arturus Recollectus in Martyrologio Franciſcano eam ſine dubio recenſet inter Seraphici Patris alumnos 4. die Februarij, quamvis non probet Regulæ Clariſſarum ſubeſſe, Aſſerens è contrario Patrem Gabrielem ejus Confeſſarium illi peculiarem vitæ formulam præſcripſiſſe, innuit Joannam non dediſſe nomen alteri, numeratur tamen jure & merito inter ornamenta Ordinis Seraphici, cujus venerata eſt ſectatores, illorum firmiter adhærens conſiliis & ingenio.

Conſtat potius, magiſque rationi conſentaneum eſt, Tertiæ Regulæ Franciſcanæ pro Secularibus inſtitutæ, ab aulæ Regiæ receſſus initio vota nuncupaſſe, ut iter adornaret ad

vitam Religioſam, unde merito conjicitur locum habere inter noſtras Tertiarias. Nefas eſt tacere, plerumque illam depingi cum puero Jeſu, qui annulum illi offert velut ſuæ ſponſæ, ejuſque digito amanter inducit.

Quæ à pueritia magnam cum Jeſu Chriſto familiaritatem iniit, ob frequentes apparitiones, illam facile credimus ſic à pictoribus exprimi. & maxime veneramur, ad imitationem Chriſtianiſſimi Regis Ludovici XIII., Annæ Auſtriacæ conjugis ipſius, Principis Condæi, Ducis Engoliſmenſis, Comitis Aleſiani ejus filij, Iſabellæ Claræ Eugeniæ Auſtriacæ Belgij Archiduciſſæ, & Academiarum Bituricenſis, & Lovanienſis: miſerunt enim ad ſummum Pontificem Urbanum VIII. ut Joannæ titulum beatæ ac dignationem conferret: Urbanus autem judices delegavit illuſtriſſimos Antiſtites Rolandum Archiepiſcopum Bituricenſem, & Euſtachium Nivernenſem Epiſcopum, qui in vitam & mores Joannæ inquirerent: ſtat nunc negotium omne coram Curia Romana, cujus fideles expectant judicium, ut operi tam pio extrema admoveatur manus.

BEATUS HIERONYMUS CONFESSOR, Et BB. Franciſca Roderica, & Lucia, Sanctia, Viduæ.

ANNO 1506. B. Hieronymus Confeſſor Tertij noſtri Ordinis primo die Januarij è vivis exceſſit in excelſo monte, juxta Picenum. Hùc ſe contulit ſumpto habitu Franciſcano, annos natus ſexdecim: omnibus fuit admirationi, ob fervorem inſolitum, quo incenſus ſublimiores mundi dignitates, quas nobilis proſapia, & præclaræ dotes nativæ merebantur, generoſe aſpernatus eſt, ut vitam ſolitariam & maxime auſteram ageret.

Sine intermiſſione vacabat meditationi, quæ illi cibus ſolidus erat & delectabilis valde, dum terræ vanitates & deliciæ faſtidium & amaritudinem parerent. Spatio viginti annorum completo in ſolitudine & eximia ſanctitate, diem ſupremum obiit, miraculis clarus & inſignis. Corpus ejus Picenum devehitur, ſepeliturque piâ & ſolenni pompâ in primario Templo. Marcus Ulyſſipponenſis lib. 8. cap. 26. anno 1506. atque Antonius de Sillis cap. 1. Regulæ Tertiariorum exponens, beati Hieronymi mentionem faciunt.

B. *Franciſca Roderica de Veas*, vidua, humilem Tertiariæ ſtatum ſplendori ſuæ originis præpoſuit. Deo illam eximente moleſtis connubij oneribus, per mariti mortem, Tertiæ noſtræ Regulæ ultro nomen dedit, cœtumque Virginum conflavit, inter quas præſertim elucebant ambæ ipſius filiæ, Catharina Marrinezia, & Elizabetha de Cruce.

In priori Conventu valde anguſto, omnium virtutum ſpecimen exhibens ab anno 1507. ad 1544. commoraretur: deinde tranſmeat in alterum ampliorem unà cum aſſeclis, quarum numerus creverat: ipſa tamen Franciſca perſeveravit in arcto & parvo Monaſterio ſui natalis ſoli, quod *Veas* vulgo nominatur, uſque ad mortem, quam ſanctiſſime obiit. Gonzaga deſcribens Conventum Conceptionis ſacratæ Virginis in urbe de Veas inſtitutum, Franciſcam Rodericam non prætermittit: nec pariter Pater Arturus, qui illam commemorat die 20. Junij.

B. Lucia Sanctia vidua, ſingulari cultu proſequebatur immaculatam ſacratiſſimæ Virginis Conceptionem. In Martyrologio Franciſcano *Beatiana* cognominatur, quo denotatur vel ſtirps ejus & proſapia, vel locus nativitatis. Mulieris fortis & egregiæ laudem conſecuta eſt, præclaram ob prudentiam, quam adhibuit toto tempore quo vixit cum marito.

Multo magis virtutibus enituit in viduitate, dum unico filio relinquens quod ei competeret ex prædiis & poſſeſſionibus parentum; dono dedit propriam domum ſitam in ſuburbio Carmonæ, inter Hiſpalim & Cordubam, ut ibi reliqua ſua bona conſtruendo Monaſterio inſumeret, ad honorem Conceptionis illibatæ Reginæ Angelorum, de conſenſu ſummi Pontificis Leonis X.

Hocce in Clauſtrum lubens ſeceſſit unà cum pluribus Religioſis Tertij Ordinis Patris Seraphici anno 1513. ſub habitu Tertiariarum. Tam pio conſilio procaciter obſtiterunt multi conſanguinei & affines, ipſi quoque Carmonenſes Eccleſiaſtici; quos omnes patientiâ & prudentiâ devicit, atque poſt triennium, ſcilicet anno 1516. ſolenni voto ſe obſtrinxit cum ſociis vitam exigendi intra Cœnobij clauſtra, priſcum dimittens indumentum, & tunicam aſſumens Conceptionis.

Exarſit tunc validius Luciæ noſtræ fervor, & cum diuturniſſima fuerit ejus ætas in ſumma probitate, miros in virtute fecit progreſ-

B. JOANNA FRANCIÆ REGINA, VIRGO.

Ludovici Undecimi erat filia, Caroli VIII. ſoror, Ludovici XII. conjux, Galliæ Regum. Eximiæ dotes & prærogativæ quas ab indole & proſapia tenebat, illam magis humilem reddiderunt, & vehementius incitarunt ad Deo grates agendas, à quo ad ſolitudinem & clauſtrum alliciebatur. Ab annis tenerioribus ſtatuit mundi illecebras & vanitates aſpernari, virtutemque fortiter amplecti.

A quinquennio longius commoratur in Eccleſia, ut attentius Deo vacet, & libenter coævarum abjicit oblectationes: conſuetudinem & familiaritatem eo tempore init cum Angelis rerum divinarum contemplatione. Cum Jeſum Chriſtum & Mariam præſertim coleret, rogabat impenſe Dei Genitricem, ut vellet illam dirigere & gubernare, ſicque à Chriſto aſſumeretur in ſponſam.

Novit divinitus, atque Dei matris manifeſtatione certa fuit, quod ante mortem Ordinem inſtitueret, unde ipſa Regina Cœlorum maximum perciperet honorem. Joannæ cor ita inflammatur hac revelatione, ut nondum ſexennis illam nitatur exequi: reluctantibus pueritiæ modicis viribus, plenam expectat libertatem, ut tantum perficiatur opus. Multo magis virtute & ſapientiâ quam ætate provecta, & pubertatem attingens traditur in conjugem Duci Aurelianenſi à Ludovico XI. matrimonio ſolenni ritu celebrato.

Sponſus ipſe jure hæreditario Galliarum fit Rex poſt obitum Ludovici XI. ſoceri, & Caroli VIII. ſponſæ fratris, quia Regij ſanguinis primarius erat Princeps: Iſti uterque ambo deceſſores neminem hæredem maſculum reliquerunt, qui Sceptrum Gallicum poſſet obtinere & aſſequi. Sic Dux Aurelianenſis, de quo nunc eſt quæſtio, nullo contradicente, regnavit in Gallia.

Viginti anni ab iſto conjugio elabuntur, dum Ludovicus & Joanna ſimul in ſumma continentia & moderatione vivunt: Matrimonium tamen nullum & irritum à Sede Apoſtolica declaratur, ſervatis cunctis legibus conſentaneis. Hacce rerum viciſſitudine Joannæ patientia exercetur, quæ gaudet ſe dimoveri ab importuno aulicorum tumultu, & in urbe Bituricenſi degere, ubi palam & aperte amplectitur Evangelij conſilia.

Ducatu Biturigico illi uſuariâ donatione attributo, ibi ſedem figit ad ultimos annos. Inſtitutionis novi Ordinis, ad honorem Reginæ Angelorum, à ſacrata ipſa Virgine Deipara, ſuggeſtæ, memor, fundat eodem tempore

A Religioſarum Monaſterium, cui Conventum Fratrum Minorum jungit, ut illas gubernent, utrique luculenta aſſignans annua vectigalia.

Pater Gabriel de *Ave Maria* Principis Joannæ efflagitatu Regulam compoſuit, ſub titulo *Annunciationis Virginis ſacræ*, ſive *decem Virtutum Dei Genitricis*, quam ipſe Romam proficiſcens obtulit ſummo Pontifici Alexandro VI. anno 1501. die 12 Februarij, qui proprio motu multos elargitus eſt favores in gratiam pij hujuſce inſtituti. Confirmatam auctoritate Apoſtolicâ hancce Regulam ſolenni profeſſione obſervandam ſuſcipit Joanna,
B quæ tandem poſt ſanctiſſimam vitam, prætioſam obit mortem quarto Februarij anno 1504. aut juxta recentiores Hiſtoricos, 1505. Corpus ejus ſepulturâ afficitur in ſuo Monaſterio Bituricenſi, & maxime colitur ob miracula.

Illæſum etiam, & abſque ulla corruptione remanſit per quinquaginta & ſeptem annorum ſpatium, imo perinde integrum ac recenter mortuum. Anno 1562. Comes Mongomerius hæreticorum caput infame, dirum & crudelem ſe exhibuit, venerabilem hunc theſaurum in flammas projiciens, & redigens in cineres,
C ſubactâ urbe Bituricenſi. Hoc tamen incendio nec deleta, neque extincta fuit Principis memoria apud Catholicos, qui locum monumenti pio cultu inviſunt, ubi Deus ad noſtram uſque ætatem, invocatâ Joannâ, operatur miracula.

Gonzaga tertiâ parte ſuæ Hiſtoriæ, de Monaſterio decem Virtutum ſacratæ Virginis loquens urbis Bituricenſis, quod primum eſt in Provincia Turonenſi Pictava, Joannam ſummis laudibus extollit. Patres Ludovicus Donius Dattichius & Hilarion de Coſta ſcriptis ſuis illam plurimùm commendant. Dominus Sauſſayus itidem in Martyrologio Gallicano.

D Pater Arturus Recollectus in Martyrologio Franciſcano eam ſine dubio recenſet inter Seraphici Patris alumnos 4. die Februarij, quamvis non probet Regulæ Clariſſarum ſubeſſe, Aſſerens è contrario Patrem Gabrielem ejus Confeſſarium illi peculiarem vitæ formulam præſcripſiſſe, innuit Joannam non dediſſe nomen alteri; numeratur tamen jure & merito inter ornamenta Ordinis Seraphici, cujus venerata eſt ſectatores, illorum firmiter adhærens conſiliis & ingenio.

Conſtat potius, magiſque rationi conſentaneum eſt, Tertiæ Regulæ Franciſcanæ pro Secularibus inſtitutæ, ab aulæ Regiæ receſſus initio vota nuncupaſſe, ut iter adornaret ad

vitam Religioſam, unde merito conjicitur locum habere inter noſtras Tertiarias. Nefas eſt racere, plerumque illam depingi cum puero Jeſu, qui annulum illi offert velut ſuæ ſponſæ, ejuſque digito amanter inducit.

Quæ à pueritia magnam cum Jeſu Chriſto familiaritatem iniit, ob frequentes apparitiones, illam facile credimus ſic à pictoribus exprimi. & maxime veneramur, ad imitationem Chriſtianiſſimi Regis Ludovici XIII., Annæ Auſtriacæ conjugis ipſius, Principis Condæi, Ducis Engoliſmenſis, Comitis Aleſiani ejus filij, Iſabellæ Claræ Eugeniæ Auſtriacæ Belgij Archiduciſſæ, & Academiarum Bituricenſis, & Lovanienſis: miſerunt enim ad ſummum Pontificem Urbanum VIII. ut Joannæ titulum beatæ ac dignationem conferret: Urbanus autem judices delegavit illuſtriſſimos Antiſtites Rolandum Archiepiſcopum Bituricenſem, & Euſtachium Niveroenſem Epiſcopum, qui in vitam & mores Joannæ inquirerent: ſtat nunc negotium omne coram Curia Romana, cujus fideles expectant judicium, ut operi tam pio extrema admoveatur manus.

BEATUS HIERONYMUS CONFESSOR, Et BB. Franciſca Roderica, & Lucia, Sanctia, Viduæ.

Anno 1506. B. Hieronymus Confeſſor Tertij noſtri Ordinis primo die Januarij è vivis exceſſit in excelſo monte, juxta Picenum. Hic ſe contulit ſumpto habitu Franciſcano, annos natus ſexdecim: omnibus fuit admirationi, ob fervorem inſolitum, quo incenſus ſublimiores mundi dignitates, quas nobilis proſapia, & præclaræ dotes nativæ merebantur, generoſe aſpernatus eſt, ut vitam ſolitariam & maxime auſteram ageret.

Sine intermiſſione vacabat meditationi, quæ illi cibus ſolidus erat & delectabilis valde, dum terræ vanitates & deliciæ faſtidium & amaritudinem parerent. Spatio viginti annorum completo in ſolitudine & eximia ſanctitate, diem ſupremum obiit, miraculis clarus & inſignis. Corpus ejus Picenum devehitur, ſepeliturque piâ & ſolenni pompâ in primario Templo. Marcus Ulyſſipponenſis lib. 8. cap. 26. anno 1506. atque Antonius de Sillis cap. 1. Regulæ Tertiariorum exponens, beati Hieronymi mentionem faciunt.

B. *Franciſca Roderica de Veas*, vidua, humilem Tertiariæ ſtatum ſplendori ſuæ originis præpoſuit. Deo illam eximente moleſtis connubij oneribus, per mariti mortem, Tertiæ noſtræ Regulæ ultro nomen dedit, cœtumque Virginum conflavit, inter quas præſertim elucebant ambæ ipſius filiæ, Catharina Marrinezia, & Elizabetha de Cruce.

In priori Conventu valde anguſto, omnium virtutum ſpecimen exhibens ab anno 1507. ad 1544. commoratur: deinde tranſmeat in alterum ampliorem unà cum aſſeclis, quarum numerus creverat: ipſa tamen Franciſca perſeveravit in arcto & parvo Monaſterio ſui natalis ſoli, quod *Veas* vulgo nominatur, uſque ad mortem, quam ſanctiſſime obiit. Gonzaga deſcribens Conventum Conceptionis ſacratæ Virginis in urbe de Veas inſtitutum, Franciſcam Rodericam non prætermittit; nec pariter Pater Arturus, qui illam commemorat die 20. Junij.

B. Lucia Sanctia vidua, ſingulari cultu proſequebatur immaculatam ſacratiſſimæ Virginis Conceptionem. In Martyrologio Franciſcano *Beotiana* cognominatur, quo denotatur vel ſtirps ejus & proſapia, vel locus nativitatis. Mulieris fortis & egregiæ laudem conſecuta eſt, præclaram ob prudentiam, quam adhibuit toto tempore quo vixit cum marito.

Multo magis virtutibus enituit in viduitate, dum unico filio relinquens quod ei competeret ex prædiis & poſſeſſionibus parentum, dono dedit propriam domum ſitam in ſuburbio Carmonæ, inter Hiſpalim & Cordubam, ut ibi reliqua ſua bona conſtruendo Monaſterio inſumeret, ad honorem Conceptionis illibatæ Reginæ Angelorum, de conſenſu ſummi Pontificis Leonis X.

Hocce in Clauſtrum lubens ſeceſſit unà cum pluribus Religioſis Tertij Ordinis Patris Seraphici anno 1513. ſub habitu Tertiariarum. Tam pio conſilio procaciter obſtiterunt multi conſanguinei & affines, ipſi quoque Carmonenſes Eccleſiaſtici; quos omnes patientiâ & prudentiâ devicit, atque poſt triennium, ſcilicet anno 1516. ſolenni voto ſe obſtrinxit cum ſociis vitam exigendi intra Cœnobij clauſtra, priſcum dimittens indumentum, & tunicam aſſumens Conceptionis.

Exarſit tunc validius Luciæ noſtræ fervor, & cum diuturniſſima fuerit ejus ætas in ſumma probitate, miros in virtute fecit progreſ-

ſus uſque ad extremum ſpiritum, quem effudit Februarij die decimo octavo, teſte Patre Arturo, qui diem illum Luciæ commemora- A tioni in Martyrologio Franciſcano aſſignat. Gonzaga tertiâ parte inſigniter commendat beatam Luciam.

BEATUS JEREMIAS COMENSIS, Aut de LAMBERTHENGHIS, Sacerdos & Religioſus Tertij Ordinis.

PRÆDICANT illum Hiſtorici tanquam eximiâ virtute præditum, & totis ſuis viribus ad perfectiorem ſui ſtatus Religioſi gradum contendentem. Adamuſſim cuncta Evangelij conſilia obſervabat, eo fructu, ut ſanctitas interior coruſcaret exterius, ſplendentes emittens radios modeſtiæ ac prudentiæ, quibus omnes ad pietatem accendebat.

Auſtera maxime ejus erat vivendi ratio, qua ſuum perpetuò diſcruciabat corpus, panis & aquæ tantillum adhibens ad victum ordinarium. Puritati carnis & ſpiritus præſertim attendebat. Flagra ejus ferrea & cruenta, & continuæ vigiliæ plurimùm conferebant ad ſanctum hunc finem aſſequendum. Dormiebat in lecto quem ſibi confecerat ad ſeveram ſui corporis conflictationem.

Longa erat capſa loculo ſimilis defuncti, præcraſſis operta clavis, quorum caput extra eminebat, acumen verò intus defigebatur; mattam junceam valdè levem inſternebat, quæ tamen non tollebat acerrimos doloris morſus. In vicina ſilva, Superiorum permiſſu, vacans noctu contemplationi, ut favente ſolitudine tranquillius & attentius oraret, terminabat orationem diro & ſanguinolento flagello; deinde in ſuo decumbebat feretro, quod, Sole exoriente, ad horam Primam convolans, in fovea abſcondebat, ne Fratribus pateret. Severa hæc pœnitentia fuiſſet omnibus ignota, niſi Superior ſuis cupiens oculis explorare, qua ratione ſe gereret noſter Jeremias, hancce arcam nocte quadam tacitus vidiſſet.

Conventus Pizighitonenſis, diœceſis Lodienſis, ſacrum illud monumentum poſſidet, quo poſteri diſcunt Jeremiam æque in ſeipſum immitem & acerbum fuiſſe, ac erga alios benignum & manſuetum: guſtabat tamen inter tantas aſperitates ineffabiles delicias, ſuaviſſimo Dei colloquio. A quo tempore Sacerdotio fuit initiatus, quotidie celebravit Miſſam magno fervore. Cœlorum Reginam apprimè colens, à Superioribus impensè efflagitavit ſibi licere in Monaſterio de Piratello commorari, ut imaginem miraculis inſignem ibi expoſitam aſſidue veneraretur. Novis ædificiis hujuſce domus occupatos habentibus & exercitos plurimùm Religioſos, rite tamen Jeremias copulavit contemplationem cum B actione; in agendo promptus & gnavus, ad contemplandum ſimul alacer & expeditus erat: Quapropter Vicarij munus illi demandatur, quod ei duarum anſam virtutum frequentem præbet, pietatis videlicet erga Dei genitricem, & charitatis erga Fratres.

Evehitur ſtatim in dignitatem Miniſtri localis, ſeu primarij Superioris, propter merita, ſed illo invito & reluctante. Dum præeſt Conventui de Piratello annus advenit Iubileo ſacer, quem ſolenniter & pie celebrat, nudis pedibus Romam proficiſcens, ut plenam peccatorum indulgentiam conſequatur. Timens ne ſua abſentia Fratribus noceat, illicò revertitur, quamvis longo itinere fatigatus, manans ſudore, ardentibus ſiti faucibus, ore atque oculis plenis pulvere, torrens C meridiano Sole.

Miniſterij Superioris tempore abſoluto, Vicarius inſtituitur Conventus Forbienſis, & ubique Religioſi charitatem ejus, manſuetudinem, & prudentiam mirantur, gaudentes ſe ejus ſubeſſe regimini.

Quamvis ad extremam ſenectutem devenerit, nil tamen unquam de ſeveritate pœnitentiæ remiſit; nunquam virtutis ardor cœpit in eo deferveſcere. E vita migravit anno 1513. die Aſcenſionis Christi, ſuſceptis divinis Eccleſiæ Sacramentis. Ultima lucta valde jucunda & tranquilla fuit, quæ jam videbatur initium felicitatis.

Ad corpus ejus ſepultum in Cœmeterio communi, incolæ hujus regionis, qui ſancti- D tatem defuncti probe noverant, magnâ confluebant effuſione, venerationis causâ; ob idque è terra erutum, & in ſacra conditum theca transfertur honorifice in ſacrarium.

Anno 1603. Pater Ioannes Baptiſta Provenzanus Ordinis noſtri Tertij Miniſter Generalis, Conventum viſitans, juſſit illud venerandum corpus auguſto apparatu per urbem devehi, ſupplicantium agmine instructo, atque ſtatuit ſupra altare ſacelli Annunciationis collocari.

Eminens beati Ieremiæ ſanctitas rite probatur, quà corporis ab omni corruptione immunitate, quà multitudine miraculorum ante & poſt mortem. Mulier quædam gravi morbo laborans, & Medicis præſcribentibus

cruris

cruris abſciſſionem ferre coacta, ut ab interitu vindicaretur, precibus beati Ieremiæ, & ſigno crucis ab illo formato confeſtim ſanatur, abſque boc violento medicamine.

Vir ſanctus jam mortuus, quantum valeret oſtendit evidenter erga puellam, in quam imprudenter aquæ ferventis abundantia effunditur: de ægrotantis ſanitate ſpe omnino abjectâ, Ieremias illi noctu apparuit, eodemque momento priſtinam reſtituit valetudinem, quæ univerſam concitavit admiratio-

A nem, vulgatâ miraculi famâ. Cauſam miræ adeo curationis inquirentibus puella reſpondebat: *Bonus & ſenex Pater me curavit.* Sic vulgò denominabatur ob exactum ſenium, & eximiam ſanctitatem. Non deſierunt miracula ad noſtram uſque ætatem: Ejus feſtum celebratur die obitus: minime tamen res divina fit, neque officium.

Pater Arturus die trigeſimo Iulij de illo facit mentionem. Antonius de Sillis quoque, inter illuſtres Tertiarios illum collocat.

B. MARIA GONSALVA, VIRGO.

BEATA Maria virgo, quam Hiſtorici *de Fonte* cognominant, plures habuit aſſeclas virtute præſtantes: mundi vanitates & oblectamenta abhorrens, pium propoſitum manifeſtavit aliis feminis amicis, eamdem ineuntibus ſententiam.

Aggrediuntur initio communem vivendi normam, in eodem ſimul degentes domicilio, veſtibuſque ordinariis pro cujuſlibet conditione abjectis, tunicam induentes ſimplicem & modeſtam: frugalis eſt & moderata illarum menſa, ac pœnitentiam omnino ſapit.

Maria Gonſalva, licet ætate junior, quæ nondum exceſſerat è pueritia, cæteris leges ſanciebat; tantæ jam erat auctoritatis apud ſocias, quâ rerum cœleſtium peritiâ, quâ regularis diſciplinæ perfectâ obſervatione. Primam hanc habitationem nimis commodam judicans rigidis Evangelij ſectatoribus, alteram minus jucundam exquiſivit.

Pater Franciſcus de Angelis Provincialis Miniſter Caſtiliæ, & electus poſteà in Miniſtrum Generalem totius Ordinis Seraphici, illi ſuggeſſit & comitibus, ſumere habitum pœnitentiæ, & in Tertium Ordinem tranſire. Annuerunt libenter huicce conſilio, & commoratæ ſunt in eodem loco ſpatio decem

B annorum, quibus finitis, Maria Gonſalva domum Fernandi de Avalos, ſancti Thomæ parœciæ, intra limites urbis Toletanæ, emens hùc ſe contulit cum Sororibus anno 1514.

Non defuit permiſſio Franciſci Ximenezij Cardinalis Eminentiſſimi & Toletani Archiepiſcopi, ut omnibus ſtrictè obſervatis formulis, Dei famulæ plenâ quiete potientes, perfectius Regulas obſervarent. Catharina de Fonte, matrona ſpectatiſſima, ſoror Mariæ Gonſalvæ, quæcunque neceſſaria ad ædificiorum conſtructionem novi Monaſterij, & Religioſarum ſuſtentationem ſuppedita-

C vit.

Fervore Mariæ Gonſalvæ non elangueſcente, imo potius quaſi recenter inflammato, cum in meditationis exercitio, tum in aſpera vivendi ratione, atque in aliarum virtutum praxi, vitam cum morte commutat ſanctiſſime, & terræ mandatur hocce in Conventu. Gonzaga illi locum peculiarem aſſignat tertiâ parte, differens de Monaſterio S. Antonij Patavini, inſtituto in urbe Toletana, de quo agitur. Martyrologium Franciſcanum proponit Mariam Gonſalvam die vigeſimonono Auguſti.

BB. CATHARINA RUISIA, BAPTISTA, Anna Sancheſia, & aliæ Religioſæ Tertiariæ.

TERTIUS Ordo noſter ſanctarum Virginum multitudine decoratur, quæ diverſis ſæculis à primaria inſtitutione noſtros Conventus regulares occuparunt. Inter alias plurimùm emicat beata Catharina Ruiſia. Charitatis ejus exercitio percellebantur omnes teſtes præſentes, necnon poſteri

D fidem Hiſtoricis adhibentes: infirmorum curæ navans operam, in ſeipſa idem ſentiebat, quod & in ægrotantibus: ſpatio quatuor annorum hoc fungens officio magnum fecit in virtute progreſſum.

Eleemoſynas omnes quas à probis Chriſtianis recipiebat, Fratrum & Sororum Tertij

Ordinis ægrotantium dicabat utilitati; Fra-
trum, inquam, neceſſitaibus ſine delectu pro-
videns, ut ſolus Chriſtus pure attenderetur:
auſpicatò & fauſtè mendicabat, Deo favente,
qui corda Chriſtianorum excitabat ad largi-
tiooes eſtundendas, unde Catharina poſſet
luculentet panperum calamitatibus ſubveni-
re. Profundâ humilitate, & perſectâ obe-
dientiâ præſtaos, è vita migravit aono 1515.

Non ſolum Provincia io qua diem clauſit
ultimum, ſed etiam univerſus Ordo Mino-
rum, illam beatam prædicaot. Martyrolo-
gium Franciſcanum eam tettio Januarij ſo-
lennirer commemorat.

B. *Baptiſta* virgo florebat anno 1515. Pla-
centiæ, in Monaſterio ſanctæ Magdalenæ,
Provinciæ Bononienſis quioto. Gonzaga te-
ſtatur corpus ejus, unde ſuaviſſimus emanat
odor, quieſcere in Eccleſia, atque omnis
corruptionis expers eſſe. Wadinghus tom. 5.
anno 1430. §. 2. affirmat nunc pie & honori-
fice aſſervari in ſacrario. Memoria ejus cele-
bratur 13. die Januarij.

B. *Anna Sanchezia* virgo ſummis laudibus
extollitur, non ſolum quia ſocietatem iniit
cum B. Catharina Ruiſia, ſed quia ejus imi-
tata eſt apprimè virtutes. Divino cultu & ſe-
dulâ contemplatione ſplendidum ſibi nomen
conciliavit: propter ejus ſagacitatem in alio-
rum regimine, mittitur in Cooventum Reli-
gioſarum ſancti Clemeotis, muous Abbatiſſæ
obitura.

Onus illud amplexa eſt, ut oblatum à
Deo, & impoſitum ore Patris cœleſtis. Elap-
ſis viginti annis hacce in adminiſtratione
intet labores immenſos & moleſtias incredi-
biles, rediit in priſcam maoſionem, ſolidarum
virtutum odoramenta, quæ illi præclaram
nominis comparabant exiſtimationem, exha-
latura.

Nil unquam remittens de auſteritatibus,
de vigiliis, de jejuniis, de meditationibus, ob-
dormivit io Domino. Pauper lectus, atqne
exigua ejus cellula, per aliquod temporis ſpa-
tium emicantibus circumfuoduntur radiis.
Die 2. Decembris præſertim colitur. Marty-
rologium Franciſcanum illam annumerat in-
ter Religioſas Tertiarias.

Ad commendationem B. *Bernardinæ de
Monte majore*, virginis, diſcant poſteri à Gon-
zaga viram exegiſſe omnibus florentem virtu-

A tibus: Conventui, quem hic Auctor quartum
nomioat Pruvinciæ Carthagenenſis, præfici-
tur ab initio inſtitutionis. Marianus 6. libro
Annalium ſtrictæ obſervantiæ Bernardinam
depiogit ut emineoris ſanctitatis ſpecimen.
Claruit anno circiter 1520. Illi adſcribitur pe-
culiariter dies 21. Septembris.

B B. *Franciſca*, *Maria*, *Beatrix*, virgines,
& *Munuera* vidua, ſimul meritò copulaotur,
quia cum io eodem Monaſterio vixerint, ac
eodem tempore, æquum eſt illas jungere pa-
riter io eodem hiſtoriæ compendio. Franciſca
de Gerao cognominata, allexit Mariam & Bea-
tricem ad ſuam imitationem. Sanctitatis illa-
B rum ſplendor ſocietate & amplitudine lucis
magis penetrabat, ſicut plures faces conjun-
ctione amplius eluceſcunt, cæteri quoque
omnes earum lumine illuſtrabantur, earum
adhærentes veſtigiis.

B. Munuera vidua, illuſtris Domina, tanto
exemplo vehementer commota, illarum ſemi-
tam firmiter teouit. Iſtæ quatuor Tertiariæ
cultui divino adeo ſuaviter operam dederunt,
ut gloriâ miraculorum præſtiterint. Vixerunt
anno circirer 1520. Gonzaga illas proponit
ioter ornamenta præcipua Monaſterij ſanctæ
Magdaleoæ de Lorca, ubi humantur, quod
cenſetur decimum tertium Provinciæ Car-
thagenenſis. Coluntur præſertim 18. Decem-
C bris.

B. *Maria Sanctia* virgo Tertiaria diſtingui-
tur in Hiſtoricorum ſcriptis, cognomine La-
tino, à *Beotia*: quæ diſtinctio videtur inutilis,
cum ſat virtutum eminentiâ prævaleat, atque
ſingularem ſuum obtineat locum. Mundi con-
temptus, & ad cœlum attentio, cujus deſide-
rio continuo flagrabat Maria Sanctia, præ-
claram ejus exprimunt indolem. Sumpto Ter-
tij Ordinis habitu unà cum matre Elizabetha
Pontia, & ſorore Franciſca Pontia, univerſa
urbs Lorcenſis, ubi habitabant, illarum odo-
re ſanctitatis repletur: Auctores fuſius diſcur-
runt de Mariæ virtutibus, cujus Reliquiis af-
D firmant plores energumenos ereptos fuiſſe à
Dæmonis tyrannide, & diverſos convaluiſſe
ægrotantes. Gonzaga illam proponit 3. part.
loquens de Monaſterio ſanctæ Annæ in civita-
te Lorceoſi conſtructo, quod duodecimum
Provinciæ Carthagenenſi numeratur. Marty-
rologium Franciſcanum illam oon omittit die
20. Florebat anno 1520. juxta Barezzum.

VITA
BEATÆ MARGARITÆ
LOTHARINGÆ, DUCIS
ALENCONIENSIS.

CAPUT PRIMUM.

Ortus ejus, & educatio.

OMnis propemodum ſanguis concolor, ſicubi forte alter altero clarior, inventus ſit; non nobilitas efficit, ſed ſanitas. Claritas non naſcendo quæritur, ſed vivendo; ſæpe etiam, quod miraberis, moriendo.

Noſtros utique parentes non facimus nec eligimus; ſed ab iis, quales ſint, orimur; ſi divites ſint, nos ditant; ſi nobiles ſunt, quicquid vulgus credat, nos minime nobilitant; nec etiam, quamvis probitate polleant, nos probos reddunt: vera probitas illum, in quo reſidet, ornat, & qui illam exercet, de nobilitate idem æſtimatur, quæ propriè, nec hæreditaria, nec emptitia, nec mutuò data.

B. Margarita Lotharinga eò nobilior fuit, quò ſplendorem majorum amplificavit: non eluxit luce alienâ, ſed propriâ: quinimo conſanguineos & affines illuſtriores effecit ſuis eximiis virtutibus. Anno 1463. naſcitur noſtra Margarita. Fridericus de Lotharingia Valdemontij Comes, Guiſæ, atque Albamalæ, Yolandam Andegavenſem, Renati Andegavenſis, Siciliæ, Hieroſolymorum, & Arragoniæ Regis, Comitiſque Phocenſis filiam, ſibi ſponſam copulavit: plures pepererunt filios, quos citò in juventute mors abripuit.

Pepercit tamen Renato II. Lotharingiæ Duci, & Barro-Duci, Comiti Valdemontij. Inter filias tres vitâ longius potitæ ſunt, Margarita, de qua nunc agitur, Joanna, quæ nupſit Carolo Andegavenſi, Comitique Cenomanenſi, & tertia, quæ matrimonio conjuncta eſt Guillelmo Haſſiæ Satrapæ. Margarita noſtra primò educata in aula & ſtudio matris, probis tamen & egregiis quibuſcunque moribus à Renato avo imbuitur, qui pergratam illam habens. educationis ejus perfectæ libenter curam ſuſcepit, quod puellæ Principi optime vertit, matre paulò poſt fato concedente.

Ipſe Rex Siciliæ ita ſedulam operam navabat Margaritæ inſtitutioni, ut ſemper adeſſet dum illa precaretur, tanquam ludimagiſter, illi non ſolum præſcribens regulas precationum, ſed etiam omnium virtutum, quæ teneræ ætati congruunt. Irretitus illuſtris avus docilitate puellæ, quæ in ſuam diſciplinam erat tradita, non patiebatur eam ullo modo à ſuis oculis tantillum dimoveri. Admirationi erat Margarita omnibus, ob nativam propenſionem ad quæcunque juſta & præclara. Nil eam magis exhilarat, quam actuum fervoris enarratio, Principum maxime, qui majorem Dei gloriam enituntur promovere.

Renato Andegavenſi avo mortuo, à fratre ſuo Renato Lotharingiæ Duce cuncta benevolentiæ & exiſtimationis teſtimonia recipit. Tredecim annos tunc nata, præ inſigni prudentiâ, & moderatione cæteras dominas, licet grandævas antecellebat. Frater ejus Renato Duci Alenconienſi eam pollicetur ſponſam, cui libenter ſubeſt, nil aliud intendens, quam directè adhærere divinæ providentiæ. Ingrediens in Galliam obvios habet viros ſpectatiſſimos nomine ſponſi, qui illam judicant regio ſceptro dignam.

Non ita nuncios corporis pulchritudo percellit, quam modeſtia: virtus & ſagacitas mentes eorum mancipant jucundæ ſervituti. Primo aſpectu Dux Alenconienſis eam peramanter amplectitur: eoque magis Margarita arridet; quò magis inſignes & perſpicuos familiari conſuetudine ſanctitatis & prudentiæ radios vibrat: nuptiis celebratis, neque mutuus & longus uſus, nec arctiſſima neceſſitudo faſtidium generant: conjugalis amicitia, & reciproci honores perenni fervore perſeverant.

Margarita mariti propenſionibus prudenter indulgens, pacem in conjugio mirabilem fovebat, creſcentique in dies divino cultui vacabat attentius. Nec vanitas, nec curioſitas locum habebat in ornatu muliebri, neque in

domeſtico inſtructu, nec in comitatu, ſuſtinebat nihilominus honorifice originis magnitudinem, & dignitatis ſplendorem. Sponſo gaudente ſe tam eximiam nactam eſſe ſponſam, populi lætabantur præclarum adeo virtutis exemplum ipſis exhiberi.

Pietas conficiebat omnem ejus vivendi normam: quamvis ſummè delectaretur piis in colloquiis, ex officio tamen negotiis temporalibus incumbebat, modò attentio ad Dei præſentiam nullum pateretur detrimentum. Maritus piam uxoris induſtriam conſpiciens, promiſit ſe conſtructurum ſanctæ Claræ Conventum omnino ſimilem Monaſterio Clariſſarum, quod Pariſienſes *de Ave Maria* nominant, ut in illud ſecederet, Duce degente in aula regia. Iſto tamen Conventu non ſtatim parato, beata Duciſſa ſe recipiebat in alìud Cœnobium valde remotum, ubi vitam ſane Angelicam agebat.

CAPUT II.

Viduitatis exercitia.

RENATO ſponſo è vivis excedente quatuor annis & totidem menſibus poſt nuptias, Margarita vidua remanet. Plurimum doluit, ſed omnem ejus amaritudinem mitigavit divinæ meditatio voluntatis. Pro felle & aceto, quod præbet tanta jactura, conſilium mundo renunciandi, ſuavia condimenta offert. Solis volens oculis divini ſponſi placere, ad ſolitudinem anhelat. Margaritæ quidem tres liberi, unicus videlicet filius, & duæ filiæ maxime in amore ſunt & deliciis, ſed abſque impedimento, cum familiam, & omnia prorſus, ad exemplum Pauli arbitretur ut ſtercora, modò *Chriſtum lucrifaciat*. Philip. 3.

Sic fatur hoc in rerum concurſu: Deum in „ æternum laudabo, qui dirupit vincula mea, „ ſponſi morte dilecti: ſi duodecimum nunc „ agerem annum ſolummodo, univerſumque „ terræ imperium mihi offerretur, illud libenter aſpernarer, ut ad perfectionem Chri- „ ſtianam contenderem totis viribus abſque „ ullo vel leviſſimo obice. Dolens ſe fuiſſe copulatam Principi mortali, quamvis legitimo matrimonio, ſæpe ex intimo corde expromebat ignita verba, quibus teſtabatur ſe nun- „ quam adhæſuram ulli rei terrenæ. Videtis „ me nunc liberam, aiebat affeclis; annorum „ triginta jam ætatem aſſecuta ſum, quos „ cenſeo perdidiſſe, quia illos Chriſto non pe- „ nitus conſecravi: reſipiſcam in poſterum; abeat mundus & cuncta quæ in eo ſunt, evaneſcant.

Ingreſſum Clauſtri differt, ut liberos educatione informet, quos ſacratiſſimæ Virgini ferventer libat, in cujus fidem & tutelam eos

A committit. Non longis exhortationibus, ſed brevibus & fervidis familiam docet, plus proficiens exemplo quam eloquio. Carolus filius, Franciſca & Anna filiæ miros progreſſus in virtute fecerunt ſub tam eximia magiſtra. Gravis erat & ſeria ejus gubernatio; jubebat inſuper parvulum Principem tractari à gubernatore ſeverè ac fortiter; unde ſtrenuiſſimus omnium ſui ævi bellatorum evaſit.

Vix annum vigeſimum quintum attigerat, cum Rex Galliæ ſuis exercitibus illum præfecit tam auſpicatò, ut vulgò appellaretur *Conſtabilis*, ſeu rei bellicæ ſummus Præfectus ac magiſter, quoniam hujus dignitatis functiones obibat, licet alter titulo donare-

B tur. Margaritam Valeſiam Franciſci I ſororem duxit conjugem. Ticini caſtrorum calamitas, ubi Rex bello fuit captus, Carolum Alenconienſem ita permovit, ut diutius vivere non potuerit. Lugduni diem clauſit ultimum anno 1525. nullam relinquens poſteritatem.

Margarita eamdem navavit operam ambarum educationi filiarum, quibus ſuggeſſit non inſanas mundi vanitates, ſed eminentioris virtutis elementa, illaſque Deo favente, omni ex parte perfecit. Franciſca primogenita in matrimonium primo collocatur Franciſco Aurelianenſi Duci Longavillæo, quo mortuo, nuptui traditur Carolo Borbonio Duci Vindocinenſi: ex ultimo hujuſmodi connubio An-

C tonius Borbonius emanat, Rex Navarræ, Henrici Magni pater, Ludovici Juſti Decimitertij avus, & Ludovici Decimi-quarti Magni Deodati proavus.

Anna natu minor Guillelmum Paleologum conjugem habuit Montisferrati Marchionem: ex iis prodiit filia, quam Fridericus Mantuæ Dux ſibi in uxorem aſſumpſit, copulans ſic proſapiam Montisferrati cum ſtirpe Mantuana. Sanguis Alenconius hac affinitate junctus cum illuſtriſſimis Italiæ familiis, in Gallias fauſtè rediit, Duces Nivernenſes progignens, qui tandem remearunt in Ducatum Mantuanum, quem adhuc jure poſſident.

D Dum cœleſti benedictione temporalis proſperitas abunde prolem Margaritæ noſtræ conſolatur, atque evehit, eo magis ipſa Margarita ſancta fit, quo plus honoratur. Nunquam extra conclave ſecretius videtur, niſi in Eccleſia, noſocomiis, aut xenodochiis, aut in aliis locis, ubi charitatis officia exercentur. Aderat quotidie piis ſermonibus, quos haberi jubebat à ſancto quodam Doctore ad ſuos domeſticos, in aula ſui palatij, de mandatorum Dei obſervatione, & Chriſtianæ pietatis legibus.

Beata vidua concludebat his verbis ad filium: Deum ama, chariſſime, ſuper omnia, " ne tantum cupias cum illo vivere, ſed etiam

„ mori pro illo ; gloria Principum non conſi-
„ ſtit in eo quod populis imperent, ſed in di-
„ vinæ voluntatis executione : Te ut oculos
„ meos, aut ſi quid eſt oculis charius, diligam,
„ modo tibi erga Deum nunquam fidelitas de-
„ ſit : ſperans te aliquando ſecundum cor Dei
„ fore omnino ; impensè laboro, ut ditiones
„ & toparchiæ tuæ conſerventur : cultum di-
„ vinum omnibus præpone.

Sæpiſſime domeſticis inculcabat magno ardore timorem Dei & dilectionem. Probi ſi-
„ tis, aiebat, & Deo grati ; ſic meam vobis
„ conciliabitis benevolentiam, voſque tunc
„ præferam quibuſcunque induſtriis & ſoler-
„ tibus. Nullas in iis culpas vel leves tolerabat abſque animadverſione. Pœnitentes nihilominus, & promittentes emendationem, blande excipiebat : primùm quidem dabat veniam, poſt objurgationem ſeveram ab aliis ejus nomine factam : relapſos verò ipſa reprehendebat, magna ex parte clementi caſtigatione utens, gravitate tamen adjuncta, ut ſeveritas adhiberetur, & contumelia repelleretur : denique tertiùm recidentes longius amandabat.

His regulis ita ſuum moderatur comitatum, ut dum Margarita prope Reginam degit, miniſtri Margaritæ facile à cæteris diſcernantur ſingulari modeſtiâ & circumſpectione. Plures ex honorariis primariiſque ejuſdem aſſeclis, quæ in clauſtrum ingrediuntur, ad eminentem perveniunt ſanctitatem ; quæ verò profeſſionem Religioſam non amplectuntur, actiones tamen vitamque univerſam ad rationis & pietatis normam componunt.

Princeps iſta Margarita ephebos ſuos honorarios Chriſtianis documentis erudiebat, & ad vitandam incitabat deſidiam, viliſſimos non negligens ſamulos, quibus adeſſe quotidie Miſſæ imperabat, diebus etiam negotioſis aut operariis. Quicunque hanc regulam infringebat, Religionis contemptor æſtimabatur, & illuſtri ſeveritatis dignus exemplo.

Suis volens ſubditis pacem & tranquillitatem comparare, Magiſtratus eligebat, qui ſummâ integritate juſtitiam exercerent. Judices ipſos leges tranſgredientes, munere abdicabat, forenſi corruptelâ repurgatâ. Fidem non facile adhibebat delatoribus ; aures attentas libenter præbebat iis, qui nullo rerum ſuarum reſpectu habito, publicum aut alienum ſpectantes bonum, denunciabant Prætorum, quos vulgo Baillivios vocant, Proprætorum, aliorumque miniſtrorum delicta.

A primo ſuæ adminiſtrationis anno ſibi patefieri curavit negotia viduarum & pupillorum, ut promptè atque fideliter dijudicarentur. Latè patebat oſtium Palatij ad Margaritam confugientibus, quacumque ex cauſa ; res ſuas dimittebat libenter, timens ne commoditatis propriæ nimio affectu excæcaretur.

A A præcipuis Regni Magnatibus enixe compulſa, nullo modo annuit, ne inordinatos in ſuis dominiis tueri videretur.

Si ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit ; hanc ipſam profectò aſſidua & diligens ſcriptura ſuperabit : quod de ſermonibus aſſeritur ſactis probatur multo evidentius : hiſce diſpoſita præludiis Margarita noſtra ſubjectos egregie gubernavit, ſeipſam ornans omni virtutum genere, ut cæteris exemplo præluceret.

CAPUT III.

Ejus perfecta pietas.

B VERBA hæc Sapientis, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, ſemper in memoriam revocabat. A mariti obitu veſtes ejus maxime ſimplices erant & ex vili raſi denſique texti panno confectæ, quibus etiam in duorum Regum inaugurationis ſolennitate uſa eſt. Diſtinguebatur ab aliis criſpato ſerico nigro, quo facies ejus omnino tegebatur. Attonitos de tam auſtera vivendi ratione ſic alloquebatur.

Cur miramini ? nonne mihi licet diſpli- “
cere hominibus, quibus nil mihi profuit pla “
cere : veſtimentorum pompam, quam olim “
ardenter ambiebam, lubens nunc abhorreo. “
C Viduarum ornatus omnis in ſpiritu humili- “
tatis & in animo exiſtit contrito. A quo tem- “
tempore orba fuit viro, quæ apud nobiles & dignitate illuſtres nec boni nec mali rationem habent, vitioſa cenſuit & depravata.

Omnes ejus meditationes ſenſim vergebant in Dei judicium, quamvis aliud materia parata proponeret. Vita elapſa illam ſemper tenebat anxiam & timidam : quolibet momento ſic tremebunda exclamabat : *Salva me Domine ; Deus propitius eſto mihi pauperrimæ peccatrici*. Tandem lætitia ſalutaris Dei illi fuit reddita. Sopitis ſenſibus tota abripiebatur in divina, & ſuaviſſimâ deliniebatur amœnitate interiori, quæ exterius ſenſibilibus manifeſtabatur ſignis.

D Igne cœleſti flagrans de Majeſtate divina ita efficaciter aliquando diſſeruit, ut corda marmorea emolliret : pietatis vocula, aut ſancti carminis modulatio flammâ ſacræ dilectionis cor ejus accendebat : tam religioſo cultu auguſtiſſimam proſequebatur Euchariſtiam, ut ſeipſam arbitraretur ſemper indignam, cui tanta præſtaretur gratia.

Abs debitâ ad divinam ſynaxim præparatione longe abſunt, aiebat interdum, qui- “
cumque perfecti, ubi Deus poſſidetur, & “
omnia ; nil in hoc mundo traditur, niſi per “
partes : Dividitur terra in Imperia, Regna, “
Ducatus, & alia dominia. Alter divitiis frui- “

„ tur; honoribus alter; magiſtratum hic obti-
„ net, ille provinciæ gubernationem: ſummi
„ Dominatores non ſunt benefici perinde ac
„ Jeſus Chriſtus, qui ſe omnibus omnino, ſine
„ ulla exceptione impertit.

Margarita rus petens, ſemper Imaginem Crucifixi ob oculos habebat in lectica, ut memoriam Paſſionis Chriſti refricaret; hocce ſpectaculo tam acres doloris motus ſentiebat, ut ferè ad extrema deveniret. Voto ſe obligavit, ut totis deinceps viribus patienti Chriſto compateretur, quolibet die, ſive in morbo, ſive in ſanitate; quod operâ voluntariâ, & ultrò nſvatâ, executa eſt, cum nil aliud fermè in ejus animum aſcenderet.

B Intimos & familiares ſic affatur. Infinitam
„ Dei beneficentiam conſiderans, neſcio an
„ objurgare debeam hominibus ſceleſtam in-
„ gratitudinem, vel Deo grates agere, cujus
„ ſupra modum eſt liberalitatis profuſio. Ab
„ æterno prænovit noſtra crimina: pro re-
„ demptione noſtra tamen voluit mori. Poſ-
„ ſumusne quid in amore & deliciis habere
„ præter Chriſtum, cum omnium corda ſimul
„ juncta nequeant reſpondere minimo divinæ
„ dilectionis argumento.

Duciſſa noſtra ſæpenumero cruentis flagris corpus ſuum dilaniabat, ſetis aſperam induebat ſubuculam à mediâ nocte ſurgebat, cum domina honoraria, ut quietius vacaret pietatis exercitiis. Monitus conſcientiæ moderator à domina honoraria quod Margarita nimiis pœnitentiæ cruciatibus ſæviret in ſeipſam, juſſit illam ceſſare.

C Verùm Princeps Margarita, quod ex obedientia deerat, explebat, ſe cubitis duriter percutiens & brachiis, uſque ad copioſum vultus ſudorem, dum in conclave interius ſecedebat. A feria ſecunda majoris hebdomadis vetabat ſibi proponi ullum temporale negotium: tertiâ & quartâ viſitabat noſocomia, & carceri mancipatos liberabat: feriâ in Cœna Domini tredecim pauperum lavabat pedes, quibus pecuniam, veſtes, & cibaria largiebatur.

D Die Paraſceves in Religioſarum Conventu degens, ſemper ob oculos habebat Crucifixi effigiem, atque ritum adorandæ Crucis perſolvebat, humi pedibus & genibus nudis reptans, ſingulari fervore: bis à Religioſa jubebat virgis cædi; parcè & auſterè in cœnaculo humi veſcebatur.

Singulis diebus Miſſæ intererat: Dominicis quoque & feſtis, atque iridem tempore Adventus, & Quadrageſimæ divini verbi concionibus. Liberalis valde & magnifica erat in pauperes, quorum manus implens, nil retinebat niſi ad ædificandas vel decorandas pias ædes.

Eccleſia, & Monaſterium Clariſſarum Alenconenſium prima ſunt illius charitatis monumenta, cui confeſtim jungit Fratrum Minorum Conventum Flexienſem, ubi Dux Renatus ejus ſponſus eos collocare ſtatuerat. Accerſit etiam è Picardia Moniales morita. niam ægrotantium curam ſuſcepturas: Margarita illis ſe aſſiduam ſociam adhibens, parum abeſt quin morbo contagioſo laboret. illam itaque rogant aſſeclæ, ut ſuæ conſervationi conſulat; quapropter domum parat & conſtruit hiſce Religioſis, quæ nullum hactenus habuerunt hoſpitium, quam ipſum valetudinarium. Locus iſte plurimum illi arridebat, tum ob divinum cultum, tum ob Religioſarum conſuetudinem, quarum pleræque illius miniſtræ domeſticæ fuerant.

Eodem tempore Margaritæ juſſu & ſumptibus, parœciæ fabricabatur Moritaniæ templum, & Caſtelli ſacellum, ubi ſacrarij cuſtodes inſtituebat, & annuis locupletabat reditibus, ut celebrarent Miſſas, divinumque officium perſolverent: Religioſarum inſuper Monaſterium extrui curabat Caſtro-gonterij.

Ubique & omnibus virtutis præferebat facem: ſimplicitate, modeſtiâ, zelo domus Dei prælucebat. Si ob ægritudinem è cubiculo nequiret egredi, poſcebat juvenes quaſdam Sorores deſignari, qui cum ea divinum recitarent officium. Cibos minus jucundos & minime delicatos maxime ſapiebat. Inter Novitias volebat locum tenere.

Suo miniſtrans ordine Sororibus in cœnaculo, ſi quid per incogitantiam ſineret excidere, protinus genibus innixa ad pedes Abbatiſſæ pœnitentiam humiliter petebat: Nun-
quam mihi amœniores illuxerunt dies, aie- “
bat aliquando cum lætitia, quam ab eo mo- “
mento quo cuncta obeo viliora Clauſtri “
munia, ſcutellarum lotura me ſummè dele- “
ctat; glorior me comitem eſſe coquæ.

Affinitate Principum Andegavenſium, & cognatione ſanctam attingebat Elizabetham, Hungariæ Regis filiam, cujus veſtigiis ſolerter inſiſtebat, quamque ſingulariter colebat, illius celebrans feſtum in quodam Monaſterio: Horis matutinis tunc noctu aderat, die verò promiſſam induens veſtem & talare pallium, cum fune pro cingulo, albumque velum imponens capiti, omnibus erat præſens officiis, ſumebat ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, & cum Religioſis prandebat.

Singulis quibuſlibet, quantum ſe demitteret, mirantibus reſpondet, multum ſibi gloriæ & ſplendoris advenire per imitationem ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ, quæ ultrò viliſſima propter Chriſtum amplectebatur munia. Sub veſperam erga egenos munificentiam exercebat. Meritas Dei Genitrici laudes, juſtis honoribus, & memori mente perſolvebat, quam ſuam patronam & protectricem arbitrabatur, ejus interventu impetrans quæcumque vellet: liberos ſuos cum humili fiducia illi commendabat; neque credebat unquam ſuas res fauſte

ceſſuras, niſi ſub terræ & cœli Reginæ auſpiciis. In Eccleſias ejus dicatas honori, licet duabus aut tribus leucis diſtantes, pedibus ſæpiſſime ibat.

CAPUT IV.

Mira ejus charitas.

AD hujus virtutis præſtantiſſimæ exercitium triplici ratione compellitur, Joannis nempe, quem vocant *Eleemoſynarium*, exemplo; cognatæ, de qua nunc loquimur, Elizabethæ ſpecimine; demum viſione divinâ, qua dormiens honoratur. Siſtere ſe arbitratur in cœlo ante thronum Dei, qui tam mirabilibus illuſtrabat radiis, tamque excellentibus donis illam cumulabat, ut humano ingenio nefas ſit illa capere. Conanti Deo gratias agere pro tantis beneficiis, in ſomno jubet Deus terram repetere; quo juſſu Margarita uberes effundit lacrymas, videns ſe peccatis iterum eſſe obnoxiam.

Conquieſcit tamen in ſpe, quod nullum recipiens detrimentum hujuſmodi reditu, plurimum pauperibus allatura ſit emolumenti. Mox ut ſomnus ſolvitur, propoſitum renovat illis ſuccurrendi, atque eos in filios adſcripſit. Evangelij verba: *Quandiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*, Matth. 25. illam vehementer commovebant, ardentique flagrabat deſiderio cuncta vitæ momenta levamini egenorum conſecrandi, propter amorem *benigniſſimi patris ſui cæleſtis*, ſic nominans Chriſtum, quem prædicabat verum *pari amoris Deum*, *& inexhauſtum fontem*: *Quoniam*, inquit, *in charitatis operibus viam felicitatis æternæ conſtituens, nos peramanter cogit felices & beatos fieri modo ſuaviſſimo.* Egentes conſiderabat ut ſuos magiſtros atque dominos, quia locum occupabant Redemptoris.

In tres partes ſua partiebatur bona, primam familiæ ſuſtentationi, atque æri alieno diſſolvendo; ſecundam Eccleſiarum conſtructioni, & fundationi Conventuum; tertiam, mendicis & verecundis pauperibus deſtinabat, à quibus nil intervertebat, cum mallet rem ſuam familiarem impediri, quam à Chriſti amicis aliquid ſubripi.

Subditos ægrotantes promptè & luculenter ſublevabat, illiſque adſtabat quotidie, unius ſaltem horæ ſpatio. Si longi eſſent morbi, primarium mittebat ad eos Medicum; aſſidenſque menſæ nil cibi guſtabat, quin prius de dapibus magis conquiſitis delicatiores buccellas ſelegiſſet ad ægrotorum uſum.

Pudibundos præſertim, & mendicare non auſos recordabatur, mirâ utens induſtriâ, ut illorum verecundiæ prudenter indulgeret: modò pecuniæ ſuæ illis adminiſtrationem committit, ut ſibi quæ commoda ſunt ſecreto attribuant; modò ita ſagaciter ſe gerebat, ut crederetur Margaritæ Principis juſſu, quod opus eſſet, illis commodari.

Nemini defuit unquam ejus auctoritatem aut liberalitatem imploranti: aliquando mendicorum multitudine ſtipata, Moritaniæ, dum Miſſam auditura in Eccleſiam proficiſcitur, dolet maxime ſe non habere, quo illis ſatiſfaciat; illico tamen gaudet, dum in templi exitu homo quidam ignotus quindecim nummos aureos illi offert, cujus reſtitutionis cauſam rogat minime poſtulari. *Non quæro rationem*, ait Margarita, *ſufficit mihi gratia ſeu facilitas conſolandi & fovendi dominos meos, videlicet pauperes.*

Sæpenumero affirmavit huncce occurſum inter cæteros vitæ ſuæ totius eventus fauſtiſſimum fuiſſe atque auſpicatiſſimum. Centum francos argenteos ſimul, nec minus unquam largiebatur, qui tunc centum Hiſpanienſes aureos exuperabant. Quod ſpectat ad Conventus Religioſos, mirabiliter profuſa erat & ſanctè prodiga.

Multos præſtantiſſimo ornatos ingenio luculenter alebat, fovebatque, ut literarum ſtudio animum adjicientes, Eccleſiæ tandem miniſteria laudabiliter obirent, & majorem Dei promoverent gloriam; quorum ſi aliqui Religioſam profeſſionem amplecterentur, ſummo afficiebatur gaudio.

Cum ultimum Sæculum apprimè claruerit ſcientiâ & virtute virorum illuſtrium, qui fuerunt potiſſima Ordinum Franciſci & Dominici ornamenta, magna ex parte laus debetur Principi Margaritæ, quæ eos in diverſis locis educabat ſuâ munificentiâ. Viduæ & pupilli illam ut matrem amantiſſimam venerabantur; carceri mancipati, ut benignam liberatricem. Manibus propriis novas concinnabat veſtes ad uſum pauperum, vetuſtas autem & detritas reſuebat intimo charitatis & humilitatis ſenſu.

Gloriatur ſe famulis & amicis Dei ſervire. Jugum, inquit iſta, qui fert volens, leve efficit; oſtendam tibi lenimen unicum, ac peculium immortale, Dominique tui, quamvis potentis, arbitrio, exemptum, quod hominem liberum, atque ipſo Domino ditiorem faciet. Humilitatis ſtudio incumbe, illa te humilem in libertatem aſſeret. Solus ſapiens, ſive humilis corde, liber eſt, eâ ſcilicet libertate quâ certior nulla eſt. Liberaliter vivamus: meliore noſtrâ parte liberos eſſe, nil prohibet: una eſt peccati ſervitus graviſſima; ſed quæ premere neſcit invitos: illam excute, liber eris.

CAPUT V.

Charitatis continuatio.

NOSOCOMIUM Moritanienſe, ipſius juſſu & ſumptibus ædificatum, ſæpe honeſtatur ejus præſentiâ & benevolis officiis, quæ infirmis præſtat. Obviam habens pridie feſti ſanctæ Elizabethæ pauperem mulierculam pallidam, cujus oris forma penitus erat extincta, lætatur ſe anſam opera miſericordiæ exercendi nactam fuiſſe. Jubet illam devehi in valetudinarium, ubi, Miſſâ auditâ, ſordes pauperculæ ipſa Margarita eluit, pedes oſculatur, & in lecto deponit commodo, gratos illi cibos offerens, & præparationis ad mortem ſuggerens regulas.

Leges, quas ſibi præſcripſerat erga egenos & ægrotantes poſteris declarandæ ſunt: Innixa genibus miniſtrabat illis, ſe tam eminentis miniſterij exiſtimans indignam, cæleſtique flagrans ardore, magis fœtida ulcera curabat & medicabatur, cum oblectamento & miris deliciis.

Margarita ipſo die Paraſceves ulnis complectitur, & blando excipit oſculo, Moritaniæ feminam lepris omnino infectam, videnſque Alençonij alteram, cujus naſum abſtulerat carcinoma, & majorem vultus partem corruperat, primo aſpectu, oris ac ſermonis urbanâ comitate, liberaliter & amico animo, propenſam erga illam teſtificatur voluntatem, deinde operam dat abſque ullo faſtidio, plagis ejus, quamvis fœtentibus, plane expurgandis.

Præfectus ejus cellario unum aliquem videns introductum, cujus crura putrefacta vermibus horridis ſcatebant, Principem enixe rogat, ne ad ægrum accedens in diſcrimen vitæ adducatur: eo magis charitate ardet in miſerum hunc hominem, quo magis illum conſpicit morbidum & egenum: quoque magis cæteri conantur à miſericordiæ operibus „ Margaritam avertere. Cenſeo, inquit iſta, „ me adſtringi, ut graves culpas redimere va„ leam, quas olim commiſi, colliqueſcens „ voluptate in moſcho & felis odoratæ pul„ vere.

Medicis decernentibus nobilis puellæ Argentomagenſis tibiam amputandam Margarita obſiſtit, & ad lectum ægrotantis excubat tanto ſtudio, ut integram illi ſanitatem reſtituat. Sanati verò puella triginta quinque poſt annos ſe debere ſuam ſalutem piæ Principi publicè profitebatur.

Alia itidem femina Argentomagenſis multo periculoſiori morbo laborans priſtinam valetudinem eâdem ratione recuperavit.

Puellulos præſertim in oculis, ſinu, imo in

A intimo corde geſtabat, uſque adeo illos peramabat: Quamprimùm mulierem prægnantem noverat, omnem adhibebat curam ad ejus ſolatium; commendans impenſe fœtum Deo atque matrem, cui exquiſitiores cibos, & delicatiores ſuppeditabat cupedias; mittebat peritiores ſuos Chirurgos ad inſuetas effectiones.

Morte violentâ Impendente mulieri in puerperio, quæ peſte inficitur, aufugit unuſquiſque, præter Margaritam, quæ matri aut ſaltem partui percupit opitulari: nil refert febri occumbere, vel alio morbo: adjuvare „ præſtat, inquit, illam animam, quæ tanti „ conſtitit Redemptori. E palatio confeſtim „ exit ſuis miniſtris ſtipata, & urbis Medicis,
B domumque peſtiferam ingreditur.

Infans aquis baptiſmi luſtratur, & mater plurimùm ſublevatur Dei benedictione, qui à contagione Principem ejuſque aſſeclas omnino immunes reddidit. Puerulі morientes cito, mox ut ſacris eſſent expiati laticibus, à pia Margarita ſepeliebantur, quos chariſſimos vocabat, atque exiſtimabat feliciſſimos, eo quod cœleſtem hæreditatem poſſiderent, nil delibantes terrenæ amaritudinis. Illos conſiderabat ut ſuos mediatores & patronos coram Deo, cui propter innocentiam & puritatem multum placebant.

Nil tam eam permovebat quam immode-
C rata & impudens licentia filiarum, quæ corpus ſuum addicebant obſcænæ libidini. Si conſtaret de pravo habitu, eas jubebat ad ſe venire, ut ſuis monitis fervidis & prudentibus, ab effuſa obſcænitate avocarentur. Minimè earum propenſione ad virtutem mirabiliter oblectabatur, blande illis favebat, & abunde largiebatur quæcunque commoda & honeſta; inverecundas autem, & quæ perfrictæ frontis erant, acriter caſtigari imperabat, & è ſuis ditionibus exulare: Ducatus Alenconienſis proinde è vitio & impudentia eripitur.

Margaritæ famâ percrebreſcente, femina ortu conſpicua, non moribus, à quinquaginta leucis ad eam perducitur, ut proſtigatam vi-
D vendi rationem dimittat: perditè amabat infamem ſcortatorem in detrimentum legitimi ſponſi: Quamvis inſuperabilis & nimis procax videatur, cedit tamen noſtræ Margaritæ animadverſioni; atque converſa maximo fuit emolumento priſtinæ malitiæ conſciis: mariuſque plures poſt annos divortij benigne illam, beatæ Duciſſæ efflagitatu, excipit, quæ pro converſione mulieris aliàs diſſolutæ prædem ſe offert.

Femina quædam Diœceſis Sagienſis inſomnes traducebat noctes, propter fuſcas mentis agitationes, quæ illi metum æternæ damnationis incutiebant, perinde ac ſi jam tum à Dæmonibus in barathrum abriperetur: ſolus

tamen

tamen aſpectus Margaritæ omnes tenebras A diſſipat, & affert tranquillitatem. Atrâ bile aliquis affectus, & furore amens, ſibi jugulum volebat præfocare, quem ſubito Princeps tranquillavit.

Victoriâ cupiditatum pollebat inſigniter; à nemine ſe credebat lædi, cum iis qui eam magis laceſſerent magis benevola fieret: dum injuriis appeteretur, ad pedes interdum Crucifixi genua flectens gratiam poſtulabat Jeſum crucifixum imitandi, totiſque viribus enitens ultionis motus coercere.

Miniſtris commonefacientibus nimiam parcendi facilitatem ſubditos reddere protervos „ & inſolentes, reſpondebat: Poteſt ne dene- B „ gari peccatori pœnitenti venia, necnon „ promittenti emendationem? Sicut omnes „ homines peccato ſunt obnoxij, ita pariter „ correctionis capaces. Propter amorem Dei „ libenter idem agamus, quod ſæpiſſime obſe- „ quioſa & vanacomitas obtinet. Illuſtrium „ virorum diſſidia temporis decurſu placantur, „ aut per connubium; quare igitur exemplum, „ & Regis Regum voluntas Jeſu crucifixi, „ non æquè valebit.

Perfectionem charitatis erga illos qui nos offendunt, in quatuor regulis ponebat; in dictorum oblivione aut factorum, quæ poſſunt iram concitare; in forti prudentia, quæ ſilentium imponat detractoribus, dum coram obloquuntur noſtris inimicis; in concedendo C illis facili ad nos acceſſu; demum in firmo propoſito opem ſemper illis præſtandi.

Quidam aulicus multâ florens gratiâ apud Carolum VIII. conatur hunc Regem alienare à Margarita noſtra, contendens illi adimere liberorum tutelam: ſi laudatur Margarita, quod infenſum devicerit hominem, ad aliud adſtantes avocat, ut vanæ gloriæ obſiſtat; infauſtoque aulico à Regis benevolentia excidente, illius ſe dolere vicem teſtatur, quærens occaſionem ejus pœnas levandi.

Quam primùm ægrotos inviſit, ad ſacramentum Pœnitentiæ ſtatim ſuſcipiendum illos incitat. Medicis in palatium Duciſſæ non permittitur ingreſſus, niſi prius, qui in lecto D decumbunt Confeſſarium plane alloquantur, cui ſuccedens abſque intervallo Margarita, illos ad finem Chriſtianum obeundum permovet ferventi exhortatione: aſſociat quoque ad id muneris addictos huicce pio miniſterio viros.

CAPUT VI.

Habitum Tertij Ordinis Franciſcani recipit.

AB ipſo viduitatis initio vehementer aſpiravit ad Religioſam profeſſionem, quam non amplexa eſt, niſi poſt conjugium Principis ſui filij cum Margarita Valeſia: inſtigante Confeſſario, in aulam Franciſci I. ſe contulit, valedictura ipſi Regi, & ardenter commendatura ſuam familiam. Voto ſe obſtringens, ut gereret publicè veſtem Tertiariæ Franciſcanæ, ad exemplum ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ, poſt ſeceſſum è mundano tumultu, protinus univerſa quæ in mundo ſunt abhorruit, & ſtatuit firmiter clauſtro ſepeliri, rebus domeſticis conſideratis atque proviſis, miniſtrorumque omnium ſuſtentatione ritè præſcriptâ.

Non ſat erat ipſius zelo tertiæ Regulæ obſervatio; chariſmata meliora æmulatur; humiliter & ſanctè ambit vota ſolennia, quibus, ait, mundo penitus nuncium remittam, & “ propoſito mihi à long tempore virtutum “ ſpecimini, Elizabethæ Hungaricæ veſti- “ giis, perſeveranter, Deo juvante, inſiſtam. “ Præterea ſicut Deo placuit naturæ humanæ “ velo majeſtatem ſuæ Divinitatis abſconde- “ re, ita ortus mei ſplendorem vili tunicâ Re- “ ligioſæ Franciſcanæ tegere volo.

Pluribus de cauſis adire tam ſubito clauſtrum nefas erat: poſſeſſiones & uſum opum retinere per aliquot annos oportebat. Subitus nimium receptus mœrore domeſticos obruiſſet; pedetentim è contrario in ſolitudinem proficiſcens, illis ſpem dabat novorum ſemper beneficiorum: volebat inſuper nomina expedire, & ex ære emergere alieno, denique Monaſterio, ubi cupiebat terminare vitam, colophonem addere.

Tertio noſtro nomen dat Ordini anno 1517. Incarnationis Dominicæ, ætatis ſuæ 54. viduitatis 24. habitumque recipit è manibus P. Gabrielis à Maria, Commiſſarij generalis, & Joannæ de Francia conſcientiæ moderatoris, à Rege obtentâ licentiâ: quæcumque cœlitus illi ſuggeſta fuerant, ad exitum felicem perduxit, omnibus irritis obicibus parentum & amicorum.

Carolus Dux ejus filius cunctis ritibus hoc in rerum concurſu obſervatis cum Epiſcopo Sagienſi, multiſque eximiâ dignatione hominibus, interfuit, nec animi fortitudo potuit impedire quin uberes effluerent lacrymæ, dum Margarita mente generoſâ & alacri vilem tunicam oſculabatur, cingulum itidem & velum. *O bone Ieſu*, aiebat illa, *ineffabili*

perfundor lætitiâ, videns me implere conſilium
à viginti-quatuor annis adhibitum. Præfero
utique pauperem hujuſmodi veſtem ſceptris &
coronis. Vnum amarè doleo, ſcilicet dilationem
tam ſancti propoſiti exequendi.

Pro cantico *Te Deum laudamus*, cantando,
ut aſſoler rantâ in ſolennitate, recitari poſtu-
lat Pſalmum: *Deus, Deus meus, reſpice in me,*
quare me dereliquiſti? Ur in memoriam pœnas
Jeſu Chriſti revocaret, pollicetur certo mi-
niſtros conſolarionis impotentes ſe nunquam
oblivioni fore tradituram; imo potius jacen-
tes erigit, languentes conſolatur, opitulatio-
nem ipſis promittens & favorem, necnon
eorum hæredibus. Illis hæc omnia ſignificat
per dominos de Bello-fonte equinæ domituræ
curatorem, & de Laubiero adminiſtratorem
rei familiaris.

Duram adeo ſeparationem deflentium la-
„ crymas abſtergit his verbis: Me ranquam
„ matrem perditam lugetis: altera vobis ſu-
„ pereſt marer, quam non perdetis, etſi veli-
„ tis: Ego vobis paucorum annorum habitatio-
„ nem dedi, hæc multorum dabit ſæculorum.
„ Mater ſubſtitit duriſſima, quæ vos & me,
„ quam requiritis, in uno gremio ſervabir; cu-
„ jus in utero vos & ego ſimul erimus, donec
„ nos die ultimo ſit paritura. Si hæc ſingula
„ rite attendamus, gaudebo à vobis me diſ-
„ cedere, & vos gaudebitis à me dimoveri:
„ nobis bonum eſt Deo adhærere, & in eo
„ ſolo noſtram omnino ponere ſpem.

CAPUT VII.

Ordini Clariſſarum nomen dat.

TERTII Ordinis profeſſione majores fecit
in virtute progreſſus. Monaſterio Reli-
gioſarum ſanctæ Claræ Argenromagi conſtru-
cto, à Leone X. ſummo Ponrifice diploma im-
petravit, quo poterat in eo vivere juxta mo-
deramina ab Urbano & Eugenio præſcripra:
deinde illud annuis vectigalibus locupleravir,
vaſarium vendens aureum & argenreum, om-
nem denique ob id ornatum muliebrem.

Cunctis miniſtris amplâ mercede perſolutâ,
præcipui & magis inſignes apud Duciſſam
Alenconienſem Principis filij uxorem, mini-
ſterium obierunt; cæteri verò in propria do-
micilia receſſerunr, tranquillam acturi viram:
Collocatis in matrimonio quinque famulo-
rum ſuorum magis pauperum filiabus, teſta-
mentum conſcripſit in grariam mendicorum,
& Conventus, ubi ſedem fixit anno 1520.
menſe Octobris, Principe filio prius ſalutari-
bus documeuris inſtructo. Ab eodem Patre
Gabriele à Mariâ, qui eam adſcripſerar in
Tertium Ordinem, allecta eſt in ſanctæ Claræ
congregarionem, ubi vota ſolennia nuncupa-

A vit coram Margarita Valeſia nuru ſua, Epiſco-
po Sagienſi, ac permulrorum Nobilium cœtu.

Jam tum illuſtrem Dominæ tirulum abdi-
cans, ſe Margaritam ſimplicirer vocari pati-
tur. Severa tam rigidæ Regulæ obſervatio,
unicum eſt ejus oblectamentum. Obſecrat
Abbatiſſam in primo ingreſſu nullum ſibi im-
poni munus, niſi noſocomij curam: Religio-
ſis illam ſemper dominam appellantibus, Præ-
poſitam obteſtatur ut jubeat ſolo nomine *So-*
roris Margaritæ donari: viliores functiones
ſummæ illi voluptati ſunt.

Gaudet maxime dum coram aliis objurga-
tur, & publicis pœnis plectitur: mirantur om-
nes ſingularem Sotoris Margaritæ humanita-
B tem, commodoſque & ingennos mores. Ex
laudibus & exiſtimarione, quâ ab aliis colitur,
tædium capir, timens ne ſatis honoris exhi-
beat Religioſis, aut humiliter ab iis veniam
perit, licer innoxia, aut velut minus cauta
ſuam exponit illis mentem. Humilitas ejus
adeo profundas radices egerat, ut nunquam
vel leviter laudantibus adblandiretur: oppidò
delectabarur, dum illâ præſenre, de conrem-
ptu ſublimium dignitatum, quas aſpernata
fuerar, habebarur ſermo.

Religioſæ, dum hydrope laboraret, quo
tandem interiit, nullâ ratione validiori ute-
bantur, ut eam ad ſanitatis recuperationem
incitarent, niſi ſpem proponendo actus humi-
litatis adhuc exercendi. Eſca & ſupellex ab-
C jectiores in deliciis illi erant. Pannus veſtium,
quibus utebatur, illi videtur nimis ſelectus &
egregius. Non quieſcit itaque donec Sororum
obſoleto habitu amicitur.

Votum caſtiratis ſtrictè obſervatum viginri-
quinque annis ante Religionis introitum, ævi
ſui fit decus & ornamenrum, primaſque jure
obtinet inter illuſtriores matronas Chriſtia-
nas. Divino amore penitus exardeſcens res
omnes creatas proculcar, ſenſibus eximiâ vir-
ture quaſi ſopitis, nil illi deeſt ad puritatis
perfectionem. Argenream Crucifixi effigiem
tribus digiris latam, & parvulis quinque cla-
vis muniram, ac valde acutis, ſtomacho nudo
geſtabat, unde acerrimus dolor oritur, quem
æquo animo tolerat.

D Prima omnium, & ad minimum ſignum
exercitiis regularibus aderat: nunquam viſa
eſt Religioſa magis obſequens & ſubmiſſa: nil
abſque licentia aggrediebarur: licet graviſſi-
me ægrotans ſi aliqua cupedia offerrenrur,
reſpuebat illa donec Abbatiſſæ permiſſio ac-
cederet. Miniſter Provincialis Margaritæ co-
gnoſcens procliviratem ad erogandas eleemo-
ſynas, illarum curam ei demandavit: cavens
nihilominus ſibi à propriæ voluntaris moribus,
omnino dirigi voluit hiſce in largitionibus Su-
perioris mandaro & ordinatione.

Aſſerenti Abbatiſſæ generalem ſufficere li-
centiam: Percuperem, inquit Margarita, “

Digitized by Google

„ qnolibet momento novo juſſu animari, me-
„ mor Filij Dei in terras adventus, qui non
„ ſuum, ſed Patris voluntatem executurus
deſcendit. Verba regulæ ſequentis apprime illi arridebant: *Si mater amat carnis filiam, multo magis ſororem animi diligit Religioſa.* Declarabat aperte ſe ardentiori ſtudio Religioſas privatim complecti, quam proprios liberos.

Idcirco ad illarum lectos, dum ægrotarent, excubabat mirâ vigilantiâ, nil prætermittens quod perfecta ſuggerit charitas. Abbatiſſæ roganti, ne viribus deficeret, ut fervorem mode-
„ raretur: Nunquid, aiebat, par officium ex-
„ hibere debeo Sororibus Religioſis, ad mi-
„ nimum, quod aliàs præbebam alienigenis in
„ noſocomiis publicis? Nullum inde patior in-
„ commodum: verùm ut ita ſit, quâ ratione
„ in gratiam corporis caduci & corruptioni
„ obnoxij occaſionem conſequendæ felicitatis
„ cœleſtis negligerem.

CAPUT VIII.

Sanctiſſime moritur.

MARGARITA Princeps poſt ſanctiſſimam vitam, ſub habitu cuique manifeſto Tertij Ordinis Franciſcani pro Sæcularibus inſtituti, trium aut quatuor circiter annorum ſpatio peractam, & poſt vota ſolennia nuncupata in Congregatione Clariſſarum, & adamuſſim obſervata per annum, hydrope laboravit; nec cedit aut ſuccumbit dolori, imo potius novo igne divini amoris ſuccenditur, & morbo licet vehementius ingraveſcente, firmiter hæret in ſevera & priſca vivendi formula, per aliquot menſes nil de tanta ſeveritate remittens, niſi biduo ante mortem.

Cum inciperet langore confici, nec poſſet in chorum ſe transferre, neque perduci, Abbatiſſam rogavit deſignari quaſdam Sorores, quas divinum officium recitantes in ſuo cubiculo audiret. Voluntatis Margaritæ cum divina conſenſio, patientia & obedientia, itemque pietas uſque ad obitum mirificè eluxerunt. Deſiderium fervens Deum videndi in cœlo, ſuſpiriis ardentibus ſermonibuſque piis emicabat.

„ Ne credatis, inquit Sororibus, aliquid
„ me durum pati; doleo quidem me exulare
„ à patria cœleſti, ubi mens intime Deo con-
„ juncta nunquam excidit à gratia: verùm ſic
„ dolere gaudere eſt. Nullo utique crucior
„ dolore; iſte meus dolor neceſſario aut len-
„ tus eſt aut intenſus: atque ita vel facilem,
„ vel brevem patientiam requirit. Si ſummus,
„ nempe brevis eſt dolor; ſi exiguus, ad quid
„ tantæ conqueſtiones: parcire igitur, Soro-
„ res chariſſimæ, parcite gemitibus; interim

A forti animo ferre adverſa, non ſolum ſpe- “
ciosum dictu fateor, ſed poſſibile factu, ju- “
vante Deo, Sanctorumque exemplo robo- “
rante, non impoſſibilitas rerum eſt, ſed mol- “
lities hominum, quæ virtutis innumeros de- “
ſertores fecit & faciet, dum omne difficile “
tanquam impoſſibile reſpuitur. Virtus perit “
in pleriſque, cujus materia difficultas qui- “
dem, ſed honeſta & ſancta eſt. Chriſtum at- “
tendamus crucifixum, amara nobis dulceſ- “
cent, omnia graviora allevabuntur onera. “

Rogatu ejus tranſvehitur die omnium Sanctorum in ſacellum domeſticum, ubi pœnitentiæ & Euchariſtiæ munitur ſacramentis.
B Quamvis, inquit Princeps, offerretur hoc “
in rerum concurſu immunitas omnigena à “
morte, vellem tamen mori, ut ſimilis fierem “
Jeſu Chriſto, qui cum poſſet immortalis eſſe, “
immolavit ſe propter meum amorem diro “
Crucis ſupplicio. Videtur optare obitum “
hac in ſacra ædicula; tamen Abbatiſſæ juſſu defertur in cellulam, ubi vota certis verbis expreſſa renovavit, atque radios effundens vegetæ pietatis, ab omnibus humilem petit veniam cum uberibus lacrymis.

Juxta ejus deſiderium enumeratis generalibus & ſingularibus Dei beneficiis ore Abbatiſſæ Margarita Deo gratias agit, noxarumque pœnitentiâ graviter afficitur. Deinde omnino nudari efflagitat & ſpoliari bonis quibuſcunque ſibi ad uſum permiſſis, quibus
C deinceps tantum commodatò utitur: audire concionem in Eccleſia volenti poſt prandium ſatisfit; ſubitâ nihilominus virium & ſenſuum defectione opprimitur: in valetudinarium redit, & in lecto cogitur decumbere, ubi Religioſas extremo confectas mœrore, quod morti appropinquaret, blande conſolatur, tantillum poſtulans temporis ad quieſcendum, quo expleto, ſubridens ait: *Modicæ fidei eſtis, Deus me corroborat, quare dubitaſtis? dormite in pace, ut poſſitis horas matutinas rite perſolvere.*

Vires ſuas minui ſentiens, enixe à Deo petit animi fortitudinem ad cantandas ſine intermiſſione illius laudes, vultque ſacro ad ultimam luctam jungi oleo, & pauliſper obdor-
D miſcens, deinde evigilans Abbatiſſam obſecrat ut nullo modo diſcedat propter mortis proximitatem.

Æternitatis contemplationi attentius in dies inſiſtebat. Sorores quas conſpiciebat lacrymis circa cubile penitus immerſas, impenſius divinæ commendabat curæ, illaſque de ſua protectione & benevolentia materna certas faciebat.

Diſtinctè pronunciavit pſalmum integrum: *In te Domine ſperavi*, &c. deinde repetiit ter hunc verſiculum: *Dirupiſti Domine vincula mea*, &c. nilque amplius effata eſt, niſi, *Ieſus Maria*: anno autem 1521. die 2. Novembris ho-

râ octavâ veſpertinâ crucem manibus ſumens deoſculatur, & declarat, quod cum illam peramaſſet per totam vitam, in extremo certamine tanto amore ſe magis exardeſcere, ut diabolicos retunderet impetus majori fortitudine.

Horâ nonâ poſt Evangelij ſancti Joannis de Paſſione lectionem, poſtulatâ Abbatiſſæ benedictione, & ſacro nomine Jeſu prolato, manum dexteram extollens, ut formaret ſignum crucis, antequam perficeretur, emiſit ſpiritum.

CAPUT IX.

Exequiæ & Miracula.

DUx Alenconienſis Margaritæ noſtræ filius obitum hunc ægrè admodum tulit: aſſiduis tamen & bellicis occupationibus magni momenti diſtentus, funus præſentiâ ſuâ non potuit cohoneſtare. Brignonius igitur in ſuprema Neuſtriæ Curia Præſes primarius, & Cancellarius Alenconij, Provinciam à Principe ſuſcepit Duciſſæ matris tumulo mandandæ auguſto apparatu, & regium quidem ortum redolente, at tamen defunctæ contrario intentioni, quæ vanam mundi pompam ſemper abhorruit.

In capſa plumbea conditur: quinquagintaocto ſeliguntur feminæ, quæ fluenti ſyrmate humum verrens, & laxius veſtimentum lugubre induentes, albos geſtant cereos, capitibus velo tectis: Celebrantur exequiæ decimo nono die Novembris, ſolennitati ſanctæ Elizabethæ dicato, unde mnlti, quamvis id minime conſultò & cogitatò fiat, conjiciunt ab æterna providentia ſtatutum fuiſſe, ut ſicut Margarita Lotharinga, dum viveret, magnâ religione Elizabetham Hungaricam venerabatur, ita poſt mortem inter illas aliqna reperiatur convenientia in ſepultura.

Sepelitur in Eccleſia Clariſſarum Argentomagenſium, quam ædificaverat, populis conclamantibus inter Cœlites eſſe referendam Margaritam, ob miracula quæ vivens perinde ac defuncta edidit. Toto ſtudio illa abſcon-
A debar, dum in vivis eſſet, morbos inſanabiles curando medicaminum humanorum fuco, quæ ipſa adhibebat. Multoties apertum fuit ejus ſepulchrum, præſertim & poſtremo 19. Octobris anno 1624. coram Illuſtriſſimo Epiſcopo Sagienſi Jacobo Camuſio, quem comitabantur Miniſter Provincialis Minorum Obſervantium, Cuſtos, pluréſque alij Religioſi ejuſdem Ordinis.

Eximius ille Antiſtes acri admodum judicio, ſapiens & conſultus perinde ac pius, miratus eſt venerabile corpus ab omni corruptione immune ab annis pluſquam centum: notavit inſuper cor in pyxide plumbea ſeparata incluſum omnia vitæ indicia conſervaſſe. Miraculum hoc enarravit Regi Chriſtianiſſimo Ludovico XIII. & Mariæ Medicææ, atque An-
B næ Auſtriacæ Reginis.

Rex ipſe propoſuit illico ſcribere ad ſummum Pontificem, ut Sanctorum numero adſcribatur. Sed illuſtre hoc & Religioſum conſilium ſuum conſequetur effectum operâ & auctoritate Ludovici Decimi-quarti, quem Deus ſalvum & incolumem conſervet ad plurimos annos: hoc maxime prætereà debet eſſe cordi omnium Principum qui ſunt orti regio ſatu, cum illorum venæ repleantur ſanguine Margaritæ noſtræ, cujus filia in matrimonium collocata fuit Carolo Borbonio Henrici IV. Regis Galliarum avo.

Ex his venerandis Reliqniis manat liquor ſuaveolens & ſalubris, quo diverſi ſanantur morbi. Plura miracula ad hujus tumnlum pa-
C trara ſunt, qnorum ſyngraphi teſtimonium præferentes remanent inter manus Religioſarum Argentomagenſium. Paralyſis, ſeu nervorum ſolutio; pleuritis, ſeu lateris dolor; carcinomata, pituitæ, fluxiones violentæ, oculorum infeſta ſuffuſio, febres ardentiores tolluntur ibi & ſubmoventur Margaritæ meritis & interceſſione.

Ad majorem certitudinem legi poſſunt Pater Yvo Magiſtri, Pater Hilarion de Coſta in Hiſtoria Catholica l. 3. p. 778. & in elogiis Feminarum Illuſtrium, pag. 411. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, & Pater Arturus in Martyrologio Franciſcano die 2. Novembris.

BB. FRANCISCA A SANCTA ANNA, Lucia, & Helena à Latere Virgines, & Religioſæ Tertiariæ.

PAter Gonzaga affirmat beatam Franciſcam *à ſancta Anna* virginem Tertium Ordinem noſtrum Regularem plurimum illuſtraſſe virtutum ſplendore, & Abbatiſſæ miniſterio, quod obiit in Monaſterio Grignonienſi, Toletanæ Diœceſis, ſub titulo *Annunciationis ſacræ Dei Genitricis* inſtituto.

Pietas, prudentia, humilitas, abſtinentia tantam illi famam conciliaverunt ab eo tempore quo degebat in Conventu, quem vulgo Hiſpani *Dominam de Planitie* nominant, ut ex illo accerſatur ad Monaſterium Grignonienſe gubernandum, cui dedit initium & complementum, illud eximiis Religioſis replens, quæ ſub ejus diſciplina miros in virtute fecerunt progreſſus.

Hiſtorici aſſerunt Franciſcam noſtram jam anteà fuiſſe Præfectam Conventui ſancti Joannis de Pœnitentia in urbe Toletana, univerſâ acclamatione, tum ob præclaram adminiſtrationem, tum ob inſignem ſubditarum profectum. Nullas hæc regio in rigida regularum Monaſticarum obſervatione, neque in charitatis exercitio, pares habebat aut ſecundas. Unde terrificus oritur mœror inter Sorores, dum mortem illi imminentem conſpexerunt.

Conventus Grignonienſis, ubi jacet, monumentum ejus, ſuum præcipuum decus eſſe arbitratur & propugnaculum, atque ex illius ſanctitatis commemoratione amplum reportat ſolatium. Celebratur Franciſcæ memoria potiſſimum anno 1525. Martyrologium Franciſcanum illam proponit quinto die Novembris.

B. Lucia virgo jure & merito honorificum obtinet locum in noſtris Annalibus, quoniam præter juſtum fundatricis Monaſterij ſanctæ Claræ Nurſienſis in Umbriæ provincia, à Sororibus Religioſis Tertiariis occupati, titulum, ſanctiſſimam ibi vitam exegit, vota ſolennia ſtricte obſervans, & inhærens omnino Patris Seraphici veſtigiis. Diverſa, operata eſt miracula, quæ undique àd venerationem Illius Reliquiarum fideles alliciunt. Dies cultus ejus notatur 12. Januarij. Pater Gonzaga differens de Conventu Nurſienſi, qui decimus ſeptimus numeratur Provinciæ ſancti Franciſci, illam non omittit. Annales noſtri de ea loquuntur anno 1530.

B. *Helena à latere* inter Religioſas Tertiarias plurimum emicat: cunctis virtutibus in gradu eminenti cumulatur. Patientia præſertim enitet in variis tribulationibus, quæ illam agitarunt, & in pluribus morbis, quibus divexata fuit. His verbis: *Omnis qui invocaverit nomen Domini ſalvus erit.* Rom. 10. plenâ conſolatione perfundebatur: mente illapſu divino illuſtrata, & corde cœleſti igne ſuccenſo, etiam ipſum corpus ineffabilem ſentiebat ſuavitatem, quâ dolores omnes leniebantur. E vita migravit in Monaſterio ſancti Spiritus, & in oppido, quod *de Turribus novis* communiter nominant. Cenſetur decimumoctavum Provinciæ Luſitaniæ à Patre Gonzaga.

Beata Helena à latere ita feliciter obiit, ut corpus ipſum in teſtimonium ſanctitatis animæ, in mortis articulo, lumine radianti circumfuſum fuerit, quo permotæ Sorores vel adhuc illam poſſidere viventem cupiebant, vel comitari in æterna felicitate. Barezzus de Helena loquitur lib. 2. cap. 53. anno 1534. Martyrologium noſtrum de ea facit mentionem 13. Maij.

B. LUDOVICA DE ALBERTONIBUS, Vidua.

BEATA Ludovica, quam vulgo cogno- minant *de Albertonibus*, quamvis ex illuſtrioribus Romæ familiis genus ducat, multo magis ſpectabilis eſt morum integritate & gloria miraculorum. Præſtantiſſima hæc vidua inſigne fuit ornamentum Tertij noſtri Ordinis. Charitate erga pauperes potiſſimum enituit. Panem mendicis largiens, nummos aureos permiſcebat, qui auſpicatò inter quorumdam manus cadebant, quibus divina favebat providentia, Ludovica noſtra interim ſua dona divinæ Majeſtati offerente, ut Deus ipſe illorum eſſet largitor.

Gonzaga ſic loquitur producens manuſcriptum Hiſtoriæ ſecundâ parte, ubi tractat de Conventu ſancti Franciſci Romæ inſtituto trans Tyberim. Hic corpus jacet Ludovicæ in benedictione cum hoc Epitaphio & Verſibus monumento marmoreo inſculptis, qui ſequuntur.

Iacet hic B. Ludovica, filia Stephani, Petri, Mathæi de Albertonibus, uxor Iacobi, & ſocrus D. Nicolai Mutt. Vixit annos 60. Animam altiſſimo Creatori ſuo reddidit ultimo Ianuarij 1530.

Cælitum conſors fueris, quibus otia poſce;
Ludovica, tuis, noſque tuere malis.
Da modo te facilem ſanctiſſima, Numine dextro,
Quo miracla facis tot, pia & affer opem.

Oblivisci nefas eſt, quod Senatus, Populuſque Romanus, quotannis inviſant trigeſi-

A mo primo Jannarij, ejus quidem obitus die, Sacellum ubi Ludovicæ requieſcunt oſſa, & erigitur effigies, Miſſæ interſunt, & quatuor cerea funalia offerunt, ac divino ſanguini per ſacra libando poculum argenteum. Videtur ſupra ſepulcbrum lampas ſemper ardens.

Pia hæc ædicula reſtaurata fuit & multum locupletata à Baltazare Palutio de Albertonibus Marchioni de Raſina. Ludovicæ cineres in priſtinum reportatæ ſunt monumentum, ſummo Pontifice Urbano VIII. permittente, qui vivâ voce mentem ſuam declaravit Joanni Garſiæ Millino Cardinali Emi-
B nentiſſimo: recenter additæ ſunt ſequentes Inſcriptiones.

Quod Senatus, Populuſque Romanus Ludovicam filiam Petri Mathæi de Albertonibus, Rom. ſingulari pietate proſecuturus, ultimum Ianuarij diem, quo feliciſſime convolavit in cælum per Curiam Capitolinam, annuâ à judiciis, ceſſatione celebrari; atque hoc ſacellum ſolemni pompâ, ut mos eſt, à Romano Magiſtratu conſuetâ liberalitate adiri, Senatuſconſulto, multis abhinc annis juſſerit: Balthaſar
C *Palutius de Albertonibus grati animi monumentum poſuit, anno Iubil.* 1625.

Sacellum hoc in quo oſſa beatæ Ludovicæ Petri Mathæi de Albertonibus filiæ, requieſcunt, pio in gentilem ſuam obſequio, ſacris oſſibus ſub veteri monumento repoſitis, antiquiſſimâ ejus imagine proprio in loco reſtitutâ Balthaſar Palutius de Albertonibus à fundamentis erexit, ornavitque anno Iubil. 1625.

B. MARIA MUGNOSIA, RELIGIOSA Tertiaria.

SINGULARI cultu veneramur 28. Maij B. *Mariæ Mugnoſiæ* memoriam, cujus virtutes ſummis laudibus extollit Blaſius Raguinus in ſuo Commentario. Mors ejus, quam triginta annos nata obiit in Conventu ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Alcarazio 1533. pretioſa fuit, & ſanctiſſimæ vitæ clauſula.

Conſtat quidem omnis labis non fuiſſe expertem, quam rigidâ pœnitentiâ & tanto fervore abſterſit, ut noſter Ordo eximium ab ea receperit ornamentum. Dæmon aggreditur

D Mariam Mugnoſiam tam violento impetu, ut tentationis ponderi ſuccumbens, è Monaſterio abierit, nec etiam domum paternam, ſit reverſa.

Vix atroci illo ſe flagitio impiat, cum ad imitationem ſancti Petri uberes profundit lacrymas, quæ vultus pellem dettahunt ac evellunt, atque genas excavantes, quaſi canaliculos effodiunt: inde ad extrema penè devenit: ſed miro fruitur ſolatio ex divinis tum illuſtrationibus, tum gaudiis quibus demulcen-

tur animæ Sanctorum, viſionibus ſcilicet præclaris, extaſibus, & cœleſtium arcanorum declaratione.

Sancti Joannes Baptiſta & Antonius ſemel illi apparuerunt, certam illam facientes de noxarum venia: unde Abbatiſſa & aliæ Religioſæ ſummam hauſerunt lætitiam, Maria Mugnoſia tantam narrante prærogarivam: prætereà patefecit illis quanto Deus amore A proſequeretur earum domum, quam ſacrata Virgo decimo quinto quoque die inviſebat, ſingulis impertiens Sororibus ſuam benedictionem, eaſque tanquam dilectas intuens filias. Hanc veritatem confirmabant duæ Religioſæ eximiâ virtute præſtantes, quæ vidiſſe die quodam Sabbathi ſupra altare primarium venerabilem aſſeverabant Dominam coruſcanti lumine circumfuſam.

BB. DOMNA, ET MALDONATA.

BEATA Domna Tertiaria Sicula à Scriptoribus nobis proponitur, ut perfectum ſanctitatis exemplum, quam Deus gloriâ miraculorum ante & poſt mortem decoravit: dum viveret, ſepeliri ſe velle declaravit in Conventu ſanctæ Mariæ de Jeſu, Fratrum Minorum de Obſervantia. Undecimus numeratur Provinciæ Siculæ, juxta Gonzagam. Illam præſertim veneramur die ſeptimo Februarij. Barezzus eam commemorat anno 1535. part. 4. Annalium Minorum l. 2. c. 35.

B. *Maldonata* vidua honorificentius nequit celebrari quàm verbis ipſiſſimis Patris Gonzagæ è tertia parte hiſtoriæ Ordinis Seraphici expromptis, ubi recenſet quæ attinent ad Conventum ſancti Franciſci de Beluiſio, qui eſt quartus Provinciæ ſancti Gabrielis. *Venerabilis Domna*, inquit, *quam* Maldonatam *cognominant, è vita migravit anno Incarnationis Dominicæ 1535. Florebat tam eminenter præclaris & frequentibus præſagiis, ut plerique illa in dubium revocarent, vel ſecus, & in malam partem interpretarentur. Subjecta rigido Placentini Epiſcopi examini, non ſolùm ab omni labe immunis declaratur, ſed omni honore digna, propter eximiam perfectionem, illuſtriſque Dei famulæ famam adepta eſt.*

A tenens unguiculis Clauſtrum ineundi vehementi deſiderio flagravit, fletus, orationem, & jejunium adhibens, ut à Patre copiam obtineret, qui eam matrimonio copulavit cum Molina Sanchezio, nobili & egregio Hiſpano, urbis Belviſianæ civi. Affinitas utique fortunata & proſpera, quia Maldonata ex ſtirpe oriunda erat, non minus clara meritis majorum, quam virtutibus mariti perinde ac uxoris: mirabantur omnes cœleſtem concordiam ſponſi & ſponſæ, quæ libere ſtudio pietatis incumbebat, ipſo illam ſtimulante Molina Sanchezio. Tertium Ordinem amplexa eſt, cujus obſervabat leges operâ ultro navatâ & inſigni, additis nempe pluribus abſtinentiis, & flagris ſupra modum.

Concionibus & Miſſæ aderat ſedulò, conſiderans attentè vitam Chriſti & mortem. Celebratur potiſſimùm dono lacrymarum & B extaſis. Sæpe alimentis cœleſtibus ſe confirmabat, cum profunda humilitate, quâ ſe cognoſcens tanto favore indignam, per longum tempus cor ſuum adornabat. Piis completis exercitiis in noſocomia convolabat, & in peculiaria pauperum tecta, eos ſublevans largitionibus amplis, & ad illorum ſolatium exercens officia viliora; fervidis inſuper illos exhortationibus invitabat ad patientiam, & ad cæteras virtutes colendas.

Domus ejus miſerorum erat refugium, maximeque peregrinationem obeuntium ad ſacram ædem Jacobi Apoſtoli, Compoſtellæ: C docebat eos Orationem Dominicam, Angelicam Salutationem, Symbolum Apoſtolorum, Dei Mandata, denique illos ad peragendum rite ſanctum iter erudiebat: delicatiores ſuæ menſæ cibos, & magis pretioſa inſtrumenta domeſtica vel commodiora, imo interdum omnia egenis largiebatur.

Propter ſublimes illuſtrationes, quibus arcana detegebat, atque præmonſtrabat futura, falſas plures & iniquas criminationes in ſe concitavit. Epiſcopus Placentinus, ſicut ſuperius narravi, auctore Gonzaga, in eam inquiri juſſit: idoneis tamen & gravibus teſtibus apertè probatur, omne quodcumque prædixerit, reverâ præſignificatos exitus habuiſſe: exploratâ denique univerſa illius geſtione, conſtat D nemine contradicente, quin potius cunctis acclamantibus Maldonatam nihil agere, nihil cogitare, quod non ſit cum ſumma laude conjunctum; magno quidem cum pudore inimicorum, qui prius illam velut ſimulatæ virtutis vanam oſtentatricem condemnabant, atque commercium habere cum Dæmonibus arbitrabantur.

Suæ ex marito ſorori prægnanti prænunciat filium enixuram fore, qui divino cultui ſe conſecraret, in diſcalceatorum ſancti Franciſci Congregatione; quod reapsè feliciter contigit, juxta vaticinium. Sicut efflagitaverat humatur in Conventu FF. Minorum Beluiſiorum. Martyrologium Franciſcanum de illa mentionem facit nono die Novembris.

VITA BEATÆ ANGELÆ DE DISENZANO, VIRGINIS.

CAPUT PRIMUM.

Iuventutis curriculum.

LUcis uſura incipit frui in urbe, quam vulgò nominant Itali *Diſenzano*, ſecundum ripam lacus Benaci, inter Brixiam & Veronam ſitâ. Patre orbata & matre ferè ab incunabulis, ſub patrui tutela remanet, atque ex eo tempore miram ad omnes virtutes proclivitatem oſtendit, ad virginalem præſertim munditiam.

A Deus deſtinans Angelam ad inſtitutionem Ordinis filiarum ſanctæ Urſulæ, præclari hujus conſilij fundamenta poſuit in illius mente, quam cito donorum cœleſtium ubertate cumulavit: nec virium defectione, nec tenuitate ætatis, à ſublimioribus exercitiis avocatur: contemplationi rerum divinarum ſedulam navat operam, cui adjungit ſeveriores corporis cruciatus, jejunia ſcilicet & vigilias, parcè dormiens, & pro lecto ſimplicem adhibens tabulam.

B Multùm oblectatur in vita Sanctorum legenda, ad quorum imitationem vehementer inflammatur. Quamvis tunc rarò Chriſtiani ſacra uſurparent myſteria, mox ut licuit Angelæ noſtræ cœleſti pabulo refici, ad divinam frequenter accedebat ſynaxin. Tertij Ordinis Franciſcani famâ allecta, illum magno ardore amplexa eſt, novis ſe auſteritatibus dilanians, quæ in Regula Tertiariorum minime præſcribuntur.

C Patris Seraphici paupertas plurimùm Angelæ arridebat, quæ nil in veſtibus aut ſupellectili patiebatur niſi abjectum & vile. Clarebat eò lucidius virtus hæc in illa, quò magis erat ultronea, cum ipſi luculentæ ſuppeterent opes. Victus etiam quotidianus erat illi faſtidio, niſi mendicatò quæreretur. Saccus cilicinus, quo ſine intermiſſione utebatur, dirè torquebat ejus carnem: ſilex, quem pro pulvinari adhibebat, & lignorum faſces, quibus conſtabat cubile, matta ſtraminea tegebat, ubi ſomno ingraveſcente quieſcebat paulisper.

Nunquam pro potu vinum admiſit, niſi diebus Nativitatis, & Reſurrectionis Domini. Solis pane, aquâ, & legumine veſcebatur: Tempore Quadrageſimæ, tribus cujuſlibet hebdomadis diebus nil omnino manducabat: cæteris verò ſuos ob oculos apponebat tres ficus, totidem nuces, & totidem caſtaneas, eligendi quem mallet cibum, optionem ſibi deferens, deinde illum cum fruſtulo panis ſumebat, atque interdum totas hebdomades traducebat abſque alia refectione.

Eſcâ divinâ, ſeu Euchariſticâ mirifice recreabatur: qualibet anni tempeſtate ſubuculam non induebat, niſi omnino madefactam: nec ſane modica pœna eſt, imo potius valde moleſta, ſæviente frigore.

Volenti illam abducere à tantis vexationibus, & objicienti homines fragiles eſſe, & moribunda corpuſcula vim ferre doloris non valere, alacriter reſpondet & generoſe: Fragilia corpora humana non negem, ſed non " uſque adeo quin uſque ad tolerantiam om- " nis adverſi, ſat virium habitura ſint; niſi " major multo eſſet infirmitas animorum. Illa " eſt quæ viro indignos ejulatus, & mulie- " bres atque humiles voces elicit. Quid eſt " enim, oro te, cur impoſſibile homini cen- " ſeas, quod ſæpe olim & potuiſſe vides ho- " minem & feciſſe? Nec minor, inquit, eſt " mulierum generoſitas, modo gratiam Dei " in vacuum non recipiant, nil difficile mu- " lieri, quæ Deum offenſum conſiderat, quæ " flammas Inferorum incenſas contemplatur, " & Regnum æternum pro mercede paratum, " quæ Chriſti dolores lamentatur pro pecca- " toribus exantlatos: denique nil jucundius, " nil glorioſius, quam pati pro Chriſto, & " cum Chriſto crucifixo. "

CAP. II.

CAPUT II.

Provectior ætas, ſanctuſque obitus.

QUò natu grandior fit Angela, eò virtutibus eſt præſtantior: dum patitur divina extollitur in aërem. Proficiſcens aliquando in urbem, quam jam nominavimus, communiter *de Diſenzano*, locum reperit quietum & ſolitarium, & valde idoneum ad contemplationem, ubi videt ſcalam è terra cœlum attingentem. Virgines binæ & binæ, magnificâ ornaræ coronâ aſcendebant inter duos Angelos, qui fronte geſtabant lapidem emicantem & immenſi pretij, cytharas tangentes cum muſicè modulati carminis harmonia. Audit eodem momento Angela hæc verba cœleſti voce prolata: *Chariſſima Angela, tu inſtitues ante mortem Chorum Virginum hiſce quas vides ſimilem.*

Paucis poſt diebus compellitur interius ſacra viſitare loca quæ Chriſtus ſuâ præſentiâ honeſtavit: Hieroſolymorum civitatem adiens vim lacrymarum profundit, ubicumque Jeſus pretioſum fudit ſanguinem, præſertim in monte Calvariæ. Antiqua Romæ monumenta tot jacula ignita in cor ipſius vibrant, quæ illam penitus divino accendunt amore. In Longobardia longius commoratur in monte Varallo, ubi plura priſci & novi Teſtamenti myſteria in diverſis ædiculis exarata & depicta conſpicit cum profunda attentione. Repetito ibi cœlitus juſſu Congregationem Virginum inſtituendi, cujus executionem diſtulit, præ animi Chriſtiana abjectione, ſevere arguitur à Chriſto Domino, & acribus flagris ab Angelis excipitur.

Angela protinus omne detegit arcanum ſuæ conſcientiæ moderatori, qui probe cognoſcens profundam humilitatem, ſublimeſque alias dotes Dei famulæ, illam fortiter excitat ad ſeipſam nutui divino ſubjiciendam. Præclaro huic operi tota incumbit: ſeptuaginta ſex filiæ ferventer accedunt, ut tanti Ordinis jaciant fundamenta, cui titulum ſanctæ Urſulæ Angela imponit, electa in Superiorem à cæteris: Eximias præſcribit Regulas, tum ad generalem Conventuum adminiſtrationem, tum ad peculiarem quarumlibet Re-

A ligioſarum profectum, ubi evidenter Angelæ peritia & charitas elucent.

Deus tamen, cujus conſilia adoratione digna ſunt, non diſputationibus indaganda, citò poſt illud inſtitutum celerem dat meram vitæ tam admirabili: ante obitum tamen Congregationis ſuæ prorectores eligit, viros integerrimos, quibus nulla ſuſpicionis labes aſpergi poteſt, atque matronas octo ſpectatæ virtutis & probatæ, in quarum mentes effundi poſtulat ex alto benedictiones, ut earum interventu Urſulinæ rite gubernentur. B Regulæ non ſolum Epiſcopum Brixienſem habuerunt probatorem, ſed etiam confirmatæ ſunt auctoritate Eminentiſſimi Cardinalis Caroli Borromæi, Mediolanenſis Archiepiſcopi, Legati Apoſtolici.

E certitudine mortis proximæ incredibile gaudium hauſit, cujus erant teſtes genarum ſubrubens candor, & micans radiis vultus: nunquam memorari poteſt obitus magis felix aut tranquillus: extremum reddidit ſpiritum anno 1546.

Diſſidium inter duas Eccleſias ortum de ſeC pultura cauſa fuit quadraginta dierum procraſtinationis, antequam tumulo mandaretur. Hoc in rerum concurſu ſanctitatem Angelæ diverſis indiciis Deus manifeſtavit. Venerandum corpus cœleſtem afflabat odorem: mirum dictu, ſed effectu magis mirabile, corpus mortuum quaſi vivum creditur, nec mors illi videtur dominari, cum ſigna externa, quæ vitam ſolent præſentem probare, pellis ſcilicet laxitatem, nativi quandam ſpeciem vigoris, & alia id genus, intuentium oculis exponat. Stella valde coruſcans ter apparuit, & continenti ordine ſupra illud velut D lineâ ad perpendiculum ductâ.

Sepultum fuit in Eccleſia Canonicorum Regularium ſanctæ Affræ, quæ cum altera diſceptabat de humatione. Beatæ Angelæ memoria perſeveravit ſplendide inter fideles, quà virtutum ejus ſublimitate, quà Congregationis Urſulinarum celebritate, quæ non ſolùm in Italia magnam nominis exiſtimationem conſecutæ ſunt, verùm etiam in Gallia, ubi quoque tunc miros facit progreſſus ad gloriam Dei, & Religionis incrementum. Scripta fuit illius hiſtoria à Patre Hugone Quatræo Sacerdote Oratorio.

Digitized by Google

TRES BB. ADOLESCENTES INDI, Martyres.

A Martyrologio Franciſcano copulantur in martyrio cum beato Joanne Galero, qui vulgo cognominatur de ſancto Spiritu, & apud Fratres Minores colitur tanquam Ordinis Seraphici decus & ornamentum. Cœleſti zelo ſuccenſus, cum licentia Superiorum in Indiam Occidentalem proficiſcitur fidei Chriſtianæ annunciandæ gratiâ.

Ad Chriſtum addnxit multos infideles, quorum quidam ignavi & ſceleſti in priſcas ſe denuò tenebras retrudentes, Joannem Calerum obvium habuerunt, qui eos obteſtatur ardenter, ne tantâ inſaniâ ſeipſos in damnationem æternam præcipitent. Irritas eſſe videns juſtas ſuas obſecrationes, ſecedit. Hi verò perfidi & crudeles inſectantur illum injurioſe tractaturi, & diſcerpturi. Calerus itaque genua flectens, Deo ferventer gratias agit de proxima corona martyrij: deinde ab hiſce ferocibus monſtris trabe conquaſſato capite perimitur.

In ejus comiratu tres noſtri Adoleſcentes Tertiarij tunc temporis erant, fueruntque participes auguſti ejuſdem triumphi, vitamque amiſerunt propter Chriſtum anno 1541. pari crudelitate, ſimilique ſupplicio, Baptiſmi ſacramento, documentiſque Chriſtianis ſuſceptis à B. Joanne Calero, cui celebranti Miſſam & omnes alias Eccleſiaſticas functiones obeunti, aſſidue miniſtrabant.

Gonzaga narrat hanc hiſtoriam primâ part. & quartâ originis Seraphicæ Religionis. Pater Rapinæus in Recollectorum Annalibus amplam de illa facit mentionem, proponunturque hi Martyres trigeſimo die Octobris.

BB. PAULA DE COSTA, MARIA *De Fonte*, Marina Alvarezia, aliæque Religioſæ Tertiariæ.

Beata Paula de Coſta, vel Gambara, Comitiſſa Bennæ in Gallia Subalpina, ſeu Pedemontio Tertio noſtro Ordini cœpit jam vidua nomen dare, tanto ardore, ut ſanctitatem ejus honoraverit Deus miraculorum gloriâ. Bennæ corpus ejus integrum & illæſum exponitur venerationi publicæ, quamvis oriunda ſit è Provincia Brixienſi. Confluunt undique fideles ad illam colendam, utque ſeipſos & ſua negotia commendent ejus precibus. Florebat circiter anno 1545. Pater Arturus Paulam commemorat die vigeſimo quarto Januarij.

B. *Maria de Fonte* præſtantiſſima erat Religioſa Tertiaria, cujus Blaſius Raguina deſcribit præclara facta in ſuo Commentario. Incomparabilis ejus aſſiduitas in exercitiis pœnitentiæ, rigidaque abſtinentia, facem præferunt & exemplum perfectis quibuſcumque Dei famulis. Munns Magiſtræ Novitiarum obiit in Monaſterio de Corpore Chriſti, Villæ-novæ, de Provincia Carthagenenſi, in Hiſpania. Deinde viginti poſt annis præficitur Conventui, cui cognomen *Beatarum Rabazetenſium*, & ubique radios inclytæ virtutis ſpargit. Tandem in longo & gravi morbo anſam captans libenter patientiam exercendi, extremum ſpiritum exhalavit circiter anno 1545. die 16. Septembris, aperte declarans, nil jucundius unquam fuiſſe, quam pati propter amorem Chriſti.

Plurimum ornatur regio Carthagenenſis, *B Marinæ Alvareziæ* viduæ (Marci cognomine) meritis, quæ noſtræ Congregationis ornamentum fuit. Pietas ejus eminens erat: in oppido Rabazetenſi lucis uſuram accepit, & iniit matrimonium. Facto functo illius ſponſo, domum petiit Eccleſiæ primariæ vicinam, ubi unà cum duabus filiabus, *Maria Alvarezia Marci*, & *Alvarezia* tertij Ordinis habitu induitur. Sanctiſſima, quam ibi exegit ſpatio duorum & viginti annorum, vita mirabiliter auget perfectionem, quam prius comparaverat. Notatur ejus mors anno 1551. die 17. Februarij.

Recens plane eſt virtutum, & inter alias, beatæ *Birgittæ Gonzaleziæ* memoria in Monaſterio immaculatæ Conceptionis ſacratæ Virginis, oppidi Talaminæ, vulgo *la Vega*. Ægrotantis Antiſtitæ ſalute inclinatâ, noſtra

Birgitta, quæ ſeipſam præ intimo humilitatis ſenſu vitæ indignam judicabat, Deum oravit ut morte ipſa abriperetur, pro Matre præpoſita fructus uberrimos Sororibus afferente. Exaudita eſt Birgittæ oratio; Abbatiſſa eodem momento integram recuperavit ſanitatem: Birgitta verò illius morbo affecta, confeſtim atque feliciter è vivis exceſſit. Conſtat ex Hiſtoricis vixiſſe anno circiter 1556. Docet Martyrologium Franciſcanum occubuiſſe die 55. Octobris.

B. *Euphraſia Rodriguezia* eundem Conventum maxime honeſtavit, ubi vota ſolennia nuncupavit, omniumque virtutum inſigne ſpecimen exhibuit, in illum ſplendorem diſciplinæ priſtinum reducens ferventi exemplo & ſalutaribus monitis. Noctu diuque Paſſionis Jeſu Chriſti meditationi vacabat, vim lacrymarum profundens, pectuſque tundens ingenti & duro ſilice. Ab omni prorſus cibo abſtinebat à feria quarta in Cœna Domini, uſque ad Paſchatis ſolennitatem. Enixe poſtulavit à Deo, ne lentâ ægritudine laborans Sororibus ſuis oneri eſſet; quodam ergo die Veneris derepente virium defectione correpta ſuum deſiderium arbitratur effectum conſequi: reverà divinis munita Sacramentis emittit ſpiritum. Auctores nominant Euphraſiam virginem Tertiariam, atque affirmant claruiſſe anno circiter 1560. & deceſſiſſe die 5. Auguſti.

Bernardinæ de Rota magnus debetur cultus. Blaſius Raguina celebrat potiſſimùm illius abſtinentiam, pietatem, Charitatem. Loco induſij, ſegeſtri utebatur, ſive texto cannabino ita rudi & aſpero, ut verum eſſet cilicium, cujus auſteritas augebatur cingulo ſetoſo, quo pellis exulcerabatur uſque ad ſanguinis effuſionem E fragmentis panni, quæ Sorores aliæ rejiciebant, ſuas componebat veſtes, & cellulæ tabulatum pro lecto habebat, necnon vitis ſarmenta pro plumula & cubilis linteis. Jejuniis Eccleſiæ & Regulæ ſingulos addebat dies Sabbathi, quibus pane & aquâ parce veſcebatur.

Jus herbarium aquâ mixtum, quæ vaſarij culinarij ſupellectili purgandæ inſervierat, totum erat & illius exquiſitius ferculum. Auſteritatibus debilitata, quidpiam reliqui cibatus Sororum ſumebat. In mediis occupationibus externis per diem meditationi dabat operam ſine intermiſſione, quam cum adveſperaſceret, prorogabat impenſius ad multam vigilans noctem. Longiore tempore innixa genibus, callum ſibi in hac parte obduxit ita durum, ut camelis ſimillima eſſet. Quamvis in precibus videretur aliis defixa & immobilis, ſummo attenti animi ſtudio, tamen ad utilitatem Conventus fortiter laborabat, è colu fila ducens, & carpens lanam. Pro meritis Monaſterij ſancti Clementis gubernationi præponitur, cui per ſexennium egregie præfuit; dein munus idem obitura eligitur in Conventu, quem vulgo nomioant *Vez*, ubi vitam cum morte commutat anno 1560. die quarto Octobris. Celeberrima domus Corporis Domini noſtri, ubi votis ſolennibus ſe obſtrinxit in Tertiariarum Congregatione Bernardinam de Rota veneratur ſuum tanquam decus & ornamentum.

B. *Leonora à ſancto Ioanne* prima Abbatiſſa Monaſterij ſanctæ Mariæ de Angelis, Granatenſis plurimùm illuſtrat Tertium noſtrum Ordinem. Gradus eminens contemplationis dono lacrymarum junctus illam reddit oppidò inſignem. Aſſerit Gonzaga deceſſiſſe ibi anno Domini 1563. tam eximiâ virtute præditam, ut Deum ſolum in amore & deliciis habens, ſoli Deo adhæreret, in quem ſuaviſſime erat effuſa. Præ nimia fletuum copia, quam Chriſti meditatio cruciatuum eliciebat, oculos perdit, & omnino fit luminum expers. Barezzus tamen aſſerit illam viſum recuperaſſe ante obitum, qui contigit anno 1563. die 10. Januarij.

B. ALDONZA PANTOXIA,
Virgo Religioſa.

NOn tam commendatur ex dignitate ſuperiori Monaſterij Tertiariarum, in Hiſpania, provinciæ ſancti Gabrielis, quod vulgo nominatur *de ſancto Spiritu*, & ſitum eſt in valle dicta communiter ab Hiſpanis, *Arrago*; non tam, inquam, celebratur ex his titulis, quam ex virtutum ſplendore. Magnâ delectatione afficiebatur & valde purâ noſtra Aldonza in hoc Conventu, qui nomine tertiæ ſanctiſſimæ Trinitatis Perſonæ donatus, Paracleti, ſeu divini conſolatoris præſentiâ cor illius demulcebat: ob id præſertim peroptabat impensè ibi commorari.

Præcipiente Concilio Tridentino Religioſas omnes ſe recipere intra urbium muros, obtemperavit quidem Aldonza, ſed Evangelicâ violentiâ, quæ regnum cœleſte rapit; generoſe relinquens campeſtrem Conventum quem peramabat, ob ſolitudinis tranquillitatem.

Anno 1566. In ipſo exitu, humi procumbens coram auguſtiſſimo Sacramento, Deum obſecratura cum lacrymis, ne reipſa permitteret illam hinc egredi, vel alibi ſepeliri, in gravem incidit morbum eodem momento, quamvis anteà rectè valeret, atque divinis ſuſceptis Sacramentis è vita migravit, ſummâ geſtiens lætitiâ, Deoque gratias agens, quod votis ſuæ famulæ obſecundarit.

Hoc mirabili eventu perſuaſæ Sorores;

quantum Aldonza divinæ grata eſſet majeſtati, illam terræ mandant ſolenniter, priuſquam alium in locum ſe conferant, & ex ejus tamen obitu ingentem capiunt dolorem: Elapſis poſteà ſex annis ſepulchro illius fortuito caſu aperto, corpus reperitur ab omni corruptione immune. Odorem ita ſuavem ſpirabat, ut fideles ad illud venerandum alliceretur per totam iſtam regionem: beata & ſancta prædicatur unanimi voce. Commemoratur in Martyrologio Franciſcano die ſeptimo Septembris. A quibuſdam Hiſtoricis *Pantoia* vocatur.

B. BEATRIX A S. FRANCISCO, *Vidua, Religioſa.*

MAtrimonium, quo Beatrix obſtringitur, ex ejus memoria non expungit Religioſæ profeſſionis prærogativam & felicitatem, quam ardenter peroptat nil tamen omittens conjugij legum. Voto ſe illigat, ſi marito ſuperſtes ſit, Monaſterium fore conſtructuram; quo defuncto, ſtat promiſſis, repletque illud Religioſis cœlitus demonſtratis.

Quadam nocte dormiens videt ſupplicantium filiarum agmen inſtructo ordine procedens, quæ veſtiuntur panno coloris cinerei, „ auditque vocem exclamantem: Habitum „ quem gerimus intuere; hic eſt quem Deus „ tibi ab æterno deſtinat: hunc indue, ut ſan„ ctitatis faſtigium attingas. Incredibili perfuſa conſolatione, ex ante diluculum primum narrat viſionem ſociæ cuidam & participi arcanorum omnium, quæ animo idem moliebatur: Ambæ unanimiter curant ſibi parari veſtes ſimiles iis quas Beatrix in quiete perſpexerat.

Illas confeſtim Patri Marco Ulyſſipponenſi offerunt, quem ſæpe laudo, velut Annalium Auctorem Fratrum Minorum, qui tunc Epiſcopus Portuenſis erat in Luſitania, id eſt, loci de quo agitur, Diœceſis. Illuſtriſſimum Antiſtitem enixe rogarunt, ut benedictione impertitâ, uſum permitteret.

Cognoſcens illa veſtimenta Tertiariorum veſtibus plane conformia, eò libentius Beatricem & ſocias admiſit inter Franciſcanas Tertiarias, quo certior factus eſt de voto, & antiquo ejuſdem Beatricis deſiderio, atque cœleſti revelatione. Sub illo igitur pœnitentiæ amictu domum paternam repetierunt, donec in novo Conventu poſſent habitare.

Nec oppoſitio parentum, nec blandimenta quibus conantur tam egregium conſilium infringere, perterrent Beatricem vel affeclas; imo potius, quo plus violenti ſunt obices, plus firmatur ardor, & accenditur zelus Religioſæ vocationis. Villa-longa non longe diſtans ab urbe Ulyſſipponenſi locus eſt noviter conſtructi Monaſterij *beatæ Mariæ de Poteſtatibus*, ubi noſtra Beatrix unà cum multis filiabus eximiis, quas præclaro ſuo exemplo irretivit, ſolennia nuncupat vota. Pretioſa illius mors ſanctiſſimæ vitæ colophonem addidit, in bocce Conventu decimo-quinto die Novembris anno circiter 1570. Gonzaga de ea honorifice loquitur.

Expenditur *Beatricis à ſancto Franciſco* virtus trutinâ perſeverantiæ, quæ in illa fuit inſignis. Perſeverantia quædam animi conſtantia eſt obfirmantis ſeſe adverſus diuturnitatis incommoda: ecce quomodo ſe gerit illa: ſicut enim ſaxa, quæ per montem prona devolvuntur, incuſſa ſæpius ſubjacentibus petris, majore vi incidunt, ita Beatrix novas aequirit vires adverſariorum contradictione.

B. MARIA MONACHA, *Virgo, Religioſa.*

PRofeſſionem Religioſam emiſit in Monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ Alcazarino, Diœceſis Toletanæ. Meditatione rerum cœleſtium, humilitate, patientiâ præcelluit. Hiſtorici Mariam Monacham beato Fratri Junipero ſimilem prædicant, ob animi candidam ſinceritatem: ab omni cibatu, quem partum noverat cujuſpiam animantis occiſione ſibi prorſus temperabat, oculos ſuam conſervare vitam cæde & ruinâ creaturæ ullius, etiam ratione deſtitutæ.

Celebratur voce unanimi & publicâ, temperatis ita; moderatiſque moribus præſtitiſſe, ut credant omnes diem clauſiſſe ultimum in ea puritate, quam illi contulerunt ſalutares Baptiſmatis aquæ. Religioſæ ac cæteri, qui cum noſtra Maria Monacha ſingularem inierant conſuetudinem, affirmarunt nullâ cogijici ratione illam aliquando commiſiſſe noxam mortiferam.

Famâ ſanctitatis populi commoti ad eam accedebant illi, tum ægritudines, tum res domeſticas commendaturi, quam arbitrabantur multâ apud Deum gratiâ pollere. Aſſiduitas in meditatione, cui dabat operam diu noctuque Monacha, nullo pacto illam amovebat ab exteris occupationibus monaſticis, & ubique ac ſemper exitus habebat felices.

Benignitate & moderatione præcellebat in agendo, licet inter moleſtias & contradictiones verſaretur, nunquam à ſe diſcedebat, ſed ſemper eadem ac ſibi conſtans cordis ſervabat tranquillitatem, & vultus æquabilitatem firmiter tenebat. A Sororibus compulſa, ut legere & ſcribere diſceret, maluit inſcia

& ignara permanere; neſciri percupiens & pro nihilo reputari, à ſacrata Virgine obſeerat doceri quicquid expediret: Dei Genitrix illam avertit à lectione & ſcriptura tanquam ſtudiis inutilibus, quæ mentis pacem plerumque perturbant.

Confirmatur deinceps in mentis ſimplicitate, quâ immenſa aequirit & congerit merita: ſeipſam rigidis torquet auſteritatibus, & paupertati Evangelicæ maxime ſtudet. Exiſtimant Hiſtorici mortuam eſſe anno 1573. die 28. Septembris, in Conventu Alcazarino. Sic opinantur Pater Arturus in Martyrologio Franciſcano, Marianus lib. 6. Chronicorum ſtrictæ Obſervantiæ cap. 27. Thielmanſius tom. 2. Virorum Illuſtrium Ordinis Seraphici, qui omnes illi præſertim tribuunt columbinam ingenij ſinceritatem.

BB. CATHARINA EVANGELISTA, Franciſca de ſancta Cruce, & aliæ Religioſæ Tertiariæ.

IN urbe *Aimiela* nomine, Provinciæ Caſtellæ Catharina Evangeliſta virgo, virtutum eminentiâ maxime floruit. Ex antiqua traditione à præclaris Scriptoribus confirmatâ colligimus ibi fuiſſe conſtructum Monaſterium ab Alphonſo Camilono Equite Torquato militaris Ordinis Calatravæ, hujus urbis Gubernatoris & Commendatoris.

Egregius iſte vir, qui Tertiarias amore ſingulari proſequebatur, præter hancce præclaram liberalitatem juſſit ambulacrum ſuis ſumptibus fieri ab earum Conventu uſque ad beatæ Mariæ Templum, ubi deficiente Eccleſiâ peculiari, Miſſæ intererant, divinis reficiebantur Sacramentis, & horarium precum ex formula recitandarum penſum exolvebant.

Ob pacificam hujus prærogativæ poſſeſſionem, nullo ſe ſcripto munierunt titulo; itaut alter Commendator ſuccedens tantâ commoditate illas privaverit, atque ſacellum interius coegerit conficere. Catharina poſteà priſco Fundatori communione ſanguinis devincta, tunc Abbatiſſa, Eccleſiæ magnificæ conſtructionem aggreditur, cui tandem extremam admovit manum anno 1573. conſanguineorum, aliorumque plurium, qui eam venerabantur, opitulatione & ſuppetiis.

Fato fungitur poſt ædificij complementum anno circiter 1573. die decimo quarto Novembris. Gonzaga de illa mentionem facit part. 3. Conventum immaculatæ Conceptionis Dei Genitricis Aimielenſis deſcribens: quindecimuſ-quintus eſt Provinciæ Caſtellæ, cujus Catharina Evangeliſta gubernaculum tractavit.

Franciſca à ſancta Cruce colitur ſingulariter, velut Monaſterij illibatæ Conceptionis Provinciæ Carthagenenſis, in urbe Alcaſarina, decus. Summâ vigebat prudentiâ & ſagacitate in Sororum moderamine: quo plus aliis indulgebat benevolâ & beneficâ propenſione, plus in ſeipſam rigida erat & ſæva, jejuniis & diris cruciatibus, quamvis pro ætate ſeptuagenariâ merito his eximeretur.

Noctes orando traducebat, atque aliquando ejus oculis Deus exhibuit crucem coruſcantem & radiis circumfuſam, ad cujus pedes ſtabat canis niger; quo ſpectaculo cœlitus docetur, quamvis Principem tenebrarum devicerit, uſque ad obitum, tribulationes minime finem habituras, quæ cruce iſtâ prægrandi figurabantur.

Franciſca de myſteriis divinis mirifice diſſerebat: loquens interdum coram Sororibus de Chriſti amore erga homines, & de flagranti charitate Patris Seraphici, ſopitis ſenſibus tota abripitur in cœleſtia, atque prorſus à Sororibus relinquitur in hoc myſtico ſomno; non expergeſit niſi poſt longum tempus, ceſſante tam mirando illapſu, quo teſtatur arcana pervaſiſſe ineffabilia: Admirationi omnibus fuit propter invictam perſeverantiam in virtutum ſublimiorum exercitio uſque ad mortem, quæ contigit anno 1574. die 22. Martij.

Eodem die Seraphicus Ordo reveretur apprimè *Mariam Dortegam* præcedentis amicam comitemque indiſſolubilem ad ſolennium votorum obſervationem, & Tertij Ordinis Regularum. Idem honor defertur *Ludovicæ Avendagno* cognomine, quæ ſucceſſit Franciſcæ à ſancta Cruce in dignitate Abbatiſſæ Monaſterij ſui, quod decimum-ſeptimum eſt in provincia Carthagenenſi. Harum trium animarum, quæ oppidò enituerunt fervor, puritas, pœnitentia, fauſtuſque concurſus illarum commorationis eodem tempore, in eodem Conventu, ubi diem clauſerunt ultimum, juſtæ ſunt rationes, cur eodem die earum memoria celebretur.

B. *Violenta Cordubenſis* ex illuſtri oriunda proſapia, multo inſignior fit virtutum ſublimitate. B. *Catharina Alvarezia*, ſoror ejus, eximiâ pietate prædita, illam habebat perfe-

ctam imitatricem, ambæque unanimi conſenſu veræ ſanctitatis ſingulare ſpecimen omnibus exhibebant. A

Violenta continuam dabat operam Paſſionis Chriſti meditationi, tanto fervore, ut Jeſu crucifixi expreſſa videretur imago. Nocte Natalis Domini adeo altæ nives premebant terram, ut Religioſæ Tertiariæ minime potuerint in Eccleſiam pauliſper diſtantem ab earum Conventu proficiſci: Abbatiſsa jubente Horas Matutinas decantari in loco ubi tunc erant, *Violenta* ætate & zelo cæteras præcedens, ſeorſim & ſola receſſit, divino Officio recitato cum aliis, ut lacrymarum copiâ & ardore inſolito, quod deerat conſueti cultus expleret, ad Nativitatem Chriſti celebrandam, qui B illi apparuit cum Regina Angelorum.

Divinus iſte Puer recenter natus deliniendæ *Violentæ* noſtræ ſanctas blanditias addebat, illam totam in cœleſtia abripiens, ſopitis omnino ſenſibus. Catharina Alvarezia ſoror ejus extaſi finitâ, illam ut narret obſecrat, quæ in mentis elevatione iſta noverat. *Violenta* confeſtim explanat quæcumque ab æterna ſapientia acceperat, eâ lege, ut ſilentio tegerentur: nec deinceps ulli patefacta ſunt hæc myſteria quandiu *Violenta* vixerit. Annos exegit nonaginta & amplius, atque fundavit Monaſterium ſanctæ Veronicæ, Murciæ in Hiſpania anno 1576. quo è vivis exceſſit. Poſtquam extremum exhalavit ſpiritum ejus cellula longo tempore cœleſti ſuffimento re- C pleta eſt. A Martyrologio Franciſcano commemoratur die 18. Maij.

B. *Maria Gonſalva de Veazio* virgo, præcellebat animi ardore, & pœnitentiæ exercitiis: completo divino cultu, viribus totis ſtudebat proximis ſublevandis, pauperum conſolationi. Monaſterium immaculatæ Conceptionis in urbe Veazia conſtructum gloriatur illam habuiſſe incolam, & ut Religioſam profeſſam Tertiæ Regulæ Franciſcanæ. In charitate nemini erat ſecunda: magis commoda & jucunda potiſſimùm aſpernabatur, iiſque ſe libenter privabat, dum ageretur de ope ferenda morbo aut paupertate vexatis: ſibi etiam neceſſaria ſubducebat, ut egenis ſatisfaceret: D nuda humus illi erat pro lecto; meditatio totâ nocte illam occupabat.

Præter ſacra & indictiva Eccleſiæ & Regulæ jejunia, rigidè obſervabat ſancti Franciſci Quadrageſimam, quam Fratres Minores communiter appellant *Benedictam*. Cruentis flagris ſe frequenter dilaniabat. Per totam ferè vitam in clauſtro munus ſacrarij cuſtodis obiit, & deceſſit anno 1577. die 24. Novembris Teſte ejus Confeſſario præcipuas partes meretur tenere inter eminentiſſimas Dei famulas.

B. IVLIANVS OBLATVS,
Aut Deodatus.

FErvido amore contemptus & abjectionis incenſus, Fratris Oblati ſeu ſervientis ſimplicem eligit conditionem in Conventu Religioſorum ſancti Franciſci de Loreto, in Hiſpania, necnon provinciâ Joannis Baptiſtæ, qui dederunt ipſi habitum Tertiarij Ejus votis ad viliores functiones propenſis Gardiani obſecundantes, perfectionem Juliani promovebant acribus monitis & duris objurgationibus.

Patientia Juliani tunc emicabat, cum genibus innixus ad pedes Correctorum agebat grates de charitate, petebat humiliter veniam, atque oſculando terram, emendationem pollicebatur. Vigiliæ, pungentia flagella, voluntaria egeſtas, omneſque corporis illius conflictationes cæteris Fratribus terrorem incutiebant. Nunquam utebatur pileo, nunquam capitio, nec calceamentis aut ſandaliis, per campos aut alibi, etiam frigore ſæviente. Obedientiam ſuas ſibi omnes ſancite leges exiſtimabat, in quibus defigebatur.

Deſidiam abhorrebat, & ne otio diffluerer, nunquam vacabat, ſed aliquid ſemper moliebatur ad ſolatium & utilitatem Fratrum: ſi aliquod ineſſet momentum vacationis ab opere externo, meditationi operam navabat, ubi Deus illum miris cumulabat favoribus.

De ſtipis redux coactione, ſalutato Superiore, mox in ſacellum beatiſſimæ Virginis ſe conferebat, genua multoties ibi flexurus, & ad multam noctem prorogaturus orationem, omni potus & cibi abjectâ recordatione. Viſus eſt interdum coruſcanti circumcinctus lumine. Dum Julianus aliquando profundè meditaretur in choro, quidam Religioſus eximiæ pietatis, illius præclaras dotes & felicitatem divinitus novit, audienſque in dormitorio harmoniam ex varia vocum fidiumque compoſitione effectam, auribus jucundiſſimam, è cubiculo exiit: deinde perſpexit beatas mentes inſtructo prodeuntes agmine versùs chorum: dum tranſeunt per locum ubi Julianus precabatur, ſuavior fit ſymphonia, & modulatio gratior in gratiam precantis; deinde omnes abeunt è conſpectu.

Spectator auditorque, tam ſublimium myſteriorum explicationem poſtulavit à Fratre Juliano, qui humiliter reſpondit, ſibi Deum ſupra merita infinitè gratificari. Hanc propter reſponſionem, qui interrogat, virtutem reſpondentis magnificat & potiori loco ducit, ob intimum humilitatis ſenſum, in qua firmiter perſeverans levi corripitur febri in Conventu oppidi apud Hiſpanos communiter *Il-*

licij nominati, & apud Gallos, *Elche*, qui primus cenſetur provinciæ ſancti Joannis Baptiſtæ, Patrum Diſcalceatorum. Moritur tandem anno 1580. die 31. Decembris divinis munitus ſacramentis.

Vir quidam eximiæ ſanctitatis cum Juliano familiaritate conjunctus, longe remotus à Monaſterio, vidit animam gloriæ plenam in cœlos aſcendentem, quæ odore cœleſti uni-
A verſum perfundebat aërem. Religioſis enarravit quantam ex hujuſmodi viſione hauſerat ſuavitatem, atque cognitâ morte Juliani, quæ contigerat eodem præciſè tempore quod notabat, habitum recepit iſto in Cœnobio, defuncti peroptans inhærere veſtigiis. Plures divinitus de illius æterna felicitate facti ſunt certi.

BB. OLALIA GOMEZIA, ET CLARA MARTINEZIA, RELIGIOSÆ TERTIARIÆ.

BEATA *Olalia Gomezia* celebris vidua, ſe reddidit inſignem patientiâ invictâ, rigidâ valde pœnitentiâ, & dono miraculorum. Floruit anno 1583 magnam nominis exiſtimationem ſibi concilians, præſertim in viduitate, quia ſtatim à mariti obitu mundo penitus nuncium remiſit. Tertius Ordo, cui jam tum nomen dat, non omnino illius zelum ſatiat; corporis cruciatus ab hac præſcripti Regula fervidæ Olaliæ minime ſufficiunt; multis aliis ſeipſam vexat, quas cæteræ Sorores ignorant: cum non liceat illi nudis pedibus incedere, calceamentis utitur abſque ſoleis Diebus jejunij quibuſcumque pro omni cibatu ſolùm adhibet panem & aquam, ſicque ſe gerit vigiliis feſtorum ſacratiſſimæ Virginis. Licet infirmitatibus oppreſſa, à laboribus tamen duris & moleſtis non abſtinet.

Lectus ubi nocte paulisper decumbit, paupertatem Patris Seraphici prorſus redolet atque auſteritatem: cæteris dormientibus Religioſis, contemplationi Paſſionis Chriſti myſteriorum navabat operam, tam fortiter exclamans, adeoque alta ſuſpiria ex imo ducens pectore, ut ejulatus per univerſum Conventum perſonarent: ter qualibet hebdomadâ pectus ſuum arduo ſilice percutiens, & violenter, excitat ibi duplex quaſi fungoſum tuber.

Denique in fervore perſeverans uſque ad octogenarium ferè annum ætatis ſuæ, hydrope laboravit, tantaque corruptione corpus ejus affectum eſt, ut putridum odorem exhalaret continuò, quem Sorores ferre non poterant.

Licet ab omnibus derelicta, non deſpondet animum: ad extrema deveniens clamore valido Sorores advocat, quæ ſimul tum deficiuntur admiratione; tum conſolatione perfunduntur, in beata Olalia mirantes perfectam cum Jeſu crucifixo conſenſionem, quantum patitur humana fragilitas; imo quoque felicitatem, quæ in accommodatione volun-
B tatis noſtræ ad divinam ſita eſt.

Odoris fœditas ceſſat, mirabiliſque ſuffitus auram afflat ſuaviorem balſamo per totam cellulam, ſupellectilem & veſtes, quarum contactus multos depellit morbos inſanabiles. Obiit anno 1583. nono Maij. Blaſius Raguina in ſuo Commentario, & Marianus libro 6. Chronic. ſtrictior. Obſervant. Reformat. c. 26. illam honorifice commemorant.

B. *Clara Martinezia* vidua tanto ardore contendebat ad virtutis apicem, & ſeverioris culmen pœnitentiæ, ut meritò cenſeatur regnum cœlorum rapuiſſe evangelicâ violentiâ, dum in terris clarebat gloriâ miraculorum. Naſcitur anno 1519. adeo mirabiliter ſe geſſit
C in conjugio, ut ejus in rerum domeſticarum adminiſtratione, ſagacitatem, cultuſque divini zelum unuſquiſque miraretur.

Marito mortuo confeſtim habitum Tertij Ordinis Franciſcani induit, votaque ſolennia nuncupat in Conventu ſanctæ Mariæ urbis, quam vulgo Hiſpani nominant *Vileſilos*, provinciæ Conceptionis decimo octavo, inter manus Patris Oſorij Gardiani, anno 1568. Ab eo tempore ſanctitas ejus profundas egit radices.

Jejunia, vigiliæ, aſperiora cilicia, cruenta flagra, munia viliora & magis laborioſa, aſſiduæ & ferventes meditationes, tenebant illam abſque intervallo ſancte occupatam,
D atque jucundiores illius erant deliciæ. Nulla poteſt excogitari temperantiæ lex quam non obſervaret. A Dæmonibus variis modis agitata, nunquam à bonis operibus deſtitit. Ideoque miris favoribus etiam in terris illam Deus cumulavit, viſionibus nempe mirificis, & miraculorum ſplendore. Auctor eſt Dacæus 4. part. Chronic. Min. l. 4. cap. 24. & ſequent. juxta teſtimonium Patris Andreæ de Soto, Claræ Martineziæ Confeſſarij, quæ diem clauſit ultimum anno 1594. die 3. Aprilis, quamvis Wadinghus de illa differat anno 1409. §. 22.

B. NVNCIA, VIDVA.

BEata *Nuncia* vidua Neapolitana nupſit viro Siculo, qui ſponſam deduxit in ſuum natale ſolum. Marito mortuo paulò poſt, ſæviente peſte Nuncia juvenis valde ſimulque vidua remanet. Fervens deſiderium quietem æternam defuncto impetrandi à Deo, illam continuis fermè precibus affigebat: quodam die dum attentius oraret, divinitus agnovit & aperte falſas hominum inſanias, quorum mentes fallaci rerum terrenarum nitore deceptæ, *vanitatem diligunt, & quærunt mendacium*. Introſpexit inſuper damnationis æternæ periculum, in quo verſantur inſani amatores terræ.

Ab iicat itaque omnes dignitates, opes, & delicias, quas mundus illi offert, habitum Tertij Ordinis Franciſcani pro Sæcularibus inſtituti recipit, vitam incipiens amplecti valde piam & auſteram, à qua nullo pacto deflexit uſque ad obitum. Ad veſperam ſolùm manducabat, pauxillum ſcilicet panis, cum modico legumine aut olere: in levi matta decumbebat, pro pulvino adhibens vetuſtas quaſdam & laceras ſarcinas.

Ter qualibet hebdomadâ flagris ſe acriter cædebat, atque tribus aliis diebus ſubuculam rudem induebat & mordacem. Hiſce auſteritatibus multùm debilitata, & variis affecta infirmitatibus, nullam tamen ferveris paſſa eſt diminutionem, imo magis in dies exardeſcens, tota die vacabat orationi, & ad multam noctem.

Sponſi defuncti parentes ejus fervidis exercitiis obſiſtebant; Nuncia nihilominus ardentius perſeverat: bona ſua & patriam derelinquit, peregrinationem ad ſacram ædem Lauretanam obitura: Dei Genitrice illi obtinente miram fortitudinem, ut fortiter in tam generoſa vivendi ratione perſiſtat. Sancta loca civitatis Romanæ viſitat, ubi longius commoratur, ubi exiguum conducit cubiculum, propè Eccleſiam ſancti Petri in Vaticano, non longè à platea vulgo dicta *Campo ſancto*.

Primo mane ſingulis diebus videbatur in magnifico illo Templo, cum fores aperirentur, ad auguſtiſſimum adorandum Sacramentum, & corpora ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli honoranda: deinde ſeptem Altarium privilegio præditorum ſtationes obibat, ut noxarum veniam conſequeretur: poſteà genibus innixa ſecundum altare primarium, meditationi operam navabat uſque ad meridiem.

Paucis horis labori manuum addictis in parvula caſa, primo ſigno veſperarum dato, in Eccleſiam & in locum ordinarium revertebatur, ubi fixa remanebat uſque ad Comple-A torium: tunc cellulam repetens, ut parco cibatu, quem jam deſignavimus uteretur, contemplationis exercitium inſtaurabat in conclavi interiori, cui finem non imponebat niſi ſomno aggravata cogeretur rantillum quietis ſumere, veſtibus retentis in paupere matta: cum evigilaret cito redintegrabat orationem, rigide ſe prius excipiens aſperis flagellis.

Singulis diebus Confeſſario peccata exponebat, & divino reficiebatur pabulo, ſtrictum ſervabat ubique ſilentium, ſuoque in cubiculo loquebatur ſolum, de piis videlicet atque ſeriis rebus. Duodecim annorum ſpatio, quo ſic ſe gerebat, arcana cœleſtia illi detegebantur, atque magis profunda pervadebat myſteria: illam Optimates atque illuſtriores ævi B totius viri venerabantur, & inter cæteros B. Angelus de Paſſu, Patris Seraphici alumnus, cujus excelſæ dotes poſteritati debent commendari.

Perfecta ejus ſanctitas, doctrina ſublimis, extaſes, à ſenſibus corporis mentis abalienationes myſticæ, Stigmata interiura, quorum dolores pungentes erant & acuti, probant quantâ gratiâ valebat Angelus apud Deum, & qua veneratione digna eſt Nuncia noſtra, quam tantopere colebat.

Aliquantò ante mortem ſuam inviſit illam, de Chriſti Paſſione diſſerens, ſuorumque ſtigmatum explanans ſecreta. Beata verò Tertia-C ria conſilium Patri Angelo declarans, in civitatem Jeroſolymitanam proficiſcendi, ubi Redemptionis noſtræ miracula patrata ſunt, ab illo avertitur, debilitatis ac conditionis patefactione ſincerâ. Sacrata Virgo, ait Nuncia, vires obtinebit mibi: da moram tan-" tùm per duos menſes, reſpondet Angelus, " ego enim te præveniam. De Jeroſolyma cœ-" leſti loquebatur, quò juxta ſuum vaticinium tranſvectus fuit definito tempore, quod deſignaverat.

Vix è vivis exceſſerat, cum Nuncia ad Terræ ſanctæ iter ſe accingit: incidens tamen in morbum, divinitus cognoſcit viam ſuam ducere in cœleſtem Jeroſolymam, ad quam ſe adornans Sacramentorum ſuſceptione, è vita D migrat duobus menſibus poſt deceſſum Patris Angeli, primo die Novembris anno 1596.

Sancti Petri in Vaticano Canonici ejus exequias celebrant pio & ſolenni apparatu, & terræ illam mandant in ſacello beatæ Mariæ, quod vulgo cognominant *de Febribus*: nomen ejus, præcipuaque facta ſculpuntur in tabula cuprea, & apponuntur Nunciæ monumento. Barezzus 4 part. Chronic. ſtrictior. Obſerv. Reformat. Valer. de SS. Feminis Ord. Min. l. 4. c. 47. Thielmanſius tom. 1. SS. Seraphici Ordinis ſummis laudibus illam extollunt.

SEPTEM-

SEPTEMDECIM BB. MATYRES, IAPONII.

CAPUT PRIMUM.

Carceris eorum, & condemnationis deſcriptio.

QUAMVIS in ultimas terras porta, præter ſpem & expectationem ingens à priſcis temporibus, Evangelio paruerit, admodum tamen difficilis in illas fuit ingreſſus, præſertim in Japoniam, ideoque ſanctus ille Xaverius, dum ſe ad Japonicam expeditionem diligenter paratet, piorum greges ad illum protinus lacrymabundi convenniunt, monent, obſecrant, obteſtantur, ne ſemet ultrò tam ancipitem & periculoſam in aleam det.

Opponitur idem obex Patri Petro Baptiſtæ natione Hiſpano, primique Ordinis Franciſcani Religioſo valde conſpicuo, qui ad inſulas Philippinas Legatus Apoſtolicus inſtituitur, & in Japoniam, ut pacem cum harum provinciarum Imperatore, quem vocant linguâ vernaculâ *Taycoſama Quabacundano*, tueatur ac foveat. Significant amici nil temerè audendum, ne publicam rem, quæ ipſius vel in primis capite nitatur, ejuſmodi conſiliis tantum in diſcrimen adducat.

Sane quàm multa erant quæ quemlibet animoſum hominem ac fortem abſterrere à tali itinere poſſent; primùm ipſa longinquitas, dein mare à Piratis inceſſitum, itemque à Sinarum inſidiis, qui ſæpenumero in peregrinos omnes nullo diſcrimine tanquam in hoſtes invadunt; idque tum erat extimeſcendum, quod Senas inter & Luſitanos nondum eſſent planè reconciliata commercia, neque locus foret Sinarum ullus, quo Luſitanis & Hiſpanis ad contrahendum aperte deſcendere, aut ubi tutò commorari liceat: memorabantur etiam variis in locis inſidioſa vada, ſyrteſque, nondum ad plenum iis curſibus exploratis; itemque Eoi pelagi natura, quod ſævum, & vaſtum & vorticoſum totas haud rarò naves abſorbet.

Cum hæc & alia multa ad timorem proponerentur, ſatiſque mirari ſe poſſe negarent amici, cur tanto rerum uſu, tali ſapientiâ vir, tantis periculis objiceret ſponte ſeſe, relictâ in vicino ſegete, tam longinqua, tam operoſa, tam incerti proventus novalia petere. Aſt ego, inquit ille, ſatis mirari non poſſum, cur infinitam Dei vim pariter & elementiam quotidianis præconiis celebrare ſoliti, eidem nunc potentiæ ac bonitati, meo potiſſimùm in capite, diffidatis. Ulti-

A mis, ultimis, inquam, nationibus, ad quas læti ſalutis nuncij vel nullo unquam tempore allati ſunt, aut allatorum memoria ſacrilego Idolorum cultu eſt obliterata, rectus ad vitam æternam callis tandem aliquando monſtrandus, ac teterrimâ Dæmonum ſervitute, miſerandum in modum oppreſſis, Chriſtianæ libertatis communs attollenda vexilla.

Pater igitur Petrus Baptiſta ire pergit in Japoniam, Chriſti fidem ardenter prædicaturus. Primo congreſſu benevole excipitur ab Imperatore, cui multi Reges ſubditi ad ejus imitationem novum Apoſtolum venerantur; illi quoque permittunt documentis Chriſtianis imbuere quoſcumque ſuæ ditionis populos, ſacro inaugurare Baptiſmo, dirutas
B Eccleſias inſtaurare, novas ædificare, itidemque noſocomia, publica pauperum hoſpitia, & Conventus Franciſcanos. Obtinuit præterea ut Societatis Jeſu Patres ab hiſce regionibus expulſi revocarentur cum plena auctoritate dandi operam Infidelium converſioni.

Elabuntur quatuor anni, dum Petrus ejuſque ſocij ſtudioſè incumbunt præclaris ejuſmodi exercitiis cum tranquillitate: Adminiſtrantur Sacramenta; diligenter curantur quilibet ægrotantes, ipſi etiam lepris infecti, duobus in valetudinariis conſtructis intra limites urbis *Meaco* nomine, provinciæ capitis, cum parvo Monaſterio, ſub titulo *Portiunculæ*.

Urbs altera, quam vocant *Vzaca*, ſeptem aut octo leucis diſtans par bonum poſſidet,
C Conventum ſcilicet Fratrum Minorum, cum Eccleſia de Bethleem nominata.

Nagazanchi alia civitas regni hujus celebris portus, ſimili felicitate gaudet, conſtructione nempe domus Franciſcanæ, propè duo noſocomia, ubi leges perfectæ charitatis diligenter obſervantur. Ad audiendum Patrem Petrum Baptiſtam innumeri confluebant populi per totam Quadrageſimam concionantem, Hiſpani, aut Luſitani ibi commorantes ob commercium, perinde ac Japoni, quos actionum ſuarum luculentos approbatores habebat omnes.

Cogitur nihilominus propter vexationem in dies ingraveſcentem Meacum reverti; tan-

quam multitudinis noviter converſorum moderator tutius tempeſtatis impetum & onus ſuſtineret; in carcerem demùm projicitur cum quinque Religioſis Ordinis Minorum, ſeptemdecim Tertiariis Franciſcanis, atque tribus Jeſuitis. Quantum Japoniæ Imperator erga illos prius benevolus & beneficus erat, tantum nunc durus & immanis eſt: comprehendi jubet illos die immaculatæ Conceptionis Mariæ Mirum dictu! numerus penè infinitus Japoniorum, qui tum ſalutari baptiſmate conſecrati erant, cuſtodiæ vulgatâ famâ, bellè & feſtivè accurrit, clamante quolibet: *Chriſtianus ſum; deteſtor Idola, ſolum adoro Ieſum Chriſtum; mori unà cum his Patribus percupio.*

Ingredi cupientes in Conventum, ubi à ſatellitibus Religioſi prehenſi tenebantur, ſtationarij vigiles illos repellunt: plures tamen noctis faventibus tenebris per muros transgrediuntur, atque adhærent aliis, qui amplam hauriunt conſolationem, præclaros adeò fructus conſpicientes Evangelicæ prædicationis. In gratiarum actionem ſimul decantant hymnos & cantica ineffabili jucunditate.

Aurorâ advenrante peccata ſua expoſuere Confeſſariis & pluſquam quinquaginta Japonij cœleſte pabulum ſeu Angelorum panem è manibus Petri Baptiſtæ receperunt, qui celebravit Miſſam, ut ſe ad martyrium accingerent: ſe intendebant ſacræ Eucbariſtiæ viatico inſtruere, extremum inituri certamen majori fortitudine.

Exoriente Sole Gubernatoris Vicarius conventum illuſtrans miratur tot hîc adeſſe Chriſtianos, quos omnes extrudit, præter domeſticos, qui Tertio nomen dederant Ordini Franciſcano. Sic teſtatur ſummus Pontifex Urbanus VIII. diplomate ſingulari, quo illos inter cœlites collocat, & veros Chriſti nominat Martyres.

Milites Monaſterium circumcingentes occluſis exitum omnino interdicebant; ſicque leproſi, omneſque ægroti omni penitus privabantur ſolatio; deerant Paſtores, qui Sacramenta & Dei verbum adminiſtrarent fidelibus: hiſce detrimentis multo plus vexabantur Chriſti fortes Athletæ, quàm ſævitiâ & inhumanitate cuſtodum, imo quoque cruciatibus cunctis quos poſteà ſunt perpeſſi.

Toto Novembri menſe Imperatore nil novi conſtituente, toti fuere noſtri Martyres in rerum cœleſtium contemplatione, in Sacramentorum frequentatione Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, tandem in mutuis exhortationibus ad mortis agonem tolerandum.

Circa feſtum Nativitatis Domini decretum fuit illorum naſum & aures abſcindi, deinde cathenis oneratos ferreis, ab urbe in urbem deduci, criminoſæ & capitalis ſententiæ ge-

A ſtatore prævio, donec Nagazanchium pervenerint, ubi in crucem extullendi erant. Canticum *Te Deum laudamus*, quod incinunt cum alacritate, quanto perfundantur gaudio plane demonſtrat, perinde ac intimæ dilectionis oſcula, quibus os invicem oti ſanctè & hilariter componunt.

Novus & amplior fit concurſus Chriſtianorum, quibus ex horum tam egregiorum pugilum conſpectu & admiratione, virtutis accedit robur & animi magnitudo ad illos imitandos. Obſtupeſcunt tres Judices ibi præſentes ad integram ſententiæ latæ executionem, & attoniti mirantur Chriſtianorum multitudinem, qui vitam amittere cupiunt pro Chri-
B ſti fide. Tortores veſtibus ordinariis eos ſpoliantes, ſolâ turcico palâ relictâ, fiſco bona illorum adjudicant, quæ in Eccleſiam transferuntur. Uxores & pueri inter manus quorumdam Japoniorum dimittuntur, à quibus torquentur extremà ferocitate.

Martyres ſtant generosè coram Magiſtratibus inhumanis, qui eos vocant nominatim juxta recenſionem, quam ipſi prius exaraverant: uno aliquo ex condemnatis, Mathiâ nomine, capeſſente fugam, cæteri fideles maxime doluerunt, ac eodem momento magnam conſolationem perceperunt, altero Japono, quem nominabant *Martinum*, ſe fortiter proclamante Chriſtianam fidem profi-
C teri, qui felici numero Chriſti famulorum adſcriptus eſt.

Educuntur citò è Conventu poſt condemnationem, manibus à tergo ligatis, & in publicum reorum carcerem violenter abripiuntur. Flectentes genua coram ſanctæ Annæ Imagine, quam ipſi collocaverant in noſocomio, enixe poſtulant donum perſeverantiæ, ut in propoſito, ſuſceptoque divino conſilio permanentes, obfirmarent ſeſe contra diuturnitatis incommoda, & tortorum ſævitiam.

Lacrymabunda inter omnes fideles, & amaritudine plena venerabilis Domina *Coſma Gioia*, illos ſequitur, Martyrum quidem pœnis commota, ſed conſtanter militum ferens immanitatem, qui illam expoliant, & fuſti-
D bus crudeliter percutiunt. Hoc ſpectaculo tam horrendo perculſi noſtri Martyres detruduntur in cuſtodiam, tanquam publicæ quietis turbatores.

CAPUT II.

Martyrio Virorum Apoſtolicorum datur initium.

NOCTE inſumptâ in divinis laudibus, & Chriſtianis confirmandis, qui ad martyres acceſſerunt, atque multis aliis infidelibus ad Chriſti fidem convertendis, quos al-

loquebantur per januæ fiſſuras, viri Apoſtolici omni veſte nudati, præter chlamydem parvulam, infra genua non demiſſam, frigore ſæviente confecti ſunt, quod ſummum eſt ac intolerabile in Japonia.

Septem diverſas carrucas jubentur conſcendere, ut per vicos ignominioſe perducantur inter horrendos ululatus infidelium, criminoſâ ſententiâ præcedente, quæ facile ab omnibus legi poteſt, his comprehenſa verbis: *Quoniam iſti læſæ majeſtatis rei intra limites Inſularum Philippinarum contra edicta mea Chriſtianum prædicaverunt Evangelium, quia itidem multi alii eorum legem amplexi ſunt, meoque rebelles fuerunt imperio, devehi præcipio illos omnes Naganzachium, ibi cruci affigendos, atque iterum ſanctiones promulgo contra cæteros qui poſthac tali rebellioni adhærebunt. Datum anno primo de Quieto, die vigeſimo Lunæ undecimæ.*

In primario templo pars auris ſiniſtræ Martyrum noſtrorum abſciſſa eſt, qui ſe felices exiſtimaverunt, quod ſuum effundere ſanguinem inciperent die feſto Domini Circumciſionis, cui nomen adorandum Jeſu, quem infidelibus annunciabant, fuit tunc impoſitum: ſuas turmatim deſerebant domos Chriſtiani pedes famulorum Dei religioſe deoſculaturi, & plagarum abſterſuri ſanguinem: corollas precatorias collo apponentes, vociferabantur, *Martyrium, martyrium, paradiſus, paradiſus.*

Judex cui demandatur auctoritas dandi omnes internecioni, qui ſe Religioni Chriſtianæ addictos declararent, adduci nullâ poteſt ratione ad illud exequendum, propter illorum multitudinem; in ſola urbe Meacenſi ſupra quatuor millia & amplius ſeipſos ad ſubeundum martyrium generoſe offerunt: mulieres illud ardenter peroptantes linteis ſe muniebant, quibus tegerentur in cruce, modeſtiæ ſervandæ gratiâ. Gubernator huncce ingentem conſiderans numerum, in quo plures quà conſanguineos ſuos, quà affines reperit, ab Imperatore impetrat illos tantum divitiis & opibus privari.

Poſt illam primam capitalem animadverſionem manibus noſtrorum Martyrum ſolutis, mutua ſe cum lætitia ſalutant, auxiliumque mutuarum precum implorant, ut perſeverantiæ donum adipiſcantur. Poſtridie in urbe, quam vulgò nominant *Fugimen*, ſuper equos exponuntur opprobriis incolarum; deinde in civitate altera, nomine *Vzaca*, coram ipſo Imperatore Iaponio.

Hiſpanis quibuſdam nobilibus novos Apoſtolos efflagitantibus alloqui non permittitur; eorum tamen fervido rogatu, nec naſus, nec auris dextera Martyrum reſecatur: Torques ferrea, quam appellare præſtar non margaritarium monile, ſed helcium equorum, aut catenum numellam, eorum ignominiam auxit, in urbe *Saccaia*; nec ullo modo illorum labefactavit conſtantiam: redierunt Uzacam, & per caſtellum de *Fierago*, aliaque loca tranſierunt, iter ſaltem conficientes trecentarum & octoginta leucarum immodici laboris extremâ defatigatione.

Duo novi & magnanimi ſodales, ignem divinum ſpirantes, noſtris Martyribus copulantur, eorumque lætitiam amplificant: nomen unius *Franciſcus* eſt *Carpinteo*; alterius, *Petrus Suchiſito*, & inter ſeptemdecim Tertiarios recenſentur. Milites confeſtim illos catenis onerant, & in ſervitutem redigunt; omniaque cibaria & cupedias deſtinata ad vires Martyrum reficiendas, expilant & diripiunt. Humanis hiſce deliciis privari grave non eſt, ſed apprimè jucundum Dei famulis, quibus omnino ſuavis eſt Ieſu memoria, & ſuper mel & omnia infinite præſentia dulcis: aſſerere quoque licet conſuetudinis Chriſtianorum humanitatem, quorum eſt cor unum & anima una, cunctas delinire ſanctorum amaritudines: etenim accedit inter eos quædam ſuavitas ſermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ, quæ non eſt mera naturæ comitas, aut indolis lenitudo, ſed divinus afflatus.

CAPUT III.

Eorum in Crucem ſublatio.

NAGANZACHIUM tandem perveniunt, immenſis obruti laboribus per iter integri menſis & amplius. Capitalis Tribunus urbis Vicario præceperat ut quinquaginta cruces pararet; Hiſpani autem obtinuerant ne ſupplicio afficerentur in loco ad id deſtinato, ſed in colle, ubi cum jam erectæ eſſent cruces, Chriſtiani Nagazanchienſes, quorum ingens erat numerus, palmam ſe martyrij fore adepturos ſperarunt.

Noverant ſolùm viginti ſex damnatos adduci, reliquoſque Naganziachi ad patibulum aſſumendos, unde cuilibet fidelium ſpes obeundi mortem in propugnanda recta fide affulgebat: per vicos totâ nocte unus aliquis ferventior currebat, altâ voce clamans: *Volo pro Chriſto vitam profundere cum ſanguine*: *Chariſſime Pater*, ait tunc quidam ex ejus liberis, *quo progrederis ſolus? nunquid degenerem me probaſti? cur me cupis ſplendore triumphi privare; experfaciam fratrem meum quinquennem, ut tantæ gloriæ ſit particeps. Si nequeat ambulare, portabo illum: tu verò nos laſſatos humeris ſublevabis: ſic tua familia Regi ſæculorum ſoli, immortali, & inviſibili conſecrabitur.*

Tribunus capitalis timens ne in urbe Hiſ-

panis, Luſitanis, & Japonis refertâ Chriſtia-
nis tumultus concitetur, impedit quominus
in illam ingrediantur Martyres: multi in cru-
cem erant ſublati, antequam cives è lectis
exiiſſent: at per præconem, auctore Magi-
ſtratu, ſignificatâ prohibitione veniendi in
publicum tempore ſupplicij executionis, ar-
dentiori zelo ſunt incenſi fideles, quem infi-
deles mirantur.

Venerandi Chriſti pugiles ſummo geſtien-
tes gaudio crebra dabant ſuaviola ſuis cruci-
bus: quærente igitur Gubernatore ad quid
iſte modus agendi, Pater Petrus Baptiſta reſ-
pondet, crucem eſſe humanæ ſalutis funda-
mentum, atque æternæ beatitudinis januam;
„ ſicque ſe gerere Chriſtianos erga res quas
„ amant & venerantur: cæterùm, lætitia,
„ quam oſtendimus, inquit, inter pericula &
„ tempeſtates, vera eſt & firma; honor quem
„ Chriſto exhibemus non in labiis conſiſtit,
„ ſed in intimo corde: certi enim ſunt crucis
„ adoratores, juvante Deo, cuncta ſibi fore
„ opportuna, commoda, imo etiam glorioſa,
„ licet primo aſpectu videantur adverſa & in-
„ famia. Teſtis haud ſemel unda, quæ ſeſe
„ Domini ac famulorum ejus poſteà greſſibus,
„ mutatâ illicò naturâ, calcandam exhibuit:
„ Teſtes venti ac procellæ, quæ perfuſis ulti-
„ mi exitij horrore diſcipulis, uno Chriſti
„ imperio conciderunt. Teſtis inclytus ille
„ Job, in quem nihil omnino niſi ex Domini
„ voluntate, malo Dæmoni licuiſſe comperi-
„ mus. Teſtis denique (ne in re aperta ſim
„ fuſior) Veritas ipſa, quæ capitis noſtri ca-
„ pillos omnes numeratos eſſe, ac ne unum
„ quidem ex iis periturum, diſertis verbis af-
„ firmat; ergo ſicuti Regum Ducumve inter-
„ nuncij ac præcones, regiis duntaxat inſi-
„ gnibus freti, per media caſtra, per inſtru-
„ ctas armatorum phalangas ac tormenta diſ-
„ poſita, vadunt ſecuri & inermes; ita divi-
„ narum legum Interpretes, gentiumque Do-
„ ctores, unâ ſummi Regis tutelâ ac maje-
„ ſtate ſubnixi, per varia terræ mariſque pe-
„ ricula, atque adeo per intentas undique
„ machinas ac mucrones, quocumque res
„ poſtularit, intrepidi atque alacres penetrare
„ non dubitant, verbo *Crucis* animati, quæ
„ juxta Paulum, *pereuntibus quidem ſtultitia*
„ *eſt: iis autem qui ſalvi fiunt, id eſt, nobis,*
„ *Dei virtus eſt. Nos quidem prædicamus Chri-*
„ *ſtum crucifixum; Iudæis quidem ſcandalum,*
„ *Gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis*
„ *Iudæis, atque Græcis, Chriſtum Dei virtu-*
„ *tem, & Dei ſapientiam.*

Hocce brevi ſermone incenſi noſtri Mar-
tyres ad mortem fortiter ſe accingunt, pœ-
nitentiæ ſacramento animi noxas explantes,
atque Commiſſarij Apoſtolici recipiunt be-
nedictionem flectentes genua, oſculanteſque
terram. Hoc in rerum concurſu Epiſcopus

A quidam, cum è palatio non poſſit exire, ut
eos ſuâ præſentiâ ſolaretur, & exhortatione
roboraret, illis bene precatur, ſeque ac ſuam
Eccleſiam commendat, & de fortitudine
Apoſtolica per nuncium gratulatur.

Cruces hæ à noſtris non differebant, niſi
quod tunc apponeretur tabula lignea, cui in-
ſidebant patientes, quaſi equitantium more;
& infra pedes axiculo ſuſtinebantur: extenſa
corpora ſuper cruces, collo brachiis atque
ſuris vinciebantur ferreis annulis; deinde in
aërem extollebantur, & duplici haſtæ tranſ-
fodiebantur ictu, per modum crucis, hocque
iterabatur cruciamentum, quoad demùm
B mors ſubſequeretur.

Glorioſi iſti Calvarij montis alumni ad ſuas
cruces lætifici convolabant, vel, *Gloria Pa-*
tri, & Filio, & Spiritui ſancto concinentes,
ſeu abſque intermiſſione, *Ieſus Maria* repe-
tentes intimo pietatis affectu, aut denique
frequenter proferentes hæc verba: *In manus*
tuas Domine commendo ſpiritum meum. Omnes
verò ſine exceptione, Deum pro tortoribus
enixe oraverunt.

Truculentus interim carnifex, illos perſpi-
ciens in poſtremum ſupplicij diſcrimen reda-
ctos, funeſtæ tragediæ dedit initium; tanquam
ipſe tragicus & inhumanus actor: Tres alij
poſteà perſonam ſuam pari crudelitate geſſe-
C runt, innocentium facientes cædem, quorum
ſanguinem Chriſtiani colligebant, tanto ſtu-
dio, ut ſi quæ guttæ in terram caderent, illas
goſſipio coacervarent ſummâ veneratione,
injurias conſtanter & contradictiones ſper-
nentes infidelium.

CAPUT IV.

Duorum puerorum, Ludovici & Antonij Iaponiorum celebre martyrium.

D NEmo tam ſtultus agricola eſt, qui de
flore multum gaudeat; fructus eſt ex-
pectandus: tunc gaudendum modice: interim
tempeſtates, grandines, & uredines metuendæ
ſunt, frenandumque metu gaudium. Sapien-
ter egit B. Petrus Baptiſta in educatione pue-
rorum Ludovici & Antonij, quorum miratus
præclaram indolem, & incomparabilem do-
cilitatem, non omnino exultavit, niſi dum
perſpexit illorum conſtanſtiam in tolerando
martyrio, quia tunc vario, ſplendidoque flo-
rum ornatui, videbat pulchros & ſtabiles fru-
ctus ſuccedere.

Impensè incumbebat illis imbuendis pieta-
tis Chriſtianæ legibus: ambo duodecim annos
nati, Miſſis miniſtrabant in Monaſterio, &
tantos faciebant in virtute progreſſus præcla-
ra ſub hac diſciplina, ut admirationi eſſent
omnibus: eluxerunt præſertim, dum pro Chri-

ſto mortem obierunt : facile poterant fugâ ſibi conſulere, dum Religioſi capti ſunt; majores itaque landes merentur : non fugerunt, imo potius voce canorâ & reſonanti ſe prodebant, & Chriſtianos eſſe profitebantur : ſeipſos adeo diſerte diſtinguebant, ut inter condemnatos annumerati ſint.

Exantlatis itineris ærumnis & laboribus læti comparent in monte Calvario. Ludovicus, animo incaleſcente, & generoſo accentu clamat : *Vbinam eſt mea chariſſima crux ? illam tædet me non poſſe adhuc amplecti, nec occupare*. Obſecrat Patres ut ab illis adjutus tandem inveniat pretioſum hunc theſaurum. *Heu me infelicem*, inquit, *quod cæteris ſuam crucem agnoſcentibus, mihi ſoli mea ſit incognita! Itane miſer eſſem, ut meum nomen oblivioni traderetur? aut mea pueritia commiſerationem pariens, martyrij palmâ me privaret?*

Crux in qua nomen ejus exaratur, tandem reperitur inter alias, quæ dignoſcuntur inſcriptione peculiari. Quantis blandimentis afficiat inſtrumentum ſui ſupplicij exprimi non poteſt. Præpoſitus Ludovicum invitans, ut Meacum revertatur, promittit ſe illi paterna exhibiturum officia : *Chriſti fidem amplectere*, ait puer ferventiſſimus, *falſorum abdica cultum Deorum, libenter meam conſervabo hujus fluxi temporis vitam, ut tibi æterna concilietur. verùm ſi perſiſtas in pernicioſa obſtinatione, ſine me in cœlum proficiſci per crucis viam.*

Miniſter publicus, quem *Taycoſama* vulgo nominant, pari modo Antonium alloquitur, qui priore magis ſe fortem & magnanimum præbet, cujus fides nunquam nutat, etiam inter lacrymas parentum, licet fideles Chriſti aſſeclæ, affirment poſſe illum à morte eripi, permanentem in Religione Chriſtiana. dilatâ videlicet palmâ martyrij uſque ad ætatem virilem, non ablatâ omninò.

Contra hos impetus gratiâ Dei roboratur : patrem & matrem monet abſtinere ab his ſermonibus oris Chriſtiani indignis, aſſerens mortem pro Jeſu amore toleratam plauſus potius & feſtas gratulantium voces concitare, quam gemitus & querelas. Judex audito hocce mirabili colloquio, invitat puerum ut
„ parentibus ſatisfaciat. Si pauperes ſunt, ait
„ ille, inter meos te recenſebo domeſticos,
„ tuæque ſuſtentationis curam habebo, ne
„ illis ſis oneroſus : eris mihi pro dilecto filio,
„ me promovente tibi alludet proſperitas, &
„ optimam adipiſceris fortunam in curia no-
„ ſtri Imperatoris. *Firmus ſto in meo propoſito*, ait infans Chriſtianus, *nolo ſpem abjicere felicitatis æternæ, deluſus à falſis & incertis commodis.*

B. Antonio petenti, an Pater Petrus Baptiſta, omneſque ſocij promiſſa eadem nanciſcerentur, Magiſtratus reſpondet, illi ſoli oblatas eſſe bas conditiones : exuens confe-
A ſtim ſtrenuus Martyr chlamydem tuteicam, tradit illam matri, quam obſecrat ut lacrymas abſtergat, ne Chriſti Jeſu hoſtes illam credant à Chriſtiana fide alienam.

Reperitur hac in pallâ ad patrem & matrem epiſtola, qua illos exhortatur ad perſeverandum in Religione Chriſtiana, atque Deo gratias agendas, quod ipſe illorum filius laureâ martyrij donetur. Pater Petrus Baptiſta conducens Antonium & Ludovicum ad locum patibulo deſtinatum, eos docet modum ſimul recitandi pſalmum : *Laudate pueri Dominum, &c* dum cruci affigentur.

Memores hujuſce tam pij documenti, eximium præceptorem, quem vident ſibi proxi-
B mum in patibulo, rogant ut præeat tono cantaturis : Petrus verò cum nequeat ob extaſim, quâ ſubitò corripitur, cantionem excepturis præcinere, Antonius & Ludovicus alternis vicibus pſalmum recitant eâdem melodiâ eodemque robore ac in choro, uſque ad verſiculum *Gloria Patri* : tunc tortores illos haſtis tranſverberant, & in cœlos evehunt.

Attendant parentes, qui delectantur filiis infantibus jucundiſſimis, ad hæc verba à Patre Petro Baptiſta prolata, innocentium confirmandorum gratiâ Antonij & Ludovici ;
Ratio non prohibet eos delectari, ne natu "
ræ obſtet, ſed in omnibus modum quærit, "
ſine quo nil bene agitur : ratio vult paren "
tes parcius gaudere, ut ſi dolendum fuerit, "
C poſſint & parcius dolere ; monet ratio co "
gitare, facile fieri poſſe, ut arundineo ba- "
culo parentes inſiſtant, vel in caducum ſe "
parietem inclinaverint. Sic gaudet ſapiens, "
ut doliturus, ſive infans acerbâ morte de- "
fungatur, ſive, quod eſt multo gravius, "
quodque ſæpiſſime accidit, è gratiſſimo in- "
fante, fiat ingratus, & inobediens adoleſ- "
cens. Filius moriens pro Chriſti & Patris Æterni nomine, gloria eſt patris mortalis : Ludovici & Antonij Japoniorum pater & mater quam felices extiterunt, qui ab ortu uſque ad deceſſum utriuſque, nil in ambobus experiuntur niſi feſtivum & laudabile : ſed quam fortunati exiſtimandi ambos ob filios, qui fidei Chriſtianæ veritates proprij ſangui-
D nis effuſione propugnaverunt.

CAPUT V.

Martyrum nomina & miracula.

QUandiu Martyres in patibulis remanſerunt, Chriſtiani illos omni honore proſecuti ſunt. Illuſtriſſimus Petrus Martinezius Epiſcopus Japonius, cujus domicilium extabat Naganziachi, eorum martyrio non potuit adeſſe; verùm flexo in veſperum die, illos veneratus eſt, cunctis ritibus ſervatis,

quos Eccleſia præſcribit ad colendos Martyres. Terram eorum ſanguine conſperſam deoſculatus eſt, illiſque impensè commendavit infidelium Japoniæ converſionem.

Cum nequiret ſecum aſportare eorum corpora, neque tumulo mandare, fruſtra quædam crucis, guttas ſanguinis, & veſtium collegit partes, ſtudioſè recondenda, velut ſacra Sanctorum lipſana. Sic alij ſe geſſerunt Chriſtiani, qui Martyrum cadavera pannis obtexerunt, ne contra decentiam nuda remanerent: exiſtentes decem Iaponi ex una parte, decem ex altera, ſex autem Religioſi medium occupantes, quaſi ſupplicum ſtructâ procedere acie videbantur: prope cruces ſententiæ legebantur falſa injuſtæ condemnationis capita continentes, & damnatorum nomina majuſculis characteribus exarata.

Paulus Sanxiguius, Ieſu Chriſti legis Prædicator.

Gabriel Duiſco, id eſt, famulus.

Ioannes Quizuya.

Thomas Xico, Ieſu Chriſti legis Prædicator.

Franciſcus Medicus, Ieſu Chriſti legis prædicator.

Thomas Diuſco, quindecim annos natus, Patrum Religioſorum famulus, *Michaëlis Cozaguyni* filius.

Bonaventura Diuſco,

Leo Carazuma, Ieſu Chriſti legis prædicator.

Martinus, qui ſe generoſè obtulit, ut abſentis *Mathiæ* locum repleret, atque deinceps *Mathiæ* cognomen retinuit.

Antonius Naganzachius, Patris Petri Baptiſtæ Commiſſarij miniſter, annos tredecim natus.

Ludovicus Duiſco, famulus annos natus duodecim.

Paulus Ibariguius, prædicator.

Petrus Xuquexico, quem cognominant *Adauctum*, quoniam ad Martyres cibaria ferens, in carcerem conjectus fuit, & cum illis cruci affixus.

Coſmas Taguia, Ieſu Chriſti legis prædicator.

Franciſcus Carpenterus, quem vocant etiam *Adauctum*, quoniam Martyribus noſtris quæcumque ſuppeditans neceſſaria, cum illis conjungitur, & ſanguinem fudit hoc in rerum concurſu.

Ioannes Duiſco,

Michaël Cozaguynus, *Thomæ Duiſco* pater.

Hi ſunt Tertiarij noſtri: ſilentio nefas eſt ſepelire Fratres Minores diſcalceatos provinciæ ſancti Gregorij in Philippinis Inſulis, Indiæ Occidentalis, quorum nomina ſequuntur.

A *Philippus de Ieſu*, vel *de las caſas*, Sacerdos.

Franciſcus Blanco, prædicator.

Martinus de Aſcenſione, Prædicator & Lector Theologiæ.

Gonſalvus Garſia, Frater Laïcus.

Franciſcus à ſancto Michaële, ejuſdem conditionis.

Pater *Petrus Baptiſta*, qui peroptavit enixe poſt cæteros crucifigi, ut longius & durius torqueretur, aliorum tormenta perſpiciens, & commiſeratione illa ſentiens, eorumque dolens vicem.

Tres Patres Societatis Ieſu participes erant mirabilis hujus triumphi, complentes numerum viginti-ſex; omneſque miram uſque ad extremum certamen oſtenderunt fortitudinem.

B Eò quod Epiſcopus veſpertino tempore Martyres inviſerit, ideo Gubernator Naganzachianus vigilias agere ſtatuit, & in armis ſtare Centuriones viginti quatuor, cum ſuis militibus ad locum, ubi recluſa erant veneranda corpora, ne Chriſtiani illa ſubripientes miracula divulgarent, quibus reverâ noſtri Martyres evidenter claruerunt ante & poſt obitum.

Poſtquam B. Petrus Baptiſta curavit puellam infectam lepris, die Pentecoſtes, linguæ igneæ ſupra aſtantes delapſæ ſunt, quorum plures morte martyrij palmam ſunt adepti, alij privati opibus, & in mendicitatem redacti à Tyranno. Paulò ante perſecutionem, C anno 1595. die 21. Iulij, cineris magna copia viſa eſt de cœlo deſcendere, & quædam terra ſanguinei coloris.

Conjecerunt plurimi, Fratres Minores veſtibus indutos cinereis, proprio ſanguine fore tingendos, juxta hoc præſagium: terræ motus horribiles; inſolitæ maris exundationes, quæ tunc acciderunt, magnum omnibus injecere terrorem: crux alba & rubens, vel etiam aliquanto poſt fuſca & obſcura, quæ Hiſpanis apparuit in via quæ ducit ad Iaponiam; denique Imago ſancti Franciſci, quæ cruento ſudore manavit, paulò ante vexationem, quam deſcribimus, tot erant ſalutaria D monita, quibus Chriſtiani cœlitus invitabantur, ut ſeipſos ad irrumpentis procellæ impetum fortiter excipiendum pararent.

Exhibent poſt mortem noſtri Martyres alia ſuæ ſanctitatis indicia: ſingulis diebus Veneris in loco martyrij columnæ igneæ videbantur pari numero quo fuerant crucifixi. Mirabile hoc ſignum longo temporis ſpatio permanebat, ſupra quodlibet venerandum corpus: Reliquiæ verò P. Petri Baptiſtæ duabus columnis valde coruſcantibus deſignabantur.

Stativi cuſtodes tam pretioſi theſauri, teſtes fuere oculati horum eventuum, qui ſolum Deum auctorem habent. Die decimo quinto

Martij, anno 1596. feriâ ſextâ noctu in eodem A loco, verſus Meridiem, excelſa conſpicitur columna, quæ duabus poſt horis in tres alias dividitur, quarum media ſtat ſupra ædes Patrum Societatis Ieſu, ſcintillarum vibrans multitudinem, quæ ſtellarum ferunt formam radiantium: omnis fulgor è conſpectu lente abit, diſſipatis tenebris,& luce reſperſâ nocte.

Ad Orientem aliud apparet ſignum, ardens videlicet jaculum, cui ex parte Occidentis ſplendor opponitur, ſub eadem figura: ſidera diverſi coloris ſupra Eremitorium ſacratæ Virgini dicatum ſeſe tunc erga Septentrionem extollentia terrorem incutiunt Iaponis & Luſitanis ſpatio quatuor horarum.

Petri Baptiſtæ corpus de cruce amotum ab B hora prima pomeridiana uſque ad mediam noctem ſequentem admiratione omnes percellit: vigiles ſtationarij eodem tempore, ne viram amittant ob hunc eventum, pertimeſcunt, & cum lætitia vident corpus idem venerabile intra chariſſimæ crucis brachia, abſque motu alieno reverſum.

Inſigne præ cæteris miraculum conſiſtebat in Miſſa aliquando celebrata à B. Patre Petro Baptiſta coram Chriſtianis Iaponiis poſt ipſius obitum, ſuper altaria, quæ pro eodem miniſterio illi inſerviebant dum viveret: eorum quoque aures jucundiſſimâ demulcebantur ſymphoniâ, atque lumine cœleſti replebantur Eccleſiæ.

Pretioſa Martyrum noſtrorum cadavera multoties è vulneribus ſuis ſanguinem effuderunt duobus poſt mortem menſibus, rubicundum & calidum, perinde ac ſi in vivis exiſterent. Vultus illorum claritas eximia teſtis erat locuples animarum felicitatis. Corvi multum carnivori & frequentes hacce in regione cadaveribus nullo modo parcunt. Belluæ tamen magis voraces non ſolum à ſacris iſtis longe recedunt Reliquiis, ſed etiam à loco, ubi ſancti martyrium ſubierant.

Dum narratur apud Hiſpanos tam præclara hiſtoria, tres ſcilicet menſes poſt Martyrum deceſſum, qui contigit anno 1596. die 5. Februarij, eorum corpora erant decora & venuſta, atque prorſus ab omni corruptione immunia. Summus Pontifex Urbanus VIII. renunciatione totius rei geſtæ præſcriptâ, actiſque confectis Martyres noſtros in beatorum numero collocavit anno 1626. die primo Aprilis. cunctis Religioſis Ordinis Seraphici permittens publice recitare Officium & Miſſam.

Barezzus, Dacæus, Carolus Rapineus, Spondanus Epiſcopus Apamienſis, in Additionibus ad Annales Baronij, ann. 1597. fuſè diſſerunt de illorum meritis & triumpho. Wadinghus quoque tomo 2. de iis mentionem facit anno 1598. §. 42.

B. FRANCISCUS CALABRICUS

ILli Calabria præbuit ortum, Sicilia domi- C cilium vel habitationem, in quam potius æterna Dei providentia illum accerſivit: centum & duos annos exegit, in aſſidua virtutum omnium obſervatione. Tertius Ordo Patris Seraphici Franciſcum Calabricum proponit; ut perfectum ſanctitatis ſpecimen omnibus, qui volunt tertiam hanc Regulam amplecti. Iejunia, vigiliæ, cæterique corporis cruciatus illum valde conſpicuum reddiderunt, pariterque continua ejus meditatio. Commorabatur plerumque Panormi, in Conventu ſanctæ Mariæ de Ieſu, qui tertius eſt provinciæ Sicolæ, ubi ſanctiſſime obiit anno 1597. die 12. Decembris.

VITA BEATÆ INNOCENTIÆ RICCIÆ, VIRGINIS.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas ejus, & educatio.

DREPANUM urbs Siciliæ gloriatur ſe illi ortum dediſſe die decimo ſexto Aprilis anno 1599. Patrem habuit Hieronymum Riccium apprime ſpectabilem nobilitate generis, animi fortitudine, ac pietate: ob eximias dotes, inter primos Senatores adſcribitur, & plurimum contulit ad Regis Catholici ſplendorem virtute & peritiâ bellicâ. *Innocentiæ* noſtræ mater *Eraſma de Grimaldo* vocabatur; originem trahens de Grimaldorum antiqua & illuſtri proſapia, quam eſſe exiſtimant Scriptores eamdem ac *Albornm* familiam, de qua ortus eſt ſanctus Albertus Drepanenſis Carmelitarum Congregationis decus & ornamentum.

A

Cum *Innocentia* ab annis tenerioribus commorata ſit in Clauſtro, magnos fecit in ſanctitate progreſſus, verbis & exemplis Religioſarum animata. Matrimonium quo, Deo ſic ordinante, poſteà fuit alligata, nullum oppoſuit obicem ejus zelo; imo potius oleum admovit & ignem, dum inter negotia moleſta & operoſa majorem oſtendit in piis operibus aſſiduitatem. Pulchritudo, divitiæ, & honores, quæ conſtanter aſpernabatur, illam oppidò promovebant ad ſanctitatis faſtigium; quo plus enim illa abhorrebat, eò plures faciebat gradus ad thronum Dei propius adeundum.

B

Eraſma Innocentiam gerens utero, illam offerebat continuò divinæ Majeſtati, & eâ mente pietatis dabat operam exercitiis, indictivam ſolerter obſervans Quadrageſimæ inediam, rempore partus appropinquante. Tam præclaræ filiæ nativitas conſanguineis & affinibus magnam attulit jucunditatem, qui divinitus noverunt quantâ virtute aliquando ornaretur. Nomen *Dianæ* illi imponitur: ab ipſis incunabulis claruit virtus ejus, & præſertim abſtinentia, dum quotidie bis tantum mammam ſugeret: abſente nutrice, vagitus ejus ceſſabant, oblatâ illi coronâ precariâ, cujus globulos per horas integras ore verſabat tantâ attentione, ut videretur quaſi

C

recitare ſalutationem Angelicam, movendo labia perinde ac ſi vellet pia hæc verba pronunciare.

A Mauro domeſtico apud patrem degente, extra civitatis portas, ætate provectior deducitur in locum, ubi domabantur tauri, quorum unus extra limites exiens aggreditur violento impetu puellam & vectorem: de utriuſque ſalute conclamatur, dum Mauro converſionem promittente ad fidem Chriſtianam, modò è periculo eminenti evadat, bellua furioſa mitigatur, & ſervus ſacris expiatur laticibus, ſub Joannis nomine. Mirabilem hunc eventum divulgat, & Dianæ tribuit, cujus meritis & interceſſione ſperat ſe beatitudinem ſempiternam conſecuturum, poſtquam illum à tanto eripuit diſcrimine.

Animarum ſuarum homines colunt hortum magno ſtudio, ſi Dei gratiam in vacuum non recipiant, juxta Pauli Apoſtoli conſilium, & noſtræ Innocentiæ fervidum exemplum, quæ quamvis bonam ſortita eſſet animam, indeſinenter tamen & à primis annis laboravit in evellendis herbis ſilveſtribus, rudique & inculto ſolo exarando, quod Adami poſteris ingenita labes ad univerſum humanum genus tranſmittit.

CAPUT II.

Virtute creſcit pluſquam ætate.

JAM in pueritia longe aberat ab imbecillitate puerili; tum altaria erigebat, & decorabat pias imagines, cum cæteræ ſociæ, quas invitabat ad illarum venerationem, in crepundiis & vanis occupationibus verſarentur. Quinquennis adhuc, Quadrageſimæ, Adventus, aliiſque diebus ab Eccleſia conditis ſacrum jejunium colebat adeo rigide, ut cibus, quo utebatur, ad ſuſtentationem modicarum virium ejus minime ſufficeret. Temperantia, quam adhibebat reliquo anni curriculo,

riculo fuit in cauſa cur Auctores vitam *Innocentiæ* perpetuam fuiſſe inediam æſtiment.

Semper & abſque intermiſſione mens ejus in Deum abripiebatur, ſolam que ob oculos ſibi proponebat virginei pudoris conſervationem. Ita abhorrebat vani actis inſaniam, ut omnino repugnaret nimiæ ſolicitudini, quâ mater pectine crimen ejus detergere conabatur & diſtinguere; fatebatur ſe malle comâ carere penitus, vel paſſis diſſolutiſque capillis, atque horridis incedere, quam cæsariem gerere concinnatam in annulos aut calamiſtro inuſtam.

Adſcititiis non gaudet illa ornamentis, cæterarum more puellarum, quibus ætatis vitio, una ineſt ea cura & cogitatio, ut cultu formam alieno adjuvent, ne fulgore radient non ſuo. Enitet *Innocentia* ſplendore proprio, uniuſque formæ condemnatione, formam commendat; unuſquiſque tamen huic ornandæ & emendæ impensè incumbit: veſtes ſumptuoſæ, margaritæ, lapides pretioſi non deſunt Dianæ, quæ fortiter illa reſpuit, dicendo: ***Annulo ſuo ſubarravit me Dominus meus Ieſus Chriſtus, ut nullum præter eum amatorem admittam.*** Addit ſequentia ſanctæ Agnetis verba; ***Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretioſis; tradidit auribus meis ineffabiles margaritas. Ipſi ſoli ſervo fidem, ipſi me totâ devotione committo.***

Cum ſe præbeat alienam prorſus à blanditiis, quibus illam conatur emollire Baro Mangianus Aiuus, patruus; nominatur communiter ab illo ingenij illiberalis puella, & comitatis exſors. Filio ſuo jubet oſculari patruelem Dianam, quæ blandienti & comiter agenti alapam impingit. In dies ſtudioſius virgineam munditiem excolens, velato capite per urbem ſemper incedit. Silentium ejus & modeſtia admirationi ſunt omnibus, qui propterea mollioribus laudum illecebris illius animum non poſſunt, nec audent delinire.

Cibos exquiſitos & ſolidos rejicit, uſque adeo temperantiam peramat; quo magis ætate provehitur, eò magis virtutibus proficit: cultu ſingulari ſanctas Urſulam ejuſque ſocias proſequitur: nunquam illarum martyrium in memoriam revocabat, quin exclamaret: „ Quam felices extant, cum vitam profuderint pro Chriſto; libenter hoc in rerum „ concurſu illarum veſtigiis inhæſiſſem. Si in aliqua re elaborabat cum duabus ſuis ſororibus, mentem appellebat; modo ad mortem ſanctæ Catharinæ inter rotas acie infeſtas, modò ad ſanctas Dorotheam & Agnetem inter dira ſupplicia. Quandiu durabat opus, unam ex illis devotas legentem hiſtorias, cæteræ attentè audiebant; totaque familia ſpecimen exhibebat Monaſterij, curâ & diligentiâ noſtræ Dianæ.

A Pater decernens primogenitam nuptui tradere, tres omnes magno mœrore afficit, præſertim Dianam, quæ huic matrimonio viriliter obſiſtens, cum ſororibus ad preces recurrit, ad cruenta flagra, aliaſque auſteritates, ut gratiam obtineant vivendi & moriendi in virginitatis flore: induſtria quâ Diana pollebat ad ſericum aliumve pannum variandum, pingendumque, erat eximia & ſingularis, miramque mentis applicationem Deo adhibebat in mediis manuum operibus, itaut non ſolùm ipſi indeſinenter adhæreret brevi & frequenti precatione, quæ communiter jaculi nomine, ob fervorem exprimitur, verùm etiam in conclave interius ſecedebat, attentius meditationi operam navatura.

B Mœſta plurimùm & ægrè ferens præfati connubii propoſitionem, ſuavi ſopore carpitur, atque dormiendo ſibi viſum exhiberi credit Joannem Evangeliſtam, quem velut virginitatis protectorem reverebatur, quique ſorori flore cœleſti oblato, evanuit. Narrato hoc eventu eidem chariſſimæ ſorori, conjiciunt ambæ nunquam fore ab invicem avellendas, imo potius indiſſolubilem ſimul inituras ſocietatem: earum ſpes effectum ſortitur, patre ſuum mutante conſilium. Utraque filia Deo gratias ferventer agit, & dilecto Jeſu diſcipulo, virgineæ pudicitatis acerrimo propugnatori.

Elucebat potiſſimùm Diana charitate, quâ C domeſticos vicinos, necnon remotos quoſcumque appropè devinciebat; verum unique illud eſt, quod vulgo dicitur, multos modios ſalis ſimul edendo, ut amicitiæ munus expletum ſit. Diuturnitas fovebat non ſolum, ſed etiam augebat ſacrum fœdus, quod noſtra Diana cum omnibus feriebat divinæ charitatis exercitio, quæ ferveſcens initio, novas in dies & magis ardentes pariebat flammas.

CAPUT III.

Admittitur in Tertium Ordinem Franciſcanum.

D PATER Innocentius Chiuſanus Religioſus Franciſcanus ſui Ordinis Monaſterium fundaturus venit Drepanum; cujus colloquium Diana ſtudioſe expetiit ad virtutis incrementum. Quamvis Franciſcanus adhuc longe remotus eſſet ab hac urbe, commodam tamen Diana invenit occaſionem illum conſulendi. Patre Dianæ ægrotante, atque Patri Innocentio conſcientiæ negotia volente exſecutienda deferre, ſtatis Conventus ex ctor aſſeruit eximium hunc Religioſum Mazaræ tunc commorari, ac poſtridie Drepanum adventurum. Ægrotus ex illa reſponſione ſolatio

levatur: Diana & ſorores magnam hinc haurientes lætitiam, venerabili Patri Franciſcano currunt obviàm, ejus precibus & curis patrem infirmum commendaturæ.

Ægritudine ingraveſcente, Medici, qui illam non admittere curationem judicant, moribundum exhortantur, ut duas vitæ horas, quæ ſuperſunt, ad mortis præparationem ſolerter inſumat. Pater & filiæ ſimul eodem tempore acerrime vexantur: pater quidem, ob puellarum extremam amaritudinem; filiæ verò, propter imminentem tam chari progenitoris deceſſum. Lacrymis eorum commotus Innocentius, in Conventum revertitur, unde ad illas ampullam vitream plenam aquæ miſit: dein ſudore ex ægrotantis corpore continuò manante, Pater Innocentius hunc iterum inviſit, ductâque ſupra illum manu in crucem, patientis dolores admodum lenivit.

Levamen ſanctæ Annæ attributum fuit, pariterque fuerunt actæ gratiæ, non omiſſo tamen Patre Innocentio, qui in collocutione familiari declaravit adeſſe tunc puellam, quam Deus ad clauſtrum vocaret. Ad hæc verba Diana erubeſcens poſtulavit à Religioſo exeunte, an de ipſa loqueretur: *Neſcio*, inquit ille, *fiet ſicut Deo placitum eſt.* Patefecit eodem momento Diana conſilium ſuum Innocentio, illum obnixe rogans Deum comprecetur, ut manifeſtet quænam ſit Congregatio magis idonea & congrua.

Innocentius à Diana mutuam conſenſionem & convenientiam efflagitat, ut multiplicatis interceſſionibus, certi fiant de voluntate divina. Statim die proximo ſequenti Diana exquirit ab Innocentio, quid perceperit in meditatione de re quæ nunc pertractatur: *Pro certo*, reſpondet ille, *vitam profiteberis Religioſam, in quo tamen Ordine, ignoro.* Urgente interim Dianâ, concludit Innocentius ab Æterno deſignari tertiam Patris Seraphici Congregationem, quæ utrumque ſexum complectens, illam amanter excipiet tanquam à Deo miſſam interventu ſanctæ Urſulæ.

Fortiter obſiſtunt parentes, plauſibili æquitatis titulo, vel obductâ commiſerationis ſpecie, nempe ne illos annis confectos ante obitum derelinquat. Proponunt quoque diverſa Monaſteria urbis Drepanenſis, ut dum tempus teret in deliberatione, vitæ Religioſæ conſilium omnino effluat abſque effectu, aut ſaltem avertatur ab Ordine Tertiariarum.

Ita ſapienter ſe geſſit Diana, ut pater ipſius moniris Patris Innocentii roboratus plenam illi libertatem pium exequendi propoſitum conceſſerit: nec ullo modo commovetur impetu Dæmonum, aut falſis amicorum blandimentis, qui eam à Clauſtro conantur deterrere. Tertij Ordinis Franciſcani recipit habitum cum ſorore Catharina, anno 1610 die octavo Decembris, quo Eccleſia celebrat immaculatæ Virginis Conceptionis feſtum, pro reverentia qua Patrem Innocentium proſequitur, vult nominari ſoror *Innocentia*.

Fervore tunc novo flagrans mirificos faciebat in virtute progreſſus, cum in deliciis præſertim ſolitudinem haberet, eo quod ibi neminem videbat, nec cogitabat niſi Jeſum Chriſtum, durè torquebatur à parentibus, qui eam in occulto latere non ſinentes, ut eſſet in gloria, & exiſtimatione floreret, ſatagebant. Divinus meus ſponſus, aiebat, cupit " me poſſidere integram: res omnes creatæ " nullam in corde meo partem obtinent. Tertij Ordinis Sororibus Innocentiam volentibus in Antiſtitam eligere, vim lacrymarum profundit, in ſignum doloris. Quomodo, in- " quiebat, poſſem alias gubernare, quæ mihi " ipſi dirigendæ minime idonea ſum? Mode- " ratoris tamen conſcientiæ juſſu oneri huic colla ſubmittit, ſitque humilior in munere obeundo.

Tunica ejus vilis erat & hirſuta, obſoletis quoque referta fruſtis, munda nihilominus ac terſa. Feriâ quintâ in Cœna Domini, dum Patres Franciſcani in ſua Eccleſia pedes lavarent ad Chriſti imitationem, Innocentia fune ad collum alligato humi procumbebat ad Sororum pedes quos oſculabatur humiliter, ſeipſam accuſans, & ab iis noxarum petens veniam.

More ſolito die Paraſceves ad Crucis adorationem ex Sororibus unam aliquam mittit, quæ inſtinctu diabolico *Innocentiam* injuriis laceſſit: turiſſimum ejus propugnaculum fuit patientia; Chriſto igitur grates ferventiſſimas egit, tanquam pro ſingulari beneficio: eâdem armata cogitatione multùm oblectabatur contemptu & opprobriis.

Si quod diſſidium accideret inter domeſticos, illius originem ſe exiſtimans ad eos accedebat ſecretò, ſatisfaciendi gratiâ, pacemque conciliatura. Coram Sorore Catharina aliquando genua flectebat, poſcens humiliter veniam, quaſi eam offendiſſet: deſpectiones & opprobria ſummè illi arridebant: ſeipſam onerari omnium aliorum defectibus credebat, & eorum prorſus carere virtutibus: *Innocentia* denique nunquam triſtitiâ afficitur, niſi cum ſe videt laudibus extolli, tunc derepentè in ſe grave odium concitat, atque amorem propriæ abjectionis vehementius incendit.

Tantopere abhorret adulationes & elogia, ut priſtinæ pulchritudinis marcorem tribui à Sorore aliqua rigidis nimium austeritatibus audiens, juſtâ efferveſcat iracundiâ. Viliorem inſtructum & ſupellectilem uſui ſuo ſemper applicat, atque ad functiones magis demiſſas ſe abjicit. In pauperes & ægrotos commiſeratione plurimum commendatur: fratri ſuo

ægrotanti qnatuordecim ſpatio menſium aſſi-dua & valde laborioſa defert officia; alteru etiam per tres annos in lecto decumbenre, pro quo nemine, ob fœtorem quem exhalat con-tinuò, excubare volente, ad ejus tamen cubile *Innocentia* non deſpondet animnm, imo con-ſtanter infirmo ſervit ad quæcumque abjecta miniſteria.

Quamvis ſororem naru minorem ſtrumo-ſam omnes deſeranr, timentes ne ſtrumis, quibus laborat, afficiciantur, *Innocentia* ni-hilominus illi ſemper adeſt, atque opem dat aſſiduitate indefeſsâ, veniam petens de culpis quas non commiſerat. Servi etiam caprivi ejus charitatis participes erant, quorum aliquis in morbum incidens cum filia beneficentiam no-B ſtræ *Innocentiæ* expertus eſt perinde ac cæ-teri: quemdam audiens ſervituræ oppreſſum ingemiſcentem, ſurrexit protinus, lintea ca-lefecit, ut dolentem ſolaretur, illique delicata cibaria præbuit in potioribus vaſis domus pa-ternæ argenteis.

Stricta obedientia, quâ monita Confeſſarij adimplebat, eximium eſt noſtræ Tertiariæ ornamentum, illiuſque profundæ humilitatis egregia teſſera.

CAPUT IV.

Orationis & contemplationis ejus fervor.

SINGULARI honore proſequebatur ſanctum Adjutum illum videlicet illuſtrem Athle-tam, & fidelem Franciſci Aſſiſiatis ſectato-rem, qui cum pluribus aliis mortem oppetiit pro Chriſto, ineunre Ordine Seraphico. *In-nocentia* dolens amarè, quod à Sororibus Tertiariis in Superiorem aſſumeretur, divino interfuit officio in honorem celebraro beato-rum Marryrum Berardi, Petri, Accurſij, Ad-juti, & Othonis, quorum nomina diſtinctè pronunciata ſunt in orarione propria; verùm nomine peculiari ſanct Adjuti præſidium & auxilium ſignificanre magis afficirur, quo ſe-ipſam indigere exiſtimans, Adjutum deinceps humiliter imploravit, & magnâ coluit pie-tate.

Parer *Innocentiæ* corporis ejus infirmitates conſiderans à jejuniis, cæteriſque carnis cru-ciatibus ortas, concludit illam non poſſe in vivis permanere abſque virtute divina: et po-ſteà, tanquam à Deo ſpecialiter electæ, re-gionem ædium deſignar, in qua tranquillius contemplationi vacet Ibi diſponir *Innocentia* duas cellulas, unam congruam meditationi, alteram actinni idoneam: in utraque ambæ ſorores viram exigunt Angelicam.

Faber Cæmentarius murum deſtruens lapi-dem reperit, ub tres cruces erant inſculpræ, auſpicatò ad mentem *Innocentiæ* memoris, A quod Pater Innocentius tale ſignum annula-rium ſuis apprimeret literis: *Duæ tantùm ex-tamus tunc temporis*, exclamat iſta, *tertia de-ſideratur ad hujuſmodi anguſtum numerum com-plendum.*

Soror natu major hiſce verbis permota Ter-tium Ordinem Franciſcanum amplectendi deſiderium extinctum renovar & denuò in-flammat, atque invitis parentibus illi nomen dat. Morte illius ſexdecim poſt diebus inter-veniente, graviter affligitur *Innocentia*, quæ ſe divinæ voluntati plane ſubjiciens ad per-fectionis culmen fervore incredibili ſemper contendit.

Quot lineas perlegebat in libris Patris Bar-tholomæi à Solathio, tot erant jacula ignea, quibus cor ejus vehementiori in dies exardeſ-cebat amore, tum erga Deum, tum erga pro-ximum: hoicce piæ lectioni quotidie applica-ta meditando flammas evomebat, & profun-debar lacrymas, procumbens in terram, quam deoſculabatur pari ardore, ac ſi Jeſum cœle-ſtem ſponſum amplecteretur. *Animæ*, inquie-bat, *meæ chariſſime ſponſe, poſſide cor meum, nec unquam illud à te permittas ſeparari:* Deinde inſtar Magdalenæ ad pedes Chriſti, *in ſpiritu humilitatis, & in animo contrito* ſe projiciebat: eodem tempore omni ſtudio quærebat eum quem diligebat, & cujus ſacro timebat privari commercio.

Finitâ meditatione, cœleſtes vibrabat ra-C dios in quoſcumque occurrentes, quâ faciei transfiguratæ conſpectu, quâ dictis ignem ſpirantibus. Semel ab oratione deſiſtens prop-ter opus charitatis, ita nihilominus adhæret Deo, ut à Sorore viſa ſit, abſque intermiſſio-ne in conclavio interiori, ſtans coram altari; Sorori autem miranti quomodo eodem mo-mento intra & extra ſacellum præſens exiſte-ret: *Qui benefacere non deſinit*, ait Innocentia, *precari non ceſſat.*

Poſtquam multis annis horarias preces, & officium divinum recitaſſet, non perſeveravit præ intimo humilitatis ſenſu, quæ ſemper & ubique haud ſublimia, ſed dejecta ſuggerit, quamvis per tertiam Regulam Franciſcanam D liceat ſacerdotale penſum perſolvere; ſimpli-cium precibus ab eadem Regula præſcriptis Deum colebat, his addens quotidie Angeli cuſtodis horas. Salutatâ ad veſperam ſacratiſ-ſimâ Virgine, ut moris eſt inter fideles pulſa-tâ Eccleſiæ campanâ, *Innocentia* exili tintin-nabulo, univerſam invitabat familiam ad Li-tanias. Frequenti & familiari utebatur con-ſuetudine cum Angelis in templo, ubi per duas circiter horas aut tres à ſenſibus abalie-nara, ſæpe cœleſti pabulo reficiebatur, Chriſti corporis adoranda reguſtans myſteria.

Brevi tempore tota in Deum transfigura-tur: Sorori quidpiam audire cupienti de rebus piis, reſpondet: *Quam bonus Iſraël Deus*,

mis, de præmio cœleſti, de igne devorante, de ardoribus ſempiternis, de morte, de extremo judicio, ut pedetentim animus elevaret ad perfectionis culmen: non omittebat viam crucis, Jeſu Crucifixi exemplum, imitationem quoque Diſcipulorum Chriſti, qui omnes cum Chriſto cruci peculiari ſuo modo ſunt affixi, & eâdem ſemitâ pietatis faſtigium, coercitis cupiditatibus, attigerunt.

Quo magis utilis erat Innocentia ſalutaribus conſiliis, bis qui ad illam accedebant eo ſæviebat amarius in ſeipſam aſperâ vivendi ratione. Unicâ veſte, quam in Tertium Ordinem primo ingreſſus die recipit, uſa eſt per totam vitam, etiam decumbens in lecto. A parentibus impeditur quominus pedibus omnino nudis incedat, lignea tamen ſolum adhibet ſandalia. A die Cinerum uſque ad Paſcha, à feſto omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, jejunij ſacri diebus, quos de Epiphania & de ſancto Michaële nominant Franciſcani, qualibet feriâ ſextâ, & quatuor communiter vocatis Temporibus, inediam ſtrictam obſervabat ex proprio inſtituto: reliquâ ferè anni tempeſtate veſcebatur pane modico, juſculo immerſo, parentibus obſequendi, atque vanæ oſtentationis fugiendæ gratiâ, quam tantopere aſpernabatur.

Solennioribus feſtis amplas diſtribuebat pauperibus largitiones, tatam quoque opſonij partem, matrem rogans ne amplius repugnaret temperantiæ: meritis itaque ſanctæ Luciæ conata eſt obtinere ut lateret: quando autem abſtinentiam non poterat abſcondere, neque ad mendicorum ſuſtentationem eſcas ſeponere ſibi oblatas, illas induſtriè ſubter menſam projiciebat à canibus edendas aut felibus. Quoties ad communem vocabatur refectionem, ſuſpirabat, dicens: *ad ſupplicium vado*: ori cibos apponens, ut adſtantibus ſe accommodaret, piâ & ſubtili ſolertiâ illorum ſibi faſtidium pariebat, panem furfuraceum, exempli gratiâ, ſofficiens dexterè pani primario, quem egenis clam ſuppeditabat aut famulis.

A carne prorſus abſtinebat invitis parentibus, quâ tamen ut iiſdem placeret, utebatur, ſed tam parcè, ut ſtomachus deficiens vix poſſet aliquem cibatum concoquere. Tabula lignea, vel pauliſper ſtramenti ejus cubile componebant: habebat pro ſubucula cilicinum thoracem, aut horrens ſetis induſium. Feſtis ſolennibus loricâ ferreâ ſe tegebat & conſtringebat à collo uſque ad lumbos cum ingenti dolore.

Cruentis flagris ſeipſam divexabat quibuſlibet feriis ſecundâ, quartâ, & ſextâ, ac pridie quam ad ſacram accederet ſynaxim, vigiliis nempe magnarum feſtivitatum, & ſingulis hebdomadæ ſanctæ diebus. Tum ferventius meditabatur, cum cæteri nocte videlicet dormiunt: Sororibus, quæ cum ea Deum preca-

A bantur, recedentibus ad quietem, ipſa in oratione perſeverabat uſque ad diluculum.

Mater ejus expoſtulavit & conqueſta eſt de hac ſeveritate cum ipſo Confeſſario, quem iſtius auſteritatis auctorem arbitrabatur, & ſcire voluit quid agerent filiæ in propria ædium parte. Illas obſervavit per januæ fiſſuram, atque igneam columnam ſupra *Innocentiæ* lectum conſpexit, cujus teſtis fuit ancilla, quam adhibuerat ſociam; ac proinde ſponſæ Dei licuit in conſueta vivendi ratione perſeverare.

Tantâ induſtriâ vela, Eucbariſtica corporalia, & alia altaris ornamenta concinnabat, ut Angelorum crederentur opera. Quicquid à patre pro ſua ſuſtentatione acciperet, in hos abibat pios ſumptus, quorum nil reſervabat om-
B nino niſi ad pauperum levamen. Firma ſemper ſtabat & inconcuſſa inter varias mundi agitationes & tempeſtates, quia ſoli Deo adhærebat.

Eucbariſtiæ ſacramentum, Virgo Dei Genitrix, Pater Seraphicus, ſancta Clara, & Angelus Cuſtos, *Innocentiæ* Religionis & pietatis erant ſcopus: initio cujuſcumque actionis hæc verba proferebat: *In nomine Dei, & tuo cum auxilio, bone Angele mei cuſtos, &c.* Sanctas Urſulam, Catharinam, Cæciliam, Claram, Bugnidem Venetam Tertij Ordinis Franciſcani alumnam ſingulari etiam cultu proſequebatur: ab ejus memoria ſancta Lucia nunquam recedebat, cujus interceſſione patris oculorum curationem obtinuit, quorum ſalutem deſpe-
C raverant Medici.

Ignaviam ſummè abhorrebat: meditatio, lectio devota, colloquia de rebus cœleſtibus, & manuum exercitatio totius diei complebant momenta. Severitas, quam in ſe pſam adhibebat, nullo modo illam efferabat erga alios, quibus ſe mitiſſimam ſemper leniſſimamque præbebat, piis illos ſermonibus alliciens, & exemplis ad imitationem Chriſti.

Divino amore penitus flagrans cupiebat in ſervitutem redigi auctione, ut auctionariæ venditionis pretium pauperibus diſtribueretur. Peſte anno 1624. Drepani ſæviente, niſi obſtitiſſent ejus parentes, in valetudinario publico peſtilentiâ correptis ſemper adfuiſſet: cum non
D potuerit id muneris exequi corporis præſentiâ, zelo ſupplevit, & ampliſſimis largitionibus.

Innocentia à patre poſtulavit ut Romam illam perduceret anno ſolennis Jubilæi proximo, 1625 ſicque plenam peccatorum indulgentiam mereretur, ac omnia loca viſitaret, ubi S. Franciſcus Aſſiſius habitaverat. Patri declaranti itineris difficultates, nec noſſe ullo modo familiam deſeri; reſpondet filia: Non " ero tibi longius oneri, citò è vivis excedam. " Veritatem prædictionis probavit eventus.

CAPUT VI.

Mors ejus pretioſa.

ANNO 1624. die triceſimo Novembris, vexari incipiens cruciatu colico, ad extremum, *Innocentia* fruitur tamen ſummâ cordis pace, dolores omnes, licet immenſos, æſtimans pretioſa eſſe atque jucunda manus divinæ dona: ex alro prius monita de obitu proximo, rebus ſuis conſulit, mirantibuſque, quantâ animi firmitate ſe gereret: *Brevi moriar*, inquit, miram conſervans mentis tranquillitatem & conſtantiam.

Cilicino thorace non amplius utitur ob ægritudinis violentiam, quam matri ſuæ patefecit, & ſinit Medicis manifeſtari. Cum medicamina protſus eſſent inutilia, quamvis plurimum approba, necnon ab eruditis arte medendi præſcripta, ægrotans ſorori ſuæ juſculum offerenti certò dixit, nullum ſe deinceps ſumpturam.

Cunctis domeſticis laerymis madentibus, pater memor peregrinationis æternæ, quam prædixerat, in conclavium interius ſe recipit, ubi mœrore confectus, & in lecto decumbens animadvertit ſe flammis circumdatum, quæ terrorem illi incutiunt Ignis iſte à patre abiens, cubile *Innocentiæ* circumcingit, ſub figura facis ardentis, quam adſtantes evidenter conſpexerunt.

Die ſequenti teſtamentum formulâ conceptum exaravit, præſertim in gratiam pauperum: Exrremæ unctionis ſacramentum petiit, acerrimè dolens ſe non poſſe Euchariſtico pabulo reſici, ob nauſeam continuam: *Gaudeo tamen*, inquit, *quod mane Chriſti corporis ter ſacra uſurpata ſunt myſteria ad meum profectum & auxilium.*

Præter parentes magno numero, decem Religioſi ad ejus lectum excubarunt, quorum precibus inter colloquendum ſe commendabat, promittens ſuum coram Deo patrocinium. Patri, matri, fratribuſque gratias egit de cura quam adhibuerant ad ipſius cuſtodiam & curationem: poſtulans ab eis veniam noxarum, quas erga eos commiſerat, mœrorem illorum auxit, quia ſic promptum diſceſſum vaticinatur: tantum enim abeſt ut in noſtra *Innocentia* culpas notaverint, quin potius imminens lugeant exitium; jacturam ſcilicet proximam tanti exempli: *Impertiamini; quæſo*, ait patri & matri, *veſtram benedictionem, & nutui divino vos ſubjiciatis.*

Irrito omni conatu, quo dolorem nitebantur diſſimulare, ſuſpiriis & lacrymarum abundantiâ patebar. Dum *Innocentia* ſororem Seraphinam exhortatur ad perſiſtendum in virtutis ſemita, & Tertium Ordinem Franciſca-
A num protegendum, illi poſtremum dat oſculum, ſimulque & viciſſim lacrymas effundunt, quæ adſtantium corda penitus commovent: rogans interim enixe omnes, ut à Deo impetrare velint ſocordiæ remiſſionem, quâ tot & tam nefaria peccata perpetrarit in divino cultu, Parentibus & amicis valedixit ultimum, atque Patrem Gardianum ſuæ conſcientiæ moderatorem accerſiri petoptavit: cum verò à Conventu abeſſet ille: Si moram facit, ait "*Innocentia*, obſecret illum quis nomine meo, "ut excuſatam me habeat: ſub hæc adveniens" cum ſuis Religioſis, oculatus & auritus fuit teſtis humilitatis & ſermonis moribundæ Tertiariæ, nec receſſit ab ea donec extremum exhalaverit ſpiritum.

B Patri Gardianò danti conſilium tantiſper interſpirandi, atque continuum pollicenti auxilium, reſpondet *Innocentia*, ſe ob imminentem mortis horam indigere paterno ejus ſubſidio, & propoſitâ de felicitate cœleſti quæſtione, mirificè loquitur de novem Angelorum choris. Crucifixum manibus ſumens, deoſculans, atque complectens ulnis, tot amoris Seraphici jacula vibrat & flammas, quot verba profert, hæc ſingulariter repetens. *Orate Deum pro me hac nocte.*

Dæmone apparente, cujus perterretur aſpectu, declarat illum ſibi exprobrare ſocordiam in divino cultu; deinde ſe muniens ſigno
C crucis locum indicat ubi communis hoſtis viſus tunc exhibetur, atque expetit aquam luſtralem ſeu benedictam ſpargi: dum excitatur ut in Deo fiduciam planè collocet: *Adjuva me Pater*, ait illa Sacerdoti præſenti, *tuam imploro charitatem: Heu! quam terribile eſt extremum illud certamen; nihil occurrit animo acerbius, nil magis horrendum cogitatione fingi poteſt.*

Peccatorum ſalutari confeſſione ultimùm perpurgata, recitari exoptat Sanctorum Litanias, ſemper reſpondens, *Ora pro me*, præſenti animo & invicto robore. Poſtquam Confeſſarius ter repetiit orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem, ut moris eſt pro animam efflantibus, poſtulavit Innocentia
D coronam precariam, & ſacrum numiſma, ut pleniorem noxarum veniam mereretur. Ad novam Dæmonis viſionem altâ voce clamavit: *Deo ſervivi quantum potui: doleo quod non perfectius egerim: mori in Eccleſia Catholica, Apoſtolica, & Romana penitus volo.*

Iterum oſtendit Patri Confeſſario qua in parte extaret Dæmon, ſignum crucis formans ſupra os ſuum, atque invocans Sanctos quos ſingulari cultu proſequebatur. Amplectendo deinde Crucifixum, in quem oculos intendebat, ſequenti uſa eſt vociferatione: *Dulciſſime Ieſu, anima mea ad te revertitur, unde procedit, ſocietatem initura cum Angelis,*

ut te unanimes laudemus in æternum. In hac pia exclamatione mortalem hanc vitam terminavit, & inchoavit æternam.

CAPUT VII.

Mirabiles eventus poſt ejus obitum.

POST mortem Innocentia ita erat ſpecie venuſta, cute molus, vultu hilaris, ut videretur quaſi vivens, omniumque oculos & corda pelliceret, omnium, inquam, benevo- B lentiam ſplendore frontis, ſtaturæ dignitate ſibi conciliabat, & aptâ corporis habitudine. Eximius Religioſus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, inſigni contemplationis dono præditus, meditabatur in choro poſt horas matutinas, Deumque orabat pro *Innocentia.* Levi ſomno correptus illam conſpexit lætitiâ plenam & cœleſti circumfuſam lumine, albo coopertam pallio, capite geſtantem tres coronas, & multitudine Virginum ſtipatam, quæ illi magnam exhibebant venerationem. Relato deinde *Innocentiæ* deceſſu, pro illa ceſſavit Deum precari, quam certo exiſtimavit præmio potiri æterno.

C Famâ obitus vulgatâ, innumeri confluunt populi ad venerandam defunctam, cujus unuſquiſque proclamat elogia: refugium pauperum, & afflictorum ſolamen illam alij nuncupant, alij ſublime oraculum ad animarum directionem. Miſcentur laudes & præconia ſuſpiriis & gemitibus, ob jacturam tanti momenti. Senatus ipſe patri & familiæ acrem morſum doloris oſtendit.

Quamvis publicâ voce promulgaretur tanquam ſancta, omneſque ſe ejus precibus commendarent, ad ſepulturam tamen cuncta diſponuntur, ſed exequiæ celebrantur eâ ſolennitate quæ convenit feſtis auguſtioribus, uſ- D que adeo fideles erant perſuaſi de ſanctitate & beatitudine noſtræ *Innocentiæ*, quæ obdormivit in Domino Drepani, nempe in natali ſolo, primo die Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo-quarto, quatuor annis poſt ingreſſum in Tertium Ordinem, anno ætatis ſuæ vigeſimo-quarto & ſeptem menſibus.

Soli Religioſi Franciſcani funus ſuâ præſentiâ cohoneſtarunt, ſicut ipſa efflagitaverat, licet tunc morem iſtum non tenerent. Corpus fuit ſepultum in eorum Eccleſia, ubi reman-

A ſit incorruptum, atque ſuavem exhalans odorem. Non ſolùm Drepanenſes, verùm etiam totius provinciæ incolæ illam ut Dei famulam eximiâ præditam ſanctitate reverentur.

Rerum mirabilium cognitarum acta Epiſcopi auctoritate exſcripta ſacræ Congregationi demandata ſunt. Ab Eminentiſſimo Cardinale Cæſarini relatione habitâ, decretum fuit perſcripta documenta renovari, ut Beatarum numero adſcriberetur pleno & ſolenni ritu: emanavit diploma die decimo ſeptimo Februarij anno 1625. libello ſupplici affixum, quem Drepanenſes ſummo Pontifici Urbano VIII. obtulerant.

De noſtra Innocentia congruenter dicuntur verba hæc Sapientis: *Conſummatam* videlicet *in brevi explevisse tempora multa*, quæ vigeſimo-quarto ætatis ſuæ anno moriens perfectionis Chriſtianæ ſtadium decurrit, & ad metam pervenit cum exultatione & triumpho, qui ſanctitatis eminentioris merces eſt. Lætetur Sæculum noſtrum decimum-ſeptimum iniens, peperiſſe terris & cœlo juvenculam, quæ perfectiorum mentium virtutem adæquans, pari præmio potitur. Brevi tempore ſanctitatis confecit curriculum, ſed multo breviori triumphum egit in cœlo. Viginti quatuor annis medium inter utramque ripam nativitatis & obitus ſpatium trajecit; moriens verò, in cœlum infinitè diſtans aſcendit unico momento. Ubi altius eſt mare, vix leucæ quadrantem adæquat profunditate, ſi perraras voragines exceperis, quarum fundum nulla hactenus bolis explorare potuit: at verò terræ altitudo bis mille ducentas leucas complectitur. Parum id eſt ad cœlorum altitudinem, quam Innocentia, juxta vocem publicam, pervaſit uno momento, poſt adeptum ſanctitatis faſtigium paucis diebus.

Hieronymus de Sotera Ordinis Minorum de Obſervantia Confeſſarius Innocentiæ, vitam ejus ſcripſit, quam Jacobus Fulginienſis plurimùm auxit, anno 1629. Videmus nunc illam in Gallicum idioma converſam & Lugduni editam anno 1664. à Reverendo admodum Patre Elzeario Dombarienſi Tertij Ordinis Franciſcani, Congregationis Gallicanæ Religioſo profeſſo, cujus memoriam, ob virtutum præclara facta, & præcipuarum Ordinis dignitatum partes laudabiliter adimpletas, excipiet, ac tuebitur immortalitas, qui que multa alia volumina laude digna typis mandavit.

PATER JACOBUS EUGUBINUS.

Iure meritò debetur huic eximio viro noſtri Ordinis Tertij Inſtitutoris, aut ſaltem Inſtauratoris Provinciæ Siculæ, gloria: verùm ad præcipuam illius commendationem paucis verbis declaramus quid potiſſimùm egerit. Ab adoleſcentia præclara virtutis exhibuit ſigna, quibus permotus Generalis noſtræ Congregationis Miniſter, Jacobum Evangelij præconem inſtituit. Dictis & factis innumeros è cœno vitiorum eruens ad virtutes promovebat.

Imperator Carolus V. ingentem conflabat exercitum in Barbariam, ut obſiſteret famoſo prædoni maritimo, qui violenter & injuſte invadens Algerium, etiam Tunetum uſurpaverat. Jacobus noſter turmis nomen dare Imperatoriis ſtatuit, ut ſub titulo Chriſtianorum Eleenioſynarij, excurſionem obiret Apoſtolicam, ad ſubjiciendos Infideles Religioni Chriſtianæ, & martyrij palmam denique adipiſcendam.

Narrant aliqui, mari trajecto perveniſſe Tunetum, crucemque dum acriter confligeretur, manu tenuiſſe, cum vexillo, quod glandium procellam ab ſclopetariis emiſſam excepit, abſque ullo vulnere vel leviſſimo geſtatoris. Victoriâ reportatâ à Chriſtianis in Siciliam rediit, adimpleturus quæcumque ab illo Deus expoſcebat.

Vox ejus erat tuba Evangelij, quâ perſonante, nullum obicem divinæ gratiæ opponebant corda auditorum. Marſala urbs eſt in

A Sicilia, cujus cives præſertim incendit igne divini amoris. Peracto ibi quotidianæ prædicationis munere per Q̣uadrageſimam, populi convolant ſub finem, audituri concionem de Paſſione Chriſti, quam incœpit ad veſperam feriæ quintæ in Cœna Domini, & poſterâ die finivit, Sole exoriente. Concionatoris & aſſiſtentium concurrentibus lacrymarum profluviis, facta eſt eorum, velut mare, contritio.

Medicus præſens Jacobum monuit, niſi ſibi temperaret à fletu, non poſſe diutius vivere; qui affirmavit mori pro Chriſto non pœnam cenſeri, ſed oblectamentum *Heu! quanta felicitar*, ait Prædicator Apoſtolicus, *vitam amittere diſſerendo de morte Redemptoris ipſo die quo illam paſſus eſt.*

B Siculi omnes illum maximo proſequebantur honore, præſertim Dominus Joannes *de Lavega* Prorex. Sanctus Ignatius *de Loyola* tunc temporis extans in Sicilia, ſtrictam iniit neceſſitudinem cum noſtro Jacobo, cujus doctrina & virtutes ſummi fuerunt momenti ad inſtautandum in Sicilia Tertium Ordinem Religioſorum Pœnitentium ſancti Franciſci Aſſiſiatis, eumdemque illuſtrandum inſignium virorum multitudine, & ſplendore, qui illum ſunt amplexi. Silveſter Marulus obſervat anno 1538. hanc inſtaurationem ortum habuiſſe Drepani: unde concludo jure merito annumerari Patrem Jacobum Eugubinum inter noſtros Religioſos Tertiarios.

RELIGIOSI TERTIARII
Eximiâ virtute præſtantes in Sicilia.

Innocentiæ Ricciæ, quæ nata eſt & mortua in Sicilia, meam in memoriam revocat Viros Illuſtres qui hancce Provinciam ornaverunt profeſſione ſolenni trium votorum, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, eorumque ſtrictâ obſervatione, ſub Tertia Regula ſancti Franciſci Aſſiſiatis.

PATER MICHAEL DE BURGIO.

Pater *Michaël de Burgio* magnam nominis exſtimationem inter alios conſecutus eſt. Nicolaus *Burgio* pater ejus, & Margarita *de Crapaurano* mater, Drepani cives celeberrimi erant & ſpectatiſſimi, tam origi- C nis nobilitate, quam pietatis exercitio. Michaël quindecim annos natus habitum recepit de manibus Patris Jacobi Eugubini, atque ex accuratiſſima virtutis amuſſi exacto Religionis tirocinio, ad ſtudia mentem applicavit,

eximio

eximio fructu. Ad ſacræ intelligentiam Scripturæ apprimè ſe contulit, rectos adjungens profundæ ſcientiæ mores.

Peſte Drepani ſæviente Patres Michaël de Burgio & Antonius Buſſetus lue aderant infectis, opemque dabant tantâ benedictione, ut Drepanenſes noſtri Ordinis Conventum inſtituerint intra urbis muros, ſub titulo ſancti Rochi, ubi Pater Michaël Miniſtri localis multoties obiit munus. Deinde quater evectus fuit in dignitatem Provincialis, & bis propoſitus ad Miniſterium Generale exercendum: probo exemplo & piis exhortationibus in noſtram Congregationem allexit fratres ſuos, Patres videlicet Marium & Celidonium, qui Tertiariis Franciſcanis decus & ornamentum conciliaverunt:

Multum laboravit Michaël in promovenda Sicula provincia: Romam, aliaque in loca valde remota alacriter profectus eſt, hujus rei gratiâ, proſpero eventu. Obtinuit à Sede Apoſtolica, quod Tertius Ordo Siculus nemini ſubjiceretur, niſi Tertiariorum Miniſtro. Lis ab alia Congregatione intentata propter habitum felicem exitum habuit & votis Patris Michaëlis congruum, præſidio & auctoritate Marci Antonij Colona Siciliæ Protegis.

Drepanenſes laudem nullam exiſtimantes poſſe Michaëlis merita æquare, illum legaverunt ad multos Principes, & nihil unquam ſuſcepit, quod ad optatum finem non perduceret: negotiorum adminiſtratio ei præſertim ſucceſſit, cum Marchione de Vigliana. Plebe concitatâ tumultuosè & abſque cauſa contra Patres Societatis Jeſu, Michaël perturbatos animos tranquillavit, & in ſignum venerationis, ſancti Joannis Baptiſtæ lipſana illi tradita ſunt; quæ in ſuo Conventu ſancti Rochi collocavit.

Qui diſſoluti erant & male morati, illum formidabant; & ſingulari gratiâ pollebat ad eorum converſionem: pauperes verecundi, omneſque afflicti ad Michaelem velut ad tutum aſylum confugiebant per quinquaginta annorum ſpatium graviſſimâ cruciatus illum procidentiâ inſignem valde patientiam oſtendit. Annos ſeptuaginta & ſex natus divina ſuſcepit ſacramenta, ſe morti exiſtimans proximum: Vixit tamen uſque ad annum 1615 quo præter conſuetudinem debilitatus, Miſſam celebravit, confitentibus præbuit aurem, & fusè diſſeruit de Chriſti laboribus, ad viam cœli nobis complanandam.

Dein ætatis ſuæ anno octogeſimo ſeptimo, & profeſſionis Religioſæ ſexageſimo tertio: Provinciæ ſeu Congregationis Siculæ inſtitutionem & incrementum ſcriptis mandavit Michael de Burgio, cui tanquam teſti oculato & ſcientiſſimo fides omnino eſt adhibenda. Certus de vicino curriculi mortalis ſui termino, ad amicos plures mittit epiſtolas de rebus A piis & cœleſtibus. Mortem, quam nunc arbitratur imminentem obiit paucis poſt diebus cum ineffabili gaudio.

Obitus rumore diſſeminato univerſi Drepanenſes acri afficiuntur mœrore, qui palam & alte ſanctitatis defuncti perhibent teſtimonium, plurimis curationibus recenter confirmatum, dum habitus corona precatoria, cingulum, & cætera tanguntur inſtrumenta quibus utebatur.

B

P. CELIDONIUS.
De Burgio.

Pater Celidonius de Burgio præcedentis frater dono contemplationis eminebat, atque ſacræ ſtudio Scripturæ impenſam navabat operam: peſte urbem Agrigentinam invadente, Celidonius libenter lue infectorum miniſterio ſe addixit, amittenſque ibi vitam mortalem, adeptus eſt æternam: Magnum ſui deſiderium Agringenti relinquens, quàm eximiâ polleret ſanctitate, & quantis meritis cumularetur, plane demonſtrat.

P. PETRVS DE FENO.

C Pater Petrus de Feno multum illuſtris originis ſplendore, præclaram nominis ſui conſecutus eſt exiſtimationem profundâ ſcientiâ, & Miniſtri Provincialis munere magna cum laude geſto; ſed multo magis claruit fervore in virtutibus exercendis. Habitum Tertij Ordinis poſtulans, Patri Jacobo Eugubino Provinciæ Siculæ fundatori ſuum obtulit patrimonium, ut illud ad arbitrium ſuum divino cultui applicaret, pauperumque ſolatio.

Cum ante ingreſſum Clauſtri tenui videretur & infirmâ corporis habitudine, firmis tamen fit viribus, mox ut Religioſo induitur habitu, quamvis auſteram ſemper teneat vivendi rationem. Corporis cruciatibus adjun-D git abjectionis amorem. Sæpiſſime tanquam mercenarius operarius publicè & per vicos onera graviſſima, ingentes trabes geſtabat, ad Monaſterij conſtructionem, cunctis mirantibus, qui ortus ejus nobilitatem probe noverant, & præclaras dotes. Plurimi piis illius ſermonibus, fervidoque exemplo, ad vitam Religioſam allecti ſunt. Diem clauſit ultimum Drepani in Conventu ſancti Roch[i] anno 1595.

P. SERAPHINUS LAZZARA.

Pater Seraphinus Lazzara Marſalenſis nobili ſtirpe oriundus multo magis virtutum ſplendore conſpicuus eſt, quia Sacerdotali ordine inauguratus ritè obſervavit Tertiam Regulam Religioſorum Pœnitentium Patris Seraphici. Oratio ſine intermiſſione, rigidum ſilentium, ſui contemptus, & cruenta flagra illum valde reddunt inſignem. Corporis infirmitates, quas patienter & cum gaudio tolerabat, ejus coronam auxerunt luculenter atque locupletarunt: variis & acerbis torquebatur apoſtematibus in cunctis partibus, ac præſertim in pede: quantus dolor, quæſo, dum Chirurgus calcem tranſverberans ferrum adigebat uſque ad pedis medium? plagam quoque ſcalpello infligens medios inter humeros dite patientem diſcruciavit Seraphinum, qui non ægrè aut moleſtè, ſed æquo animo ferebat omnia: multiplici experimento probata eſt ejus virtus, at potiſſimùm in vomicæ perfoſſione, prope jugulum: tunc invictâ Conſtantiâ, dulciter clamabat: *Pater Æterne, adjuva me.*

Extremum efflans ſpiritum Patri Michaëli de Burgio dixit, gaudio ſe immenſo affici, quod brevi ſocietatem iniret cum civibus cœli, qui Deum non offendebant, ſed laudabant abſque intermiſſione. A viro eximiæ pietatis videtur aſcendens per aëra in cœlum, velut radians & fulgida ſtella. Jacet in Monaſterio Martorano.

P. HIERONYMUS DE RIZZO.

Pater Hieronymus de Rizzo virtutum perinde ac ſtirpis claritate ſplendidus, multum profuit reipublicæ Chriſtianæ concionibus Evangelicis, & Religioſæ diſciplinæ obſervantiâ. Propter innumeram auditorum undique frequentiam, vaſtiſſima eligebat templa, ut verbum Dei exponeret, tanto fructu, ut mentes magis obfirmatas in errore & iniquitate reduceret ad pœnitentiam. Pluries proficiſcens Romam, ſemelque ſanctum Carolum Bortomæum Cardinalem, & Seraphici Ordinis protectorem, adiens, noſtræ Congregationis progreſſioni plurimùm contulit.

Primus obiit dignitatem Miniſtri Provincialis in Sicilia, fuitque Ordinis Procurator Generalis. Conventus Martoranus illi præ omnibus arridebat, in quo libenter commorabatur, quia propter ſolitudinem magis erat idoneus ad rerum cœleſtium contemplationem. Sarta ædium tecta & augmentationes, pro-

A bant evidenter quanta eſſet ejus gnaritas & ſolertia. Panormi fato fungitur Hieronymus, valde mœſtos relinquens ſuos Fratres, corpuſque ejus transfertur in Monaſterium Martoranum anno 1613. unoquoque illum teſtante hancce domum habuiſſe in deliciis, ubi diſciplinæ Religioſæ ſplendor ſemper viguerat. Collocatur juxta altare primarium, in cornu Epiſtolæ, tanquam novæ Eccleſiæ fundator, quæ fuit conſtructa anno poſtremo, quo iſtum Conventum gubernavit.

Quæ ſemel oleum teſta combibit, alteram gummitionem non recipit, imo reſpuit. Utinam inſtar P. Hieronymi de Rizzo ab incunabulis virtuti daremus operam, mens noſtra
B utique virtute imbuta, vitioſa non fieret, Deo juvante.

P. LUDOVICUS DE MONTE, *Religioſus Tertiarius.*

Pater Ludovicus *de Monte* in lucem editur die 16. Julij anno 1573. nominatur ante Clauſtri ingreſſum *Philippus Zibichi:* ejus pater Marcus *Zichichi*, mater *Roſella*. Habitum Religioſi Tertiarij, quem ſumpſerat in Conventu Martorano 1591. dimittit priuſquam vota nuncupaſſet. Divinitus tamen novit quod in idem rediret clauſtrum, ac dæ-
C monem, qui illum callide tentaverat, diſturbandum fore atque profligandum.

Religionis tirocinio eodem ſe ſubmittens anno, vota tandem exactâ Religioſâ periclitatione emittit ſolennia, atque magnam jam tum nominis exiſtimationem conſequitur apud Fratres, itaut ab omnibus natus judicetur ad præclaras quaſcumque ſcientias capeſſendas. Præfectos nihilominus enixe obteſtatur, ut ſibi liceat meditationi Crucis & vulnerum Chriſti aſſiduam navare operam. Votis ejus manendi in Conventu beatæ Mariæ de Angelis in urbe quam communiter vocant *à ſancto Philippo*, plane ſatisfit, quam aliis præfert, ob tranquillitatem contemplationi neceſſariam.

Monaſterio de Miſericordia illi poſteà deſi-
D gnato, ibi ſe excruciabat diverſis carnis conflictationibus, hamatum induens thoracem, & pro ſuſtentatione contentus pane & aquâ. In grave tamen adductus vitæ diſcrimen jubetur à Præpoſitis tantum rigorem moderari. Sacerdotali charactere initiatus anno 1597. auguſtiſſimum ſacrificium Corporis & Sanguinis Chriſti celebrat tanto fervore, ut adſtantes ad pietatem commoveat.

In Conventu de Annunciatione, extra Panormi muros, Novitiorum Inſtructoris munus obit, necnon Martorani. Tentationes eorum, qui ipſius moderamini ſubduntur, quamvis abſconditas, divinitus noverat: dor-

miebat patum, longas vigilias in meditationis inſumens ſtudio: ſacratæ Virginis cultu inſignem ſe reddidit. Pictâ Dei Genitricis tabellâ, in prædio de Monte, juſſu patris illius, multa ibi edita ſunt miracola, quæ cauſa fuerunt conſtructionis Eccleſiæ in hoc loco, ad honorem Reginæ Angelorum, ſub titulo B. Mariæ *dela Mendola*.

Curavit Pater Ludovicus plures expingi imagines ex hac Imagine, quas diverſis in locis collocavit, ſub invocatione Deiparæ de gratiâ, ubi ſupra omnem naturæ vim plurima B patrata ſunt opera, quæ infinitam Dei potentiam manifeſtant, cultum Reginæ Angelorum ſuggerunt, & Patris Ludovici ad pietatem promovendam conatus apertè commendant.

A Superioribus eundi Catanam impetratâ licentiâ, & omnia in loca, quò tabellares B. Virginis Imagines miſerat, venit Motucam, ubi omni humilitatis induſtriâ ad venerationem evitandam, irritâ, fama ejus adventus latè vulgatur. Erucæ & locuſtæ agros tunc depopulabantur; populi verò unanimiter confugiunt ad ſanctum virum, quem impenſè ro-
A gant ut ſuis precibus avertat miſerandum hoc exitium. Proprias laudes moleſtè ferens, primis ſupplicationibus obſiſtit; perſeverantiæ tamen fidelium benignè cedens, longius Deum orat; ſumptiſque veſtimentis Sacerdotalibus, univerſam regionem afflictam aquâ benedictâ aſpergit, ac proinde finem habuit Dei flagellum, unoquoque has beſtiolas conſpiciente in aëra ſe extollentes, atque componentes velut nubem, quæ verſus mare ſeceſſit, nec amplius devaſtavit regionem.

Vult denique juſtus Judex coronâ æternâ B ſuum ornare famulum, & immenſos ejus compenſare labores: febri corripitur, & extremos patitur dolores æquo & conſtanti animo; ſeptemdecim dierum ſpatio ſacratæ Virginis Imagini affigens ſemper oculos, recitanſque pſalmos mira cordis tranquillitate moritur decimo-nono Octobris anno 1618. atque ſepelitur in Conventu ſancti Rochi Drepanenſi, quo Marcorano advenerat. Vulgò creditur proximitatem mortis divinitus prænoviſſe, eò quod exiens Martorano à Religioſis humiliter veniam poſtulaverit, atque aſſeruerit nunquam illuc ſe reverſurum.

P. JOSEPH *DE MONTE*, ALIIQUE Religioſi Tertiarii.

PATRES *Ioannes à Maria de Monte*, *Bartholomæus de Facio*, *Ioſephus de Monte* extiterunt adeo inſignes meditationis exercitio, jejuniorum, & flagrorum ſtricta obſervantia. ſilentij & ſolitudinis amore, perfecta denique nutui divino ſubmiſſione graviſſimas inter ægritudines, ut nefas ſit illis celebrem denegare mentionem in noſtris Analibus.

Pater *Ioſeph de Monte* ſeipſum addicens miniſterio civium Drepanenſium peſte infectorum, vitam amiſit hac in ferventi adminiſtratione. Celebratur oppidò ejus ingreſſus in clauſtrum, ob mentis firmitatem, qua licet D ætate florens ſecedere ſtatuit, & reverâ ſeceſſit in Monaſterium, ut illecebroſa blandientis feminæ lenocinia vitaret, quæ illum in corruptelam morum conabatur inducere.

Similis debetur honos Patri *Vincentio Riccio*, viro utique generis ſplendore conſpicuo, ſed multo magis eximia virtute ſingulari cum doctrina copulata. Pater Hieronymus Riccius ejus frater, dignus ſane eſt qui poſteris commendetur, ob præclaram Procuratoris Generalis dignitatis adminiſtrationem.

Proſapia Ferrienſis valde illuſtris in Italia, Tertiariorum Religioſorum Provinciæ Siculæ C Patrem Petrum ſuppeditavit, prædicatorem inclytum; ſtirps Ciambrina æquè ſplendida præbuit Patres Seraphinum & Bonaventuram fratres germanos, quorum virtutes fama atque ſermone omnium prædicantur. Genus Provenzanum obtulit Patrem Joannem Baptiſtam, qui fortiter & ſumma cum laude Miniſtri Generalis munus obiens, meretur à poſteritate celebrari: pietas illius, eruditio, experientia ortus ampliſſimi claritatem adæquabant. Familia Riccia majorum commendatione inſignis, nobis præſtitit Patrem Iſſium Baronem de Favignana, qui duas filias, nurum ſeu filij conjugem, & famulam in Conventu D Religioſarum Tertij noſtri Ordinis, ſub titulo ſanctiſſimæ Trinitaris inſtiturum, intromiſit. Ipſe verò amplexus eſt Regulam noſtram in Congregatione Religioſorum Pœnitentium, unà cum duobus filiis, qui pari zelo flagrabant.

Patres Clemens de Salemo; Bonaventora Saladinus, Antonius & Ruffinus Brandini, ambo fratres, ſapienter exiſtimarunt ſe novum ſplendorem origini ſuæ addituros votorum ſolennium profeſſione in Tertio Ordine Franciſcano, atque præcipuum honorem conſecuti ſunt, feliciter jungentes virtutum emi-

nentiam cum ſanguinis nobilitate. Omnes ferè poſuerunt fuodamenta perfectionis in ſpecu ſolitaria ad radices montis ſancti Juliani: cæteri vitæ Religioſæ agendæ conſilium ſuſceperunt 10 mootis vertice; in primo ſcilicet Monaſterio, quod Martoranum nominant. Univerſa Provincia Sicula particeps fuit illuſtrium horum hominum fervoris, quo cuncti ſucceſſores, cõventuſque ubi commorati ſunt,

A vehementer exarſerunt.

Mira eerte in ſtricta Regulæ & ſtatutorum obſervantia illorum eſt firmitas, uſque ad ooſtrum ævum; ſed magis miramur concordiam quam conſtanter ſervant, æquitate mutuâ atque infractâ, unde approbè laudabiles fiunt, qnia delicatiſſima res eſt verus amor; difficile quæritur, facile perditur.

RELIGIOSI ALII ILLUSTRES TERTIARII.

FRATER HIERONYMUS DE GOLIZANO.

TERTIUS Ordo Franciſcanus non ſolum habuit Sacerdotes eximios & inclytos, ſed etiam Fratres Laïcos omni decoratos genere virtutum; ſicut Fratrem Hieronymum de Golizano. Tirocinium exegit anno 30. ætatis ſuæ in Conventu Martorano, ſalutis humanæ 1582. per ſpatium 40. annorum in ſevera perſiſtens pœnirentia, magnam nominis exiſtimationem adeptus eſt: Curam habens diurnæ Fratrum ſuſtentationis, pio huicce ſtudio ſolerter incumbebat noctu diuque.

Cilicinum thoracem nunquam dimiſit in ipſis etiam moleſtiſſimis ægritudinibus, quamvis Medici id inſtanter inculcarent. Acerbi ramices, quibus utrimque laborabat, ſuaves arbitrabatur & jucundos, tanquam Dei dona, nec proptereà ullum unquam prætermiſit diſciplinæ Religioſæ exercitinm, nec ullum deſiir officium gerere Fratribus commodum aut utile. Laboribus ſuis & ſolertiâ plurimum proficiebat ſuo Conventui, quem Deus novis ſemper cumulabat favoribus Fratris Hieronymi curâ & induſtriâ. Orans aſſiduè genibus innixus duos crurum cancros contraxit. Modicâ febri correptus è vivis exceſſit die decimo Februarij 1628. Jacet in Monaſterio Martorano.

D

F. VINCENTIUS Genuenſis.

FRater Vincentius Genuenſis apprimè ornavit Conventum ſancti Rochi Drepanenſis, ubi diu remanens profundæ humilitatis, & Seraphicæ charitatis illuſtria exhibnit argumenta. Quamvis ſimplex Laïcus, nullâ ſcientiâ præditus humanâ vel acquiſitâ, luce tamen polleos infusâ & cœleſti, mirificos de rebus excelſis proferebat ſenſus, atque ſocie-

B tatem familiarem iniit cum Theologis ſublimioribus, qui illum ſingulari honore proſequebantur. Vitæ Fratris Vincentij commentarij nobis illum depingunt velut dono intelligentiæ luculenter locupletatum, & ſemper Jeſum Chriſtum corde & ore complectentem.

Pater Michael de Burgio narrat, aliquando Sole exoriente audiviſſe vocem Fratri Vincentio Gennenſi dicentem: *Aperi os tuum, & implebo illud* His autem verbis ſancti Spiritus plenitudinis promiſſæ effectus ioſignes oſtendit in ſuâ converſatione per totum vitæ curriculum. Mortem obiit Drepani, & corpus ejus

C ſepultum eſt in Monaſterio ſancti Rochi.

F. ANTONIUS DE PETRA- Perſiaca.

FRater Antonius de Petra Perſiaca voluntariam corporis afflictationem & impoteotium cohibitionem animi motuum peramabat: iili maxime contemptus & abjectio cordi erant. Nondum noſtri Ordinis habitum ſumpſerat, cum pater ipſius, Joanne Vegazio Prorege, ad triremes damnatus fuit. Filius tunc vicem patris ſupplere vult, præ intimo charitatis ſenſu, & deſpectionis propriæ ferventi deſiderio.

Conditio lata accipitur, atque remigij præſes jubetur illi fuſtem centies impingere die quolibet, ac diligenter obſervare, an patienter toleraret. Relatione factâ miræ Antonij patientiæ, illum Prorex inter ephebos honorarios recenſet, & omnino in libertatem aſſerit: Patri Jacobo Eugubino ſæpius Joaonem Vegazium adeunti Antonius noſter tam claræ Religioſæ vocationis præbet indicia, ut admittatur inter Religioſos Tertiarios.

Meditatur quotidie quatuor aut quinque horarum ſpatio, tantiſque illuſtratur ſplendoribus, ut lucerna fiat pedibus, & lumen ſemitis aliorum, qui è cœno vitiorum volunt emergere, & ad ſanctitatem aſpirant. Acriter nihilominus conflictatur in hacce pia occupatione, dirè à Dæmone vexatus: ſolitudinem judicans magis aptam ad contemplandum, ſæpenumero ſecedebat in hortum Conventus, aut in vicinam ſilvam: horrendæ multoties audiuntur Dæmonum vociferationes, qui nituntur inſuper ejus attentionem perturbare terribilibus ſpectris.

Incipienti paululum quieſcere in cellula illi quandoque feminas exhibebant, quo perterritus infami ſpectaculo, mox exurgens fugiebat velociter in nemus, atque ſeſe volutabat mediis in ſpinis, uberem effundens ſanguinem. In Conventu Agrigentino vitam cum morte commutavit, inſerviens lue infectis.

F. PETRUS DE GRAVIGNANO.

FRater Petrus de Gravignano tam præclarum humilitatis & charitatis ſpecimen Fratribus præbuit præſentibus, ut etiam abſentibus & poſteris innoteſceret: In contemplatione totam inſumens noctem, multum Deo gratus fiebat & acceptus. Lacrymis manabant oculi, corque acuto pungebatur contritionis dolore, tuncque interno geſtiens gaudio divinas altius decantabat laudes. Labori manuum in horto & alibi gnaviter vacabat. Semel horâ ſecundâ poſt mediam noctem conſpexit P. Jacobum Eugubinum fundatorem Provinciæ Siculæ, è facie ſplendentes vibrantem radios, dum oraret. Frater Petrus de Gravignano morti appropinquans indeſinenter Deum laudabat & ſacratam Virginem, nullo affectus mœrore, imo potius omni delibutus voluptate: univerſi adſtantes mirabantur ejus tranquillitatem, quæ cordis prorſus immunis vitiorum labe munditiem & pulchritudinem denotabat. In Monaſterio Martorano tumulatur.

F. LUCAS NICASTER CIRAMENUS.

CAPUT PRIMUM.

Ingreditur in Ordinem Religioſorum Tertiariorum S. Franciſci Aſſiſiatis.

FRATER Lucas Nicaſter Ciramenus, claris ortus parentibus, morum probitate multo clarior erat: à tenerioribus unguiculis Deum timere, illique ſervire incœpit. Nomen dare divinæ militiæ in noſtra Congregatione ſtatuens, ſortem elegit ſimplicis Fratris Laïci: cilicinus thorax, quo tegebatur à collo uſque ad poplites, cruentaque ejus flagra, quantum corporis magis aſperas afflictationes adamaret, evidenter oſtendunt. Qualibet nocte in ſeipſum quater ſæpenumero ſæviebat hoc rigore, ac plerumque in ſacello, quod nominant de Columna.

Quamvis frequenter & mirâ auſteritate jejunus exiſteret, die tamen Veneris ſeveriorem obſervabat inediam, quo videlicet nullo utebatur cibario. Contra injurias & opprobria, quibus aliquando laceſſitur, ſolum opponit ſilentium, nec unquam ſe offendi aut exagitari demonſtrat. Sex aut ſeptem horis noctu meditans coram auguſtiſſimo ſacramento, meditationem nihilominus prorogat ad multam diem tantâ attentione, ut videatur interdum immotus ſtare, abſque ullo ſenſuum uſu, licet muſcæ illum ſtimulent, vel etiam aculeo figant apes. A Dæmonibus feritur tam rabido furore, ut exclamans opem petat: accurrentibus tamen ad auxilium dicit nil contigiſſe.

Miraculorum & Prophetiæ dono eminens illius ſanctitas probatur: In Conventu extra Panormi muros ſito degens rogatur à Religioſis, ut ſubveniat Fratrum neceſſitati, quibus panis penitus deeſt: Frater Lucas ſciens ſupereſſe fruſtum aliquod, neqnaquam ſufficiens unius hominis fami explendæ, illud nihilominus decernit cunctis diſtribuendum: mirabilis adeo eſt partitio, ut reſecto plane univerſo Conventu, partes reliquæ ſatiare poſſint plures alios.

Aliàs nullo extante cibo ad prandium, Frater Lucas menſas ſternere jubet, Dominum affirmans proviſurum: eodem momento eſcarum abundantia cœlitus immiſſa janitori offertur à viro quodam benefico. In Vicarium electus Inſtitutoris Novitiorum ſuæ virtutis

ſublimitatem invitus patefecit. Præclara con- A
ſilia, quibus illos imbuebat, divulgabantur,
& quoſcumque excellenti ingenio præditos
alliciebant, ut à Fratre Luca eruditentur, at-
que ſæpius ſpiritu prophetico futuros prænun-
ciabat eventus.

Joannes *de Vintimillia* Marchio de Gera-
cio, Princeps Caſtelli, & Prorex Siciliæ, de
ſuo hærebat incertus ſucceſſore, quod jampri-
dem nulla ab Hiſpania allata eſſent nuncia. Ci-
„to veniet, ait Lucas noſter, qui tibi ſufficiatur:
Die, quem deſignaverat, adventante: Præ-
„ dictio tua, inquit Princeps, non ſortitur
„ effectum. Da moram, quæſo, reſpondet
„ humilis Religioſus, non æquo ſerius eſt, B
„ ante veſperam alia cogitabis. Confeſtim
aulici quidam in ſupremum palatij tabulatum
aſcendentes naves perſpiciunt novum Prore-
gem, illiuſque magnificentiſſimum gerentes
inſtructum. Dux illico de Marcheda hancce
dignitatem obiturus accedit. Prophetiæ tam
inſignis executio Fratri Lucæ nomen cele-
berrimum conciliavit, qui præterea Joanni de
Vintimillia reditum in idem munus præſigni-
ficavit, & in priſtinos honores.

Anna de Motagna præſtantiſſima Domi-
na, ægrè ferebat mariti & filij abſentiam ab
hinc tribus annis in Hiſpaniæ Regis aulam
„ profectis. Conſolationem percipies amplam,
„ inquit Lucas, diebus Sabbathi aut Lunæ C
„ proximis. Literis à ſponſo ſcriptis, & poſtri-
die allatis, omnis ejus mœror ceſſavit. Caro-
lus d'Avola inſolitæ dabat ſe triſtitiæ, ob equi
jacturam magni pretij, qui ad imperia obſe-
quentiſſimus, ore mirè docili ac molli, om-
nem in partem flecti facilis, ſe huc & illuc
torquebat atque verſabat ad ſeſſoris nutum.
Viro ſancto petenti quo tempore vitâ fuerit
„ privatus. Heri deficiente Sole, reſpondet
„ Carolus. Vivit adhuc, ait Lucas, qui equum
aure tangit, atque in priſtinum reducit vigo-
rem, itaut nunc vix elatis ſe pedibus inferens,
terram abradat preſſo curſu; nunc ſubſultim
exiliens in ſublime, ſaltibus modò crebris, D
modò ex improviſo ſe circumagens, multiplici
decurſione invehatur.

Lucam noſtrum ſingulariter colebat inclyta
fœmina Princeps de Trabia, cujus adventum
in caſtellum de Trabia, octodecimo ab urbe
Panormitana milliario diſtans, divinitus ille
novit: Obſecravit inſuper Lucas Fratrem Pe-
trum eximiæ ſanctitatis Religioſum, ſuumque
intimum, ut nocte ex ſtrato velociter exur-
geret, atque ſimul jungeret preces pro gravi
negotio; poſt duarum preces horarum amico
declaravit triremes Uticenſes, & navales Afri-
cæ graſſatores, caſtellum de Trabia ſtatuen-
tes devaſtare & depopulari, jam ſcalis muros
invaſiſſe; incolis tamen vicinis opem ferenti-
bus infideles fugatos & detruſos fuiſſe. Exo-
riente Sole rei veritas innotuit.

A Pater Joannes Baptiſta Provenzano tunc
Miniſter Generalis de præcellenti Lucæ vir-
tute atque ſingulari prudentiâ certus, curam
illi plenam Conventum inſtituendi Meſſanæ
demandavit. Civitas univerſa maximo tribuit
honori, tam inclytum poſſidere virum, in cujus
gratiam Religioſi Tertiarij poſſeſſionem inie-
runt Eccleſiæ beatæ Mariæ, quam *de Pila*
communiter vocant. Ibi commoratus eſt uſ-
que ad mortem, & miraculis atque dono pro-
phetiæ claruit.

Conſulit illum ſæpenumerò Domina quæ-
dam pietate conſpicua, præſertim de collo-
canda in matrimonium congruenter & hone-
B ſtè filia, multis illam tunc ardenter expoſcen-
tibus amaſiis. Lucas affirmat omnium poſtre-
mum hanc adepturum, quod eximiâ pietate
præditus eſſet. Reverà talis fuit exitus ad ple-
num ſolatium amatoris, Ludovici (*Morelli*
nomine) lectiſſimi & ornatiſſimi adoleſcentis,
qui nimiâ ſolicitudine nuncium expectans de
ſucceſſu negotij Hiſpaniæ Regis in aula diſ-
ceptati, & in conjectura poſiti valde dubia,
audit hæc verba: Ne timeas, tuæ expecta- "
tioni, & tuis votis omninò ſatisfiet: ad te "
afferetur brevi epiſtola (notat præcisè diem "
receptionis) quæ te pleno afficiet gaudio. "
Res autem omnes ſuccedunt, ut præmonſtran-
tur.

C Octaviano fratre Ludovici conjugem ſibi
puellam poſtulante, parentibus verò de arti-
culis non convenientibus ullo modo, virgo
interim in clauſtrum ſecedit, dum amans,
qui ejus nuptias ambit, ad conſilium noſtri
Lucæ recurrit, qui reſpondet filiam non vo-
cari in Religionem, ac proinde nuptui fore
tradendam Octaviano. Sicque factum eſt.

Ludovicus Morellus navigationi ſe com-
mittens in comitatu Ducis *de Marcheda* ſalu-
tem, antequam navim conſcendat, impertitur
Fratri Lucæ, qui monet illum, ut ſe præparet
ad periculoſiſſimam procellam, unde tamen
ſalvus & incolumis evadet, medios licet inter
D pereuntes naufragos. Eventus rei veritatem
declaravit.

CAPUT II.

Mors, & miracula.

LUCAS tandem ſexagenarius graviſſimâ fe-
bri corripitur, cujus violentiâ decum-
bens in lecto ſex hebdomadarum ſpatio, hu-
militatis profundæ, patientiæ invictæ, & nu-
tui divino perfectæ ſubmiſſionis ſpecimen ad-
mirabile exhibet: paſſim quoque Fratres fer-
vidis exhortationibus accendit ad votorum
ſolennium atque Regularum ſtrictam obſer-
vationem.. Præſignificat obitus ſui diem, qui
ſcilicet 21. Octobris contigit, quo fideles ve-

nerantur præſertim ſanctam Urſulam virginem, anno 1603. & quem Lucas ipſe noſter ſingulari colit pietate.

Pueruli innocentes divinitus afflati mortem ejus ſvulgant, clamantes per vicos: *Pater ſanctus mortuus eſt, Pater Lucas è vivis exceſſit.* Propter innumeros populos undique confluentes differuntur exequiæ terois diebus. Archiepiſcopus ſuis Canonicis ſtipatus, Gubernatore, octo urbis Conſulibus, quatuor Nobilibus, Viris totidemque urbis civibus, augusto apparatu, & ſolenni adfuit pompâ. Certatim quilibet tum incolæ, tum vicini, vel etiam plures longinqui, ſive familiæ claritate ſeu dignitate, aut meritis inſignes, omnis denique conditionis homines ampliſſimum componunt cœtum, ut fuous cohoneſtent.

Sepelitur propè altare primarium Eccleſiæ beatæ Mariæ de Columna, celebria paſſim edens miracula. Auxilium præſeos cuicumque laboranti traditur, graviores morbi curantur illicò Lucæ interceſſionibus. Civis quidam Meſſaous nocte multis pugionis ictibus ab hoſte confoditur: illæſus tameo remaoet, opponens ſicario fruſtum habitus Fratris Lucæ, quod ſemper gerebat, imploranſque illius opem.

Duobus annis poſt ejus deceſſum Ludovicus Morellus ſacras ejus reliquias inviſere ardenter expetivit, & in capſa recondere cypreſſina. Sepulchro aperto coram celeberrimo virorum mulierumque conventu, timebat Petrus Dux Deferia, oe tunc graveolentia cadaveris putridi, aut aſpectu vultus fœdè deformati, à cultu debito præſentes averterentur, verùm omnes mirati ſunt corpus integrum & ab omni corruptione protſus immune. Suaviſſimo recreati odore Deum laudabant. Siniſtro in crure tantum videbatur rubicundum, & quaſi teceos veſtigium eryſipelatis, quo aliàs laboraverat. Theca, quæ parata erat, brevior reperitur digiti longitudine, quæ tamen eodem momento mirabiliter fit ſatis longa. Eryſipelas ſudario tegebatur, quod Ludovico Morello datum reſtituit poſtridie ſuo

A contactu ſanitatem hujnſce regionis Viſitatori generali, qui ſacro ad luctam ultimam iounctus fuerat oleo.

Religioſis Tertiariis ab hoc Mooaſterio tranſmeantibus in aliud ſitum intra urbis muros, ſub titulo beatæ Mariæ de Miſericordia, ſanctum corpus illuc fuit tranſlatum. Conſpicitur nunc in eminenti ſactarij loco magnificè decoratum: ounquam aperitur capſa, quin citò cæleſte ſuffimentum ſpargatur, corporiſque venerandi ab omni putredine fortiter probetur immunitas, exceptis pedibus, qui furto ablati ſunt.

Ab univerſa ſingulariter colitur Sicilia, Meſſana, Panormum, Catana, & inter alias B urbes natale ſolum, Cirama honore præcipuo Lucam ooſtrum proſequitur. Capitium ægrotis admotum, mulieribus præſertim parturientibus mirum affert levamen. Ex regni Siculi commentariis patet in ficta effigie illuſtris Dei famuli Lucæ, quam Ludovicus Morellus juſſit pingi, & quam ſtudiosè ſervat, demonſtrari proſperos aut adverſos eventus iis futuros, qui in tabellam oculos conjiciunt, proſperitatem ſcilicet, denotari facie lætâ & alacri; adverſitatem, vultu triſti & obſcuro.

Multa produntur exempla. In primis narrant ægrotum queindam, qui ſe omnino ſanum credebat, Morellum inviſiſſe: Morellus C autem io tabellari Imagioe perſpexit malæ valetudinis, quà corporis, quà animæ indicia, ſtatimque monoit amicum ut ſibi caveret, quod eâ minime frueretur ſanitate, quâ gaudere ſe jactabat. Confeſtim ægrotans divina ſuſcepit Sacramenta, & vix horâ completâ fato functus eſt.

Præſtantiſſimæ plures Dominæ, idem prægnaotes expertæ ſunt: Ludovicus tantæ poteſtatis periculum inſigniter ipſe fecit, dum formidans exitum negotij inextricabilis, quo implicatos erat, nil advertit in tabella picta Lucæ, niſi infauſtum; fuit poſterâ die in carcerem projectus, ubi pluſquam menſibus quatuor remanſit, libertate privatus.

FRATER JOANNES CIRAMENUS.

FRATER Joannes Citamenus oblatus aut ſerviens, commorabatur in Monaſterio Aonunciationis, quod *de Ziza* vulgo nomioant. A coætaneis multum laudatur ob pietatem & ſimplicitatem cordis. Staturâ puſillus Joannucius communiter vocabatur. Munus Janitoris obiens anſam frequentem invenit omnes exercendi virtutes. Obedientia, propriæque abjectionis amor præcipui erant illius characteres: viliora officia multum illi arri-

A debant, & ignaviam abhorrebat. Corollam precariam ſemper manibus geſtans, verba hæc indeſinenter proferebat: *Laudetur ſanctiſſima Virgo.*

Pauperes quicumque ad januam accedentes conſolatione pleni recedebant, vel eleemoſynâ corporeâ, quam eis benignè partiebatur, dum quid haberet diſtribuendum; vel largitione ſpirituali, documentis videlicet ſalutaribus illos erudiebat ad perfectionem

Chriſtianam aſſequendam. Ad coquum ferens, tempore ſilentij, quæ oblata fuerant, crudeliter percutitur à Dæmone in clauſtro; accurrunt confeſtim Religioſi opem daturi, quibus negat ullis fuiſſe affectum injuriis.

Lintea Conventus lixivio eluta, & Soli expoſita ad exſiccationem, in horto, fures ſubripiunt. Janitor, cujus culpæ tribuitur immeritò, furtum, redarguitur acerrimè, illique pœna inbibetur muneris abdicationis, imo & expulſionis ex Ordine. Apparuit Joanni Virgo ſacrata, atque latrones nominatim declaravit, qui muros transgreſſi fuerant; locum ubi furtum abſtulerant, modumque illud recuperandi; hæcque omnia auſpicatò evenerunt, juxta præfatam declarationem.

Frater Joannes carnem ſuam affligebat diris cruciatibus: jejuniis Regulæ & conſtitutionum plures alias addebat aſperitates. Veſtibus utebatur vilibus admodum & laceris: parum dormiens, totam fere noctem meditationi applicabat. Flexis genibus ad pedes libenter procumbebat eorum, à quibus offendebatur, Deumque pro perſecutoribus otabar.

Dum aſinum aliquando onuſtum ſtercore in Conventum abigeret extra urbis muros ſitum, viator quidam nimis ſe exiſtimans oppreſſum fœtido hoc onere, alapam conductori impegit, qui violento percuſſori derepente alteram exhibuit genam, mirabili patientiâ: verùm homo tam præceps in iram, attendit animum ad violentiam quâ excanduerat, citoque volat in Monaſterium veniam humiliter petiturus, ac penitus conquieſcens firmiter proponit impotentes cordis motus deinceps cohibere.

Monet Frater Joannes Dominum de Carreto Comitem de Ricalmato non egredi è ſuo domicilio ante octo dies, propter imminens vitæ periculum; *ſed conſcientiam*, inquit, *perpurga ſedulâ & amplâ confeſſione peccatorum*: Comes hoc monitum irridens binis poſt diebus catapultæ ictu in ſuo curru perimitur. Duobus Religioſis in valetudinarium ingredientibus declaravit, quod brevi privarentur vitâ: reſque, ut prædixerat, contigit.

Religioſus acerbo dolore vexatus Fratris Joannis adhuc viventis auxilium imploravit, qui manuum impoſitione ſupra caput ægroti, planeillum curavit. Aliusfebri quartanâ prorſus liberatur, fruſtum tunicæ Fratris Joannis, qui jam ſanctiſſimè deceſſerat, ſuo pectori apponendo.

ALII TERTIARII pietate inſignes.

ANtonius à Sillis beatum Guillelmum Bucberum ex urbe (Netum nominant) in Sicilia oriundum non involvit ſilentio. Wadinghus honorificè illum commemorat in Annalibus Minorum tom. 3. ann. 1315. Præclaræ illius dotes originis claritati junctæ illi benevolentiam & exiſtimationem Regis Siculi conciliaverunt. Aſpernatur nihilominus generosè has omnes prærogativas, manenſque in ortus ſui loco, ſolitarius ſecedit prope Eccleſiam ſancti Crucifixi, ubi plures habet ſectatores, divino cultui ſingulariter addictos, quorum erat conſcientiæ moderator. Beatus Conradus per aliquod tempus hoc in pio tirocinio profunda jecit virtutis fundamenta. Guillelmus tandem impendiò noſtrum Tertium Ordinem illuſtravit, non ſolùm vitæ ſanctitate, ſed etiam gloriâ miraculorum.

Beatus Vincentius Nicoſienſis poſt obſervatas ad amuſſim pœnitentiæ, patientiæ, atque charitatis leges: poſt longum & fervens meditationis exercitium prænovit obitus ſui diem, qui anno 1603. contigit: colebat præſertim Dei Genitricem, & dono miraculorum clarebat. Jacet corpus ejus Panormi.

Auſteritas inſolita, & ſpiritus contritionis eximius Beatum *Didacum Sinagrienſem* reddunt celeberrimum: continuò gerebat loricam hamis conſertam: pane & aquâ pro victu quotidie contentus, rigidam obſervabat paupertatem: denique ad multam vigilans noctem, meditationi operam navabat. Miracula edidit: corpuſque illius quieſcit in Conventu, quem nominat de ſancto Philippo, ubi animam efflavit anno 1602.

Jure meritò arbitramur beatam *Margaritam Calaribettam* virginem, quam *de Platea* nuncupant Scriptores, eminenti gratiâ cumulatam fuiſſe: matris ſemel tantum ubera, tempore infantiæ, quolibet die ſugebat, atque in ſublimem contemplationis gradum evecta eſt. Sæpè ab Angelis recipiebat quicquid ad vitæ ſuſtentationem erat neceſſarium. Dono prophetiæ & miraculorum pollebat. Mortem obivit anno 1560. fuitque ſepulta Plateæ, unde erat oriunda in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Jeſu.

Plurimùm ibidem honoratur beata *Clara Catanenſis* vidua, quæ fato functa eſt anno 1617. Abdicans magnanimiter ſæculi pompas, generis nobilitatem, divitias, honores, & naturalis ſoli amœnitatem, oſtendit evidenter, quantum Chriſti exardeſcat amore. Se confert promptè in ſolitudinem valde remotam, ut majori tranquillitate meditationi vacet, labore

labore quoque manuum veſcitur, & mendicitate, ad imitationem veterum Patrum deſerti. Poſt futurorum, quæ evenerunt, prædictionem, & plurium operationem miraculorum, quid ejus elogio deſit, non paret; imo inſigniter celebranda eſt apuſt poſteros. Commemoratur in Martyrologio Franciſcano die 19. Aprilis.

Ne beata *Hieronyma Meſſanenſis* oblivioni A tradatur, quæ juxta Auctores deceſſit anno 1540. obſervamus amore ſolitudinis, & diris carnis cruciatibus, ut Jeſum crucifixum imitaretur, inſignem fuiſſe. Horridum & ab humano conſortio prorſus remotum ejus erat domicilium, ubi ſolis utens pane & aquâ, poſt longas & aſperas defatigationes, pro menſa nudam adhibebat terram. Miraculis claruit.

MVLTI TERTIARII VALDE ILLVSTRES.

GONZAGA ſecundâ parte differens de Conventu ſancti Joannis, qui decimus eſt provinciæ ſancti Angeli, in Apulia, beatum Mathæum commemorat: non tamen exprimit diſertè tempus, quo floruit. Vir erat utique omni virtutum genere decoratus, quæ decus fuerunt & ornamentum Tertij noſtri Ordinis, quem amplexus eſt. Ante mortem præceperat ut terræ mandaretur in Eccleſia Fratrum Minorum: Clerus tamen urbis, in qua expiravit, illum ſepelivit in primario templo, ſummam ſibi vindicans auctoritatem.

Reperitur tamen ternis poſt exequias diebus, innixus genibus ad pedes Crucis, coram Conventus janua. Interrogatus quid intenderet: Cupio, inquit, licet mortuus, cupio tecondi in tumulo quem adhuc vivus elegi. Vota illius effectum ſortita ſunt, tranſlatione corporis, in locum quem præmonſtraverat. Memoriam Mathæi veneramur præſertim 12. Novembris.

Nefas eſt oblviſci eminentem B. Archangelæ virginis perfectionem, & opera mirabilia quæ patravit. *Tardera* cognominabatur: pater ejus Petrus *Tardera*, mater Vincentia *de Mutinis*, opibus valebant, ſed multo magis timore Dei. *Ratza* natale illius ſolum, fauſtum prorſus fortunatumque exiſtimat, quod tam eximiâ illuſtretur ſobole.

Archangela anno ætatis ſuæ decimo-ſeptimo nomen dans Tertio Ordini Franciſcano, ſtatim enituit ſupra omnes Tertiarias mirificis extra ordinem factis. Crucis & dolorum Chriſti memoria de mente ipſius nunquam recedebat. Panis & aqua erant opipara ejus & ſolita convivia. Sæpenumerò ſopitis ſenſibus tota in divina abripiebatur: Die Natalis Domini impensè recogitans quæ narrat B Evangelium de Jeſu recenter nato, illum vidit in fœno jacentem & in præſepio, meruitque ulnis complecti, & diſſuaviari.

Acerbis ægritudinibus diſcruciata per ſpatium viginti-ſex annorum miram exercuit patientiam, cæterarumque virtutum Sororibus inſigne exhibuit ſpecimen. Antonius Randelcius de ex ſcriptis rerum geſtarum Archangelæ actis loquitur. Marianus ex illo Auctore exprompſit quæ de ipſa narrat lib. 6. Chronic. c. 35. 36. 37. Sexagenaria diem clauſit ultimum anno 1608. quem prænoverat divinitus, & Sororibus patefecerat Plura alia C prædixit, quorum exitus veritatem probavit. Proponitur in Martyrologio Franciſcano 26. Septembris.

Wadinghus tom. 4. beatum *Ioannem Gatidam* memorat anno 1364. §. 21. Illum tamen nunc in medium adducimus, quoniam fato functus eſt anno 1614. die 9. Novembris. Jacet in ſecundo Conventu Provinciæ Granatenſis. Quamvis latum non occupet locum in hiſtoria, magna tamen egit, magnamque nominis ſui exiſtimationem ſibi comparavit, patientiâ, humilitate, necnon cæteris virtuti- D bus.

Apoſtoli denominatio communis eſt omnibus qui compoſuerunt ſactum & pium Chriſti Redemptoris collegium, unde Religio Chriſtiana ſumpſit exordium: attamen proprius eſt & ſingularis titulus Fratris Oblati Tertij Ordinis Franciſcani, quo diſtinguitur à cæteris Tertiariis. Fervorem utique, paupertatem, rerum terrenarum abdicationem, quæ priores Jeſu Salvatoris Diſcipuli profitebantur, enixe imitatus eſt. Neapoli obiit, in Conventu ſanctæ Luciæ anno 1617. Martyrologium Franciſcanum de eo mentionem facit die 7. Februarij.

Zzz

B. CATHARINA CIAVLINA VIRGO, Religioſa Tertiaria.

BEata Catharina Ciaulina virgo, noſtri Ordinis Religioſa patrem babuit Ambroſium Ciaulinum, & matrem Margaritam *Lamottam*. Parentes ejus, licet eximiâ virtute prædìti, ſanctitatem filiæ non exæquant. Incœpit ab ineunte adoleſcentia, perfectionis Chriſtianæ ſtudio diligenter imcumbere: modeſtiâ, pudore virginali, omniumque mundi vanitatum contemptu, jam tunc ſupra cæteras eminebat puellas: à verbis inutilibus & ſuperfluis prorſus abſtinebat: conſortium illorum qui terrena ſapiunt abhorrebat, & colloquium, ſolitudinem peramans, orationem, & laborem manuum.

A matre conducebatur in Eccleſias, conciones, & piorum exhortationes hominum, à quibus incendebatur vebementer ad imitationem Patris Seraphici: crebro uſurpabat ſacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, quæ jam à vigeſimo ſuæ ætatis anno ad ſublimem virtutis gradum illam provexerunt: meditationis ſolerti exercitio, à priori vitæ ſpiritualis aditu, purgationis ſcilicet, & à ſecundo nempe, illuminationis progreſſa, brevi & cito aſcendit in contemplationem.

Afflante Deo & præcipiente, moderatricem habuit eximiam & præſtantem Dei famulam, qui illam fortiter incitavit tum ad corporis vexationem ſponte ſuſceptam, tum ad impotentium animi motuum ſtrictam coercitionem, vitam & mortem Redemptoris proponendo in orationis argumenta.

Catharina proinde carnem ſuam diſcruciat jejuniis, cilicinis thoracibus, vigiliis, cruentiſque flagris. Pro omni victu ternis diebus, qualibet hebdomadâ, modicum panis & aquæ adhibet: pro ſubucula, hamatâ utitur loricâ ferreis inſtructâ aculeis valde pungentibus, qui eam dilaniant. Stellata calcaria lorearum extremitati ſcuticarum affixa, quibus ſe multat, litis ejus humeros deſcribunt, illamque totam ferè ſanguine immergunt. Mortem his in tormentis obiiſſet, niſi Confeſſario & conſcientiæ moderatrice jubentibus, à tanto deſtitiſſet rigore.

Nullum unquam virum facie cognovit, adeo ſui erat compos & dominatrix. Eâ cordis puritate pollebat, ut inter animas omnis expertes culpæ recenſeretur ab iis quibus mentis manifeſtabat arcana: mirabantur omnes lacrymarum ubertatem quas in meditatione profundebat, & in Euchariſtiæ ſuſceptione: Extaſes quibus abripiebatur, dum animum applicaret Chriſti paſſioni, non illam amove- A bant ullo pacto à manuum labore, cui ſe libenter ſubjecit, ut matrem, cujus res familiaris valde erat impedita, ſuſtentaret, atque tueretur.

Suggerente Deo ingreſſum in Religionem, poſtulat habitum Tertij Ordinis Franciſcani à Sororibus Religioſis, quarum Antiſtita illum denegat, donec noſtra Catbarina humilitate & perſeverantiâ poſtulatum obtineat. Conditione mutatâ eminenter promoverur in ſanctitatis culmen: inediâ fermè continuâ ſeipſam penè enecat: ab omni uſu linteorum prorſus abſtinet, & cujuſcunque panni: ſacco jubâ & ſetis hirſuto & hiſpido induitur. Nun- B quam cilicium dimittit, ſed frequentius ſe verberibus excipit: nec propterea minus recogitat propriam abjectionem; quo plus virtutibus ornatur, eò magis ſeipſam deſpicit, & ab aliis contemni efflagitat. Reveretur præſertim illos à quibus propalam vituperatur.

Charitate ſingulari flagrat in ægrotas Sorores, quas blande & ſtudioſè adjuvat; pauperum etiam curam amplectitur, quibus pro ſuo captu, ſubvenit. Potentiæ defectum ſupplet commiſeratione maternâ, quæ lacrymarum probatur abundantiâ. Sentiens in ſe quod & in Chriſto Jeſu, pati aut mori pro Chriſto peroptat; in ſola cruce conquieſcit.

Denique vigeſimo-primo Decembris anno C 1618. accuratè expendens coram auguſtiſſimo Sacramento, dolores Salvatoris ſpinis coronati, circa tempora & totum caput acerrimum experta eſt cruciatum, perinde ac ſi intra calvam adigeretur violenter ingens ſpinea corona: viribus deficit eodem momento, & in langorem ſolvitur; ideoque exanimis à Sororibus devehitur in cubiculum, cui corde & ore Deo ferventes gratias agit, ſe felicem exiſtimans, ſuæ petitionis effectum fuiſſe conſecutam, fieri videlicet Chriſti patientis imaginem.

Ab Abbatiſſa interrogata quænam eſſet morbi cauſa. *Ne accerſas, quæſo*, ait, *Medi-* D *cos, cum ægrotatio mea à Deo ſumat originem, ſolus Deus me poteſt ſanare: per ſeptemdecim dies ægrotabo, quibus expletis corona mea dolorem ciens mutabitur in coronam glorioſam & triumphantem.* Medici nihilominus advocantur, qui omnibus artis Medicæ regulis exploratis, declarant unanimiter ſe hujus morbi inſcios eſſe & imperitos. Delicioſum plane ac ſuave tormentum, quo delinita noſtra Catharina, ſopitis aliquando ſenſibus tota in divina abripitur.

Abſque micantis arteriæ motu, & halitus anxietate, videtur oculos elevans in cœlum; Sorores illicò accurrunt, dum hæc verba profert: *Moriar die nono Januarij*: quod profectò evenit anno 1619. Patribus adeſſe cupientibus, dum expiraret: *Recedite*, ait iſta, *ad paululum quietis capeſſendum, cras è vivis excedam, horâ meridianâ.* Inviſitur ab amitina eodem ipſo mortis momento quod deſignarat, quam obſecravit commorati ad lectum ſuum, tuncque vitam cum morte commutavit. Caput ejus floridâ coronâ fuit redimitum: & exequiæ ſolenni pompâ fuerunt celebratæ; venerandum corpus auguſto apparatu collocatur in medio Eccleſiæ. Antonius Randeſcius & Marianus Scriptores Ordinis Seraphici hiſtoriam Catharinæ Ciaulinæ approbè exarant.

PHILIPPUS TERTIUS, REX HISPANIÆ.

NON cultus exterior, ſed internus habitus, & mens regia Regem faciunt: Imperium in virtute, non in decore conſiſtit: Rex non omnia poteſt; imo nihil, niſi quod decet Regem, cujus minor licentiâ quam privati eſt. Qui hoc calle voluptatem petit, fallitur, & tota, ut aiunt, errat viâ: Voluptas à tergo longe eſt; hac ad laborem itur, & non ad gloriam: non eſt certa Regi tranquillitas; immò, ſi qua olim fuit, periit: ſtultus eſt nauta, qui relicto portu, in altum vela facit, tranquillitatem quærens.

Fauſtum omnino fuit & auſpicatum regnum *Philippi Tertij* Hiſpaniarum Regis, qui multo plus virtutum ſplendore claruit, quam ſceptri dignitate. Regnare incipit firmo conſilio ſubiendi potius dominationis regiæ jacturam, quam ex conſulto & cogitato Deum uffendendi. Non ſolùm abhorrebat flagitia, ſed leviora piacula. Succeſſit patri ſuo Philippo II. regnumque ſuum adminiſtravit inſigni prudentiâ.

Anna Auſtriaca, quæ Gallorum Monarchiæ Procuratrix fuit univerſo applauſu, ejus erat filia, ſororque Philippi IV. Maria Tereſia Auſtriaca Ludovici XIV. Galliæ Regis uxor Philippum noſtrum Tertium avum habebat, qui ad æternam ſui zeli memoriam è ſuis ditionibus expulit omnes Mauros, eorumque nepotes. A longo tempore uſurparant Granatenſe & Toletanum Regna, necnon alias Provincias, hiſque in locis radices altiſſimas egerant, quas non erat facile ſtirpitus evellere; eliſi ſunt tamen & funditus uſque ad minimas fibras, cum nullo modo redire potuerint.

Incidens in morbum die vigeſimo Februarij anno 1621. cum adfuiſſet ſacris veſperis in Monaſterio Fratrum Minorum Diſcalceatorum, concionem audiebat Patris Hieronymi Florentini, qui illi erat à Confeſſionibus. Quamvis Medici in ſpem ſanitatis citò recuperandæ Principem Philippum inducant, ſe tamen ad obitum accingit, de tota vita rite confitendo, ſuiſque ſagaciter proſpiciendo rebus: pro ſingulari cultu, quo ſemper ſanctum Franciſcum Aſſiſiatem fuerat proſecutus, enixe poſtulavit Tertij Ordinis habitum à reverendiſſimo Patre Benigno Genuenſi, tunc Miniſtro Generali Fratrum Minorum, qui illum tunicâ & funiculo donavit. Quæ Rex inclytus proferebat verba hoc tempore, notatu ſunt digna; *Utinam*, inquit, *ſceptro & coronâ ſpoliatus nullum unquam aliud domicilium nactus fuiſſem quam profundam ſolitudinem, ubi de ſolo meipſo curam habens, nunc minime cogerer de innumeris populis, quibus imperabam, rationem reddere ſupremò Iudici.*

A Medicis rogatus tantillum quieſcere: *Æternitatis bonæ aut malæ memoria*, inquit, *me ad omnia momenta, quæ ſuperſunt, pœnitentiæ compellit conſecranda.* Teſtamento, ad pauperùm & Eccleſiarum emolumentum conſcripto, ingenti numero Miſſarum pro animæ ſuæ quiete præſtituto, epiſtolam exaravit, quæ obſecrat omnes, quos timet offendiſſe, veniam ſibi impertiri propter amorem Jeſu Chriſti, atque libenter parcit iis à quibus accepit offenſionem.

Die trigeſimo-primo Martij viribus mediâ nocte imminutis, univerſam acceſiri jubet familiam; liberis fauſta precatur, & ſalutaria documenta tradit; dum divinis muniretur ſacramentis, efflagitatu ſuo, admirationi erat cunctis aſſiſtentibus, propter eximiam pietatem. Inter manus Philippi IV. natu majoris filij ejus ſucceſſoris ſcriptum ponens ſigillo obſignatum, affirmat ibi contineri luculenter regii & Chriſtiani formam regiminis. “Priſcos Miniſtros, ait, quos relinquo, ne amandes, aut abigas. Poſſeſſionem iniens Hiſpanicæ Monarchiæ novos creavi: inſipienter egi, ne me imiteris.”

Attentum ſe præbens Paſſioni Chriſti, quæ legebatur, cauſa fuit cur Confeſſarius quodlibet myſterium breviter explanaret ad conſolationem Regis ægroti, omneſque interim adſtantes vim profundebant lacrymarum. Advehuntur in cubiculum venerandæ ſancti Iſidori Reliquiæ; mirabilis curatio morbi valde periculoſi, quam Philippus meritis ipſius obtinuerat in urbe (nominant vulgo *Caſarubios*) dum è Luſitania rediret, illum tenebant for-

titer adſtrictum cultui tam illuſtris Dei famuli. A

In primis tamen ſe devoverat ſacratiſſimæ Virginis venerationi, qnam ſæpius invocabat his verbis: *Horâ mortis ſuſcipe.* Imago, quam hiſpanicè communiter vocant *d'Attacha*, illi ob oculos poſita, in cauſa fuit cur ſe reſque ſnas omnes Reginæ commendaret Angelorum. Dum extremæ inſtrueretur unctionis ſacramento, omni aſſeveratione confirmavit, ſi vita protenderetur, ſe ferventius operam virtutibus navaturum; ſe, aiebat, nil de regia dignitate conſervare, niſi quod pœniteret acriter fuiſſe Regem: ſe palam fatebatur, & publicabat omnium peccatorum perditiſſimum atqne profligatiſſimum. *Chariſſime Pater*, aiebat Confeſſario, *miſericordias Domini ediſſere mihi, quoniam multitudo & enormitas iniquitatum mearum me in deſperationis abyſſum projiciunt.*

Ulnis complectens Crucifixi effigiem, quam avus illius Carolus V. Imperator moriens tenebat, pedes flens ejulanſque oſculabatur; adorandum nomen Jeſu pronuncians, petebat ejus cum omni humilitate gloriam cœleſtem, & pœnarum æternarum exemptionem. Confeſtim loquelæ uſu privatus, non judicij nec ſanæ mentis, ſignis & geſtibus evidenter indicabat ſe omnino comprehendere quicquid illi verbis ſignificaretur.

Nuſquam ſe amovens à Crucifixi imagine, obdormivit ſuaviter in Domino, mirabile relinquens ſui deſiderium populis ditionis Hiſpanicæ, qui illum velut amantiſſimum Patrem proclamabant. Præter Scriptores Annalium Regni Hiſpaniæ, Cornelius à Lapide in cap. 2. Oſeæ verſ. 14. Andræas Victorellus in Additionad Sciacon. In Gregor. 15. Mercurius noſter Gallicus, mira narrant de hoc præſtantiſſimo Tertiario.

VITA CATHARINÆ ARRAGONENSIS, ANGLIÆ REGINÆ.

CAPUT PRIMUM.

Matrimonio copulatur cum Henrico Octavo Angliæ Rege.

ARRAGONIA cum ſit tunc nnum ex Regnis Hiſpaniarum, præſentem hiſtoriam proxime jungo & libenter cum præcedente, quamvis, ſi ſpectetur temporum ordo, aliquod interſit intervallum: ſtat enim ſemper hæc tranſpoſitio rationi valde conſentanea.

Mulier claro conjugio ornata cognoſcat ſe ſpecioſâ vinctam catenâ, nnde ſola mors liberet. Magis anceps eſt mariti quam uxoris electio: deformis quidem uxor facile faſtiditur; formoſa difficilè cuſtoditur; eâ lege, qua inter formam corporis, atque animi caſtitatem lis prope perpetua eſt: ſed ut, quod rariſſimum eſt, contingat, & formæ pudicitia juncta ſit, accedant & femineæ dotes aliæ, nobilitas, cenſus, opulentia, fœcunditas, atque facundia, fama, integritas, morum candor, ſcito tuum limen his immixtam ſubintraſſe ſuperbiam.

Multo magis infauſtius mariti improbi conjugium, qui infidelitati & ſuperbiæ immanitatem & ferociam jungit, ſicut Henricus VIII. B Rex Anglorum. Catharina noſtra Ferdinandi V. Arragoniæ Regis, & Iſabellæ Caſtilianæ filia erar, quibus plura ſubjecta ſunt regna; ipſi etiam Manri obtemperarunt, dum à regno Granatenſi receſſere, amborum conjugnm prudentiâ & fortitudine devicti, licet à longo tempore illnd invaſiſſent. Propter hoc facinus egregium titulus Regum Catholicorum illis comparatur, ac illorum ſucceſſoribus, qui ipſis addicitur à Sixto Quarto ſummo Pontifice.

Chriſtophorus Columbus Ligur, ingentis animi vir, & rei nauticæ in primis peritus ex Aſtronomica diſciplina; & nonnullis veterum monnmentis didicit trans noti orbis terminos magna terrarum patere ſpatia: deinde experiundi & cognoſcendi ſtudio, quod ſine magno apparatu ea res tentari non poſſet, Luſitano ante omnes Regi eam expeditionem

ſuaſit, ſuam in id operam & induſtriam enixe detulit. A quo rejectus, tanquam inania & fabuloſa afferret; ad finitimum Caſtellæ Regem Fernandum eodem conſilio ſe contulit: ibi eum minime audiretur, invictâ quadam animi pertinaciâ totum fermè ſeptennium, vorando repulſas, urgendo inſtandoque per ſe & per amicos, tandem aliquando pervicit, ut in eam inquiſitionem tria ſibi regio ſumptu adornata navigia ad Hiſpalim oræ Bœticæ præberentur.

Cum iis in Atlanticum Oceanum egreſſus, Canarias primùm inſulas petiit: inde continuâ dierum aliquot velificatione in Occaſum provectus, inſulas aperuit novas anno 1492. Ea res quominus erat in ſpe, eò majorem Fernando Regi & aulæ univerſæ attulit voluptatem.

Communis hujus lætitiæ Iſabella Caſtiliana oppidò fuit particeps, quod anſam reperiret ſuum zelum ad propagandam fidem Chriſtianam manifeſtandi. Plurimùm utique contulit tam ſancto operi, quà magnificis largitionibus, quà ſuâ auctoritate, ut infideles ſacro baptiſmi latice tingerentur. Fama igitur tum pietatis, tum potentiæ Regis Arragonenſis, ejuſque regiæ ſtirpis vulgatâ, ſupremi quicumque Europæ Dynaſtæ magno ducebant honori, cum inclyta adeo familia ſe affinitate devincire.

Catharina noſtra miros faciebat progreſſus in virtute ſub moderamine matris. Pulchritudo ejus eximia, quæ nulli ſecunda eſt, non exæquat illius charitatem, nec alia merita. Mirantur omnes in puella tam inſignem modeſtiam, tam firmum judicium, tantumque Dei amorem & proximi. Nullus tunc Princeps vult ſe matrimonio illigare niſi cum Catharina Arragonenſi, quæ rapit ad ſe & inflammat animos.

Henricus VII. Angliæ Rex præclaræ hujus virginis nuptias ambiens, illam filio natu majori Arturo depoſcit, & obtinet, ſuo ſucceſſori, cujus nativa corporis infirmitas, febri tabidâ, quâ jam dudum laborat, ingraveſcens, non impedit quominus connubio junguntur. Celebrantur ſolenni pompâ nuptiæ Londini in Eccleſia ſancti Pauli decimo-quarto die Septembris anno 1500. Sex poſteà menſibus Principe Arturo è vivis excedente, Ferdinandus & Iſabella chariſſimam Catharinam conantur accerſere in Arragoniam, quam Henricus Angliæ Rex filio ſuo natu minori, duodecimum ætatis annum agenti, deſtinans, (Henrico nomine) in Anglia retinet. Sanctius Concilium Arragonenſe aſſentitur præviâ exemptione à legibus Eccleſiaſticis, quam Julius Secundus conſulens peritiſſimos Doctores, libenter concedit: ſponſalibus conceptis verbis de futuro peractis, Iſabella Caſtiliana fato fungitur. Vix noſtra Catharina lacrymas deterſerat, quas effuderat complorans in mariti obitu, cum mors Henrici VII. accidit.

Henricus Octavus illi ſuffectus in dubium revocavit, an ſibi conjugem acciperet Catharinam deſponſatam; jubens tamen legi coram Prælatis & Baronibus ſui regni immunitatem à Sede Apoſtolica manantem, qui illam comprobaverunt, libenter matrimonio ſe obſtrinxit.

Anno 1509. tertio die Junij apparatu prorſus regio, & magnifico inſtructu invicem nuptui traduntur; deinde vigeſimo quarto ejuſdem menſis coronantur Rex & Regina feſto ritu, & auguſtiori cæremoniâ. Illuſtrius non poteſt dari cognationi initium. Sponſus & ſponſa mutuo ſe reverentur ac peramant: multiplicatur approbè familia plurium liberorum partu & perfectione. Certant Henricus & Catharina divinâ æmulatione de ferventiori zelo domus Dei, & virtutum profectu.

Henricus incumbit potiſſimùm ſtudio avertendi à ſua ditione minimam ſcintillam hæreſis Lutherianæ, quæ jam nimium & latè graſſabatur per Germaniam & vicinas regiones: In lucem edit librum contra nefandos ſceleſti illius Hæreſiarchæ errores. Catharina impenſam navat operam omni virtutum generi. Familiaris ejus conſuetudo eſt cum Religioſis Sororibus Franciſcanis, quarum cum non poſſit Regulas amplecti, Tertium Ordinem Seraphici Patris pro ſæcularibus inſtitutum amplectitur. Tertiariarum vilem habitum ſemper ſub veſtibus regiis gerens, continuò memor erat ſui muneris ſtrictè obeundi, operibus ſponte contributis.

Divinum quotidie recitabat officium, dies Sabbathi & Veneris jejuna agens cum pane & aqua, feriis verò quartâ & ſextâ Sacerdori Patri Joanni Foreſto ſuo Confeſſario peccata enunciabat, qui pro defenſione Religionis Catholicæ palmam adeptus eſt martyrij; tandem qualibet Dominicâ cœleſti pabulo corporis Chriſti reficiebatur fervore Seraphico. Quamvis ex uſitato more è lecto exurgeret quintâ horâ matutinâ, ſæpe tamen evigilabat mediâ nocte, ut cujuſdam Monaſterij matutinis horis adeſſet. Sex horis inſumptis in Deo precando animo ac cogitatione, aut voce, duabuſque in vitæ Sanctorum lectione, colloquebatur cum ſuis affectis de rebus divinis, quæ magis ad pietatem corda permoverent.

Rediens poſt prandium in Eccleſiam, hinc non egrediebatur niſi nocturno tempore: quò plus Chriſto adhærebat, eò plus mundi vanitates & illecebras aſpernabatur, ſine apparatu cultuque veſtita: mirantibus verò aulicis tam rarum abjectionis amorem, *Studeamus*, aiebat, *animæ ornamento, ſi placere Deo volumus, & curam abjiciamus corporis, ſi veri & legitimi cupimus cenſeri Evangelij ſectatores.*

CAPUT II.

Tribulationes Catharinæ Arragonenſis, & ærumnæ.

DOCTRINA & præclaræ aliæ dotes Henrici VIII. marceſcere & obſcurari incipiunt fœtidis & execrandis libidinibus, quæ illum præcipitem egerunt in bæreſeos barathrum. Thomâ *Boulanc* Equite Torquato, & Vicecomite Rochefortio, ad Franciſcum I. Regem Galliæ per biennium legato, ejus uxorem conſtuprat Longius amandat virum bunc inſignem, ut liberius in cœno impudicæ voluptatis ſeſe volutet: eò uſque exardeſcit infamis cupiditas, ut poſteà depravet & corrumpat Mariam priſtinæ pellicis filiam.

Maria zelotypiâ laborans, quod Anna ſoror primas tandem obtinuerit, Catbarinæ deregit abominandum omne eommercium. Quamvis Regina ſummam adbibeat prudentiam ad mariti converſionem, iratus tamen Rex conſtituit ex conſilio Tbomæ Volſæi Cardinalis, cum uxore divortium facere, Arturi fratris matrimonium proferens, atque irritæ ſolutionis vitium. Summo Pontifici demonſtrat, Reginam in clauſtrum contendentem, ſeparationem libenter amplexuram fore.

Sentiebat recte de conjugis pietate; intolerandam nihilominus committebat injuſtitiam, & horribile mendacium, declarando connubium fuiſſe contractum contra leges Eccleſiæ. Catharina prudens jus ſuum, flexis genibus, cum omni humilitate Regi exponit, affirmando ſe pararam ad Monaſterij ingreſſum, modo nulla in vulgus eveniret offenſio. Henricus cæco magis in die carpitur igne. Sedis Apoſtolicæ perſeverantia in denegunda repudij permiſſione, & tuendo vinculo matrimonij, illum furioſè exagitat. Violentiâ incredibili repudiat ipſe beatam Catbarinam, jubens ſolùm illam denominari uxorem viduam Arturi Principis.

Maria, quam iſte perditus Henricus à Catharina noſtra ſuſceperat, Principis Walliæ donarat titulo, quamque agnoverat ut juſtam ſuarum omnium Provineiatum bæredem, ab eodem furioſo & effrenato bomine, concubitu inceſto proclamarur genita. Parem quis poteſtne ſibi animo fingere ærumnam? Cunctis illicò regiæ Majeſtatis inſignibus Catharina privatur. Henricus quatuor illi tantùm nobiles aſſeclas adjungit, quæ illam comitantur in Caſtello Kimbaltonio, intra limites Comitatus Bellofortij, ubi novo ardore pietatis exercitiis navat operam.

Henricus Annam Boulancam ſibi publicè conjugem aſſumpſit, ex qua edita eſt pro-

A broſa hæc Elizabetha, quæ nimis & pernicioſè Anglos gubernavit. Profligati hujus Regis rebellio contra Sedem Apoſtolicam, injuſta & ſacrilega capitis Anglicanæ Eccleſiæ dignitatis uſurpatio, multitudo denique Martyrum, quorum ſanguinem crudeliter fudit tantis infamiæ maculis illum inquinarunt, ut in æterno apud poſteros erit odio, & horrore.

Pater Joannes Foreſtus Reginæ à confeſſionibus, Ordinis Minorum Religioſus, fortiter ſummi Pontificis cauſam propugnavit concionibus & ſcriptis, palmamque martyrij conſecutus eſt. Condemnationis edicto ſuſpenſus erat paulatim igne perimendus; non conjici- B tur itaque ſtatim in flammas; ſed ut durius torqueatur, ſenſim comburitur & lente, poſt biennium carceris & catenarum perpeſſionem inter ſceleratos & magis flagitioſos homines. Seqnens Epiſtola ſcripta ab Elizabetha Hammonia ex aſſeclis noſtræ Catharinæ unâ, teſtimonium validum perhibet de tam acerba vexatione.

Reverende & plurimùm colende Pater,

Reginæ dolor, meaque pariter, de pœnis quas nunc pateris exprimi non poſſunt: durius tuis afficimur ærumnis, quam noſtris propriis. Cum tua ſalutaria documenta nobis tunc deſint, tuaque tormenta nobis aperte innoteſcant, vim C *ſuppliciorum perferimus: Regina ingemiſcit continuò, atque Deum obſecrat ut tibi impertiat patientiæ donum. Totis viribus enititur te è vinculis & cuſtodia educere. Si auſpicatò id fiat, viſitari à te percupit, de tuo ſperant colloquio magnam hauſturam fore conſolationem inter medias acerbitates, quas illi Rex infligit. Die Lunæ poſtremo ſatellites miſit, qui perquiſitius & diligentius cujuſpiam noſtrum peculiates ac privatas ſedes indagarunt atque rimati ſunt; ſed quo animo, non patet Ora Deum pro me, & pro ſocia Dorothea Lithfidâ, quæ toto & intimo corde tibi ſalutem addicit. Dominus noſter ſuâ gratiâ te repleat, tuamque conſervet bonam valetudinem.*

D Reſpondet homo Apoſtolicus. *Reginam enixe rogo, ne mœrore afficiatur propter meas ærumnas: meorum non poſcat vinculorum ſolutionem, neque è carcere exitum; imo potius augmentum mei poſtulet doloris. Cæterùm ſe cum famulatu ſuo ad martyrium præparet, quod forſitan omnes patientur.* Deinde fusè diſſerit de Catharinæ Arragonenſis virtutibus eximiis, illam proponens velut perfectum ſanctitatis exemplar.

CAPUT III.

Mors Catharinæ Arragonenſis.

ACCEPTO condemnationis Patris Joannis Foreſti nuncio, tantoperè percellitur Regina, ut protinus in gravem incidat morbum. Erectâ nihilominus & gratiâ Dei roborata mente hæc ſcripſit ad inſignem hunc pietate virum.

REVERENDE AC PLURIMÙM COLENDE PATER,

B *Satis, & pluſquam ſatis perſuaſum habeo, te nunc oblatam moriendi pro Criſto anſam ardenter arripere, necnon ad Eccleſiæ Catholicæ defenſionem: ſalutaria documenta, quibus me toties erudiviſti, libenter exequeris, ſicut jam pridem tuà præclarà vivendi ratione ſemper egiſti. Hæc utique cogitatio mitigat amaritudinem, quam tua mors mihi poſſet afferre. Fateor tamen promptam adeo & ſubitam ſeparationem me acriter diſcruciare, ac timeo ne tua abſentia me tam probis privans conſiliis mihi noxia & detrimentoſa ſit. Vellem ſane te præcedere, Deo ſic ſtatuente, cujus nutui me ſubjicio, ad imitationem obedientiæ quam Chriſtus Patri Æterno præſtitit, dum precaretur in horto Olivarum. Macte animo, chariſſime Pater,* C *coronâ Martyrum citò decoraberis; atque interim dolorum tuorum particeps ero ſub umbra alarum divinæ bonitatis. Animus tuus nimis eſt inclytæ generoſitatis, ut injuſta Regis ſequatur deſideria. Cave, ne à virtute majorum deſciſcas ullo modo aut deflectas: ſed præcipuum incitamentum, Chriſti Jeſu ſit gloria, cujus filium te fecit Baptiſmi ſacramentum. Solennis etiam profeſſio Regulæ Franciſcanæ te compellit fortiter ad perſeverandum in fide Chriſtiana. Coram Deo memento mei. Cogitatio ſola tui proximi diſceſſus mihi loquelam adimit, & calamum ſum. Miſericordiæ tamen divinæ penitus confido, quæ nos in ſocietatem æternæ coronæ adſciſcens, arctius conjunget & firmius. Vale. Tua miſeranda & dolens filia Catharina.*

D Beatus Martyr confeſtim ſic reſpondet:

SERENISSIMA REGINA,

Conſtantia, quam in tuis literis profers ad defenſionem Eccleſiæ Romanæ, me ineffabili perfundit & replet gaudio. Perſiſte, quæſo, nec unquàm commiſeratio, aut dolor de meo præſenti ſtatu, mentis tuæ tranquillitatem perturbet. Deum obſecra, ut me ſemper induat virtute ex alto: duriora tormenta ſuaviores mihi ſunt deliciæ, quibus ſpero mihi januam

A *cœlorum aperiendam. Quanta felicitas, dum quadraginta tribus annis in Ordine Franciſcano peractis, tam fauſtum reperio ingreſſum in ſempiternam felicitatem, ſcilicet laureâ Martyrum donandus, anno ætatis meæ ſexageſimo quarto. Memoriæ tuæ inſculpe verba hæc Pauli Apoſtoli.* LICET NOS, AUT ANGELUS DE COELO EVANGELIZET VOBIS, PRÆTERQUAM QUOD EVANGELIZAVIMUS VOBIS, ANATHEMA SIT. Gal. 1. *Animam meam Deo commenda, mox ut audieris me in ſupplicium deduci. Mitto & of-* B *fero corollam meam precatoriam, velut poſtremum meæ obſervantiæ monumentum. Tibi peropto corporis & animæ bonam valetudinem.*

Tuæ Majeſtati Sacerdos à Confeſſionis humillimus & obſequentiſſimus F. JOANNES FORESTUS

Divinæ voluntatis meditatione, atque iſtius lectione Epiſtolæ Regina animo infracto in priſtina ſententia perſtabat, firmitudinis Chriſtianæ ſemper tenax. Ingraveſcente nihilominus morbo, extrema paſſa eſt. Deſiderio jam martyrium ſubiebat, acerbiorque eius anxietas oriebatur ex eo quod pro Chriſto C ſanguinem non funderet. Mortis proximitatem ſentiens, hiſce verbis Regi ſcripſit.

Regina Catharina moriens Henrico Octavo Angliæ Regi ſuo ſponſo.

SERENISSIME DOMINE & plurimùm honorande Marite,

Brevi ſiſtam me apud Iudicem Æternum, qui jubet me tecum matrimonij ſacramento conjunctam à te non recedere inſalutato. Loquor ex ſincero amore, & fidenter dico tuam periclitari ſalutem, niſi rebus conſcientiæ provideas. Ærumnæ, quibus voluiſti me affi- D *cere, nequaquam me oppreſſerunt, aut vexarunt; imo potius apprime contulerunt ad meum profectum, occaſionem præbendo imitationis Ieſu Crucifixi: Tuæ felicitatis rationem habeo, & gloriæ Dei, quem enixe precor tibi eſſe propitium. Certus ſis, obſecro flens mærenſque, me acceptis à te injuriis nullo modo commoveri, nec ullum prorſus probri, quod mihi inuſſiſti, veſtigium animo meo infixum hærere. Modo non obicem divinæ miſericordiæ opponas, contenta ero. Commendo*

tibi Mariam Principem, filiam tuam perinde ac meam; illam adhibeas, quæſo ut pater: Trium mearum nobilium aſſeclarum, omniſque mei famulatus recordare; jubeas, ut præter æs debitum, unius anni merces cuilibet perſolvatur; ſiſque perſuaſus meas cogitationes ad te referri omnes, mihique nil aliud eſſe in animo, quam ut te amem omni officiorum genere.

Cor Henrici licet marmoreum ſenſu commiſerationis hac lectione commovetur; lacrymis obortis præcipit nobili Tabellario, nomine Regis, ſalutem Reginæ impertiri. Fato fungitur Regina ante ipſius reditum, in veneni ſuſpicione; atque terræ mandatur mediocri pompâ: Jubet Rex omnes aulicos lugubria induere. Pater Hilarion Coſtæus Ordinis Minimorum de Catharina noſtra differit in Elogiis Feminarum Illuſtrium. Pater itidem Arturus die 23. Maij loquens de Patre Joanne Foreſto ejus Confeſſario.

VITA ELIZABETHÆ, CLARÆ, EUGENIÆ AUSTRIACÆ, BELGII ARCHIDUCISSÆ.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas, & educatio.

VErus Nobilis non naſcitur, ſed fit: ipſa claritas non naſcendo, quæritur, ſed vivendo: Unum hic quoque bonum video. Familiaria virtutum exempla non deerunt, & domeſtici duces, quorum pudeat deſeruiſſe veſtigia. Id ſi labi finis, quid niſi famoſum & difficile malum, eſt nobilitas? Neſcio autem quomodo difficilior eſt ſuorum imitatio, quam exterorum; forte ne videatur hæreditarium bonum, virtus: non libens dico, ſed res ipſa loquitur. Rarò excellentis viri filius excellens fuit.

Attamen Elizabetha Auſtriaca, de qua nunc eſt quæſtio, proborum & ſapientum filia maxime proba & ſapiens fuit. Lucis uſurâ incœpit frui anno 1566. die duodecimo menſis Auguſti, memoriæ ſanctæ Claræ Virginis Aſſiſiatis dicato, Balſani, ſive in Caſtellu multæ amœnitatis Regum Caſtiliæ ſito intra limites ſilvæ Segovienſis. Poſtridie ſacro baptiſmo fuit inaugurata, vel juxta quoſdam Scriptores, die decimo-quinto Novembris ejuſdem anni, quo Eccleſia Toletana feſtum ſancti Eugenij ſui prioris Antiſtitis celebrat. Pij Quinti ſummi Pontificis legatus Apoſtolicus ipſe infantem ſalutis aquâ reſperſit, qui poſt obitum Sixti V. in ſummum Pontificatum evectus eſt, ſub titulo Urbani VII. Nomen Elizabethæ Principi recenter natæ fuit impoſitum, ut matris ejus Elizabethæ de Francia votis ſatisfieret: habitâ quoque dierum nativitatis & baptiſmi ratione, additi ſunt tituli *Claræ* & *Eugeniæ*.

Pater ipſius Philippus II. plurimùm comprobavit has denominationes, poſtremam præſertim, colens in primis ſanctum Eugenium Regni Caſtiliani urbis Metropolitanæ primum Epiſcopum. Matre mortuâ, dum filia adhuc eſſet bima, pater educationi puellæ navat operam, jubens, præter cuſtodes & procuratrices, illi præſto eſſe continuò patrem Alphonſum *d'Oroſco* divini verbi inſignem & regium præconem, valde inter Eremitas ſancti Auguſtini Religioſos ſpectatum, qui puellæ Principis conſcientiam moderetur. Præſtantis hujus viri ſalutaribus documentis erudita miros facit progreſſus in virtute.

Ab incunabulis ſtudio Chriſtianæ pietatis enixe incumbit; meditationi impensè vacat, frequentat Eccleſias, concionibus Evangelicis intereſt, diviniſque officiis aſſiduè: librorum lectioni piorum, Roſarij, ac beatæ Virginis horarum diurnarum recitationi, variiſque Religionis exercitiis tempus adſciſcit abſque ulla remiſſione, quoad fieri poteſt. Juſſu Regis retuſis ac puris enſibus diſcit digladiari, ſagittare, & ſclopum explodere, atque exercere venationem in nemore Segoviano, omnia

omnia tandem prenſare, quæ ſtrenuum decent bellatorem. Non repugnant hæ occupationes puellæ, modò eas rectè obeat ad exemplum Elizabethæ noſtræ, quæ in Oſtendæ obſidione eximiæ fortitudinis illuſtre ſpecimen edidit, atque induſtriæ. A

Bruxellis etiam evidenter hæ dotes patent, dum rogatur cum ſponſo Archiduce incolarum cœtui adeſſe, qui telum adigunt in ſcopum ſive pſittacum: Princeps Elizabetha tam certo oculo, fixâque manu collineat, ut nec punctum ab ſcopi umbilico unquam deerrans illum, diffindat medium, & in terram detrudat: univerſis acclamantibus populis, mirante quoque inclyto ſponſo tantam ſolertiam, præmium victoriæ à communi civitatis conſilio victrici fuit oblatum, quo annuos reditus B conſtituit ad ſuppeditandam quotannis dotem pauperibus ſex filiabus nuptui tradendis. Rara ſane conjunctio pietatis Chriſtianæ cum humano decoro: pauca ſunt præſtantia hujuſmodi ingenia, quæ res magis indifferentes ſanctitate afficiunt.

Philippus ejus pater probe cognoſcens miras dotes Elizabethæ noſtræ, dum adhuc Balſani degeret, illam in palatium ſuum (quod vulgò nominant Hiſpani *Scoriale*) accerſivit, oreque proprio imbuit peritorum hominum placitis & axiomatibus ad regni adminiſtrationem. Jam tunc patefecit, quantâ animi perſpicaciâ & firmitate valeret, de omnibus apprime dicendo ſententiam. Jam zelus ejus enitebat ad defenſionem Eccleſiæ. Rex Hiſ- C paniæ, qui Claram peramabat, & multo plus æſtimabat, quam cæteros liberos, ſtatuit illi impertiri Germaniam inferiorem, Brabantiam videlicet, Flandriam, Comitatus Burgundiæ, Caroleſij, cogitans de tam chara filia in matrimonium collocanda cum Alberto Auſtriaco Cardinale, fratris ſui filio, tunc temporis has provincias gubernante.

Anno 1598. ſic actum eſt 6. Maij. Philippo Secundo morbo laborante, quo abreptus eſt, atque pacem volente familiæ ſuæ relinquere, celebri pactione Verbinenſi, cum Henrico Galliæ Rege. Elizabethæ prædictæ ditiones beneficiario jure mancipatæ, atque D tranſcriptæ ſunt Madriti, de conſenſu Philippi fratris Caſtiliæ Principis. Poſt omnia charitatis officia patri exhibita, more excubantis humiliter ad lectum; poſt conſilia Chriſtiana data ad mortem ſanctè obeundam ab Elizabetha, Philippus fato conceſſit die decimotertio Septembris. Eodem momento filia dolens mœrenſque in Conventum Religioſarum ſanctæ Claræ ſe recepit, ut nutui divino ſe plane ſubjiceret, atque ſempiternam quietem ſuis precibus compararet defuncto.

CAPUT II.

Claræ Eugeniæ ingreſſus in Belgium.

ALbertus Auſtriacus de quo jam ſermo fuit, provinciarum ſuarum gubernationem Cardinali Andreæ Auſtriaco patrueli ſuo commiſit: dein pileum Cardinalitium ſummo Pontifici Clementi VIII. remiſit per Archiepiſcopum Veſuntinum, ab ipſo poſtulans benedictionem Apoſtolicam pro fauſto connubij ſucceſſu. Paucis poſt menſibus Albertus ſe in viam dedit Italiæ, profecturus inde in Hiſpaniam, hincque ſponſam perducturus in Belgium.

Ad ſummi Pontificis tunc Ferrariæ degentis pedes provolutus, ipſo præſente Chriſti Vicario illigatur matrimonij ſacramento, atque principis Elizabethæ nomine ſpectatiſſimâ quâdam feminâ agente. Eugenia in primo aditu Flandriæ, Imagini miraculis plenæ (quam vulgo nominant *de Halla*) pios & ferventes cultus exhibuit, ſuas toparchias & dominationes offerendo, & illius tutelæ ac protectioni ſua commendando omnia. Die 24. Novembris anno 1598. inaugurata atque conſecrata ſimul cum marito Archiduce, interfuit celeberrimæ diſputationi Theologiæ, in Claſſe Iuſti Lipſij agitatæ, ubi audivit explicationem delectabiliter & attentè Tractatus Senecæ *de Clementia*.

Supremam dignitatem copulabat cum perfectione virtutum Chriſtianarum, quantum benigna erat, commoda, & æqua erga pauperes & probos ſubditos, tantum ſe fortem & generoſam præſtabat ad improborum & pervicacium punitionem, ac præſertim ad hæreſeos extirpationem, cum nullum unquam alienum à recto fidei dogmate in ſuis dominiis toleraverit.

Archiduce defuncto adminiſtrabat jus, & cognoſcebat cauſas: unicuique dabat aures quâlibet horâ, inſiſtens pedibus, Ieſu Chriſti intuitu, qui ſedebit vivos judicans & mortuos. Hac cogitatione roborata trutinam juſtitiæ ſemper tenuit, & moderata eſt ſummâ æquabilitate. Nunquam bis apud Claram noſtram habebatur querimonia, quia ſtudioſè curabat edicta ſua effectum conſequi fortiri.

Illius præcipuè ſolertia emicabat in dignitatibus Eccleſiaſticis conferendis, ad quas non evehebat niſi viros integerrimos, probatæ virtutis, & ſcilicet ſpectatæ doctrinæ. Nullos patiebatur in Academiis profeſſores, aut literas publicè docentes, niſi ſcientiam virtute cumularent, illoſque pro meritorum menſura compenſabat. Cauſarum Forenſium cognitores, qui ſibi quidpiam ex Eccleſiaſticorum juriſdictione vindicabant, fortiter im

probabat. Sub illius dominatione Eccleſia ſemper diſcedebat ſuperior. Multiplicatio concionatorum inſignium, Clero deſtinatæ pueritiæ aut adoleſcentiæ ſeminariorum aut collegiorum in Belgio, dum viveret, jure tribuitur ejus amplis largitionibus, quas participarunt etiam jam inſtitura, annuorum vectigalium additamento. Omnium ſcientiarum ſcholæ Duacenſis & Lovanienſis in æternum prædicabunt ejus charitatem atque munificentiam. In rerum domeſticarum adminiſtratione ſe mirifice gerebat, ubi pietas & modeſtia ſingulare præſtabant ornamentum.

Statis horis Miſſa commode celebratur coram ejus domeſticis, necnon preces diurnæ & publicæ recitantur: frequenter omnes miniſtri, juſſu illius ad ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ accedunt: omnino ignavia & ſocordia ab aula noſtræ Elizabethæ exulant. Pueri honorarij ſalutaribus documentis erudiuntur: omiſsâ minime curâ illos in ſtrenuos bellatores inſtituendi divino timori aſſueſiunt, omniumque virtutum exercitio. Ejus palatium ſapientiæ celebris erat palæſtra.

Famâ tantæ moderationis, quicumque ſupremâ juriſdictione potientes, ad imirandum hocce præclarum exemplum ſua conferunt ſtudia. Invidiam utique parit dolor & deſperatio quædam adipiſcendi boni quod contigit alteri: modò tamen dolor iſte invidos permoveat ad æmulationem generoſam, & vitæ conformitatem, laudabilis eſt, atque luculentos producit fructus, ut videre eſt apud pleroſque Dynaſtas Claræ noſtræ coætaneos.

CAPUT III.

Pietatis opera.

Eò fervet ardentius amore cœleſti, quo plus creſcit ætate. Temporis matutini majorem inſumit partem in meditatione, pluribus adeſt ſacris, quibus peractis, benignas populis præbet aures, pauperesque ejus conſilia percipiunt, & largitiones: nec choreæ dantor in ejns aula, nec repræſentatur comedia. Sibi ſemper proponit in recte agendi ſpecimen ſanctas Elizabethas Hungaram & Luſitanam; habitâ pariter ratione ſingulari ad Claram Aſſiſiatem, quam conatur imitari, non quidem Religioſam amplectendo profeſſionem, cum minimè ſe receperit in Clauſtrum, ſed rnnicam Tertij noſtri Ordinis ſumendo de manibus Patris Andrææ *Soto*, anno 1621. mox ut è vivis exceſſerit ſponſus Archidux.

Palam & aperte illam gerebat, cum velamine & funiculo, poſtquam juſſerit anno 1622. capillum ſibi tonderi ab una ex nobilibus aſſeclis. Tirocinio completo, vota nuncupavit menſe Octobri, in moderatorem arcanorum conſcientiæ eligens Religioſum Franciſcanum.

Sanctæ Elizabethæ brachium, quod à Batavis obtinuit, magnifico præcepit includi ferculo, & in conclavio collocari interiori, ubi quotidie illud venerabatur frequenter genua flectens, atque orans longius. Feſtum quoque ejus quotannis celebrabat die decimo nono Novembris, præcipuo cultu: ſingulari quoque honore ſanctæ Claræ ſolennitatem 12. Auguſti proſequebatur, ſacrum ejus aureum numiſma ſemper gerens à ſummo Pontifice miſſum. Tot nummos aureos in Miſſa offerebat, quot annos erat nata. Studuit in primis plurium Eccleſiarum & Conventuum inſtaurationi, quæ zelum & magnificentiam illius probat: à primo ejus adventu in Belgium magis ſunt multiplicatæ piæ fundationes, quam ducentis annis anterioribus. Nomen Elizabethæ atque gentilitium ſcuti ſymbolum ubique conſpicitur; in Monaſteriis præſertim Ordinis Annunciationis inſtituti à Joanna de Francia, quam maximâ colebat religione, cum multoties ab Urbano VIII. enixe poſtulaverit illam inter cœlites aſſeri.

Marres Carmelitæ, ſanctæ Tereſiæ alumnæ, amplam adeptæ ſunt partem Eugeniæ Principis munificentiæ, quibus accerſitis efflagitatu ſuo in Flandriam conſtrui juſſit Eccleſiam adeo magnificam & ſumptuoſam, nec non ita induſtriam, ut ſit opus omnino elaboratum & perpolitum. Lapidem primarium poſuit Archidux maritus cum uxore ſimulque ambo interfuerunt ædis ſacræ dedicationi, necnon conſecrationi campanæ, cui Princeps *Eugenia* nomen dedit: opulenta dona & exquiſita ad inſtruendum ſacrarium, & decoranda altaria omne pretium longe exuperant. Annam à Jeſu ſanctæ Tereſiæ comitem advocare in ſuas ditiones percupiens, hancce illi ſcripſit epiſtolam.

Ad Matrem Annam à Jeſu Carmelitarum Diſcalceatarum Pariſienſium Priorem.

Jam pridem conceptum fervens deſiderium videndi in Belgio Matris Tereſiæ filias, ſuum effectum ſortiri nequivit. In priſco tamen conſilio firmiter perſiſto, cujus ſpero aliquando executionem. Quintanadvenas, quem nihil celo, quique mihi conſcius in omnibus eſt, meam mentem explanabit, ſuggeretque rationes omnia removendi quæ obſtant & impediunt. Adſciſce tibi ſocias quam magis idoneas & comparatas judicabis ad majorem Dei gloriam propagandam, & Eccleſiæ decus augendum. Mater Tereſia ſuis precibus nobis opem feret; ad eam confugiamus, cum tota res verſetur in perficiendo quod intenderit. Sæpiſſime vos inviſam; hoſpi-

tium quod vobis paro, meæ domui vicinum eſt, ut donorum cœleſtium, quibus Deus vos cumulat, ſim particeps. Moneas me, quæſo, de omnibus neceſſariis ad felicem noſtræ fundationis exitum, pro & illuſtri titulo ſanctæ Annæ & ſancti Ioſephi donandæ, quem ſcio tibi eſſe pergratum. Deo impenſe me commenda, ſicut apud eum pro te ardenter ago. Bruxellis die ſancti Dominici.

ISABELLA

Clara cum Matre Anna familiaritatis uſu conjuncta, in Monaſterium ingrediebatur diebus feſtis, pietatis exercitia daturà magis ſolertem operam, divinis ſacramentis ſe munitura majori fervore & attentione; collatura denique de ſublimioribus arcanis vitæ interioris. In hiſtoria Matris Annæ plura legimus, quæ declarant quantâ eſſet virtute prædita Iſabella, & quam inſignibus beneficiis Carmelitas Religioſas locupletarit. B

Exequias hujus eximiæ Matris unà cum ſponſo Archiduce cohoneſtavit ſuâ præſentiâ: ambo ejus pedes humiliter & religioſè deoſculati ſunt; Elizabetha inſuper flores ſuper venerandum corpus diſperſos impetravit, Crucifixi quoque effigiem, quam moriens præ manibus tenebat, necnon illius ſcapulare.

Præterea de miraculis certa, negotium vitam ejus ſcribendi demandavit, epiſtolâ quæ videtur initio libri. Veneratio ſingularis quam exhibebat etiam Matri Annæ à ſancto Bartholomæo, cauſa fuit cur illam de Gallia eduxerit in Germaniam inferiorem, ubi munus obiens Antiſtitæ Antuerpienſis, acceſſu ad ſalutationem familiarem Elizabethæ noſtræ Bredam tranſeuntis fuit honeſtata. Matris Annæ à ſancto Bartholomæo ſcapulare auſpicatò adepta eſt Princeps Clara, quod lapillis quibuſcumque gemmariis præferebat. C

Miram arcis Antuerpienſis liberationem ab inſidioſa & bina occupatione Batavorum Scriptores attribuunt precibus Religioſæ hujuſmodi præſtantiſſimæ. Sacrarij Eugeniæ cuſtos affirmat in funebri concione quam habuit de meritis Principis adeò illuſtris, illam ter eripuiſſe urbem Antuerpienſem ex eodem periculo, menſe videlicet Martio 1607. die 2. Septembris 1622. & anno 1624. dum Breda obſidione cingeretur. D

Numerus quà noſocomiorum, quà xenodochiorum ab illa fundatorum admirationi eſt omnibus: magna multitudo ſeu Eccleſiarum, ſive ſacellorum certa & ſumptuoſa exhibent monumenta charitatis ejus & magnificentiæ. Patres Carmelitæ Diſcalceati in perpetuum evulgabunt quantum ſe arbitrentur obſtrictos Elizabethæ Auſtriacæ ob loci deſerti inſtitutionem penes Namurcum. Ejuſdem Ordinis Religioſæ nunquam tacebunt ſplendidorum ſumptuum effuſionem ad conſtruendam ſolitudinem in Conventu Bruxellenſi, juxta typum ædiculæ Nazarenæ, ubi degebat ſacrata Virgo: hùc ſæpius noſtra Eugenia meditationi operam datura ſe recipiebat. A

Monaſterium Franciſcanorum in urbe, quam vulgo nominant *Botendail*, illam ut fundatricem reveretur. Beatæ Mariæ de Monte acuto Templum magnifica zeli ejus argumenta oſtendit. Illùc multoties nudis pedibus ſe contulit penſum novendiale obitura. Itineris defatigationes, quæ illius calci diram infixerunt plagam, apertè comprobant patientiam ejus atque fervorem, cum nemini illam patefecerit, præter unam aliquam ex honorariis & primariis aſſeclis.

Promiſſa veſtis, diſtincta gemmis omnino & reſperſa, atque centum millibus librarum expenſa francicarum, quam ad ædem Lauretanam miſit; triplex corona pretioſo contexta ex adamante, necnon magnifica & ſplendida altaris ornamenta, quæ auguſtiſſimo Sacramento in Eccleſia ſancti Guduli Bruxellenſi conſecravit, dona tandem quæ cultui ſacræ Chriſti ſindonis Veſuntinæ dicavit, ac innumeræ penè aliæ largitiones perpetuò poſteris commendabunt incomparabilem Elizabethæ noſtræ virtutem.

CAPUT IV.

Generoſitas & optima geſtio tempore viduitatis.

NOMEN Iſabellæ inſtructo munitionibus caſtro inditur in obſidione Oſtendæ, cui adeſt in comitatu ſponſi Archiducis; in muros tormenta dirigens, & diſplodens plurimùm animat & incendit militum corda, ad expugnationem urbis, & obſidentis exercitus defenſionem. Ægrotantibus & vulneribus affectis ſtudioſe inſervit, ſepelit mortuos, ſuſtentationi vivorum diligenter incumbit: bellatorum præclara facinora remuneratur ipſa præſens. Turmæ ex diverſis nationibus conflatæ conjunctiſſimè & amantiſſimè vivebant, conſiliis & prudentiâ noſtræ Archiduciſſæ, quæ ſuis precibus, eleemoſynis, operibus pœnitentiæ, atque piia peregrinationibus certabat, dum maritus ac viri caſtrenſes committebant ſe in aciem, & manus conſerebant cum hoſtibus.

Famâ universâ hujuſce urbis expugnatio pietati Elizabethæ adſcribitur potius quam illuſtribus factis bellicis. Neoportu à Batavis circumſepto & intercluſo, copiiſque Belgienſibus à ſignis delabi paratis, ob ſtipendij defectum anno 1600. milites alloquitur ſuas offerens gemmas, aliosque pretioſos inſtructus, ne ab officio deſciſcant.

Ab uſurpatione Batavorum Bredam votis ſuis & virtutum exercitio vindicat & eximit: eo quod Bredenſes de urbis deditione incipiunt venire in colloquium die auguſtiſſimæ Eucbariſtiæ cultui præſertim dicato, Miſſam fundat eodem feſto, in gratiarum actionem: reverà octo poſt diebus præſidiarij milites inde egrediuntur, atque Archidux Belgicus civitatis iniit poſſeſſionem. Templa omnia quæ noſtra Clara invenit ab hæreticis devaſtata, in priſtinum ſumptibus magnificis revocat ſtatum; immo præſtantiorem multo, quam anteà.

Suâ auctoritate Capucinos & Patres Societatis Jeſu illùc introducit, & ſtatim priſcum Religioſarum Conventum reparat & ornat. Fœderatis Principibus de tam inſigni victoria congratulantibus, Iſabella ſe humilius demittens ſoli exercituum & ſæculorum Deo dat gloriam: Mortem mariti maxime dolet, nec propterea deſpondet animum. A Marchione Spinolæo caſtrorum ejus primario præfecto Berguam obſeſſam anno 1622. Carolus Manſfeldius ex obſidione eripuit, moxque Eugenia profundâ humilitate & invictâ conſtantiâ exclamavit: *Cauſa ſum parum fauſti hujuſmodi eventus.*

Trajecti eodem anno, & Silvæ-ducis 1629. expugnationes illam uſque ad lacrymas permoverunt, quod in iſto detrimento haud exigua rei Catholicæ verterentur commoda & momenta: Principis tamen Claræ tranquillitas, & nutui divino ſubmiſſio firmæ ſteterunt & inconcuſſæ. Cura indefeſſa, quam marito ægrotanti exhibuit uſque ad deceſſum poſteris commemoranda, ſicut exempla & collocutiones adeo perfectæ uxoris plurimum contulerunt ad ſponſi perfectionem, illique cognomen pij Archiducis compararunt; ita ſane ad vitam eum diſpoſuerunt ſanctiſſime finiendam. Multi credunt cum illo Eugeniam vixiſſe more ſancti Elzearij & ſanctæ Delphinæ, qui virginitatis florem illibatum ſervarunt: omneſque aſſeverant ſponſo mortuo, ſponſam confeſtim juſſiſſe ut quatuor millia Miſſarum pro ipſius animæ requie celebrarentur, ac primi tricenarij tempore decem Miſſis adfuiſſe quolibet die genibus innixam.

Quamvis ſemper ejus familia bene morata fuerit, optimiſque inſtitutis & legibus temperata, vivendi tamen ratio multo magis conſiderata & proviſa eſt ab obitu mariti. Non minus enitebat aulæ ſplendor, imo potius creſcebat radiis virtutis & accuratæ diſciplinæ; cœtus videbatur quaſi Religioſus, uſque adeo miniſtri omnes ad amuſſim agebant: plures utriuſque ſexus hac ex ſchola migrarunt in clauſtra, ubi vitam egerunt ſanctiſſimam. Iſabella vidua meditationi rerum cœleſtium, vigiliis, ſpontaneis corporis cruciatibus, & charitatis exercitio magis ſedulam navans operam, ſibi famam merito conciliavit, quam peroptat Paulus Apoſtolus verè viduis.

Non ſolùm miniſtri, ſed omnes ad Eugeniam accedentes peramabant illam & venerabantur, ut matrem amantiſſimam & fideliſſimam amicam; ſæpe & experiendo humanum errat acumen, & dum nos ipſos peritiſſimos judicamus, in hoc ipſo, ac perinde cæterarum rerum in æſtimatione fallimur. Quot putamus credentes nactos fuiſſe fideles amicos, immo ut ſibi videbantur, & ſcientes; cum ad arctiſſimum ventum eſſet examen, ſeſe luſos invenerunt? Unde verò tot quotidie de amicis prodeunt querelæ? niſi quia quos fidiſſimos habebamus, invenimus infidos. Nullius rei tam difficilis, quam humani animi conjectura, æſtimatioque eſt.

Amicitiæ & benignitatis Elizabethæ noſtræ declaratio fida erat ſimul & experta, nec unquam defuit cuilibet: experientia domeſticorum externis cognita per totum orbem devinciebat illi cunctorum corda: nemo inter Chriſtianos erat, qui aut illam colere non profiteretur, vel eam adire non cuperet, ut eſſet particeps quà beneficiorum, quà virtutum influxus. Sicque perfectionem attigit, quam deſcribit Doctor gentium ad veræ viduitatis laudem.

CAPUT V.

Pretioſa mors, piaque legata.

ANNO 1633. die 26. Novembris ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ octavæ ſacrato Elizabetha Auſtriaca, acri jam morbo correpta, ſurrexit nihilominus Miſſam auditura in ſacello palatij, & res generales & familiares compoſitura. Ingraveſcente ægritudine plurimum debilitata, in lecto decumbit, atque P. Petrum de Caſtro ſancti Franciſci Religioſum profeſſum Confeſſarium ſuum accerſit, cui totius vitæ noxas expoſuit. Veniam poſtulans humiliter à domeſticis, illos pudore ſuffudit, atque ex eorum oculis lacrymarum copiam exprompſit: dolor, quo opprimebantur, nullam admittebat conſolationem, ob jacturam tanti momenti; experti quanta eſſet humanitate ac Religione præcellens, ſibi temperare à fletu non poterant.

Teſtamentum manu propriâ ſeptemdecim annis anteà ſcriptum jubet legi, cui, licet piis pluribus articulis refertæ, multas, & quidem ingentes eleemoſynas addi præcipit, cum prohibitione defunctæ laudes oratione proſequendi, in exequiis. *Timeo*, inquit, *ne volentes me laudare, impune mentiantur; cum nihil ſit in me laudabile, non poteſt quis me celebrare ſermone abſque mendacio.* Voce publicâ

virgo prædicatur, in cujus confirmationem A ſtrictè prohibuit, quominus corpus ſuum condiretur, aut contra tabem ac fœtorem præmuniretur aromatibus; unde conſtat quanto ſtudio leges pudoris & verecundiæ obſervarit, etiam demortua.

Sicut imperaverat terræ mandatur ſub habitu Religinſæ ſanctæ Claræ, quem palam geſtabat vivens per totum viduitatis tempus. Trecenti pauperes illam ſequuntur, quorum alij togis induuntur purpuraſcentibus, alij cæruleis, alij ex cinereo nigricantis coloris. Statuit ingentem poni pecuniam in nuptui tradendis, aut clauſtro includendis quadraginta nobilibus puellis, parente utroque orbis.

Dono dat ſacras interioris ſacelli Reliquias Eccleſiæ ſancti Guduli Bruxellenſi, in B qua novem Sacerdotes, cum præpoſito, vel Decano, octo alios miniſtros annuis reditibus locupletat, eâ lege ut quotidie celebrent unum ſolenne ſacrum, privatas quatuor & ſine cantu Miſſas, atque recitent officium beatæ Mariæ Virginis; cujuſlibet hebdomadæ feriâ tertiâ, ſancti Spiritus horas; feriâ ſextâ. Crucis adorandæ; feriâ quintâ, auguſtiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti Litanias; Lauretanas verò die Sabbathi, ad honorem Angelorum Reginæ.

Civitas Cæſarauguſtana ſilentio nunquam ſepeliet memoriam noſtræ Eugeniæ, quæ ibi C ducentos aureos ducatos conſtituit in capite ad ſacram cellam, quam vulgò de beata Maria Romana nominant, decorandam: Umbellæ pretioſæ, quas omnibus ſuis parœciis ſuppeditavit, ad corpus Chriſti majori apparatu vehendum, ſive dum agmen ſupplicantium inſtructo agmine procedit, ſive ægrotis expediat cœleſtes epulas miniſtrare; cereorumque multitudo ad anguſtiorem pompam, argumenta ſunt ejus charitatis & munificentiæ.

Annua vectigalia ad ſex Miſſarum perpetuam celebrationem, in Eccleſiis beatæ Mariæ Lauretanæ, Montis-ferrati, Aquarum-lupiarum, Hallæ, Montis acuti, & ſanctorum D Balneorum in urbe Chriſtiano, reddunt eam immortalem: ſingulis diebus cantus expertes ſunt. Novem autem feſtis ſacratiſſimæ Virginis celebriori perficiuntur ritu.

Mortuorum memoria ex animo ejus non elabitur: octo millia ſacrorum jubet celebrari, mox ut è vivis exceſſerit; tria ſcilicet millia pro requie animarum, quæ magis egentes auxilio, nullos habent auxiliatores; mille Miſſas pro patre, matre, & Alberto ſponſo Archiduce, quatuor millia pro ſuo peculiari ſubſidio.

Quamvis graviter ægrotaret, meditationi tamen vacabat, & charitati, cæteriſque virtutibus navabat operam: vehementiori divini amoris igne ſuccenſa die ſancti Andreæ Apoſtoli dicato, efflagitat ſacro Euchariſtiæ viatico muniri, quod extra lectum genibus innixa, & vim lacrymarum profundens, ſuſcipit: ore & corde canticum Simeonis: *Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, &c* hoc in rerum concurſu ardenter pronunciat, ſummo flagrans deſiderio è valle miſeriarum exeundi, ut perfectius Deo conjungeretur, virium corporis defectione incipit affici, & expoſcit inſtanter Extremæ-unctionis ſacramentum. Dum ſacro ad ultimam luctam inungeretur oleo tam acres pietatis, judicij, & conſtantiæ vibrabat radios, ut omnibus adſtantibus eſſet admirationi, præſertim Mariæ Medicææ Galliarum Reginæ, Duci Aurelianenſi Ludovici XIII. Franciæ Regis fratri unico, necnon Margaritæ Lotharingæ ejuſdem Ducis Aurelianenſis uxori, qui tum Bruxellis degentes illam quotidie inviſebant, quoſque inclyta Iſabella ad pacem & ad virtutes Chriſtianas ferventer exhortabatur.

Magnifacientes morientis ſanctitatem enixe ab ea poſtularunt, ut in cœlis illos Deo commendaret, tuncque temporis ipſis ſuam vellet impertire benedictionem. Præ intimo humilitatis ſenſu poſtulata abnuit, charitate tamen Chriſti urgente, illa poſt longas & fortes repulſas, concedit. *Deum obſecro*, inquit, ductâ ſuper eos in crucem manu, *Deum obſecro, ejuſque ſacram Genitricem, ut vos donis cœleſtibus cumulet. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

Toto die trigeſimo Novembris, & nocte ſequenti cor ſemper & oculos affigebat imagini Crucifixi, quam ſæpius oſculabatur, & lacrymis irrigabat: ſub Solis ortum ad mortis anguſtias redacta animam exhalavit tandem primo Decembris anno 1633. Vitam Iſabellæ Auſtriacæ breviſſimam, quamvis ſexaginta annorum, arbitrantur omnes, qui probè noverunt eximias ejus dotes. Triduò fuit expoſitum corpus in habitu Religioſæ ſanctæ Claræ. Univerſus populus, qui velut ſanctam illam venerabatur, ſtudioſè quicquid ad uſum habuerit, exquirebat, & tanquam ſacras ſervabat reliquias.

VITA
ANTONII CLERICI.
Vulgò Domini de Silva.

CAPUT PRIMUM.

Juventus atque ſcientia.

ANTISSIODORUM urbs Burgundiæ illuſtrata fuit ejus ortu die 23. Septembris anno 1563 nobilitatis tituli Coriæ ſupremæ Pariſienſis Senatuſconſulto approbati teſtantur evidenter, recto per filios à parentibus ducto ſtemmate, genus trahere à Joanne Clerico Galliarum Cancellario: Provincia quoque Burgundiæ juſtiſſimæ auctoritatis ac fidei monumenta profert natalium claritudinis, & virtutis illius majorum.

Auſpicata valde fuit ejus educatio, progenitorum curâ, qui Dei timore illum imbuerunt, atque præceptoribus ſubmiſerunt eximiis, unde præclaris omnibus ſcientiis, pro ætatis captu, ornatus evaſit. Viginti annos natus militiæ nomen dat, atque in intemperantiam, & immoderationem diſſolvitur, ſicut cæteri bellatores, finito bello, litterarum ſtudio incumbit, juris præſertim. Hacce occupatione juventutis vitia non cohibente in hæreſeos voragioem incidit, à qua non emergit, niſi completo biennio.

Conſiderat attentè quam terribilibus periculis expoſitus fuerit, inter cruenta prælia & interneciones, ubi plurimi commilitones, vel omninò perierant, vel diris fuerant affecti vulneribus. Cum tot inter funeſta diſcrimina ne quidem ſummæ curis evulſione laboraverit, divini amoris igne ſenſim exardeſcit hac piâ meditatione.

Fervidâ ſciendi cupiditate commotus, ſcientiæ donum à Deo poſtulat, qui jam tunc illi mira patefacit arcana, cœleſti & frequenti illapſu, licet tyrannide adhuc peccati ſit graviſſimè opreſſus. Mirabilis ſanè ęternæ providentiæ ordo, quæ ſuaviter *Antonium Clericum* allicit ad virtutis ſemitam, & ſplendore interiori illi declarat, quò tendere debeat: relinquit tamen peccatorem in cœno vitiorum, quibus propè immergitor.

Natura corrupta & rebellis inteſtinam tunc in corde *Antonij* ſeditionem ciet. Malus dæmon noſtro inimiciſſimus generi, videlicet invidens felicitatem imperij interni, paſſus non eſt illud ut nobis aut perpetuum, aut etiam diuturnum eſſet. Vult *Antonius* ſervitutem A diabolicam excutere: poteſt etiam, modo plenius divinum ſequatur afflatum; differtur nihilominus integra ejus converſio, quia ignaviter conatur rebellionem concupiſcentiæ domare.

Illuſtratur autem paulatim *Antonius Clericus* atque conſpicit quam ſuave ſit jugum Domini, & quam leve onus; decernit itaque mundo, carni & ſanguini nuncium remittere, ſed nondum victor exiſtit naturæ depravatæ: obſiſtit ſemper tam pręclaro conſilio, tumultus cupiditatum. Ratio quidem illius acriter primò repugnans, illarum tandem fallacibus incitamentis, & incredibili importunitate victa concedit; ac depoſito regali cultu, & ſpecie obſequitur juvenis *Antonius* illis ſervilem in B modum, ipſoque deinceps ex obſequio, atque ſerviendi uſu, à ſuâ pulchritudine quotidie diſcedens magis, magiſque in deformem & turpem habitum demutatus, à feliciſſimo ſtatu ad ſummas miſerias devolvitur.

Nativa hęc iniquitatis ſemina mentis agrum noſtri *Antonij* incultum & ſpinis obſitum reddiderunt, quem factis prætereà voluntariis & flagitioſis omninò deſolavit, animarum tandem colligit & ad ſe refert, extincto vanę glorię amore, qui longius & pertinacius impedit, quòminus in bonam frugem ſe recipiat. Noctu aliquando ſtimulis quibuſdam iòternis pungitur; expergefactus procumbit citò in terram cum lacrymarum profuſione.

C Viginti annos tantum natus jam ſibi magni nominis exiſtimationem conciliat ingenij ſublimitate, & pręcellenti eloquentiæ dono: Linguæ Græcæ peritia enitet potiſſimùm, dum Eminentiſſimus Cardinalis Perronius illum ſibi interpretem aſciſcit in famoſâ Fontiſbellaquei diſceptatione contra Pleſſæum Mornayum. *Antonius* noſter Philoſophiæ, perindè ac Theologiæ ſcientiſſimus ſacrarum arcana Scripturarum pervadebat, eâ quâ humano captui licet, perſpicuitate. Longos paſſim utriuſque Teſtamenti citabat locos ad propoſitum, & ita liberè fluebat ſermo, ut nuſquam adhæreſceret. Hiſtoriam apprimè colebat; memoriâ valebat valde felici & fir-

mâ: mirum utique dictu, labore proprio, abſque ullo præceptore in hocce eruditionis culmen pervenerat.

Cum Juris notitiâ præſertim floreret, quantum in illa profecerit, luculenter manifeſtavit, dum ceſſante Galliæ fœderatorum factione, cujus causâ artem bellicam profeſſus fuerat, adfuit gladio ſuccinctus, admiſſioni amici cujuſdam ad Senatoris in ſuprema Pariſienſi Curia munus. Poſt quam quilibet adſtantium diſſeruerit de quæſtione propoſita, miles, obtentâ licentiâ, ſermonem habuit adeò clarum, ſolidum, & à communi loquendi conſuetudine remotum, ut auditores tenuerit admiratione defixos.

B Doctor itaque Juris ſolenni ritu inaugurat, in cauſidicorum adoptatur ordinem, atque Senatu univerſo rogante, Juris magiſterium exercet in Scholis publicis, unanimi omnium applauſu. Ex innumeris operibus Antonij noſtri in lucem prodierunt expoſitiones quædam ſacri Textus; commentarius in leges regias, in mores duodecim Tabularum, & Canones priſci Juris Romani; denique defenſio Principum terræ. Sperantes hæretici præclarum fore ſectæ rebellis decus, & validum propugnaculum, conati ſunt illum ſibi firmiter devincire, oblatâ ſummæ Curiæ Conſiliarij dignitate, quam generosè aſpernatus eſt, ut ab hæreſi deſciſceret.

C Deus illum è tenebris errorum in lumen veritatis traduxit, laudabili conſuetudine cum nobili & prudenti puella, quam poſteà ſibi in uxorem aſſumpſit. Sæviente bello civili, Lutetiâ Turones ſe contulerunt, ubi prima oritur matrimonij cogitatio. Ægrotantem graviſſimè Antonium, egregiè moderata, ſuique ſemper bene compos inviſit: Regno pace fruente Pariſios redeunt, ubi auſpicatò eodem in domicilio commorantur: faciliora tunc ſunt colloquia & commodiora, quibus ſapiens puella, mox ut Antonium novit hæreſeos labe infectum, ſolerter & ingenioſè illi exponit, quantâ potiuntur Catholici felicitate in ſinu matris Eccleſiæ Romanæ, Chriſti ſponſæ. Libenter audit verba quæ ex ore tam blando & grato prodeunt; quantum conſolationis percipit benigno miniſterio piæ Dei famulæ, tantum myſteriis fidei aſſentitur, quæ illa pro ſuo captu explicat.

D Eodem tempore Antonius dat operam lectioni Bibliorum tam fauſtè, ut intimè commotus, iis quibus cum frequens erat, certum manifeſtet conſilium poſitâ contumaciâ, ſalutari ac ſuaviſſimo Eccleſiæ jugo cervicem ſuam ſubjiciendi. Deinceps novorum impiorumque dogmatum diſſeminatores illum adire minime audent, cum non poſſint ejus impugnationibus obſiſtere. Ad pedes ergo ſui legitimi Paſtoris, videlicet ſanctæ Magdalenæ parœciæ moderatoris provolvitur, humiliter petens peccatorum veniam, publiceque inter ipſius manus hæreſim abjurat.

CAPUT II.

Pietatis diligenter vacat exercitiis.

Sacramento matrimonij deflectens ab effrenatis libidinibus, vitam ad amuſſim & omnino ex rationis præſcripto, atque conſcientiæ ducebat. Exordium virtutis hujuſmodi plurimos Dei favores obtinuit, quibus incitatur fortiter ad perſeverantiam. Pietatis omnes vias & leges faciles & ſuaves reperit; hanc deguſtans ſuavitatem uberes effundit lacrymas, ob innumera peccata, quæ longo tempore cauſa fuerunt cur tam ſerò Deum amaverit. Plurium annorum ſpatio totus verſatur in diſquiſitione cordis, in exponendis iniquitatibus Confeſſario, in actibus contritionis formandis fervore incredibili.

Auſpicatò nactus eſt peritos Confeſſarios, qui ſalutaribus documentis multum conferebant ad illum ſanctitate ornandum: pœnitentiæ ſpiritu rerum terrenarum affectum è corde ſuo prorſus abradens, ſolâ oblectabatur meditatione cœleſtium: converſionis initio conſcientiæ ſcrupulis agitatus, pacem tamen internam aſſecutus eſt conſiliis Confeſſarij, quibus fideliter obtemperabat. Cum fervido eſſet & acri ingenio, facile exardeſcebat, datâ vel levi occaſione, antequam ſemitam virtutis capeſſeret; verùm mox ut juſtitiæ viam iniit, tumidum elatumque animum componens, fit commodis omninò temperatiſque moribus.

Si quid accidat, unde ira commoveatur, ſilet; videtur facies ejus fuſca & paulisper moroſa, dum impetum interiorem retundit; atque illicò ſine mora ab aſperitate ad hilaritatem tranſiens, leporem conſuetum exhibet. Carnem ſanctis pœnitentiæ cruciatibus indeſinenter affligit: jejunia, vigiliæ, cruenta flagra non intermittit: multo plus debilitatur longis & gravibus morbis, inter quos ſedulam & indefeſſam orationi navat operam.

Nullus abit annus, quin moleſtiſſimâ ægritudine ad extrema deveniat: duriſſima patiens nullo modo conqueritur; dolores ut delicias ſuffert; gaudet quidem, non dolet inter ærumnas & infirmitates, cum nequidem modica tunc ducat ſuſpiria. Exterior illa tranquillitas interioris ſerenitatis evidens eſt indicium invictæque mentis fortitudinis. Laborabat frequenter anginâ, quæ illi ferè uſum linguæ & halitus adimebat octo dierum ſpatio, necnon cibum capiendi facilitatem. Chirurgus aliquando volens tumorem gutturis aperire, quem præter ordinem periculoſum æſtimabat, ægroti accerſivit conjugem

atque liberos, illoſque ad Deum precandum excitavit. Percellitur tantopere noſter Antonius totius familiæ lacrymis, ut petens à Domino ſanitatem confeſtim obtinuerit: ſine conatu vomicâ ſaniem mittente os abluit, ſurgens è lecto, in genua procubuit, actiſque Deo gratiis, ſponſæ dixit: *Ne torquearis, optime valeo, nec deinceps mihi unquam male erit.* Veritatem probavit eventus.

Quantâ flagraret charitate in pauperes plane patefecit largitionibus ſuis, quas nunquam intermittebat, modo quid haberet erogandum. Si opes minime ſuppeterent, conſiliis & precibus ſupplebat: arbitrabatur ſe à Deo ſingulari gratiâ donatum fuiſſe, quod Sacerdoti ſuccurriſſet in extrema neceſſitate.

Leproſo cupienti illum alloqui, Antonius libenter aures, & tantam exhibuit benevolentiam, quâ oſculis, quâ complexibus, ut vix ab illo potuerit amoveri. In primo conſpectu Sacerdotum, qui illum inviſebant, contremiſcebat in venerationem auguſti characteris: ab eiſdem genibus innixus humiliter poſtulabat benedictionem, atque impoſitionem manuum, inſtanter obſecrans ut ſimiles favores liberis ſuis impertirentur. Pedes Religioſorum in ſuo domicilio pernoctantium, aut etiam pauliſper commorantium, lavabat, ſuis lacrymis manifeſtans quanto gaudio perfunderetur.

Vana gloria prorſus exulat à corde Antonij: piis & fervidis ſermonibus corda magis proterva & pertinacia domat atque ſubjicit: peculiari dono fruitur mundi contemptum perſuadendi: ſummè delectatur familiaritate pauperum & ſimplicium. In aditu magnatum & divitum, quamvis hos non abjiciat, magis tamen illis blanditur.

Totâ die ſic ſe gerebat. Cum lucere inciperet, expergefactus, ſubmiſsâ voce pſalmos recitabat, veſtem cubiculariam induens, humi proſtratus, & vultu in terram dejecto, ſupremum adorabat creatorem; cætera veſtimenta ſumebat pſallere pergens mirâ attentione, vel mente revolvens res divinas, deinde in cella comprecationis per horam integram meditationi vacabat. In Eccleſiam poſteà Miſſam auditurus proficiſcebatur, nec inde exibat niſi ad prandium: pomeridianum tempus inſumebat in legendis aut exponendis ſacris Scripturis, vel in dandis reſponſionibus iis qui ad illum tanquam oraculum conſulturi accedebant.

Rurſùs & longe meditabatur ante cœnam, ac poſt mediocrem animi relaxationem recitatâ coronâ precariâ, rerum cœleſtium commentationis exercitio, atque examini conſcientiæ ſe applicabat; antequam decumberet in lecto, & cum à ſomno excitaretur, in egreſſu & ingreſſu domus ſuæ, ſemper humi abjectus, ſacratæ Virginis imaginem saluta-
A bat, quam ſuam vocabat clementiſſimam dominam. Pias ſanctæ Genovefæ, Eccleſiæ metropolitanæ Pariſiorum, ubi degebat, beatæ Mariæ de Virtutibus, ſancti Mauri, frequenter obibat peregrinationes. Fatebatur hiſce inſtitutis ſalutaribus plura fauſta & auſpicata impetraſſe. Pœnitentiæ ſacramento ſæpe animi noxas expiabat, atque poſtremis vitæ annis, quolibet die Chriſti corporis verenda myſteria reguſtabat.

Caput denique regiminis Antonij ad rectè vivendum, Chriſtiana ſecuritas erat, id eſt, humilitas, quæ magis illum roborabat, quanto minus confidebat virium ſuarum firmitate. Sicut apud rationis politicæ ac civilis diſcipli-
B næ intelligentes, caput eſt in omni procuratione negotij & muneris publici, ut avaritiæ ſeu proprij emolumenti pellatur etiam minima ſuſpicio, ita apud Antonium noſtrum myſticæ doctrinæ peritiſſimum, ſumma eſt, ut propriam abjectionem complectatur, Deique gloriam propaget.

CAPUT III.

Contemplationis atque Prophetiæ ſublime donum.

C QUAMVIS initio converſionis ad eminens & illuſtre hoc ſtudium incumbat non modicos tamen reperit obices, qui ab eo longius illum amovent: eximij tandem viri conſilio perſeverat tamen in propoſito ſtrictius atque perfectius Deo adhærendi: humilitate & obedientiâ fretus mirabilia penetrat & detegit ſecreta. Univerſæ ſtatus Eccleſiæ illi innoteſcit in priori meditatione, ubi antiquâ meditandi ratione, qua prius uſus fuerat, ceſſante, novit aliâ viâ, ſed tutâ & apertâ, regni Galliarum præſentem diſpoſitionem, & quicquid futurum illi erat annis ſequentibus.

Miratur ipſe luminis claritatem quo circumfuſus & illuſtratus ſolvere poteſt quaſcumque difficultates propoſitas, ſicut poſteà decla-
D ravit ſuæ conſcientiæ arcanorum moderatori, qui vitam ejus ſcriptis mandavit, & in lucem edidit. A ſacratiſſima Virgine ſe viſam illi ſæpenumero exhibente multoties eruditus fuit & inſtructus quâ ratione reſponderet conſulentibus. Modò puerum Jeſum ulnis Maria complectebatur, modò erat ſtipata Apoſtolis aut Virginibus: interdum coruſcans ſol Antonium circumcingebat, humanam Chriſti naturam repræſentans, cujus viſione magnam percipiebat conſolationem, novum adipiſcebatur robur, & ineffabilia pervadebat myſteria: aliquando in meditatione ſupra caput ejus amici conſpexerunt candidam columbam, quâ ſignificabatur unctio Spiritus S.

Decipi-

Decipi metuens vel ſeduci à Dæmone, fidem facile non adhibebat hiſce illuſtrationibus, quas, præ humilitatis profundæ ſeoſu, in dubium revocabat, donec à viris rerum cœleſtium peritis confirmaretur, qui omnes cenſebant illos omnes afflatus & illapſus verè eſſe divinos, & prorſus immunes falſitatis. Eorum conſilio ſcripſit matri Annæ à ſancto Bartholomæo, cujus ſanctitatis fama, & ſingularis familiaritas cum ſancta Tereſia, cauſa fuere cur inſtituta Carmelitarum congregatione in Gallia, ob id quoqne tranſierit in Belgium: receptis ibi literis Antonij reſpondet abſolute, ut conquieſcat; cum in errore haudquaquam verſetur, tutam ſemper tenens ſolidæ viam humilitatis. Patrem Dominicum à Jeſu Maria, Pariſiis tunc degentem conſultorem adhibet, qui ad perſeverandum conſtanter illum excitat in hac vivendi ratione legibus Evangelij omnino conformi.

Dolet quoque ſe indeſinenter Deo addictum, nullam poſſe navare operam explicandis eorum cauſis expeditiſſime, quorum eſt patronus: cum familiæ ſuſtentatio ferè penitus dependeat à ſuo labore, præſidia tamen in Deo omnia conſtituit ad omoes caſus, qui idonea ad vitam culrumque ſufficit largitate Reginæ Margaritæ Valeſiæ: illuſtris Princeps iſta noſtrum Antonium Conſiliarij, & libellorum ſupplicum Magiſtri ſuæ domus dignitare honeſtat, cum penſione mille quingentarum librarum francicarum. Deo ſemper modicis ejus reditibus annnis ſuam impertiente benedictionem, cum decore mortales annos exigit, contemplationis quietem conſervans ac myſticum ſomnum.

Plurimos eventus futuros divioitus prædicit, & arcana detegit conſcieotiæ: tam mirabili dono præditus, peccatores exhortatur ad perpurgandas ſacramento pœnitentiæ teterrimas iniquitates, quas non audent exponere, pudore deterriti; excitat quoque ad expiandas confeſſione ſacrâ admiſſas à puero culpas, ut peccata, quæ nominatim exprimit & deſignat, prius celata, obliterentur: quibuſdam indicat fidei articulos, de quibus dubitant; aliis æs alienum, quo obſtringuntur, ut cito nomina expediant. Mirantur omnes mirabilem hanc perſpicientiam, qua patefiunt res omnino abſconditæ: mentes anxietate interiori ſeu ſcrupulis vexatæ maxime levantur ejus conſiliis & precibus.

Mater Clara Veſontina, prima Conventus ſanctæ Elizabethæ Pariſienſis antiſtita, extremis affecta doloribus nocte quadam metuens ne impatientiâ Deum offendiſſet, ab Antonio noſtro, qui gravem hanc pœnam cœlitus noverat, miſſo eam ſolam ob rem nuncio, certa fit, quod nullo peccato ſe inquinaverit, ac proinde firmâ generoſitate crux illa toleranda ſit. Animam amarè cruciari

A priſcorum peccatorum recordatione, Antonius in loco valde remoto reſcivit: ad ſacram accedens ſynaxio, eodem momento illam conſolatus eſt, & incitavit ad perſeverantiam, ſcripto admonens Deum in illa victorem fuiſſe, atque deinceps pœoitentiæ ſacramentum ab ipſa frequentandum, ſæpius recitandam ſalutationem Angelicam, proferenda quoque interius verba hæc: *Gloria Patri, & Filio*, &c. *O dulciſſime Jeſu*, abſque labiorum motu.

De qualicumque negotio ad conſilium adhiberetur, mira reſpondebat, ſive animaret ad perficiendum, ſive auctor eſſet incœpto
B deſiſtendi, ſive rem in aliud tempus rejiciendi, exitus ſemper oſteodebant Antonium ex alto fuiſſe illuſtratum. Si quis illo uteretur conſiliario de Clauſtri ingreſſu, quæ contingebant, certò præſagiebat, interruptionem videlicet religioſi tirocinij palæſtræ, aut continuationem, uſque ad vota ſolennia.

Juveni cuidam januam pulſanti, ut ab ore Aotonij ſciat, quem in ordinem iogrediarur, ipſe Antonius ejus deſiderium cœlitus cognoſcens, accurrit obvius, atque declarat Patrum Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationem eligendam, ubi magnum in virtute progreſſum fecit. Nobili puellæ volenti in monaſterio ſanctæ Elizabethæ Pariſienſi familiæ Franciſcanæ dare nomen, precibuſque noſtri Antonij ob id ſeipſam commen-
C danti prædicit obices eventuros tempore probationis, qui non impedirent quominus profeſſionem emitteret: ſicque omnino factum eſt.

Religioſus Tertij Ordinis Franciſcani ſuæ conſcientiæ arcana penitus Antonio detegit, qoi illum admonet fore moriturum tali anno. Prophetia ſortitur effectum, dum venerabilis ipſe Pater miſſus Romam à Superioribus, è vivis ibi excedit tempore deſignato.

Pater Bernardus præclarus Collegij Cluniacenſis Prior libros elucubrabat, quibus cito finem imponendi conſilium tradit Antonius ob mortis proximitatem; reverâ tribus poſt menſibus violentâ ægritodine vitâ privatur. Pater Athanaſius Benedictinus, Congre-
D gationis ſancti Mauri, morbo pulmonis laborans, Profeſſoris Theologici provinciâ, quam obibat, decreverat abſiſtere, ut ſe ad mortem pararet; Antonio monenti ut ad patrocinium ſanctæ Genovefæ confugeret, obtemperavit, & plenam adeptus eſt ſanitatem.

Reverendus Pater Chryſoſtomus Sanlaudenſis, ejus Confeſſarius, Conventus ſanctæ Mariæ de gratia (nominant vulgò *Picputium*) tunc Gardianus, eximiæ pietatis & doctrinæ vir, prædictionum noſtri Antonij certitudinem ipſemet expertus eſt, dum graviſſima ægrotatio illum penè redigit ad extremam

luctam, ſicut ritè vaticinatus fuerat Antonius: vaticinij hujus adjuncta omnia, & minutiſſima quæque ſuum exitum habuerunt. Ab amico rogatus, ut Deo commendaret illuſtris mulieris litem, reſpondit nil utilius aut præſtantius fieri in gratiam hujuſce litigantis, quam illam diſponere ad obitum imminentem: eventus comprobavit reſponſum. Nobilem feminam obviam habens Antonius, quæ illum inviſebat, ſecretò ſuæ dixit uxori: ,, Compelle eam confeſtim reverti in ſuum ,, domicilium, atque cito ſacramento Pœni- ,, tentiæ expiare peccatum, quod admiſit au- ,, diens libenter quorumdam hæreticorum ,, colloquia, contra Eccleſiæ Catholicæ dog- ,, mata, qui ejus menſæ aſſidebant: brevi ,, enim ſiſtet apud æternum & ſupremum Judicem. Rebus itaque ſuis proſpectis atque conſtitutis, fato conceſſit.

CAPUT IV.

Præcedentis materiæ continuatio.

ANTONIO in profunda meditatione verſanti, hominis cujuſdam inclyti, & apud Regem multâ gratiâ valentis, ducentis diſſiti leucis, morbus annunciatur ſchedulâ, quam nec legens, nec aperiens, reſponſum ſcribit in parte poſtica, jam mortuum aſſerens illum de quo erat ſermo, nec magnam inde orituram fore mutationem. Poſtridie curſor obitus nuncium affert, omniaque fiunt juxta Antonij prædictionem.

A Principe Guiſana inſtanter ſupplicatur Deum precari pro matrimonio Ducis Aurelianenſis cum Principe Mompenſeria contrahendo, quod credit ferè diremptum. Sanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento ſemel ſumpto in pia quadam peregrinatione reſpondet Antonius perfectum iri hoc fœdus certò, quamvis longa intercedat mora; ſed breve nuptiarum fore gaudium. Reipſa Princeps Mompenſeria in primo puerperio, & ineunte ſecundo anno conjugij diem clauſit ultimum.

Inſignis feminæ conſilium, ſeipſam intra clauſtrum recipiendi, noverat; dixit tamen in hoc rerum concurſu amico fide digno, parentes illam fore à propoſita ſententia penitus avocaturos: proſperitas, qua uſa eſt paulò poſt hæc familia, mentem ejus voluntatemque mutavit.

Principis dignatione muliere precum illius ,, auxilium ardenter implorante: Heu, in- ,, quit Antonius cuidam ex ejus aſſeclis, quan- ,, tæ & quam graves ærumnæ illi impendent; ,, quæ magis ei chara ſunt, & magis grata, ,, fient tandem amariora. Rei veritatem experitur, dum ſponſo inter alienigenas aufugiente, longius amandatur ipſa extra aulam regiam. Conquerenti illuſtri quodam bellatore, in Melitenſium Ordinem equitum allecto, quod nulla præbeatur occaſio bellica, nec fauſtum haberet conſiliorum exitum, Antonius reſpondet Paulum brevi Petro jungendum in illo, cujus eventus tempus præfinitum ſoli Deo cognitum erat: dum dignitatem in Eccleſia, à ſuprema primam obtinuit, Urbano VIII. Sedem Apoſtolicum occupante, quiſque agnovit Antonium noſtrum vera præſignificaſſe.

Anno 1622. nobilis femina quædam campana valde violentas nervorum contractiones patiebatur, corpore illius arcuatim incurveſcente, necnon capite pedibus affixo, irritis plurium hominum conatibus, qui huicce violentiæ obſtabant: nec dormire aut quieſcere, neque manducare poterat inter illas convulſiones. Medicis declarantibus malum eſſe inſanabile, eodemque tempore ruſticano quodam fatente ſe illam effacinaſſe, Religioſus Tertij noſtri Ordinis, qui à duobus menſibus ægrotanti aderat, Foreſtum certiorem facit de tanta acerbitate. Antequam epiſtolam legat vectori dicit, non è vivis exceſſuram, licet extrema ſuſceperit ſacramenta. Scriptis reſpondet ab ægrota exigi, ut denuò ſua peccata Confeſſario exponat, Miſſamque præcipiat celebrari in honorem ſacratæ Virginis, ſancti Joſephi, Angeli cuſtodis, & ſanctæ Clotildis. Horum executione conſiliorum priſtinam ſtatim & integram recuperat ſanitatem, & quam primum rhedam inſcendere poteſt, ſuum accedit ad liberatorem, cui multas difficultates proponens, omni ſe expeditam ſolicitudine ſentit.

Magnâ commiſeratione erga animas ignibus addictas piacularibus permovebatur, atque ſuo Confeſſario fidenter declarabat illarum pœnas ſibi eſſe planè manifeſtas: Exequias viri ſpectatiſſimi in Conventu beatæ Mariæ de gratia, penès Lutetiam, præſentiâ ſuâ cohoneſtans, amico cuidam enunciavit, defunctum in loco expiandis poſt mortem peccatis deſtinato longius remanſurum: ex hac autem vita migraſſe abſque noxa mortifera, propter charitatem in pauperes. Invitabat omnes ad orandum pro mortuis, affirmans eſſe peridoneam viam obtinendi à Deo felicem negotiorum exitum.

Præcellenti Religioſo ejus intimo è vivis abrepto novit Antonius ſublime culmen gloriæ illi paratum poſt peractam pœnitentiam, quæ poſita erat in vehementi & urgenti deſiderio Deum videndi, eo quod poſtremâ ægritudine laborans, non ſat peroptaverat immenſam hanc felicitatem. Religioſus alter eximiæ ſanctitatis vir, illi apparuit poſt obitum, cœli poſſeſſionem iniens.

Nuncio commendante ejus precibus Reli-

gioſum morbo affectum, Antonius affirmat commendatum ſato ſunctum fuiſſe, atque „ jam æterno potiri præmio: Mater tua, in- „ quit ille alicui puellæ, adhuc tantum quin- „ decim diebus in viventibus cenſebitur: proſ- „ pice, & adhibe cautionem. Deus illam in „ cœlis luculenter remunerabit. Sicut prædixerat ita factum eſt, atque divinitus novit illam adepturam fore ſanctarum mercedem viduarum.

Bernardus ille tam celebris, quem vulgò nominant *pauperem Sacerdotem*, amplam nominis exiſtimationem ſibi conciliavit zeli cœleſtis ardore, noſtro Antonio conſuetudine & familiaritate ſingulari conjunctus erat, ad quem ſæpenumero confugiebat, velut ad oraculum, unde ampla lux exoriebatur ad ambages quaſcumque explicandas. Dum ſimul aliquando colloquerentur de amoris divini ſingulis proprietatibus, venerandus Sacerdos illicò à ſenſibus abalienatur. Plurimos afflatus cœleſtes & myſticos illapſus Antonius ſentit & involvit ſilentio, libenter obſecundans moderatoris ſuæ conſcientiæ monitis, atque ſemper leges ſequens humilitatis Evangelicæ.

Ad mortem ſe quolibet momento diligenter præparans, roborare conabatur amicos contra inanem mortis metum. Illam ſtolide „ timentem ſic alloquebatur: Naſci timuiſ- „ ſes & vivere: vitæ limen initium mortis eſt, „ vita ipſa curſus ad mortem, ſeu verius, mors „ quædam: vivendo ad moriendum ibas (vel „ quod ſapientibus viſum eſt) in horas certè „ moriebaris. Quid nunc igitur times, ſi „ mors vitam vel comitabatur aſſiduè, vel ne- „ ceſſariò ſequebatur? Illud quidem docti „ tantum, hoc etiam vulgus intelligit: quic- „ quid natum moritur, quicquid moritur, na- „ tum erat. Sic volente Deo, mori volebat Antonius, ut Chriſto morienti adhæreret, ut Chriſtum crucifixum & mortuum amplecteretur, ut regnantem denique & triumphantem apertè in cœlo videret.

CAPUT V.

Ad mortem ſe accingit; ſanctè moritur, & ſepelitur honorificè.

NOVISSIMI hujus propoſitio plurimùm illi arridebat, eòque magis de obitu avebat loqui, quò propinquius crederet eſſe tempus Deum evidenter conſpiciendi, in quo poſitæ ſunt ineffabiles deliciæ. Rebus ſuis domeſticis conſtitutis & proviſis, in id unum incumbebat, ut Deo plenius & purius ſerviret, atque ſubveniret neceſſitati pauperum, quorum levamen inſtanter commendabat omnibus qui illum adibant.

A Sex menſibus antequam è vivis excederet, formulâ conceptum exarat teſtamentum, ſepulturam ſuam eligens apud Patres Religioſos Tertij Ordinis ſancti Franciſci, Conventus (*Picputium* nominant, penès Lutetiam) in ſacra æde beatæ Mariæ de gratia. Patrem Chryſoſtomum hujuſce Monaſterij Gardianum, ſuum Confeſſarium, rogat, ut illum in Tertiariorum cooptet numerum: ſicque fit, dum poſtremâ laborat ægritudine: deinceps ſopitis veluti ſenſibus ita videtur abripi in divina, ut nullo modo attendat ad ea quæ proferuntur, aut aguntur ab hominibus: cor ejus ſoli Deo devincitur, eâ neceſſitudine, quæ cætera prorſus deſpicit.

B Animi ejus candida ſinceritas nil puerile redolet, niſi quoad perfectam ſubmiſſionem quam exhibet unicuique, ſed divinum omnino ſapit afflatum, quo terrena exuperans totus fit cœleſtis. Intus falſis Dæmonum viſionibus graviter torquetur, qui illum ad peccatum provocant, foris quoque exagitant & perturbant violentis aggreſſionibus. *Vult Deus*, inquit Antonius noſter ſuo Confeſſario, *vult Deus me ab Inferno cribro ſuccerni, ut animæ meæ palea ventiletur: ardenter rogo divinam clementiam ut modicum me granum æternæ menſæ conficiat.*

Exiſtimans ſe omni auxilio privatum, mentemque ſuam prorſus immerſam vitiorum cœno, ingenti mœrore opprimitur. Ad veſperam C recitatâ coronâ comprecatoriâ, atque proficiſcens in conclave interius, ut meditationi det operam, à Dæmone præceps agitur in extremas ſcalæ partes incredibili violentiâ, quâ domo percrepante currunt omnes ad auxilium, reperitur tamen lætus & tranquillus, ac plagæ penitus immunis: *Sacra Dei Genitrix*, ait Antonius, *me ſuis manibus complexa eſt: optime valeo.*

Menſibus quatuor ante mortem ordinariis ægritudinibus laborans, in lecto decumbebat, ubi attentè recogitans æternitatis arcana, vidit ſuum cubile nigris inſtructum, eodemque momento ad ſuos pedes deforme ſpectrum ſine capite, flagello armatum ignito: D nullo tunc terrore perculſus Antonius ſe totum conſecravit ſupremo conditori, ac ſic Dæmonem allocutus eſt. Te probè ſcio Dei „ mei hoſtem inſenſiſſimum eſſe, à quo, ju- „ vante illius gratiâ, nullatenùs disjungar: „ effunde iram tuam in corpus meum: cave „ tamen, ne unqnam attingas vel leviter ani- „ mam meam, quæ thronus eſt Spiritus ſancti. „

Evaneſcente illicò humani generis adverſario, Antonius altâ fruitur tranquillitate, hancque proximæ mortis autumat eſſe præſagium. Abhinc vires ejus ſenſim deficiunt, atque ineunte anno 1618 vehementer ægrotat. Munitur confeſtim divinis Sacramentis, vixque auguſtiſſimam ſuſceperat Euchari-

ſtiam, cum ſentiens animam ſuam Solis ſplendore circumſeptam, audit clementiſſimi Domini blandum hoc & glorioſum promiſſum. *Tecum ego ſum, ne timeas.* Exarſerunt deinceps in corde Antonij vehementius cœleſtis flammæ dilectionis: totus erat in eliciendis divini amoris actibus, etiam in medio & magis profundo ſomno. Dum morbo affligatur exiſtimat aliquando in barathrum inferni ſe eſſe detruſum, unde Chriſtus immenſâ miſericordiâ illum eruit: acerbâ delictorum pœnitudine, & ferè continuâ afficitur; jamque fauſtâ anteoccupatione felicitatem poſſidet, quæ in compoſitione voluntatis noſtræ ad divinam ſita eſt.

Juſſu Dei, tribus diebus, antequam fato fungeretur, animam corpuſque immolat Reginæ Angelorum, mirabili fervore, lecticariam deponens calanticam, enitenſque exuere interulam; uxori ſe opponenti: *Dei*, inquit, *imperio obtempero, qui matri ſuæ vult me omnia ſacrificare. Cum ſupremus cœli & terræ moderator, ejus filius nudus in cruce permanſerit, ego viliſſimus homuncio mollitiâ diffluo, in lectulo culcitris plumeâ & laneâ, cæteriſque nimirum commodis munito?* Obedit nihilominus Confeſſarij voluntati, qui præcipit illum ſtatui priſtino reſtitui.

Vir quidam eximiæ virtutis divinitus novit Antonium moriturum fore die Sabbathi proximo: ideoque ſacro ad ultimam luctam inungitur oleo: tunc pius Bernardus præſens, quem vulgò nominant pauperem Sacerdotem, inſolito divini amoris incendio conflagrat, atque ſopitis ſenſibus totus in divina abripitur. Moribundus intereà fusè diſſerit de rebus divinis, ac prædicit egregium hunc Sacerdotem gradum ſanctitatis eminentiſſimum fore adepturum, amboſque ſe invicem viſuros in gloria cœleſti. Die Veneris horâ decimâ veſpertinâ è lecto brachia educit, ac valide elevat in cælum: dum capite conatur idem præſtare, à Confeſſario interrogatus, quid ſibi vellent iſti motus: *Video*, inquit, *Jeſum Chriſtum cum ſacrata Virgine & Angelis, qui me invitant ad poſſeſſionem ſempiternæ felicitatis.*

Poſtridie, Sabbatho videlicet, ac 23. Ja-
A nuarij, amicorum precibus ſatisfaciens mirandum in modum, gratiaſque agens Confeſſario pro exhibitis officiis novem ultimis vitæ ſuæ annis, emiſit ſpiritum ſextâ horâ veſpertinâ, ſemper & reapsè uſque ad extremum halitum, evomens divinæ flammas charitatis. Eodem momento apparuit præcellenti viro, quem fortiter excitavit ad viam perfectionis Chriſtianæ capeſſendam; hicque apparitionem manifeſtavit Confeſſario defuncti.

Vulgatâ deceſſus famâ per urbem Pariſienſem aperta fuit cubiculi janua quibuſcumque
B volentibus illum inviſere, qui magnâ effuſione concurrebant. Religioſi Tertij Ordinis Franciſcani venerandum cuſtodiebant corpus, quod de licentia Paſtoris fuit tranſlatum in Conventum (*Picputium* communiter nominant): ſolenni apparatu terræ mandatur, in ſacello beatæ Mariæ de gratia, à latere dextro altaris, cum oratione funebri; jacet ibi ſub tabula marmorea, & ſequenti epitaphio.

Hîc jacet Antonius le Clerc de la Foreſt *Antiſſiodorenſis, Joannis* le Clerc *Franciæ Can-*
C *cellarij nepos, vir ſummæ eruditionis ac pietatis, qui virtutibus addictus, Dei præſentiâ, ardenti ejus amore, charitate in pauperes, ſui abnegatione, verâ humilitate, & altiſſimâ rerum cœleſtium contemplatione adeò præfulſit, ut frequenter divina paſſus, dono conſilij præditus fuerit, & futurorum notitiâ conſpicuus, multa miranda prædixerit. Obiit Pariſiis habitu Fratrum Pœnitentium ſancti Franciſci, moriens donatus, anno ætatis* 65. *Chriſti* 1628. *in cujus memoriam Illuſtriſſima Domina Carola* d'Eſtampes Valencey, *Domina* de Puiſieux,
D *hujus ſacelli fundatrix hoc monumentum poſuit.*

Vita ejus in lucem edita fuit à Reverendo Patre Chryſoſtomo Sanlaudenſi, viro utique virtute & doctrinâ valde ſpectato, Tertij Ordinis Religioſo profeſſo, qui illi longo tempore fuerat à Confeſſionibus, atque à D. Ludovico Provençali, quem plures libri de rebus controverſis, & fortes diſceptationes contra hæreticos inſigniter commendant.

ELIZABETHA E REGIO FRANCORUM Regum Stemmate, Hiſpaniæ Regina.

ANTIQUA virtus fuit, ſine qua vera nobilitas non eſt. Vetuſtas nimia claritatem rebus eripit, & parit oblivionem. Quot fuerunt nobiles familiæ, quarum hodie memoria nulla eſt? Quot nos ipſi florentiſſimas vidimus, quæ paucis annis fermè ad nihilum rediere? Unde præſagium faciamus de his modo florentibus, deque his nunc primùm erumpentibus, caputque tollentibus? Omnia tempus imminuit, conſumitque. Pervetuſta Galliæ Regum proſapia non ſeneſcit, nec deficit vetuſtate, quæ in virtute potiſſimùm fundatur; virtute, inquam, Regis Chriſtianiſſimi ſancti Ludovici

Elizabetha noſtra digniſſima ejus neptis nobilitatem à majoribus acceptam in ſplendore conſervavit ſuis virtutibus eximiis. Henrici Magni ſeu Quarti, & Mariæ Medicææ fuiſſe filiam, Ludovici Juſti ſororem ſeu Decimitertij, Ludovici Deodati, ſive etiam Magni, ac Decimi quarti amitam minime præcipuum decus eſt: Splendeſcit in primis, quod inter cæteras ſui ævi Principis dignatione mulieres claruerit prudentiâ, pietate, ac Chriſtianæ Religionis zelo.

Naſcitur in Bellaqueifontis regia baſilica die 22. Novembris anno 1602. Educatur in palatio ſan Germani unà cum Delphino, & quadrima ſalutari baptiſmate conſecratur die Exaltationis ſanctæ Crucis: à Patribus Cottono, Suffreno, Marquetello, Societatis Jeſu, Mariâ Medicæâ regni procuratrice, piis imbuitur documentis.

Precario ſanctique ſermones plurimùm illi arridebant; frequens erat apud Matres Carmelitas cum Magdalena à ſancto Joſepho, cujus vita edita fuit in lucem à Patre Joanne Senalro Superiore Generali Oratorij. Quamvis tunc Elizabetha novennis tantum eſſet, magnos tamen progreſſus faciebat in virtute, conſiliis hujuſce tantæ virtutis Religioſæ; cui duodecim poſt annis, dum Regi Hiſpaniæ matrimonio conjuncta eſſet, miſit anno 1625. menſe Septembri digitum ſanctæ Tereſiæ per dominum Fargiſium, cum præclara epiſtola, quam lectores videbunt in capite decimooctavo libri modò citati, & mirabuntur, ut pote piæ intelligentiæ, indiciique vi eximiâ præſtantem.

Elizabetha generoſa erat, ſimulque commiſeratione plena erga pauperes & ægrotos, quorum ærumnis & doloribus ſæpenumero permovebatur, uſque ad lacrymas. Collocata

A in conjugium Philippo, Dominico, Victori, Hiſpaniæ Regis filio natu majori, virtutum Chriſtianarum ſtudio enixè incubuit, & tanto ardore, ut Philippus III. ejus ſocer illam ſupra quoſcumque liberos adamaverit: nurus viciſſim ſummo honore, ſingularique benevolentiâ ſocerum proſequebatur, quem extremâ laborantem ægrotatione conſpiciens, animi deliquio collapſa eſt. Juſtum tamen & innocuum hoc ſinceræ teſtimonium amicitiæ haudquaquam officiebat perfectæ ſubmiſſioni Deo debitæ.

Admiſſa inter Tertiarios Franciſcanos,
B dum Philippus III. moribundus habitum ſumeret, ad eumdem allicit Ordinem Principem Mariam, quæ poſteà Imperatori nuptui tradita, meritis plena quievit in Domino. Cœtus hic adeo præclarus Tertiariorum valde illuſtratur noſtræ Elizabethæ virtutibus, quæ præ cæteris emicat.

Non ſolùm Madriti, Toleti, cæteriſque in Hiſpaniarum urbibus, verùm etiam in regnis & provinciis ſui conjugis remotioribus, in India videlicet, concionatores Evangelici, regiarum ejus largitionum luculenter erant participes. Eccleſiæ beatæ Mariæ Lauretanæ, Montisſerratenſis, Cæſarauguſtanæ, aliorum-
C que locorum ubi Dei genitrix præcipuè colitur, monumenta exhibent inſignia illius munificentiæ. Inter Sanctos relatio Iſidori, cujus patrocinio gaudet Madritum, Ignatij de Loyola, Franciſci Xaverij, Tereſiæ, tribuitur illius curis & prenſationi. Thomas de Villanova Archiepiſcopus Valentinenſis, Congregationis Eremitarum ſancti Auguſtini Religioſus, Petrus de Alcantara Ordinis Minorum, Franciſcus de Borgia Societatis Jeſu, ejus pietatis erant incitamentum, quæ inſuper obtinuit Elizabetham Arragonenſem, Luſitaniæ Reginam in Cœlitum numero collocari.

D Eximium præſertim conſtantiæ præſtitit in adverſis mariti caſibus ſpecimen. Hoc in rerum concurſu Philippi IV. fama obſcuratur, & decidit. Verùm Elizabetha uxor omnes continet ſubditos, & coercet in officio, fauſtè adeò ut meruerit elogium comitatis Gallicæ, pariter ac Hiſpanicæ gravitatis.

Philippum filium egregiè educavit, unà cum filia Maria Tereſia, cujus præclaræ dotes per totam Galliam nunc prædicant quanti fuerit ponderis & momenti Regina mater, quæ ſuis exemplis & monitis tam excellen-

inſtituerit familiam. Elizabetha Madriti valetudinem amittens ſub finem Septembris anno 1644. ad mortem ſe accingit, ſuſceptione Sacramentorum, quæ poſtulavit, atque perfectâ ad Dei nutum ſuæ voluntatis accommodatione.

Die quarto Octobris, quo celebratur feſtum ſancti Franciſci Aſſiſiatis, interrogata an vellet divino refici epulo, reſpondet ſe tunc temporis, cum bene valeret, ſemper cœleſti pane fuiſſe recreatam, ac proinde nolle privari Angelorum pabulo ægrotationis tempore, ut ad obitum ſtrenuè compareret. *No-* A *men dedi*, inquit, *Tertio Ordini Patris Seraphici, cujus propterea filia ſum humillima.* Ad extremam luctam ſacro inaugurata oleo, ſicut popoſcerat, ſanctiſſime obdormivit in Domino die ſexto Octobris, gemente univerſâ Hiſpaniâ, Regeque ſponſo acriter dolente, qui Madritum venit binis diebus poſt deceſſum ſponſæ, quamvis citato & jugi curſu iter confecerit mox ut ægritudinem Reginæ noverit. In templo Monaſterij, quod vulgò nominant *Scoriale*, auguſta & plane regia pompa ſepelitur.

PRIMÆ RELIGIOSÆ INSTAURATIONIS
Seu Reformationis Ordinis noſtri Gallicani.

CUM Matres *Franciſca* & *Clara* Veſuntinæ fuerint fundamenta noſtræ Congregationis Regularis in Comitatu Burgundiæ, de iis diſſerendo, ſatis notavi tempus certum, quo noſter Ordo Religioſus initium habuit: declaravi utriuſque eximias dotes articulo 1. p. vigeſimo-quarto, § 23. De prima iterum pertractavi 1. p. art. 25. §. 12. illarum vivendi ratione, obituſque jam deſcriptis exponere ſupereſt aliarum merita, quæ illas imitatione aſſecutæ ſunt.

Mater *Franciſca à ſancto Vincentio* nata eſt Salinis, mox ut genitrix ejus ad ſacram ſynaxin acceſſerit, unde in corde puellulæ mirus exortus eſt pietatis ſenſus erga auguſtiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ. Multoties viſæ ſunt parvulæ hoſtiæ conſecratæ è manibus celebrantis, aut ex ipſo altari evolare in os hujuſce Dei famulæ, quæ ſic eas ſuſcipiebat miniſterio Angelorum. Strictè Deo adhærebat, atque divinis illuſtrationibus extra ordinem fruebatur: cœleſtis igne amoris flagrabat omnino. Vita præſens illi prorſus moleſta erat & oneroſa; morte appropinquante fortiter & abſque intermiſſione proferebat hæc verba: *Deſiderium habeo diſſolvi & eſſe cum Chriſto.*

Manu prehendit tunc antiſtitam, quæ *Franciſcam à ſancto Vincentio* ſentit exardeſcentem ut carbones incenſos. Charitas ejus erga proximum, ſummæ erat unicuique admirationi: nullo modo poterat aures præbere ſermonibus maledicis vel leviter alienam lædentibus famam. Omnibus libenter opem ferebat & ſolatium. Plures ægroti ejus precibus ſanitatem recuperarunt. Graviſſimo laborans morbo, è lecto velociter exurgit, ut ſui Conventus Religioſæ peſſimè ſe habenti ſuccurrat, quæ linguæ uſum amiſerat; illius capiti ſuum pulvinarium ſubjicit, quod attulit B eo fine: ægra confeſtim loqui facile incipit, & in priſtinum valetudinis ſtatum revocatur.

Defuncta Franciſca noſtra à ſancto Vincentio Religioſæ acutis doloribus affectæ, quæ ejus deceſſum ignorabat, apparuit ad conſolationem: *Junge manus*, inquit, *ſicque ſanaberis.* Contemptus & functiones viliſſimæ, ſummæ ejus erant deliciæ & amœnitates; mandatis magis difficilibus & incommodis promptior erat ad obediendum. Ternis ante mortem menſibus aſſeverat matrem Franciſcam Veſuntinam Ordinis inſtaurari fundatricem ſe viſam exhibuiſſe, novitiiſque impertiviſſe (C) benedictionem, quarum erat moderatrix, & ab ea fuiſſe liberatam interiori anguſtiâ.

Franciſcâ à ſancto Vincentio quærente quomodo ſe haberet mater Clara Franciſca Veſuntina jam fato functa: *Cruces ingentes*, ait Franciſca Veſuntina, *quas conſtanter tulit, perfectaque compoſitio ad Dei nutum illam evexerunt in triumphum gloriæ.* Dono prophetiæ credunt Auctores Franciſcam à ſancto Vincentio fuiſſe ornatam. Quidam à cacodæmone inſeſſi, quo tempore expirabat, exclamarunt ſe maxime dolere, quod Franciſca à ſancto Vincentio, quæ baptiſmatis puritatem & (D) innocentiam conſervaverat, in æternam felicitatem rectâ viâ aſcenderet. Coronâ ejus precatoria dæmoniacæ appoſitâ, quæ puero ſuo volebat gulam reſte frangere, Dæmon terribiliter vociferatur: Corolla precatoria "eſt matris Franciſcæ: tu me comburis, me "comburis, evomitque horribiles execrationes contra Religioſas.

Apud Helvetios octo cum ſororibus, ſæviente bello, ſe recipiens, ut immoderationem atque petulantiam militum effugeret; moritur anno 1633. ibique ſepelitur ſolenni

Google

apparatu, innumeris undique confluentibus A populis, qui veſtium partes avellunt, aut aliquem alium ejus inſtructum conantur auferre, ſacras tanquam reliquias pio cultu ſervandas.

Mater à Salvatore ex urbe Dolana oriunda maxime colitur in Monaſterio Salinenſi, ubi profeſſionem emiſit, ad exemplum præcedentis. Nimis obſequioſa ejus comitas illam valde facilem reddebat in violando ſilentio, quod ipſi imponitur in punitionem, ſex hebdomadarum ſpatio; quâ ram vehementer & tanto fructu percellitur, ut cæteris Sororibus admirationi ſit: in ſublimem contemplationis gradum provehitur, divina multories paſſa uſque ad veram extaſim, nullis occupationibus externis, licet implicitis, amovetur à Dei con- B ſpectu, vel à cœleſtis ſponſi oſculo. Nec unquam deflectit à ſemita Crucis, dans ubique & frequenter locum carnis cruciatibus, & naturæ corruptæ internecioni.

Ardenter cupiebat divini jaculo amoris tranſverberari & confodi, necnon proximi dilectione prorſus conflagrabat. Sive ſuperior ſeu inferior cæteris Religioſis eximiam exhibebat manſuetudinem, & benignitatem mirabilem. Obeundis exercitationum muneribus horarum obſervantiſſima, facem præferebat omnibus: quamvis infirmitatibus graviter affecta, viſa fuit per ſcalas repere, ne ab horis matutinis abeſſet, quæ mediâ nocte recitantur. A ſancto Chryſoſtomo, quem magnopere venerabatur, præclara percepit lumina, C ad ritè peragendum meditationis exercitium. E vivis exceſſit tota amore divino exardeſcens, manuque ſuam Regulam tenens, ac pœnitentiæ flagrum.

Mater *Ludovica à ſancto Bernardino* omni ſtudio ſibi comparabat viliora Conventus Salinenſis munia, ubi reſidebat. Brevi lectione paupertatis Evangelicæ, & divitiarum terrenarum contemptus adeo peramavit & veneratа eſt hanc virtutem, ut veſtimenta exuens, vetuſtiſque ac vilibus ſe operiens laciniis, ad pedes matris Superioris illa projecerit, aliis Sororibus diſtribuenda. Pane & aquâ veſcebatur, reliquo pane Religioſarum contenta. Tantâ utebatur victus tenuitate, ut ſubſiſtere poſſe minime crederetur abſque miraculo. D

Præ nimio divini amoris ardore quo flagrabat, ſe recipiebat aliquoties in ſpeluncas intra limites hortorum Conventus erectas, ubi patefaceret aditum libentius flammis charitatis per ſonora ad Deum ſuſpiria dolentis & amantis animi tractim vibrata. Firmâ & intimâ cum Jeſu ſocietate, nullo dolore afficitur, dum ingens & præcraſſum candelabrum in eam prolabitur. Lacrymæ obortæ dum meditatur adeo ſunt uberes, ut veſtes ejus reſpergant, atque ipſum pavimentum madefaciant.

Compellitur ab amicis Dolam proficiſci, Monaſterium novum inſtitutura, affirmantibus illam ibi nullum conſecuturum honorem, ſed potius contemptum: ideoque reſpondet Ludovica. *Velox ibo, & obedientiam gaudens adimplebo.* Non verbis tantùm obtemperat, aut propoſito, ſed factis & executione. Sentiens mortis proximitatem, magno perfunditur gandio, quod Deus in cœlo perfectius laudetur. Crucis occaſiones, quibus referta eſt vallis miſeriarum, multùm illi arridebant, & quandiu vixit, quæ naturæ blandiebantur odio habebat; quæ amara erant ſenſibus & aſpera, intimo corde amplectebatur.

Mater *Pacifica à Deipara* non conquieſcebat, niſi deficientibus commodis quibuſcumque: ſi vel etiam neceſſariis privaretur, deliciis affluebat internis & cœleſtibus; licet graviter & ferè ſemper ægrotaret: dolorum violentiâ oſſa ejus luxata ſunt & disjecta prorſus à ſua ſede; nec tamen ullo modo querebatur, unde mira inter Religioſas poſt ejus mortem oritur admiratio, quod inter tot & tantas pœnas nunquam abfuerit ab exercitiis communibus, & ſine intermiſſione accuratè obierit Magiſtræ munus Novitiarum.

Obedientiâ præſertim erga Superiores, & charitate erga ceteras præſtabat: cultus ſingularis, quo proſequebatur ſacratiſſimam Virginem, fuit in cauſa cur filiam in clauſtrum admiſerit valde addictam Reginæ Angelorum venerationi. Poſt mira de poſtremo judicio arcana in ſolitudine detecta, declaravit Novitiis, ſe ferè in extrema deveniſſe & ultimam luctam, præ incredibili terrore, Martyrumque tormenta facile tunc toleraſſe.

Ab eo tempore pœnis interioribus vexata eſt, quæ diebus quibuſdam creverunt ante obitum, abſque ulla mitigatione, ſicut à Domino popoſcerat, ut ad ejus exemplum orbata omni ſolatio moreretur. Sedeculâ ipſius capiti ſuppoſita, velut petierat, commodiorique pulvinari illi oblato, reſpondet velle ſe è mundo egredi ſupra ſuum innixam dilectum. Confeſtim expirat cum jucunditate, poſtquam recitavit prius, jubente Antiſtita, concentum multa vividæ alacritatis & venuſtæ hilaritatis ſuavitate conditum, ſuſceptiſque divinis Euchariſtiæ & Extremæ unctionis ſacramentis. Dum legitur Chriſti Paſſionis Evangelium, ac proferuntur hæc verba: *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, migrat gaudens in cœlum.

Mater *Gabriela à ſancto Spiritu* Salinis in lucem editur, & conſequitur à nativitate ob vultus alacritatem, quæ pacem denotat interiorem, præclarum tranquillæ mentis encomium. Mira modeſtia, quam ſpectantium oculi ſuſpiciunt, virgineam munditiem omnino comprobat. Patientia præſertim emicat inter contemptus & opprobria quibus afficitur. Febri violenta citò redigitur in extremum

certamen, quod prænoverat jam, & manifeſtarat Sorori Tertiariæ quindecim diebus ante morbum lethalem.

Amittens inopinatò loquelæ uſum & lucis intelligentiæ, ſacræ Eucharistiæ viatico munitur, quod tamen multo cum judicio & conſideratè recepit. Exiſtimatur quidem tunc in poſtrema lucta verſari, derepentè nibilominus cuncta integiæ ſanitatis indicia præfert. Fusè differit de cœlorum itinere aggrediendo. *Volo*, inquit, *vitam mortalem gaudens relinquere, ſicut læta vixi.* Multis Sorores imbuit conſiliis, quibus in univerſum & privatim mirabiles fecerunt in virtute progreſſus. Plurimos eventuros effectus prædixit, quæ reipsà contigerunt. De tota vita ritè confeſſa eſt, ac denique ſuaviter obdormivit in Domino. A pluribus Religioſis, quæ ſeipſas regimini matris Gabrielæ ſubjecerant ad virtutis profectum, affirmatum eſt, quod, poſt ejus mortem, precantes ſecundum ejus tumulum, incredibilem opem & forte ſubſidium obtinuerant.

Mater *Agnes à ſancto Raphaële* Salinis nata, illoſtrem ſe reddidit eximiâ charitate erga Sorores ægrotas, quarum pœnas pati deſiderabat, & à Deo impensè poſtulabat ſibi evenire. Miſſa in partes Helvetiorum, ut belli exitia vitaret, quæ Comitatum Burgundiæ depopulabantur; morbo corripitur in terra aliena, & vehementer ægrotans à ſuprema contabulatione uſque ad infimam, ubi degebat antiſtita, viriliter deſcendit, illius benedictionem receptura. Conſolatione hac affecta revertitur in valetudinarium, ubi rursùm decumbens emiſit ſpiritum leniter adridens adſtantibus, quandiu poſt obitúm fuit expoſita. Nihil impotenti animo unquam fecit, mentis perturbationes ſemper habens ſub manum. Pater quidam Ordinis Minimorum vir eximiæ virtutis, qui ejus arcanorum conſcientiæ fuerat moderator, ſcripſit nullam unquam noviſſe animam magis mundam, aut magis ex accuratiſſima virtutis amuſſi mores dirigentem.

Ab omnibus colebatur ut ſancta: Religioſæ Dominicanæ magnæ felicitati tribuebant, quod eam mandarent terræ propè ſui Conventus pręfectas, cum Tertius Ordo Franciſcanus nullum uſque ad id tempus Conventum Salinia inſtituerit. Unuſquiſque commemorans, quanto fructu & ſplendore munera Superioris & Magiſtræ Novitiarum obierit, miris illam extollebant laudibus.

Sicut urbs Salinenſis multùm decoratur commemoratione matris Elizabethæ *à ſancto Ioanne Baptiſta* Religioſa Tertiaria, ita Lugdunum Salinarorium valde illuſtratur ortu illius, quæ tempore juventutis inanem & falſam gloriam ſpirans, Deo poſthàc fortiter afflante, Dei ſolius honorem quærit. Cona-

A tur initio nomen dare Ordini Clariſſarum aut filiarum ſanctæ Tereſiæ. Propter obices tandem oppoſitos Tertium noſtrum amplectitur Ordinem, dum homo nobilis, qui eam ſibi in uxorem poſcebat, illius conſilio inter Carthuſianos locum obtinet, ubi juxta Evangelij leges vitæ confecit curriculum.

Tirocinium Elizabethæ religioſum cæteris Sororibus fuit admirationi, utpote redolens perfectionem integram: in ipſo Religionis exordio jam videbatur attigiſſe faſtigium ſanctitatis. Dęmone memoriam Congregationis Carmelitarum refricante, quam alias expetebat, hęc deſinit tentatio, dum Chriſtus ſub eximia & venuſta forma illi apparens in medio choro ſic loquitur: *Meæ pulchritudini*
B *cum nil deſit, quare me vis derelinquere?*

A ſancta Tereſia ſemel inviſitur, quæ illam ſuo pallio operit; deinde Elizabetha per tres menſes ſtrictius remanet Deo conjuncta: Dum Capitulum celebratur, in quo electa fuit Superior, Dęmonem aſpicit ſub ridicula figura, necnon aliquando monſtroſa & terribili, qui ſuggeſtionibus iniquis Religioſas avertere nitebatur ab electione tam recta. Optime ductu ſuo res omnes geſſit atque adminiſtravit per totum tempus quo Monaſterio pręfuit: cunctis clarebat virtutibus, ſagax erat & cordata, ſuaviter regebat perinde ac fortiter. Non ſolùm filiæ quæ illi ſubjiciebantur, ejus adminiſtrationem duodecim annorum laudibus extollunt, ſed inſuper omnes
C ad quos tam pręclaræ geſtionis fama pervenerit.

Sicut erat optimâ indole, pręſtantique & illuſtri naturâ, donis itidem gratiæ in primis pollebat. Ex fide vivens, divinum recitabat officium eâ attentione, quæ videretur Jeſum habere pręſentem reapsè. Spe roborata flores in ſpinis odorabatur, mel in felle guſtabat; nil unquam amarum, nil durum, ſed omnia pergrata & delitioſa experiebatur.

Quanto amore flagrabat erga Redemptorem noſtrum, quis poſſet exprimere? ſummo cultu proſequens auguſtiſſimum altaris ſacramentum, Monaſterio Lugduni Salinarorij pręclarum hujuſmodi titulum addixit.
D Mirifico elogio digna eſt ob charitatem proximi, & ſalutis animarum ardentem zelum. Illam conſulebant doctiſſimi quicumque, & ab ejus colloquiis mirabiliter illuminati recedebant. Apprimè tamen humilis ipſa aliorum ſententias exquirebat, quibus impenſum gerebat morem, ut ſimplex diſcipula.

Pulmonis vitium, hydropiſis, calculus, epiphoræ pectorales, capitis & ſplenis morbi acriter & longius eam vexaverunt; pœnæ interiores crucem illius oneroſiorem fecerunt, ac magis acerbam: ſemper tamen ſibi conſtitit, inconcuſſâ patientiâ. Non defuerunt illi abjectiones & propriæ vilitatis indicia, quæ

pręſertim

prę ſertim innotuerunt, dum mens illius denſâ caligine obſcurata extremam paſſa eſt anxietatem. Audivit ore cordis hęc verba: *Dum te credebas perditam, proſperè agebas, & omnia te ad fauſtum ducebant exitum.*

A cibis omnibus ſatietate & faſtidio abhorrens, fructibus exceptis, voluntariâ tamen corporis afflictatione ab his abſtinuit. A Sorore quadam inviſitur ulcere fœtido & contagioſo in facie affectâ, quam nihilominus peramanter amplectitur. Arcana conſcientiæ pervadebat: prędixit fratrem ſuum bello captum fore ingreſſurum in Religionem, qui reverà octo poſt annis ſolemnia nuncupavit vota. Quamvis plurimum Dei judicia pertimeſceret, à Sorore tamen aliqua pręmonita de mortis proximitate, procumbit humiliter in genua coram auguſtiſſimo Sacramento, prono in terram ore, ſe committens omnino divinæ providentiæ, quæ illam de ſalute quodammodo certam fecit. Deinceps videtur inſolito perfuſa gaudio: morte nihilominus appropinquante novis & gravioribus ærumnis torquetur, quas Religioſus eximiæ virtutis & perfectæ intelligentiæ, à Deo potiſſimùm illuſtratus diſſipat.

Accedens ad crates Antiſtitam advocat cui declarans ſe miſſum à divina Majeſtate, ut Matris Elizabethæ pœnas mitiget internas: „ Sufficit ut confiteatur, inquit, de quinque „ peccatis atrocioribus, non de tota vita, illa„ que vulneribus Chriſti immergat. Differit poſteà de Elizabethæ ſanctitatę, præſertim de ſingulari fervore, quo Monaſterium ſuum juxta regulas Evangelij conabatur gubernare. Tranquillitate igitur plenâ fruens Elizabetha è vivis excedit poſt menſem, magnumque ſui relinquit deſiderium apud omnes, qui vel oculati teſtes, vel auriti, ſuaviſſimo virtutum ejus odore imbuti remanent ac ſuffuſi.

Soror *Franciſca à ſancto Spiritu* continuis vexata conſcientiæ ſcrupulis integrâ tandem potitur quiete, Confeſſarij omnino acquieſcens conſiliis novem annis, & uſque ad mortem naſus ejus à carcinomate tabeſit & prorſus eroditur; miram intereà exhibet æquabilitatem & inſignem patientiam, ferventius ſe gerens in obſervandis regulis, quo plus doloris patitur.

Soror Franciſca dormiens videt puellulam

A baptiſmi ſuſcipientem ſacramentum, non quidem ſomniabat, ut credebat ipſa, ſed reverà juxta ſententiam Religioſi mox citati, cœleſti viſione docebatur quod ipſa eſſet, quæ quaſi genitali fonte purgaretur, & aquâ ablueretur piaculari, per cruces & ærumnas, donec in æternam felicitatem pervenerit: audit ideo hæc verba fortiter & diſerte prolata: *Revertere, revertere in patriam cæleſtem*; videlicet per afflictationes & pœnas, quæ illi nullâ interpoſitâ morâ cœli januam aperuerunt. Jubente Abbatiſsâ, juvenis quædam Soror in cubiculum Franciſcæ ingreditur, quæ eodem tempore ab illa poſtulante enixe modum divini amoris actus rite producendi, confeſtim extremum placidè exhalat B ſpiritum. Ad Franciſcæ qui poſteà ſubſidium confugerunt, mirandum atque opportunum experti ſunt levamen.

Soror *Tereſia à ſancto Gabriele* de virtutis legibus, & perfectione Religioſa loquebatur magnâ jucunditate, tantoque ardore, ut lacrymas uberes effunderet, quas etiam ex auditorum oculis expromebat. Modeſtiâ, obedientiâ, zelo erudiendi Novitias, quibus erat præfecta, oppido claruit. Summatim uno verbo dicam, ſui contemptu, abjectioniſque intimo deſiderio, illam ad ſublime ſanctitatis faſtigium perveniſſe.

Soror *Tereſia à ſancto Sacramento* egregie & valde laudabiliter viginti & unum annos ætatis ſuæ explevit, quorum ſeptem in clauC ſtro exactos novo pietatis ſplendore illuſtravit. Poſtquam vidit circa tabernaculum ſacroſanctæ Hoſtiæ cœleſtem lucem, adeo vehementer cauſam egit apud Religioſas Tertiarias, ut in noſtrum Ordinem protinus fuerit admiſſa, ubi Angelorum puritatem imitata eſt, Seraphicoque igne conflagravit: ſe continuo ad nihilum redigebat coram ſupremo omnium conditore, & in ſolius Dei gloriam cogitatione ac ſtudio tota erat defixa.

Sorores *Dorothea à ſancto Anatolio*, & *Magdalena à Cruce* inſigniter floruerunt modeſtiâ, carnis conflictatione, humilitate, prudentiâ, fervore in obeundis regularibus exercitiis. Illarum exemplum apprime contulit ad D cæteras perficiendas, unde patet Monaſterium Salinenſe divinis fuiſſe cumulatum favoribus.

Digitized by Google

ADDITAMENTA HISTORIÆ NOSTRÆ, Præſertim ex novis Commentariis compacta.

NUNQUAM intempeſtivum aut nimis ſerum eſt virtutem laudare, quæ ſemper laudabilis eſt, cum ſemper laude digna ſit, atque indeficientem conſervet ſplendorem, qui ſeu magis, ſeu minus coruſcans meretur celebrari, mox ut innotuerit. His ſane Tertiariis ſequentibus tunc noſtris Annalibus locus negari non potuit, quamvis poſt alios illorum ad me pervenerit notitia: Sat citò quilibet ſuo ſatisfacit officio, dum illud adimplet, quam primum noverit illud obeundum. Neque turbabitur, nec confundetur Hiſtoria, modo dies & anni ritè notentur.

S. MIRÆUS TERTII ORDINIS FRANCISCANI RELIGIOSVS.

PROVINCIA Mediolanenſis aut Longobardiæ illius meritis plurimùm decoratur: oriundus eſt ex oppido, quod vulgò Itali *Canze* nominant. Pater ejus Eraſmus nomine, & mater Druſiana, pietare præſtabant. Licet ambo ſexagenarij; interceſſionibus tamen ſacratiſſimæ Virginis huncce puerum benedictionibus plenum ediderunt in lucem, dum ab omnibus ſteriles æſtimabantur, quo mirabili eventu permoti, recenter nato imponi nomen *Mirai*, ſeu *Miri* expetierunt.

Pater Andræas Ferrarius Religioſorum Tertij Ordinis, in Conventu ſancti Donati penès Comum Superior, felicem hujuſmodi nativitatem aſſignat anno 1336. Druſiana fato functa eſt duobus annis poſteà; noſterque parvulus *Miræus* à virtutum tramite, quem parentum ſalutaribus monitis ferventer amplexus fuerat, nullo modo deflectit, imo potius miros in perfectione Chriſtiana facit progreſſus.

Devotione, prudentiâ, & obſervantiâ ſingulari erga genitorem claruit: mirabantur omnes manſuetudinem & charitatem quam pauperibus exhibebat. A ſolitario quodam, cui ab Eraſmo fuit commendatus ad inſtructionem, mirifice eruditur ad virtutis ſolidæ incrementum. Annos tantum duodecim natus, dum pater è vita mortali migrat, juxta Evangelij conſilium, bona ſua vendit, atque egenis largitur, per manus & pro arbitrio ſuæ arcanorum conſcientiæ moderatoris, qui diem claudens ultimum viginti poſthàc annis *Miræum* ſub protectione & regimine Dei providentiæ reliquit.

Miræus verò intime compulſus ad ſubliniora chariſmata æmulanda, unam ſolummodo tunicam retinet, firmiter adhęrens verbo Chriſti. Sępius exclamabat: Bone Deus, doce me facere voluntatem tuam, cui pleno corde me percupio accommodare. A ductore inſtruitur in apparitione, & incitatur ad obeundas ſanctorum Romæ locorum peregrinationes. Quapropter Religioſi Tertiarij Franciſcani ſumpto habitu, de licenria Superiorum, qui facile annuerunt propter eminentem petentis ſanctitatem, in viam ſe dat, atque omnia ipſi divinitus ſuggeſta adamuſſim exequitur.

Mirei humilitas, qui nil agit abſque auctoritate Superiorum, colophonem libenter admovet, ſubmiſſionem videlicet Eremitæ celebri, quem vocant communiter *Brigidum de Collena*, quemque narrant Auctores habitationem elegiſſe in rupe terrifica propè Romam. Mirę̨us noſter citò claruit virtutum ſplendore ſub tam egregia diſciplina, benignitate, & dilectione Brigidi allectus, qui comitatem Evangelicam jungens cum rerum ſpiritualium ampla periria ſupra modum demulcebant Mirę̨um: Non tamen longius commoratus eſt in hac tam celebri ſolitudine, quoniam nocte ſequenti Angelus Domini ſe viſum exhibens Brigido moderatori, hoſpitem pręcipit ab ſe dimittere. Multùm Mirę̨us Deo placer, ait Dei nuncius, at opera illius & ſtudium alibi exquiruntur, nempe in patria, quò debet reverti: curam ejus ſuſcipio; Româ iterùm tranſeat, ut denuò plenam peccatorum indulgentiam promereatur, & ſummi Pontificis donetur benedictione.

A Papa penitus confirmatur in propoſito perficiendi, quod ipſi miniſterio Angelico declaratum fuerat. Iter igitur arripit, ac Ticinum ingreſſus, videt in territorio ſancti Georgij agros inſuetâ ſterilitate affectos, itaut

incolæ penè fame enecati panem alibi mendicare cogantur. Pater Miræus commiſeratione perculſus, illos convocatos monet divinam experiri & ſentire juſtitiam, quæ illos ,, puniret hocce flagello: Agite, inquit, pœ- ,, nitentiam, jejuniis & afflictionibus Dei pla- ,, cate iram, qui vos abundanti imbre conſo- ,, labitur.

Apud auditores exhortatio prædicatoris Apoſtolici effectum ſortitur ampliſſimum; pœnitent, & ab iniquitatibus averſi convertuntur ad Dominum, qui Miræum orantem pro pœnitentibus mirabili & perquam honorificâ apparitione roboravit: promiſſâ togâ Chriſtus videbatur indutus, qua totum ejus operiebatur corpus, exceptis duntaxat partibus ubi quinque vulnera quaſi recentia exiſtebant, atque aſſerebat exauditam eſſe Miræi orationem. Derepente luculenta pluvia terram irrigavit, ac continuavit à die Dominica uſque ad feriam quintam: magna hoc anno fuit ubertas frugum & perceptio; populi humillimas ſupremo omnium gubernatori gratias egerunt, miris noſtrum Miræum extollentes laudibus, cujus interventu tantis cumularentur beneficiis.

Verùm humanos abhorrens applauſus, in paternos recedit lares, quò cœlitus vocatur, pœnitentiæ ſedulam navaturus operam, votaque ſolennia obſervaturus, quæ nuncupaverat. Cum autem Tertius Ordo noſter ſolitariam & addictam meditationi amplectatur vitam, perinde ac occupatam vel actuoſam;

A bellè copulat contemplationem actioni. Pater itaque Miræus ſpeluncam adit, ubi ſacrata Virgo illi apparet, atque antrum indicat magis à tumultu & hominum commercio remotum, necnon mortis proximitatem denunciat.

Snricum ad extremas laci Comenſis partes ejus præſentiâ & commoratione nobilitatur, ibique expirat, poſtquam univerſam provinciam odore ſanctitatis perfuderit. Funus ejus populi undique confluentes piis votis, & lacrymarum ubertate cohoneſtant. Viget adhuc illius memoria, propter immenſos favores quos impetrat, præſertim imbrem tempore ſiccitatis. Urbs Mediolanenſis multam in Miræo fiduciam collocat, cujus auxilio freta inſignes obtinet benedictiones.

Anno 1452. venerandum corpus è terra
B eruitur, omnibus ſervatis hoc in rerum occurſu rite ſervandis. Mirabantur ſpectatores quicumque ſuaviſſimum, qui latè reſpergebatur, halitum, aperto ſepulchro; vultus quoque majeſtatem, quæ adſtantes intimo pietatis ſenſu afficiebat. Geſtatur aliquando auguſto apparatu, dum agmen ſupplicantium inſtructo agmine procedit.

Reverendus Pater Elzearius Dombarienſis, qui noſtræ Congregationis Antiquitates diligenter & accuratè diſcuſſit ac perſcrutatus eſt, fusè atque disertè hanc hiſtoriam exaravit in libro, quem nominat *Perfectionis Academiam*, ubi Andræam Ferrarium citat.

B. AGNES DE CUBO.

NATA in oppido, quod vulgo vocant *Cubum*, Madrito quinque leucis diſſito, anno 1416. Ab Alphonſo Martinezio patre, & Mariâ Sanchezîâ matre, divitiis terrenis handquaquam affluentibus, ſed virtutibus plenis, optimis moribus, Deique timore fuit inſtituta: mentem præſertim illius imbuerunt ſingulari erga Reginam Angelorum veneratione. A ſeptennio quotidie recitabat coronam precatoriam, ſingulos dies Veneris feſta ſacratæ Virginis præcedentes jejuna agebat, & à media Quadrageſimæ parte uſque ad Paſcha. Gregibus ruri invigilans contemplationi ſedulò vacabat. Ad ſacramentum Euchariſtiæ accedere anno ætatis ſuæ decimo tertio incipiens, crebrò deinceps & fervore Seraphico divina uſurpavit myſteria. Ordinarius Agnetis receptus erat Eccleſia, mox ut à parentibus rei familiaris curâ minime diſtineretur.

Horâ meridianâ, in loco dicto communiter *à fonte Cecilia*, menſis Martij die tertio vidit
C eximiæ & incomparabilis majeſtatis dominam, magnificis opertam veſtibus, quæ ab eâ petiit, quonam in negotio verſaretur: reſpondens Agnes commiſſam ſibi tunc temporis ovium cuſtodiam, alteri petitioni cogitur eodem momento reſponſum dare, cur nempe jejunium obſervaret diebus Veneris. Matrem, inquit, Chriſti ſic veneror, ut meo patri " obtemperem, qui verbis conceptis ſuam " mihi ſic mentem declaravit. Domina verò, " quæ ſe viſam exhibebat, hancce carnis afflictationem adhiberi diebus ipſis Reginæ Angelorum ſingulari cultui dicatis, jubet, itidemque populos ad pœnitentiam permoveri, ut divinam placent iram, qui brevi peſtis flagello provinciam depopularetur, & è cœlis grandine lapideâ, coloris ſanguinei, in terras vaſtitatem inferret, unde funeſta penitus orirentur exitia: Agnes terribili hac viſione conſternata, nemini auſa eſt illam manifeſtare: ut optime poterat dicere Spiritu cœleſti afflata, ita maxime dicendi facultatem timet,

propter veritatis exponendæ terrificum pondus.

Poſtridie igitur, eadem ipsâ horâ, ſimili apparitione honorata, objurgatur acriter, atque contumaciæ exprobrationem pati cogitur, non omnino injucundam, imo potius glorioſam perinde ac utilem, certâ promiſſione, quod verba ejus magnâ confirmarentur auctoritate, ſigno videlicet illuſtri. Poſtulanti enixe filiæ nomen illius quæ ſe viſam „ exhibebat. Scies, ait Domina, poſtquam „ meo imperio morem geſſeris: ne differas „ exequi quod præcipio.

Agnes obediens nullum obedientiæ fructum collegit: B tantum abeſt ut admonitiones ejus probarentur, quin potius auditores nullam rependentes gratiam admonentem aſpernabantur: pater ipſe illam ſilere omnino jubet tantum myſterium. Rurſus matrona viſa Agnetem alloquitur, præcipiens illi Paſtorem adire, qui prædicta publicaret.

Die nono menſis Martij Agnes noſtra meditationi vacans propè gregem ovium, humiliter rogavit cœleſtem Dominam, è cujus colloquio & præſentia pluries ingentem perceperat conſolationem, ut denuò rediret. Illicò voce ex alto emiſsâ jubetur in ſublime oculos tollere, nec amplius procumbere in genua, prono ore in terram, ſed è contrario animum fractum ac demiſſum erigere. C Accenditur itaque novo ardore perveniendi ad cognitionem illius nominis, quam obviam habuerat. *Ego ſum*, ait Domina, *ego ſum Maria Virgo, & Dei Filij Genitrix.* Proxime tum accedens ad Agnetem, ita conſtrinxit dexteram ejus manum, ut complicatis omnibus digitis, & firmiter palmæ ſimul adhærentibus, ſolus pollex permanens rectus, formam crucis conſtituerit. Præ acuto dolore conquerenti Agneti ſacrata Virgo dixit: *Tibi fides adhibebitur propter hoc ſignum: confeſtim exurgens ſub finem Miſſæ, illud populo oſtende.*

His omnibus adimpletis, & pluribus viris incaſsùm conantibus digitos curvos in nativum ſitum reducere, abſque ullo effectu, D ſtatuerunt omnes vitam emendare, ac nudis pedibus inſtructo agmine ſupplicantium locum adire, quem beata Virgo ſuis conſecraverat apparitionibus, atque ibi crucem erigere ad perpetuam memoriam. Agnete igitur præviâ, jucundumque ac venerabile onus geſtante, omnes prodierunt, donec hùc pervenientes illos exhortatur ad conſtruendam ibi Eccleſiam, cui titulus ſanctæ Mariæ inderetur: Erat in comitatu Reginæ Angelorum, quæ crucem ipſa in ſcrobem deponens juſſit Agnetem reverti citò unà cum piis filiabus, in templum Cubenſe, in quo, poſtquam totâ nocte oraverint, poſtridie interſint duabus Miſſis in „ ſuum honorem celebrandis. Supra caput „ tuum, inquit ipſa Virgo, recitabitur Evan- „ gelium ſub finem cujuſlibet ſacrificij; deinde „ perges abſque mora ad meum Conventum „ urbis, quam nominant vulgò Hiſpani *Aquas* „ *lupias*; obitura peregrinationem, atque in „ eo vacans orationi biduo quadrilibrem offe- „ res cereum; ſtatimque manus tua in priſti- „ num revocabitur ſtatum. Ab Agnete verò genibus innixâ vulgatis mirabilibus his ſecretis, populus crucem oſculatus adoravit, & Dei Genitricis pedum veſtigia arenæ impreſſa, quæ collecta plura edidit miracula.

Agnes adeo ſolerter obtemperavit omnibus his mandatis, ut tempore peregrinationis plures ægrotos, quorum ſalus erat deſperata, ſanaverit omnino. Aquis-lupiis redux aliquem unum ex comitantibus lateris acuto dolore laborantem ſanitate prorſus donavit, cujus propulſandi nulla ſuppetebat ratio.

A Toletano Archiepiſcopo, binis Archipreſbyteris inſtitutis ad miraculorum diſquiſitionem, præbetur audientia teſtibus, præſertim Agneti noſtræ. Nunquam res ulla magis indagata fuit, aut enucleata, & nulla unquam enodatio firmiori comprobata auctoritate. Noſtræ Scriptores Hiſtoriæ veritatem hujuſmodi exprompſerunt ex iſta origine. Cives interim Cubenſes conſtructioni Eccleſiæ operam navant, cui ante exeuntem annum extrema fuit appoſita manus.

Multitudo miraculorum ibi editorum, & variæ Dei genitricis apparitiones, permoverunt pias plures mulieres ad ædificandum ibi Monaſterium, in quo emiſerunt ſolennem profeſſionem Tertiæ Regulæ Patris Seraphici, ad exemplum Agnetis, quæ ferventer ſumpto habitu, ac votis regularibus nuncupatis, tantam ſui nominis aſſecuta eſt exiſtimationem, ut paucis exactis annis, unanimi Sororum ſuffragio, in Antiſtitam fuerit electa.

Dæmon invidiâ flagrans, quod videret gloriam Dei hoc in Conventu multum promoveri ſanctitate Religioſarum, introduxit diſciplinam remiſſiorem, & ſolutam adeo rationem vivendi, ut Sorores magis perfectæ ab illo receſſerint. Agnes etiam noſtra remiſſionis & ignaviæ particeps fuit, ſed torpor ejus & ignavia non longius duraverunt, favente divinâ gratiâ, qua ſtatim afflata delicti piationem exegit, & in ſublimius perfectionis faſtigium provecta eſt, quam illud unde ceciderat. Nova & ampliora à Chriſto recepit dona quàm antea, eminentiorique virtute præſtitit. Brevi tempore è vivis exceſſit, atque mortis ejus fama divinitus vulgata eſt: campanis, nemine pulſante, reſonantibus, cuncti vicini velociter acceſſerunt funus ejus ſolenniter cohoneſtaturi.

Affirmant Scriptores magnam & indeficientem naturæ violentiam in ſeipſam adhibuiſſe,

& in ſenſuum indefeſsâ cuſtodiâ ſtetiſſe Agnetem, præſertim à poſtrema pœnitentia. Senſus reipsà omnes adeo rigide comprimebat; ut nec oculis, nec linguâ, nec odoratu, nec auribus, nec minimo tactu delinqueret. Senſus, interpretes ac nuncij rerum, in capite tanquam in arce, mirifice ad uſus neceſſarios & facti & collocati ſunt. Conſtat hoc in primis de beata Agnete Cubenſi, quæ ſe adeo ſenſatè in omnibus gerebat, & congruenter æquo, ut ſenſus corporei viderentur eſſe ratione præditi, totumque per corpus dominarentur manifeſte caput & ratio. Wadinghus tom. 5. anno 1449. §. 41. Antonius Dacæus in vita beatæ Joannæ à Cruce, cap. 1. honorifice de ea loquuntur.

B. ELIZABETHA LOPEZIA, VIDUA.

VILLANOVA in Hiſpania ortum illi dedit; parentes invitam matrimonio alligaverunt; at morte à marito ſoluta, id primum in animo habuit, nulli ſe ſponſo adſtringere, niſi Jeſu Christo, cui ſe penitus conſecravit, nomen dans Tertio Ordini ſancti Franciſci; ſua vendens bona, diſtribuenſque pauperibus, ſibi tantum reſervavit tunicam coloris cineracei & panni craſſioris, pro omni veſtimento, quod nunquam dimiſit; prorſus quoque abjecit tibialia & calceamenta.

Victum mendicatò quærebat, carnemque acriter vexabat, jejuniis, vigiliis, cruentiſque flagris; voto ſe obſtrinxit Patris Seraphici alumnis ſerviendi pro ſuo captu: quamvis egena & terrenis opibus omnino carens, indigentes tamen ſuis largitionibus ſublevabat. Si quod largiretur non ſuppeteret, procumbebat illicò in terram, propè illos qui ad eam confugerent, atque orationem Dominicam recitabat, & ſalutationem Angelicam; ut donum patientiæ iiſdem conferretur, aut divites, Deo inſpirante permoverentur commiſeratione ad inopum ſolatium.

Labores manuum ſuarum mendicorum levamini addicebat, atque contemplationis exercitio applicabat tempus reliquum. Severam Elizabethæ probationem Deus permittit accidere: funeſtum oritur diſſidium apud vicinum hominem, uſque ad effuſionem ſanguinis. Judex hùc accedens teſtes audivit, & præſertim Elizabetham, quæ ad jusjurandum nequit ullo modo adigi, flagitium execrandum eſſe illa arbitrata.

Magiſtratus ſolum attendens inſtructum, vilem & contemptibilem, ac meritum non penetrans, illam habet ſuſpectam. Quænam es, ait ille. Ego ſum, reſpondet Elizabetha, ſervorum Dei humilis famula. Binâ interrogatione de nomine, & ratione vivendi, irritâ, & nullam obtinente reſponſionem, Judex extra modum excandeſcens, violentam ſilenti impingit alapam, quæ ferè in terram præceps dejicitur: Dein jubet illam in carcerem exturbari, quo alacriter proficiſcitur, gaudens ſe Chriſti imagini conformari, atque illum laudare perſeverans in loco anguſto ac tenebroſo, in quem nocentiſſimi includuntur. Nuda humus illi pro lecto eſt; & pro victu, quicquid reſpuitur à flagitioſiſſimis hominibus.

Hoc in ſtatu tales ſunt Elizaberhæ meditationes, ut Auctores ſcribunt. Quis non carcere clauditur, aut quis inde digreditur, niſi dum moritur? Vetus hæc mea, omniumque ſors eſt. Unde propriæ, unde novæ igitur querelæ multorum, qui carcere dolent ſe claudi? Ita enim ſcio, ex quo die nata ſum, & antequam naſcerer, in carcerem, atque in vincula miſſam me, illius imperio, cui omnis cœli ambitus exigua domus eſt: & tenebroſum utique carcerem, & cœrum. Illius carceris exitum, qui felicem cupit, hujus quem patior anguſtias non horrebit, ſicut nec ſupplicia, nec mortem, nec humani aliquid, ad quorum patientiam & contemptum, niſi præparatus armatuſque uſque erit animus, in quacumque fortuna, calle graditur ancipiti: per otium, licet in cuſtodia ſic meditari magno fructum ad quæcumque adverſa generoſe perferenda. Vincula Petri, Pauli Apoſtolorum & Martyrum, vincula Chriſti ipſius ſupremi Domini, mea reddunt jucunda &glorioſa.

Dolet itaque Elizabetha ad exitum carceris tam grati ſe cogi, Magiſtratus juſſu, de illius virtute tandem perſuaſi: tantum repugnat, inquam, libertati corporis, quæ offertur à Judice, quantum in compedibus & manicis ferreis prius oblectabatur. Inſigne poſthac editur miraculum: exſiccatur ad ignem linum, quod derepente accenditur adeo violenter, ut maritus & uxor flammis advertentes domum exardeſcentem, exclamaverint, omnia in perditis ac deſperatis haberi. Accurrit confeſtim Elizabetha, & quamvis incendium eſſet abſque remedio humano, Gonzaga tamen affirmat ab illa ſigno crucis extinctum penitus fuiſſe.

Marianus addit Elizabetham ſacrum ex cera agnum adhibuiſſe, quem collo geſtabat: mirabilis tamen hic eventus ipſi tribuitur, quæ de terris in cœlum migrat. Deo morien-

tis ſanctitatem declarante, per cœleſtem ſplendorem, qui illius cubiculum circumcingit extremi certaminis tempore, & ceſſat emiſſo ſpiritu.

Tunc videtur ſtella oriri nova & coruſcans, & ſupra omnes planetas exurgere, quâ ſignificatur elevatio defunctæ in æternam gloriam. Auguſto apparatu mandatur terræ, in Eccleſia Religioſorum ſancti Franciſci. Commemoratur præſertim die ſeptimo Septembris, ſcribuntque Auctores illam floruiſſe anno 1500.

B. AGNES VIOTTA.

Clariſſimæ patriæ civem eſſe non eſt clarum, nec glorioſum; bene quidem, ſi virtutum hoſpes, & vitiorum ſit hoſtis: fortunæ enim eſt illud; hoc verò cujuſlibet hominis probi & ſtrenui. Satius fuit per Agnetem Viottam Pariſios claruiſſe, quam illam propter illuſtrem urbem Pariſienſem, niſi per ſeipſam fulſiſſet. Quid illi lux patriæ contuliſſet prȩter tenebras? Multos habuit claritas magnæ civitatis obſcuros incolas, quos abunde claros parvi ruris obſcuritas habuiſſet.

Plurimùm ornavit celebre Monaſterium Pariſienſe, cujus vulgare cognomen eſt *de Ave Maria*, ubi olim habitavit inter Sorores Tertiarias. Ferventer aſpernata eſt poſſeſſiones terrenas, annuoſque reditus, ut amplecteretur Clariſſarum Regulam anno 1484. cum licentia ſummi Pontificis Innocentij VIII. Multoties illam Dæmon oppugnavit, terribiliter, ut ad peccatum alliceret, ſed non expugnavit, imo potius ipſe debellatus eſt divinæ exercitio, præſentiæ, atque profundâ humilitate.

Beata Margarita Lotharinga cupiens inſtituere Alenconij Conventum Religioſarum ſanctæ Claræ, è Monaſterio *de Ave Maria*, Sorores eximiæ pietatis acceſſivit, inquit Pater Gonzaga, ut novæ fundationis baſes exrarent. Agnes noſtra enitebat potiſſimum inter duodecim præclaras filias ad tantum opus perficiendum electas.

Liber mortuarius Cœnobij Alenconenſis aſſerit Viottam primæ Vicariæ munus obiiſſe, ibique, ut alibi, diras Inferni ſuſtinuiſſe aggreſſiones, atque penitus diſſipaſſe. Per totam ferè noctem vigilabat, & operam navabat meditationi, campanam pulſans mediâ nocte, pariterque excitans Sorores ad horas matutinas, irritis Diaboli conatibus, qui eam nitebatur avertere ab hac functione Religioſa, panico terrore, & funem inhibebat, quo minus daretur divini ſignum officij.

Victrix tamen ſemper remanebat Agnes: prœlium nihilominus humani generis hoſtis ſemper redintegrat, ſub infamis porci figura, grunientis more, & ad januam Eccleſiæ accubantis; unde anſam arripit Viotta illi exprobrandi ambitionis crimen, quo ad ſimilitudinem divinæ contendens Majeſtatis, in conditionem dejectus eſt fœtidioris belluæ.

Impingebat illi calces, ut ſe in pedes erigeret, & liberum præberet chori acceſſum Religioſis: magna tandem facta eſt tranquillitas hoc in Cœnobio. Mors Agnetis Viottæ notatur in Martyrologio Franciſcano die decimo-quinto Julij, ubi venerandum corpus in loco ſepultum humenti & ſcaturiginoſo reperitur duodecim annis poſt obitum ſine ulla corruptione, imo potius pulchrum & ſuaveolens.

Gonzaga ſic teſtatur tertiâ parte, in Conventu Alenconenſi, provinciæ Franciæ Pariſienſis ſexto. Antonius de Silliq pariter, & Wadinghus tom. 6. anno 1497. §. 29. inſignitet de Agnete Viotta diſſerunt; quamvis Arturus affirmet floruiſſe circiter anno 1530.

B. ELIZABETHA A SANCTA CRUCE.

Plurimùm celebratur Monaſterium Tertiariarum Villænovæ provinciæ Carthagenenſis, ob Elizabetham à ſancta Cruce, quæ præcellebat puritate Angelicâ, profundâ humilitate, & mirâ abſtinentiâ. Vix dum tangebat quicquid illi offerebatur in cœnaculo, cum illud cito de Superioris Matris conſenſu, erogabat pauperibus. Sextâ qualibet feriâ panem & aquam ſolùm ad victum adhibebat, itidemque vigiliis ſacratæ Virginis feſtorum, & per totum Quadrageſimæ tempus: A die ſancti Martini uſque ad Nativitatem Domini, atque à Dominica Quinquageſimæ ad Chriſti Reſurrectionem; ſtrictè hujuſmodi auſteritatem ſervabat medijs in laboribus, & acutis morbis, licet ingraveſcentibus.

Mirabili percellebatur pietatis ſenſu ad ſacram accedens ſynaxim, recogitans attente ſuam miſeriam, & immenſam Dei majeſta-

rem. Sancto hocce commota tremore non deſpondebat animum, ſed humilem fiduciam unà cum profunda jungebat adoratione. Continuis infirmitatibus vexata, munere tamen ſacrarij cuſtodis ſolerter functa eſt & ſtudioſè, nil unquam de iis quæ ad illud ſpectant prætermittens.

Scopis purgabat Eccleſiam, aras adornabat, ornamenta plicabat, atque in ſacrario recondebat magnâ curâ & piâ ſolicitudine. Propter deſatigationes aſſiduas, clauda fit; abſque calceamentis, tibialibus, aut ſandaliis muneribus Eccleſiaſticis ſemper vacat, frigoris etiam magis ſævientis tempore. Sororibus „ hunc mirantibus fervorem: Moyſes, inquit, „ nudis pedibus incedere juſſus eſt, dum ad „ rubum ardentem accedit, quamvis tantum „ ſit figura Euchariſtiæ. Quem igitur adhibeo „ cultum debetis præbare. Sæpius dum orat, divina patitur, mirifque coruſcat & perfunditur illuſtrationibus. In meditatione frequenter pernoctat, adeo ut communiter credatur nunquam in lecto decubuiſſe.

Nullo alio modo quieſcit, quam pauliſper dormiens in nuda terra, aut ſedens in vili ſcamno, ſomno urgente: ſacrario ad omnia Sacerdotalia parato, operam navat ut Conventui victum & ſuſtentationem mendicatò comparet, cujus extrema paupertas ad illud opus laborioſum Elizabetham compellit.

In paralyſim redacta omnino, itaut nec movere ſe, nec ori manum apponere queat, inſigne patientiæ ſpecimen præbet. Perfectâ Dei voluntati adhæſione permanet inconcuſſa, tranquillatur mirabiliter, & ſerenatur interius, dum caro videtur obrui auſteritatibus & morbis: ex illius verbis, cogitationum interpretibus, evidenter patent cordis pax & amœnitas. Semper tacet, niſi Dei gloria, vel Sororum ſolatium illam loqui cogant.

Conqueritur nunquam, niſi invita, ſcilicet dum lecto inducitur, cujus inſtructus nimis aptus & commodus anſam abripit Chriſtum

A imitandi in Crucis duro cubili collocatum: *Saltem*, ait Elizabetha valetudinarij cuſtodi *è regione auguſtiſſimi Sacramenti ponite me, & interdum levate, ut inclinato capite illud adorem, cum aliter non poſſim.*

De mortis hora & die certa fit, Conceptionis ſolennitate immaculatæ Virginis appropinquante, quam novit divinitus ultimò fore celebraturam: de more vigiliæ jejunium obſervans, voluit deferri in Eccleſiam, ut Miſſam audiret. Reverſa in cellulam Religioſarum ope, terque recitato officio Conceptionis: *Metam* inquit, *exactam mei curriculi attigi; munus mihi à Regina Angelorum commiſſum perſolvi.* Tunc fusè Sororibus declaravit quan-

B tis favoribus à Deo fuerat cumulata, quaſque ſepelierat ſilentio.

Dierum octo ſpatio de mirabilibus his donis diſſeruit, quibus aures & corda audientium maxime delinivit. Sub Solis occaſum, ante octavam Conceptionis Elizabetha Sorores ſecedere in cellulas obſecrat, tantillum quietis percepturas, ne poſt tantos labores exhauſtos, partim excubando ad ejus cuſtodiam, partim ad divinos illius ſermones memoriæ firmiter mandandos, deficerent: ad dormiendum ſecurè hortatur, affirmans Chriſtum, à quo vocatur, ipſam non fore educturum de valle hac miſeriarum niſi craſtinâ die ad Auroram.

C Paulò ante obitum Religioſas convocavit; atque pergratè excepit; humillime veniam petens de malo exemplo; expectari ſeipſam addidit à Redemptore, ut citò in felicitatem æternam introducatur. *Recitate*, ait Elizabetha, *Symbolum Apoſtolorum nomine meo, in teſtimonium meæ perſeverantia in fide Chriſtiana, uſque ad mortem.* Eodem momento adſtantibus viſa eſt evidenti lætitiâ geſtire, atque, dum ferventer Deum laudaret, ſpiritum emiſit decimo die Decembris anno 1550. juxta Marianum l. 6. c. 9.

BB. SANCIA ET OSORIA RELIGIOSÆ Tertiariæ, & Abbatiſſæ.

BEATA Sancia non tam commendatur à miraculorum, quibus claruit, celebritate, quàm à virtutum ſplendore. Prudentiâ & ſanctitate plurimum enituit in Monaſterio ſanctæ Magdalenæ *de Alcazaro*, ſive *Salacia*, quod diu gubernavit. Tres nummos aureos valebat in Hiſpaniâ minor tritici menſura majoris inopiæ tempore. Verumtamen feſto tituli Conventus contingente, Religioſiſque, ut moris erat, peregrinis pran-

D dium parare conantibus, facultas deerat, quia numerus advenientium eo anno ultramodum excedebat; quâ ratione igitur deficiente pane ad ſuſtentationem familiæ ordinariæ, poſſet victus ſuppeditari tantæ advenarum multitudini?

Non deſpondet animum noſtra Sancia, quæ ad orationem recurrit unà cum cæteris filiabus: deinde omnes ſimul aſſidentes menſæ, ubertim recreantur, itaut reliqua potuerint

victum exhibere univerſis Religioſis ſex ſpatio dierum, & pauperibus in carcere detentis.

Pondus cereorum altari deſervientium poſt longum tempus non minuebatur: effectus hic multoties iteratus populis ſummæ erat admirationi, qui illum unanimiter meritis attribuerunt beatæ Sanciæ, quam Marianus l. 6. c 31. potiſſimùm prædicat ob propriæ abjectionis amorem. Fatebatur libenter ſe à natura genitã fuiſſe prorſus imbecillem; & utrobique impotentem manuum videlicet ac mentis, quamvis ſicut putri vagina enſis ferreus, ſic fragili corpore fortis ſæpe animus lateat: optabat præterea quam ſibi, præ humilitatis ſenſu, naturalem tribuebat imbecillitatem, ab omnibus cognoſci: ſe palam publicabat minus idoneam, quà vectandis oneribus, aut auro fodiendo, quà honeſtis ſtudiis, aut juſtis im„ periis: In navi, aiebat, quiſque robuſtior „ remum agit, at prudentior clavum regit: „ vita quaſi navis, rerum fluctibus, & mundi „ pelago jactata ſuos remos habet, ſuumque
A „ gubernaculum: à vilioribus repulſus officiis, „ ad nobiliora convertatur: Ego ad quælibet „ munia ſeu corporea ſeu ſpiritualia inepta „ ſum & inhabilis. Pater Arturus Sanciam collocat in Martyrologio Franciſcano die 20. Novembris.

Beata *Oſoria* dignitatem Antiſtitæ in prædicto Monaſterio ſummâ laude obiit: ſanctitatis exiſtimationem meritò conſecuta eſt, cùm ob virtutum perfectionem, quam attigit, tum propter inſignia miracula quæ pa-
B travit: A Sororibus modicâ in panificium diluta ac depſita farina ita multiplicatur, ut innumerì penè panes fiant, quibus omnes Religioſæ per longum tempus ſuſtentantur, atque plurimi veſcantur pauperes, beneficentiâ noſtræ Oſoriæ, quam Gonzaga *Elizabetham de Oſorio* denominat; & Pater Arturus, *Elizabetham Oſoriam*. Memoratur præſertim die ſexto Novembris. Antonius de Sillis illam recenſet inter Religioſas noſtri Tertij Ordinis. Florebat circiter anno 1550.

VITA B. MARIÆ LAURENTIÆ LONGÆ.

CAPUT PRIMUM.

E graviſſimo convaleſcit morbo, ſacratæ Virginis Lauretanæ interceſſionibus.

NATIONE erat Hiſpana, uxorque Joannis, ſupremæ rei forenſis ac tabulariæ præfecturæ in Regno Neapolitano Adminiſtratoris celeberrimi: à famulâ veneno infecta ita debilitatur, nervique ejus ita contrahuntur, ut ſe nequiret vel leviter movere abſque auxilio. Sub præſidium confugit ſacratæ Virginis Lauretanæ. Nullum Laureti inveniens Sacerdotem, qui Miſſam celebraret, horà ſacrificij jam elapsâ, aliquis unus incognitus ad altare aſcendit corpus Chriſti immolaturus: auguſti ritus ab eo obſervati luculentos approbatores habent omnes adſtantes: ſacrum facit pro infirmis, adhibens Evangelium de curatione paralytici: ad populum ſub finem converſus: *Gratias agite*, inquit, *Maria Longa ſalutem recuperavit.* Hæc tremore univerſo concuſſa, ſtatim tranquillatur, genibuſque innixa humi provolvitur in auguſto beatæ Virginis ſacel-
C lo, cui de ægritudinis liberatione ferventer gratulatur.

Diligenter quæritur celebrans, quo evaneſcente, quiſque exiſtimat Chriſtum ſacrificationem peregiſſe. Ideoque Maria Longa ſe obſtrictam credit ad vivendi rationem amplectendam eminentem, & Deo penitus ſe conſecrandam. Marito paulò poſt è vivis excedente, pauperibus & Eccleſiis amplos reditus ſuos erogavit. Tota erat in ſublimioribus pietatis exercitiis: propriis bonis, aliiſque mendicatò collectis Monaſterium Religioſarum Tertij Ordinis ſancti Franciſci Aſſiſiatis, & noſocomium vulgo inſanabilium Neapoli fundavit, cujus Clerici Regulares Theatini curam ſumpſerunt initio, quia illis dono dederat fundatrix domum vicinam: aliò tamen tranſierunt anno ſequenti: deinde Patres Capucini tam beneficæ Inſtitutricis rogatu adminiſtrationem hujus valetudinarij obierunt.

Maria

Maria Longa tunc temporis inter præclaras iſtas Religioſas Tertiarias admiſſa eſt, atque eadem vota nuncupavit. Juſſu Pauli III. ſummi Pontificis Antiſtitæ onus ſubiit: omnes tandem ſimul Regulæ ſanctæ Claræ nomen dederunt, ſibique addixerunt Capucinarum denominationem. Abhinc remanentibus illis ſub Capucinorum diſciplina Maria longa diploma obtinuit à Paulo III. ad confirmationem novæ hujuſmodi Inſtitutionis.

Ubique ac ſemper, licet clara eſſet ejus & illuſtris origo, famulatum peramabat, ad Dei gloriam, & pauperum atque ægrotantium ſuſcipiens onera, libens faciebat, quod oportebat; notiſſimum ſane, ac neceſſitatibus humanis aptiſſimum conſilium. Cupiens quodcumque neceſſe erat egenis ſuppeditare, ſic vim ipſam neceſſitatis eludebat. Non ſolùm ferebat adverſorum ſarcinam eventuum, imo potius illam ſponte ſibi comparabat, utque alios ſervitio liberaret, ſibi deligebat ſervitium.

Inſigne Paulini nomen Nolani Præſulis Maria Longa venerabatur, cujus ſpontaneæ ſervitutis exitus felix, ut debuit, fuit: illud frequenter revolvens animo, nocte & die. Proponebat in mutuis colloquiis quorumdam zelum, qui parvo ſe pretio vendidere, ut ſervi effecti, ſuos dominos peccati vinclis abſolverent, atque ad veram reducerent libertatem, in quibus Serapion Ægyptius Eremicola nobilitatus eſt.

Hæc vobis, aiebat Maria longa Sororibus, *magis exempla profuerint, quam lamenta: experiamur & nos tale aliquid, quod vel utilis alteri, vel facilis nobis ſaltem ſit voluntaria ſervitus; non id quidem quod non habeamus optare, ſed eo quod habeamus bene uti ſapientum eſt. Illud omnibus contigit, hoc paucis.* Maria Longa pariter & neceſſaria & voluntaria probe executa eſt.

CAPUT II.

Virtutes ejus, famulitij in primis ſtudium, & miracula.

AB eo tempore quo ſumpſit habitum Religioſæ Tertiariæ, dedit diligentem operam ægrorum inſanabilium ſolario & curationi. Miſerorum lectos & grabatos cœpit circumire, mœſtos blandè conſolans, perditos cœleſtis vitæ ſpe recreans, confirmans moribundos, omnes ad patientiam, ad honeſtatem, ſanctitatemque acriter impellens, ut quorum morbi inſanabiles erant, eorum mores quacumque poſſet ratione, ſanaret.

Ad hæc facilius juvari poſſe eorumdem animos rata, ſi inſerviret corporibus ipſummet

A valetudinarium everrere, lectos ſternere, purgare ſordes, abjectiſſima quæque miniſteria, Chriſtianæ humilitatis rudimenta exequi, mortuos denique ipſos de more ablutos rite ſepelire. Inter hæc munera inſignis quædam pietas ex ejus vultu atque oculis eminebat: Chriſtum ab illa in affectis corporibus latentem cerni oculis quodammodo, eique ipſi attendi crederes.

Gerebantur hæc in luce celeberrimi valetudinarij, in oculis clariſſimæ civitatis Neapolitanæ, tam inſolitâ alacritate atque lætitiâ, ut multis ad novæ rei famam concurrentibus, ſpectaculo Maria Longa eſſet non ſolum Deo & Angelis, ſed etiam hominibus. Vitabat intereà, quantum poterat, humanos

B conſpectus: *Patri cœleſti, qui videt in abſcondito*, placere cupiens. Ulceroſis, vel lue, ac tabe confectis præcipuâ curâ miniſtrare inſtitit, quo magis abhorrebat animus naturâ uſuque delicatus.

Externa hæc opera nocturna & diurna noſtram Tertiariam nullo pacto amovent à contemplationis exercitio: mediis in laboribus ſemper Deum ſibi præſentem contemplatur, hòriſque certis & præfixis meditationi ſolerter vacat, qua tam uberibus illuſtrarur radiis ut ſublimiores quicumque illam, velut oraculum, conſulant. Sanctus Caetanus prx cæteris, Ordinis Theatinorum conditor, fatetur eo modo plurimum profeciſſe ad ſacræ Scripturæ difficiliorum textuum intelligentiam.

C Adjungit Maria Longa carnis cruciatus & ſeveram mentis cupiditatum coercitionem: quibuſlibet ſextis feriis jejunium ſtrictum obſervat, pane & aquâ contenta, v xque die Sabbathi modicum addit juſculum: Deus tandem miraculis famulam ſuam conſpicuam reddit.

Deficiente pane in noſocomio, miniſtrorum negligentiâ, dum tempus refectionis inſtaret, en duo jumenta pane onuſta ad januam ſe offerunt, abſque ductore: mirandus profecto eventus meriro jure tributus divinæ omnipotentiæ in grariam piæ fundarricis. Valetudinarij facultates adeo creſcebant, ur non

D ſolum ægrotantes ubertim cibariis cæteriſque commodis potirentur, verùm etiam quicumque egeni ferè innumeri ibi ſæpenumero ſtipem cogentes, amplas largitiones percipe. rent.

Paupercula interim mulier ſupplex panem emendicat, quem Antiſtira imperat illi cirò diſtribui: ancillæ tamen objiciunt omnigenam domus penuriam. Arcam Aperite, ait "Maria Longa, Deus providit neceſſitati." Obtemperantes confeſtim panis teneri & primariæ notæ inveniunt abundanriam. omneſque ſimul Deum laudant, qui tantis cumulat Mariam Longam favoribus.

Meretrix, quæ effuſâ libidine, pudoris &

Dddd

A naturæ ornamenta perfringens, fœtidum contraxerat morbum, qui flagellum eſt impudicitiæ, ſanata eſt hoc in noſocomio, curâ & charitate ſanctæ fundatricis, quæ illam ferventer excitavit ad ſtabilem pœnitentiam: denuò tamen eo trahitur quo libido rapit, eâ cupiditate flagrans, ut illam nec pudor ab infamia, nec pudicitia à libidinum turpitudine avocare queat: iterumque incidit in ægritudinem infamem; ſecundò ſanitatem corporis recuperat Longæ interventu, quæ impudicam obſecrat vehementer ne tertiò redeat ad vomitum.

Maria deinde multo impenſius animæ ſalutem exoptans quam corporis, in genua pro- B cumbit coram Jeſu Crucifixi imagine, à Chriſto Domino ardenter petens, ut ſi peccatrix à vita flagitioſa non deflectat, putridi morbi curationem nunquam aſſequatur. Meretrix rurſum in cœno omnium turpitudinum ſeſe volutans, acerrimis poſteà doloribus torquetur, & à planta pedis uſque ad verticem horribili corroditur putredine, quæ illi non formam humanam, ſed omnino monſtroſam relinquit. In noſocomio tamen benevolè omnia illi adminiſtrantur, ubi tandem peccare ceſſat & vivere.

Neapoli ſæviente peſte, Laurentia Longa rigide probatur, dum Tertiaria quædam, Maria nomine, quem peramabat ob virtutem, violento hoc corripitur morbo. Laurentia noſtra ſtatim confugit ad Chriſtum; deinde ad C ægrotantem accedens, cibumque illi præbens: Velis, inquit, parumper quieſcere: precibus beatæ famulæ reiteratis, ægra eximitur à febri, & penitus convaleſcit, munuſque valetudinarij curatricis perſeveranter obiit univerſo applauſu.

Mariæ Laurentiæ Longæ in meliora chariſmata contendenti non ſufficiebat charitatem exercere in ipſo ſuæ fundationis loco; verùm proſtibula inviſebat, unde ſcorta teterrima è draconis eruebat faucibus, meretrices in matrimonium collocans ſuis ſumptibus, vel in noſocomium introducens ægrotis inſerviendi gratiâ. Commiſeratione permota in animas ignibus addictas piacularibus, præ- D cepit cunctis in valetudinario commorantibus recitare pro defunctis orationem Dominicam & ſalutationem Angelicam, ære campano ad veſperam reſonante.

Maria Longa haudquaquam ſe arbitrata conferre amplius ad ægrorum ſolatium, quibus aliâ ratione Deus ſuccurrebat, operam navare contemplationi omnino decrevit: A Spiritu ſancto itaque enixe poſtulans quid ageret hoc in rerum ſtatu, cœleſtem audivit vocem, hæcque verba. *Nonne olim charos habuiſti maritum & liberos?* Poſt reſponſionem affirmantem; *quare igitur*, ait vox, *non me amore proſequeris, qui te tot & tantis cumulavi beneficiis.*

Hoc didicit oraculo propoſitum à noſocomio recedendi Deo non arridere, qui volebat ægrotos ſibi in filiorum locum ſuccedere, ipſumque ab ea conſiderari velut ſponſum, dum in pauperibus & infirmis ipſi Chriſto miniſtraret. Zelus deinde Mariæ Longæ crevit: & novas ſumpſit vires.

CAPUT III.

Conventum Religioſarum inſtituit, & moritur.

ANTIQUUM ſacras Palæſtinæ peregrinationes obeundi conſilium renovatur; à cujus tamen executione abſtinet, divinitus monita in meditatione, Deo magis placere, inſtitutionem Monaſterij Religioſarum, ſub titulo ſanctæ Mariæ Hieroſolymitanæ Ex inſtrumentis igitur domeſticis, & annuis reditibus permagnam conflat ſummam, ut ædificio detur initium, quod brevi tempore ad perfectionem provehitur.

Laurentia Longa ægrorum inſanabilium domus publicæ curam committit Duciſſæ Mariæ Aerbæ, quæ falſas mundi inſanias aſpernata fuerat, ut Chriſti per veſtigia ſtrenuè incederet; Longa denique tria vota ſolennia nuncupavit, ſub Regula Tertij Ordinis Franciſcani, unà cum duodecim filiabus pari divini amoris igne incenſis: à ſexaginta annorum ætate non deterretur, cujus declive permulta animæ perinde ac corporis affert incommoda.

Auctoritate Apoſtolicâ interveniente, nil deeſt ad tam præclari Inſtituti confirmationem, neque ad illam rite eligendam, ut Conventum moderaretur & gubernaret; cujus dignitatis partes ſumma cum laude adimplet. Hoc in cœnobio maxime viguerunt auſteritates, orationis exercitium, omniumque eminentiorum virtutum leges ante & poſt murationem Tertiæ Regulæ in Secundam ſanctæ Claræ præſcriptam à Patre Seraphico.

Antiſtitæ ſanctitas elucebat ſupra cæteras: mirum patientiæ ſpecimen edidit viginti annorum ſpatio, graviſſimas inter infirmitates, quibus continuo laborabat; ſanata Laureti beatiſſimæ Virginis interceſſione, confeſtim in alios acres morbos relabitur, quorum cruciatus ſuſtinuit invictâ conſtantiâ.

Quem exhibebat, Seraphicus fervor, dum ad ſacram ſynaxim accederet bis qualibet hebdomadâ, cæteras Sorores admiratione defigebat: recedens à menſa Euchariſtica, ſopitis videbatur ſenſibus tota in divina rapi. Impigrum ſtudium, quo utebatur, ut Deo placeret, perfectâ legum Evangelicarum obſervatione, ampliſſimam jam conſecutum eſt

mercedem in terra, ſublimibus gratiæ donis. Cœlitus pervadebat interiores Sororum pœnas, infenſoſque aggreſſus quibus Dæmon illas impugnabat.

Religioſa quædam contumaciter perſiſtit in rebellione contra mandatum Abbatiſſæ, quæ Dæmonem ſub Æthiopis figura humeris rebellis & obſtinatæ aſſidentem perſpicit, eamque ſic alloquitur. „ Nunquid vides Sathanam de tua contumacia gaudio affectum. „ His verbis contumax reſipuit, & munere ſuo functa eſt; ac proinde Inferni fallacia confutatur.

Soror eximiæ pietatis, *Clara* nomine, viſus & auditus amiſit uſum, necnon loquelæ, & ad extrema devenit. Maria Longa interim expirantem Deo commendans, ſanctos Franciſcum & Antonium conſpicit ejus lateribus adhærentes, quæ lætitiâ geſtiens dixit: Deum „ laudate, Sorores, incredibili potior volup„ tate; ecce in æternam evehor beatitudinem. Eodem momento emiſit ſpiritum ineffabili fruens jucunditate.

Puella in Monaſterium introducta, mox ab eo vult exire, nec ullo modo Mariæ Longæ rationibus acquieſcit, quæ illi conſtantiam conatur perſuadere: obtinet tamen exitus dilationem ab inconſtanti ad menſem, atque à Deo ſuis precibus & lacrymis impetrat, ut filia habitum humiliter poſtulet, completoque tirocinio votis ſolennibus ſe obſtringat, quæ obſervavit uſque ad mortem.

A Sororibus Maria Longa exiſtimatur ſubitâ corripi virium & ſenſuum defectione, quæ reapse divina erat extaſis: dolens poſteà ſe privari voluptate cœleſti & puriſſima, vellicantes & exuſcitare conantes fortiter redarguit. Convocatis Religioſis generoſè abdicat Antiſtitæ dignitatem, matrem Hieronymam ſuo loco ſufficiens, novaſque inſtituens miniſtras, pontificij diplomatis vi & auctoritate.

Acri mœſtitiâ conficiebantur Sorores ob evidentia propinquæ mortis ſigna, quæ in verbis & factis ejus annotabant. Hauriebant ſane ſolatium ingens ex illius colloquiis de voluntatis humanæ ad divinam accommodatione, nec tamen poterant fontem lacrymarum exhaurire.

Biduo ante deceſſum ad pacem, meditationis exercitium, & diſciplinæ regularis ſtrictam obſervantiam eas vehementer incitavit. Frequentibus monitis Patris Franciſci Liardi Capucini, eminenti virtute præditi, planam Domino viam paravit. Exitia funeſta quæ urbi Neapolitanæ impendebant, prædixit, veritaſque prædictionis enituit prædictorum amplâ executione.

Poſtquam venit in collocutionem, ſicut præoptaverat, cum Duciſſa Maria Aerba, de qua ſupra locutus ſum, extremâ Sacramentorum expiatione defungitur. Humani

A generis hoſte Laurentiam Longam terribiliter aggrediente, dum animam exhalaret: Videris, ait Aerba, pertimeſcere, videris " utique mente perturbata; omnis abſit ter- " ror: Cui reſpondet fortiter Longa noſtra Jeſum Chriſtum ſibi in validiſſimum adjutorem adſtare à latere Crucifixi Imaginis ob oculos propoſitæ. Audiens Sorores ipſam jam prædicantes, velut inter cœleſtes animas jam relatam. *Silete ſorores*, inquit, *nil boni ex me habeo, nequitia & fragilitas partes meæ ſunt; è ſanguine Chriſti oritur tota mea felicitas: clavis eſt cœli. Mihi adhærere Deo bonum, & in eo meam ſpem ponere.* Pſ. 72. *Sanctitatis fundamenta enitentes ſic jacere, vocationem veſtram certam facietis.* Deinde ter pronuncians B adorandum Jeſu nomen, manuque tenens Crucifixi effigiem ſpiritum ſuo reddidit conditori.

Vulgatâ famâ diſceſſus plurimi confluxerunt omnis generis defunctam veneraturi, qui fuerunt in cauſa cur ſacrum corpus adveheretur ad crates monialium, ubi quicumque vellent ejus pedes religioſè oſcularentur. Inter omnes Maria Aerba ferventiſſimè teſtimonium perhibuit de odore jucundiſſimo quem exhalabat. Funus peragitur auguſto apparatu. Anno elapſo poſt ſepulturam Mariæ Longæ ſub primario altari, Duciſſa Maria Aerba, quam in amore & deliciis habebat, ibi terræ fuit mandata, juxta prædictionem Longæ.

C Mirum dictu: poſtremæ exequiis apertionem tumuli primæ exigentibus, oritur ſubitò nidor odoramentorum, quaſi violarum recentium. Renovatur eodem momento Mariæ Longæ memoria, cujus corpus in loco valde humido jacens à duodecim menſibus, nullum vel leviſſimum corruptionis ictum patiebatur. O miraculum multo magis inſigne! ſandapilâ amplâ admodum, & ad utramque capiendam ſat ſpatioſâ præparatâ, Maria longa hîc collocatur initio: mirabiliter tamen extendit & blandè manum, velut alliciens ſuaviter Mariam Aerbam, ut ſimul in ſepulchro ſocietatem ineant, quam in terris inceptam, continuent & perficiant in cœlis.

Juvenis quædam Soror acerbo laborans D apoſtemate in chorum tranſvehitur prope tumulum beatæ Longæ, cujus manus elata à matre Victoria tangens vomicam, ſanavit omnino, & ſtatim ægrotantem. Alia Religioſa, *Benedicta* nomine, pernicioſo ulcere vexata, doctrinam & peritiam quorumcumque præſtantium Medicorum irritas fecit: Abbatiſſa interim caput Mariæ Longæ tranſfert ſumma religione ad ulceroſam, quæ, dum intereà Sorores antiphonam & orationem viduarum canunt, ad primum ſacri capitis contactum odorem ſuaviſſimum effundentis continuò, perfectam recuperat ſanitatem, itaut

dolote penitus ceſſante, nullus unquam timor, nulla itidem inflammatio viſa fuerit.

Mulros poſt annos toto Mariæ Longæ corpore in novam Eccleſiam tranſvecto, Soror morbo ſecrero affecta, quo in extremum vitæ periculum redigebatur, ad ſacra lipſana in choro expoſita propius accedens, confeſtim & perfectè convaleſcit. Pater Zacharias Boverius Salutianus Annalium Capucinorum Auctor confirmat omnia quæ tunc ſcribo de Maria Longa tom. 1. cujus mortem contigiſſe teſtatur anno 1542. poſtquam de ipſa beata vidua mentionem jam fecerit 1539.

Legitur etiam hæc hiſtoria in Chronico Theatinorum, cujus Scriptor eſt Parer Joſephus Siloſius ejuſdem Ordinis, lib. 1. cap 4. Pater Arturus Mariam Longam commemorat die vigeſimo-primo Decembris, aſſerens cum Boverio à noſtra Congregatione illam inter Clariſſas migraſſe. Glorioſum eſt ſanè Tertiariis Franciſcanis tam præclaros produxiſſe fructus. Cum Maria Longa caput fuerit & origo Sororum Capucinarum, nefas eſt ipſas ſepelire oblivione ſuum adeo illuſtrem ortum, neque miras ad virtutum perfectionem opportunitares inde acceptas.

Incœpit Maria Laurentia Longa ſtudio ſanctitatis incumbere viriliter, profeſſionem Tertiæ Regulæ amplectens: non ſolùm tam fauſto primordio medium virtutis jam confecerat curriculum; verùm tunc temporis magnos jam obtinuit ad diſciplinam regularem progreſſus, quorum ubertim participes fuerunt Tertiariæ ſub ejus regimine.

VITA
BEATÆ FRANCISCÆ
DE SERRONE.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas & educatio.

ORTUM habuit anno 1517. die 22. Julij ex parentibus *Ciccono de Triglio & Menicia Boccaci*, incolis pagi vulgò nominati *Serrone*, in Diœceſi ſancti Severini: Marer à mariti domicilio remota, & ruri laboribus ſe frangens, primos ſenſit aggreſſos puerperij. Confeſtim domum rediens, & obviam fauſtè inveniens ſanctæ Virginis effigiem, ſupplex illam rogavit, ut partum feliciter ederet. Petirionis fortunatum conſecuta eſt exitum, dum in ipſo ædiom domeſticarum ingreſſu, ad ſcalam equili vicinam fœtum ejecit, nempe filiam; quæ prius oſculata eſt terram, quam præſentis vitæ munere certo frueretur. In Eccleſia vicuili, quem vocant communiter *Biagi*, ſacramento Baptiſmi initiata eſt, eique nomen Magdalenæ imponitur, paucis verò poſt diebus à patre vocatur Franciſca.

Ab incunabulis aperte conjicitur ad quantum virtutis culmen illam Deus deſtinaret. Jam tunc luſus pueriles abhorrebat, atque meditationi rerum cœleſtium navabat operam, quamvis in ejuſmodi eminenti exercitatione rudis & imperita videretur, inſcia tamen, ut opinantur homines, Franciſca parvola Dei colloquio potiebatur, in Eccleſiis frequens erat, Sanctorum ſingulari cultu proſeqoebatur imagines; lubens degebat in ſolitudine; præ cæteris Dei Genitricem colebat, quam uſque ad obitum impeosè venerata eſt. Creſcentibus annis, à commercio volens penitus diſcedere humano, ſe à Regina Angelorum aſſerebat vocari.

Fallacibus vanitatis illecebris nuncium omnino remiſit, licet illi quædam inverecunda ſocia ſeveritarem hanc velut abſonam & ridiculam exprobraret, eam compellens fraudulenter, ut inſanis aſſentaretur amaſiis. Obturat aures Franciſca hiſce blandimentis, ad beatam Mariam confugiens, ut nullum unquam alium ſponſum nanciſcatur, præter Jeſum Chriſtum. Erogat igitur eo fine pauperibus lineum textile ab infami lena oblatum, ut ſibi veſtem concinnaret.

Ad exemplum ſororis Hortenſiæ inedia corpus ſuum maceravit: adoleſcentulas vitæ deliciis & commodis deditas, & muliebrem venuſtatem nimis aucupantes acriter redarguebat, magnifaciens modeſtiam, moreſque compoſiros, licet filiis hominum diſplicentes. A tenerioribus annis Deus Franciſcam ſeve-

rius probavit diverſis ærumnis: deficiente lacte in uberibus maternis, prorſus conclamata erat lactentis ſalus, niſi aliqua ex vicinis mulier pereunti amanter & officioſe ſubveniſſet.

Ætate magis provecta, paupertatis onera graviora experitur: Pater fato fungitur, relinquens uxorem cum Franciſca & Hortenſia filiabus, itemque filio Antonio, laborantem rerum omnium inopiâ, itaut iis fermè careat, ſine quibus ullo modo vivitur. Abhinc ſubeſt pauper hæc familia tutori, videlicet patruo, qui tum incuriâ, tum cæcâ gerendi ratione citò diſſipavit quicquid rei familiaris ſupereſſet, vixque remanſit unde modica dos ad conjugium Hortenſiæ conficeretur: in eas detruditur anguſtias hæc familia, ut neceſſariis ad victum minime ſuppetentibus, mater omni ſpe orbata, ſubitâ morte lucis uſuram amiſerit, ſola & abſque teſtibus.

Antonius igitur & Franciſca utroque parente orbi, neminem habentes qui ipſos ad virtutem efformaret, aut qui conferret ad vitæ ſuſtentationem, ſoli divinæ Providentiæ adhæſerunt, Franciſca noſtra præſertim, quæ protectionem cœleſtem luculenter experta eſt, fratrique conciliavit, perinde ac Genitricis Dei auxilium, necnon Angelorum duriſſimis hiſce temporibus, dum videlicet propter ſubitaneam ac improviſam matris mortem, quam plurimi æſtimabant violentam & tragicam crudeliter laceſſuntur.

Franciſca magis infenſos habebat perſecutores, cum ipſi parentes eam funeſtius inſectarentur; pueri licet innocentes, inſolentius, ferociore dicto aut facto eam impetebant, quibus invictâ reſpondebat patientiâ, proponens ſibi ſemper Chriſtum Crucifixum, velut eximium conſtantiæ ſpecimen. Eo redacta eſt infortunij, ut domo incluſa ſine pane aut aqua, aut aliis cibariis quibuſcumque, non auderet egredi, niſi inter noctis tenebras, ut agreſtes herbas colligeret pro victu ordinario.

Acerbe & penitus, imo cane pejus & angue in illam odium habebat amita, quæ illi ter venenum præbuit, unde non mors, ſed adeo gravis infirmitas oritur, ut cunctæ partes corporis glabreſcant, pelliſque ſubito abradatur: ſiti inſuper continua laboravit toto vitæ curriculo.

Nocturno tempore tugurioli tectum in quo degebat, præceps agitur, extremum minitans periculum; Franciſca ſtatim ſacratæ Virginis implorat opem, quæ veſtibus albis induta, & coruſcantibus circumfuſa radiis, apparuit, miraque fortitudine roboravit cor Franciſcæ ad toleranda adverſa.

Vires novas hauſit è probi cujuſdam Sacerdotis admonitionibus, qui de ſeipſo nil tenens aut expectans conſilia Patris Fantozzi Socie-

A tatis Jeſu adhibuit, fortiterque provocavit Dei famulam ad imitationem Chriſti, ad orandum ſine intermiſſione, & contemplanda Paſſionis Dominicæ myſteria. Claruit deinceps inſignis Franciſcæ noſtræ profectus in virtutum tramite.

Ab Antonio fratre infeſtius vexabatur, qui nihil omnino illi ſuppeditabat ad victum aut veſtitum. Humi decumbebat, frigore etiam infenſius ſæviente, abſque ullo lecti velo, alioque toti inſtragulo præter levem mattam è reticulo textam: nunquam æquis illam oculis intuitus eſt, nec unquam alloquebatur niſi ut injuriis opprimeret. Tandem coactus Fran-
B ciſcæ hoſpitium conceſſit in fœtenti ſtabulo, ubi pro univerſa ſupellectili ſaccum paleâ refertum habens pauliſper ſomni capiebat. Panis ad dies quindecim ſuſtentationis tributus, vix illam biduo ſuſtentaſſet abſque miraculo.

Tantillum hordei aut polentæ, quamvis crudæ & nondum maturæ, vel alius futilis cibus mendicatò adveniens, illam, Deo jubente, conſervavit: tutius aſſeverandum eſt Crucis Chriſti attentam & continuam meditationem inter violentiores ærumnas illam foviſſe. Propellebat tædia cogitationibus dolorum Chriſti, ac ſpe bonâ & proborum operum alterna varietate, inertiæ fugâ, ſed in primis patientia rerum, longanimitate in-
C victa, Sanctorum denique imitatione.

CAPUT II.

Virtutis progreſſus per patientiam.

IN ſumma inopia non deeſt inopi Franciſciſcanæ ſupremus conditor, qui mirum in modum illi ſuccurrit. Per longum tempus extrema laborans inedia, mactramque aperiens plane ſatiata eſt, vel ipſo odore hinc effuſo, vel depſitæ farinæ maſſæ particulis radula deterſis, Farina interdum linea veſcebatur valde amara, & faſtidium penitus movente. Sola relicta in domicilio fratris, qui nil ei largi-
D tus fuerat pro alimento præter duos hordeæ pugillos, opiparè tamen vixit Deo providente, vilique jumento eadem pauca re annonaria victum præbuit binarum hebdomadum ſpatio.

Semper Franciſcæ præſto fuit ſacrata Virgo, inter ſummas anguſtias, benigniſſime illam tractans, pane videlicet ſemilagineo, ſeu primariæ notæ, quem Franciſca lubens aliis elargiebatur. Crudelis & immitis Antonius longe alienus à gratitudine & veneratione quam ſoror meretur, ipſam furioſe ac tyrannice exagitat, & ſæpiſſime ad incitas redigit. Dolabella ſemel caput ejus ita violenter percutit, ut credatur mortua per aliquod tempus.

Digitized by Google

Ipſius aliàs maxillam ferino ritu cædens & appetens plures ſuâ ſede dentes disjicit. Dum iterum ſic feritur, evadens è tabulato præceps ruit in equile, ubi ternis diebus remanſit prorſus jejuna, nulloque utens cibo, meditationis exercitio lautiſſime recreabatur. Licet inhumanus frater aperte cognoſceret Franciſcam magna apud Deum pollere gratiâ, nunquam tamen illam ceſſavit divexare; imo potius amicos & parentes provocabat continuam ad oppugnationem; nec inde labefactatur ullo modo, aut animo concidit innocens columba.

Hortenſia matrimonio illigata degebat in Caſtello, nomine *Pittino*, duabus leucis à pago *Serrone* diſtanti: miſeratione commota, permittente marito, ſororem accerſivit in ſuum domicilium, ubi Franciſca paucis diebus tranquilla, viciſſitudinem rerum fluxarum ſtatim experta eſt. Furto ſubrepta eſt pars aliqua inſtructus domeſtici, quod immerito inſonti Franciſcæ tribuitur. Sororius itaque infeſtum illius capiti fuſtem impingens, horrendum vulnus inflixit, necnon alte & indeſinenter defixit in memoria, quod callida fur femina eſſet ac flagitioſa.

Probroſe expulſa, neſcit quò tendat: perfugium quærens per noctis tenebras, pervenit tandem in locum lubricum, ubi verſatur in extremo diſcrimine, interiuſque acriter ſolicitatur ad ſe præcipitandum. Orationi dans operam exauditur, domina quadam mirandæ majeſtatis & ſummæ pulchritudinis illam blandâ manu excipiente & conducente tuto ad viculum, quem communiter nominan *Gagliantono* inter matris cognatos & affines. Ignoravit ſemper unde tanta benignitas oriretur, donec volens gratias agere manui adeo benevolæ, quæ evaneſcebat, evidenter agnovit oris lineamenta ſacratæ Virginis, jam annotata in diverſis apparitionibus.

Per multos menſes commorata eſt cum avunculo *Sabbatino de Boccacci*; pane autem ſæpenumero deficiente nova inſurgit tempeſtas in Franciſcam, quæ nimis avida & vorax æſtimatur, aut prodiga in pauperes, unde rei familiari non modicum inferre videtur damnum. Avunculo minas acres intentante, confeſtim rediens in fratris domicilium, per viam pernoctat in Eccleſia, ubi radios perſpicit ex Imagine Dei Genitricis erumpentes, & miro ſplendore univerſum perfundentes templum; gratulabunda Reginæ Angelorum cantat laudes; illiuſque ſe conſecrat flagranter obſequio. Primo mane fraternam repetit domum, qui ſat comiter illam amplectitur, atque in loco ſemoto collocat, velut magis apto & commodo ad divina colloquia, beatarumque mentium intimam conſuetudinem.

Non deſinunt interim cruces, nec patientiæ pericula: ipſius honori ignominiæ labes A aſpergitur. Fama volat quod geſtet in utero partum, & prægnans ſit. Hujuſce rumoris unicum erat futile argumentum, ventris videlicet tumor, quem contraxerat nulla adhibens cibaria, niſi ſucco vacua, vel etiam putrida. Injuriis omnes Franciſcam lacerabant; cognati & affines eam ut familiæ opprobrium aſpernabantur; gentiles tanquam patriæ cavillabantur ludibrium.

Amita, de qua nuper locuti ſumus, illam crinibus arripiens tantâ vi raptat, ut quantum capillorum pugno complecti poteſt, prorſus avellat, Antonium excitans ad ſororem interimendam. Sed tam execrandum B Deus avertit flagitium. Tot inter adverſa & dura ſui ſemper Franciſca eſt compos, collatam in ſe criminationem non conatur diluere, quin potius obviam habens inſulſam feminam, quę coram pluribus aliis interrogat an Franciſca Serronenſis partum ediderit. *Nequaquam*, ipſa reſpondet conſtanter & placide Franciſca, *nequaquam*, humili & firmâ falſi criminis negatione ſe purgans, abſque ulla commotione.

Sanato tumore, Deo medico, exiſtimatione floruit apud omnes, qui laudes ejus libenter celebrarunt, excepto quodam ruſticano, qui non ceſſabat nomen ejus infamiæ maculis, ſi poſſet, obſcurare; dum autem notam turpitudinis pergeret huic inurere, C cœlitus punitur, acerrimos ſentiens inopinatò dolores, quorum origo non patebat. Qui maledico prius & inimico dente carpebat innoxiam Franciſcam, damnum quod illius honori intulerat, qua par erat multâ conatus eſt tandem reſarcire. Ipſam itaque velociter adiens, procumbit humiliter ad ejus pedes, veniamque petens, ſubito priſtinam recuperat valetudinem.

Aſpera vivendi ratio cauſa fuit febris aſſiduæ & tabificæ, qua Dei famula vexabatur, unde viſcera ejus continuò conſumebantur æſtu, ſanguiſque putridus fiebat, nemine ægrotam conſolante. Modicam habens ſtipulam pro lecto in ſuo tuguriolo, nec inviſebatur etiam à parentibus, nec quid recipiebat D ad victum aut ad levamen, præter paucas eleemoſynas clam erogatas. Verùm mox Angeli, modo beata Virgo præſentiâ ſuâ illius ærumnas deliniebant.

Melius tandem ægræ fieri cœpit; non omnino tamen morbus depellitur, cum manus ambæ remaneant mancæ & murilæ digito auriculari, & minimo indiviſim adhærente annulari ac medico; digito autem medio prorſus adſtricto indici, anſeris inſtar pedis. Non idcirco poterat movere aut flectere quocumque modo has partes Franciſca, quæ propterea cogebatur os deprimere, velut brutum animal, ut cibos & potum ſumeret. Conjicere præſtat quantum pateretur in hiſce an-

guſtiis, quæ illi deliciæ ſuaves erant, Chriſti Crucifixi pœnarum ſemper memori.

Fratri cæteriſque exprobrantibus inhabilem omnino facultatem & inertiam reſpondit, ſuos aliquando digitos diſunctos iri & ſolutos: quod reverà contigit ſancti die Sabbathi, dum coram Imagine Chriſti reſurgentis precaretur, ære campano reſonante ad canticum *Gloria in excelſis:* cunctis adſtantibus admiratione defixis Franciſca manus liberas tunc elevat ad cœlum, & oculos cordis lætitiam expromentes: ſopitis ſenſibus abripitur mens illius in cœleſtia, unde inferunt teſtes pluribus perſuaſi argumentis illam benigno aditu ſacratæ Virginis honorari.

CAPUT III.

Illuſtribus ſignis ſanctitas Franciſcæ declaratur, & creſcit.

QUò plus Dei famula conabatur præcedens miraculum abſcondere, plus clarebat & vulgabatur, novis ſemper prodigiis illud confirmantibus. Ad ejus latus videbatur vulnus quaſi lanceæ acumen, unguis circiter longitudinem æquans, & digiti profunditatem: rubeſcebat ora ſine tabo aut ſanie; luculentum effundebat ſanguinem valde rubicundum, præſertim dum Paſſionis Chriſti meditationi operam navaret, aut oraret pro aliis: Idem contingebat ſingulis ſextis feriis menſis Martij, & in commemoratione defunctorum; quod manifeſtum erat inſignis ejus charitatis argumentum: Vulgò creditur myſticum huncce dolorem, & gratum, licet acerbum & pungentem, poſtulaſſe illam à Deo præ divini amoris ardore eximio, ut Salvatoris ærumnarum fieret particeps.

Quamvis aſſereret fiſtuloſum eſſe ulcus, ne tam ſublimi prærogativâ æſtimaretur decorata, ſuaveolens tamen halitus hinc afflans nil aliud niſi cœleſte & divinum demonſtrabat. Non minori eſt admirationi conſtantia in perferendis plagis crudelibus, quas illi infligebant Dæmones, ut eam ab exercitio virtutum, & contemplatione amoverent. Huic quandoque apparebant ſub beſtiarum horribilium ſpecie, quarum ſemper ſigno crucis victrix glorioſa extabat. Percuſſa eſt aliquando ira ferociter, ut lividæ contuſiones paterent, atque oſſa nativâ ſuâ ſede extruderentur. Franciſcam interdum in aërem tollebant, ſtatimque projiciebant in lapidum acervum. Deinde è granario eam exturbabant violenter in petrarum cumulum, abſque ullo damno: generoſa Franciſca & humilis Inferni exercitum Crucis virtute Redemptionis noſtræ inſtrumenti fundebat, & poſtquam à beata

A Virgine didiſcerit iis armis fugari tenebrarum copias, niſi manuum deſtituta linguam ad id muneris fauſte adhibebat.

Inſignis hæc armatura prævaluit in primis per ſeptem annos, dum hoſtis generis humani ab ea vehementer expoſtulabat ſupremum Divinitatis cultum, ſummas promittens divitias, vanaque oblectamenta. In urbe San-ſeverina degens pro adminiſtratione rerum domeſticarum, atque Eccleſiam Religioſarum Ordinis ſancti Dominici ingrediens, cognovit divinitus ex jucundo odore, ſancti Illuminati corpus venerandum hîc aſſervari, ſuiſque ſociis declaravit, quamvis ubi theſaurus iſte pretioſus lateret, minime ipſi prius innotuerit: viſitando aliàs ſanctæ Philome-

B næ virginis ſacra oſſa, votum virginitatis confirmavit, quo ſe Deo prius adſtrinxerat. Meruit etiam in templo beatæ Mariæ *de Settempeda* conſpicere circa vultum Reginæ Angelorum cœlos apertos, ſicut poſteà quibuſdam amicis expoſuit.

Eo potiſſimùm fine in civitatem San-ſeverinam ſæpenumero proficiſcens, ut arcanorum conſcientiæ moderatorem eligeret, Bartholomæum Achillei fauſte fortunateque nacta eſt, ſancti Philippi Nerei meritiſſimum ſectatorem, cui ſe penitus ſubdidit, tanquam ſupremi Conſilij Angelo. Aſſiſtens utique adorando Miſſæ ſacrificio altare vidit beatarum mentium incredibili multitudine circum-

C fuſum; interiuſque compulſa eſt ad accipiendum huncce veneratione dignum Patrem, in viæ ſpiritualis ducem. Quatuor annorum ſpatio illi ad amuſſim ſubjicitur tot & tam altos ſanctitatis cumulos acquirens, ut non ſolùm apud vicinos clareſceret, verùm etiam apud longinquos, unoquoque Franciſcæ noſtræ præconium tribuente. Doctores illam conſulebant; Religioſi exquiſitæ perfectionis illius obtemperabant conſiliis; Principes ipſi ad eam tanquam ad oraculum pro ſuo & ſubditorum regimine confugiebant.

Sæpiſſime peccata Sacerdoti enunciabat, epuloque Euchariſtico recreabatur, eâ ſinceritate, ut, cum ſemel, præ humilitatis intimo

D ſenſu pios verſus, quos ipſa elucubrarat, Religioſo cuidam Franciſcano attribuiſſet, ejuſmodi culpam Confeſſario patefecerit. Aliquando digito monſtrata, hiſce verbis, *Adeſt ſancta*, rubore ſuffunditur, citò flagris ſe acerbis ſponte dilaniat, ut inanem gloriam diſſiper. Ter qualibet hebdomadâ animi ſordes confeſſione abſtergebat; atque ut plurimùm deerat abſolutionis materia.

Iiſdem volens diebus Chriſti corporis uſurpare myſteria, tanto ardore ſe præparabat, ut ab uſu ſenſuum prorſus abalienaretur, ſicut inſigniter accidit in Eccleſia beatæ Mariæ *de Sammonte* quartâ leucæ parte ab urbe San-ſeverina diſtanti. Sumpto ſanctiſſimo Eucha-

riſtiæ ſacramento, orationi longius vacabat; deinde pia loca viſitabat, templa videlicet, valetudinaria publica, necnon egenorum domum hoſpitalem. Deo gratias agens pro tam immenſo beneficio poſtulabat itidem impenſius oruamenta, quæ mentes accedeutium ritè diſponant & illuſtrent. Stabat tunc immota, & prorſus in divina abripiebatur. Prodüt ſemel ab effigie Crucifixi oppoſitâ lumen ardens, cui reſpondebat his verbis, *ò amor, ò amor!*

Antonius Franciſcæ noſtræ frater hoc in rerum concurſu nuptias iniit cum filia vicina, nomine Antilia, quæ ad exemplum mariti durius tractabat Dei famulam: uterque tamen ſucceſſu temporis mutavit ſeutentiam. Antonius vidit Franciſcam orantem in cubiculo coruſcantibus radiis circumfuſam, & Solis inſtar fulgentem. Raptans aliàs, atque crinibus ingenti impetu abripiens ſororem, extinguit lampadem quam ipſa coram ſacrata Virgine accenderat: vehementer iratus quod immerito oleum perderet, ſicque rem dilapidaret familiarem; pacatur nihilominus dum improviſò perſpicit facem in aëre incenſam, quæ ſicut fulgur flammam ſubito in ellychnio excitavit.

Oleum poſteà deficit nequitiâ amitæ, quæ Franciſcam odio ſemper habens, clàm illud abſtulerat, furtumque aſſignababat innoxiæ columbæ. Antonius itaque ſecuri equeſtri caput illius graviter lædit. Ipſa verò linquentem animum revocans, fratri ſuo vas oleo plenum oſtendit: criminis multam ſubiit impia & callida accuſatrix, dum ex præalta inopinatò cadens arbore, ac repentinam obiens mortem, tam citò deceſſit, ut Franciſca confeſtim accurrens ad ejus obſequium, non ſat cito potuerit accedere.

Antonius nocte iter faciens cum equô frumentis onuſto, nequibat evitare imminens præcipitium, niſi ſoror quæ illi apparuit, habenam apprehendens proxime periclitantes è periculo eruiſſet. Domum rediens enarravit quæ contigerant, leniter arridens Franciſca demonſtrabat ſe facti gnaram eſſe. Deinceps Antonus ſororem magnifecit, ut verâ præditam ſanctitate.

CAPUT IV.

Singularibus privilegiis ornatur, doniſque præclaris, quæ præſertim Laureti & Romæ enituerunt.

MANUUM libero uſu Franciſcæ reſtituto, de quo ſupra ſumus locuti, Angelorum Regina novum addit favorem, nempe artem Phrygionicam, quâ illam imbuit eo uſque ut A poſſit ipſa diſcipula non ſolùm veſtem aut tapetem opere Phrygio interſtinguere, ſed etiam alteram puellam eadem induſtriâ inſtruere, quam Medoram nominabant. Erudita eſt inſuper Franciſca noſtra à ſacrata Virgine legendi & ſcribendi facultate. Sub tam celebri diſciplina multum profecit: ſcientiſſima fit hoc modo lectione librurum eminentioris doctrinæ, præſertim eorum qui tractant de vita interiori & ſublimi: verſus ſtylo Seraphico in lucem edidit ardenter provocantes ad divinum amorem.

Ad ſummam nominis amplitudinem pervenit, & verſabatur in ore omnium, tanquam ad virtutis apicem provecta: ſed Franciſcæ B magnopere diſplicebat hæc celebris fama, quæ ideo, ne à Dæmone deciperetur, ab Epiſcopo Cameriuenſi accerſita, coram multis interrogatur Sacerdotibus de arcanis Theologiæ myſticæ. Tantâ peritiâ & ſagacitate reſpondit Franciſca annos ſeptemdecim nata, ut Pontifex admiratione defixus præ intimo lætitiæ ſenſu pias effuderit lacrymas, ſe felicem exiſtimans, intra Diœceſis ſuæ limites pretioſum adeo theſaurum poſſidere, quam, cum viſitaret tunc ſuæ ditionis Eccleſias, ſacro Confirmationis oleo inunxit. Patrem luſtricum tunc habuit Olivarium Pellegrini, qni ſanctis perſuaſus documentis Franciſcæ Medicinalem artem, quam exercebat, abdicavit, atque per omnes omnium ordi- C num gradus ad Sacerdotij faſtigium promotus eſt.

Deinde trajiciens fluvium aquis fere immergitur, quibus in morem torrentis unà cum equo devolutus præcipitanter, omnino periiſſet, niſi Franciſca illi tuliſſet opem ſuis precibus; naufragiò emerſus, ſuæ liberatrici tanti periculi evaſionem declarans, agnovit illam minime hujuſmodi eventus eſſe neſciam.

Manifeſtavit tandem Deus in omnibus arcanis Franciſcæ divinitus patefactis nil reperiri fallax aut mendax, ſed omne ſanctum & verum. Poſtquam juſſiſſet Confeſſarius deſpuere in faciem eorum qui ſe illi viſos exhibebant, meditationi vacans, pulcherrimum Dei Genitricis vultum conſpexit, à qua plu- D rimum venerabunda, timenſque ne ſacrilega fieret, licentiam petiit mandato moderatoris obtemperandi: annuente Regina Angelorum juſſum exequitur; ſtatimque ſputum non attingens ſacratiſſimam Mariæ faciem, in tres globulos aureos mutatur, qui in lectum Franciſcæ decidentes ab ea oblati ſunt Confeſſario, ſic imperante beata Virgine.

In horarum Dei Genitricis canonicarum recitatione noctes integras inſumebat interdum, uſque adeo cœleſti ardore exæſtuabat: ſæpenumero perſolvebat illas, faventibus inter tenebras radiis, qui Reginam Angelorum dum appareret, circumdabant. Pietatis amplissimam

pliſſimam retulit Franciſca mercedem, pretioſum ſcilicet munus, jucundo odore ſpirans quod præcipiente Confeſſario in ſacram ædem Lauretanam illico tranſtulit, unde tamen Angelorum miniſterio in domeſticam Franciſcæ capſulam protinus reporrarum ſignificabat ab illa ſolerter ſervandum eſſe.

Cultum ſingularem, quem exhibebat ſacello Lauretano, è cœlo didiſcerat, & ex ipſa Virginis voce illam invitantis fortiter ad ſanctam ejuſmodi obeundam peregrinationem. Primum iter hoc equo fecit, viribus valde infirma annuam ob ægrotarionem: penitus ſanata, centies & amplius illùc ivit pedibus, frequentia edens miracula.

In diverſorium appellebat aliquando veſtimentis madore immunibus, licet imber violentius quàm aliàs fuſus campos lubricos & inequitabiles feciſſet. Semel ſuo tactu lunulæ argenteæ fractas partes & disjunctas ſcitè agglutinavit coralio, cui prius magno artificio erant affixæ, ad ornamentum torquis collo pendentis cujuſdam puellæ. Tum panem diſtribuit multis pauperibus abſque ulla diminutione. Deinde ſanitatem reſtituit ægrotanti à multis menſibus, qui nec pedes nec manus poterat movere: medetur, inquam, ſolo juſſu Lauretum craſtinâ die proficiſcendi ſummo mane: fortunante itaque Deo, & cunctis admirantibus, integram recuperavit valetudinem. Tum plures liberos ab interitu corporis & animæ Franciſca vindicavit, dum matres infamiam cupientes vitare, illos ſuffocare meditabantur, ſicut accidit in urbe, quam nuncupant *Recanati*. Suis precibus etiam à patibulo liberavit adoleſcentem, qui Romæ erat carcere detentus. Præcipiente Confeſſario ſcriptis mandare eximios favores, quibus à Deo cumulata fuerat, quaternionem præſtantioribus implevit: ſed incuriâ quorumdam evanuit.

Singularem iniit neceſſitudinem cum Religioſis Monaſterij ſancti Spiritus, in civitate communiter vocata *Cingoli*, fundati, quæ profitentur Tertiam Regulam Franciſcanam, atque coram illis plurima edidit ſigna, unde facile eſt conjicere quam amplâ apud Deum valeret gratiâ. Intimæ cuidam Moniali latus vulnere affectum, & præter naturam ſanguine manans ſuaveolenti derexit: alteri elargita eſt Cherubinum è charta agglutinatis pluribus compacta foliis contextum, quem divinitus ſciebat ab illa expeti. Convictrici prænunciavit quod aliquando Religioſæ Congregationi nomen daret, & legendi facultatem conſequeretur; reverà factum eſt ſicut prædixerat, licet neque ullo vellet modo in clauſtrum ſe recipere, & cuilibet arti haud eſſet idonea.

Adoleſcentulæ obitum tetrificum præſignificavit, vaticinioque convenienter reſpondit

A eventus. Affirmavit Franciſca filiam pretio ex menſa Conventus ſancti Spiritus veſcentem, in alio Monaſterio vota Religioſa nuncupaturam; moniti hujus veritatem exitus probavit. Franciſcæ cum ſat amplo comitatu officioſè adeunti, & bono conſilio ejuſmodi Cœnobium, prandium apparatur ex opſonij rata parte cujuſque accumbentium domeſticarum, quæ cum in octo tantum carnis cibariæ libris conſiſteret, famem prandentium ingentis cœtus luculenter explevit: Aliàs quoque quadraginta ſeptem Monialibus unicum partiens panem, ſuas inter manus tertiam mirabunda portionem conſpexit reſiduam.

Monialium iſtarum Confeſſario truculen-
B tam ex inſidiis cædem patefecit quæ illi ſtruebatur; ſuis precibus tam nefarium ptopulſavit exitium, dum ſicarius inſidioſo loco ſe abdens, ut tranſeuntem interficeret Confeſſarium, illum minime deprehendit: paucis poſt diebus pacem inter diſcordes compoſuit Franciſca, nemine rogante. Multoties peregrinationem obiit ad ſacram ædem ſancti Franciſci Aſſiſiatis, & beatæ Mariæ de Angelis, ubi ſua peccata exponens, in ſupplicium piaculare accepit obligationem conſpuendi in faciem quæ illi ſe viſam exhiberet ſub ſpecie ſacratæ Virginis. Quo ſervato ſputum in columna appoſita, ternas reliquit notas aureas, quæ per longum tempus manifeſte viſæ ſunt.

Aſſiſium remeans egenorum multitudini
C tantillum pecuniæ propriæ neceſſarium ſuſtentationi erogavit, atque penitus exhauſit marſupium inter manus mendici, quem judicavit magis indigum, plenior tandem repetta eſt crumena. Anno 1675. Jubilæo ſacro, ætatis ſuæ decimo-ſeptimo, nudis pedibus Romam profecta eſt, cingulo gerens nova calceamenta: per viam acres patitur pœnas, dum præſertim moleſtâ conſtringitur compede, ſpinâ videlicet mordaci ſtimulum imprimente, & importunam injiciente piæ peregrinationem remoram. Vocatur Chirurgus, qui illam extrahens, vulnus ad digiti minimi menſuram inflixit, cui violenta admodum adhibuit remedia: Cras tamen multo mane
D penitus convaleſcebat Franciſca ſupremi Medici auxilio, ad quem confugerat.

Præter teſticulam jubâ inſtructam, binaſque faſcias valde latas, è ſetis confectas, quæ à ſcapulis ſupra pectus deſcendebant nudatum, zonâ cingebatur ferreâ, ita ſtrictè, ut velociter deambulando illam agitatione continuâ confregerit, fruſtis remanentibus profunde intra carnem, donec in domicilium Serronenſe redierit, ubi veritas innotuit, & vulgata fuit à viro qui illi tulit opem.

Toto tempore quo Romæ commorata eſt, & per univerſum iter, cuilibet mendico ſtipem contulit; majorem tamen vim pecuniæ loculi continebant, poſt reditum, quam cum

in viam ſe incœperit dare: dum noctu omnes dormiunt, Franciſca orationi vacans divinitus novit uoum aliquem Sacerdotem verſari in extrema vitæ lucta, moxque ad expirantis currit auxilium, nec ab eo recedit donec animam exhalaverit.

CAPUT V.

Pietate pergit Romæ clareſcere, tandemque in patriam revertitur.

SANCTO Philippo Nerio noxas aperuit Confeſſioois ſacramento, qui primo aditu illam parum humaniter accepit, ad virtutis probationem. Compertâ autem Franciſcæ verâ humilitate, illam accerſivit, ut de rebus vitæ interioris ſimul longiuſque colloquerentur; famula Dei ſuavem hauriens iode conſolationem, alliciebatur ad renovanda ſæpe tam auguſta colloquia.

Romanam urbem luſtrans, pietatis ergo domum Sororis Antoniæ Tertij Ordinis Franciſcaoi alumnæ auſpicarò ingreſſa eſt. Quamvis ambæ ſibi invicem incognitæ eſſent, exclamante tamen Franciſca: *Hæc eſt habitatio Sororis Antoniæ*; Antonia viciſſim moxque reſpondit: *Loquitur Franciſca Serronenſis*. Antonia quidem infirma erat atque ægra valetudine; amiſerat etiam corporis oculos, multum autem valebat mentis perſpicuitate. Piâ firmatâ conſuetudine ſenſim & ſimul tum diſſeruerunt de myſteriis vitæ eminentioris, tum mutuas & frequentes ſibi ſcribebant epiſtolas, quas interdum plures fide digni reſtes credunt ab Angelis perlatas fuiſſe.

Fraociſca denique pedes ſummi Pontificis Gregorij XIII. deoſculata eſt, qui peregrinis inſignem exhibebat & omoino paternam benignitarem; unà deinde cum avunculo in patriam revertitur, probis operibus novam ſemper dans operam Singulari cultu proſequitur corpus ſancti Severini Epiſcopi, claram tunc famam conciliantis urbi ſuo nomine ornatæ, mirandos ob eventus quos à Deo impetrabat ſuâ interceſſione.

Contendens præterea in culmen perfectionis Chriſtianæ mores Tertiæ Coogregationis Franciſcanæ Sororum in civitate San-ſeverina degentium impenſius conſideravit: Illarum commoratio, licet apud parentes, ſolitaria, & ab omni humano commercio remota, percellit noſtram Franciſcam, quæ oppidò probans plenam earum ſubmiſſionem Patrum Franciſcanorum regimini, ac facultatibus deſtituta ad Clauſtri iogreſſum neceſſariis, poſtulat enixe inter Sorores admitti ſæculares: illius votis ſatisfuit factum univerſo applauſu 12. Februarij anno 1579. ac ætatis 17.

A Exiſtimabant jure merito Tertiariæ ſolâ ipſâ receptione Pœnitentium Franciſcanorum familiam inſigniter floreſcere. Veſtimenta è panno craſſiori, & ſuppellex omnis ad uſum conditionis ejuſmodi fuerunt illi abunde ſuppeditata ob Dei amorem manu beneficâ & liberali.

Sibi jam tunc Patrem Seraphicum propoſuit velut omnium virtutum ſpecimen, cupienſque vehementer uſque ad lacrymas uberes, ſacra quædam iſtius lipſana poſſidere, petitionis effectum obtinuit. Hyemis enim tempore, ſub veſperam humi decumbenti ante domus oſtium, terrâ nive obſitâ, Religioſus
B Franciſcanus ſe viſum exhibens, illi funiculum præbuit, oſtendenſque vulnus manus dextræ, innuebat ipſum ſe eſſe Patrem Seraphicum. Incipiente Franciſca gratias agere, evanuit ſanctus vir ſua relinquens veſtigia in nive, cum vulnerum ſuorum notis evidentibus.

Antimiæ ab uxore ſororis fratri gerendum dedit funiculum, qui ſine mora Ordini Capucinorum nomen dedit. Rediit itaque ad Franciſcam, quæ præ humilitatis intimo ſenſu, ſe æſtimans tam pretioſo indignam theſauro, illum obtulit Patri Fantozzio Societatis Jeſu, Lauretana in urbe commoranti, aſſervandum ibi majori veneratione: Fantozzius verò in diverſa fruſta diviſit, ut ſancti Franciſci cul-
C toribus ſatisfaceret.

Antonius intereà frater noſtræ Franciſcæ, à quo tam acriter fuerat divexata, in morbum incidit: Advolat confeſtim ad lectum ægroti eximia ſoror, quæcumque adminiſtrans commoda & fructuoſa, tum corpori, tum animæ: Deo quoque immolavit omnia prorſus merita, quæ ſive agendo, ſive patieodo comparaverat, ut culpas Antonio condonaret: Optimè vertit Antonio cura hæc Chriſtiana, cum moriens in ſelecto flore juventutis, anno 1581. cuncta indicia pij ſanctique finis præſtiterit.

Continuâ fame conficiebatur Franciſca, quæ cum eſſet ſanguioeo corporis habitu ca-
D lore æſtuabat interno, poſt longam inediam, quam ferè ab iocunabulis toleraverat, cibariis deficientibus. Infirmitas hæc valde moleſta reddebat illam minus idoneam aliquaodo meditationi, & exercitiis ſpiritualibus. Ad Mariam igitur ſupplex accedit, ardenter poſtulans curationem hujuſce morbi, ne ſanctitatis acquiſitioni officeret.

Optatum conſecuta eſt, beatâ Virgine humanâ ſpecie ſeſe videndam præbente illi, atque offerente vas liquore lacteo plenum, nec non aſſerente ſanaram penitus iri, modo hac uteretur potione. Maria è conſpectu evolans, reliquit ad perpetuam tanti miraculi memoriam inter manus Fraociſcæ pateram, quæ ad hunc uſque diem in Monaſterio Religioſarum

ſancti Spiritus Cingoliano conſervatur.

Cœleſti hoc medicamine roborata tam longæ & frequentis inediæ erat, ut illam periclitatione tentandam, ſeu explorandam judicaverint ſapientes, qui experimento didicerunt Franciſcam jejunam per totam ferè Quadrageſimam fuiſſe, nullaque eſculenta ſumpſiſſe, niſi alternis diebus paululum juſculi, in quo decocta fuerant legumina, cum modico ſaccharo. Hac probatione peractâ diverſis in manſionibus, ſanctâque vivendi ratione omnibus comperrâ, virtutes Franciſcæ famâ atque ſermone omnium prædicabantur.

Viſitando Eccleſias tranſibat ſæpenumero per locum in quo videbatur Imago Dei Genitricis, vulgo nominatæ *Beatæ Mariæ de luminibus*, quia per aërem ibi multæ faces coruſcarant: Declaravit hujuſmodi locum celebrandum fore ob miracula, æterno decreto, atque Monaſterium ſub titulo *beatæ Mariæ de luminibus* ibi conſtructum iri. Succedentibus annis prædictio ſuum ſortita eſt effectum, Collegiumque à Patribus Barnabitis ibidem inſtitutum fuit.

Franciſca ſuis in hoc templo precibus converſionem Sacerdotis cujuſdam ſingularis ac perditæ nequitiæ, imperravit, qui, dum vix Dei famula orationem finierit: *Chariſſimi adſtantes*, inquit, *orate pro me, qui olim eram petulantis, ac manifeſtæ improbitatis homo.*

Gregorio XIII. ſummo Pontifice vitâ functo, interrogata Franciſca, quiſnam in ſummum eveheretur Pontificatum; Cardinalem Montaltum mortui loco ſufficiendum aſſeveravit: ſicque factum eſt. Multis prænunciavit futura; mortem videlicet multis peccatoribus pervicacibus & induratis, niſi ab iniquitate recederent: plures adoleſcentes Sacerdotio initiandos; diverſas puellas nomen daturas Religioni.

Vidit aliquando ſupra humeros hominis cujuſdam in probroſis facinoribus aſſidui ſtantem Dæmonem. Novit divinitus aliquem unum Sacerdotem nunquam ſacrum facere, niſi ſperaret ipſe futurum ſuo eſſe commodo & emolumento. Paſtorem inhibuit propè accedentem ad altare, monuitque victimam divinam non immolare, niſi poſt ſacramentum pœnitentiæ, ut noxam mortiferam, qua conſpurcabatur, expiaret.

Plures eripuit liberos recentes natos à morte corporis & animæ, quos matres obſcænas voluptates erubeſcentes volebant terræ mandare, abſque Baptiſmo. Huicce pio negotio curam adhibebat impenſam & ſingulare ſtudium, illas quærens execrandas genitrices, & a communi naturæ ſenſu prorſus alienas; per campos, denſa inter arundineta, vel propè vepres & dumos, aut denique foveas intra valde

A profundas. Numerantur quinquaginta puſiones, quibus ſuccurrit, lacque ſuppeditavit miraculo formatum in ſuis uberibus, donec nutrices reperiret.

Tradunt veteres digni fide, Angelos detuliſſe aliquando epiſtolas à Franciſca miſſas ad Sororem Antoniam, Chriſtiernam Lotharingam Florentiæ Duciſſam. Ab Angelis quoque plures, quos volebat alloqui accerſebantur, & confeſtim apud illam ſiſtebant. Se applicando aſſiduè charitatis operibus, tem familiarem & domeſticam abjiciebat; cui ſpiritus Angelici omnino proſpiciebant. Duos petiit pullos columbarum à pia quadam Domina, ad reſtituendam & tuendam valetudinem Patris Capucini ægrotantis. Unico interim
B in columbario reperto, alter advolavit cœlitus inter manus Franciſcæ. Eſcas interdum apparabat ad uſum pauperum deſtinatas, quibus Angelorum miniſterio tribuebantur.

Iter faciens, cœli ſtatu procelloſo atque imbrifero, uberiorique ſe nive profundente, obtinuit tamen ne vel ipſa vel cæteræ comites tantiſper madeſierent. Sola remanebat interdum abſque madore, licet ſociæ pluviâ perfuſæ eſſent. Torrentes repagula convellentes & quæque disjicientes obvia, trajecit ita feliciter, ut non adverterit an ibidem eſſet aqua.

Illius interceſſione ſuſpenſus fuit imber, ne tranſeuntes inundaret antequam domum in-
C grederentur. Multoties oleum nullam paſſum eſt diminutionem totas per noctes Angelico interventu, ut Franciſca commodius perſeveraret ſeu in lectione, ſeu in aliis occupationibus piis.

CAPUT VI.

Virtutum claritate fit eminenter conſpicua, humilitate præſertim, & charitate, ac meditationis exercitio.

COARCTATO ſupra modum gutture, ob
D jejunia ferè continua, & ciborum parcitatem, volens Franciſca liquores deglutire, acerrimos ſentiebat dolores: decreto igitur Medicorum, & juſſu Confeſſarij, ſumere cogitur eſcas ordinarias. Humiliter obtemperans, quamvis conetur vomitiones cohibere, omnibus tamen cibariis exquiſitioribus, quæ illi offerebantur, nauſeam cientibus, illa protinus regerit. Dolet potiſſimum quod moderatori ſuæ conſcientiæ nequeat obſequi; quodque famâ commendetur, velut ſupra captum vivens humanum. Confugit itaque ad ſacratam Virginem, cujus interventione ſanata eſt illicò, cœpitque publicè manducare, ut ho-

mines non amplius illius nimiam abſtinentiam celebrantes, è contrario illam inurbanam ſeu tuſticam, vel potius votacem exiſtimarent.

Se feſtive gaudens vituperari, mœrebat plurimùm probari ſe videns aut laudari. Cenſebat diem perditum, advertens ſub veſperam nullo fuiſſe affectam vituperio: ſe exponebat aliquando oculis omnium abſque calantica, ſui capitis integumento, atque raſo capillo; aliàs ebrietatem aſſimulabat: A Patribus Religioſis viſitata, illis obviam cucurrit penitus fuliginoſa, eo quod camini ſpiraculum ſcopa mundarat.

In urbe, quam vocant communitet *Macerata*, inſana & mente capta creditur, quia fatuitates & ineptias conſultò pronunciaverat. Deinde fit parvulorum ludibrium, qui lapidibus illam tanquam fatuam appetebant: cuidam Franciſcæ ſimulatæ virtutis fucatam oſtentationem exprobranti reſpondit: *Me verè cognoſcis.* Non ſolùm humilitatis leges probè callebat & exequebatur, ſed illis etiam alios imbuebat. Dæmon pater ſuperbiæ ob id Franciſcam ferociter inſectabatur obſcurans quãtum poterat nominis ejus claritatem, ne ad imitationem humilitatis Chriſtianos alliceret.

Quam eximiâ charitate polleret neqnit exprimi: colloquiis ſpiritualibus nitebatur ad morum emendationem provocare quoſcumque, licet balbutiendo, inanis gloriæ vitandæ causâ: factis etiam & exemplis inducebat eos ad pœnitentiam, nullo modo tam ſalutare exercitium intermittendum arbitrata, licet extremo vitæ periculo. Ad civem Serronenſem, qui ſorore mann ſuâ interemptâ, in abditam ſilvam ſe contulerat, cibos deferebat, ne deſperatione adactus homicidia nova perpetraret, alienaque ſubriperet bona. Franciſca tandem fugitivum hunc & ſceleratum hominem in meliorem compellens frugem, cauſa fuit cur magno pietatis ſenſu ſupremum obierir diem.

Ex deliberato pernoctavit cum muliercula, quæ ſui corporis faciebat copiam cuilibet, ut illam ad Dei cultum à vitæ pravitate cooverteret, ſicut fauſtè contigit. Trium annorum ſpatio Jeſum precata eſt pro alia, quæ præ inſana verecundia fœtidum peccatum non audebat Confeſſario detegere. Noctu ſecundum quietem exiſtimabat ſe precipitem agi in damnatorum æternum carcerem, niſi Franciſca ſuppetias attuliſſet. Summo igitur mane illam adit, ejuſque conſilio noxas omnes Sacerdoti plane aperuit. Virum matrimonio conſtrictum ſuis precibus adduxit ad pellicis expulſionem. Obvium habuit alium concubinarium per iter, quem validis monirionibus omnino avocavit ab aſſidui & domeſtici flagitij ſcorto.

Permittens adoleſcentulæ paululùm in ſuo
A gremio quieſcere, illam ad iniquitatis odium, & virtutis amorem efficaciter pellexit: meretrix deinceps rigidam adeò amplexa eſt pœnitentiam, ut tantum opus fuerit zelum moderari. Ægrotans aliquis graviſſimè, afficiebatur deſperatione à Dæmone, qui deſperatum ceſſavit exagitare, quam primùm æger obremperans conſilio Franciſcæ tecitavit cum adſtantibus ſacratæ Virginis Litanias, pio denique ſanctoque fine vitam terminavir. Mira operabatur in mentibus tum ſolo aſpectu, tum ſeſſione contiguâ: aliàs etiam ſe abſcondendo induratam convertit ad Deum pallacam, minime omnino formidans minas Amaſij, qui in illam ſtolido amore ferebatur. Tan-
B toperè commovebatur miſeriis alienis, ut ab ipſo neceſſario ſibi temperaret ad ſolatium alterius. Multoties ſua diviſir veſtimenta egenis, atque exemit calceos, ac pauperibus tradidit. Nil unquam recipiebat, quin eodem momento deſtinatum eſſet ad mendicorum levamen.

Pedes & caput miſerrimi cujuſdam & fœdiſſimi hominis lavavit; hujuſmodi fœditatis coſpectu nauſeam ciente, Franciſca impotentes animi motus cupiens domare, colluviones hauſit: plaoe divinitus panem ſuppeditavit ruſticanæ egenniſſimæ, & quinque ejus liberis in extrema inopia verſantibus, licer non petitum.

Anno 1591. pleriſque fame pereuntibus Franciſca noſtra diligenter oſtiatim cogebat
C ſtipem ad aliorum ſuſtenrationem; ſicque pudicitiam plurium feminarum integram ſervavit, quæ laſciviæ cœno immergebantur, pane deficiente. Solerter aderat expiraotibus ob inopiam: uxori fratris ſui viduæ morienti quæcomque commoda & neceſſaria aoimæ perinde ac corpori adminiſtravit. Curam adhibuit peculiarem Mariæ Fratris filiæ educationi, illamque nuptiis maturam marito copulavit. Nullum non movebat lapidem, ut diſſidentes reconciliaret. Exortâ lite infenſiſſimâ in pago ad quartum diſtante milliarium, inſtar alatæ ſagittæ cucurrit generosè inter litigantes ferro & igne armatos, quorum diſſidia confeſtim pacavit. Similem in concordiam adduxit ſocerum ſimul ac generum,
D qui ſe invicem odio capitali inſectabantur.

Novit cœlitus Sacerdotem plagis cruentis fuiſſe affectum, ad quem citò convolar, opem datura tam auſpicatò, ut veniâ occiſori impertitâ, è vivis exceſſerir. Pluries ſanavit vulneratos & ægrotantes, quorum ſalus erat conclamata. Oſſeæ Crucis imaginis penitus confractæ partes concinnè redintegravit, & priſtinum revocavir in ſtatum.

Meditationis rerum cœleſtium amplius in dies perita, evehitur tandem ad ſubliminres Theologiæ myſticæ gradus. Ternas rantum horas quolibet die vitæ neceſſitatibus applicabat, reliquas nempe viginti uram, con-

templationi, quam ſuum vocabat ſolidum pabulum, abſtinens ſe libenter ab omni alio cibo. Orationi mentali ut plurimùm dabat operam iter faciens, officioſos amicorum excipiens aditus; de rebus, quæ occurrebant, diſſerens; inter hæc ſæpius ſopitis ſenſibus tota rapiebatur in divina; manebat runc longius immota, quamvis vehementer agitaretur: revocata verò ad ſeipſam, favores eximios, quibus erat cumulata, enarrabat, nullâ habitâ ratione ad exploratores. Ad ſublime iſtud exercitium omnes provocabat, præſertim Religioſos, arque cæteris exponebat immenſitatem gloriæ, quam Deus ab æterno juſtis præparat.

A

Deum comprecata eſt ſemel unà cum ſocia, quæ utebatur horologio notante horas fluxu partium arenæ: finitâ precatione. *Ita ne*, ait, *Franciſca? nimium parce Deo ſervimus*, numerando ſcilicet, & ipſum tempus ſupputando. Aderat ad amuſſim pie celebrati, quam vulgò nominant *Quadraginta horas*, ubi Sacerdos, ſumpto in manûs Euchariſtiæ Sacramento, benedicit populo; nec ab Eccleſia recedebat quin omnino eſſet peracta ſolennitas: ſicque ſe gerebat tota nocte diei Veneris, recolendæ Chriſti Paſſioni ſacri, quo interdum tempore in aërem videbatur elata, vel miro ſplendore circumfuſa. Sacerdos extremum edens ſpiritum *Franciſcæ* interventu integram recuperat ſanitatem.

B

Ejus precibus miranda à Deo impetravit Villaticus, in quem, auctoribus judicibus, decretum erat: abs apparitoribus perquiſitus, non dignoſcitur. Subvenit plane *Franciſca* mulieri ex puerperio decumbenti. Aliquis gravi morbo laborans, ferri candentis acutum non ſentit dolorem, nec puella violentos ictus quibus impetitur, in præcipitium cadens quidam nil funeſtum patitur, imo ſalvus & incolumis evadit. Rabies luporum regionem infeſtantium deinceps nemini nocet. Hæc ſunt Franciſcæ noſtræ miracula.

C

Ad Chriſti crucifixi Paſſionem ſuas omnes cogitationes dirigebat, injuriaſque ejus dolebat pro capite ſuo, æquè ac æſtimabat, & dolere & ulciſci Chriſtum divinam Patris Æterni offenſionem. Unde ſæpius deliquio concidebat, atque inde oriri creditur vulnus, quod ſuo ſinu gerebat, continuo manans ſanguine. A Confeſſario itaque jubetur ſuam attentionem conferre ad myſteria quæ gaudium creant: Reverâ tunc noctu diuque lætitiâ exultabat aures auditorum ſuaviſſimo cantu permulcens. Erumpebant ex ea radij coruſcantes, binæque Moniales urbis Cingolinæ illam conſpexerunt in aëra elevatam, & mirabili circumdatam luce. Antonius Nicolo ejus domum propter imminens lumen ab aliis diſtinxit: Inferni cuniculos diſſlabar mirâ perſpicacitate, & Dæmonis diſſipabat præſtigias, aliquem unum divinantem per evocatos manes ad pœnitentiam compellens, pluresque alios, qui Sathanam conſulebant.

D

CAPUT VII.

Corporis afflictationes, & obitus, ac Miracula.

MEDITATIONI jungebat indiviſim ſenſuum acerbas vexationes; jejunia videlicet, dira flagra, cilicia; ferrea cingula, vigilias, humi cubitus. Singulis ferè diebus jejuna vitam exegit, Dominicis exceptis. Semel quolibet die levem & tenuem cibum ſumebat, paucas videlicet herbas, modicaque legumina: quolibet die durante triennio quadrantario pane & aquâ ſolùm veſcebatur; per alterum triennium omni pane ſe privans, piſis & fabis maceratis utebatur, vel ficibus arefactis: videbatur tamen facie florens & pergrata: funiculis acuminibus ferreis, ſtellatiſque calcaribus æreis inſtructis ſeipſam ſtrictè circumcingebat. Quater hebdomadâ quâlibet, per horæ ſpatium flagris corpus caſtigabat uſque ad copioſam ſanguinis effuſionem. Prorogavit ſemel hancce corporis afflictationem ternas per horas, quia paulò anteà miris exornata fuerat laudibus. Aliàs iſtud exercitium tam acerbum continuavit ardenter, donec choreæ, quæ apud vicinos celebrabantur, finem haberent. Horrens ſetis gerebat induſium, ita amplum, ut integræ veſtis locum teneret; ſeipſam reſticulis aculeatis vinciebat, quæ zonam componebant digitali latitudine, carnemque effringebant, unde vulnera & putredo oriebantur. Humi decumbebat, vel ligneam ſuper tabulam, adhibens petram pro cervicali. Carduos ſemper & urticas, velut flores selectos, manibus verſabat.

Anno tandem 1601. Franciſcam Deus ad æternum evocavit præmium, poſtquam ipſa ſuam præſignificaverit mortem cum omnibus temporis ſeu loci adjunctis. Exeunte menſe Martio, in pagum, quem communiter nominant Itali *Serripola*, duobus miliariis Serrone diſtantem ſe contulit, apud cognatum commoratura, iterque faciens aſſeveravit nunquam ſe in patrios reverſuram lares: fluvium trajiciens ſuos abluit pedes, declaravitque lavacrum iſtud præparationem eſſe ad Extremæ unctionis Sacramentum.

Ineunte menſe Aprili lecto ſe tradidit, febri laborans mortiferâ: Eodem tempore Petrum Achilleum Paſtorem ſuum accerſivit, qui primò excepit ejus confeſſionem, deinde illam ſacræ Euchariſtiæ viatico munivit: poſt ſexto ejuſdem menſis die modicam valde ſupellectilem partita eſt, in hæredem legitimam

aſſumens Matiam fratris filiam: plura pia legata ordinavit minoris utique pretij, ſed magni ponderis, cum è generoſa mente prodirent. Volentem Petrum Paſtorem exire impenſius rogavit ut cras ſummo mane revertatur, ſecum ferens ſacrum oleum: Audiens iſte duabus horis ante Solis ortum aliquem inclamantem, arbitratus eſt ſe advocari ab Angelo Franciſcæ cuſtode.

In viam confeſtim ſe dans, pluviâ ſubitò cadente, iter ſuum paulìſper remoratus eſt, quamvis intus ac fortiter inſtigatus eſſet ad promptè ſubveniendum Franciſcæ noſtræ, quæ illum flagranter expetebat. Quam primùm acceſſit ad moribundam, inunxit illam ſacro ad ultimam luctam oleo, tum recitavit preces ordinarias commendationis animæ, pronuncians hæc verba: *In manus tuas domine commendo ſpiritum meum* Pſ. 30. comitem habuit Franciſcam, quæ illa repetens, & ſupra pectus brachia decuſſatim implicans è vita migravit 7. Aprilis, Sabbatho ante Dominicam Paſſionis, ætatis ſuæ quadraginta tribus annis, menſibus octo, diebus quatuordecim, coram ſeptemdecim adſtantibus, qui nullo modo adverterunt illius tranſitum.

Vix è vivis exceſſerat, cum omnes prorsùs Sæculares & Regulares convenerunt ad ejus exequias cohoneſtandas: fuitque ſolenniter tranſvecta in Eccleſiam Deiparæ *de luminibus* dictam, ubi funus auguſtâ pompâ celebratur præſente Epiſcopo San ſeverino, atque funebris habetur Oratio: denique terræ mandatur coram ſancta Imagine, cui ſolertem adeo cultum vivens exhibuerat, ſicut teſtamenti tabulis exoptarat.

Miraculis inſigniter claruit deinceps. Ioanna Monti ejus implorans interceſſionem dum in Eccleſiam efferebatur, ſepulturæ causâ, patris calculoſi deſperati ſanitatem obtinuit. Thomaſia quædam San-ſeverina extremos patiens dolores ob tumorem inflammatum, corpus venerandum proximè ſequebatur, donec tangens illud priſtinam ſalutem recuperaverit: eamdem exercuit Franciſca curam boni afflictorum promovendi poſt mortem, quam ante obitum oſtenderat.

Apparuit noctu Europæ *Tinti* immodicè tumefactæ, illique præcepit ad lipſana accedere, quo peracto ſtatim ex omni ægrotatione convaluit: elapſis pluribus annis poſt parentalia, lapide quodam tumuli in terram altè depreſſo, mirificus odor adſtantes quoſcumque perfudit, & ſequenti nocte Franciſca ſe viſam exhibuit Orpianæ intimæ ſuæ, jubens pulveris tantillum colligere ubi monumentum deſidebat, quo ſupra caput poſito protinus nullum unquam ſentiret dolorem. Pollicita tandem ad deſtinatum horæ momentum effecta ſunt.

Sartoris nomine *Angelino*, in os ſufflans, cui per ſomnum obverſabatur, dentium acerrimos dolores penitus ſanavit. Adoleſcentulam ambiguo animo vacillantem, an in clauſtrum ſe reciperet, allocuta eſt citra viſum, & conceptis verbis ad executionem compulit, dicens: *Perge audacter.* Convictrix ibi multis annis, fluctuabat adhuc, nec ad ſumendum regularem habitum decernebat. Denuò igitur illam urget ad Dei implendum decretum: *Pone*, inquit, *citò Religioſi Inſtituti tirocinium.*

Altera (quam vocant *Menicam*) oſculum figens Chriſti crucifixi Imagini, quam geſtaverat Franciſca, paralyſis curationem omnigenam recepit, licet mediæ corporis partis eſſet impos. Plurimos alios ſuis apparitionibus avocavit à moleſtia quacumque, illorum ægritudini afferens medicinam, jubenſque ſcriptis mandare miracula, atque deferre in Eccleſiam beatæ Mariæ *de luminibus*.

Favores, quos Deus conceſſit iis omnibus qui Franciſcam Serronenſem ſingulari honore proſecuti ſunt, omnem excedunt numerum; quæve hac in re ſingulariter contigerunt ſi quis enucleatè recenſere vellet, faſtidium crearet lectoribus, quos præſtat ad ejus hiſtoriam majori amplitudine exaratam, editamque in publicum à Patre Joanne Baptiſta Cancelloti Societatis Jeſu, remittere: Attamen quædam etiamnum hîc breviter ſubjungam.

Angela nomine Fantina utebatur ad rebelliones corporis coercendas, cingulo ferreo, quo Franciſca ſe conſtringebat. Pia hæc Diſcipula nimis premendo in carnem alte ferrum demiſerat, unde graviter afficiebatur. Opem itaque beatæ Magiſtræ imploravit, quæ laborantem medio in ſomno penitus liberavit.

Franciſcus *d'Orpiana* gangrenâ tabefactus in pede, eâdem auxiliari manu in priſtinum valetudinis ſtatum reſtituitur, uſumque facilem unius digiti recuperavit, quem illi violenta ſectura prorſus ademerat. Emilia de *Moleo* à ſeptem annis fiſtuloſum ulcus ferens, cujus ſalus videbatur deſperanda, omnino conſanuit. Margarita Serantonio, & Magdalena Tucci depoſitæ à Medicis, non procul abeunt à vitæ periculo, interveniente nihilominus Franciſcâ noſtrâ plane convaluerunt. Plures infantuli, binæ Religioſæ è diverſis evaſerunt morbis. Dominicus *de Fontecupa* prolapſione graviſſimâ vulneratus priſtinis viribus redditus eſt.

Plures imaginem *Franciſcæ* ſuis apponentes vulneribus fiebant omnimodè ſani. Hanc Domitia *de Dominico* applicans dextero brachio, quod fortuitò ſibi comminuerat, illicò ſanata eſt. Pulvis tumuli, veſtes, nec non ejus parera, ſuo tactu multa patrarunt miracula Ambo pueruli matris in utero vitâ

orbati antequam naſcerentur, *Franciſca* interventu, in lucem revocati ſunt.

Brevitas annorum *Franciſca* tam præclaris decorata virtutibus & miraculis nos obſtringit ut tantiſper animo teprehendamus, atque reputemus quæ ſumus prolocuti curſim, & illa quaſi obiter perſtringendo. Mirum ſane, quomodo tam brevi tempore, tot inter adverſa, Chriſtianæ ſtudium ſanctitatis percurrerit uſque ad perfectionis Evangelicæ culmen, irritis omnibus impedimentis, quæ licet charitatis lumen non extinguant in iis qui Dei amorem cunctis rebus præponunt, tamen curſum quodammodo charitatis retardant, eamque creſcere atque augeri non facile ſinunt.

Implicant enim animos hominum curis multis atque peccatis, quibus ſi minus deletur charitas, illius tamen & lumen offuſcatur, & ardor remittitur: Deinde obeſt iſti charitatis incremento atque perfectioni, vetus qui dicitur homo, concupiſcentiæque mala libido nobis naturâ inſerta, quæ licet opprimatur ab ipſa charitate in animabus juſtis, manet in illis tamen, bellumque ſæpe contra charitatem movet. Itaque pugnant inter ſeſe, & charitati concupiſcentia reſiſtit, eamque charitas tandem, ſi ab ipſa nos duci permittimus, ſtudioſè agendo ſeoſim, atque paulatim delet & extinguit; quod cum effecit, tum ipſa dicitur, & eſt verè perfecta.

Extinguit cum dico, non id intelligo, poſſe alicujus ſtudio in hac vita omnes malæ libidinis vires & cupiditates penitus & omnino deleri. Id enim, ſi cui unquam contigit (nam contigiſſe Dei Genitrici dubitandum non eſt) ſed ſi cui alio contigit, magno privilegio contigit gratiæ & munificentiæ divinæ.

Ex dictis poteſt colligi *Franciſcam* noſtram ad hocce culmen ſanctitatis perveniſſe, ut cupiditatibus magnâ jam ex parte non victis, modò ſed etiam propè extinctis, cum Deo verè, amicè, & familiariter agendi facultatem haberet: Deus itidem intrabat perfectè ad ipſius animum, & ibi omnino requieſcebat, unde frequentes Chriſti & Deiparæ apparitiones, certa futurorum prædicta, cordium manifeſtationes arcanorum: Pauca dixit, at ſublimia; plurima fecit, at ſancta atque egregia; duriſſima paſſa eſt, at perſeveranter & cum ardore, ob amorem Chriſti. Proſit nobis ejus exemplum ad majorem Dei gloriam, noſtramque ſanctificationem.

Mirabilis hujuſmodi vita *Franciſcæ de Serrone* ſcripta eſt ampliſſimo ſtylo à Patre Joanne Baptiſta Cancelloti, olim ſummo Pontifici Alexandro VII. à Confeſſionibus, cui illam dicavit, fuitque typis excuſa apud Vareſum anno 1615. inde pater ſingularem mereri attentionem, & ſpeciale ſtudium. Vulgatur nunc ejus compendium in Italia, præſertim Romæ, Italico idiomate, quod licet paucis exaratum verbis, nil prætermiſit rerum omnium fuſiori volumine jam relatarum. Auctor illius eſt Pater Jeremias Fuzzi vir utique ſpectatiſſimus inter noſtrates Tertiarios Italos, & Deffinitor Generalis meritiſſimus.

VITA
BEATÆ CLARÆ BUGNIÆ,
VIRGINIS TERTIARIÆ.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas, ingreſſus in Tertium Ordinem Franciſcanum, in eoque miranda geſtio.

Naſcitur anno 1471. ipſo ſancti Franciſci Aſſiſiatis die natali. Pater Antonius nominatur: Blancæ ſive Candidæ in Baptiſmo nomen accepit, & genitricem in ipſo ortu perdidit. Ab infantiæ exordiis timuit Deum, illique omnibus placere modis conata eſt. Per totum Adventum, totamque Quadrageſimam, omnium pridie feſtorum jejunabat, unâ refectione contenta, ſibi quemcumque cibatum ad veſperam ſubtrahens. Ætate pauliſper creſcente, ſplendidas veſtes more coævarum cœpit ambire; pios tamen legens libros, audienſque concionatorem in veſtimentorum pompam fortiter objurgantem, deinceps humiliter veſtita, vultu modeſto, demiſſis oculis, Eccleſias frequens adibat, ſacris aderat, ſapientum præclara conſilia libenter excipiebat, & ſedulò

ſequebatur, meditationi operam dabat.

Fervore divino magis accenſa, dum adoleſceret, innoxiam carnem flagris cæteriſque piis cruciatibus affligebat. Myſteria Chriſti ſacrificij tanto venerabatur affectu, ut ſæpius extra ſe abrepta in altum toto corpore elevaretur è terra. Domum regreſſa, lanam & linum operata conſilio manuum ſuarum, omnibus admirationem commovebat, nitidè & eleganter opificia quæque abſolvens etiam minutiſſima.

Humani generis hoſtis vanas ei tendere inſidias non deſiſtit, ut ab oratione aſſidua deterreat: mures, aliaſque beſtiolas, à quibus illa vehementer abhorrebat, in conſpectum adducebat, utque circuirent efficiebat, & aliquando in eam irruerent. Illa primùm conturbata, fit tandem audacior, ſpernitque omnino inania hæc Inferni terriculamenta. Se contemptum videns Diabolus, & malas artes neglectas, in vindictam exarſit. Claram Bugniam plurimis vulneribus per totum corpus inflictis, totam lividam reddit, quam parentes proinde ad ſancti Chriſtophori de pace, nunc Sanctæ Mariæ ad hortum nuncupatam Eccleſiam deducunt, conſilium & opem imploraturi, venerandi doctique viri Franciſci Mocenigi. Ille ſalutaribus eruditam documentis ad patientiam exhortatur, cum adverſario aſſerens animosè dimicandum, ut amplum reportet præmium.

Pater filiæ Claræ ſublimem conſiderans genium, vitam auſteram, ſolitudinis deſiderium, conſtruxit in domus angulo tuguriolum à tumultu ſemotum, ubi liberè poſſet contemplationi cæteriſque ſanctis exercitationibus ſe applicare: magnos ibi faciens in virtute progreſſus, non tamen planè quieſcit, donec omnino ſacrarum virginum ineat ſocietatem. Parentes in iſtam ſententiam conveniunt, atque perluſtratis pluribus Monaſteriis, eligit Bugnia noſtra ex conſilio præfati Patris Mocenigi, ſuum domicilium inter Sorores xenodochij ſancti Sepulcbri Tertij Ordinis Franciſcani, quæ hoſpitio recipiebant pias ſeminas peregrinationem obeuntes Hieroſolymitanam.

Annum illa tunc agebat decimum-octavum, vultu ſpecioſa, valetudine infirma; ideoque reſtiterunt prædictæ Sorores ejus votis, minus idoneam reputantes illarum miniſterio. Victæ tamen aſſiduis virginis & parentum precibus eam in ſuum admiſerunt conſortium. Per menſes tres in habitu ſæculari probata, & à Præfecta, quod nimis ſibi ſapere videretur, fermè rejecta, Religioſa tandem veſte donatur in æde ſancti Franciſci à vinea, ubi etiam Claræ nomen aſſumpſit, acceptâ prius cœleſti viſione, quâ ad virtutes fidei, ſpei, charitatis, & obedientiæ proſequendas efficaciter excitata eſt.

A Variis diriſque modis illam inſectatur Dæmon, moxque ſe in Angelum lucis convertens fraudibus aggreditur, multa ſub ſpecie boni proponens, quæ ducebant ad interitum. Supremo lumine hos detegens dolos Clara, adverſariorum impetus prorſus diſſipat: Eo uſque ſanctitatis provecta eſt, ut nulla quantumvis gravia ſentiret corporis incommoda, neque internæ facultates circa ſacras operationes ullam ſubirent moleſtiam. A Franciſco Georgio Veneto, illius vitæ Scriptore, qui illius confeſſiones excipiebat, obedientiæ præſcripto conſtricta, faſſa eſt anno 1501. Chriſtum Dominum ſingulari amoris prærogativâ eam ſibi deſponſaſſe, ſuoque annulo ſubarraſſe, & ab illa hora nullam paſſam fuiſſe contradi- B ctionem in divinorum obſervatione mandatorum, ſed ita dominum illius animum in bono confirmaſſe, & cor dilataſſe, ut viam mandatorum cœleſtium cucurrerit alacriter, per omnia ad ſui ſponſi nutum compoſita.

Ingenti poplitis tumore graviter laborans, juſſu Franciſci Mocenigi coronam beatæ Virginis recitavit, runcque utroque poplite flexo, quod prius omnino non poterat, oravit, ſolutoque præſcripto penſo, ſurrexit incolumis. Febri, intimo apoſtemate, & brachio areſacto multùm vexata, contractis inſuper nervis manum habebat clauſam, nigram, & deformem, itaut nulla videretur ſupereſſe ſpes ſalutis, ſic opinante Confeſſario, uſque ad quartam noctis horam precata eſt, pau- C lumque requieſcens plane ſanata eſt. Aliàs magni illapſi cuſpide candelabri duriter vulnerata eſt, eoque eſt cruciata dolore, qui nocte diuque ſomnum & quietem auferebat: monitu amicorum ad Deum confugiens, citò convaleſcit, vulneris ablato quocumque veſtigio.

Illius totâ ferè nocte inſomnes erant oculi; levi trium vel quatuor horarum ſopore contenta, ſuper nudam decumbens tabulam, & ligneum cervical, reliquum temporis nocturni inter divinas laudes, & ſacrarum rerum meditationem diſtribuebat. Ex obedientia, propter capitis langorem molliori utens pulvinario, ſcrupulum aliqualis mollitiei nequit D excutere. Corpuſculum tenellum, jamque prius plurimis macerationibus extenuatum, novâ & crebrâ auſteritate vexat. Cibus erat panis, & aqua exiguæ menſuræ; condimentum, fructus vel herbæ. Si quid ſumebat amplius vel Superiorum præcepto, vel aliorum ſuaſu, ſtatim evomebat. Diebus Veneris jejuna prorſus erat. Summo etenim mane ſacroſancto Eucbariſtiæ Sacramento uſque ad diem Sabbatbi immobilis abſque ullo ſenſu permanebat.

Claram Bugniam inviſit vir clariſſimus Juſtinianus Juſtiniani, atque poſt pium colloquium illam rogat, ut quæ expetit ſignificet.

Urgenti

„ Urgenti Juſtiniano reſpondet iſta : Mittere „ velis pira parva bordearia omnium ocyſſima. Hiems & menſis Januarius nullam tunc ſpem relinquebant hæc fructuum genera reperiendi; attamen Juſtiniano ad forum ſancti Marci per pontem Palearum tranſeunti occurrit juvenculus ciſtellam oſtentans fructus utriuſque. Emptore volente rependere pecuniam poſt pactum de pretio initum, adoleſcentulus evanuit. Enarratis omnibus his in Monaſterio, omnes tum Religioſæ, tum cæteri Deum ardenter laudaverunt, utpote qui voluntatem timentium ſe facit.

Plures conſodales illius extaſes cordis eſſe deliquium arbitrabantur, ob idque acriter eam torquebant, ut ſpiritum reciperet. Antonius Cretenſis pius Minorita, Confeſſionibus Monaſterij excipiendis præpoſitus, Claræ Bugniæ exploratâ virtute, id fieri prohibuit. In cunctis vigiliis feſtivitatum Domini, beatiſſimæ Virginis, & ſanctorum Apoſtolorum, ſopitis ſenſibus abrepta in cœleſtia immobilis erat, per integrum diem uſque ad auroram ſequentem.

CAPUT II.

In Monaſterij Abbatiſſæ electione omnia tulit ſuffragia, variiſque præſtantibus donis decorata eſt.

TANTA gratiâ apud Deum pollebat, ut ſemper exaudiretur, nihilque non impetraret. Anno 1504. in Sororum Antiſtitam inopinatò eligitur, atque publicatur à Franciſco Georgio Præſide, unanimi omnium ſuffragiorum concordiâ: Exanimis fermè cadens in terram perhoram ſubſtitit, à Deo vehementer poſtulans, vel ut tam gravi onere illam levaret, aut onuſtam ſuâ protectione corroboraret. Ex alto confeſtim certa fit de divino auxilio, quo freta comprimeret hoſtis inſidias, qui nec illi, nec filiabus unquam noceret: Certitudinem promiſſi reverà expertæ ſunt, dum viderunt Dæmonem & ſatellites ejus irruere in ipſas volentes, perinde ac catenis vinctos accedere haudquaquam potuiſſe.

Rogans aliquando ſigno ſibi demonſtrari, ſi, quod tunc vehementer cupiebat, Deo placeret, malum aureum in abaco cuſtoditum ſtatim germinavit in virgultum, quod in terram ſubmiſſum amplius excrevit, admirantibus qui aderant, illuſtriſſimis viris Haymone Juſtiniano, Hieronymo Gabrielis ſancti Marci Procuratoribus, ac Franciſco Georgio prænominato. Leonardus Lorodacius Venetorum Princeps ſæpe ſuas & Reipublicæ cauſas Claræ precibus commendavit, quarum ſemper fortunatus fuit exitus.

A Dono prophetiæ præcellebat, qua futura prænunciabat, & deregebat occulta. Franciſco Georgio, antequam interrogaretur Clara declaravit, quod ſummopere ſcire avebat; Imaginem videlicet S. Salvatoris quam tenebat, veram eſſe effigiem ſeu exemplar illius, quæ Romæ ad Sancta ſanctorum aſſervabatur.

Mirabili ſex horarum viſione multa divina percepit myſteria, quæ licet ſæpe interrogata, propalare noluerat: ſed cum vehementer urgeret prædictus Franciſcus. Quid, quæſo, " inquit illa, tibi Româ redeunti reſpondit " Urbini inſigni pietate vir frater Antonius à " Montemilonis, quando eum interrogaſti, " cur homines Deo chari tantopere celant ar- " B cana quæ percipiunt cœleſtia? An non di- " xit: bonum eſſe theſaurum Regis cœleſtis " abſcondere, & non adeo facile hominibus " eſſe prodendum? Hominem, ait, ex vultu " cognoſco, ſæpius cum eo in ſpiritu locuta " ſum, novi eum me ſuarum orationum quo- " tidie facere participem, eaſque pro me mul- " tiplicaſſe, poſtquam tibi placuit me illi com- " mendare. Sorori Conſtantiæ ſibi ſubditæ præmonſtravit multas tribulationes, frequenteſque Dæmonis artes, per quas eam impetere ſtatuerat, quibus illa fortiter reſtiterat, à Magiſtra hac præmonita, & qualiter ſuperandæ erant plane & prudenter edocta.

Annis ſeptem reliquis eo fructu guberna- C tionem Monaſterij tractat, ut omnes Sorores ſuum in dies magis adamarent inſtitutum, Matremque pergratam haberent. Afflictis ſolatium opportunè præbebat: mœrentibus aut pavitantibus auſpicatò aderat, nec illas relinquebat, donec comitate Evangelicâ mentes earum deliniret. Si rei cujuſpiam videret indigas, confeſtim illis ſuppeditabat; prompto erat auxilio laborantibus: pigritantes in bono ſuaviter exhortabatur.

Reliquis exempli facem præferebat, nullum abnuens munus etſi vile, ſæpius in culina, frequenter in triclinio, aliiſque officinis abjectis inſerviens. Subditarum deſideria, quamvis nullo pacto declarata, implebat, modo hos, D modo illos cibatus offerens, juxta uniuſcujuſcumque indigentiam. Paravit aliquando univerſo Religioſarum cœtui placentam, cui deerat pluſquam dimidia pars earum rerum quæ eſſent neceſſariæ ad illam conficiendam. Ambiguo animo vacillanti apparuit S. Franciſcus, & benedicens à Deò fauſtè res omnes diſpoſuit, ut ampla ſuppeteret menſura, eoque condivit ſapore, qui epulum verè cœleſte & ſupra naturam eſſe probaret.

CAPUT III.

Divinis favoribus cumulatur, magnoſque in virtute facit progreſſus.

CÆCILIÆ Venetæ, cujus ægritudo in extrema devenerat, proba velut mater ardentiori ſtudio compatitur, cuncta præſtitit charitatis obſequia, ſed illud maximum, ut pro illius æterna quiete, poſt deceſſum pluribus lacrymis & ſuſpiriis precata fuerit, donec ex alto didiſcerit, in cœleſtem beatitudinem provectam fuiſſe.

Raphaëlam Venetam ejuſdem Conventus Profeſſam, viginti duos annos natam, deſperatâ jam ſalute, conſolabatur, & diſponebat ad mortem: at ægrota ſe mori in juventutis flore non facile aut alacriter ferebat, omniſque ſolaminis ſe monſtrabat expertem. In angulum ſecedens Clara à Deo poſtulavit impensè ut moribunda ultimum obiret diem conſtanter & in Domino. Rediit illicò ad languentem, quæ disertè declaravit, ſolum ſe Dei nutum attendere; neque ſi optio daretur, velle amplius hac in miſeriarum valle permanere. Paucis fuit ſuperſtes diebus, quibus totis rogavit Bugnia, ut abſterſis iniquitatibus Angelicis annumeretur exercitibus. Nono poſt obitum die ſe viſam exhibuit defuncta ſub ſpecie ſplendidiſſimæ ſtellæ, iter cœli arripientem, grateſque egit maximas ſuæ liberatrici.

Soror altera, nomine *Concordia*, gravi morbo affecta, rogavit amicas, ut è regione cubiculi Abbatiſſæ, nullâ editâ voce, at ſilentio collocaretur: per rimulas conſpiciens vidit illam inter duos venuſtos Angelos orantem, à qua dum poſteà benedictionem, & pomum accipit, paulò poſt omnino ſanatur. Rogata ut pro marini Georgij, ſupradicti Franciſci Germani fratris ægrotæ cognatæ vitâ proroganda precaretur, reſpondit humiliter, jam à ſupremo Conditore decretum eſſe, ut ex ergaſtulo corporis eriperetur, nec quidquam amplius ſupereſſe remedij, quod mors brevi adveniens verum eſſe probavit.

Multis viſionibus honorata eſt cœleſtibus, Chriſti, poſteà Mariæ Dei Genitricis è ſacratiſſimis uberibus lac porrigentis, tum Divorum & Angelorum, deinde pulcherrimi infantuli intra ſpecies Euchariſtiæ: Divino huic ferculo recipiendo diligentiſſime ſe præparabat, illoque ſumpto, miras ſuaveſque corporis & cordis patiebatur agitationes, uſque adeo intimâ videbatur liquefieri dulcedine. Dum ſpecies perſiſtebant ſacramentales, jucundo ita odore ſpirabat, ut vicini & adjacentes mirifice recrearentur.

Paſſionis Chriſti meditatio ſummopere Claram commovebat: ſeipſam attente conſiderans lavacro ſanguinis Redemptoris mundatam, ſibique cœli januam apertam hocce divino pretio, flebat amarè, iniquitatum acriter pœnitens, quæ tam acerbo ſupplicio Dei filium unigenitum addixerant. Sæpenumero exclamabat: *Sangais, ſangais Chriſti.* Denique in extaſim raptæ oſtenſa & porrecta fuit Crux criſtallina altitudinis & latitudinis unius palmi, & qui tradidit vir venerandus: Ecce habes, inquit, quem tantopere optabas, „Chriſti ſanguinem in peccatorum tuorum „remiſſionem, & potentiſſimam contra bo- „ſtes tutelam. Præclari hujoſce beneficij gratias agens, illius participem fieri conſodalem ſibi ſumme dilectam percupivit. Monſtratur itaque Crux Beatrici, quæ illius virtute deperditam recuperavit ſalutem.

Clara adhuc amplius animo revolvens Salvatoris pœnas & cruciatus, meruit ſibi vulnus infligi laterale, unde ſæpe & abundanter ſanguis fluebat ſuaviſſimum exhalans odorem, quem uſque modo conſervant linteamina iſto ſanguine intincta. Antonius Corandinus Confeſſarius, & Franciſcus Georgius prænominatus Theologus, teſtantur illud ſe vidiſſe, jubente Superiore, ut per tunicæ ſciſſuram Sacramentum hoc ſingulare duobus bis viris manifeſtaret.

Accepto hoc vulnere decumbebat noſtra Bugnia, & ardenti languebat febri: ſed apparens beata Virgo Maria morbum depulit, & tactâ lateris cicatrice, ut continuò, qui jam ceſſaverat, ſcaturiret ſanguis, effecit. Hujus ſanguinis & ſtigmatis mirandi narrantur effectus, quos alij diffuſius exſcripſerunt.

Ardenter orans iterum pro peccatoribus, perſpexit in ampulla vitrea guttas tres ſanguinis in ſui cubiculi altariolo, de cujus virtute & origine dubitans, cognovit divinitus illius eſſe, qui pretioſo cruore mundum redemit, quod & pluribus conſtitit argumentis, ac mirabiles comprobarunt effectus.

Nam efficacitate & attactu illius ſanguinis, qui etiam mirabiliter excrevit, plures ægrotantes conſanuerunt, tùm intra, tùm extra Monaſterium; inter ſe diſſidentes pacificati ſunt animi; diſſipatæ ſunt fraudes, inſidiæque inimici: ipſa Clara pluries ſanata fuit & vindicata à dæmonum impetu & injuriis.

CAPUT IV.

Chriſto penitus concrufigitur Clara, & moritur ſanctiſſime.

CHRISTUM aliquando in Cruce poſitum diu & ardenter contemplata, mirâ attractione ad Crucem in alto poſitam elevata, Chriſto confixa in eadem Cruce pependit; deinde in locum ſuum reverſa acerbiſſimos ſenſit dolores in manibus, plantis, & latere.

Similes aliàs ſenſit ex viſo & contactu Chriſti clariſſime apparentis vulnere laterali. Ab eo tempore quo beatæ Virginis Mariæ lacte refocillata eſt, rarum & exiguum ſumebat cibum, ſpirituali aliunde ſaginata alimento, & miro ſanguinis ſupra memorati recreata odore.

Ad confirmationem tam auguſti privilegij, Dominicus Cardinalis Grimanus, Ordinis Seraphici Protector, Venetias proficiſcitur, Claram comitantibus Epiſcopo Feltrenſi, aliiſque clariſſimis viris inviſurus, divinum iſtum ſanguinem præ manibus tenet, totius narrationem audit, atque examinat. Diligenter admodum & maturè perficitur examen coram Veneto Patriarcha, quem Antonium nuncupant Surianum: cum illo numerantur Bernardus Zanius Archiepiſcopus Spalatrenſis, Hieronymus Triviſanus, Electus Cremonenſis, Dominicus Epiſcopus Cluſinus, Ludovicus Contarenus Prior Carthuſianorum, qui omnes ſibi magnum nomen fecerunt, tùm doctrinâ, tùm vitæ ſublimioris peritiâ: Antonius prætereà Juſtinianus utriuſque Juris, & Joannes Cornelius ſacræ Theologiæ Doctores, Fr. Antonius Conradinus, qui virginis excipiebat confeſſiones, & Fr. Franciſcus Georgius inſignis Theologus, quem multoties citavimus, omneſque judicarunt rem fuiſſe verè cœleſtem & veneratione digniſſimam.

Attamen non defuerunt tribulationes humanæ. Septimo præfecturæ anno, in plures adhuc annos volentibus illam confirmare Sororibus, Miniſter Provinciæ ſancti Antonij, qui electioni præfuit, ut alteram eligerent Superiorem juſſit. Acceſſit paulò poſt Commiſſarius Viſitator, qui virtutem & patientiam Bugniæ noſtræ probaturus, aut reipsà vivendi normam damnaturus, velut minime ſibi gratam, illam aſperis verbis increpavit, ſingulare vitæ genus & inuſitatum exprobravit, objiciens pariter quietis Monaſticæ perturbationem, ob externorum multitudinem confluentium, populi murmur, hominum judicium vanum & inane.

Optio protinus illi data eſt, vel in receſſu ab omni Sæcularium & Sororum conſortio remoto degendi, vel in alıud Monaſterium transeundi. Hacce vehementer perculſa propoſitione, uſque ad totius corporis tremo-

A rem, conſulendi otium & facultatem petiit: longiorem interim navans meditationi operam, ſæpiuſque reiterans Davidis ſequentia verba: *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me, erue me à circumdantibus me*, Chriſtum intuitus eſt conſolatorem, qui ſuaviter perinde ac fortiter incitavit ad domi permanendum in quocumque angulo, ubi omnino ſolitaria dies reliquos exigeret. Die ſequenti, declarato quod percupiebat, poſt cœleſte conſilium, Viſitator Commiſſarius imperavit pauperculum tuguriolum ab omnium commercio diſtans præparari, ubi cubiculum nacta eſt valde anguſtum, lectuli duntaxat capax, in quo ſuper nudas tabulas, B rudi ligno ad caput ſuppoſito, per biennium ſanctiſſime vixit, & æquè ac primitus omnem reſpuens hominum conſuetudinem; divinis tamen recreabatur revelationibus.

Curſu vitæ mortalis conſummato, ac tempore inſtante reſolutionis, corona juſtitiæ propinqua erat: ægrotare incipiens, capite acriter doluit, cibumque omnem faſtidiebat Clara: Convocatas itaque Sorores ad potiſſimas virtutes, charitatem, patientiam, humilitatem, orationem, conſtantem in Domino fiduciam, mundi contemptum fortiter excitat, quarum regulis ſingularibus in privatis colloquiis illas ſagaciter & ſeorſim erudit: mortem intrepide excipiens, ſacro munita viatico in extaſim rapitur, atque, ſi aliquam C Sororum offenderit, ſibi poſtulans ignoſci, ſancto etiam ad ultimam luctam oleo inaugurari efflagitat.

Triduo perſeverans in agonia, Chriſtum Dominum, beatam Mariam Virginem, & Angelorum multitudinem meruit conſpicere. Deinde valedicens adſtantibus, & Abbatiſſæ petens benedictionem, die decimo ſeptimo Septembris, feſto Stigmatum Patris Seraphici ſanctiſſimam efflavit animam anno Chriſti 1514. Venetiis, diffuſo per cubiculum ſuaviſſimo odore. Viſa ſunt in latere, manibus, & pedibus vulnerum veſtigia, & genibus, pellis camelorum inſtar, obductum velut callum duriſſimum. Sepulta eſt in communi Sororum cœmeterio, uti ipſa rogavit, unde D oſſa ejus miro ſplendore agnita in nobiliorem locum tranſvecta ſunt. Magna illis veneratio exhibetur, cæteriſque ejuſdem Claræ lipſanis, & duris carnis cruciandæ inſtrumentis.

BB. LEO, ET LUCIUS FREITASII Martyres.

FELICITER occurrerunt *Leo* & *Lucius* A inter cæteros Japonios, ineunte præſenti Sæculo, Patribus Richardo à ſancta Anna, Petro Abulenſi, Vincentio à S. Joſepho, Ordinis Minorum Religioſis profeſſis. *Leo* itaque & *Lucius* plurimùm profecerunt verbis & exemplis novorum hujuſmodi Apoſtolorum Japoniæ, qui illos in Tertium Ordinem Franciſcanum intromiſerunt, & comitati ſunt in carcere & martyrio: dum ſimul lento igne abſumpti ſunt anno 1622. die decimo Septembris. Adorandum nomen Jeſu Martyres abſque intermiſſione ferventer repetebant in diro hoc & acerbo tormento. Illorum inter Cœlites relatio Romæ procurabatur anno 1629.

Perfecti viri contemni mallent atque abjici, ſolum Deum honorari cupiunt. Dum vivunt celebritate nominis atteruntur; tolerant tamen honorem non tanquam ſuum, ſed velut Deo relatum, qui laudari vult in Sanctis. Pater Carolus Rapinæus in Annalibus Recollectorum noſtros Martyres Lucium & Leonem Freitaſios laudibus extollit. Pater itidem Arturus in ſuo Martyrologio Franciſcano.

PLURES ALII TERTII NOSTRI ORDINIS Illuſtres Sectatores.

POSTQUAM ſanctus Joannes in Apocalypſi B ſpeciatim recenſuit multitudinem filiorum Iſraël, qui duodecim Tribus componebant, addit ſe vidiſſe aliàs inſuper copias innumeras. Mihi nunc jure merito licet eodem uti ſermone. Numerus omnium utriuſque ſexus qui tertium Ordinem Franciſcanum illuſtrarunt, eò uſque immenſus eſt, ut multis voluminibus præclaris eorum dotibus refertis ac miraculis, quamvis redactis in compendium, ſuperſint nihilominus plures alij, quos ſub communem titulum reducimus, ſolùm ferè proferentes illorum nomina.

Fateor, me non adhæſiſſe omnino Antonij à Sillis Miniſtri Generalis Tertiariorum in Italia, & noſtræ Hiſtoriæ Scriptoris, opinioni, in vita beatæ Angelinæ de Corbara. Diſtinguit duas Angelinas, unam Comitiſſam de Civitella, apud Aprurios, alteram de Corbara Comitiſſam. Juſta quidem huic Auctori debetur veneratio, cui peritia & longa adminiſtratio rerum Monaſticarum amplam conciliarunt famam & ſplendidam inter omnes Religioſorum Antiſtites. Licet ejus ſententia non comprobetur à cæteris Hiſtoricis, quod nihilominus cenſet, magni habetur momenti, neque rejiciendum eſt, quia ex æquo proborum claſſem amplificat.

Conſentio libenter iis qui Gregorium IX. ſummum Pontificem annumerant inter Tertiarios Franciſcanos, propter familiarem & intimam conſuetudinem quam iniit cum Patre Seraphico, & humilem ſubmiſſionem ejus conſiliis. Inde conjecturam ſumo voluiſſe Gregorium fieri Diſcipulum Patris Seraphici, & reipsâ fuiſſe aggregatum inter alumnos Franciſci Aſſiſiatis ſub Tertia Regula. Cardinalis nuncupabatur Hugolinus, antequam Eccleſiæ Capitis dignitatem nactus eſſet: Id omne præſtitit ex alto eruditus, & hortamentis Franciſci incitatus, cujus monitis impensè ſtudebat obſequi. Tertiam verò Regulam à Nicolao IV. confirmatam Franciſcus compoſuit, Gregorio conſulente.

Joannes Sacerdos eximius, quà doctrinâ, quà pietate, ſummi Pontificis Clementis V. Eleemoſynarius, Congregationis Tertiariorum inſigne eſt ornamentum, cujus Romæ conſpicuus erat moderator. Antonius de Sillis maxime illum commendat ſuo in Catalogo, ſicut Elzearius Dombarienſis in Academia ſancta. C De Joanne iſto jam in deſcriptione Romanæ Provinciæ quædam notatu digna declaravi.

Eminentiſſimus Cardinalis Gaſpardus de Borgia è pia noſtra Societate amplam hauriens anſam virtutes amplectendi, contulit illi quoque plurimùm decoris ſuæ ſanctitatis exemplo, & pilei purpurati ſplendore. Beatæ Innocentiæ Ricciæ vita illi dicata fuit, quoniam ad ejus imitationem habitum geſſit, & emiſit profeſſionem humilis Tertiarij Franciſcani.

Gabriel de Tréio in numerum Patrum Purpuratorum adſcitus, ſub titulo ſancti Pancratij, Tertium Ordinem inſigniter illuſtravit.

Zelus ejus evidentet emicat epiſtolâ tertio die Julij conſignata anno 1621. quâ reſpondet Patri Lucæ Wadingho, tam ſublimis Præſulis humilitatem miranti, qui libenter ſe demiſerat ad pauperis Franciſci Aſſiſiaris contubernium, ſeculi ſapientibus ludibrium & ſtultitiam.

Jam in præludio hujuſce operis honorificam arbitror me feciſſe mentionem de præſtantiſſimo Gabriele, ſed obiter & per tranſennam, itaut abſque repetitione importuna, aut faſtidio poſſim illius memoriam ſermone redintegrare, proponendo tantùm literarum concluſionem, quas ad Wadinghum mittit.

Nonne cinericius habitus Franciſci purpureus eſt, quo ornari poſſit, & Cardinalitia dignitas? Verè purpureus quem Chriſti ſignat cruor, & Paſſionis ejus coronavit fides, & quem Chriſti vice, proprio ſanguine è ſacris ſtigmatibus effluente rubefecit Franciſcus, &c. Quid ergo feci? purpuram purpurà contexi, Cardinalitiam Regià: tantum abeſt, quod me humiliaverim, ut merito dubitare poſſim an ſuperbierim. Ipſa verba ſpectatiſſimi hujus Præſulis plurimùm valent, cum ad ei magnam nominis exiſtimationem conciliandam, tum ad propagandam Tertij Ordinis Franciſcani gloriam.

Videre eſt hanece epiſtolam in Tertiariorum Chronico à Patre Franciſco Bordono, olim Miniſtro Generali noſtræ Congregationis Italicè exaratam: opera docta & ampla poſtremâ ætate ab illo in lucem edita, de ejus capacitate & peritiâ luculentum perhibent teſtimonium.

Fama univerſa inter cœlites annumerat virum inter pios & ferventes nominatiſſimum, Abbatem videlicet Ollerium, qui nomen Tertio noſtro Ordini lubens dedit: vitæ ejus ſanctitas, necnon Clero deſtinatæ adoleſcentiæ ſeminariorum inſtitutio, quorum fructus latè per totam Galliam effunduntur; poritas tandem doctrinæ contra novas opiniones, quibus plurimorum mentes infectæ ſunt; hæc utique tria capita adeò præclara reddunt illum poſteris maxime ſpectabilem.

Bernerius Louvinienſis, ſeu *Cadomenſis*, ſatis emicat proprio ſuarum virtutum ſplendore, abſque opera mei calami, ad memoriam ejus

A celebrandam. Liber poſthumus in lucem editus, ſub titulo interioris Chriſtiani, universâ lectorum approbatione, ſcintilla quædam exiſtimatur divini amoris ignis, quo ejus cor flagrabat. Nec plenum dilectionis cœleſtis incendium, quo æſtuabat, nec eminentes illuſtrationes, quibus præter uſitatum irradiabat ordinem, potuerunt typis excudi. Sicut aſſecla fuit vel etiam dilectus filius Patris Seraphici, habitu & profeſſione, pariter ac executione; ita ſingulari benevolentiâ proſecutus eſt Franciſcanos ſectatores, qui illum quoque ſummâ obſervantiâ colunt.

Alberta, Barbara, Ernecurienſis, fortis iſta mulier & generoſa magnam ſibi comparavit laudem inter bellatores eximios noſtri ævi, dum debellabat fugabatque prædones, qui B in fines Gallicos excurrebant, populabundi magis quam juſto more belli. Notandum verò quod rerum bellicarum peritia, nec animi fortitudo, piorum approbationem conſequerentur, niſi diligenter incubuiſſet ſtudio charitatis erga pauperes, pietatis Chriſtianæ, & ſolidiorum virtutum: quod patet evidenter in amplexu Tertiæ Regulæ Franciſcanæ, illiuſque ſolerti obſervatione, uſque ad mortem. Præclara ejus & præcipua facta in lucem edidi, tomu peculiari & ſatis amplo.

Dominus Carolus *Bouvetus*, Eques Torquatus ſancti Stephani, in Tuſcia, Romemunti Dynaſta, Lotharingæ Celſitudinis cubicularius, Conventum Tertiariorum, utriuſque ſexus, urbis Nancæanæ fundator, C atque Maria Deodata ejus uxor, cognomento *Poignant*, pauperem Franciſcum Aſſiſiatem in patrem ſibi adſciverunt, ſe illius Tertiæ Regulæ humiliter ſubmittentes.

Frater *Bonaventura Deluenerus* in territorio Saneſio, Diœceſis Chigiæ, Eremita, honorificum anno 1627. meruit locum auſterâ pœnitentiâ, & præcellenti vivendi ratione, inter noſtræ Tertiæ Regulæ Profeſſores. Vita ejus ſcriptis mandata eſt à Fabiano Mancinio Caſtellionis Paſtore, illius Confeſſario, quem citat Petrus de Creſcentiis libro, cujus inſcriptio eſt, *Præſidio Romano, ſive militia Eccleſiaſtica.*

B. MARGARITA CELLA CLAUSA Luxemburgi.

SI quid rale poſſet contingere, ut ali juis nos potens Imperator ex hac bominum frequentia tolleret, ut in ſolitudine uſpiam collocaret; atque ubi ſuppeditans omnium rerum, quas natura deſidetat, abundantiam & copiam, hominis omnino aſpiciendi poteſtatem eripetet; quis tam ferteus, qui eam vitam ferte poſſet? cuique non auferret fructum voluptatum omnium ſolitudo? Non congruit bic ſermo ſcripturis ſanctis aut ſententiis Patrum Eccleſiæ, qui ſolitariam vivendi tationem ptædicant, ut cœleſtis dilectionis originem & fomentum, qui ſolos verè ſolitarios celebtant tanquam veræ felicitatis poſſeſſores.

Sufficiat ad mendacij ptobrum ſolitudinis bona reſpuentibus in os ingerendum proponere Matgaritam Luxemburgenſem, quæ omnis bumani commercij exſors longam vitam traduxit, necnon divino refertam gaudio. Nata eſt in Germania præclaris parentibus, qui Lutheri impiis dogmatibus adbærentes, hæreſi tam nefandâ illam imbuerunt. Fato funguntur; Margarita itaque ſexcennis aut ſeptennis commiſſa eſt aviæ curis, quæ peſtiferâ ptavarum opinionum labe contaminabatur.

Sacrata Virgo apparet puellæ noſtræ, declaratqne omnes illi futuros eventus: Ad veſperam datis choreis, poſt cœnam opiparam, faces ſubitò extinguntur; atque mox ut accenduntut iterum, matet Cbriſti denuò ſe viſam exhibet Margatitæ, quæ deinde fauſtis hiſce eventibus permota, Religionem Catholicam ſingulari proſequi veneratione incipir. Advenientes opportune duo Patres Franciſcani rectis illam erudierunt documentis, & confirmarunt in ſancto propoſito.

Duobus aliis in Caſtellum, ubi degebat, commorandi gratiâ, admiſſis, rogatu Margaritæ, atque ejus charitate magnificè & blandè exceptis, illius converſio promovetut. Secretò & noctu volens exire, vilis ancillæ habitum induit, atque ex alta contignatione, per funem deſcendit in campos, & plenam aſſequitur libettatem. Cutis manuum tunc revellitur, mens verò magis exardeſcit, Pervenit tandem in Bataviam, ubi ſtipem oſtiatim cogit.

Carnis portione illi oblatâ die Veneris, Provinciam iſtam à Romana Eccleſia judicavit eſſe alienam, & ſe Antuerpiam contulit; ubi degens biennio apud probam aliquam mulierem, ſic precatur coram Reginæ Ange-
A lorum Imagine: *O glorioſa Domina, ſi me plane perſuaderi de veritate Religionis Catholicæ, tuo interventu impetraveris, libenter & penitus huic aſſentiar.* Omni difficultati lumine divinitus adhibito, non diſtulit probi conſilij executionem, ſtatuitque ſacram ſancti Sepulchri obire petegrinationem, aut ſactatæ ædis Lauretanæ.

Hoſpita, pium propoſitum cognoſcens, illam tunicâ cinericiâ contegit, fune cingit, & munit baculo, cum mille fauſtis precationibus. In viam ſe confeſtim dat Lauretanam, nudis pedibus; quò, cum non poſſet pervenite ptopter montium obices inviotum, &
B ſaltebris frequentium, atque prærupta ſaxa, veſtigia relegit, ad templum beatæ Virginis (vulgò nominant *Einſidelum*), ubi totius vitæ noxas exponens Sacerdoti, abjuravit bæreſin, & charactere filiorum Eccleſiæ decorata, Tertium Ordinem Franciſcanum amplexa eſt.

Ferventi flagrans deſiderio ſtrictæ ſolitudinis Auguſtam Trevitorum proficiſcitur, ubi noverat ſpeluncas extare à tumultu bominum valde remotas, Martyrum manſione conſecratas, eorumque purpuratas ſanguine. Ob immanitatem Trevirenſium Luxemburgum adit ubi Patrum Minimorum vitam imita-
C tur & abſtinentiam rigidè obſervat. Semel jejuna fuit, & inediam omnino ſuſtinuit à feria ſexta Dominicam Palmarum præcedente, uſque ad Paſcba, ſalvâ ſemper valetudine.

Terrefacere conabatur illam Dæmon ſub figura monſtroſi bovis flammas evomentis, rictu ad aures dehiſcente, naſo, & oculis borrendis, quaſi vellet eam abſorbere: aliis interdum terribilibus ſpectris ſe fotmidandum exhibebat. Margarita verò ſub ptæſidium Chriſti & Mariæ confugiens remanebat victrix. Priſcum vivendi ſolirariè conſilium cum non poſſit adimplere, Lauretanum rursùs
D iter aggreditur, ubi ternis commoratur diebus, in ipſa æde ſacra: deinde reverſa Luxemburgum, in cellulam perpetuo ſe relegat.

Acris & intenti erat ſilentij, mortem continuò & Crucem Chriſti menre revolvens noctu diuque: ab omni cibo abſtinebat quibuſlibet feriis ſextis, Sabbathis, necnon vigiliis ſacratæ Virginis feſtorum. Quadrageſimale traducebat jejunium, pane & aquâ contenta; ſolenne quoque tempus, quod Regula Franciſcana Quadrageſimam vocat; ſancti Spiritus, Mariæ Angelorum, & Archangeli Mi-

chaëlis. Terrâ, aut axiculo pro lecto utebatur: juſſu tamen conſcientiæ moderatoris tantillum paleæ adhibuit.

Pietate in Dei Genitricem reddebat ſe conſpicuam: *Meum eſt refugium*, aiebat, *& mea liberatrix, quæ me ex abyſſo eruit, & denſis errorum tenebris. Lubens paterer martyrium ad ejus gloriam promovendam, & cum jucunditate centum annorum pœnitentiam ſubirem.* Sciens impios & ſacrilegos Suecorum impetus contra Sanctorum imagines, ſtatuit, ſi Luxemburgum accederent, ſuum cultro crus aperire, intra cujus tibiam & ſuram beatæ Virginis effigiem reconderet, ne à flagitioſis militibus pollueretur Suecis, aut violaretur.

B Mirâ ſolertiâ virgineæ puritati ſervandæ ſtudebat, etiam priuſquam ad catholicam Religionem revocaretur: jam tunc vel levem hominis tactum, oris halitum ferre nequibat, nec acceſſum. Cum præ juvenili ætate, & genere nobili, non poſſet omnino ſe eximere à choreis & ſaltatione, ſolum præbebat ſudatiolum præſultantibus. Nunquam in vultum cujuſcumque hominis oculos adjecit: ut ſtrenua paupertatis Evangelicæ amatrix ſemper abnuit penſiones & reditus ab amicis oblatos ad ſuſtentationem: pecuniarias eleemoſynas aris & pauperibus conſecrabat, atque præſertim ſcholaſticis indigentibus. Terrifico tumultu & fragoribus extraordinariis nitebantur C Dæmones illi timorem incutere, crinibus quoque & cingulo violenter illam raptabant.

Ingentem tunc percipiebat conſolationem variis Jeſu Chriſti apparitionibus, quem ſemel vidit ſanguine manantem, dum ejus dolores meditaretur. Conſiderans aliquando Chriſti expoſitionem ſpineâ redimiti coronâ, vim lacrymarum profudit, ternoſque traduxit dies abſque omni potu & cibo. Sacrata Virgo, præſente ſanctâ Annâ, puerulum Jeſum inter Margaritæ noſtræ manus depoſuit.

A beato Joſepho, dum graviter ægrotaret, viſitatur, & convaleſcit. Patre Seraphico illam inviſente, ſanctis Antonio Patavino, & Bernardino Senenſi ſtipato, conqueritur, quod alumni Franciſcani ab ea gubernanda deſciverint, quamvis ut Tertiaria Soror ſub illorum D eſſet jure merito regimine. *Denuò tuum capeſſent moderamen*, ait Franciſcus, *uſque ad ultimum vitæ terminum, & nunquam ab Ordine Seraphico diſcedes.*

Licet Prophetiæ dono & aliis præclaris dotibus ornata, fit ſemper humilior, & à rebus terrenis magis aliena, tribus potiſſimum extremis vitæ annis. Fungens tandem fato 21. Auguſti 1631. ex ſtupore apoplectico, transfertur ſolenni pompâ, Domino Franciſco Sanchezio Pardo Gubernatore Luxemburgenſi, totiuſque urbis optimatibus adſtantibus, in Monaſterium ſancti Franciſci, ubi terræ mandatur. Unuſquiſque ſtudioſe & religioſe ſerva-

A bat quodcumque illi inſervierat, ut ſacra lipſana; multique communiter credunt ſe illius interceſſione plures inſignes gratias fuiſſe adeptos. Ob brevem autem hujuſmodi narrationem, curis plurimùm debeo Patris Elzearij Dombarienſis, qui priſcos noſtrorum Annalium & magis abſtruſos commentarios ſolerter & rite perſcrutatus eſt.

Obſervent lectores à viginti quinque annis apertum fuiſſe tumulum *Odilæ Belgreæ*, Metis Conventus hujuſce urbis Fratrum Minorum fundatricis, ubi corpus ejus repertum eſt anno 1616. videlicet quadringentis annis poſt mortem, habitu Tertij Ordinis Franciſcani indutum. Mirantur omnes à corruptione immunitatem tunicæ, cum *Odila* fuerit coætanea Patris Seraphici; atque Dei famulam inde conjiciunt excellenti & præclarâ ſanctitate fuiſſe præditam. Illuſtriſſimus Dominus Meuriſſius Epiſcopus Madaurenſis, & Epiſcopi Metenſis Legatus, in Præſulum Metenſium hiſtoria, ſic teſtatur, loquens de Conrado I. pag. 448.

B. Margarita Agullona, vel Bullona virgo è Regno Valentiæ oriunda, ſeipſam divino cultui peculiariter addixit à pueritia, luceque cœleſti circumfuſa erat, quæ ab ea nunquam recedens emittebat fere ſemper coruſcantes radios. Vigeſimum agens annum à parentibus compulſa ad matrimonium, Tertij Ordinis Franciſcani ſumpſit habitum, votoque ſe obſtrinxit. Violentiores Dæmonis inter impetus & continuos fervens permanebat & intrepida. Virtutum indeſinenti exercitio, jejuniis, cæteriſque carnis cruciatibus magnopere corroboratur: oratio validius ejus erat propugnaculum. Seipſam ut plurimùm volutabat per ſentes & urticas, ut ſpiritui corpus ſubjiceret: præ humilitate profunda ſuæ conſcientiæ libenter moderatoribus obſequebatur: non expectans mandata, minimis oculorum, manuum, aut capitis obtemperabat ſignis.

Poſt nuncupatum paupertatis votum, omnis commodi privationem amplectebatur: abdicatis cunctis facultatibus terrenis, ſuarum laborę manuum gaudens veſcebatur: vili operta tunicâ ad januam Conventus Minorum ſtipem cogebat, ſimulque cum mendicis, quæ ſupererant fragmenta de menſa communi, edebat, generosè reſpuens delicata cibaria à primoribus per charitatem oblata. Procumbebat humiliter ad pedes abjectiorum hominum, illorumque ulcera deoſculabatur genibus innixa. Eleemoſynæ Margaritæ Agullonæ erogatæ cedebant prorſus in emolumentum aliorum mendicantium, quibus omnia lubens largiebatur, vel etiam ſuum induſium.

Patientia ejus in adverſitatibus debito præconio nequit extolli: continuâ & attentâ Chriſti ærumnatum cogitatione mirabiliter

obfirmatur. Gratiam acriter ſentiendi dolores Jeſu obtinet, quam ferventer exoptarat. Sopitis ſenſibus tora ſæpenumero abripitur in divina, & inſolitas patitur extaſes. A Cardinalibus, Patriarchis, Epiſcopis, Principibus, & aliis cujuſlibet condirionis ſpatio quatuor dierum à terra ſublata perſpicitur.

Certò & divinitus cognitâ ſuæ mortis horâ gaudio geſtit: obvius illi fit Chriſtus ſtipatus ſanctis Franciſco Aſſiſiate, Elizabethâ Hungaricâ, Nicolao *Factore*, Ordinis Minorum, Vincentio Ferrerio, Ludovico Bertrando Dominicanis.

Noſtra tandem Margarita triumphali ſplendore & magnificentiâ inter tot & tantos cœli proceres poſſeſſionem init felicitatis æternæ. Poſt trium expoſitionem dierum corpus ejus tranſvehitur in Monaſterium Sanguinis Chriſti ab Archiepiſcopo Valentiæ, ad latus Epiſtolæ, ubi quiſque illi dignam exhibet venerationem; deinde terræ mandatur in primario ſacello. Idem Præſul anno 1601. ſacrum depoſitum in ſuum tranſtulit Collegium aut Seminarium, & in magnifico incluſit ſepulchro, atque affabrè elaborato, cum Epitaphio ſequenti in onyche inſculpto.

Brata Margarita Agullona Setabenſis, profeſſionis Franciſcanæ, obiit nono Decembris, anno à Nativitate Domini 1600. *ætatis ſuæ* 64. *Claruit hæc virgo eximiâ vitâ, pœnitentiâ & frequenti extaſi; aſſiduos dolores in eiſdem partibus accepit, in quibus Chriſtus Dominus vulnera, feriâ quartâ in capite coronæ inſtar; mortua eſt magna opinione ſanctitatis, & funere pietate celeberrimo.*

Patres Arturus, Dacæus, & Salazarius affirmant miraculis in vita & poſt mortem reluxiſſe.

CATALOGUS
TERTIARIORUM QUORUMDAM,
Qui ad magnam nominis amplitudinem pervenerunt.

CUM nomina eorum ſint ſcripta in cœlis, negare illis ſuum hîc locum nefas eſt, quamvis præclara eorum facta haudquaquam mibi innoreſcant. Præſtat ſane juſtos ſaltem nominare diſtinctè, qui quo plus contemni & abſcondi conati ſunt, eò plus laudibus extolli merentur.

B. *Angelus* Srorrentius egregiam ſuſtinens & gerens perſonam illuſtris hominis, perfectique Dei famuli, ſub babitu Tertii noſtri Ordinis, fuit dignus cui Pater Seraphicus appareret die ipſo ante deceſſum, & quem certum faceret eodem momento de peccatorum remiſſione, propter inſignem erga pauperes charitatem. Martyrologium Franciſcanum de eo diſſerit 29. Julij.

Anno 1572. *Cornelius* Batavodorus Tertiæ Franciſcanæ Familiæ alumnus palmam Martyrij adeprus eſt, Principis hæretici nefario edicto, qui illum capite plecti jubet, eo quod invictâ conſtantiâ Sedis Apoſtolicæ & Romanæ auctoritatem, ſummumque Pontificatum propugnaret. Humiliter famulabatur decem Fratribus Minoribus, qui hoc in rerum concurſu, & pari cauſâ viram amiſerunt. Gaudebant ſe mori pro Chriſto, communemque cum maximis fortunam, cumque optimis viſortiri: plures urique eorum, quos vel præſens vita feliciſſimos habuit, vel æterna ſanctiſſimos, gladio perierunt.

Nomine tenùs propono B B. *Alexandrum* Anglum, profeſſorem Theologiæ celeberrimum, *Bartholomæum de facio*, *Iannarium* à ſancto Joanne, de Biogio, penès Comum, Sacerdotem & Religioſum; *Rodolphum* de Huſphaliſio, fundatorem Fratrum Minorum Conventus de Gardia; *Ioannem Volgerum*, *Sanchſium*; *Yvonem* de Jeſu; *Tarriatum* Comitem de Mala-petra; *Torellum* Caſentinum; *Philippum* Ravennatem; *Raymundum Lacharum*, de quo fusè ſum locutus 1. part. deſcribendo quæ ſpectant ad Monaſterium Toloſanum.

BB. *Blancam* Reginam Cataloniæ, *Coletam Auſtriacam*, Imperatoris Rodolphi filiam, *Ritam* de Mombrandoni cuſtodia; *Franciſcam de Contrera* obliviſci flagitium eſt: ſilentio enim ſepelire tam inclytas mentes, quarum Antonius de Sillis maxime oculatus atque ſagax in perſcrutandis noſtræ Congregationis Antiquitatibus, meminit ſolenniter in Commentariis Tertiæ noſtræ Regulæ, facinus eſſet omni dignum vituperio. Ita ſplendet fama earum ſanctitatis, ut pervadat & denſiſſimas diſſipet tenebras. Addimus *Magdalenam de Conſtantia*, quæ florens præſertim anno 1343. fato functa eſt Neapoli in Conventu Tertiariarum, gloriâ miraculorum

rum decorata. Gonzaga & Antonius de Sillis *Magdalenam à ſancto Antonio* ſummè prædicant, ut perfectam Tertij Ordinis Franciſcani ſectatricem.

In obvio feliciter manuſcripto legi & conſpexi *Ioannam* Græciæ Imperatricem; & in recenſione Antonij de Sillis *Ioannam Neapolitanam* Reginam: adjungo juxta quorumdam opinionem *Ioannem* Armeniæ Regem, *Henricum* Regem Cypri, *Alphonſum*, *Petrum*, *Ferdinandum* Luſitaniæ Reges, *Ioannam*, *Mariam*, eodem regio ſatu ortas, *Iacobum*, *Alphonſum*, *Ferdinandum* Arragoniæ Reges, *Mariam* & *Blancam* ex eadem oriundas ſtirpe. Multi Principes Balearium majoris Tertiæ quoque noſtræ Congregationi nomen dederunt.

Caſtiliæ Reges *Sancheſius*, *Ferdinandus*, *Petrus*, exiſtimarunt novum admoveri ſplendorem ſuo diademati, ſi Tertium Ordinem Franciſcanum amplecterentur. *Sancha* deinceps, *Agnes*. *Elizabetha* ejuſdem proſapiæ ſtipites, ſibi honori vertunt illos ſequi, ſicut *Margarita* Imperatoris Maximiliani filia, *Margarita* Regis Angliæ filia, *Philippa de Gueldria* Siciliæ Regina numerantur inter noſtrates Tertiarios *Henricus quidam* Regis Daniæ filius, *Xerxes* Conſtantinopolitanus Imperator, *Ioannes* Rex Hieroſolymitanus, atque Imperator Conſtantinopolitanus, *Ioannes* Rex Candiæ, *Maria* Imperatoris Maximiliani uxor, *Kunegundis* Regis Poloniæ conjux.

Gallia præter ſanctum Ludovicum, alioſque plures, quos ut noſtræ Congregationis ornamenta præcipua produximus, memorat *Blancam* principis filij hujuſce tanti Regis uxorem, *Agnetem* & *Ioannam* Regum noſtrorum filias: ne taceamus, quæſo, *Leonoram* Reginam Siciliæ, *Elizabetham* Caroli filiam, ejuſdem Regni ſupremi Dominatoris.

Hungaria ſanctè gloriatur ſe vidiſſe inter Franciſcanos Tertiarios *Ludovicum* ſuum Monarcham, *Elizabetham* & *Mariam* Regis iſtiuſmodi provinciæ filias. Duces Ferrarienſes, ſive familia Eſtenſis Tertio noſtro Ordini duas ſorores *Margaritam* & *Leonoram*, Duci Mutinæ filias ſuppeditarunt. Lotharingia verò *Margaritam* à Duce ortam Lotharingo.

E Marchionibus Villæ-francæ *Maria Lapibra*, *Maria de Ieſu*, altera *Maria*, *Ioanna*, *Elizabetha*, *Iuliana*, *Leonora*, *Tereſia de Toleto* ortæ ſunt: è Comitibus Ciſuentanis, & Marchionibus Eliſedanis, *Rodericus* Comes de Saltu, *Philippus*, *Elizabetha*, *Beatrix*: E Ducibus Mantuanis beata *Paula*, ſorores *Clara*, *Raphaëla*, *Angela*, *Victoria*, *Angelina de Gonzaga*: E Marchionibus Plieganis *Catharina*, *Fernandezia de Cordona* Marchioniſſa *de Pliego*; tres *Mariæ de Cordona*. Prætermittere nefas eſt Comitem *de Anguillara*, pariterque ejus filiam, *Ioannam* quoque Comitiſſam de ſancta Flora, aut illuſtrem *Guillelmum* Ducem Burgundiæ: Pœnitentiæ Regulæ, cui omnes ſolenniter nomen dederunt, terrenæ dignitati plurimùm adjiciunt ſplendoris.

Præſtat famâ atque omnium prædicari ſermone *Annam Auſtriacam* Ludovici Juſti Decimi-tertij Regis Gallorum uxorem, *Mariamque Tereſiam* Ludovici Decimi quarti, ſeu Deodati conjugem, velut Tertij Ordinis Franciſcani humiles & ferventes ſectatrices. Jam de Anna locutus ſum primâ parte, deſcribens quæ ſpectant ad provinciam ſancti Yvonis in Gallia, & ſeorſim ad Conventum Nazarenum Pariſienſem, ubi manuſcriptum ejus profeſſionis aſſervatur diligenter & honorificè. Propalàm ſe familiæ Franciſcanæ alumnam eſſe humiliter & altè Anna profitebatur. Solebat aliquando dicere Miniſtro Provinciali noſtro, ſe Tertiæ Congregationis Patris Seraphici legibus feliciter alligari, piamque hanc ſortem ipſi regiæ dignitati præponere. De Maria verò Tereſia, quæ ſequuntur vera ſunt, & non ſolùm ore prædicatorum illuſtrium pluribus in locis publicata, ſed etiam prælo conſignata Confeſſarij curâ ſtatim poſt obitum.

MARIA TERESIA AVSTRIACA Ludovici Decimi-quarti Regis Gallorum Uxor.

MARIA Tereſia Auſtriaca Franciæ A Regina & Navarræ, Ludovici XIV. cognomento Magni uxor, nata eſt quarto Septembris die, anno 1638. filia Philippi IV. Regis Hiſpaniarum & Elizabethæ Francicæ, Henrici IV. Regis Galliarum filiæ.

Habitum Tertij Ordinis Franciſcani pro ſæcularibus inſtituti recepit Pariſiis anno 1565. coram altari primario majoris Conventus Obſervantiæ, de manibus Reverendi Patris Michaëlis *de Soria* ejus Confeſſarij.

Egregiâ fuit indole, acri pollebat judicio, & cordis præſtantiâ. Nata erat ad imperium, niſi proclivitas ad virtutes Chriſtianas illam ſoli Chriſto addixiſſent: ut benevola & benefica omnes devinciens omnium exiſtimationem & benevolentiam ſibi conciliabat. Ab io- B cunabulis Mariæ noſtræ Tereſiæ conjiciebat unuſquiſque illam fore ſanctam, cum jam tum legibus Evangelicis obſervandis ſtrictam videretur operam dare.

Famâ virtutum ejus allectus Rex Galliarum Ludovicus XIV. illam ſibi depoſcit in uxorem, & aſſumit: poſt ſingularem hanc prærogativam & tam auguſtam non extollitur in ſanâ vaniratis aurâ, ſed deſcendit & demittitur præ intimo humilitatis ſenſu.

Deinceps ardentius divino adhæret cultui, & æternorum meditationi judiciorum. Teſtis eſt ipſe Rex Ludovicus Magnus; teſtis utique pluſquam locuples & idoneus, cujus unicum verbum cuncta cæterorum longe ſuperat elogia. *Novi*, inquit, moriente Reginâ, *novi Reginæ ſanctitatem, quæ nil de pietatis exer-* C *citio unquam dimiſit, per viginti-tres annos, quibus teſtis fui oculatus & auritus.*

Fide præſtabat humili & firmâ. Sciens Tereſia pericula quibus Religio Chriſtiana exponeretur in Auſtria & Hungaria, propter diras Turcarum incurſiones: *Libenter*, ait, *immolarem vitam meam, ſi ad Deum placandum ſufficeret.* Credibile eſt, cum citò poſt hæc verba è vivis exceſſerit, & Chriſtiani magnifice de inimicis Eccleſiæ ſanctæ triumpharint, Deum recepiſſe in odorem ſuavitatis ſacrificium Mariæ Tereſiæ.

Diebus ſingulis ſpatio quatuor horarum, innixa genibus, abſque ullo fulcro, immota permanebat ſacris coram aris, & ſæpius uſque ad virium corporis defectionem. Ab hujuſmodi labore illam avertere conantibus reſpondebat ſtatum hunc eſſe reæ, quæ ſiſtitur coram Judice: lacrymis tunc uberibus madebat, præſertim dum cœleſti pabulo reficiebatur, ad quod non accedebat, niſi poſtquam humi longius procubuiſſet.

Firma & ſibi conſtans fuit ſemper, quà in proſperis, quà in adverſis rebus. Ducis Andegavenſis mors vulnus noſtræ cordi Tereſiæ luculentum inflixit & acerbum, nec tamen conſtantiam ejus fregit: in medio doloris ictu & penetrabiliori violentia ſe elevans ſupra ſeipſam, fatetur propter peccata ſua mereri hancce pœnam, atque propter nimiam chariſſimo filio adhæſionem: ad levamentum & medicamen ſacratiſſimæ Euchariſtiæ protinus confugit, quâ ſuſceptâ vitam principis defuncti Deo conſecrat, atque declarat, quamvis poſſet illum è mortuis revocare, ſe tamen & prolem univerſam divino ſubjicere nutui.

Naſcente Duce Burgundo, eamdem animi moderationem & æquabilitatem tenuit. Vix in lucem editur, cum ſtatim Tereſia in gratiarum actionem ſacroſancto Chriſti Domini corpore paſcitur, licet dies & noctes inſomnes traduxerit ad lectum Delphinæ: tantâ iridem lacrymarum profuſione madeſit, ut Confeſſarium nequeat alloqui; lacrymarum quidem non vani gaudij, nec inſulſæ teneritudinis, ſed profundæ humilitatis. *Contremiſco*, inquit, *favores eximios conſiderans, quibus nos Deus cumulat; & timeo ne ingratitudo me reddat immemorem tanti beneficij.*

Pietas illius enituit in precum diurnarum aſſiduitate, irritis obicibus ordinariis inter aulæ aſſeclas. Viſa eſt multoties neſcia & invita in conclavi interiori, viſa eſt ſupplex in terram dejecta, brachiis in crucem extenſis, meditationi vacans, dum eſſet in Regis comitatu per longinqua & laborioſa itinera, etiamnum in diverſoriis aut hoſpitiis: evigilabat tunc horâ quintâ matutinâ, ut ad viam accingeretur ſtatuto diſceſſus tempore: thedâ deſcendens mox feſtina currebat in Eccleſiam, ubi fixa & ſtabilis orationi binis horis dabat operam, dum cæteri aulici auram captarent & quietem.

Certos dies ad abſtinentiam peculiarem ſibi præſtituerat, neque tamen ſibi indulgebat unquam, nec ſequentibus interdum ſine intervallo, indictivæ inediæ ab Eccleſia ſacratis diebus, quamvis nil macrum poſſet com-

Digitized by Google

mode ſaut facile ad cibum adhibere.

Cultui divino conſultè addebat eomitatem & humanam commiſerationem, non homines attendens, ſed Jeſum Redemptorem, qui pueris ipſis blandicbatur: non ſolùm in palatio regio pedes egenorum lavabat, ſed inſuper ſingulis ſextis feriis in noſocomiis & xenodochiis pauperibus inſerviebat & mendicis: Humilitas potiſſimùm eluxit, dum Maria Tereſia Galliæ Regina & Navarræ humilem Tertij Ordinis Patris Seraphici habitum recepic, atque pœnitentiæ emiſit profeſſionem.

Miniſtro Generali torius Congregationis Franciſcanæ extolienti Celſitudinem proſapiæ, in quam ingreſſa erac, & ſtirpis unde „ orta, reſpondit: Conſtat, Reverende Pa„ ter, me matrimonio copulari totius orbis „ Regum omnium longe Principi, majoreſ„ que meos avitos meritò cenſeri inter illu„ ſtriora mundi capita, præfero tamen hiſce „ honorificis titulis pauperis Franciſci filiæ „ conditionem.

Elizabethæ Borboniæ ac Francicæ genitricis exemplum ſeqnitur, non ſolùm facta viventis exprimens ſolerti imitatione, ſed eriam morientis, dum vulc ſepeliri abſque pompa, & in tumulo obtegi pœnitentiæ veſtimento.

Charitate in pauperes maxime radiabat, modò in hoſpitiis publicis, modò privatim erga pudibundos; amplis ſane largitionibus, quas, exhauſtis propriis reditibus, aliunde colligebat. Populoru n mater erat perinde ac Regina, jungens mirabiliter miſericordiæ viſceribus regiam poteſtatem: domeſticis imperans adminiſtris, & qui menſæ gratuitæ jure potiuntur, ſervire potius viderur, quam imperare. Sub pedes mnndi pompam & delicias generoſe abjicit. Choreis & comœdiis, aut ſcenis corpore quidem, non mente adeſt, cum nunquam recedat ab intimo Jeſu cruci fixi conſpectu, pro cujus amore impensè adeò erga ſcabioſos & porrigine affectos ſe gerit ut ſtrumoſis etiam quibus Rex Chriſtianiſſimus cœleſti prærogativa confert ſanitatem, miranda exhibeat officia: verùm Medicis exponentibus, abſque eminenti periculo, id non poſſe fieri, eleemoſynas geminac, & ampliorem fundum conſtituit ad eorum ſuſtentationem & levamen.

Solos Eccleſiæ inimicos, Turcas videlicet odio habebat; quanto igitur zelo nrgebatur,
A dum Tartari, cæteræque hujuſmodi eruentæ gentes devaſtabant provincias Chriſtianas, Viennæ obſidionis tempore? Clamabat ad Dominum ut impetraret fidelium tranquillitatem, & infidelium diſſipationem atque ruinam; quibns obtentis, meritò poſſumus dicere: Aſccnderunt vota Reginæ precantis, & deſcenderunt miracula opcrantis Dei dcxteræ.

Finis ab origine pendet, exitus vitæ ab introitu. Auſpicata valde fuit Mariæ Tercſiæ educatio, quæ annos quinque vix nata, commiſſa eſt à Pbilippo IV. Hiſpaniarum Rege,
B Patribus Franciſcanis, qui illam eximiis inſtituerunt moribus, quique illi fuerunt à confeſſionibus; Joannes ſcilicet de Palma, poſtquam idem munus obiit, apud ejus matrem Elizabetham Borboniam; Andræas dein Guadaloupenſis, Alphonſus Vaſquezius, qui in noſtræ Tereſiæ comitatu Gallias petiit, & quem Philippus IV. revocavit in Hiſpaniam, ut Gadiræ Epiſcopatui præficeretur: babuit quoque in Confeſſarium Michaëlem de Soria, cujus poſt obitum ſucceſſor fuit Bonaventura de Soria.

Fato tandem conceſſit, ſeu potius Deo na-
C turæ conditori; non ex improviſo, quamvis ſübitò mors illam videretuc adoriri Morituc quidem poſt quatuor dies morbi, qui primo aditu nil mortale redolec, ſed poſt longam & accuratam totius vitæ præparationem, pulſat fortiter ad oſtium. Monita Maria noſtra de diſceſſus proximitate à Confeſſario, hiſce verbis Apoſtoli: *Sive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus*, reſpondet firmiter; *quid igitur intereſt, utrum vivam an verò moriar?* quaſi diceret: *Quid refert regnem, an minime regnem, modò Chriſtus in me regnare non ceſſet.*

Regi ſponſo lacrymis manante, & mœrore confecto, teſtarur ſe vix poſſe tam acres
D conjugalis amoris impetus ſuſtinere: reliqua tamen vitæ momenta æternirati velle conſecrare, *ne imparata in locum ſuæ proficiſcatur æternitatis.* Abripitur denique in cœlum, & *auferturà Regno Gallorum in indignatione Dei contra Gallos.*

Mors Mariæ Tereſiæ fuit omnino pretioſa, quam valde pertimeſcens juxta Dei voluntatem nihilominus peramanter amplectitur, volente Deo, qui novis eam donat gratiis, dum ultimis expiatur Sacramentis.

PLURES ALII TERTIÆ FRANCISCI ASSISIATIS Regulæ Sectatores celeberrimi.

TANTA eſt multitudo hujuſmodi Tertiariorum , ut penè innumeros cogar in brevem catalogum reducere , nomina eorum ſolùm exprimendo , ne lectoribus faſtidium afferam : breviloqui utique & parci monitoris partes ſuſtineo , non completi Hiſtorici , ut gratior fiat , & utilior noſtra narratio.

Anna & Elizabetha Auſtriacæ , Regum Polonorum uxores ; alia Elizabetha ejuſdem ſtirpis , Imperatoris Maximiliani II. filia atque Rodolphi II. ſoror , quæ Carolo IX. Franciæ Regi nupſerat , Tertium noſtrum Ordinem plurimùm illuſtrarunt ; ſicut Maria Imperatoris Conſtantinopolitani filia , *Elizabetha* Chiconis Regis Granatenſis fratris filia , *Eliſena de Moncada* Regis Arragoniæ conjux , *Maria* Regis etiam Arragonenſis filia , Cypri Regina , *Sibilla* & *Elizabetha* binorum Ferdinandorum Caſtellæ Regum uxores , *Agnes* Ducis Mathæi filia . *Dorothea* principis à ſancto Severino filia , *Ludovica de Zazardo* à Marchionibus Veleziis orta præclara fuerunt ſingulis chariſmatibus , Tertiæ Congregationis Franciſcanæ ornamenta.

Duces de Magueda nobis præſtiterunt magno ſplendore illuſtres dominas *Ludovicam* , *Ioannam* , *Bernardinam* , *Elizabetham* & *Mariam de Cardonezio* , venerandam prætereà Religioſam nomine *Chriſtinam* principis de Venoza filiam. Soror *Maria Crinelli* munus eſt Marchionum de Aſtorga , quæ virtutibus ſuis apprimè decoravit , quà noſtram Congregationem , quà Comitum Crinellorum proſapiam : ſtrictè devincti ſumus Ducibus Parmæ ob ſorores *Franciſcam* , *Elizabetham* , *Franciſcam* alteram , & *Violentam de Farneſio* : Marchionibus de Ayetona ob ſorores *Annam* , *Mariam* , *Angelam* , *Beatricem* , *Magdalenam* , *Ioannam* , *Emerentianam* , *Ludovicam* , *Angelam* , *Petroniam* : Ducibus *de Lerma* , propter *Mariam de Ieſu* , *Mariam de cruce* , *Ioannam Baptiſtam.*

Non minus ſumus obſtricti Comitibus de Luna , qui nobis ſuppeditarunt inſignes dominas Tereſiam , & Leonoram Quinnovellam ; Ducibus de l'Infantado , ob dominas Mariam , Elizabetham , Annam , Damaſam , Leonoram , Antoniam , Catharinam Mendozam ; Ducibus de Lerma , ob dominas Elizabetham , Catharinam , Ioannam Baptiſtam ; Comitibus de Luna tertius noſter Ordo accepit dominas Tereſiam & Leonoram de Quinovello ; à Ducibus de l'Infantado Mariam , Elizabetham , Annam , Damaſam , Leonoram , A Antoniam , Catharinam Mendozam ; Ducibus de Lerma ob Elizabetham , Catharinam , Ioannam plurimùm debemus , quam nuncupant communiter *de Sandovaly Royas* ; maritimæ rei prætoribus Caſtellanis , ob præſtantes dominas Ludovicam , Mariam , Annam , Mariam , Blancam , Mariam , Annam , Felicem Henriqueziam ; Ducibus de Feria , propter dominas inclytas Mariam de Figuerra , Comitiſſam de Orgaz , Claram de Figuerra ; Marchionibus de Villa Realo , propter egregias dominas Annam , Catharinam , Marchionis ipſius de Villa-realo filias ; principibus denique ab Eſquillanſcbio , qui nobis B præbuerunt dominam Franciſcam Eſquillanſchiam.

Inter præcipuos noſtræ Congregationis ornatus reperimus & admiramur Helenam Hungariæ Duciſſam , Mariam Alberti Ducis Bavarienſis filiam , Magdalenam Religioſam , Franciſci Ducis Britanniæ filiam , ſorores itidem Religioſas , Claram Ducis Urbini filiam , Franciſcam de Salerno Marchionis de Lamalfa filiam , Ludovicam Sabaudienſis Ducis filiam : ob oculos quoque nobis proponuntur in eadem auſpicata ſorte Anna & Coleta procomitum Cbelvenſium filiæ , qui ducunt originem è Comitibus Sepeireaſis. Religioſos in- C ſuper conſpicimus fratres Antonium & Bernardinum de Arminia , dominas pariter Mariam , Ioannam , Philippam , Franciſcam , Tereſiam & Mariam de Arminia oriundas è ſtirpe de Buendia.

Invenimus ſuo ordine Andulphum Alſatiæ Regem , Offemburgi Comitem , Antonium de Gama Davidiquerenſem Comitem , Martinum Marchionem de Cotignola , Gregorium de Heredia comitem de fontibus , Ioannem Iacobum Trivulſium marchionem de vigevanis , Theodorum Trivulſium : numerus illuſtrium noſtratum Tertiariorum & ſplendor incrementum cœpere profeſſione dominarum D Magdalenæ de Avila filiæ marchionis *de las Novas* , & Mariæ marchionis Doni Petri filiæ , fratris item Ioannis , & domini Attali de Alago , comitis de Saſtago , dominæ Ludovicæ de Heredia comitiſſæ de Saſtago.

Præclarus iſte cœtus ornatum & fulgorem accepit à permultis aliis imitatoribus , nempe à comitibus de Terranolpha Petro Catanio , Andræa , Ioanne , & domina Firmiana de Terranolpha. Duces Cardonenſes plurimùm contulerunt ad gloriam noſtri Inſtituti Franciſcani , ſororum augendo numerum per Tereſiam , Elizabetham , Hieronymam , Euge-

niam, Helenam, Andoliam, aeque dominas A Raphaëlam, Eliſenam, Ioannam, Mariam, Annam de Cordona.

Sacris adeo veſtigiis inhæſerunt de familia rei Caſtellanæ militaris præpoſitorum, Ioannes Fernandezius de Velaſco, D D. Franciſca, Maria, Iuliana, Leonora, Bernardina de Velaſco, frater Galeas patruelis principis de Salerno, & Franciſcus Ducis Segovienſis filius, duceſque ſimiliter de Taliacoſo, & de gente, quam Colonas vulgò nominant: dum videlicet frater Bernardus, ac ſorores Margarita & Seraphica Colona ſimulque Victoria ejuſdem ſtirpis de Colona, Duciſſa de Medina Reoſeco ſponſa, materque rei maritimæ B Caſtellanæ præfectorum cum noſtris Tertiariis ſocietatem inierunt. Fratres Rebius & Hieronymus Urſino, ſorores Lucida, & Maximilla Urſino trahentes originem è Ducibus Braccianis ferventer eaſdem partes ſectati ſunt.

Marchiones à ſancta Cruce noſtræ præbuerunt Congregationi ſororem Candidam Bazanam, dominas Franciſcam, Annam, Mariam Bazanas: duces Albuquerquenſes dicaverunt fratrem Ioannem Archiepiſcopum Goanum. D D. Elizabetham Duciſſam de Oſſuna, Elizabetham comitiſſam de Villa nueva, comites de Coſentoya præſenrarunt ſorores Briandam & Claram de Corella; duces Brabantiæ, ſorores Ioannam & Margaritam provinciæ hujuſmodi viri pleniſſima C auctoritate principis filias. A Ducibus Eſcalonenſibus oblatæ ſunt D D. Franciſca, Ioanna, Antonia, Maria, Magdalena, Ioanna: à Ducibus de Medina-celi dominæ Maria Magdalena de Lacerda Monriſalbani comitiſſa, Maria Catharina de Fuenti-deuuna, Ioanna de la Cerda; à Ducibus Bejarenſibus veniunt frarres Ioannes, Antonius, Ludovicus, de la Puebla, ſorores Elizabetha, Philippa, & domina Elizabetha de la Puebla.

Celebris eſt ſermo in ore peritorum de ſpectatiſſimo Religioſo Tertiario, quem vocant Rodulphum archiducem Auſtriacum. Duces Cretenſes inſigniter honorarunt congregationem noſtram illi addicentes fratrem Andream D de Borgia, dominumque Gaſpardum ejuſdem proſapiæ, ſorores Ioannam, Luciam, Elizabetham, Annam, Magdalenam, Claram, Bonaventuram, perindeac dominas Ioannam, Leonoram, Elizabetham, Franciſcam de Borgia. Sentiunt idem Hiſtorici de Ducibus communiter nominatis de Areos, qui ſuppeditarunt dominas Annam Ponciam de Leone comitiſſam de Feria, Mariam & Menciam Ponciam de Leone: ſimiliter arbitrantur de Ducibus de Naiera, qui exhibuerunt fratres Antonium, Mauritium, dominas Catharinam, Ioannam, Mariam, Annam, Leonoram, Stephaniam, Beatricem, Leonoram, Mauritiam, quæ rami ſunt honorifici & perutiles fructuoſæ hujuſce arboris.

Licet nobilior character ſanctitatis non ſit nobilitas generis Sanctorum, ſed eminentia virtutis: nec Scripturæ ſacræ tamen, nec ipſum Evangelium unquam retieent illuſtrem ortum. Quamvis enim *non multos potentes, non multos nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi eligat Deus*, ſæpiſſimè vocat etiam ſæpe magnates, diviteſque, non ut de eorum conſortio cæteri ſeſe jactent, ſed ut omnes egeni & divites, abjecti & ſublimes Deum ſupremum omnium agnoſcentes auctorem, illi ſoli adhæreant, unde unus aliquis Tertiariorum eximiæ perfectionis appoſitè dicebat: alieno gloriari ri- " dicula jactantia; avorum merita, nepotum " degenerantium notæ ſunt, nec aliud magis " poſterorum maculas aperit, quam majorum " ſplendor ac gloria. Sæpe alteri commodum " virtus alterius tulit. Veram laudem niſi de " proprio ſumpſeris, ab alio non expectes: " Quorumdam reverà magnitudo Tertiariorum multitudinis cauſa fuit, auſpicatò quidem, modo magnorum & illuſtrium exemplum cunctos vehementer alliciat ad virtutem.

Continuatio compendiarij quorumdam Illuſtrium Tertiariorum Catalogi.

Duces Alcalani Ordinem noſtrum ſingulari honore proſecuti ſunt, ipſo aliquo duce noſtris Regulis proprium caput ſubjiciente, & filias ſuas Catharinam, Mariam, Leonoram Conſtantiam habente fideles aſſeclas: præterea Catharina, Maria, Anna marchionis Mabricæ filiæ eamdem profeſſionem amplexæ ſunt, dominus etiam Ioannes Pimentellus comes Beneventanus, unà cum domina Leonora Pimentella marchionis Taneræ ſorore.

Ducum de Medina ſidonia familia Tertio Ordini Regulari conſecravit Hieronymum & Iacobum Guſmanum: Leonora verò Guſmana duciſſa de Medina ſidonia, & altera Leonora Guſmana nomen dederune eidem Regulæ, in ſtatu ſæculari, ſicut Anna & Magdalena Girona è Ducibus de Oſſuna oriundæ. Huic numero adſcribuntur Alphonſus de Caſtro Compoſtellæ Archiepiſcopus, Michael de Caſtro Archiepiſcopus Liſbrenſis è comitibus Lemoſinis originem trahens, quibus jungunt Scriptores Hugonem comitem Empurieſcum, Ioannam Baptiſtam Varanam ducis Camerini ſororem, Claram principis Avelini filiam, Mariam denique filiam ducis Borbonij.

In conventu Montis regalis, provinciæ S. Bernardini, jacet Tertiarius inſignis, quem vulgo nuncupant Felicem Dominicum de

Terris. Spatio viginti-quinque annorum, quo ſimul vixerunt ipſe & uxor unanimi conſenſu perfectam ſervarunt continentiam uſque ad mortem. Maritus è vita migravit circiter anno 1517.

Nefas eſt oblivione ſepelire Artaldum Arragonenſem, à ſancto Iacobo comitem, & proregem Arragoniæ, pariterque ejus uxorem comitiſſam, vel etiam Nicolaum de las Torres Sacerdotem & Canonicum Cathedralis Segovienſis, quorum omnium ſanctitas mira & eminens eſt. Rodericus de Caſtro, Bobadillus de Alcarazio Archidiaconus, & Canonicus Toleranus, comitis Lemoſiani filius; Petrus Ferdinandus de Caſtro, Antonius de Borgia in Eccleſia Archiepiſcopali Toletana cantotum antiſtes, ducis de Villa hermoſa frater, Gaſpardus Torrezius primus miniſter Tertij noſtri Ordinis Madriti, Franciſcus Piſanus facultatis Theologicæ Toletanæ Decanus, Ioannes tandem Garciaſius in academia Complutenſi Doctor, Epiſcopus Tuitenſis penès Compoſtellam tutam eamdem viam tenuerunt.

Jacobus Garciaſius Religioſarum immaculatæ Conceptionis inſtitutor, Mathæus Vaſquezius de Leca, Archidiaconus Carmonenſis, Canonicus primarius Segovienſis, Bernardus Toreſius defenſor acerrimus immaculatæ Conceptionis Dei Genitricis, Bernardinus de Velaſco Caſtellanorum caſtrorum præfectus, Ioannes Ferdinandus de Pacheco, dux Aſcalonenſis, prorex Siciliæ, Dux quidam Montis-leonis, Rodericus Gomezius de ſilva marchio Eliſedanus, Gabriel Guſmanus marchio de Torallo, Ludovicus Guſmanus marchio de Algava, Ardalezius comes de Theba, Franciſcus Ribera marchio de Malpica, Marchio quidam de Capio, Franciſcus Henriquezius de Almauſa comes de Nueva, Petrus Carillo comes de Piego, Georgius de Heredia comes Fuentanus, comites de palma, de Caſtellaro, de Saltezio, Ioannes Hurtado de Mendoça comes de Redoza, Rodrigo Gomezius de Mendoça filius comitis de Soldava, ducumque de l'Infantado & de Lerma, proximâ conſanguinitate florens. Hi quidem optimates egregij non æque æſtimarunt terrenas ſuas dignitates ac Tertij Ordinis Franciſcani profeſſionem, quam libenter amplexi-ſunt, ut Chriſtum lucrifacerent.

Jungimus Ferdinandum familiæ ducum de Villa-hermoſa filium primogenitum, & eomitem de Ficallo, Lopezium de Meſcoſa comitem de Monre aguero, Melchiorem de Borgia è ducibus Candiæ ortum ducentem, Cardinalis de Borgia fratrem; Franciſcum Pacheco de Bocca-negra novæ Gallæciæ Gubernatorem, dynaſtam Villæ majoris, Antonium de Zuniga marchionis Mirabelli filium primogenitum, Thomam Cordubenſem univerſi Ordinis Minorum Conſulem aut Syndicum Apoſtolicum, ſacrorum Hieroſolymæ locorum commendatorem, Tertiariorumque miniſtrum in urbe Hiſpalenſi.

Jure merito recenſemus inter Franciſcanos Tertiarios Joannam de Ormero duciſſam de Feria, Gomezij Xuarezij conjugem, primi ducis de Feria, Annam de Luſitania duciſſam de Paſtrano, matremque ducis Paſtrani, Ioannam de Cardona Friaſi duciſſam, Ioannis Fernandezij de Velaſco uxorem, Bernardini de Velaſco matrem, Coneſtabilis Caſtellani; Iſabellam de la Cueva duciſſam de Oſſuna, Menciam Requeſneſiam comitiſſam Beneventanam, unà cum cunctis ſuis filiabus, Ioannam duciſſam de Villahermoſa, Magdalenam de Guſmano marchioniſſam de valle, Franciſcam de Padillo marchionis de Aminono uxorem viduam, Magdalenam de Arragonia principem de Melito, Ioannam de Caſtro marchioniſſam de Alvemara, Angelicam de Guſmano marchioniſſam de Valle, Marianam de Taſſo comitiſſam de Onato, Mariam Venavideziam, magno Arragonenſi commendatore viro orbam, Mariam Enriqueziam. Nunquam obliviſcentur, imo potius ſemper commemorabunt poſteri Elizabetham Auſtriacam Alberti II. Imperatoris filiam, Regi Poloniæ in matrimonium fuiſſe locatam, atque juxta prædictionem beati patris Ioannis Capiſtrani, multos poſtquam Reges, & præſertim ſanctum Caſimirum in lucem emiſiſſet, Tertij noſtri Ordinis ferventer induiſſe habitum.

Kunegundis Auſtriaca Imperatoris Friderici III. filia, poſt obitum ſponſi ducis Bavariæ ſe contulit in monaſterium Religioſarum Tertiæ noſtræ congregationis, ubi tribus votis ſolennibus nuncupatis, ſanctiſſimam exegit vitam. Dum extremum efflaret ſpiritum ſtella præfulgida & maxime radians viſa eſt ſupra conventum, anno 1520. Margarita Auſtriaca Imperatoris Maximiliani I. filia, Sabaudiæ duciſſa Tertiam noſtram Regulam ſtudioſè ſectata eſt.

Maria Burgunda Imperatoris Maximiliani II. Auſtriaci uxor, ſummo honori ducebat ſe poſt mariti mortem humilis Tertiariæ conditionem amplexam fuiſſe. Maria Ferdinandi II. Auſtriaci Imperatoris conjux, pœnitentium Regulæ gloriabatur ſe nomen dediſſe. Maria Ferdinandi III. Imperatoris prima uxor, & Ignatij Leopoldi etiam Imperatoris mater, patris ac fratris Hiſpaniæ Regum exemplum ſecuta eſt, qui libenter ſe Tertiariorum profeſſioni ſubjecerunt, ut patris Seraphici fierent alumni.

Elizabetha Auſtriaca Alberti filia, Hungariæ, Bohemiæ, & Romanorum Regis, Tertio noſtro Ordini ſe addixit, tantoque Franciſcanos ſectatores ſtudio coluit, ut ſuis largitionibus ampliſſimis viginti monaſteria con-

ſtruxerit intra limites Poloniæ, ſub legibus patris noſtri Seraphici: memorari non poteſt Ferdinandus I. quin eodem momento nobis ob oculos proponatur Anna Auſtriaca, ipſius filia, duci Bavariæ Alberto matrimonio copulata, quæ filios quinque peperit, & duas filias, quarum primogenita, Maria nomine Maximiliana, in conventu Religioſarum Tertiariarum ſanctiſſime vixit, illibatam ſervans virginitatem uſque ad obitum, quam Deo lubens conſecraverat: Maria ſoror ejus, quæ Archiduci Carolo Ferdinandi I. filio nupta, magnum eſt arbitrata ſibi conciliare decus, ſocietatem iniens cum noſtris Tertiariis ejuſdem regulæ profeſſione.

Finem impono huicce catalogo ſequentem Raderi inſerens narrationem. Monachij duo B videntur, inquit, celebres conventus virginum & viduarum, quas vulgo nominant Tertiarias. Maria Maximiliana principis Guillelmi ducis Bavariæ patruelis ſacrum aſſumens velum in horum monaſteriorum altero, in unicum ſibi ſponſum Chriſtum elegit: inter cæteras viris orbatas Magdalena Ruittemberga inſigniter virtutibus claruit, & fato functa eſt anno 1554. undecimo die Septembris. Martha Prechtuiſſerina illuſtri orta genere Magdalenæ veſtigiis ſolerter inhæſit, ſecum deducens in illud cœnobinm binas ſuas filias, quæ adhuc teneriores, & vix limen vitæ attingentes ex ea deceſſerunt: junior primogenitam obſecravit, jam ferè efflantem animum, ut ſuis precibus à Deo obtineret promptam ambarum mortem ſororum, quæ ſic inciperent ſimul, & in æternum pergerent Deum laudare. Quatuor poſt hebdomadas è vivis exceſſit, & ambæ paulò ante diſceſſum ſolennia Religionis vota nuncuparunt coram matre, quæ binas & innoxias columbas in perfectum immolabat ſacrificium.

Barbarabaquenaverina ibidem præcelluit vitæ religioſæ perfectione, & ardore ſingulari erga crucem & vulnera Chriſti, quibus contemplandis præcipuam navabat operam. Soror Seraphica Deo prius conſecrata votis ſolennibus in Tertio Ordine Franciſcano, Capucinarum Barcinonenſium conventum inſtituit, cui præfecta ſpiritum denique Deo A reddidit anno 1608. Tranſitus ejus ex Ordine Tertio in Secundum, evidenter probat quam mirabiliter prior ille refertus fuerit probis ingeniis, & quam fortunatus fuerit hic poſterior, cui plurimùm profuerunt exempla & documenta matris Seraphicæ. Beata Antonia Florentina poſtulat attentionem, cum cœlitus monita in monaſterium ſancti Onuphrij intraverit, à Religioſis Tertiariis dignè occupatum, ubi ſancte ſe geſſit ſub beatæ Angelæ Fulginienſis diſciplina. Sanctitatis & miraculorum ſplendore apprimè illuxit; obiitque 28. Februarij. Wadinghus illam commemorat 1438. 1447 1470. 1472.

Sciat poſteritas anno 1671. die 14. Junij Reverendiſſimum patrem Franciſcum à Ma- B ria Rini totius Ordinis Seraphici Miniſtrum generalem tradidiſſe Tertij Ordinis habitum Margaritæ Lotharingæ Ducis Aurelianenſis uxori viduæ, poſtquam celebraverit Miſſam in ſacra æde palatij Aurelianenſis Pariſini. Dedit quoque eamdem tunicam Mariæ Annæ principi Withemburgenſi, & plurimis aliis, & illuſtribus feminis. Hac prætereà in celebritate inſtituit & declaravit Mariam Tereſiam Auſtriacam Galliæ Reginam eſſe præpoſitam tertiæ hujuſmodi congregationi, præſentibus ternis Deffinitoribus generalibus. Margarita hæc Lotharinga obiit Pariſiis die tertio Aprilis anno 1672. & ſepulta fuit in templo ſancti Dionyſij penès Lutetiam.

Hacce in brevi ſerie tot & tantorum illuſtrium notare ſingulatim annorum ſeu perſo- C narum ordinem, neque neceſſarium fuit, nec facile; nominum declaratio ſufficit, ut noverint fideles quanta ſit proborum multitudo, quorum immenſa pars latet: difficile factu eſt autem, nullos intra manuſcriptum vel mihi communicatum, aut prœlo mandatum errores irrepſiſſe, cum propriæ denominationes virorum, feminarum, urbium, regionum, nobilium prædiorum, & toparchiarum ſint ferè innumeræ, ſed quod abeſt, vel deficit, periti & prudentes lectores libenter ſupplent. Conſtat ergo Tertium Ordinem Franciſcanum pratum eſſe mirabili illuſtrium florum conſperſum varietate; imo potius cœlum ſtellis radians & ornatum.

M. LUDOVICUS CALONUS, DOCTOR FACULTATIS THEOLOGICÆ PARISIENSIS.

NOMINABATUR ut pater, Ludovicus D Calonus; Jacoba Cleriaca nomen erat matris. A parentibus ab infimis eductus ſcholis ſæculi negotiis implicatur uſque ad vigeſimum ætatis annum, quo Deus manifeſtavit adoleſcenti Calono Sacerdotium ab æternitate illi eſſe deſtinatum. Gallemanus virorum hoc ævo pietate & doctrinâ apprimè illuſtrium inſigne ſpecimen, & illius conſcientiæ moderator, fovit hocce

conſilium & confirmavit.

Sacris Ordinibus inauguratus eſt ſuo quolibet tempore, neque è Gymnaſiis literariis exiit donec profundam ſcientiam ſit adeptus, & allectus inter Doctores Facultatis Theologicæ Pariſienſis. Quam primùm Albamalam ſolum natale revertitur, confecto ſtudiorum curriculo, ductoris ſententiæ obtemperans, in Curiali beneficio ejuſdem urbis illi ſucceſſit: ruſticanorum tamen & pauperum ſalutem flagranter appetens, paſtoris munus ſibi abrogavit, ut in excurſionibus Apoſtolicis per viculos excolendis Chriſtianorum animis operam daret, ſpatio triginta-quinque annorum.

Mirantur omnes quantum noſter Calonus à rebus creatis, vel etiam à ſeipſo abalienatus erat atque disjunctus. A morte parentum poſſidens librarum francicarum circiter ſexaginta millia, ad majorem Dei gloriam, & Eccleſiæ utilitatem ita fauſtè illa & ſanctè inſumpſit, ut nil hæredibus ſuperfuerit. Paternæ domus donatione erexit & fundavit collegium Albamalenſe: aliam ibi emit propriâ pecuniâ, in qua erudiuntur filiæ. Liberalitas ejus elucet maxime in parœciæ templo, in hoſpitio publico egenorum, & in conventu Religioſorum pœnitentium ejuſdem urbis, ſicut in Seminario ſancti Lazari Pariſienſis, in monaſterio Rothomagenſi patrum Fulienſium, aliiſque in ſocietatibus. Quot miſeros levavit luculentis largitionibus: quot pauperes filias ſuis eleemoſynis in matrimonium collocavit, vel à vitiorum occaſionibus eripuit, tot valida præbent teſtimonia, quæ miram ejus charitatem prædicant.

Tractatus de caſtitate, quem in lucem edidit, probat evidenter quo fervore virtutem hanc Angelicam complecteretur, cujus indefinens ſtudium nullam uſque ad obitum relaxationem habuit, cum in extremo vitæ termino ſingularem oſtenderit lætitiam, ex eo quod nulla excubaret ad lectum femina.

Veſtes ejus, verba, univerſuſque exterior habitus, aut oris compoſitio, humilitatem profundam ſapiebant. Summis laudibus extollenda eſt illius pietas: completo die in laboribus Evangelicis, quâ proſeminandi verbi divini causâ, quâ confeſſiones excipiendi, per totam ferè noctem meditationi incumbebat, certò exiſtimans felicem exitum prædicationis, & adminiſtrationis ſacramentorum pendere præſertim à miniſtrorum aſſidua & ferventi oratione, quâ Deum placantes peccatorum obtinent converſionem.

Patientia Ludovici Caloni reſplenduit in voluntariis carnis cruciatibus, in longis & acribus morbis, quibus affectus eſt; in contradictionibus tandem propè innumeris, quæ impavidum illum invenerunt, & reliquerunt penitus inconcuſſum. Poſtremâ laborans
A ægrotatione, Rothomago exit menſe Auguſto anno 1647. Lutetiam profecturus, ut vitam finiret in cœnobio ſancti Lazari, inter manus intimi ſui amici domini Vincentij à Paulo, hujuſce domus & ſocietatis Superioris generalis.

Morbo multum ingraveſcente per viam commorari cogitur, & diverſari in cauponula pagana, cujus caupo ægrè ferens longiorem commorationem, cauſa fuit cur æger obſecravit ſe tranſvehi in conventum Religioſorum Tertij Ordinis patris Seraphici Vernonenſem, qui illum ut Angelum honorifice, quantum potuerint, exceperunt die 18. Auguſti.

Irritis conatibus eorum, ad lectum, cibaria, B medicamina, aliaque commoda paranda, voluit decumbere in ſtipula, nec paſſus eſt ullo modo ſe veſtibus exui: vix duabus horis ante diſceſſum detracti ſunt calcei: audiens aliquem de judiciis divinis diſſerentem, quibus juſti perterrentur, timore viſus eſt corripi: *Non tamen*, inquit, *pertimeſco mortalis vitæ finem, quem toties exoptavi: bonum habeo Dominum, qui non me deſeret.*

Jam tum Caloni noſtri cor cœleſti gaudio perfunditur, cujus clara exhibet ſigna, dum piacularium ſacrorum ope præſidioque inſtruitur die 25. Auguſti ſancto Ludovico Regi Francorum dicato: monitus an vellet habitum recipere, atque emittere profeſſionem tertiæ congregationis ſancti Franciſci, reſ- C pondet ſe lætitiâ exultare ob hanc propoſitionem, ut ſocietatem ineat cum Religioſis quos tantopere veneratur.

Ex corporis ergaſtulo evolavit 26. die Auguſti anno 1647. poſt ultimum expiratonis diſcrimen, breve quidem, & valde lene, quod incœpit, dum innixus genibus ſequentia Davidis verba proferebat: *Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant juſti, donec retribuas mihi*, pſal. 141 quæ ſex diebus præcedentibus mente revolverat:

More honorifico terræ mandatur in Eccleſia monaſterij, in quo lucis uſuram amiſit: nullâ præviâ deceſſus publicatione, magnus fit populorum concurſus, qui ad ejus inter- D ceſſionem confugientes validum perceperunt ſubſidium: patres noſtri maxime gaudentes ſe tam pretioſum theſaurum nactos eſſe, virumque tot virtutibus ornatum auſpicatò ſuum eſſe hoſpitem, totis viribus conati ſunt illi ſuppeditare quæcumque ſalubria & jucunda; ſeque itidem ampliſſime arbitrantur remuneratos defuncti ſanctitatis recordatione, quâ exemplorum, quâ ſermonum, venerandi denique corporis fixâ præſentiâ.

M. Jacobus

M. JACOBUS NEELUS SACERDOS.

NAscitur anno 1614. die 12. Julij in urbe Sanlaudenſi, diœceſis Conſtantienſis, in Neuſtria inferiori. Patrem ejus Henricum Neelum vocant; matrem verò Joannam Foucheram, qui ſtudioſè curaverunt illum ſcientiis ætati convenientibus inſtitui. Admirationi erat ferè ab incunabulis, tum præceptoribus, tum condiſcipulis, ob modeſtiam ſingularem, & pietatem eximiam. Literis humanioribus ſufficienter imbutus in ſolo natali, pariſios mittitur anno 1641. operam philoſophiæ navaturus ſub domino Blanchot, qui tunc in gymnaſio Craſſineo profeſſorem agebat: à magiſtro diſcipulus incitatur ad meditationis exercitium, & mirum in eo facit progreſſum juxta divinas leges, quas ex eodem fonte haurit, unde humanam colligit ſcientiam

Philoſophiæ curriculo peracto, magiſtrali laureâ inſignitur, non proprio motu, ſed ut parentibus morem gerat, qui Doctoris gradu in Theologiæ diſciplina volunt illum initiari, & inter patres Sorbonicos ſolenni ritu atque ex formula cooptari. Verumtamen ipſe Carthuſianorum Ordinem cupit amplecti; decumbens in lecto jam cum veſtimentis, & parcè dormiens, plurimùm de victu ordinario ſibi temperabat, ut ſe ad vitam adeò ſeveram præpararet. Non allegitur autem in hancce congregationem, divinâ providentiâ illum vocante ad aliud miniſterium.

Biennio Theologicum ſtudium decurrit tam auſpicatò, ut præ cæteris condiſcipulis Sorbonicis inſigniter emineret. Durius intereà carnem vexat auſteritatibus & jejuniis, attentius orationi vacat, ut ſciat quodnam vivendi genus eligat. A pluribus eximiæ pietatis, & vias Dei callentibus viris, ad Sacerdotium provocatur, in quorum ſalutare deſiderans introduci commercium, ſeque accingere ad ſacros Ordines, promiſſiorem induere tunicam incipit; inviſenſque parentes, ut ſuum illis manifeſtet presbyteratus deſiderium, ſummè gaviſus eſt, quod ipſis tale conſilium placuerit. Verùm declaravit generoſe ſe perſeveraturum in tam præclaro propoſito, quamvis propinqui plures & conſanguinei obſiſterent, ſeque nullam unquam habiturum carnis & ſanguinis rationem, cum juſtum ſit Deum ubique, ſemper, & in omnibus remanere victorem.

Divino cultui Subdiaconatu mancipatus menſe Septembri anno 1648. Tertiæ Franciſcanorum congregationi adſcribitur à Religioſis pœnitentibus conventûs Sanlaudenſis: mirabiliter diligens & accuratus erat in Regu-
A larum obſervatione, & prorſus Angelica videbatur illius converſatio: eam adhibebat in populis erudiendis, & Evangelio proſeminando ſolertiam & charitatem, quæ corda auditorum acriter urgeret & compelleret ad pœnitentiam.

Quam primùm Sacerdotio inauguratur, è ſuggeſtu exiens, finitâ prædicatione, confeſtim aures attentas præbet induratis peccatoribus, qui zelo ejus perculſi volunt totius vitæ noxas illi exponere, & dignos facere pœnitentiæ fructus. Ad Jacobum quoque Neelum accedunt plurimi virtute præditi ſana auditu-ri conſilia, ne à recto itinere Chriſtianæ perfectionis unquam aberrarent. Tota ſic ejus
B vita continua videbatur excurſio Apoſtolica ad animarum ſalutem & perfectionem, ſalvis tamen meditationis ſtudio, & charitatis legibus erga pauperes & afflictos, ad quorum ſolatium feſtinus, & ardens accurrebat,

Ipſi hæreſeum peſtilentiâ inquinati, quos fortiter refutabat ſermonibus publicis, & privatis colloquiis, illum ſingulari proſequebantur honore, ob ſublimem ejus ſanctitatem, miramque prudentiam. Sexcennio ante mortem cellulam, more Carthuſianorum conſtruxit, unde nunquam excedebat niſi ad majorem Dei gloriam, & proximi auxilium:
C Deo quoque promiſit, quoties cibum ſumeret, ſe quinquies in Chriſti crucifixi commemorationem naturæ ac genio repugnaturum, ne deliniretur illecebris voluptatis; nec unquam uſum carnis adhibiturum niſi ægrotationis tempore: ſtatuit etiam ſingulis diebus jejunium obſervare, exceptis Dominicis & Feſtis.

Voto ſe prætereà obſtrinxit, dum in viam ſe daret, octoginta divini amoris actus eliciendi, quâlibet mediâ leucâ, cujus flammas tam vehementer in ſuo corde accendit, ut levior peccati umbra crudelis illi ſupplicij locum teneret. Semel tantum eſcâ ſe reficiebat quotidie, atque tantâ parſimoniâ, ut ſæ-
D piſſime modico pane uteretur, eâ potiſſimùm humili induſtriâ, ut illius ſobrietas iis qui invitaverant nullo modo innoteſceret.

Magis violentis animi cupiditatibus ita acriter reſiſtebat, ut videretur aliquando ſubitâ virium, motus, ac ſenſus facultate deſtitui, uſque adeò valide decertaret. Quamvis continua eſſet, necnon abſque intermiſſione illius oratio, propter indeſinentem mentis applicationem divinæ præſentiæ, duabus tamen horis quolibet die ſancto hujuſmodi exercitio dabat operam: noctem quoque inſumebat ferè integram in precibus, pia lectione, nec

non in ſacræ Scripturæ ſtudio.

Inferum conclavis tabularum illi pro lecto erat; ad ſummum adhibebat pauxillum paleæ in ſaccum incluſæ, punctis denſatum & ſtipatum: auſterum iſtud cubile pro fulcro habebat quaruor ligni fruſta, è quibus unum ilia ſuſtinens tanrum Jacobo noſtro dolorem incutiebat, ut ne quidem momenrum quietis capere poſſet. Zona ita ſtricte premebatur, ut ubertim ſanguis effluerer: flagrum, quo ſe torquebat, omnino cruentum, & colore ſanguineo prorſus imbutum, evidens eſt argumenrum ſacræ necnon immiſericordis, quâ ſeipſum affictabat, ſævitiæ.

Dum feminas inviſeret, nunquam ſolus erar, ſed in comitatu ſemper amici cujuſdam Eccleſiaſtici: ſi illum quandoque adirenr, propalam & in loco cunctis obvio illas alloquebatur; nec ulla nnquam in ejus cellulam ingreſſa eſt abſque ſociis, neque illum extremis quidem digiris artigir, in graviſſimis etiam ægrotationibus, licet conſanguinitate proxime conjuncta. Oblectabatur maxime in exercendis operibus charitatis, quà erga corpora, quà erga mentes,

Quas colligebat eleemoſynas, pro egenis, cum minimè ſufficerent omnes, quicquid illi ſuppetebar ad proprios uſus, illis elargiebatur libenrer, piâ profuſione vendens eo fine ipſa altaris ornamenta. Hi verò beneficum datorem injuriis ſæpius laceſſebant; lacrymæ quas effundebat, ad Miſſam ſe diſponens, vel pro tam immenſo beneficio agens gratias, quanto cœleſtis amoris ardore flagraret, clarè teſtabantur. Eodem igne conabatur adurere corda eorum qui illi peccata ſua enunciabant, aut qui ad ejus recurrebant conſilia: cæteros ipſe adibar ram fervide & ſagaciter, ut permultos ab rerum omninm licentia ad honeſtam vitæ rationem rraduceret.

Semper ſibi conſtans inter hujus exilij mo- A leſtas varietates & diras contradictiones, admirationi erat omnibus, quibus innotuerant. Ægrotans denique & ad exrrema deveniens Jacobus noſter Neelus ira profuſè lacrymatur, ut uberes guttæ è vultu erumpant ingentes & præcraſſæ velut piſa: tum exclamat: *Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Dein petentibus hujuſcemodi canſam exclamationis, reſponder iratum eſſe Deum. Declaravit poſteà ſuo Confeſſario tam efficaciter agnoviſſe divini magnitudinem furoris, ut undique ſudore diffluerer præ nimio terrore, non quidem pertimeſcens punitionem, ſed infinitæ B Dei bonitaris offenſam.

Per Confeſſionis ſacramentum exoneravit conſcientiam tanro fervore, ut fragoſus auditus ſit ſtrepitus, quaſi oſſium luxatorum atque ſuâ disjectorum ſede, uſque adeò fuerit vehemens & fervida ejus contritio. Creditur communiter ſuam mortem prædixiſſe, cum octo diebus ante poſtremum morbum teſtamentum formulâ conceptum exaraſſer, quod lnrimo cuidam Eccleſiaſtico manifeſtavir, nec deinceps præter illum voluiſſet alium alloqui.

Medicis à quibus inviſitur initio decubitus, levem eſſe morbum opinanribus. Aliter cen- C ſeo, inquit, moriendum eſt: ſic Deus jubet, cui lubens obſequor; quod tamen præſcripſerunt volo exequi. Poſtridie ſacro ad ultimam luctam inungi oleo expetenri, Sacerdos amicus repugnat, aſſerens longiùs abeſſe imminens periculum. Inſtans aurem ægrotus; Ne ſit mora, inquit, jam enim mea ſanitas multum inclinata eſt; brevi diſcedam. Statim reverà obdormivit in Domino merit mulatus, & unanimi populorum conſer i- gnus qui inter cœlites adſcriberetur. iit menſe Februario anno 1662. ſepultus eſt Sanlaudi in medio choro Eccleſiæ ſacratæ Deiparæ.

ELIZABETHA RICORDA.

PATREM habuit Leodegarium Ricordum, & marrem Carolam Racinam, quæ rantâ exardeſcebat charitate, ut nolens dimittere pauperes inanes & vacuos, ſuis ſeipſam privarer commodis & neceſſariis, ad illos ſublevandos: ne quoque nudi abirent, propriam ancillam ſpoliabar ut egenos veſtiret, nova emens veſtimenta ad uſum famulæ.

Elizaberha ſalutari Baptiſmate conſecratur in remplo ſancti Jacobi Melanchonenſis, & ab incunabulis mira pieratis exbibuit indicia. Vix octennis jam clanculum ab ædibus parernis recedens, in Eccleſiam feſtina convolabat, ubi coram auguſtiſſimo Sacramenro bu- D mi procumbens, aut genibus innixa, meditationi prolixam & ferventem dabat operam. A patre hoc exercitium initio non approbante, licentiam tandem perſiſtendi fervidis in precibus obrinuit, abſtinens ſe libenter ab eſu & potu, ut divino cultui vacaret. Annos duodecim nata votis ſolennibus & religioſis ſe percupiens obſtringere, à parentibus in noſocomium Pontœſienſe eo fine perducitur, poſtquam tamen ibi degerit per octo menſes, illam revocar pater in paternos lares, ubi collocatur in matrimonio.

Perſeverar nupta in virtutis legibus obſervandis pari fervore & ſolertiâ, quâ ſe gerebat antequam conjugio illigaretur; de mariti be-

nevolo conſenſu: totum tempus matutinum traducit ad pedes altaris, uſque ad ſecundam horam pomeridianam. Domus ejus Religioſorum & pauperum erat refugium, quos aſſidere ſuæ cogebat menſæ, dum ſponſus abeſſet; vel iis impertiebatur quod erat apparatum, ſimplici contenta juſculo, cujus omne condimentum in modico ſale & pane in aqua mera elixo conſiſtebat. Miſſas frequenter celebrari curabat in honorem ſanctiſſimi Nominis Jeſu, & ſanctæ Annæ: magnum pietatis ſpecimen exhibebat fidelibus Chriſtianis, dum inſtituti prodirent ordines ſupplicantium, à quibus nunquam ſe eximebat.

Cum ut plurimùm degeret in pago Fraxinenſi, pernoctabat ferè omnino in ſacello S. Antonij ſuæ domui vicino. Sponſus moriens Elizabetham relinquit ære alieno demerſam: dein penitus ſubjicitur arbitrio fratris ſui, qui tectum illi, victum etiam, atque veſtitum præſtat. Non deſinit tamen Elizabetha miſericordiam in pauperes exercere, quibus libenter ſuppeditat pauxillum pecuniæ ipſi ad uſum contingens: templis autem dicat vaſarium argenteum, & pretioſa magis inſtrumenta domeſtica quæ reſtant.

Dura patitur & adverſa quinquennio ſuæ viduitatis: acerrimè vexata per decem & octo menſes moleſto carcinomate, & humoris valde noxij fluxione, quâ graviter intumeſcit & torquetur brachium; dolorem ut levet, ſanctiſſimum Jeſu nomen ſuaviter ore pronunciat, atque intimo cordis affectu Deum adorat: firma ſtat ejus patientia dum novaculâ violenter illius aperiuntur genua, diſſipandi cauſâ ingentis tumoris quo laborat, ob frequentem nimis earum partium, dum meditatur, inflexionem.

Multoties viſa eſt innixa genibus in cœmeterio ad pedes Crucis, & ad Eccleſiæ januam, ſæviente frigore, quamvis ægrotaret, etiam tempore nocturno: nunquam verò ſeu noctu, ſeu diu, horologium horas pulſans audiebat, quin citò etiam decumbens exurgeret, & flectens genua Salutationem recitaret Angelicam. Suſcepto Tertij Ordinis Franciſcani habitu anno 1646. omnes ejus ſtrictè obſervabat regulas; ſingulis ferè diebus jejunio carnem domabat, modicum valde cibatum ſemel ſumens, & ad veſperam in exitu Eccleſiæ. Feriâ ſextâ Paraſceves, & Sabbatho ſequenti prorſus abſtinebat ab omni eſca: ter aut quater qualibet hebdomadâ cœleſti Euchariſtiæ ſe recreabat pabulo.

Sanctam, quam communiter nominamus Roſarij ſodalitatem, curavit in ſua Parœcia inſtitui, ubi plures fundavit Miſſas in perpetuum. Poſtquam adfuiſſet agminis ſupplicantium inſtructo ordine procedenti, ac poſtridie rei divinæ pro defunctorum requie, ubi divinum recepit epulum, mortis primos impetus ſenſit; lectum petere coacta, quam primum ſuam redierit domum, atque vergente in occaſum Sole, Unctionis extremæ ſacramento munita eſt: potuit tamen ante deceſſum ſacro Euchariſtiæ viatico inſtrui, quo recepto animam exhalavit in palea primo Martij 1653.

Terræ mandatur juxta ultimum ejus deſiderium, tunicâ Franciſcanâ induta, in Eccleſia ſancti Jacobi Melanchonenſi. Cœleſtes viſiones & perjucundæ, quibus demulcentur ejus dolores extremæ tempore ægrotationis, fœtidi carcinomatis odoris ceſſatio poſt obitum, favores denique inſignes iis qui noſtram Elizabetham invocant ad ipſius tumulum, probant quantâ pollebat apud Deum gratiâ.

ADDITIONES NON PRÆTERMITTENDÆ.

Pater Jacobus Foderetus Ordinis Minorum, quos vulgò vocant de Obſervantia, in ſua Hiſtoria Provinciæ ſancti Bonaventuræ, loquens de eremo Provencherenſi, pag. 915. affirmat domum hanc ſolitariam fuiſſe conſtructam curâ & ſumptibus Jacobi de Nova-villa non magis generis nobilitate conſpicui, quam facinoribus eximiis illuſtris, qui à Rege Galliarum Ludovico XI. bello captus fauſte eripitur, & ſolitudinem incolere ſtatuit: Carolo de Novocaſtro conſentiente, Chemiliacenſi Dynaſtâ, & domino Conflantis itidemque ſupremæ juriſdictionis Provencherenſis; annuente etiam Archiepiſcopo Veſuntino parentibus literis datis 25. Junij anno 1477. ſacram ædiculam in loco dicto communiter beatæ Mariæ fontis ſancti Antonij ædificavit, cellamque vicinam, ubi ſumpto habitu Tertij Ordinis Franciſcani, ab omni humano conſortio ſejunctus degebat, pro victu ſolùm adhibens pauliſper juſculi cum pane & aqua: anno 1485. dono dedit eremum Patribus Obſervantinis, qui biennio poſt terræ mandarunt donatorem in clauſtro ſui Conventus anno 1487.

Pater Franciſcus à ſancta Clara Miniſter Provincialis Fratrum Minorum Angliæ, diſſerens de iis qui ad ſuam Provinciam ſpectant, inter noſtros Tertiarios recenſet Cancellarij Anglorum Thomæ Mori uxorem, pluresque alias præſtantes & inclytas feminas. Narrat prætereà miraculum inſigne meritis & inter-

ceſſionibus beatæ Catharinæ Arragonenſis A editum, cujus jam ſcripſi vitam ſuo ordine.

Bellator quidam egregius humore gravi & pernicioſo redundabat, qui è naribus erumpens cum fœtore, totius oris horride adimebat formam abſque ulla redintegrationis ſpe: ſecundùm quietem illi dormienti objecta ſunt ſepulchrum Catharinæ Henrici VIII. Regis Anglorum uxoris, fonſque pariter adjacens, quo ſummo mane feſtinanter currit: quamvis à recto fidei dogmate alienus, confidit ſe meritis piæ Reginæ ſanari poſſe: quapropter ſigno crucis ter ſe muniens, vultum ſuum eluit, & in priſtinam revocatur ſanitatem. Mirabilem hunc eventum publice declarat, qui deinceps omnium ſermone celebratur.

R. P. VINCENTIUS MUSSARTUS

PARISINVS, TERTIARIORVM REGVLARIVM In Gallia Inſtaurator.

NIL congruentius meo quidem judicio, neque juſtius, quam extremam adhibere manum Tertiæ Congregationis Franciſcanæ Annalibus, à Scriptore Gallico in lucem editis, ipſius Inſtauratoris è Galliis oriundi vitæ deſcriptione. Jam plures ejuſdem nationis eximiâ pietate & doctrinâ illuſtres aſſeclas Tertiæ Regulæ Franciſci Aſſiſiatis Regulares & Seculares utriuſque ſexus commemoravimus paſſim in diverſis locis; præſtat nunc permultos, licet poſteritati commendandos primariâ notâ, ſepelire ſilentio, ne Hiſtoria noſtra lectoribus faſtidium afferat. Agamus igitur de noſtri Ordinis Gallicani reformationis conditore, cujus ductor verus & gubernator fuit ſemper & ubique Deus omnipotens & miſericors.

Naſcitur Lutetiæ in Parœcia ſancti Germani Antiſſiodorenſis die 13. Martij anno 1570. ſtatimque ibidem ſacro latice tingitur. Qui bene vivit, bene naſcitur, bene moritur; at qui male vixerit, bene natus eſſe non poteſt. Nam quid refert quam fulgido tramite cœcus inceſſerit? aut quid refert unde venias, ſi in miſeriam aut in culpam venis? modo vita ſit laudabilis, ortus nequit vituperari. Omnis radix obſcura & ſqualida eſt, unde tamen & floridi & frondentes rami prodeunt. Non unde quicquam prodierit, ſed quale ſit quæritur.

Nativitas noſtri Vincentij non caret honore, quamvis parentes illius non fuerint optimates Pariſini: omnes quidem Chriſtiani, ſancti, omnes illuſtres, illi præſertim qui probitate morum, & Catholicæ Religionis zelo præſtant. Conſilio Vincentij volentis ſe in ſolitudinem conferre firmiter obſtat pater ejus, non ut amoveatur à perfectionis ſemita, ſed ne in via deficiens minus perfectus evadat. Sacro imbutus chriſmate, ac primore tonſurâ Clericus inauguratus à Reverendiſſimo Epiſcopo Luſignano anno 1588. & Subdiaconatus ordine ab illuſtriſſimo Domino Roſeo Silvanectenſi Antiſtite initiatus anno 1589. Anachoretæ habitum ſuſcepit, ſtrictamque init B ſocietatem cum juvene quodam ſolitario, qui ſanctioris vivendi rationem cupiebat capeſſere. Carnuti ejus fervor maxime enituit, dum Henrico IV. Galliarum Rege illam obſidione cingente, Vincentius noſter ſtrenuè propugnavit, quà precibus, jejuniis, aliiſque carnis cruciatibus, quà armis & militari peritiâ.

Religionis gloriam & amplitudinem ob oculos tantum habebat, cujus gratiâ cunctis ſui ævi piis ſodalitiis annumerari & allegi ſummè ſtudebat. Pleno perfundebatur gaudio, pſalmum recitans, cujus priora ſunt verba: ***Exaltabo te, Domine, quoniam ſuſcepiſti me***, C vulneraque Chriſti Servatoris præcipuo proſequebatur cultu.

Voto ſe obſtrinxit caſtitatis anno 1592. in honorem virginitatis ſacratæ Dei genitricis, parvum ejus officium promittens ſingulis diebus ſe perſoluturum. Voluntatis divinæ executioni integræ ſe devovens ſolitudinem expetebat, ut eam poſſet agnoſcere meditatione aſſiduâ, necnon pœnitentiæ fervidis operibus. Pater ejus tale conſilium non probans, filij conatibus licet juſtis atque rectis obices opponit: filius è contrario propoſitum nititur exequi, decem dierum ſpatio exercitiis ſpiritualibus diligentem navans operam, ſub Patris Alexandri Georgij Societatis Jeſu moderamine. D

Fauſtus Eremitæ cujuſdam (Antonium vocant Pouponum) probè in divinum cultum affecti occurſus Vincentij confirmavit ſolitudinis propoſitum. Simul manſerunt per aliquod tempus in ſilva communiter dicta Senarta, inter Corbolium & Melodunum, deinde in planitie, quam denominant vallem Adami, Lutetiâ quatuor leucis diſtanti.

Poſtrema hæc habitatio, quamvis nullam haberet aliam amœnitatem præter remotiorem ſeceſſum ab omni humano commercio, noſtro tamen juveni Anachoretæ in deliciis erat, qui illam præponebat ædibus cunctis,

in quibus neque lautitiam, neque elegantiam deſideres, quoniam ibi pro cibo ſolùm adhibens herbas ſilveſtres, & radices inculras atque agreſtes, cum pane furfuraceo, corpus acriter conflictabat, ut anima revireſcens uberius divino frueretur illapſu in meditationis exercitio.

A vicinis quibuſdam exagitatus, & gravi morbo laborans, transferre ſe cogitur Lutetiam cum ſocio, dum Henricus IV. Rex Gallorum illam ſepiret ſuis copiis & exercitu. Quam primum illùc accedit, mirabiliter ſanatur meritis & interceſſione ſancti Vincentij, quem fervide invocat. Revertitur in deſertum Vallis Adami & ſodales ejus multiplicantur, quos perducit confeſtim in ſolitudinem ſancti Sulpitij, diœceſis Silvanectenſis, ubi nil remittunt de ſeveris carnis cruciatibus, imò potius illam auſterius torquent, novo accenſi ardore, quo pietatis leges perfectius obſervant.

Nimis frequens converſatio in hac ſolitudine cum mundi amaroribus reddit illam minus jucundam minuſque amabilem noſtris ſolitariis: divinaque tandem Providentia figit illorum ſedem in territorio Franconvillæo, & in vaſtæ ſilvæ aditu, ubi poſita ſunt Congregationis noſtræ Gallicanæ reformationis fundamenta. Sic Vincentius noſter pernicioſæ hominum conſuetudini, terreniſque ambagibus ſe ſubducit, magnitudinem animi ubique oſtendens, & invictum cœleſtis gratiæ robur; ſicque apparatus omnipotentis manu Tertiam Regulam Franciſcanam ita approbè amplectitur, ut cunctis legibus obſervatis, ad ratam votorum ſolennium auctoritatem, perfectæque Religionis eſſentiam conſtituendam, verus mereatur celebrari Tertij Ordinis Regularis Inſtaurator in Gallia.

Orationis inſigni ſtudio magis quam ſcientiâ viribus humanis acquiſitâ, inter Evangelij præcones celeberrimos eminebat, auguſtiores ampliſſimæ urbis Pariſienſis ſuggeſtus tanto ſplendore occupans, ut auditores unanimi conſenſu exclamarent, adoleſcentem hunc Eremitam Joannis Baptiſtæ locum tenere, vel potius ipſum exiſtere Joannem Baptiſtam redivivum, & è deſerto exeuntem ut populos ad pœnitentiam converteret. Mirantur omnes mentis ejus acumen & celſitudinem, quæ contemplationem vitæ actuoſæ occupationibus rite conjungat, Dei ſcilicet verbum annunciando in primariis Regni Galliæ urbibus, & eodem tempore præcipua ſuæ Congregationis munia ſolerter obeundo.

Summus Pontifex Paulus V. videre illum cupiebat, & Henricus IV. Rex Galliarum à confeſſionibus exoptabat habere, atque provehere ad Epiſcopatum. Regina Margarita Henrici II. filia, Regumque Franciſci II. ſoror, Caroli IX. pariter ac Henrici III. illum magnifaciebat, ſuamque propter obſervantiam ſingularem erga Patrem Vincentium annuâ penſione octingentorum aureorum ſanctæ Mariæ de Gratia Conventum, penès Lutetiam, quotannis impertiebat. Regina Maria Medicæa, permulti Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, illum apprime venerabantur, ut eximiæ virtutis, & acerrimi virum ingenij. Plures in lucem edidit libros univerſo comprobatos ſuffragio, de quibus facio mentionem in noſtrorum Scriptorum recenſione. Decimo ſuæ ætatis ſupra ſexageſimum circiter anno, die decimo tertio Auguſti, anno 1637. moritur in Monaſterio Pariſino, communiter dicto *Picpus*, à ſuburbio, ubi jacet intra limites chori, in feretro plumbeo.

Advertant lectores paſſim variis in locis horum Annalium plures Patris Vincentij præclaras actiones narrati, pluraque enitere cœleſtis ſcientiæ atque virtutum perfectionis argumenta, quæ ſejungere ab Hiſtoriæ noſtræ curriculo, & ab inſtauratione potiſſimùm Congregationis Gallicanæ ſeparare nefas erat.

PATER ARSENIUS CORISOPITENSIS.

Quos Deus deſtinat ad egregia facinora, longe antequam fortiter agant, & propalam reſplendeant, hos ſæpenumero ab origine ſpectabiles reddit, ſignis mirabilibus, ſive illos è periculis imminentibus eruendo, ſive ipſi jam divinâ virtute roborati præclaris aliquot factis hominum admirationem commoveant.

Pater Arſenius Coriſopitenſis cum ab æterno vocaretur ad Eccleſiæ decus & ornamentum, vix dum in lucem editur, & aquis luſtratur baptiſmi, donaturque nomine Alani die ſeptimo Februarij anno 1595. eum è faucibus mortis, quæ nequit declinari, ſalvus & incolumis evadit. Anno 1598. peſtilentiâ bis corripitur, quæ parentibus illius dolorem acerrimum incutit; jure quidem merito, cum ſe ferè videant tam citò orbari chariſſimo pignore longis & aſſiduis precibus obtento, omnemque ſucceſſoris & hæredis conſervandi ſpem amittant, ab ipſa ejus infantia, & per deplorandum adeo infortunium.

Diſcrimen alterum ſubiit, dum eodem anno 1598. in puteum valde profundum incidit præ-

cipitis & inſulſi famuli negligentiâ, qui puerulum colloeavit in putealis loricæ margine, donec alter conſcendens equum illum aſſumeret in ulnas, animi recreandi gratiâ: eques verò dum brachia expanderet ad parvulum complectendum, equi tergo protinus & ſublatis pedibus puſio compulſus in caput corruit, atque in imum præcipitium delabitur. Servus hoe eventu perterritus, animadverſionis vitandæ causâ velociter aufugit, nemine ſalutato.

Hunc tamen caſum perniciosum conſpicit ancilla è feneſtra, quæ fortiter exclamans, aliorum auxilium implorat, ut pereunti opitulentur, cujus jam ſalus deſperata videretur. Fauſtus ſolennitatis beatæ Catharinæ virginis & martyris occurſus, die videlicet 25 Novembris compulit matrem noſtri Alani Coriſopitenſis ad periclitantem Deo parvulum interceſſione fidelis famulæ commendandum: cum nullus auderet domeſticus in puteum deſcendere, ob depreſſiorem foſſæ altitudinem, patruus puſilli in periculo verſantis id aggreſſus eſt tam auſpicatò, ut madentem omnino illum reperiens in rupis cacumine & illæſum, extulerit ſurſum, funibus oblatis, quibus ſe evexit in ſublime. Aſtantes omnes unâ voce proclamaverunt evidens eſſe miraculum, cum puerulus non ſolùm è naufragio erumperet, ſed nil accepiſſet offenſionis.

Poſt tam felicem pueritiam æque fauſta ſequitur juventus, dum aliquis unus ex ſtudiorum ſociis in funeſta perit occaſione, unde noſter Alanus cognomento *Loheacus* expeditè evadit, Dei ſervatus dexterâ. A tenerioribus unguiculis eximio inſtructus fuit judicio, & ſingulari ornatus pietate. Interrogatus hiſce temporibus quam vivendi rationem cuperet aliquando aſſequi, reſpondet eamdem perinde ac dominus Seguinus, qui nempe Doctoris gradu inſignitus Sorbonici, atque ex accuratiſſima virtutis amuſſi mores dirigens. Collegij Canonicorum Cornubienſium Profeſſor erat Theologus, & Cornubiæ plerumque in Eccleſia primaria Dei verbum prædicabat.

Celebratis pluribus Miſſis patris Alani juſſu, qui tum vivebat, ut Deus ſuam largiretur gratiam huic puero, Sacerdos aliquis virtutis eximiæ aſſeruit illum fore virum illuſtrem, atque à Deo poſtulaſſe, ut tandem vitam amplecteretur Religioſam. Illuſtriſſimus Carolus Liſcoorus Coriſopitenſis Epiſcopus ritè Alanum educari curavit, illum ſubjiciens unà cum binis adoleſcentibus, quorum patruus erat, diſciplinæ præceptoris cujuſdam Eccleſiaſtici doctrinâ & probitate conſpicui, qui ſemper erat in comitatu Reverendiſſimi Antiſtitis.

Loheacus noſter miros fecit progreſſus hac in ſchola; pietate & ſcientiâ in dies ma- A gis ac magis pollebat. Patre defuncto anno 1603. à matre Flexiam mittitur ſimul cum eodem magiſtro: locorum mutatione novos acquirit ſanctitatis gradus. Duodecim natus annos declarat Patribus Jeſuitis fervens deſiderium in eorum ſocietatem ingrediendi: verùm teneri & delicati corporis conſtitutio ponit obicem, quamvis ingenij dotes eximiæ cunctis eſſent admirationi.

Sacratiſſimam Virginem potiſſimum colebat, ſanctoſque Ignatium de Loyola, & Franciſcum Xaverium. Studioſè ſervantur epiſtolæ quas Alanus ad matrem ſcribebat ſtudiorum tempore, quæ ſingularis venerationis & inſignis prudentiæ ſpecimen exhibent: in omnibus ferè verba ſequentia aut ſimilia continen- B tur. *Mater mea chariſſima, ſi interdum de piis moribus paulisper diſſero, non ut doctor aut imperans loquor, ſed ut ſincerum dans conſilium: tuum eſt jubere, meum verò humiliter obedire; tibi videlicet, prævius tamen divinis mandatis, quibus ipſa morem gerere debes.*

Pecunia quam mater ſuppeditat, ut relaxet animum, & liberaliter ſe oblectet cum ſocijs, impertitur Eccleſiarum exornationi, & noſocomiorum, ſeu xenodochiorum ſubſidio. Parentes juvenis Loheaci nomen dandi profeſſioni Religioſæ propoſitum ſcientes, ab illo conantur totis viribus eum avertere. Urbs autem Pariſienſis cum videatur ipſi commodior ad executionem tam excellentis conſilij, dexterè & ſolerter impetrat Pariſios perduci C ineunte anno 1613.

Dum Philoſophiæ navaret operam, lite commotâ propè illius domicilium acerrimâ, litigantium quidam necantur, alij fugâ ſibi conſulunt: inter fugitivos reperitur famulus, qui per incogitantiam adoleſcentem noſtrum Philoſophum quindecim annis anteà præcipitem egerat in puteum: propter hanc imprudentiam è Britannia ſeceſſerat: venit denique poſt mutuum colloquium in noſtri Alani cognitionem, qui illum in ſuo cubiculo incolumem & ſecurum tenuit, ne à lictoribus & miniſtris juſtitiæ apprehenderetur. Sapiens & pius Philoſophus, tradiris rectè deinceps D vivendi conſiliis, abeuntem in natale ſolum proſequitur viatico.

Alanus Loheacus interim Monaſteria diverſorum Ordinum reformatorum inviſit, ſagaciter explorans eorum regulas & conſtitutiones. Tertia Franciſci congregatio à Patre Vincentio Muſſarto recenter inſtaurata illum magis permovit, & poſt fervidas expoſtulationes Religioſo habitu donatur anno 1614. in Conventu ſanctæ Mariæ de gratia penès Lutetiam, quem communiter nominant Picpurium.

Quanto fervore flagrabat, quamque micantibus mens ejus illuſtrabatur radiis, patet evidenter ex epiſtolis miſſis ad matrem, ingreſ-

ſus in Religionem declarandi cauſâ, necnon ut muliebres querimonias de generoſo hoc mundi contemptu mitiget & componat. Pro Alani nomine in ſacris laticibus dato, vocatur in Religioſi habitu ſuſceptione, Frater *Arſenius*, jure quidem merito, cum egregius fuerit imitator ardoris & conſtantiæ priſci illius Arſenij ad ſuſtinendos & diſſipandos impetus multorum violentos omnino, qui illum è clauſtro avocare conabantur.

Acerrima omnium mater erat oppugnatrix, quæ velociter Coriſopito Lutetiam ſe confert, ubi primum colloquium cum filio totum fuit in lacrymis maternis, dum magnanimus Novitius ſtat inconcuſſus, quandiu à genitrice, quâ blanditiis & aſſentationibus delinitur, quâ nimis & impotentibus iracundiæ motibus, velut tormentis bellicis feritur.

Adeo crebra & impetuoſa erat verberatio, ut mole aggreſſionis fuiſſet obrutus, niſi auxilium cœleſte adfuiſſet. Obſecravit itaque Superiores amandari in Monaſterium longinquum, ubi planctus & ſuſpiria materna minime audiret: obtentâ licentiâ recedendi, ſcribit ante exitum mirabiles ad genitricem literas, quibus animi fortitudinem perinde ac pietatem demonſtrat. Non ab obſidione tamen cordis ſui filij abſiſtit mater, novam conquaſſationem adornat, impetrans denique illius reditum, ut de Monaſterio eductum illum in Britanniam reducat. Fervore nihilominus fratris Arſenij in dies magis exardeſcente, ſe plane devictam cognoſcens, Coriſopitum remeat.

Epiſtolæ ab eo miſſæ tirocinij Religioſi tempore & poſteà, ad plures conſanguineos aut amicos, notatæ die 14. Martij anno 1615. non tironem redolent, ſed rerum divinarum periti ſſimum Doctorem. Quas ſcribebat ad matrem multo plus ardoris cœleſtis atque illuſtrationis internæ exhibent, utpote ſpectantes ad animam, quæ magis moderata & figens modum, facilius maternos affectus intra gyrum rationis revocaret.

Votis ſolennibus nuncupatis die 15. Martij anno 1615. tum Arſenius eodem anno die 10. Aprilis conſignatâ epiſtolâ profeſſionem declaravit ſuæ matri verbis ſeraphicis, quæ tot erant divini amoris quo exæſtuabat emicantes ſcintillæ.

Tantâ auctoritate & exiſtimatione apud propinquos & cognatos valebat, ut quæcumque proſpera & ſecunda adipiſcerentur Arſenij meritis & interceſſione adveniſſe crederent: exempli gratiâ, conſanguinei cujuſdam à recto fidei dogmate prorſus alieni in ſinum Eccleſiæ Catholicæ reverſionem, ægritudinum medicamen, aliarumve levamen pœnarum, hæc omnia fauſta Arſenium noſtrum à Deo impetraſſe arbitrabantur.

Erat religione, animi ſubmiſſione, modeſtiâ, A affabilitate, manſuetudine, cæteriſque virtutibus ſupra modum amabilis: cum præſtanti eſſet indole, & mirâ ingenij ſuavitate, divina gratia ubertim in eum infuſa, cui plane toto corde reſpondebat, quâ fortiter agendo, quâ generoſe patiendo, illum ad perfectionem religioſam provexit.

Sciens mater tam inſignem filium Sacerdotio initiatum, jam divinam immolaſſe victimam, die 25. Martij anno 1619. illum accerſivit in natale ſolum, ut per Octavas auguſtiſſimi Sacramenti concionaretur in Eccleſia Metropolitana: univerſo applauſu, & præter morem conſuetum, qui non patitur gentiles in patria haberi Prophetas, exceptus eſt, B atque inſigniter enituit, tam propter mirificum dicendi genus, aut perſuadendi energiam, quam propter ſanctitatis exempla, quibus æque ac incomparabili prudentiâ lites & jurgia pacavit.

Fuſius diſperſit radios virtutis & doctrinæ, dum anno 1627. tempore Adventus, & 1628 per Quadrageſimam concionale pulpitum in eodem loco pie & honorifice occupavit, Superiorum juſſu, irritâ ipſius omnimodâ repugnantiâ, ut ſe tantâ animi diſtractione eximeret: eodem conatu, quo huicce itinerationi longinquæ, & populari acclamationi repugnabat, parentes Arſenij, Pontifexque Cori- C ſopitenſis illum in patriam nitebantur allectare.

Urbes, oppida, pagi, regiones in quibus Evangelium prædicavit, Patrem Arſenium commemorant tanquam virum Apoſtolicum, divino afflatum Spiritu, flammas amoris cœleſtis evomentem, quibus auditorum corda penitus ſuccenderet. Mirabili dono pollebat ſimulationes & artificia detegendi, quibus veteratores & homines ſubdoli plebem ludificabantur atque eludebant, ut à Dæmonibus exiſtimarentur obſeſſi.

Ordinis noſtri Religioſi ſectatores virtutum ejus eximiarum teſtes oculati, quas uſu compertas habuerunt, tuto utuntur jure dicendi pro teſtimonio, multo certius quam ſæculares & alienigenæ. Subditus illius eram regimini, D Theologiæ curriculum conficiens ſingulari utique favore, dum Gardiani dignitatem Rothomagenſis obtineret. Excogitari nec fingi poteſt Superior magis ex omni parte perfectus; ſicut in ſtatu inferioris præclarum exhibuit obedientiæ & ſubmiſſionis ſpecimen, ita evectus ad præcipua Religionis munia, leges præſcripſit rectæ dominationis atque Relig[...]ſæ.

[C]laruit præſertim diſciplinæ regularis ſtri[ctæ] obſervantiâ, ferventi meditationis exercitio, cui dabat operam per totas ferme noctes, humilitate, charitate, zelo indefeſſo ad tuendam & promovendam Monaſticam diſciplinam. Conſcientiæ noſtri Arſenij arcano.

rum moderator perhibuit teſtimonium, labore illum aſſiduo, fidelique gratiarum uſu ita viriliter cupiditates omnes cohibuiſſe, ut longe ante obitum, nequidem vel leviſſimos earum ſentiret aggreſſus. Præ immenſo pauperiatis Evangelicæ amore vim lacrymarum profundebat, dum ii quibus obtemperare tenebatur, ad capeſſenda etiam neceſſaria illum compellerent.

Voce publicâ ſemper commendatus fuit & celebratus, tanquam vir omnibus ſuis numeris & partibus expletus, neminique noſtro ævo ſecundus, tam doctrinâ & peritiâ Evangelij prædicandi, quam rigidâ conſiliorum evangelicorum obſervatione.

Electus eſt anno 1628. in Deffinitorem generalem, & Gardianum Lugdunenſem à comitiis generalibus: ſalutis autem animarum ſtudio incenſus, lue peſtilenti affectorum curæ ſe immolavit, dum peſtilentia longe late-

A que totâ regione graſſaretur. Arſenius noſter fauſtam hanc nactus occaſionem ſe Deo plenius conſecrandi, contemptu ſui ipſius & abnegatione, libenter vitam caducam & mortalem amiſit ut æternam & immortalem conſequeretur. Pater Vincentius Pariſinus noſtræ Congregationis Gallicanæ reformator, qui tunc Viſitatoris generalis officio fungebatur, defuncti laudes oratione proſequitur coram univerſo Conventu Pariſienſi, cui aderam. Actionis hujuſmodi raritas, quæ inſolita eſt apud Franciſcanos, validum eſt argumentum ſanctitatis eximiæ Patris Arſenij Coriſopitenſis. Annotare præſtat, cum in lucem editus fuerit die ſeptimo Februarij anno 1595. quo incœpit reformatio noſtra Gallicana, atque exceſſerit è vivis 1618. Septembris nono, illum vixiſſe triginta-tribus annis, ad imitationem Chriſti.

P. CHRYSOSTOMUS SANLAUDENSIS.

LICET jam præclara dixerim de Patre Joanne Chryſoſtomo Sanlaudenſi, primâ parte, loquendo de Viris Illuſtribus Provinciæ ſancti Yvonis in Gallia, multa nihilominus ſuperſunt declaranda ad illius memoriæ celebrationem. Parum diu vixit; at ſatis longum vitæ ſpatium reipſa peregit, quia plura egregia & ſancta fecit. E morrali vita erupit anno ætatis ſuæ 52 poſt curriculi ſui plenam & abſolutam conſummationem, quia plenus dierum & meritis cumulatus ultimum diem obiit.

,, Ante diem nemo moritur, ut aiebat ipſe
,, fratribus ſuis, ſed non omnibus dies idem,
,, ad quem quiſque cum venerit, metam atti-
,, git: Et quoniam non redire datum, nec ſub-
,, ſiſtere, tranſeundum eſt. Ante diem, inquie-
,, bat, nemo moritur. Poſſet id verum eſſe, ſi
,, in diem debitor quiſque fuiſſet. Purus de-
,, bitor ſemper debet: ſemper itaque nutum
,, ſui creditoris obſervet, & ſemper in nume-
,, rato habeat quod debet. Habet autem ſem-
,, per, dum mortale corpus habet, nullo mu-
,, tuo, nullo opus eſt fœnore: domi habeo,
,, imo quocunque iero mecum habeo, &, ut
,, dicitur, in manu habeo unde me liberem,
,, quo ſoluto, nil naturæ amplius debeo.

Hæc erat continua Patris Chryſoſtomi Sanlaudenſis meditatio, quæ jungens Chriſti morientis exemplum, & quorumcumque mortalium inevitabilem ſortem, illi rebus geſtis bonum nomen conciliavit; quæ illum indefeſſæ cuſtodiæ ſenſuum, necnon naturæ corruptæ rebellioni & violentiæ recondendæ indeſinenter addicebat. Qui illum intime norunt, præ-

B dicant tanquam Deo & hominibus pergratum, ad cujus perfectionis complementum nil defuit, cum duriſſimis tribulationibus fuerit exagitatus, ſalvâ ſemper pro viribus, & prævalente ejus conſtantiâ.

Teſtatur hanc veritatem ſermo, imagini ejus typi lenioris poſt obitum appoſitus Gallico idiomate, quem ſic in Latinum omnibus verbis exprimens converti.

Pater Chryſoſtomus Sanlaudenſis Tertij Ordinis Pœnitentium ſancti Franciſci, rerum divinarum ſublimis contemplator, amore cœleſti, & zelo domus Dei penitus exæſtuans, necnon piis confectus carnis cruciatibus, obiit anno ætatis ſuæ 52. Chriſti verò 1646. die vigeſimo-ſexto Martij.

Epiſcopi, prout rerum ſacrarum Præſules
C ſanctitatis præſertim æqui ſunt æſtimatores & judices, utpote rectius vera & falſa dijudicantes Chriſtianorum merita. Pleniſſimæ igitur eruditionis atque auctoritatis eſt Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Remenſis Leonorius Stampenſis, ſcribens ſic ad Patrem Orontium Juliobonenſem Miniſtrum Provincialem tempore deceſſus Patris Chryſoſtomi.

Remis 22. Aprilis 1646.

Antequam tuas reciperem literas, jam mors optimi Patris Chryſoſtomi comperta mihi erat. Plurimum ex iſto nuncio doloris hauſi, graviterque ſum affectus ex ejus obitu, tum quia magno in numero apud me habebatur, tum quia

veſtram

A *veſtram video provinciam hoc deceſſu orbari potentiſſimo protectore Mutua, quæ vos ambos conjungebas neceſſitudo mihi perſpecta eſt, unde tuam doleo vicem: ſed à mærore, quæſo, animum erigas, conſiderans mortalis vitæ finem defuncto virtutis æternum comparaſſe præmium. Cœleſtem poſſidet beatitudinem, ubi nobis apud Deum ſuis opitulatur precibus. Ego verò meam in omnia operam veſtræ provinciæ offero: hæc velim, ſignificet Reverendo Patri Irenæo, teque mihi maxime commendatum credas. Ego lubens ſic ſubſcribo,*

Reverende Pater,

Leonorius Stampensis
Archiepiſc. Remenſis, Tibi
addictus in omni re.

Pater Chryſoſtomus Sanlaudenſis ſpectatæ adeo probatæque vitæ erat homo, ut ejus facta laudem omnium & commendationem mereantur, ejuſque virturem magno applauſu cuncti ſuſpiciant. Maria Medicæa Henrici IV. Regis Galliarum uxor, & Anna Auſtriaca Ludovici XIII. conjux, magnificientes Chryſoſtomi eximias illuſtrationes & ſanctitatem inſignem, illum ad matrem Ludovicam de Aſcenſione Ordinis Clariſſarum, in Hiſpania tunc mirificè clareſcentem, dono prophetiæ, & rerum magis abſtruſarum patefactione, legarunt, ut quæ ad ipſas ſpectabant hac ratione agnoſcentes, ſibi & ſubditis conſulerent.

Dominus de Caſtro novo regiorum ſignatorum princeps, vel primarius Galliæ Cerarius, pluresque alij magnates, & proceres inclyti Chryſoſtomum ſibi in Confeſſarium allegerant. Scripta ejus divino Spiritu prorſus afflata cœleſtis ignem amoris in magis induratis cordibus & plane frigeſcentibus ſuccendunt.

SOROR JOANNA AUMONTENSIS.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas & adoleſcentia.

Oppidum San dionyſianum in Francia, penès Lutetiam, ſolum ejus natale eſt, ubi naſcens anno 1617. menſis Martij vigeſimo nono, ſacris expiata fuit laticibus in parœcia ſancti Martini, Joannæque nomen ſuſcepit. In maximis anguſtiis rei domeſticæ verſabantur parentes ejus; ob idque pater tædio affectus, Joannam adhuc quinquennem atrocioribus plagis laceſſivit: nec tamen conqueſta eſt ullo modo eximia puella; imo jam tunc ardenter Deum laudabat in pœnis & angoribus.

Jam tunc etiam ſolerter virtutum ſtudio vacabat, corruptæque naturæ motibus coercendis. A laſcivo quodam & petulante homine deprehenſa in lecto, qui conatus eſt attingere illam & contrectare, citò procumbit humi, tamque viriliter ſe defendit puella, ut ſceleſti adoleſcentis impetus repreſſerit, Deo juvante.

Circiter decennis gerens brachiis ſororem quadrimam, alterâque octenni illam ſequente, ſtipem oſtiatim cogit amplam admodum, quam omninò repoſuit inter manus matris, cum hactenus egenæ iſtiuſmodi familiæ victus B conſiſteret in ſolo furfure, ſeu farinæ purgamento, deinceps paulò commodius veſcebatur curâ & labore Joannæ.

Tredecim annos nata, relaxans animum, rerum fluxarum blandimentis implicabatur, & nimis liberaliter ſe cupiebat oblectare; vocem interim audivit, à quâ nominatim vocatur ad locum vicinum, unde credit provocationem erumpere; appropinquans: *Quis me inclamat*, ait Joanna. Eodemque tempore fuit reſponſum: *Ieſus Chriſtus Redemptor tuus te accerſit: ne moreris. Viſne me deſerere creatorem, ut creaturis adhæreas? Nequaquam, Do-* C *mine*, inſtar Pauli reſpondet illa, *ſed quid me vis facere.*

Mox meditationis exercitium ferventer amplexa eſt cœpitque crebro ſacra uſurpare myſteria: piis erudita documentis venerandi Paſtoris ſancti Martini, præcipuas hauriebat illuſtrationes de fontibus Salvatoris, & in dies amplius radiis Solis juſtitiæ circumfundebatur, in ſchola Spiritus ſancti: adeo proficiebat, ut initio converſionis quartam horæ partem ſolummodo applicans quotidie orationi, plures horas temporis interceſſu dicaret ſublimi

huic occupationi fauſtè & miro fructu.

Decimo-quarto nativitatis anno cœleſtibus incipiens refici epulis, in rerum divinarum contemplatione mirificos fecit progreſſus: per ſingulos dies ſacroſancto Chriſti Domini corpore paſcebatur, concedente ipſius conſcientiæ moderatore. Silentium & ab omni humano conſortio ſeceſſus fiebant ejus delitiæ. Plenum aſſecuta eſt ſui cordis intentum, dum mater pietatis non vulgaris tam evidentia argumenta improbans, illam contumeliis opprimeret, duriſſimiſque cæderet verberibus.

Mater perinde ac matertera Joannam volentes matrimonij conſtringere vinculis, nil omiſerunt ut illùc adduceretur, ſeu minas intentando, ſeu blandimentis irretiendo: fruſtrà verumtamen egerunt. Mater itaque illam domo includit unà cum obſcæno adoleſcente, qui hanc deperibat, atque petulanter poſcebat in conjugem. Joanna ſic declarat quâ mentis fortitudine diſſipaverit tam violentas „Dæmonis oppugnationes. In imo corde „meo, aiebat, præſentem eſſe Deum ſentiebam & experiebat, qui penitus me amovebat à legibus & captivitate matrimonij. Votum tunc caſtitatis nuncupavit, ad ſex menſes, ipſomet principio, poſteà ad annum, juxta conſilia prudentis Confeſſarij.

Matertera infenſior erat & magis adverſa, ita ut vicini teſtes tantæ duritatis Magiſtratus ad innocentiam protegendam compulerint, qui moderationem & patientiam adoleſcentulæ mirantes, injuſtam perſecutricem de violentia condemnantes, illi multam irrogarunt. Joanna verò ſumptûs omnes litis ſuffecit atque ſuppeditavit, præ nimia generoſitate. Placidè & conſtanter cogitabat duriſſimos perſecutores nullâ re melius quam fide & obſequio molliri, & fortaſſis adeo, ut (quod multis accidit) inde ventura ſit libertas, unde ſe quis ſervum luget, forſan & aliunde.

CAPUT II.

Annorum accretionem ſequitur augmentum ſanctitatis.

HOMO ab opinione probitatis clarus & perilluſtris, ſpecioſo pij de meditatione colloquij titulo, animum Joannæ à virtute detorquere intendebat, addens effrenatæ cupiditati ſuæ faſcinationem & veneficium. Eodem momento virgo intacta religione voti virginitatis perpetuæ ſe illigavit, quod matri ſecundò ad nuptias provocanti plane expoſuit, tentationibus deſperationis & iracundiæ violenter exagitata victrix omnino evadit, ad Jeſum recurrens crucifixum, factâque tranquillitate, ab omni commercio humano ſemota, in ſolius Chriſti liberatoris conſuetudinem & familiaritatem penitus ſe immerſit.

Suo vovit & promiſit Confeſſario ſe ſemper illius mandatis obtemperaturam, qui ſeverius illam exercebat, ſtrictæ probationis causâ: miſericors intereà Deus, qui tantis favoribus illam cumulabat, obducebat aliquando menti ejus denſiſſimas tenebras, ac ſi obdurata eſſet vel infidelis: ſibi tamen Joanna ſemper conſtabat, nilque unquam commiſit à ſuo propoſito abhorrens aut alienum. Hiſce ærumnis ita acriter opprimebatur, ut interdum animi deliquio videretur collabi: exclamabat nihilominus. ***Levamen non quæro, pati volo abſque moderamine: modo Chriſto crucifixo placeam, intentum habeo.***

Religioſæ Tertij Ordinis ſancti Franciſci Conventus Pariſienſis, è regione Templi, famâ permotæ noſtræ Aumontenſis, volebant illam admittere in ſuum Monaſterium, ſuamque profeſſionem. Obſtitit viriliter Confeſſarius Joannæ, quam ſciebat à Deo vocari extra clauſtrum, ut ſuſtentationi matris pauperrimæ operam daret.

Matertera ſimul & vicinæ mulieres novis calumniis & diverſis factis injurioſis illam divexabant, quæ æquanimiter tolerans eximium valde triumphum patientiæ referebat.

De conviciis tamen acceptis ſuadetur expoſtulare apud alium, qui in urbe San-dionyſana primas tenebat. Ad primum iſte aſpectum tam raræ pulchritudinis cæco amore carpitur, lenociniaque adhibens, ferè pudicam & illibatam Dei famulam in extrema reduxit, quam arbitratus eſt tunc vitâ privari; ipſa interim ſeipſam fauſte ſubduxit ex horribilis monſtri tyrannide.

Spatio duorum annorum variis & violentis aggreſſibus contra pudicitiam, fidem, cæteraſque virtutes agitatur duriſſime; nec propter eà ullo modo frigeſcit in obeundis pietatis muneribus. Confeſſarij ſuaſu in pagum *Courtray* nomine ſecedit apud venerandam & prudentem matronam, valde amicam, ut pauliſper quieſceret. Verùm Deo aliter diſponente, pœnæ corporis & ſpiritus ingeminantur. Sentiens inſuper ſuum fervorem minui, veniam à Deo humiliter poſtulat, qui vult illam ſebri continuâ laborare: vult etiam Joannam per quinque hebdomadas noctes inſomnes traducere, & ab omnibus deſeri. Confeſſario inviſenti declarat ſe omni ſolatio deſtitui cœleſti ac terreno.

Poſtquam per quatuor fermè menſes divinum haud ſuſcepit pabulum, mox ut illo reficitur, omnes ceſſant amaritudines, dolores abeunt, pax reviveſcit, tranquillo potitur ſomno. Morbo affecta inſanabili in crure, transfertur Pariſios, apud ſanctimoniales, quas vulgò nominant hoſpitales charitatis,

ubi celebriores Medici decreverunt crus illius abſcindi. Sumens ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum nocte Natalis Domini, intus fuit admonita ut ſanitatem à Chriſto poſtularet, atque votum faceret profecturam ſe pedibus in Eccleſiam ſancto dicatam Maclovio: prece finitâ, penitus convaleſcit.

Joanna præclarum miraculum hoc ſilentio tegens, viſitatur à Chirurgo, qui miratur plenam & ſubitam curationem. Portatur nihilominus in oppidum, quod vocant San-Germanum communiter, velut ſtrumoſa, à Rege Ludovico XIII. tangenda, qui juxta privilegium à Deo conceſſum Regi Galliarum ſtrumas ſolo contactu, & ſigno crucis poteſt abradere. Abhinc venerata eſt ſemper illius effigiem Principis cultu ſingulari, quem virtute non vulgari ſciebat præditum. Nunquam ex eo tempore ſurculis alaribus uſa eſt.

Cum non poſſet amplius ob frequentes & ferè aſſiduas ægrotationes operam navare vittarum ductibus ex auro & argento textilibus, quorum erat ſcientiſſima, rerum omnium penuriâ premitur. Rediens autem è pago ſancti Clodoaldi, fortuitò reperit crumenam cum nummis undecim aureis, quos in uſus ſuos convertit juſſu Confeſſarij, donec labore & induſtriâ victum comparans nummos undecim aureos pauperibus erogaverit.

CAPUT III.

Auſteritates, & infatigabilis perſeverantia.

UT fuſius divinis radiis illuſtratur, magis accedit ad ſanctitatis culmen, corpuſque ſuum ſeverius caſtigat. Lineam ſubuculam non admittit, ſed panni craſſioris tunicam caprini pili textum à collo uſque ad genua regentem: carnem ſuam dilaniabat crudelibus flagris; plerumque urticis, ne ictus audirentur. Vilis & obſoleta culcitra lectus ejus erat ipſi ut pauperi & mendicæ tributa; cui ſecretò ligneam ſæpe addebat tabulam, ne vitæ aſperitas pateret. Pro epulo quotidiano ſolum adhibebat panem abſinthio perfrictum cum radicibus aquâ decoctis metâ.

Singulari cultu proſequebatur Eccleſiam beatæ Mariæ de Virtutibus, penès Lutetiam, ad quam quindecim diebus Sabbathi conſecutis peregrinationem obiit bellorum civilium tempore juſti Dei furoris ſedandi gratiâ.

Cunctis erat admirationi ob infractam in amplectenda virtute conſtantiam inter dolores continuos & perpetuas ærumnas, quas, Deo favente, peramabat velut ſuaviſſimas oblectationes.

Felix Joannis Aumontenſis, civis Mommoranciæi ſanguine conjuncti occurſus magno Joannam noſtram gaudio cumulavit. Intimam ſimul ac cœleſtem neceſſitudinem inierunt uſque ad obitum. *Deus tunc*, aiebat, *ita ſe præſentem & beneficum mihi exhibet, ut nil moleſtum, nil amarum ſentiam: meorum ſemper ſum compos votorum; ſemper optata aſſequor, nihil aliud impenſius ambiens, quam Dei voluntatem, cujus nutu & imperio cuncta ſuaviter fluunt, & fortiter ordinantur.*

Quotannis Joanna decem dierum ſpatio in ſolitudine degebat circa feſtum Nativitatis Domini, ubi tantis illuſtrabatur ſplendoribus, ut pluribus certò declararet mortis proximitatem, plurimorum penetraret ſecreta conſcientiæ, omnibus verò multum proficeret ſuis monitis. Ruri dum habitaret aliquando, horribili tonitruorum remugitu cœlum concrepabat; in comitatu ejus una ex binis adoleſcentulis illi indiviſim adhærentibus fulgure percuſſa atque ſuffocata fuit: aliàs per feneſtram fulmineus lapis in illius cubiculum intravit, & poſt varias decurſiones hanc invulneratam relinquens, protinus per aliam viam evaſit.

In pago nomine *Cercelles* ab urbe Sandionyſiana duabus leucis diſtanti, filia quæ iam fictæ probitatis commendatione vitam bonam adumbrans, ſimulabat ſacris ſe ſtigmatibus decorari. Joanna noſtra vocata ad judicandum, fraudes tortuoſi illius ingenij detexit Archiepiſcopi Pariſienſis Vicariis generalibus, atque irritas reddidit. Anna Auſtriaca Regni Galliarum adminiſtratrix, vulgatâ famâ tam eximiæ perſpicuitatis & notitiæ futurorum, illam accerſivit, ut in regia immorans ſericum aliumve pannum Phrygiâ interſtingueret acu & variaret. Joanna verò ſolitudinis ſtudioſiſſima à Regina obtinuit promptum à tumultu aulico receſſum.

Enituit præſertim illius charitas piæ hujuſmodi ſolitariæ erga matrem, materteram, & materteræ maritum, quibus converſionem morum, & peccatorum remiſſionem conciliavit ſuis precibus & recta agendi ratione. Viginti quinque annos nata nomen dedit tertio Patris Seraphici Ordini pro ſæcularibus inſtituto, cujus confeſtim primatiam dignitatem legitimâ electione conſecuta eſt: fervor illius & prudentia maxime reluxerunt in promovenda regularum & ſtatutorum obſervatione.

Anno 1660 à priſco domicilio ſecedens ſedem figit in ædibus externis Monaſterij Carmelitarum Sandionyſianarum, ubi ſæviente licet admodum frigore, nunquam ſe calefaciebat. Divini intus amoris igne exæſtuans, ex ternis lucri partibus quod unà binis cum filiabus ſociis de labore & induſtria reportabat, duas libenter derivabat in pauperes.

Sacram pyxidem auguſtiſſimi Sacramenti,

argenream auro illito ſplendidam ſuæ dedit
parœciæ ſancti Martini, mappas altaris, al-
bas, Euchariſtica corporalia, pallas, vela,
urceolos, diverſoſque alios inſtructus Eccle-
ſiaſticos Patribus Recollectis Sandionyſianis.
Hac in nova habitatione amplam nacta eſt
ſegetem, ſive occaſionem charitatis exer-
cendæ in duas famulas, verſatile tympanum
Parthenici Carmelitarum cœnobij cuſtodien-
tes, quæ graviſſimo affectæ morbo, & tandem
ad extrema devenientes, à Sorore Joanna
Aumontenſi cuncta corporis & animæ ſolatia
abunde receperunt. Mox ut è vivis exceſſe-
runt illarum muneri ſuffecta eſt, in quo vir-
tutum omnium ſpecimen plane exhibuit;
ſummæ præſertim charitatis, diligentiæ, mo-
deſtiæ, manſuetudinis, profundæ humilitatis,
mutuæ cum ſociis voluntatum concordiæ ac
tranquillitatis internæ in negotiis moleſtis &
operoſis, verùm etiam abſque intervallo con-
tinuis, cum indefeſſa attentione ad divinam
præſentiam. Rerum omnium, quarum cura
illi demandatur, bene perita, & apprimè in-
telligens, negotiorum licet multitudine op-
preſſa agendorum frequenter Pariſiis aut ali-
bi, tanquam in conſpectu Dei ſemper ſe ge-
rebat, cui mentis oculos indeſinenter adjicie-
bat; illum aliquando ſic alloquens: *In Chri-
ſti Domini comitatu procedo rogans illum gra-
tos habere meos conatus, qui ipſi præ immenſa
illius bonitate ſatisfaciant, non pro meis meri-
tis.*

CAPUT IV.

*Oratio mentalis, poſtremorumque vitæ
dierum exercitia, & obitus.*

PROPEMODUM ab hora quinta matutina
cum media, uſque ad ſeptimam veſper-
tinam quotidie dabat operam meditationi at-
que aliis precibus. Cum dormire crederetur
in cubiculo nocte, nocturnum fere tempus
omne in contemplatione inſumebat, delecta-
biliter quieſcens in divini gremio ſponſi.

Dum apparantur omnia ad inauguratio-
nem Abbatis Briennenſis in Epiſcopatum
Conſtantienſem, cujus ſolennitas celebranda
erat in Eccleſia Collegij Sorbonici, exitus
non reſpondit ejuſmodi propoſito, contra-
rium ſtatutum fuit, nempe illam cærimoniam
fore peragendam in templo Carmelitarum
Sandionyſianarum viginti quatuor horis ante-
quam res perficeretur, ſicut Joanna noſtra
prædixerat menſe prævio.

Primò auguſtiſſimam Deo Euchariſtiam of-
ferente in Eccleſia Carmelitarum Sandiony-
ſiarum Sacerdore quodam, dixit Dei famula
„ de illo, quamvis incognito. Serò incœpit
„ divinæ ſe Majeſtati conſecrare: plurimùm

A tamen conferet ad decorem domus Dei. Ad “
dignitatem Epiſcopalem fuit evectus: eam vi-
tæ rationem tenet, quam omnes approbent.
Multis aliis prædictionibus claruit Joanna,
quæ illi famam illuſtrem compararunt. Patet
à ſancto Jurio Societatis Jeſu illam admonuit
ad nullum deinceps oraculum recurrere pro
conſcientiæ moderamine, quam ad divinum,
unde hauriret quidquid ad culmen ſanctitatis
attingendum deeſſet. Conſule Deum, ait “
iſte, & voti compos eris. “

Abbas Chanutus vir meritis clarus de illa
pronunciavit, quod fere poſſideret ac penetra-
ret veritates æternas, ſicut beati in cœlo. Suis
precibus, conſiliis, & curis Joanna uxorem
B marito reconciliavit, qui à longo tempore
protervè inter ſe diſſidebant.

Domina Comitiſſa Briennenſis decumbens
in lecto, ultimoque morbo laborans, præci-
puam percipiebat conſolationem è viſitatio-
ne piiſque Joannæ admonitionibus, quæ mo-
ribundæ pœnas plane deliniebant. Biennio
ante obitum Joanna violenter calculo affici-
tur: licet Medicus aſſereret non ita citò mori-
turam, diſſerebat tamen de morte ſua tan-
quam proxima: decimo quinto die Octobris
ſolennitati ſanctæ Tereſiæ dicato, Sorori cui-
dam Carmelitæ mentem ſuam explicavit,
præmonſtrans non longè ſuum diſtare deceſ-
ſum, ante quem ſex hebdomadis Patri Emun-
do Recollecto dixit: Finis inſtat miſeræ hu- “
juſce peregrinationis: brevi è corporis er- “
C gaſtulo ſolvar. Pluribus aliis fide dignis idem
præſignificavit: rogavitque enixe ut tumulo
mandaretur cum tunica Franciſcana; & Ma-
riani mancipatus teſſerâ ſcapulari, vultuque
velato.

Deterrimum in locum ægrotatione dedu-
ctâ, nihilominus Joanna comiter ac urbane
officioſos aditus & beneficia proborum exci-
piebat; poſt receſſum amicorum exclamabat,
manu tenens Crucifixi effigiem: *Tu ſcis, Do-
mine, me non indigere hiſce benevolentiæ teſti-
moniis. Scis, bone Ieſu, te mihi totum eſſe &
unicum bonum: nil aliud præter te amo.* Sacræ
Euchariſtiæ viatico iterum munita eſt decimo-
tertio die decubitus coram multis Sororibus
D Tertij Ordinis ſancti Franciſci, quibus præe-
rat.

Illas omnes fortiter adhortabatur, ut uni
Deo adhærerent, animo conſtanti, nec tan-
tiſper terrena vel humana ſaperent; imo po-
tius quæcunque fluxa abjicerent & caduca.
Quantâ perfruantur ſuavitate interiori, dum
hujuſmodi exhortationibus aures præbent,
conſpiciuntque Ioannam, ultimum expiran-
tis diſcrimen placidè ferentem & ſedatè, non
poteſt exprimi. Tranquillitas iſta cupiditatum
victoriæ, necnon virtutum perfectionis argu-
mentum evidens erat, perinde ac æternæ bea-
titudinis pignus. E vinculis tandem corporis

evolat 7. Decembris anno Chriſti 1670. ætatis ſuæ 55.

Certatim confluunt populi vulgato deceſſu, ad piæ venerationem defunctæ, & ad illius ſepulturam, cujus ſanctitatis omnes taciti refricant memoriam, & laudes celebrant. Intra clauſtri limites cum Religioſis ſepelitur, ſervatis omnibus quæ poſtularat antequam fato fungeretur. Dederunt operam Matres Carmelitæ ut funere amplo & magnifico efferretur, & ſepulchro apponi curaverunt ſequens elogium.

Hic jacet famula Dei Ioanna Aumontenſis, pauper & humilis corde, ſed dives ſecundùm Deum, & donis cæleſtibus affluens: dies exegit mortales iſto in Cœnobio, cujus in famulatu ſolerter & perfectè ſe geſſit, quodque ante & poſt mortem eximiarum odore virtutum perfudit. Obiit 7. die Decembris anno ſalutis humanæ 1670. *ætatis verò ſuæ* 55. Requieſcat in pace.

CONCLUSIO.

UBI SYLLABVS ILLORVM QVI Tertium Ordinem Franciſcanum ſcriptis illuſtrarunt.

SCITUM reque compertum, & cum tempore clarius eſt illud Sapientis Hebræorum, *Faciendi plures libros nullus eſt finis.* Non inde ſequitur Scriptores floccipendendos, qui de rebus ſeriis & utilibus, imo verò neceſſariis tractant, ad majorem Dei gloriam lectorumque eruditionem.

Dum facta virorum illuſtrium ad virtutum ſemitam ineundam incitant, ſcripta doctorum piorumve inſtruunt, viamque aperiunt & ſternunt, quâ facilius ad ſanctitatis apicem quiſque aſcendat.

Ne temere igitur cavillatores notam infamiæ aut oſtentationis, abſque diſcrimine, cunctis inurant, objicientes proprias typis mandandi cogitationes pruritum morbum eſſe publicum, contagioſum, inſanabilem, omneſque ſibi iſtud uſurpare officium, quod paucorum eſt. Unus, aiunt, hoc correptus malo, multos inficit: æmulari enim pronum: imitari arduum: unde in dies creſcit ægrotantium numerus, ſimulque vis ægritudinis ingraveſcit.

Quamvis quotidie plures, quotidie pejus ſcribant; quoniam ſequi facilius, quam aſſequi; libri tamen permulti in lucem eduntur ad commune emolumentum & pietatis inſtaurationem: ſicut videre eſt in familia Franciſcana, præclarâ utique, necnon fructuoſâ arbore, cujus triplex ramus, ſeu Ordo amplos & mirabiles fructus produxit, cum actionum, tum documentorum.

Utraque prœlo excudenda curavimus, præponendo Tertiariorum facta ſcriptis, ad exemplum ſancti Lucæ, qui primo capite Actuum Apoſtolorum Chriſtum aſſerit prius feciſſe, dein docuiſſe. Enarratis igitur ſat abundè illuſtribus geſtis, breviter ſubjungamus Scriptorum nomina, & quæ ſcripſerunt, indigitemus ad perennem illorum memoriam, poſteriſque animos addendos ſuas elucubrationes in publicum emittendi. Jam quorumdam opera Tertiariorum, quaſi per tranſennam præteriens ſtrictim attigi; nunc fuſius illa declaro ordine alphabetico, cum ipſorum nominibus Auctorum.

A

Albertus Pontarlienſis, Gallus Tertij Ordinis noſtri Religioſus, ſcripſit Vitas Sanctorum, Sanctarum, & Beatorum Tertij Ordinis: item Preces liturgicas. Obiit Romæ anno 1619. 13. Septembris.

Ambroſius Lexovienſis Gallus, Tertij Ordinis S. Fräciſci congregationis Gallicanæ Gardianus cœnobij Romani B. Mariæ Miraculorum de Urbe, cecinit erudito carmine Victoriam inſignem Ludovici XIII. Franciæ & Navarræ Regis Chriſtianiſſimi, contra hæreticos Rupellenſes, & Anglos auxiliarios, ſub hoc titulo, *Angli profligati, Rupella expugnata*, Romæ apud Jacobum Maſcardum anno 1629. *in quarto*.

Idem Ambroſius Lexovienſis compoſuit aliud opus, quod vocat *Lampadem accenſam Evangeliorum, Actuum Apoſtolorum, Epiſtolarum ſancti Pauli, & aliarum canonicarum*, in tres domos diſtributum, qui extant manuſcripti in Bibliotheca Conventus ſanctæ Mariæ de Gratia, penès Lutetiam.

Angela Fulginas femina ſanctiſſima Tertij Inſtituti Franciſcani alumna, multarumque magiſtra, per excelſos gradus, decemque & octo paſſus ad perfectionem vitæ ſpiritualis manuducta, juſſu ſui Confeſſarij ſcripſit Libellum ſpiritualis doctrinæ, ac multiplicium viſionum, & conſolationum quas à Deo acceperat.

Fum Paulus Rhoſellus Sacerdos Venetus miſit ad Angelicam Abbatiſſam Monaſterij

D. Luciæ Venetiarum ejuſdem Inſtituti, prodiitque Venetiis ex officina fratrum de Sabio anno 1521. Franciſcus Cardinalis Ximenius hæc opuſcula tanquam maxime utilia edi curavit compluri-

Teſtamentum ſub mortem condidit, quo filios & filias, quas in Chriſto Jeſu genuit, ad virtutes quaſque capeſſendas adhortata eſt. Obiit anno 1509 die 4. Ianuarij, ſicut notavi ſupra, deſcribens proprio loco ejus vitam.

Antonius Angelorum Tertij Ordinis ſancti Franciſci, Luſitanus, Theologus admodum pius, & rerum ad Deiparæ Virginis obſequia pertinentium valde ſtudioſus, edidit patrio idiomate, volumen prænotatum: *Triumphus glorioſæ Virginis Mariæ*.

Antonius de Sillis Bergomenſis Tertij Ordinis Regularis Obſerv. in Italia Superior generalis, Artium ac ſacræ Theologiæ Doctor, in Iure Canonico non vulgariter verſatus, ſcripſit Studia, originem, provectum, & complementum prædicti Tertij Ordinis concernentia, in quatuor ſectiones, nimirum in præludia, Collationes, Annotationes, & in privilegiorum collectionem diſtributa. Neapoli apud Conſtantinum Vialem anno 1621. in 4.

Apollinaris Vallonienſis Gallus Tertij Ordinis, provinciæ ſancti Yvonis, in publicum emiſit linguâ Gallicâ Vitam ſanctæ Elizabethæ Hungaricæ Tertij Ordinis Franciſcani, Pariſiis in 8. apud Georgium Joſſe 1645. Prælo quoque conſignavit Regulam & Conſtitutiones Tertij Ordinis ſancti Franciſci pro Sæcularibus, qui eum profitentur, cum exercitio ſpeciali, & quibuſdam declarationibus, ac reſolutionibus decretorum ſuper eamdem Regulam. Pariſiis 1646.

Archangelus Rothomagenſis, Gallus, ejuſdem Tertij Ordinis ac provinciæ, celebre apud poſteros ſuum nomen piis & amplis operibus reddidit, quorum unum vocatur: *Verborum ſancti Evangelij flos expreſſus*, complectens Meditationes in cunctos dies Adventus & Quadrageſimæ, auguſtiſſimi Sacramenti Octavæ, in Dominicas, & ſingula feſta totius anni. Alterum nominatur *Mors electorum*: vocatur tertium *Mens divina*, ſeu *Tractatus de Vita interiori*: quarti denique titulus eſt, *Triduum deſerti myſtici*, ſive *Terna ſolitudo Chriſtiana & Religioſa*, continens triplicem vitam, quam vulgò appellamus, *Purgativam*, *Illuminativam*, *Unitivam*. Quintum tandem continet diverſos pietatis actus quolibet die exercendos, piamque audiendi Miſſam, nec non Confeſſionis & Euchariſtiæ ſacramenta ſalutariter frequentandi methodum.

Auſonius Noctinot, aliàs, Antonius Cottonius, Siculus Nicoſienſis Regularis Tertij Ordinis ſancti Franciſci, ſacræ Theologiæ Profeſſor & Doctor, in ſtudiis ſolertiſſimus, *Opera Antonij Dianæ Clerici regularis* ſeptem partibus diſtincta in ordinem alphabeticum, ad Summæ modum, & in unum volumen, lectoribus ſat commodum, reduxit: Venetiis, apud Juntas, anno 1646. in 4. cum prius aliam fieri editionem curaverit, Lugduni anno 1644. in 4. necnon *Auctarium ad eamdem Summam ex ſeptima parte ejuſdem Dianæ*: Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1646. in 4. & demùm *Summarium Summæ Dianæ cum ſeptima & octava parte*, Venet. apud Matthæum Lenium 1648.

B.

Baſilius Poliniacenſis, Gallus, ſcripſit in Metaphyſicam, ſeu *de Ente univerſaliſſimo ſecundum Raymundum Lullum*, *Commentaria in artem Raymundi Lulli*. Obiit Pariſiis 29. Maij 1645.

Benedictus Fidelis, Siculus Tertij Ordinis ſcripſit *Theoremata moralia de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento*, ſeu ſermones in ſex tomos diſtributos.

Benedictus Lugdunenſis Tertij Ordinis, Gallus, edidit Reflexiones ſuper Regulam Tertij Ordinis, Lugduni 1646.

Bonaventura de Vincentia Tertij Ordinis Viſitator generalis collegit omnia Decreta generalia illius Inſtituti, & in unum corpus ad normam Regulæ redegit, quam à Rodulpho Cardinale Carpenſi Ordinis protectore approbari, fratribuſque obſervandum proponi curavit. Illam typis evulgavit anno 1551. ad quam varias collationes & adnotationes adhibuit Antonius de Sillis, apud quem legi poterit. Vide verbo *Antonius de Sillis*.

C

Cæleſtinus Sueſſionenſis, Gallus Tertij ordinis ſtrictioris Obſervantiæ, Sacerdos Theologus, qui multoties Provincialis Miniſtri munus obiit in diverſis provinciis, bono publico dicavit *Compendium Theologiæ moralis*, in quo de ſcientia Confeſſariis neceſſaria tractatur, Pariſiis, apud viduam Joannis de Houqueville anno 1635. Tractatus quoque *de Iudicio regulari*, prodiit ex ejus marte

Catharina à ſancto Franciſco Abbatiſſa Monaſterij Bruxellenſis tranſtulit ex Teutonica in linguam Anglicanam Vitam ſanctæ Elizabethæ Reginæ Portugaliæ, ac edidit Bruxellis anno 1628.

Clara Bugnia Veneta, præclara virgo ſanctitatis, ſcripſit Exhortationes quatuor ſuper illa Chriſti verba: *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem*; quibus Sorores ſuas ad mutuum excitabat amorem. Exhortationes totidem ad eaſdem, *De laudibus obedientiæ*: alias ſex, *de virtute patientiæ*: quinque, *de virtute humilitatis*: documenta ſalutaria de morte cogitanda, & aliis virtutibus ſectandis. Obiit Venetiis in Monaſterio ſancti

Sepulchri die decimo-ſeptimo Septembris anno 1514.

Claudius Javelotius Foroſienſis, Gallus, Tertij Ordinis ſancti Franciſci, ſtilo proſequitur *Hiſtoriam ejuſdem Ordinis tam Sæcularis quam Regularis*, Podij, ſumptibus clauſtrianis 1640. in 4.

D

Damaſus Sanlaudenſis, Gallus, Tertij Ordinis ſancti Franciſci, provinciæ ſancti Yvonis, literis mandavit Tractatum *de exercitiis Novitiorum*, in tres partes diſtinctum.

David Michaël Regius tertij Inſtituti ſancti Franciſci, Antuerpiæ, vir doctus & magnæ lectionis, cui ſuus Ordo refertam Bibliothecam debet, multa meditatus eſt; pauca in lucem prodierunt, quia morte præventus eſt: extant ejus tantummodo *Indices Romani Miſſalis*, compendiò quidquid in eodem continetur dilucide ante oculos ponentes. Inſcripſit amico optimo Chriſtophoro Plantino, qui prœlo ſubjecit anno Domini 1573. Moritur Antuerpiæ anno ab orbe redempto 1588. Tumulus ejus illuſtri decoratus eſt epitaphio, à Nicolao Agricola Elegiacis verſibus ſat comptis.

Donatus Lexovienſis Gallus Tertij Ordinis ſancti Franciſci, provinciæ ſancti Yvonis, ſcripſit opuſcula de devotione ſanctæ Mariæ vallis benedictæ.

E

Sancta Elizabetha Hungariæ Regis filia, Ludovico Lantgravio Thuringiæ nupta, Tertij Ordinis Franciſcani (cujus vitam, res geſtas, miracula, & canonizationem à Gregorio IX. factam, nos tomo ſpeciali enarravimus) revelationibus divinis aſſueta, duodecim præcipuas revelationes ſcriptas reliquit, quarum quintam circa tempus aſſumpti corporis ſacratiſſimæ Mariæ in cœlum. Wadinghus dicit ſe examinaſſe in ſuis Annalibus anni 1227. num. 11. & 12. eo quod ipſe eas revelationes cum aliis piis meditationibus ejuſdem ſanctæ heroïnæ habeat manuſcriptas.

Elzearius Dombarienſis Gallus, provinciæ ſancti Ludovici, vir utique perfectione religioſa clarus, magno rerum gerendarum uſu conſpicuus, quartò Viſitator generalis, edidit Collectionem & compilationem privilegiorum Apoſtolicorum Fratrum & Sororum de Pœnitentia tertij Ordinis ſancti Franciſci, tam Regularis, & ſtrictioris Obſervantiæ, quam Sæcularis. Lugduni, apud Claudium Morillon 1614. Adjungo ab eodem Elzeario prodiiſſe alium librum *in folio*, quem *ſanctam* nominat *Academiam*, necnon ipſius declarationem in noſtratum Tertiariorum Regulam; ejuſdem quoque ſtudio & curâ publico traditum eſt duplex noſtrum Rituale Eccleſiaſticum & Monaſticum.

F

Fortunatus Fidelis Fortunati filius, Siculus Agyræ, quæ vetuſta eſt urbs Diœceſis Catanenſis, Tertij Ordinis ſancti Franciſci profeſſor, inſignis declamator, edidit *Sermones Quadrageſimales*, Panormi anno 1636. *Theoremata moralia ex 22. pſalmo decerpta de auguſtiſſimo Eucharistiæ Sacramento*. Prodierunt Panormi anno 1638.

Cum ſanctus Franciſcus Aſſiſias Tertij noſtri Ordinis tam Sæcularis quam Regularis, Inſtitutor & Rector fuerit perinde ac Minorum, præſtat illum inter noſtrates Scriptores Tertiarios recenſere; ne verò nimis nobis indulgere videamur, aut quidpiam ultra modum arrogare, proferam audacter quæ de illo Cardinalis Baronius, cui ſolæ res univerſalis Eccleſiæ cordi erant, quique dummodo gloria Dei promoveretur ſummè gaudebat, proferam ipſiſſima tanti Auctoris verba ſequentia, tom. 12. ad annum 1182. *Luctuoſi mundi Deus miſeratus errores, & plane Eccleſiam in deterius declinantem ac collabentem, jam depravatâ morum diſciplinâ, erigere volens, in conflatorio divini Spiritus Apoſtolicum hominem formavit Franciſcum, & velut novum ſidus, quod peccati errorisque tenebras depelleret, naſci voluit, confuſo tenebroſoque rerum humanarum, ac miſero ordinis Eccleſiaſtici ſtatu, per quem è corruptæ vitæ vetuſtate, veluti novus, renaſcenſve exurgeret.*

Ingenuè pariter exponam quæ Wadinghus Annalium totius Ordinis Seraphici Auctor, de Franciſco Aſſiſiate ſcribit, nempe quod ſecundo poſt obitum anno, tantâ ſolennitate, quantâ alius nunquam canonizatus eſt à Gregorio IX. qui viventem amicè dilexit, & mortuum uſque eo veneratus eſt, ut Aſſiſium cum univerſo Cardinalium collegio profectus ſit, & in ipſo, in quo jacebat Franciſcus, templo, exhumato, & poſito in conſpectum vegeto, & integro corpore, catalogo Sanctorum adſcripſerit, mox ei magnificam triplicis templi baſilicam extruxerit, in cujus imo abditoque receſſu ſacratiſſimum theſaurum, hoc appoſito epitaphio, deponi curavit.

Seraphico, Catholico, Apoſtolico,
Franciſci Romani,
Celsâ humilitate conſpicui,
Chriſtiani Orbis fulcimenti,
Eccleſiæ Reparatoris.
Corpori, nec viventi, nec mortuo,
Chriſti crucifixi plagarum,
Clauorumque inſignibus admirando;
Papa novæ fœturæ collachrymans,
Lætificans & exultans,
Juſſu, manu, munificentiâ, poſuit
Anno D. M. CC. XXVIII. XVI. *Kal. Aug.*
Ante obitum mortuus, poſt obitum vivus

Hæc ſufficiant ad commendationem opuſculorum Patris Seraphici, qui licet non cognoverit Literaturam, introivit tamen in potentias Domini. Erant enim ejus verba ignita, medullas cordis penetrantia, ad diviſionem ſpiritus, & corporis pertingentia. Hanc probant veritatem illius opuſcula, à Wadingho collecta, & in lucem edita Antuerpiæ ex officina Plantiniana anno 1623. adjectis Annotationibus, necnon tribus libris diſtincta.

Primus liber continet *Epiſtolas ſeptemdecim.*
Opuſcula varia.
Orationes diverſas,
Teſtamentum,

Secundus Liber,
Regulam primam pro Fratribus Minoribus,
Regulam ſecundam pro eiſdem,
Laudes ſecundæ Regulæ,
Regulam Clariſſarum,
Regulam fratrum pœnitentium,

Tertius Liber.
Collationes Monaſticas viginti octo,
Cantica ſpiritualia tria,
Apophthegmata,
Familia colloquia,
Prophetias,
Parabolas & exempla,
Benedictiones,
Oracula, & Sententias,

Eodem pollebat vigore in concionibus publicis, quibus innumeros populos à recto tramite longe abertantes ad ſalutis ſemitam revocavit.

Franciſcus Bordonus Italus Parmenſis, tertij Ordinis, Deffinitor generalis, ſacræ Theologiæ Doctor, & ſancti Officii Conſultor, vir doctus, varioque ſcientiarum genere ornatus, utilitati publicæ conſecravit Tractatum de profeſſione regulari ad leges juris communis, & Conſtitutiones ſummorum Pontificum, præſertim Sixti V. Gregorij XIV. Clementis VIII. & Urbani item VIII. Mediolani, apud Philippum Ghiſulphium anno 1635. *Varias reſolutiones*, ſeu *Conſilia regularia*, nedum regularibus perſonis, verùm etiam prælatis Eccleſiaſticis, Sacerdotibus, Judicibus, Advocatis, Cauſidicis aliiſque in utroque foro verſantibus apprimè utilia, imo & neceſſaria. Tomus primus prodiit Venetiis, apud Bertanum 1641.

Secundus Tomus fuit impreſſus Parmæ, apud Marium Vignam anno 1648. *Sacrum* videlicet *Tribunal Judicum in cauſis ſancta fidei contra hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos*, omnibus Epiſcopis, Inquiſitoribus, Conſultoribus Judicibus, Confeſſariis, Procuratoribus, & Advocatis valde neceſſarium, ubi etiam explicantur omnes bullæ, & decreta ſpectantia ad ſanctum Inquiſitionis officium, hactenùs publicata. Romæ, apud hæredes Corbelleti, anno 1648. *in folio.* Alia multa edidit, quæ non memorat Wadinghus.

Franciſcus Francinus Hiſpanus Tertij Ordinis, vir pius, & ad meditandam Chriſti Paſſionem per ſingulos dies planè incumbens, ita facilem hujuſce meditationis Methodum concinnavit, ut libello perutili, phraſi non incultâ, illam docuerit, ſub titulo, *Paſſio Chriſti meditata, ſive expenſa per Franciſcum Francinum Tertij Ordinis ſancti Franciſci, oblata devotioni Chriſtianæ.* Prodiit Romæ, apud Franciſcum Monetam anno 1641. in 16.

H

Hyacinthus à Novo caſtro Gallus in Neuſtria, provinciæ ſancti Yvonis, concionator, Theologiæ Lector, & tertiùm Miniſtri Provincialis munere functus, edidit vernaculo ſuo idiomate *Pſalmodiam interiorem*, ſeu *meditationes de divinis perfectionibus; & excellentiis ſuper omnes ſtatus patientis vitæ mortalis, & glorioſæ Jeſu Chriſti*: Pariſiis anno 1644. *Liturgiam interiorem*, ſeu *meditationes de perfectionibus & excellentiis utriuſque ſacrificij, ſcilicet Crucis & Altaris*: Pariſiis 1644.

I

Joachimus à Puteo Antuerpienſis, tertij Inſtituti S. Franciſci, Conventus Antuerpienſis, & Middelburgenſis Miniſter, ſincerus, pius, & eruditus Religioſus, ſcripſit nativo ſermone Contemplationes in ſeptem effuſiones ſanguinis Chriſti: de ſeptem doloribus beatæ Mariæ Virginis: *Præparationem ad ſanctiſſimam Euchariſtiam*: *Speculum Virginum*, cum Montibus ſanctæ Gertrudis Virginibus ſacris eſſet à Confeſſionibus. Clarebat anno 1610.

Ioannes Antonius Brandus Siculus Salernitanus, diœceſis Mazarenſis, Tertij Ordinis S. Franciſci, vir doctus, & magnæ pietatis, Clementi VIII. perquam charus, ab eoque Romam, ob virtutis conſtantiſſimam famam acceſſitus, ſcripſit carmine heroïco *de Roſario beatæ Virginis.* Prodiit Panormi anno 1596. *Litteras ad Rempublicam Venetam* Apoſtolico interdicto ſubjectam, ut reſipiſceret, & Romano Pontifici obediret.
Chronicon Romanorum Pontificum,
Vitam S. Philippi Agyrenſis.
Obiit Romæ in Sanctorum Coſmæ & Damiani celeberrimo Conventu anno 1626. publicâ ſanctitatis opinione.

Ioannes Chryſoſtomus à S. Laudo, Tertij Ordinis S. Franciſci, Gallus, provinciæ S. Yvonis bis Miniſter provincialis, & Deffinitor generalis, eminentis doctrinæ vir & pietatis eximiæ, ſcripſit varia de vita ſpirituali opuſcula, quæ divinas illius illuſtrationes latè ſpargunt, & apud lectores omnes admirationem concitant: edidit gallicè
Tumulum amoris proprij: *ſanctam otioſitatem*

ab

ab omnibus cteatis in pura occupatione ſolius Dei, Pariſiis anno 1641.

Solitudinem quinque dierum, & patientiam Chriſti cum ab Herode ſperneretur, ibid. 1644.

Exercitium meditationum decem dierum ſuper vulnera & paſſionem Chriſti: ibid. eodem ano.

Devotionem erga ſanctam Chriſti agoniam, ibid. 1645.

Meditationes ſuper divina pulchritudine, ibid.

Exercitium meditationum in vitam S. *Elizabethæ*, ibid.

Mulra documenta ſpiritualia non edita reliquit. Obiit anno 1646. 26. Martij.

Joannes-Matia Vernonenſis, Gallus, Auctor eſt libri, cujus titulus eſt *Epictetus Chriſtianus*, ubi iſtius Philoſophi documenta quatuor tomis exponuntur, & Chriſtiana fiunt, per ſanctorum Patrum ſeotentias, ex quibus univerſa Philoſophia moralis componitur, & omnino ſubjicitur legibus Evangelij. Edidit quoque *Annales generales noſtri tertij Ordinis, tribus tomis*, *Gallico idiomate* in octavo, & *Latino* in fol. necnon ſingulatim tomis diſtinctis *Vitas Seraphici Patris Franciſci, ſancti Ludovici Regis Francorum, ſanctæ Elizabethæ filiæ Andreæ hujus nominis Secundi, Regis Pannoniæ; beatæ Margaritæ de Cortona; Raymundi Lulli; ſancti Arnulphi Archiepiſcopi Turonenſis, venerandæ matris Franciſcæ à ſancto Bernardo Ordinis ſanctæ Claræ; venerandæ matris Margaritæ à ſancto Xaverio, congregationis ſanctæ Vrſulæ; hiſtoriam Caroli* de Saveuſes, *primi conclavis Senatoris in ſuprema curia* Pariſienſi; *hiſtoriam Dominæ à ſancto Balmonto*, duo volumina, quorum titulus eſt *Dies felices*: aliud opus, quod nuncupatur vulgo *Luſus ſapientum*: aliud, cujus nomen eſt *Bellator pacificus*: aliud, quod vocant communiter, *Vnum neceſſarium*.

Ioannes de Ooſterroyck Belga, Thenenſis, Tertij Ordinis Preſbyter, ſuſceptâ peregrinatione in Terram ſanctam anno 1356. & 1357. ſcripſit tractatum *de terra ſancta*, quem Ioannes Bollandus in notis ad caput 14. vitæ Petri Thomaſij 19. Ianuarij, dicit apud ſe habere M S.

Ioannes Scalcus Aotuerpienſis, tertij Inſtituti S. Franciſci, pietate ſingulari, prudentiaque eluxit: typis verò impreſſit,

Xenium Evangelicum ad omnium ordinum Chriſtianos, Antuerpiæ 1576. apud Antonium Tillenium.

Orationem lugubrem de Antiochena ſeditione, & ſtatuarum dejectione, Theodoſio imperante, ad Ichonomachos Belgicos accommodatam. Antuerpiæ anno 1573. in 8°. Obiit Bruxellis anno 1602.

Iodocus ab Almaras Brabantus, natus in pago Londerſeal, Tertij Ordinis S. Franciſci Miniſter Zepperenſis, & Sororum Tertij Ordinis in Steynatt Confeſſarius, ſcripſit,

A *De tribus Virtutibus Theologicis* tractatum,

De frequenti uſu ſanctiſſimi ſacramenti Euchariſtiæ, per quæſtiooes,

Varias ſpirituales meditationes.

Irenæus Augenſis oatione Gallus, patriâ Normanus, Tertij Ordinis, Provinciæ ſancti Yvonis Miniſter provincialis, typis conſigoavit *Viam veram Cæli pro iis qui in mundo degunt*. Pariſiis, apud Georgium Ioſſe 1639.

Cantica ſpiritualia ſuper vias purgativam, illuminativam, & unitivam, ad dirigendam animam ad Deum. ibidem 1639.

Exercitia hominis Chriſtiani, quibus diſponitur ad Confeſſionem & Communionem: ibid. 1642.

B *Radios ſolis juſtitiæ* in ſacramento altaris, ibid. 1643. *Exercitia militis chriſtiani.* ibidem 1644. *Solitudinem decem dierum*. ibid. 1647. Alia item opera utilitati publicæ conſecravit, quæ pietatem perinde ac animi ſolertiam probant.

L

Ludovicus Fernandez, Blaſcho, Hiſpanus, Tertij Ordinis, ſcripſit de univerſali redemptione per Chriſtum: Compluti 1613. in ſol.

S. Ludovicus Galliarum Rex Chriſtianiſſimus & optimus, cujus vitam & inſtitutum ſub tertio ordine S. Fraociſci Wadinghus totius Ordinis Seraphici Anoalium celeberrimus Scriptor, tomo primo & ſecundo, edidit; nos
C verò volumine ſpeciali valde amplo io 4° excudi prœlo curavimus: S. reapsè Ludovicus iſte typis conſignavit Pragmaticam Sanctionem. Habetur romo 13. Bibliothecæ Patrum veterum. Memorabile inſuper cum Raymundo Toloſatum Comite fœdus: habetur ibid. tomo 6. Inſtitutiones ſanctiſſimas ſub mortem Philippo primogenito relictas. Habentur apud Surium tomo 4. & in Aonalibus Wadinghi ann. 1270. o. 10.

Ludovicus de Triola Ianuenſis Tertiarius ſtrictioris obſervantiæ, Cuſtos provinciæ Romanæ, Confeſſarius & director ſpiritualis piæ & devotæ feminæ Pieriæ imperiatiæ Romanæ Tertij Ordinis S. Franciſci, multas in lucem edidit ejus Revelationes, apparitiones, docu-
D menta & opera ſpiritualia, quæ obedientiâ Superiorum conſtricta, partim proprio ore retulit, partim propriâ manu conſcripſit, inter quæ videntur tractatus de vocatione peccatoris. Scala 33. graduum, per quam omnes Sancti aſcenderunt in Cœlum. Conſiderationes 22. de ultima cœna Domini noſtri Ieſu Chriſti. Remedium contra tentationes. Tractatus de judicio particulari cujuſlibet animæ tempore mortis. Hæc omnia collegit Ludovicus de Triola, atque in cœnobio S. Franciſci trans Tyberim io urbe aſſervantur.

M

Martialis Cenomanenſis Tertij Ordinis, natione Gallus, qui fuit ſæpius Deffinitor & provincialis Miniſter provinciæ S. Yvonis, edidit Praxes anni ſancti in vitas Sanctorum pro ſingulis diebus anni. Extant tomi duo in 8. prælo excuſi, quâ Pariſiis, quâ Rothomagi: Calendarium ſpirituale, pro civitate & ſuburbiis Pariſienſibus, in quo notantur devotiones quotidianæ: Pariſiis ab anno 1645.

Annotationes in tractatum Raymundi Lulli, *de amico & amato*. Martialis iſte vir ſane dignus eſt qui laudetur, cùm ex accuratiſſimâ virtutis amuſſi mores direxerit, quocumque munere fungeretur.

Michaël Calvus Tertij Ordinis, ſacræ Theologiæ Magiſter, Siculus, ſcripſit Sermones varios. Panormi, apud Nicolaum Bua 1645. in 8.

N

Nicolaus Cæſaris Burgenſis Tertij Ordinis, è Gallia Neuſtriaca oriundus, ſcripſit de vera pietate opuſculum.

Nicolaus è Monte Gallus, Tertij Ordinis noſtri Franciſcani, Academiæ Pariſienſis librorum Corrector, edidit Commentarios in Tertiam Regulam S. Franciſci. Prodiit Pariſiis apud Nicolaum Chenean.

O

Otontius Iuliobonenſis, vulgo *de Honfleur* in Normania, Tertij Ordinis, provinciæ S. Yvonis quinquies provincialis Miniſter, & Deffinitor generalis, cujus memoria vigebit in omnes annos, multis teſtata expreſſaque rectè factorum monumentis, ſcripſit gallicè

Methodum rectè & breviter peccata confitendi, cum exercitatione quotidiana & directione præcipuarum actionum,

Item compendium devotionis erga beatam Virginem, vulgo *Servitus Virginis Deiparæ*: Pariſiis 1646.

P

Petrus Godefridus Tertij Ordinis S. Franciſci, in Belgio Miniſter generalis in Capitulo Zepperenſi electus, & pater Conventus Andarturienſis, deſignatus Suffraganeus Archiepiſcopatus Cameracenſis, incredibile quantâ animi verecundiâ & humilitate onus illud recuſarit: opus enim erat plane indoli ſuæ, & innato ſibi pudori contrarium. Bis Romam vidit, in negotiis ſui Ordinis. Multa prudenter conſtituit, multa tum ad domeſticos, tum ad exteros utilia excogitavit, dixit, fecit, & ab aliis fieri curavit: Fratribus integritate vitæ erat exemplo, alienis admirationi, omnibus adjumento. Scripſit

Concionem de Reſurrectione Salvatoris noſtri. Antuerpiæ 1551.

A Chlamidem Sponſi, de interiore imitatione vitæ ac Crucis Chriſti. Ibid. 1563.

Deſertum ſive Eremum Domini, vernaculo idiomate, quo probat quomodo Chriſtianus debeat ſequi Chriſtum, lumen veritatis in hoc tenebroſo mundo. Ibidem. Sanctiſſimè diem ſuum obiit Antuerpiæ, & ſepultus eſt in ſummo choro, ante templi ab Iconoclaſtis devaſtationem, adjuncto præclaro epitaphio.

R

Raymundus Lullus Majoricenſis, Tertij Ordinis S. Franciſci, vir quidem ſingularis vitæ & doctrinæ, qui ſummo ardore & incredibili labore infidelium procuravit converſionem: illud penitus mirandum, quomodo in

B perpetuis itineribus, ærumnoſiſque diſcurſibus, tot libros ſcripſerit, tam varia argumenta tractaverit, itaut incredibile fermè videatur virum incertæ ſedis, perpetuò peregrinantem; nullius adjutorio, codicum inopiâ laborantem, tot ſui ingenij monumenta poſteris reliquiſſe. Prodierunt

Artium generalium libri.

Libri Grammaticæ & Rhetoricæ,
Libri Logicales,
Libri Philoſophici,
Libri Metaphyſici,
Libri variarum Artium,
Libri Medicinæ,
Libri Juris,

C *Libri ſpirituales & contemplationis:*

Libri prædicabiles,
Libri quodlibetales, ſeu variarum rerum,
Libri variarum diſputationum, ſeu controverſiarum,
Libri Theologici; liber nempe quæſtionum ſuper quatuor libros Sententiarum; de ente ſimpliciter abſoluto; de Trinitate; de divinis dignitatibus, de nomine Dei, de unitate Dei, de vita Dei, de ſanctitate Dei, de memoria Dei, de voluntate Dei infinitâ, & cæteris ferè innumeris, quæ recenſentur à Wadingho & aliis Hiſtoricis.

S

D Seraphinus Leggius Tertij Ordinis, Panormitanus, ſacræ Theologiæ Magiſter, italicè edidit,

In expectatione partus Virginis novenas conciones ſub titulo, Paradiſi anima. Venet. 1643. in 4.

De laudibus beatæ Virginis conciones ſex,

De feſtivitatibus, aliiſque myſteriis Deiparæ,

Notas Evangelicas pro concionibus à Nativitate Domini, uſque ad feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis. Venetiis, anno 1645.

T

Thomas de Albeinga Luſitanus, publico dedit vernaculâ linguâ,

Sermones Quadrageſimales: Ulyſſippone anno 1618.
Conſiderationes ſuper Dominicas poſt Pentecoſten. ibid. 1620.
Thomas Fulginas, miraculis & prophetiâ clarus, præſcripſit metricè,
Ruinas multarum civitatum in Italia, & tribulationem Eccleſiæ antequam evenirent.
Thomas Piſæus, Seguſianus, Gallus, tertij Ordinis S. Franciſci, Theologus, impreſſione publicam fecit
Explanationem Regulæ & Conſtitutionum Tertiariorum Regularium S. Franciſci de pœnitentia nuncupatorum. Anicij typis Guinandi anno 1646. in 8.

V

Vincentius Muſſart Pariſienſis, primus Pater, & dignus Reformator Tertij Ordinis in Gallia, prælo excudi fecit
Regulam Pœnitentium Tertij Ordinis ſancti Franciſci, cum declarationibus ſummorum Pontificum, & expoſitionibus Dionyſij Carthuſiani. Pariſiis, anno 1620
Apologiam Patrum Tertij Ordinis: Nancæi, 1632.
Apologiam in gratiam Benigni à Genua Miniſtri generalis totius Ordinis S. Franciſci, pro ſtabilimento Reformationis in Gallia, Pariſiis 1622.
Theologicam myſticam per modum meditationis ſuper Evangelia, pro omnibus Dominicis, feſtis, & diebus anni. Lugd. 1619.
Devotionem præſepij: Pariſiis 1628.
Flagellum blaſphematorum.
Nulla erit tam ſurda poſteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cœlum debitis illum laudibus ferat. Obiit Lutetiæ in conventu B. Mariæ de gratia anno 1637. 17. Auguſti.
Vincentius Rothomagenſis probitatis & ingenij gloriâ clarus, necnon illuſtres inter concionatores ſui ævi eximius, qui provinciæ S. Franciſci, & S. Ludovici magnâ approbatione præfuit, bono publico dicavit,
Felicem occurſum, ſeu hiſtoriam B. Mariæ boni occurſus propè Aginnum,
Spoliationem Ægypti,
Amplas & perpulchras meditationes in divina myſteria vitæ & mortis Chriſti Redemptoris. in 4.

POſt Elenchum à me conflatum & excerptum è celeberrimo Wadingho, & Annalium totius Ordinis meritiſſimo Scriptore, Elenchum, inquam, Tertiariorum noſtratum, qui reverâ tertiæ Regulæ Patris Seraphici nomen dederunt, atque diverſa opera laudabiliter typis conſignarunt; ſupereſt ut de iſtis agamus eâdem ſinceritate, ac pari ordine alphabetico qui de iſtiuſmodi Tertij Ordinis Franciſcani Inſtituto, quà Regulari, quà Sæculari, ac ſectatoribus honorificè diſſeruerunt: unde patet illum non modo florere inter vulgares, verùm etiam inter commendatos & inſignes viros: pro minimo eſt, ſi objicerent aliqui, jam de quibuſdam alibi à nobis fieri mentionem, cum obiter tantum, nec de condicto, ſed in tranſitu atque ex loquendi neceſſitate id factum ſit.

A

Angelus del Pas Perpinianenſis, provinciæ Cataloniæ, vir Regularis Obſervantiæ reſtituendæ cupidiſſimus, ac proinde Reformatorum novæ provinciæ Tarraconenſis, quæ poſteà in ipſo ortu extincta eſt; deſignatus provincialis, Theologus facundiſſimæ & ſolidiſſimæ doctrinæ, ſcripſit linguâ Hiſpanicâ,
In Regulam Tertij Ordinis Franciſcani Commentarios.
Angelus à S. Franciſco Hibernus, ſtrictioris obſervantiæ, ſcripſit *Manuale tertij Ordinis ſancti Franciſci*, cum brevi explicatione Regulæ ejuſdem Inſtituti pro ſæcularibus, Duaci anno 1643. Item Declarationem doctam & piam in Regulam pro Religioſis Tertiariis utriuſque ſexus, duobus libris comprehenſam. Duaci anno 1644.
Antonius Gallicanus, Allobrox Conventualis, ſanctæ Theologiæ profeſſor, edidit, Diſquiſitiones ſuper Regulas, ſtatuta, & hiſtorias trium Ordinum ſancti Franciſci. Valeſiæ, apud Martinum Salſtelman 1635. in 4.
Antonius Daza Hiſpanus, regularis Obſervantiæ, provinciæ Conceptionis Miniſter, Cuſtos & inſignis cœnobij Valliſoletani Gardianus, vir pius & diſciplinæ regularis obſervantiſſimus, ſolitudinis, paupertatis, & meditationis perquam ſitibundus, hiſpanicè prælo ſubjecit *Vitam beatæ Tertiariæ Ioannæ de Cruce*. Italam fecit Paulus Bruſantinus, & emiſit Patavij, ſeu Paduæ per Petrum Paulum Tazzi anno 1627.
Antonius à Montefalcone, Umbriæ oppido, regularis Obſervantiæ, provinciæ S. Franciſci Vicarius, vir magnæ auctoritatis in Curia Romana, ſcripſit Vitam ſuæ conterraneæ beatæ Claræ à Montefalcone, de qua tanta fuit diſceptatio inter Minoritas & Eremitas Auguſtinianos, cujus fuerit Inſtituti, an Tertij Ordinis S. Franciſci, an Auguſtiniani. Wadingbus ſuum profert judicium tom. 3. anno 1308. & anno 1491.
Antonius ſive Antoninus à Randatio, Siculus, ſtrictioris obſervantiæ provinciæ Siciliæ, vir pius, in evolvendis antiquis monimentis ſuæ patriæ, & Religionis aſſiduus, Italicè

enarravit Vitas Fratrum & Sororum Trium Ordinum S. Franciſci, qui in Sicilia pietatis aut ſanctimoniæ notis effulſerunt hiſce duobus ſæculis poſtremis, in binos libros diviſas.

Arturus à Monaſterio, Gallus Rothomagenſis, Recollectus, provinciæ ſancti Dionyſij alumnus, typis conſignavit Martyrologium Franciſcanum, in quo Sancti, Beati, aliique Dei famuli, Martyres, Pontifices, Confeſſores ac Virgines, qui tum vitæ ſanctitate, tum miraculorum gluriâ claruere in univerſo Ordine Seraphico, toto orbe terrarum, cunctis uſque nunc ſæculis, per omnes quaſcumque provincias, recenſentur. Solerter hîc advertendum eſt Arturum ſplendidam ibi & amplam produxiſſe Tertiariorum utriuſque ſexus, tam ſæcularium, quam regularium, enarrationem, paucis licet verbis, quæ altos exprimunt ſenſus, de ortu & progreſſu tertiæ hujuſmodi familiæ Franciſcanæ: tomi cujus titulus eſt *Sanctitas Monarchiæ Gallicæ, Regum Chriſtianiſſimorum, eorumque filiorum*, libris octavo & nonô tractat de geſtis ſancti Ludovici Regis Francorum, poſtquam libro ſeptimo diſſeruerit de præcipuis Reliquiis ad ſanctum Sacellum Pariſienſe, præſertim curâ S. Ludovici allatis.

B

Bartholomæus à Colle ſcripſit vitam ſancti Lucheſij.

Bartholomæus, ſeu Ptolemæus de Ptolemæis, Senenſis, edidit vitam S. Lucheſij.

Bernardinus Lavinetha, Gallus, doctrinæ Raymundi Lulli ſtudio in primis intentus, ſcripſit Epitomen, ſeu compendium artis Lullianæ.

Bernardinus Vettuvis, Germanus, Marcoduranus, provinciæ Coloniæ, ſacræ Theologiæ Lector emeritus, aliquoties Gardianus, ſemel Cuſtos, & ſecundùm provincialis Miniſter, Commiſſarius etiam ac Viſitator Apoſtolicus provinciæ ſancti Andrææ, ſcripſit Libellum, cui titulus eſt *Deſcriptio trium Florum ex Tertio Ordine ſancti Franciſci*, videlicet ſanctæ Elizabethæ Reginæ Portugalliæ, beati Conradi, ac Margaritæ de Cortona. Cui opuſculo præmittitur Informatio circa Inſtitutionem, Regulam, alioſque Sanctos, ac Beatos ejuſdem Ordinis. Coloniæ, apud Servatium Erfours 1627.

Bernardus de Beſſa, provinciæ Aquitaniæ, & Cuſtodiæ Cadurcenſis, ſancti Bonaventuræ ſocius, & à ſecretis, dum eſſet Generalis Miniſter, Bertrandi de Turre Cardinalis Minoritæ in tirocinio Magiſter, publico dedit Libellum de triplici ſtatu Religionis Minorum, quorum primo compegit vitam ſancti Franciſci, adjectis pluribus ejuſdem miraculis: ſecundo Chronica Generalium Miniſtrorum, uſque ad Fratrem Bonagratiam, in ea ſerie

A decimum: tertio miracula & atteſtationes divinas pro approbatione triplicis ſtatus, ſeu Ordinis à S. Franciſco inſtituti, videlicet Minorum, Clariſſarum, & Pœnitentium collegit.

Bernardus Cuneus, Hibernus, Miniſter provinciæ Hiberniæ, traduxit in linguam Hibernicam, Regulam Tertiariorum.

Bonaventura Armengual Majoricenſis, poſteritati ſcriptum reliquit Archielogium vitæ, martyrij, & doctrinæ Doctoris illuminati Raymundi Lulli, quod habetur in limine artis generalis ejuſdem Doctoris, à Franciſco Marzalio etiam Minorita Majoricenſi nuper editæ: Franciſcus iſte Marzalius Majoricenſis ſacræ Theologiæ Lector emeritus, & in regio

B Majoricenſi Conventu Artis Lullianæ publicus profeſſor, nuper in urbem vocatus, ut legat in cœnobio Aracœlitano, Guardianus Religioſi cœnobij de Jeſu extra muros Majoricenſes, vir religioſus & doctus, typis ſubdidit, Artem generalem ultimam venerabilis magiſtri ac doctoris illuminati Raymundi Lulli Majoricenſis Tertij Ordinis ſancti Franciſci, à mendis correctam, diſtinctius diviſam, notis marginalibus ornatam, atque indicibus locupletatam. Palmæ Balearis, apud hæredes Gabrielis Guaſp. 1645.

S. Bonaventura ſcripſit Officium devotum de ſancta Cruce, rogante S. Ludovico Rege

C Gallorum: referunt id Jacobus Oddo Peruſinus in ſpeculo Ordinis Minorum cap. 10. & Bartholomæus Piſanus.

F

Franciſcus Bellus Anglus vertit in ſuam linguam vitam Sororis Ioannæ à Cruce, atque emiſit ad uſum publicum Audomari 1625.

Franciſcus Paludanus Antverpienſis, provinciæ Germaniæ inferioris, ſæpe Guardianus, aliquando Commiſſarius Viſitator, & provinciæ Definitor, ac tandem Miniſter, edidit Flandricè & Gallicè,

Vitam ſanctæ Elizabethæ Reginæ Portugalliæ, Stemmata, ſeu Genealogias duarum ſanctarum Reginarum, videlicet Elizabethæ Por-

D tugalliæ, & Ioannæ Valeſiæ Franciæ delineavit æri inciſa.

Franciſcus de Soſa, Hiſpanus, Toletanus, provinciæ S. Iacobi, vir nobilis & doctus, ſcripſit linguâ vernaculâ,

Cenſuram, ſeu judicium circa librum venerabilis Sororis Ioannæ à Cruce, Regulam ſeu profeſſionem Fratrum Tertij Ordinis non obligare illos ad peccatum mortale,

Inſtitutum hoc, ſeu ſodalitium, eſſe verè Ordinem, non verò confraternitatem. Prodierunt hi tractatus Salamant. ex officina Antonij Vaſquez anno 1623. in 4.

G

Gilbertus, quibuſdam Guibertus, aliis Giſbertus de Tornaco, Theologus Pariſienſis, linguâ patriâ diſertus, ſcripſit,
Hodæporicon primæ profectionis ſancti Ludovici Galliarum Regis in Syriam, teſte Henrico de Gandavo, cap. 54.
Regulam Regum ad beatum Ludovicum Galliæ Regem.
Vixit ſub annum 1258. necnon ſub ann. 1263.
Gualterus Brugenſis Flander, è provinciali Turoniæ creatur Epiſcopus Pictavorum à Nicolao III. etſi invitus, vir doctus & ſanctus, jubente Alexandro IV. ſcripſit inter plures libros valde commendabiles, tractatum *de pœnitentia*, olim Ipris aſſervatum apud Tertiarius.

H

Henricus Spoeltergius Bruxellenſis, vir ingniter eruditus, typis conſignavit
Enchiridion Frarrum & Sororum Tertij Ordinis ſancti Franciſci, & ex Hiſpanica lingua tranſtulit in Belgicam.
Scripſit quoque Catalogum magnum Sanctorum ac Sanctarum trium Ordinum à ſancto Franciſco inſtitutorum. Antuerpiæ apud Wolſcatium.
Henricus Sedulius Cliviæ, quæ primatia eſt Ducatus Clivienſis civitas natus, vir pius, venerandus, & eruditus, bis Miniſter provinciæ Germaniæ inferioris, & totius Ordinis Definitor, sereniſſimi principis Ferdinandi Auſtriaci Ducis Bavariæ ad Paulum V. legatus, plura ſcripſit opuſcula, inter quæ recenſetur illud, cui titu'us,
Elogia in Sanctorum Imagines, qui ex tribus Ordinibus ſancti Franciſci relati ſunt inter Cœlites. Item ſpeciatim notatur,
Hiſtoria Seraphica, in qua ſancti Franciſci, aliorumque Sanctorum qui tribus in Ordinibus ab eo inſtitutis enituerunt, Vitæ cum notis continentur. Antuerpiæ, ex officina Martini Nutij anno 1613. in fol.
Hieronymus Combonus Italus, Salodienſis, provinciæ Brixienſis, ſtrictioris obſervantiæ, Hebraïcæ linguæ profeſſor, baſilicæ Lateranenſis Pœnitentiarius edidit,
Commentaria in Regulam Tertij Ordinis S. Franciſci, adjunctis privilegiis, aliiſque rebus ad eundem Ordinem ſpectantibus.
Hieronymus Ferrer, Hiſpanus, regularis obſervantiæ, provinciæ Arragoniæ, ſcripſit Hiſpanicè tractatum utilem, inſcriptum,
Chriſtianus reformatus, ad profeſſores Tertij Ordinis ſancti Franciſci: anno 1612.
Hugo de Dina, Gallus, vir magnæ eruditionis, ſpiritu prophetico imbutus, tantæque ſanctitatis, ut de illo Sanctis connumerando olim actum ſit in Curia, publico obtulit,
Conſtitutiones pro Fratribus tertij Ordinis.

A Vixit ſub annum 1280. Iacet Maſſiliæ apud Minores, miraculis clarus, cui adjacet beata Dulcina ſoror germana.

I

Jacobus Polius, Germanus, nationis Germanæ Chroniſta, publicam fecit,
Hiſtoricam deſcriptionem ſacri montis Peſſulani ad Rhenum, atque Conventus Tertiariarum ſancti Franciſci in eodem inſtituti. Moguntiæ typis Nicolai Heylanno 1646.
Jacobus ſeu Jaïmius Sanchez, Hiſpanus, provinciæ Valentinæ, regularis obſervantiæ, Miniſter, ſcripſit Vitam, virtutes, & miracula piæ ancillæ Dei, candidæque virginis *Mar-*
B *garitæ Agullonæ* tertij Ordinis Franciſcani alumnæ. Valentiæ, apud Ioannem Chryſoſtomum Garriz, anno 1607.
Jacobus *Saleur*, provinciæ Franciæ Pariſienſis Miniſter, cum eſſet Secretarius ejuſdem provinciæ, ſub Iacobo *de la Froigne*, Miniſtro, ei dicavit & edidit *Obſervantias regulares pro Monialibus Tertiariis, quæ clauſuram ſervant*.
Janus Latinius typis mandavit
Margaritam novellam de arte Chimica, & Philoſophorum Lapide, ubi in præfatione promittit *Methodum in omnes libros Raymundi Lulli*: an verò ediderit, Wadingus declarat ſe neſcire.
C Joannes de Bleſa ſcripſit
Tractatum *de triplici Ordine* S. *Franciſci*.
Beatus Ioannes Capiſtranus, ſive à Capiſtrano, Brutiorum oppido, haud longe ab Aquila, Marſorum urbe, nobili genere natus anno 1385. S. Bernardini Senenſis diſcipulus, ſocius, & in regimine exorientis regularis obſervantiæ ſucceſſor, bis generalis Vicarius, Magiſtrum intrepidè & viriliter defendit, adjuvitque in promovendo latriæ cultu nominis Ieſu, ſcripſit autem *Defenſorium tertij Ordinis à S. Franciſco inſtituti*, in quo oſtendit quam poſſint Magiſtratus, aut Principes ſeculares, auctoritatem exercere in hujus inſtituti profeſſores.
Ioannes Carillo, regularis obſervantiæ
D provinciæ Arragoniæ, edidit Hiſpanicè
Commentarios in Tertiam Regulam à ſancto Franciſco pœnitentibus traditam; Vitaſque Sanctorum, qui ex florentiſſima domo Auſtriaca: prodierunt Cæſarauguſtæ 1610. & 1613. Madriti 1616.
Ioannes de Riera provinciæ Majoricenſis in doctrina & præceptis Raymundi Lulli, cujus cauſam multis annis in urbe defendit, verſatiſſimus ſcripſit,
Doctum tractatum, in quo reſpondet omnibus, quæ huc uſque objecta ſunt Doctrinæ Raymundi. Palmæ Majoricarum 1627. in fol.
Joannes à Turribus, Hiſpanus, provinciæ Caſtellæ, Commiſſarius Curiæ regiæ, ſcripſit

librum inſcriptum *Commentaria in Tertiam Regulam S. Franciſci*: Madriti, anno 1618, & 1631.

Julius Arigonus, Cremonenſis, auctor eſt libri, cujus inſcriptio, *Vita Sororis Diomiræ Binæ de Aſſiſio Tertij Ordinis S. Franciſci, virtute & pietate inſignis*, quam Marcello Cardinali Lantes Epiſcopo, Ordinis Minorum Conventualium protectori, dedicavit.

Iuvenalis de Terra nova, Lemovicenſis, edidit *Theatrum Minoriticum omnium virorum ac mulierum in triplici Ordine Franciſcano ſanctitate & doctrina inſignium*. Accedit vera, fidelis & legitima relatio originis, progreſſus, ac præſentis ſtatus totius Religionis Seraphicæ, Fratrum Minorum, ſanctæ Claræ, & Tertiariorum de pœnitentia tam ſæcularium quam regularium. Rueſſij, apud hæredes Stephani Andrææ, 1646. in fol.

L

Lucas à Monteforti Regni Neapolitani oppido, vir pius & religioſus, olim ſacræ Theologiæ Lector, *Regulam Tertij Ordinis à ſancto Franciſco inſtituti*, cujus erat Commiſſarius, *Commentariis* illuſtravit. Neapoli 1636. apud Octavium.

Ludovicus de Miranda, Hiſpanus Valliſoletanus, provinciæ S. Iacobi, ſacræ Theologiæ profeſſor, vir pius, & variæ eruditionis, ſcripſit Commentaria in Regulam Tertiariorum. Salamanticæ, apud Arturum Taberniel.

Lupus, ſive Lope paez, Hiſpanus, provinciæ Caſtellæ, Auctor eſt libri, cujus titulus: Commentaria in Regulam Tertij Ordinis S. Franciſci, quibus addidit vitas Sanctorum ejuſdem inſtituti, & privilegia. Madriti 1613.

M

Marianus Florentinus, regularis obſervantiæ provinciæ Tuſciæ, poſteritati reliquit, Hiſtoriam virorum illuſtrium Tertij Ordinis S. Franciſci. Obiit Florentiæ in magna contagionis lue inſerviens univerſæ urbis infirmis.

P

Petrus Bergerius Seguſianus, Gallus, Conventualis, ſacræ Theologiæ magiſter, ſcripſit Breviarium hiſtoriæ Seraphicæ, omnia complectens quæ ad tres Ordines à S. Franciſco inſtitutos pertinent. Vapinci, apud Melchiorem Dalmatium, anno 1631, in 4.

Petrus Franciſcus Vercellenſis, regularis obſervantiæ, provinciæ Mediolanenſis, in ſacris Canonibus eruditus, multis annis in Eccleſia Archiepiſcopali Mediolanenſi Pœnitentiarij functus officio, in lucem emiſit, Commentarios in Tertiam Regulam S. Franciſci.

Petrus Marchant, Leodienſis, ſacræ Theologiæ profeſſor, provinciæ S. Ioſeph, in Comitatu Flandriæ Miniſter, eximium opus divulgavit, quod nuncupant, Imaginem veri Chriſtiani, delineatam ad exemplar Regulæ tertij Ordinis Franciſcani tribus partibus pro commoditate lectorum diſtributam, Gallicè. Gandavi, apud Alexandrum Serſandrum, anno 1638.

Petrus de Navarro, Hiſpanus, regularis obſervantiæ, provinciæ Caſtellæ, ſacræ Theologiæ Lector emeritus, enarravit Hiſpanicè, Vitam & acta Ioannæ à Cruce Tertij Ordinis S. Franciſci, ſanctimoniâ illuſtris per Hiſpanias & extra notiſſimæ: Eruditas adnotationes adjunxit, Theologicas & Morales, ut explicet favores & dona cœleſtia quæ à cœleſti ſponſo hæc ſacra virgo recepit, quâ ratione videlicet ſingula loca, vel obſcura aut difficilia, ſeu communem hominum captum excedentia poſſint intelligi. Librum dedicavit Iſabellæ de Francia Hiſpaniarum Reginæ. Madriti, apud Thomam Iunti regium Typographum, anno 1622.

V

Vitus Cortonenſis, Etruſcus à S. Franciſco in cœnobiolo extra Cortonam initiatus, Miniſter provinciæ Romanæ, poſt propagatam fidem in partibus Orientalibus, domum regreſſus, prœlo excudi juſſit.

Vitam beatæ Humilianæ Tertij Ordinis ſancti Franciſci, quam in compendium politiori ſtilo redegit Raphaël Volaterranus. Vixit anno 1150.

FINIS.

INDEX CAPITUM,

Omniumque totius hujuſce Operis partitionum.

TERTII ORDINIS S. FRANCISCI ASSISIATIS Annales in tres partes tribnti.

PARS PRIMA.

Generatim complectens utriuſque Congregationis Regularis & Sæcularis originem & progreſſum.

ARTICULUS PRIMUS.

SANCTUS Franciſcus ipſomet principio ſuæ converſionis Tertium Ordinem pro Sæcularibus inſtiruit. pag. 1
ART. II. Tertius Ordo Sæcularis magnos progreſſus fecit. 3
ART. III. Prærogativæ Tertij Ordinis Sæcularis. 4
ART. IV. Continuatio Articuli præcedentis. 5
ART. V. Tertiarios habet ſanctus Franciſcus Aſſiſias verè Religioſos. 7
ART. VI. Origo Tertij Ordinis Regularis. 9
ART. VII. Continuatio ejuſdem mareriæ. 11
ART. VIII. Sratus Tertiariorum Regularium ſub Nicolao IV. 12
ART. IX. Notanda quædam ſingulariter de antiquitate Tertiariorum Sæcularium, eorumque privilegiis. 15
ART. X. Auctoritas Patrum pœnitentium admittendi ſæculares ad Tertium Ordinem. 16
ART. XI. Patres pœnitentes ſuo habitu poſſunt induere Patris Seraphici effigiem. 18
ART. XII. Progreſſus Tertij Ordinis Regularis. 20
ART. XIII. Congregatio Italiæ. 21
§. I. Catalogus Miniſtrorum generalium noſtræ Congregationis Italicæ. 22
§. II. Provinciæ Mediolanenſis, aut Longobardiæ. 25
§. III. Provinciæ Brixienſis in Italia, Venetiarum, aut ſancti Antonij de Padua, & Bononiæ. 25
§. IV. Provinciæ Piceni ſeu Marchiæ Anconitanæ, Umbriæ, vel ſancti Franciſci, & Romæ. 27
§. V. Conventus, aliaque notatu digna provinciæ Romanæ. 28
§. VI. Provinciæ Samnienſis, Neapolitana, Campanica, Calabrica, pluresque aliæ. 32
ART. XIV. Congregatio Siciliæ. 33
ART. XV. Congregationes ſeu provinciæ Dalmatiæ, Iſtriæ ſeu Juſtinopolitanæ, Argentoratenſis ſeu Argentinenſis. 34
ART. XVI. Congregationes Germaniæ, ſeu Allemaniæ inferioris. 36
ART. XVII. Congregatio Hiſpaniæ, & Luſitaniæ. 37
ART. XVIII. Congregatio Gallicana, 39
ART. XIX. Reformatio Tertiariorum Regularium in Galliis anno 1595, auctore Patre Vincentio Muſſartio Pariſino. 40
ART. XX. P. Vincentius Pariſinus varia ſuperat obſtacula in reformando Tertio Ordine Regulari: citantur documenta ex ipſius exprompta ſcriptis Reformatoris
ART. XXI. Progreſſus Congregationis Gallicanæ ab exordio reformationis. 46
ART. XXII. Prima ſtatuta, & inſtitutio diverſarum Provinciarum. 49
ART. XXIII. Diſceptatio de validitate noſtrorum votorum, & teformatio conſtitutionum. 51
ART. XXIV. De provincia Franciæ duæ ſiunt: una ſub titulo ſancti Franciſci; altera ſub invocatione ſancti Yvonis, juxta conſtitutiones deſcribitur ſpeciatim provincia ſancti Franciſci. 54
§ I. Conventus Franconvillenſis. 55
§ II. Conventus ſanctæ Mariæ de gratia penès Lutetiam. 56
§. III. Conventus Breolacenſis. 58
§ IV. Conventus Limurienſis. 58
§. V. Conventus Senonenſis. 59
§ VI. Conventus Nanceïanus. 59
§. VII. Conventus Bayonenſis. 60

PARAG. VIII. Conventus Curtiniacenſis. 61
PARAG. IX. Conventus Montis felicis. 61
PARAG. X. Conventus S. Mariæ de Monte Sion. 62
PARAG. XI. Conventus Vallis colorum. 63
PARAG. XII. Conventus Barroducenſis. 64
PARAG. XIII. Conventus de Bellavilla. 64
PARAG. XIV. Conventus Veliacenſis. 64
PARAG. XV. Conventus Luzarchienſis. 65
PARAG. XVI. Conventus Condetenſis. 65
PARAG. XVII. Conventus Gyromagnienſis. 65
PARAG. XVIII. Conventus Lixheimenſis. 66
PARAG. XIX. Conventus Monialium Nanceïanus. 66
PARAG. XX. Conventus derelicti à Tertiariis regularibus. 67
PARAG. XXI. Conventus Tertiariarum non amplius ſubditi noſtris Superioribus. 68
PARAG. XXII. Provinciæ ſancti Franciſci inſignes Viri. 69
ART. XXV. Inſtitutio & progreſſus provinciæ Religioſorum pœnitentium Tertij Ordinis ſancti Franciſci, Congregationis Gallicanæ, ſtrictæ Obſervantiæ, ſub titulo & denominatione ſancti Yvonis in Gallia. 70
PARAG. I. Conventus Vernonenſis. 70
PARAG. II. Conventus Andeliacenus. 70
PARAG. III. Conventus Novicaſtrenſis. 71
PARAG. IV. Conventus Locoverienſis extra muros. 72
PARAG. V. Conventus Croiſſetenſis. 73
PARAG. VI. Conventus Bemayenſis. 74
PARAG. VII. Conventus Rothomagenſis. 74
PARAG. VIII. Conventus Aquilenſis. 75
PARAG. IX. Conventus Vercellenſis. 75
PARAG. X. Conventus de S. Valerico. 76
PARAG. XI. Conventus Sanlaudenſis. 76
PARAG. XII. Conventus Nazarenus pariſienſis. 77
PARAG. XIII. Conventus Aumalenſis. 79
PARAG. XIV. Conventus Mulanchonenſis. 79
PARAG. XV. Conventus Locoverienſis intra muros. 80
PARAG. XVI. Conventus pontiſarcarum. 80
PARAG. XVII. Conventus Curvavienſis. 80
PARAG. XVIII. Couventus Portuenſis. 81
PARAG. XIX. Conventus pariſinus Santimonialium ſanctæ Elizabethæ. 81
PARAG. XX. Conventus derelicti à patribus Tertiariis, aut quorum poſſeſſionem alij adierunt in hacce provincia ſancti Yvonis. 82
PARAG. XXI. Conventus Sanctimonialium Tertiariarum, quæ non ſunt ſubditæ Miniſtro provinciæ S. Yvonis. 83
PARAG. XXII. Viri illuſtres pietate, doctrinâ, ſcriptis, cæteriſque muniis. 83
PARAG. XXIII. Religioſæ quædam Tertiariæ omnium virtutum laude inſignes Conventus pariſini. 85
PARAG. XXIV. Sæculares Tertiarij ſingularibus præſtantes meritis. 86
PARAG. XXV. Illuſtres quædam ſæculares Tertiariæ. 86
ART. XXVI. Provincia Lugdunenſis, aut S. Ludovici. 87
PARAG. I. Conventus Lugdunenſis. 87
PARAG. II. Conventus Fontanenſis. 88
PARAG. III. Conventus Digonienſis. 88
PARAG. IV. Conventus Carolienſis. 88
PARAG. V. Bellijocenſis. 89
PARAG. VI. Conventus Molinengilbertanus. 89
PARAG. VII. Conventus Chemiliacenus. 89
PARAG. VIII. Conventus Avenionenſis. 89
PARAG. IX. Conventus Sanvallerianus. 89
PARAG. X. Conventus Trivultienſis. 90
PARAG. XI. Conventus Aquenſis. 90
PARAG. XII. Tertiariarum regularium Conventus Salinenſis. 91
PARAG. XIII. Alij Conventus Tertiariarum regularium provinciæ ſancti Ludovici 91
PARAG. XIV. Inſignes viri hujus provinciæ Lugdunenſis. 92
ART. XXVII. Provincia ſancti Elzearij, ſeu Toloſana. 92
PARAG. I. Conventus Toloſanus. 93
PARAG. II. Conventus Inſulæ Jordanis. 94
PARAG. III. Conventus Aginnenſis, aut boni occurſus. 95
PARAG. IV. Conventus Colonienſis. 95
PARAG. V. Conventus Miramontanus. 96
PARAG. VI. Conventus Turnonius. 96
PARAG. VII. Conventus Barbaſtenſis. 96
PARAG. VIII. Conventus Calvimontamus. 97.
PARAG. IX. Conventus derelicti, vel qui in aliorum manus tranſierunt. 97
PARAG. X. Inſignes viri provinciæ ſancti Elzearij ſeu Aquitaniæ. 98
ART. XXVIII. Conventus Romanus. 98

TERTII

TERTII ORDINIS
S. FRANCISCI ASSISIATIS
ANNALES.
PARS SECUNDA.

De Viris Illuſtribus qui Sæculis decimo-tertio, & decimo-quarto claruerunt

VITA S. FRANCISCI ASSISIATIS.

CAPUT PRIMUM.

NAtivitas & juventus. 101
Cap. II. Mirabilis converſio. 102
Cap. III. Primi Ordinis Franciſcani inſtitutio. 103
Cap. IV. In conventu beatæ Mariæ de Angelis firma ponit virtutum Religioſarum fundamenta. 104
Cap. V. Sanctæ Claræ converſio, & Minorum Ordinis incrementum mirabile. 105
Cap. VI. Quomodo ſe gerat Franciſcus poſt reditum ex Hiſpania, variique mirabiles eventus. 106
Cap. VII. Franciſci eximius amor in paupertatem, ejuſque Ordinis mirabile incrementum, poſt capitulum, quod vulgò nominant *de Mattis ſtramineis*. 108
Cap. VIII. Frater Helias clandeſtinis artibus adverſatur humilitati Franciſci, qui ſemper mira agit verbo & exemplo. 109
Cap. IX. Tertium inſtituit Ordinem, & Portiunculæ indulgentiam obtinet, atque ſuis ſectatoribus præclara tradit monita. 110
Cap. X. Veneranda crucis Stigmata Dei digito ejus corpori inſculpuntur, ſeque præparat ad mortem. 111
Cap. XI. Terræ mandatur, inter cœlites aſſeritur à ſummo Pontifice, plurimaque patrat miracula. 112

VITA B. LUCHESII & B. BONNÆ ejus uxoris.

Cap. I. Eorum converſio. 113
Cap. II. Virtus Lucheſii ejuſque uxoris plurimùm augetur. 114
Cap. III. Rectè Lucheſius & Bonna liberos educant. 115
Cap. IV. Mirandi charitatis actus Lucheſii & Bonnæ. 116
Cap. V. Sublime orationis donum Lucheſii. 117.
Cap. VI. Lucheſius & Bonna ſimul moriuntur. 119
Cap. VII. Glorioſa Lucheſii & Bonnæ ſepultura. 119
Cap. VIII. Sepulchrum Lucheſii gloriâ miraculorum illuſtratur. 120
Cap. IX. Præclara duo miracula in eodem rerum concurſu. 121
Cap. X. Non deſiit invocario B B. Lucheſii & Bonnæ. 122

VITA IOANNIS VELITÆ Nobilis Itali.

Cap. I. Ejus converſio. 124
Cap. II. Sacrum & admirabile pactum Franciſci cum civibus Græcianis. 125
Cap. III. Rogatu Joannis Velitæ manet Franciſcus penès Græciam. 125
Cap. IV. Sanctus Franciſcus diem Natalis Domini novo pietatis invento celebrat apud Joannem Velitam. 126

VITA CARDINALIS de Compoſtella.

Cap. I. Ejus converſio. 128
Cap. II. Proficiſcitur Cardinalis de Compoſtella in Italiam cum Patre Seraphico. 128
Cap. III. Cardinalis ſolitarius ſaluti animarum operam navat; & moritur. 130
B. Orlandus comes Chiuſi. 131
B. Albertus comes de Monte-acuto. 133

VITA Sta ELIZABETHÆ Duciſſæ Turingiæ, primæ Tertij Ordinis Franciſcani Religioſæ.

Cap. I. Nativitas & infantia 134
Cap. II. virtutibus magis in dies reſplendens

conjugio illigatur. 134
Cap. III. Tertium Ordinem Franciſcanum pro ſæcularibus inſtitutum amplectitur, moleſtiſſimas patitur ærumnas, & largas erogat eleemoſynas. 136
Cap. IV. Quomodo ſe gerit tempore viduitatis. 136
Cap. V. Votis ſolennibus ſe adſtringit, & miraculis clara ſupremum obit diem. 137

VITA B. BARTHOLOMÆI de Barrio.

Cap. I. Ejus converſio. 138
Cap. II. A ſancto inviſitur Franciſco, qui Dæmoni ſilentium impoſuit. 139
Cap. III. A ſancto Franciſco inſtitutus in primum Miniſtrum Tertij Ordinis, pretioſè moritur. 140

Vita B. Hortulanæ.

Cap. I. Pietas ejus in conjugio. 142
Cap. II. Hortulana conatur Claram à propoſito abducere. 144
Cap. III. Agnes altera Hortulanæ filia ſequitur Claram, Hortulana verò Tertium Ordinem amplectitur. 145
Cap. IV. Miracula, ſanctitas, & obitus beatæ Hortulanæ. 146

Vita B. Virginis Burgundæ.

Cap. I. Ejus educatio, & egreſſus patris è domo. 146
Cap. II. Juſſa eſt à Deo Evangelium prædicare & pœnitentiam. 147
Cap. III. Dæmon illam juvat ad virginitatis intemeratæ cuſtodiam. 148
B. Elizabetha Panormitana. 149
B Jutta. 149

Vita B. Iacobæ viduæ.

Cap. I. Primus ejus acceſſus ad Patriarcham Seraphicum. 150
Cap. II. Sanctus Franciſcus illuſtrem Dominum Mathæum de Rubeis, & beatam Iacobam Tertiariorum induit habitu: denique moritur Jacoba. 151
Cap. III. Aſſiſium proficiſcitur Jacoba, ut morienti Franciſco adſit, ipſaque moritur. 152

Vita beatæ Viridianæ Virginis.

Cap. I. Ejus pietas ab infantia, charitaſque à juventute. 153
Cap. II. Recipit habitum Tertij Ordinis à ſancto Franciſco, pluribus completis peregrinationibus. 154
Cap. III. Dæmones crudeliter eam infeſtantur ſub ſpecie Serpentis. 155
Cap. IV. Miracula ejus & obitus 156
B. Jacobus de Caſtroplebe martyr. 158
B. Jacobus de Olda. 159
B. Joannes Ravennas. 160
B. Andræas Tudertinus. 160
B. Bonifacius de Volaterra. 160
B. Alexander Peruſianus. 160
B. Laudanus de Montefeltro, Laudo aut Laudenus. 160
B. Richardus. 160
B. Roſtaignus. 160
B. Nicolucius Senenſis. 160
B. Joannellus. 160
B. Gerardus de Villamagna. 160

Vita S. Ludovici Regis Francorum.

Cap. I. Nativitas illius, atque educatio, donec idoneus eſſet regno. 162
Cap. II. Matrimonio illigatur, atque ſuum gubernat regnum juxta leges Chriſtianas, 163
Cap. III. Primam expeditionem maritimam ſanctè aggreditur & generoſè 164
Cap. IV. Quomodo ſe gerat poſt reditum è Syria; ſecunda militaris & maritima expeditio contra infideles & obitus illius. 165
Blanca Caſtellana Franciæ Regina. 167

Vita B. Humilianæ viduæ.

Cap. I. Juventutis ejus pietas. 168
Cap. II. Matrimonium ejus, & virtutes, quibus illud decoravit. 168
Cap. III Mariti Humilianæ mors, atque Humilianæ ingreſſus in Tertium Ordinem. 169
Cap. IV. Progreſſus ejus ſpiritualis in Tertio Ordine. 170
Cap. V. Mundus & infernus eam duriter infeſtantur. 171
Cap. VI. Favores quibus illam Deus cumulavit. 172
Cap. VII. Miracula ejus interceſſione patrata. 173
Cap. VIII. Extremæ ad finem vitæ ejus vexationes, & pretioſa mors. 174

Vita B. Margaritæ de Cortona.

Cap. I. Ejus converſio. 176
Cap. II. Ingreditur in Tertium Ordinem Franciſcanum, miroſque virtutis facit progreſſus. 177
Cap. III. Margaritæ agendi ratio in ſuſpicionem vocatur, quæ tamen multùm confert ad peccatorum converſionem. 178
Cap. IV. Mors ejus, miracula, & inter beatas mentes relatio. 179

Vita ſanctæ Elizabethæ Luſitanorum Reginæ viduæ.

Cap. I. Ortus ejus & educatio. 180

Index Capitum.

Cap. II. Connubio jungitur Dionyſio Luſitaniæ Regi. 181
Cap. III. Ejus eleemoſynæ miraculis honorantur. 182
Cap. IV. Perditi mores Luſitaniæ Regis comprobant, & plurimùm exercent Reginæ patientiam. 184
Cap. V. Inter ſe diffidentes conciliat 185
Cap. VI. Ejus miracula. 186
Cap. VII. Poſt mortem mariti habitum ſanctæ Claræ induit. 187
Cap. VIII. In Tertium Ordinem S. Franciſci allegitur. 189
Cap. IX. Conimbricenſes fame pereuntes ſuſtentat. 190
Cap. X. Moritur Elizabetha dum pacis ineundæ inter Luſitanos & Hiſpanos ſpem facit. 191
Cap. XI. Ejus ſepultura, miracula, & inter Sanctos relatio. 192

Vita ſanctæ Roſæ Viterbienſis.

Cap. I. Ejus ortus & infantia. 193
Cap. II. Parvam in cellulam velociter ſe recipit. 194
Cap. III. Jubetur à ſanctiſſima Virgine Tertium Ordinem Franciſcanum amplecti. 195
Cap. IV. Pœnitentiam prædicat ardenter & fructuosè. 196
Cap. V. Plenus gloriæ Chriſtus illi apparuit. 198
Cap. VI. Devictis fortiter hoſtibus Eccleſiæ catholicæ permanet illæſa tribus horis in luculento igne ad fidei confirmationem. 199
Cap. VII. Adjunctis Chriſto in dies novis ſectatoribus, ſanctiſſimè moritur. 200
Cap. VIII. Beata Roſa per miracula, & plane divinitus transferrur in conventum ſanctæ Claræ. 201
Cap. IX. Diverſa & Inſignia Roſæ miracula. 202

Vita B. Raymundi Lulli Martyris.

Cap. I. Ejus converſio. 203
Cap. II. Ejus amor in Deum, mirabiliſque ſcientia. 204
Cap. III. Linguis Latinâ & Arabicâ imbutus Evangelium annunciat in Africa. 205
Cap. IV. Labores ejus immenſi pro fidei propagatione. 206
Cap. V. Firmus perſeverat in ſuis laboribus Evangelicis. 208
Cap. VI. Nova itinera ſuſcipit, ut Apoſtolicum intentum aſſequatur. 209
Cap VII. Seneſcens ætate, revireſcit mente, atque ardenter martyrium exoptat, & patitur. 210
Cap. VIII. Apologia ſeu defenſio doctrinæ Raymundi Lulli, geſtionisſque univerſæ. 211
Cap. IX. Continuatio Apologiæ Lullianæ. 213

B. Joanna de Felicibus. 214
B. Jutta. 214
B. Franceſchina Eugubienſis. 215
B. Dulcedina maſſilienſis. 215
B. Benevenuta Anconitana. 215
B. Conſtantia de caſtro. 216
B. Mea Senenſis. 217
B. Adriana de Cortona. 217
B. Gilia Cortonenſis. 217

Vita beatæ Angelæ vel Angelinæ viduæ.

Cap. I. Quânam viâ ſemitam virtutis ingreditur. 217
Cap. II. Horrendæ Angelinæ tentationes, & conſolationes mirabiles. 218
Cap. III. Chriſtus illam conſtituit plurimorum diſcipulorum moderatricem, & matrem, quos ad ſanctitatem promovet tam exemplis quam verbis. 220
Cap. IV. Mors ejus pretioſa. 221

Vita B. Torelli de Poppi Confeſſoris.

Cap. I. Ejus converſio. 222
Cap II. Devincit Torellus infernum, beſtias feroces, necnon intolerabiles morbos, patientiâ & fortitudine. 223
Cap. III. Torelli mors, ſepultura, & miracula. 224

Vita B. Petri Senenſis.

Cap. I. Pietas ejus in rebus domeſticis, bonorumque venditio, quæ pauperibus diſtribuit. 225
Cap. II. Ejus humilitas, ſilentium, cæteræque virtutes. 226
Cap. III. Sublimis ejus contemplationis gradus, & quantum divino eſſet afflatus Spiritu. 227
Cap. IV. Pervadit abſtruſiora arcana, doniſque cœleſtibus afficitur. 228
Cap V. Deus illum inſigni dono conſilij ornavit. 229
Cap. VI. Mors ejus pretioſa, & miracula. 230

Vita B. Iacoboni ſeu Iacoponi Tudertenſis.

Cap. I. Ejus converſio. 231
Cap. II. Documenta chriſtiana quibus fideles imbuebat. 232
Cap. III. Ardens amor ejus in Deum. 233
Cap. IV. Ardor ejus ad majorem Dei gloriam, morſque pretioſa. 233

Vita B. Bartholi à ſancto Geminiano Sacerdotis.

Cap. I. Nativitas, ejuſque ingreſſus in Tertium Ordinem Franciſcanum. 235
Cap. II. Eligitur in Paſtorem curialem. 236
Cap. III. Lepris laborat. 236
Cap. IV. Mors ejus pretioſa. 237

B. Ubaldus à ſancto Geminiano, confeſſor, 238

Vita B. Ioannis de Bibrace Hieroſolymæ Regis.

Cap. I. Animi ejus fortitudo, & prudentia. 238
Cap. II. Gubernator imperij Conſtantinopolitani eligitur, deinde vitam cum morte commutavit. 240
B. Maria Conſtantinopolitana Hungariæ Regina. 241

Vita Belæ IV. Hungariæ Regis.

Cap. I. Injuriam cædis maternæ ulciſcitur. 242
Cap. II. Belæ Quarti virtutes. 243
Cap. III. Mors ejus pretioſa. 244

Vita B. Salomeę Poloniȩ Principis.

Cap. I. Quantâ ſolertiâ pietati vacaverit à teneris annis, ejuſque virginitas in matrimonio. 245
Cap. II. Ingreſſus ejus in Tertium Ordinem, & obitus. 246
Cap. III. Plura mirabilia evenerunt ante & & poſt ejus mortem. 248
B. Conſtantia Regina Arragoniæ. 249
Margarita Salonia. 250

Vita B. Iſabellæ virginis, ſororis S. Ludovici Galliarum Regis.

Cap. I. Nativitas ejus, & educatio. 251
Cap. II. Ejus virtutes. 252
Cap. III. Quæ ſursùm, & quæ Dei ſunt planè ſapiebat, quæ verò deorsùm & ſuper terram aſpernabatur. 253
Cap. IV. Perfecta ejus vivendi ratio in ſolitudine Longi campi. 254
Cap. V. Eminentes à Deo favores collati Iſabellæ. 255
Cap. VI. Miracula patrata ante ejus obitum. 256
Cap. VII. Mors ejus pretioſa. 257
Cap. VIII. Glorioſum ejus ſepulchrum. 258
Cap. IX. Miracula poſt mortem. 259
Cap. X. Alia miracula. 260
Cap. XI. Alia miracula. 262
Cap. XII. Ejus in beatorum album adſcriptio. 263

Vita B. Zinga Regis Hungariæ filiæ.

Cap. I. Mirabilis ejus ortus, & virginitas in matrimonio. 264
Cap. II. Religioſam profeſſionem amplectitur, moriturque ſanctiſſimè. 265

Vita B. Sanciæ Siciliæ & Hieroſolymæ Reginæ.

Cap. I. Sicilienſis curiæ pietas. 267
Cap. II. Binæ Religioſæ Ordinis ſanctæ Claræ ſemper commorantur ſecundùm beatam Sanciam. 268
Cap. III. Ingreditur in Ordinem ſanctæ Claræ, & ſanctiſſimè moritur. 270

Vita beati Pelingoti Vrbinatis.

Cap. I. Pietas ejus ab incunabulis. 273
Cap. II. Tertium Ordinem Franciſcanum ingreditur. 274
Cap. III. Mors ejus pretioſa. 275

Vita beatæ Claræ de Monte-falco.

Cap. I. B. Joanna Claræ ſoror Tertiariarum inſtituit conventum. 276
Cap. II. Admittitur Clara in Tertium Ordinem. 277
Cap. III. B. Clara oſtiatim mendicat ad conſtructionem monaſterij pro Sororibus Tertiariis. 278
Cap. IV. Tribus votis ſolennibus Clara ſe obligat. 279
Cap. V. Clara eligitur in Superiorem. 280
Cap. VI. Paupertatis amor & charitas in proximum. 280
Cap. VII. Acriter ſentit in ſe quod & in Chriſto Jeſu. 281
Cap. VIII. Chriſtus in medio ejus corde crucem collocat & plantat, donumque illi prophetiæ impertitur. 283
Cap. IX. Deus confirmat doctrinam & ſanctitatem Claræ ingentibus miraculis 284
Cap. X. Pretioſa ejus mors. 285

Vita ſancti Yvonis Presbyteri.

Cap. I. Nativitas ejus & adoleſcentia. 287
Cap. II. Fit in urbe Rhedonenſi Judex Eccleſiaſticus, & pauperum Advocatus. 288
Cap. III. Judex in ſacro foro diœceſis Trecorienſis inſtituitur. 289
Cap. IV. Tertium Ordinem Franciſcanum amplectitur. 290
Cap. V. Concionum ejus vigor & energia. 291
Cap. VI. Ejus humilitas, patientia, & charitas. 292
Cap. VII. Charitas Yvonis in proximum. 293
Cap. VIII. Miracula operatur in vita. 293
Cap. IX. Mors ejus, miracula, & inter Sanctos relatio. 294

Vita B. Garſendæ ab Alphanto viduæ, S. Elzearij educatricis.

Cap. I. Virtus ejus eminens, eximiaque notitia, quam divinitus habuit de præſtanti Elzearii ſanctitate. 296
Cap. II. Fortiter tuetur & propugnat virtutem S. Elzearii, ejuſque ſponſæ. 297
Cap. III. Garſenda ſanctiſſimè moritur, &
gloriâ

gloriâ plena ſancto Elzeario & ſanctæ Delphinæ apparet. 298

Vita S. Elzearij Confeſſoris.

Cap. I. Nativitas Elzearii, ejuſque à prima ætate virtutes. 299
Cap. II. Perfecta Elzearii nuodities, ejuſque virginale connubium. 300
Cap. III. Elzearius mirandâ luce repletus, multa prælia propter Deum generosè ſuſtinet. 301
Cap. IV. Deſcribuntur amplius cœleſtes illius favores. 302
Cap. V. Deus manifeſtat virtutum Elzearii excellentiam. 304
Cap. VI. Quomodo familiam regebat, ejuſque leges, quas Decalogum nominant. 304
Cap. VII. Charitas in pauperes, & miſericordiæ opera. 306
Cap. VIII. Iter Italicum, ejuſque prudentia & manſuetudo. 307
Cap. IX. Juſtitia & prudentia Elzearii in juvenis Principis regimine. 307
Cap. X. Ejus humilitas, fides, & generoſitas. 309
Cap. XI. Lutetiæ Legati fungens officio novit cœleſti revelatione hoſtiam non eſſe conſecratam, & ſanctiſſimè obiit. 310
Cap. XII. Corporis tranſlatio, & miracula. 311

Vita S. Rochi Confeſſoris.

Cap. I. Miraculo editur in lucem, tertiæ familiæ Franciſcanæ nomen dat. 312
Cap. II. Plures ſanans peſte laborantes, eodem ipſe morbo corripitur. 313
Cap. III Panis divinitus illi ſuppeditatur. 314
Cap. IV. Deus Rochum jubet reverti Monſpelium, ubi vitâ fungitur. 314
B. Leo de Perago. 316
B. Gualrerius. 317
B. Lancelotus Decius. 317
B. Carolus de Monte-feltrio. 317
B. Carolus d'Endano. 317
B. Stupa. 317
B. Angelinus Daneſius. 317
B. Carolus Secundus Rex Siciliæ & Hieroſolymorum. 317
B. Achaſſius puerulus Belgicus. 320
B. Joannes Indus Martyr in Tartaria. 321
B. Carolus Martellus Rex Hungariæ. 322

Vita B Roberti Regis Siciliæ & Hieroſolymorum.

Cap. I. Juventutis ejus virtutes, piæque leges quas in matrimonio ſervavit. 324
Cap. II. Robertus perſeverat conſtanter in virtute uſque ad mortem. 326

Vita B. Conradi Placentini Confeſſoris.

Cap. I. Ejus converſio. 327
Cap. II. Mundo nuncium remittit, & Romam proficiſcitur. 328
Cap. III. Favores quibus cumulatur in ſolitudine, acreſque tentationes, quas ſuperat. 329
Cap. IV. Angelorum neceſſitudine gaudet & claret miraculis. 330
Cap. V. Sanctiſſimè moritur, & triumphali ſepelitur pompâ. 332
Cap. VI. in beatorum album adſcriptio. 333
B. Lucia Veneta. 334
B. Chriſtina à ſancta cruce. 334
B. Franciſca Eugubina. 334
B. Joanna de ſancta Maria. 334
B. Michaëlina vidua. 335
B. Syria. 336
B. Joanna de Signia. 337
B. Petrus Romanus. 337
B. Franciſcus Cichius confeſſor. 338

Vita S. Delphinę virginis & viduę

Cap. I. Nativitas, zeluſque ejus ad virginitatem conſervandam. 339
Cap. II. Nupta & vidua extremas ſuperat contradictiones. 340
Cap. III. Sancia Regina eligit eam in arcanorum ſuæ conſcientiæ moderatricem. 341
Cap. IV. Neapolim redit, ubi morienti Sanciæ adfuit: deinde provinciam Phocenſem repetit. 342
Cap. V. Miracula, morſque pretioſa Delphinæ. 343
B. Antonius Hungarus. 344
Joannes, quem veteres Joanninum, Johanninum, vel Johanniolum, quem etiam Itali vernaculâ linguâ *Giohagnoli* denominant. 345
B. Bonavita diœceſis Imolenſis. 345

Additiones ad Secundam Partem Annalium Tertii Ordinis S. Franciſci Aſſiſiatis, ad vitam ſcilicet hujus præclari Patriarchæ. Epiſtola ipſius ad univerſos Chriſtianos, cæteroſque omnes. 346, 347, 348, 349
Epiſtola Heliæ Vicarii generalis poſt obitum ſancti Franciſci, de ſublimi defuncti ſanctitate teſtimonium perhibens. 349, 350
Bulla, quâ Gregorius IX. ſummus Pontifex Patrem Seraphicum inter cœlites annumerat. 350, 351, 352
Additio ad vitam ſanctæ Elizabethæ Hungaræ. 352
Diploma Pontificium, quo Gregorius Nonus Elizabetham Hungaram in album beatorum refert. 352. 353, 354
Additamentum ad vitam S. Ludovici Francorum Regis. 354

Mmmm

Diploma ſolemne quo Bonifacius Octavus in cœlitum numero collocat ſanctum Ludovicum Francorum Regem. 354, & ſequ.

Tria ſingulari notatu digna in hiſtoria ſancti Ludovici Regis Francorum. 359, & ſeq.

TERTII ORDINIS S. FRANCISCI ASSISIATIS Annales.

PARS TERTIA.

De Viris Illuſtribus, qui Sæculis decimo-quinto, decimo-ſexto, & decimo-ſeptimo floruere.

Vita S. Birgittæ viduæ Principis Suecæ.

CAPUT PRIMUM.

Nativitas ejus, mirabiliſque infantia. 362
Cap. II. Ejus ſanctitas in matrimonio. 363
Cap. III. Birgittæ virtutes tempore viduitatis. 364, 365
Cap. IV. Iter ejus Romanum, totiuſque Eccleſiæ approbatio. 365, 366
Cap. V. Poſt varias peregrinationes diem claudit ultimum Romæ. 366, 367

Vita B. Caroli IV. Imperatoris Occidentis, Bohemię Regis : & beatę Elizabethæ Imperatricis ejus ſponſę.

Cap. I. A juventute mirabiliter ſe geſſit ad ſui patris exemplum. 368
Cap. II. Virtutes ejus, & in literarum ſtudium proclivitas. 369
Cap. III. Sanctiſſimè moritur. 371
Elizabetha Caroli Quarti ſponſa. 372
Joanna Regina Caſtiliana vidua. 372
Elizabetha Polona vidua Regina Hungarica. 372
B. Joannes Eremita. 374

Vita B. Thomæ Confeſſoris.

Cap. I. Nativitas, pietaſque juventutis. 375
Cap. II. Regimini ſancti cujuſdam Eremitæ ſe ſubdit, & ab eo habitum Tertij Ordinis recipit. 376
Cap. III. Opus jubetur Apoſtolicum aggredi in Tuſcia. 377
Cap. IV. Nuceriæ & Peruſii Evangelium prædicans mirabilia operatur. 379
Cap. V. Peruſio expulſus, Cortonam & Aretium proficiſcitur, ubi mirum in modum ſe gerit. 380
Cap. VI. Senas proficiſcitur, mirabilia patraturus ubique ac prædicaturus. 381
Cap. VII. Varia & miranda ſecreta detegit Senis, donumque recipit linguarum. 383
Cap. VIII. Pluribus mortis periculum prædicit, & pro peccatoribus orat. 384
Cap. IX. Per urbem à ſancto Miniato vulgò dictam, tranſiens Piſas ingreditur. 385
Cap. X. Lucæ hominem interfectum ſuâ causâ vitæ reſtituit. 386
Cap. XI. Diverſas obit peregrinationes religionis causâ. 387
Cap. XII Mirabilium continuatione prædictionum in dies fit illuſtrior. 388
Cap. XIII. Gloriam Dei videt, & quaſi cœlos apertos. 389
Cap. XIV. Fulginium proficiſcitur, & ubique cumulatur meritis. 390
Cap. XV. Opera mirabilia pergit edere, moriturque ſanctiſſimè. 391

Vita beati Tobiæ.

Cap. I. Nativitas ejus, & matrimonium. 393
Cap. II. Moritur ſanctiſſimè. 394
B B. Carolus de Monte-garnello, & Gualterius de Marzo confeſſores. 395
B B. Catharina Mediolanenſis, & Joanna Luxemburgenſis. 396

Vita B. Mariæ è nobili domo Mallienſium.

Cap. I. A tenera pueritia divino cultui dedita fuit. 397
Cap. II. Connubio jungitur cum Roberto Sillio, abſque ullo virginitatis detrimento, & ambo miros faciunt progreſſus virtutis. 398
Cap. III. Poſt mariti obitum ſe protinus in urbem Turonenſem recipit, ubi pauperibus & iis qui lepris ſunt infecti humiliter inſervit. 399
Cap. IV. Habitum Tertii Ordinis Franciſcanoi recipit. 400
Cap. V. Auſteritates & eleemoſynæ Mariæ Mallienſis. 402

Cap. VI. Deo permittente Maria Mallienſis ad probationem omnibus fere odio eſt, & magnâ apud Deum gratiâ pollet. 402
Cap. VII. A ſolitudine pergrata Cæſarodunum revertitur divino impulſu. 404
Cap. VIII. Virtus ejus maximè commendatur à Principibus & Magnatibus Galliæ. 405
Cap IX. Incumbit præ'ertim in promovendam animarum ſalutem. 406
Cap. X. Charitas in captivos & pueros. 407
Cap. XI. Pretioſa mors, & inſignia miracula. 408

Vita B. Henrici Haguini Regis Daniæ filij.

Cap. I. A juventute ſolitudinem amat. 409
Cap. II. Inveniunt tandem Henricum ſubditi poſt diligentem inquiſitionem, qui moritur in Eremitorio. 410. 411
B. Petrus Hiſpanus. 411
B B. Petrus, Joannes, & Antonius Urbinates confeſſores. 412
B. Beatrix Ruſconenſis. 412

Vita B. Elizabethæ Sueva Virginis &

Cap. I. Juventutis ejus ſanctitas in mundo, & in clauſtro. 413
Cap. II Dæmones illi bellum indicunt. 414
Cap. III. Zelus Elizabethæ Suevæ & ardor propter venerandos Chriſti cruciatus: morſque illius. 415

Vita beatæ Angelinæ Corbarienſis viduæ, virginis, & Religioſarum Tertiariarum in Italia fundatricis.

Cap. I. Ortus ejus & pietas à pueritia, virginitas quoque in matrimonio. 416
Cap. II. Angelina Tertii Ordinis habitum recipit pluri[m]aſque ſubit vexationes. 417
Cap III. Vitâ mortuo reſtitutâ Aſſiſium ſe confert in conventum Reginæ Angelorum. 418
Cap. IV. Profeſſioni Tertii Ordinis Franciſcani pro ſæcularibus inſtituti tria vota ſolennia Religionis adjecit Angelina. 419
Cap. V. Virtutes ejus in ſtatu Religioſo, & dignitate Superiori. 419
Cap. VI. Pretioſa mors Angelinæ, illiuſque miracula. 420

Vita B. Margaritæ Dominici virginis Religioſæ.

Cap. I. Ortus ejus ad clauſtrum, & ad Superioris dignitatem vocatio. 422
Cap. II. Spoleti conventum inſtituit, miracula operatur, & interit. 423
Cap. III. Sepultura ejus, & miracula. 423
BB. Virgines Onuphria, Franciſca, & Joanna Florentinæ. 425
BB. Antonius Æthiops, & Antonius Negrita confeſſores. 425
BB. Tereſia Enriguez vidua, Joanna, & Catharina de Vino. 426
B. Franciſcus Carbanæus. 426

Vita beati Pauli de Ambroſiis, Religioſi Tertii Ordinis Franciſcani.

Cap. I. Compendiarius vitæ ejus decurſus. 428
Cap. II. B. Pauli miracula. 429

Vita beati Roberti de Malateſta principis Ariminenſis.

Cap. I. Juventus ejus virtutibus conſpicua. 430
Cap. II. Supremam Arimini ditionem adeptus, Tertii Ordinis habitum recipit. 431
Cap. III. Charitas ejus erga pauperes & ægrotos. 432
Cap. IV. Divinis favoribus præter morem ſolitum affectus ſanctiſſimè moritur. 433

Vita ſanctæ Franciſca viduæ Romanæ.

Cap. I. Ejus matrimonium. 434
Cap. II. Sponſo humiliter obtemperat, & ſolerter educat liberos. 435
Cap. III. Manſuetudo & benignitas Franciſcæ in familiæ gubernatione, charitas in pauperes, patientia, & longanimitas in afflictionibus. 435
Cap. IV. Pietas ejus, mortificatio, diverſa prælia. 436
Cap. V. Ordinem inſtituit; Angeli cuſtodis viſione exhilaratur, & miracula edit. 437
Cap. VI. Defuncto ſponſo, Religioſam profeſſionem amplectitur; gubernando præponitur monaſterio, atque ſanctiſſime moritur. 438

Vita beati Amedei VII. Sabaudiæ Ducis.

Cap. I Ejus prudentia, & proſperitas. 440
Cap. II. Solitudinem petit, habitumque recipit Tertii Ordinis. 440
Cap. III. Abdicato ſummo Pontificatu, diem claudit ultimum. 442
BB. Anna de Arevalo, Lucida, & Clara Fulginienſes, Sanctia Martinezia de Montalvo vidua. 443
Tres beatæ Monlales Anconitanæ. 444
B. Franciſcus Florentinus. 444

Vita B. Ioannæ à Cruce virginis & Religioſæ.

Capp. I. Illius nativitas. 445
Cap. II. Ab infantia mirabili exardeſcit fervore. 446
Cap. III. Mutatâ veſte ſexum ementitur, ut fiat Religioſa. 447
Cap. IV. Ejus novitiatus & profeſſio. 448
Cap. V. Deus illam in ſponſam cooptat & aſſumit. 448
Cap. VI. Quanto ſtudio Euchariſtiæ ſacramentum colebat Joanna. 450

Cap. VII. In extaſi verbum Dei prædicat. 451
Cap. VIII. Juſtâ electione gubernationi conventus præficitur. 452
Cap. IX. Charitas erga animas defunctorum. 453
Cap. X. Plura edidit miracula dum viveret. 454
Cap. XI. Jeſu dolorum particeps fit. 455
Cap. XII. Abbatiſſæ munus illi cum ignominia & dedecore abrogatur. 456
Cap. XIII. Mira ejus conſtantia in tribulationibus, morſque pretioſa. 457
Cap. XIV. Ejus ſepultura, & miracula. 459
BB. Maria Evangeliſta, Agnes à Conceptione, Elizabetha Pontia Religioſæ Tertiariæ. 460

Vita B. Coletæ virginis.

Cap. I. Quadriennem illam gratia Dei prævenit affluenter. 461
Cap. II. Profeſſionem Tertii Ordinis amplectitur. 462
Cap. III. Divinum fervorem apud alumnos Patris Seraphici denuò accendit. 463
Cap. IV. Studium ejus ſingulare erga paupertatem. 464
Cap. V. Modeſtia & verecundia virginalis. 465
Cap. VI. Eximia ejus pietas. 466
Cap. VII. Illius contemplatio & extaſes. 467
Cap. VIII. Coletæ miracula. 468
Cap. IX. Pietas ejus ſingularis erga Chriſti Paſſionem, & auguſtiſſimum altaris Sacramentum. 469
Cap. X. Miracula, auſteritates, & tribulationes, 470
Cap. XI. Prophetiæ dono prædita erat. 471
Cap. XII. Præcedentis materiæ continuatio. 473
Cap. XIII. Cum Coleta Dæmon plura commiſit prælia. 474
Cap. XIV. Pretioſa mors Coletæ. 476
Cap. XV. Edita poſt mortem miracula. 477
B. Antonius de Pozzo Fidoni, & beata Maria de Jeſu Religioſa Tertiaria. 478
Beatæ Beatrix Hermoſilla virgo, Apollonia vidua, Franciſca de Riva Limonoſa, & Alma. 479
B. Alexia Burgotta. 479
B. Demetrius. 480
B. Joannes Martinezius, & beata Catharina Lopezia. 480
Beati Paganus Torniellus, & Vitalis. 481
Beata Pierona Hergodſa Religioſa Tertiaria. 481
B. Euphroſyna. 481
BB. Euſtochium, Smaragda, Joanna Lopezia, Maria à ſancto Spiritu, Maria Pennenoſa, Elizabetha Peralta, Maria Ruiſia, Elizabetha Verdugo, Aldonza Lopetia, Elizabetha de Rota, Urraca Rodriquezia Bezerra, Agnes Bezerra, Catharina de Quadia, Agnes de Ferro, Maria Rugella, Joanna de Silva, & aliæ Religioſæ Tertiariæ. 482, 483, 484

Vita S. Didaci Confeſſoris.

Cap. I. Tertium Ordinem ingreditur. 484
Cap. II. Admittitur in primum Ordinem Franciſcanum. 485
Cap. III. Miracula, ejuſque vivendi ratio poſt reditum in Hiſpaniam. 486
Cap. IV. Mors ejus pretioſa & miracula. 487
Jacobus à Borbonio comes de Marchia. 490

Vita Franciſci II. Britanniæ Ducis

Cap. I. In Tertium Ordinem ingreſſus & virtutes. 490
Cap. II. Ducis Franciſci familiæ inſignis proſperitas, qui ſanctè moritur. 492
BB. Maria Gomeſia virgo, & Tereſia Sanchesia vidua, Tertii Ordinis Religioſæ. 493
B. Joanna Franciæ Regina, virgo. 494
B. Hieronymus confeſſor, & BB. Franciſca Roderica, & Lucia Sanctia viduæ. 495
B. Jeremias Comenſis, aut de Lamberthenghis, Sacerdos & Religioſus Tertii Ordinis. 496
B. Maria Gonſalva virgo. 497
BB. Catharina Ruiſia, Baptiſta, Anna Sanchesia, & aliæ Religioſæ Tertiariæ. 497

Vita B. Margaritæ Lotharingæ Duciſſæ Alenconienſis.

Cap. I. Ortus ejus & educatio. 499
Cap. II. Viduitatis exercitia. 500
Cap. III. Ejus perfecta pietas. 501
Cap. IV. Mira ejus charitas. 503
Cap. V. Charitatis continuatio. 504
Cap. VI. Habitum Tertii Ordinis Franciſcani recipit. 505
Cap. VII. Ordini Clariſſarum nomen dat. 506
Cap. VIII. Sanctiſſimè moritur. 507
Cap. IX. Exequiæ & miracula. 508
BB. Franciſca à ſancta Anna, Lucia, & Helena à latere virgines & Religioſæ Tertiariæ. 509
B. Ludovica de Albertonibus vidua. 510
B. Maria Mugnoſia Religioſa Tertiaria. 510
BB. Domna, & Maldonata. 511

Vita B. Angelæ de Diſenzano virginis.

Cap. I. Iuventutis curriculum. 512
Cap. II. Provectior ætas, ſanctuſque obitus. 513
Tres BB. Adoleſcentes Indi Martyres. 514
BB. Paula de Coſta, Maria de Fonte, Marina Alvareſia, aliæque Religioſæ Tertiariæ. 514

B. Aldonza

B. Aldonza Pantoxia virgo Religioſa. 515
B. Beatrix à ſancto Franciſco vidua, Religioſa. 516
B. Maria Monacha, virgo, Religioſa. 516
BB. Catharina Evangeliſta, Franciſca de ſancta Cruce, & aliæ Religioſæ Tertiariæ. 517
B. Julianus Oblatus, aut Deodatus. 518
BB. Olalia Gomeſia, & Clara Martinezia, Religioſæ Tertiariæ. 519
B. Nuncia vidua. 520

BB. Septemdecim Martyres Iaponii.

Cap. I. Carceris eorum & condemnationis deſcriptio. 521
Cap. II. Martyrio virorum Apoſtolicorum datur initium. 522
Cap. III. Eorum in crucem ſublatio. 523
Cap. IV. Duorum puerorum Ludovici & Antonii Japoniorum celebre martyrium 524
Cap. V. Martyrum nomina & miracula. 525
B. Franciſcus Calabricus. 527

Vita beatæ Innocentiæ virginis

Cap. I. Nativitas ejus & educatio. 528
Cap. II. Virtute creſcit pluſquam ætate. 528
Cap. III. Admittitur in Tertium Ordinem Franciſcanum. 529
Cap. IV. Orationis & contemplationis ejus fervor. 531
Cap. V. Præclara Innocentiæ documenta, ſancta ejus exercitia, & auſteritates. 532
Cap. VI. Mors ejus pretioſa. 534
Cap. VII. Mirabiles eventus poſt ejus obitum. 535
Pater Iacobus Eugubinus. 536
P. Michaël de Burgio. 536
P. Celidonius de Burgio. 537
P. Petrus de Feno. 537
P. Seraphicus Lazzara. 538
P. Hieronymus de Rizzo. 538
P. Ludovicus de Moote Religioſus Tertiarius. 538
Pater Ioſephus de Monte, aliique Religioſi Tertiarii. 539, 540, & ſequ.
Patres Ioannes de Monte, Bartholomæus de Facio, Ioſephus de Monte. 541
P. Vincentius Riccius. 539
P. Petrus Ferricnſis. 539
Patres Seraphinus, & Bonaventura Ciambrini. 539
P. Ioannes Baptiſta Provenzanus. 539
P. Illius Baro de Favignana de familia Riccia. 539
Patres Clemens de Salerno, Bonaventura Saladinus, Antonius, & Ruffinus Brandini. 539

Religioſi illuſtres Tertiarii.

Frater Hieronymus de Golizano. 540
F. Vincentius Genuenſis. 540
Frater Antonius de Petra perſiaca. 540
Frater Petrus de Gravignano. 541

F. Lucas Nicaſter Ciramenus.

Cap. I. Ingreditur in Ordinem Religioſorum Tertiariorum S. Franciſci Aſſiſiatis. 541
Cap. II. Mors & miracula. 542
Frater Joannes Ciramenus. 543

Alii Tertiarii pietate inſignes.

B. Guillelmus Bucherus. 544
B. Vincentius Nicoſienſis. 544
B. Didacus Sinagrienſis. 544
B. Margarita Calariberta. 544
B. Clara Catanenſis vidua. 544
B. Hieronyma Meſſanenſis. 545

Multi Tertiarii valde illuſtres.

B. Mathæus. 545
B. Archangela virgo. 545
B. Joannes Garidus. 545
B. Apoſtolus Tertii Ordinis Franciſcani frater oblatus. 545
B. Catharina Ciaulina virgo Religioſa Tertiaria. 546
Philippus Tertius Rex Hiſpaniæ. 547

Vita Catharinæ Arragonenſis Angliæ Reginæ.

Cap. I. Matrimonio copulatur cum Henrico Octavo Angliæ Rege. 548
Cap. II. Tribulationes Catharinæ Arragonenſis, & ærumnæ. 550
Cap. III. Mors Catharinæ Arragonenſis. 551

Vita Elizabethæ, Claræ, Eugeniæ Auſtriacæ Belgii Archiduciſſæ.

Cap. I. Nativitas & educatio. 552
Cap. II. Claræ Eugeniæ ingreſſus in Belgium. 553
Cap. III. Pietatis opera. 554
Cap. IV. Generoſitas, & optima geſtio rempore viduitatis. 555
Cap. V. Pretioſa mors, piaque legata. 556

Vita Antonii Clerici, vulgo domini de Silva.

Cap. I. Juventus atque ſcientia. 558
Cap. II. Pietatis diligenter vacat exercitiis. 559
Cap. III. Contemplationis atque prophetiæ ſublime donum. 560
Cap. IV. Præcedentis materiæ continuatio. 562
Cap. V. Ad mortem ſe accingit, ſanctè moritur, & ſepelitur honorificè. 563
Elizabetha è regio Francorum ſtemmate, Hiſpaniæ Regina. 565
Primæ Religioſæ Inſtaurationis ſeu Reformationis Ordinis noſtri Gallicani. 566

Additamenta Hiſtoriæ noſtræ, præſertim ex novis commentariis compacta.

S. Miræus Tertii Ordinis Franciſcani Religioſus. 570
B. Agnes de Cubo. 571
B. Elizabetha Lopezia vidua. 573
B. Agnes Viotta. 574
B. Elizabetha à ſancta cruce. 574
BB Sancia, & Oloria Religioſæ Tertiariæ, & Abbatiſſæ. 575

Vita B. Mariæ Laurentiæ Longæ.

Cap. I. E graviſſimo convaleſcit morbo ſacratæ Virginis Lauretanæ interceſſionibus. 576
Cap. II. Virtutes ejus, famulitii in primis ſtudium, & miracula. 577
Cap. III Conventum Religioſarum inſtituit, & moritur. 578

Vita B. Franciſcæ de Serrone.

Cap. I. Nativitas & educatio. 580
Cap. II. Virtutis progreſſus per patientiam. 581
Cap. III. Illuſtribus ſignis ſanctitas Franciſcæ declaratur & creſcit. 583
Cap. IV. Singularibus privilegiis ornatur, donisque præclaris, quæ præſertim Laureti & Romæ enituerunt. 584
Cap. V. Pietate Romæ pergit clareſcere, tandemque in patriam revertitur. 586
Cap. VI. Virtutum claritate fit eminenter conſpicua, humilitate præſertim & charitate, ac meditationis exercitio. 587
Cap. VII. Corporis afflictationes, & obitus ac miracula. 589

Vita beatæ Claræ Bugniæ virginis Tertiariæ.

Cap. I. Nativitas, ingreſſus in Tertium Ordinem Franciſcanum, in eoque miranda geſtio. 591
Cap. II. In Monaſterii Abbatiſſæ electione omnia tulit ſuffragia, variiſque præſtantibus donis decorata eſt. 593
Cap. III. Divinis favoribus cumulatur, magnoſque in virtute facit progreſſus. 594
Cap. IV. Chriſto penitus concrucifigitur, & moritur ſanctiſſimè. 594
B B. Leo & Lucius Freitaſii martyres. 596
Plures alii noſtri Ordinis Tertii illuſtres ſectatores. 596
B. Margarita Cella clauſa Luxemburgi. 598
Catalogus Tertiariorum quorumdam qui ad magnam nominis amplitudinem pervenerunt. 600
M. Jacobus Neelus Sacerdos. 609
Elizabetha Ricorda. 610
Additiones non prætermittendæ. 611
R. P. Vincentius Muſſartus Pariſinus, Tertiariorum Regularium in Gallia Inſtaurator. 612
P. Arſenius Coriſopitenſis. 613
P. Chryſoſtomus Sanlaudenſis. 616

Soror Ioanna Aumontenſis.

Cap. I. Nativitas & adoleſcentia. 617
Cap. II. Annorum accretionem ſequitur augmentum ſanctitatis. 618
Cap. III. Auſteritates, & infatigabilis perſeverantia. 619
Cap. IV. Oratio mentalis, poſtremorumque vitæ dierum exercitia, & obitus. 620

CONCLUSIO,

Ubi Syllabus illorum qui Tertium Ordinem Franciſcanum ſcriptis illuſtrarunt.

A

Albertus Ponta-lienſis Gallus Tertii Ordinis Religioſus. 621
Ambroſius Lexovienſis Gallus, Tertii Ordinis regularis ſancti Franciſci. 621
Angela Fulginas Tertii Inſtituti regularis Franciſcani alumna. 621
Antonius Angelorum Tertii Ordinis S. Franciſci, Luſitanus. 622
Antonius de Sillis Bergomenſis Tertii Ordinis regularis obſervantiæ in Italia Superior generalis. 622
Apollinaris Vallonienſis Gallus Tertii Ordinis Religioſus profeſſus 622
Archangelus Rothomagenſis Gallus ejuſdem Ordinis Tertii regularis, & provinciæ ſancti Yvonis in Gallia. 622
Auſonius Noctinot, aliàs Antonius Cottonius Siculus Nicoſienſis, tertii regularis Ordinis S. Franciſci. 622

B

Baſilius Poliniacenſis Gallus, Tertiarius regularis profeſſus. 622
Benedictus Fidelis, Siculus tertii Ordinis Religioſus. 622
Benedictus Lugdunenſis Gallus, Tertiarius regularis provinciæ S. Ludovici. 622
Bonaventura de Vincentio Tertii Ordinis regularis Viſitator generalis. 622

C

Cœleſtinus Sueſſionenſis, Gallus tertii Ordinis ſtrictioris obſervantiæ, Viſitator Generalis. 622
Catharina à ſancto Franciſco Abbatiſſa Monaſterii Bruxellenſis. 622
Clara Bugnia Veneta virgo Religioſa Tertiaria. 622

Claudius Javelotius Foroſienſis, Gallus. 623

D

Damaſus Sanlaudenſis Gallus tertii Ordinis 623

David Michaël Regius Antuerpienſis, tertii Inſtituti Franciſcani. 623

Donatus Lexovienſis Gallus, tertii Ordinis regularis provinciæ S. Yvonis. 623

E

Sancta Elizabetha Hungariæ Regis filia, Religioſa Tertiaria. 623

Elzearius Dombar enſis Gallus, provinciæ ſancti Ludovici, totiuſque Congregationis Gallicanæ, ſtrictioris obſervantiæ quartò Viſitator generalis, perinde ut ipſe promeritus eſt. 623

F

Fortunatus Fidelis Fortunati filius, Siculus Agyræ. 623

Sanctus Franciſcus Aſſiſias tertii noſtri Ordinis tam ſæcularis quam regularis Inſtitutor & Rector pariter ac Minorum. 623

Franciſcus Bordonus Italus Parmenſis, tertii Ordinis Deffinitor generalis. 624

Franciſcus Francinus Hiſpanus vir pius. 624

H

Hyacinthus à Novocaſtro Gallus in Neuſtria provinciæ ſancti Yvonis, tertiùm Miniſter Provincialis. 624

I

Joachimus à Puteo Antuerpienſis Tertii Ordinis S. Franciſci Conventus Antuerpienſis Miniſter. 624

Joannes Antonius Brandus Siculus Salernitanus tertii Ordinis ſancti Franciſci. 624

Joannes Chryſoſtomus à ſancto Laudo, provinciæ ſancti Yvonis bis Miniſter provincialis, & Deffinitor generalis. 624

Joannes maria Verononenſis, Gallus, Theologus Ordinis ſui conſcribendæ Hiſtoriæ deſtinatus. 625

Joannes de Oſterroyck, Belga Thenenſis tertii Ordinis Preſbyter. 625

Joannes Scalcus Antuerpienſis tertii Ordinis Franciſcani. 625

Jodocus ab Almaras Brabantus. 625

Irenæus Augenſis natione Gallus, patriâ Normanus, tertii Ordinis provinciæ S. Yvonis in Gallia Miniſter Provincialis. 625

L

Ludovicus Fernandez Blaſcho, Hiſpanus, tertii Ordinis profeſſus. 625

Sanctus Ludovicus Gallorum Rex Chriſtianiſſimus & optimus. 625

Ludovicus de Triola Ianuenſis, Tertiarius ſtrictioris obſervantiæ. 625

M

Martialis Cænomanenſis tertii Ordinis, natione Gallus, qui fuit ſæpius Deffinitor, & Provincialis miniſter provinciæ S. Yvonis. 626

Michaël Calvus tertii Ordinis, ſacræ Theologiæ miniſter Siculus. 626

N

Nicolaus Cæſaris-burgenſis, tertii Ordinis, è Gallia Neuſtriaca oriundus. 626

Nicolaus è monte Gallus, tertii noſtri Ordinis Franciſcani. 626

O

Orontius Iulioboneñſis, vulgò *de Honfleur*; in Normania, tertii Ordinis provinciæ S. Yvonis quinquies provincialis miniſter, & Deffinitor generalis. 626

P

Petrus Godefridus tertii Ordinis S. Franciſci in Belgio miniſter generalis. 627

R

Raymundus Lullus majoricenſis, vir ſingularis vitæ & doctrinæ, plurima ſui ingenii emolumenta poſteris reliquit. 626

S

Seraphinus Leggius Panormitanus, ſacræ Theologiæ magiſter. 626

T

Thomas de Albeinga Luſitanus. 626

Thomas fulginas miraculis & prophetiâ clarus. 627

Thomas Piſæus Seguſianus Gallus, Theologus. 627

V

Vincentius Muſſart, primus Pater & dignus Reformator Tertii Ordinis in Gallia. 627

Vincentius Rothomagenſis, illuſtres inter ſui ævi concionatores, eximius. 627

ELENCHVS AVCTORVM,

Qui licet minimè fuerint Tertii Ordinis Franciſcani profeſſores, de illo tamen ſcripſere.

A

Angelus del Pas Perpinianenſis, provinciæ Cataloniæ, vir regularis obſervantiæ reſtituendæ cupidiſſimus. 627

Angelus à ſancto Franciſco, Hibernus. 627

Antonius Gallicanus Allobrox, conventualis, ſanctæ Theologiæ profeſſor. 627

Antonius Daza Hiſpanus, regularis obſervantiæ, provinciæ Conceptionis miniſter. 627
Antonius à Monte-falcone Umbriæ oppido, regularis obſervantiæ, provinciæ S. Franciſci Vicarius. 627
Antonius ſive Antoninus à Randario, Siculus ſtrictioris obſervantiæ provinciæ Siciliæ. 627
Arturus à Monaſterio, Gallus Rothomagenſis, Recollectus provinciæ ſancti Dionyſii alumnus, Auctor martyrologii Franciſcani. 628

B

Bartholomæus à Colle, 628
Bernardinus Lavinerha Gallus. 628
Bernardinus Vettuvis Germanus, provinciæ Coloniæ, ſacræ Theologiæ Lector emeritus. 628
Bernardus de Beſſa, provinciæ Aquitaniæ, & cuſtodiæ Cadurcenſis, ſancti Bonaventuræ ſocius, & à ſecretis, dum eſſet Generalis miniſter. 628
Bernardus Cuneus Hibernus, miniſter provinciæ Hiberniæ. 628
Bonaventura Armenguel Majoricenſis. 628
Sanctus Bonaventura ſcripſit Officium devotum de ſancta Cruce, rogante ſancto Ludovico Rege Gallorum. 628

F

Franciſcus Bellus Anglus. 628
Franciſcus Paludanus Antuerpienſis, provinciæ Germaniæ inferioris; Deffinitor ac tandem Miniſter. 628
Franciſcus de Soſa, Hiſpanus, Toleranus, provinciæ ſancti Jacobi, vir noblilis & doctus. 628

G

Gilbertus, quibuſdam Guibertus, aliis Giſbertus de Tornaco, Theologus Pariſienſis. 629
Gualterius Brugenſis Flander, è provinciali Turoniæ creatus Epiſcopus Pictavorum à Nicolao III. ſummo Pontifice. 629

H

Henricus Spoeltergius Bruxellenſis vir inſigniter eruditus. 629
Henricus Sedulius Clivienſis, bis Miniſter provinciæ Germaniæ inferioris. 629
Hieronymus Gombonus Italus Salodienſis, provinciæ Brixienſis, ſtrictioris Obſervantiæ; Hebraicæ linguæ Profeſſor. 629
Hieronymus Ferrerius, Hiſpanus, regularis Obſervantiæ, provinciæ Arragoniæ. 629
Hugo de Dina Gallus, vir magnæ eruditionis & ſanctitatis eximiæ. 629

I

Jacobus Polius Germanus, nationis Germanæ Chroniſta. 929
Jacobus ſeu Jaimius Sanchez, Hiſpanus, provinciæ Valentinæ, regularis Obſervantiæ Miniſter. 629
Jacobus Saleur provinciæ Franciæ Pariſienſis Miniſter. 629
Joannes de Bleſa. 629
B. Joannes Capiſtranus ſancti Bernardini Senenſis diſcipulus, ſocius, & in regimine exorientis regularis Obſervantiæ ſucceſſor. 629
Joannes Carillo regularis Obſervantiæ, provinciæ Arragoniæ. 629
Joannes de Riera provinciæ Majoricenſis. 629
Joannes à Turribus Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ; Commiſſarius Curiæ regiæ. 629
Iulius Arigonus Cremonenſis. 630
Iuvenalis de Terra-nova Lemovicenſis. 630

L

Lucas à Monte-forti Neapolitanus; vir pius & Religioſus, ſacræ Theologiæ Lector. 630
Ludovicus de Miranda Hiſpanus Valliſoletanus, Theologiæ profeſſor. 630

M

Marianus Florentinus, regularis Obſervantiæ, provinciæ Tuſciæ. 630

P

Petrus Bergerius Seguſianus, Gallus, Conventualis, ſacræ Theologiæ Magiſter. 630
Petrus Franciſcus Vercellenſis, regularis Obſervantiæ, provinciæ Mediolanenſis. 630
Petrus Marchant Leodienſis, provinciæ ſancti Ioſeph, in comitatu Flandriæ Miniſter. 630
Petrus de Navarro Hiſpanus, regularis Obſervantiæ, provinciæ Caſtellæ, ſacræ Theologiæ Lector emeritus. 630

V

Vitus Cortonenſis, miniſter provinciæ Romanæ. 630

INDEX NOMINUM.

Tertiariorum Regularium perinde ac Sæcularium, qui præcipuè memorantur hiſce in Annalibus.

A

ANTONIUS Hungarus. 344
Albertos comes de Monte acuto. 133
Andræas Tudertinus. 160
Alexander Peruſianus. 160
Adriana de Cortona. 217
B. Angela vel Aogelina de Fulginio vidua. 217
Angelinus Daneſius. 317
Achaſſius puerulus Belgicos. 320
B B Petrus, Ioannes, & Antonius Urbinates, Confeſſores. 412
B. Angelina Corbarienſis, vidua, virgo, & Religioſarum Tertiariarum in Italia fundatrix. 4 6
BB. Antonius Æthiops, & Antonius Negrita. 425
B. Amedeus VII. Sabaudiæ Dux. 440
BB. Anna de Arevalo, Lucida, & Clara Fulginienſes, Sanctia Martinezia, de Montalvo vidua. 443
Tres BB. Moniales Anconitanæ. 444
BB. Maria Evangeliſta, Agnes à Conceptione, Elizabetha Pontia, Religioſæ Tertiariæ. 460
B. Antonius de Pozzofidoni, & B. Maria de Ieſu Religioſa Tertiaria. 478
BB. Beatrix Hermoſilla virgo, Apollonia vidua, Franciſca de Riva Limonoſa, & Alma. 479
B. Alexia Burgotta. 479
B. Aldonza Lopetia. 483
B. Agnes Bezerra. 484
B Agnes de Ferro. 484
Beatæ Catharina Ruiſia, Baptiſta virgo, Aona Sancheſia virgo, Bernardina de Monte majore virgo, &c. 497
B. Angela de Diſenzano virgo. 512
Tres beati Adoleſcentes Iodi, martyres. 514
B. Aldonza Pantoxía, virgo Religioſa. 515
P. Antonius Brandinus. 539
Frater Antonius de Petra perſiaca. 540
B. Archangela Tardera virgo. 545
B. Apoſtolus frater oblatus. 545
Antonius Clericus, vulgò dominus de Silva. 558
Mater Agnes à ſancto Raphaele. 568
B. Agnes de Cubo. 571
B. Agnes Viotta. 574
Angelus Storrentius. 600
Alexaoder Anglus. 600
Alphonſus Rex Luſitaniæ. 601
Agnes princeps Caſtiliana. 601
Agnes è regio Galliarum ſtemmate oriunda. 601
Angela Ducis Mantuani filia. 601
Angelina de Gonzaga. 601
Comes quidam de Angnillara. 601
Anna Auſtiaca Ludovici Juſti Decimi tertii Regis Gallorum uxor. 601
Anna Auſtriaca Regis Poloniæ uxor. 604
Agnes Ducis Mathæi filia. 604
Anna marchionis de Ayetona filia. 604
Angela ex eadem ſtirpe. 604
Altera Angela ejuſdem familiæ. 604
Anna Ducis de l'Infaotado filia. 604
Antonia Ducis de l'Infantado filia. 604
Binæ Annæ rei maritimæ Prætorum Caſtellaoorum filiæ. 604
Anna marchionis de Villa-realo filia. 604
Aona è comite Chelvenſi oriunda. 604
Antonius de Arminia Religioſus. 604
Andulphus Alſatiæ Rex. 604
Antonius de Gama Davidiquerenſis comes. 604
Attalus de Alago. 604
Andræas comes de Terranolpha. 604
Andolia de Cardona. 605
Aona marchionis à ſancta Cruce filia. 605
Antonia Ducis Eſcalooenſis filia. 605
F. Antonius Ducis Beiareoſis filius. 605
F. Andræas de Borgia è ſtirpe Ducum Cretenſium. 605
Soror Aona de Borgia. 605
Anna Poocia de Leone comitiſſa de Feria. 605
F. Antonius Ducis de Naiera filius. 605
Anna Ducis de Naïera filia. 605
Uons aliquis Dux Aſcalanns. 605
Anna marchionis Mabricæ filia. 605
Anna Girona Ducis de Oſſuna filia. 605
Alphonſus de Caſtello Archiepiſcopus Compoſtellæ. 605
Artaldus Arragonenſis à ſancto Jacobo comes Arragoniæ, ejuſque uxor comitiſſa. 606
Antonius de Borgia in Eccleſia Archiepiſcopali Toletana Cantorum antiſtes, Ducis de Villa hermoſa frater. 606
Ardalezins comes de Theba. 6. 6
Antonius de Zuniga marchionis Mirabelli filius primogenitus. 606
Anna de Luſitania Duciſſa de Paſtrano, materque Ducis Paſtrani. 606

Angelica de Guſmano marchioniſſa de Valle. 606

Anna Auſtriaca Ferdinandi I. Imperatoris filia, & Alberti Bavariæ Ducis filia. 606

Antonia Florentina Religioſa Terriaria. 607

P. Arſenius Cotiſopitenſis. 613

B

B. Bonavita. 345

B. Brunus de Colle. 323

B. Bonna. 312

beatus Bartholomæus de Bario. 338

beatus Bonifacius de Volaterra. 360

Blanca Caſtellana Franciæ Regina. 367

Benevenuta Anconitana. 215

beatus Bartholus à ſancto Geminiano. 235

beatus Joannes de Bibrace Hieroſolymæ Rex. 238

Bela IV. Hungariæ Rex. 242

Sancta Birgitta vidua, princeps Sueca. 362

beata Beatrix Ruſconenſis. 412

beatæ Beatrix Hermoſilla virgo, Apollonia vidua, Franciſca de Riva Limonoſa, & Alma. 479

beatæ Catharina Ruiſia, Baptiſta, Anna Sanchezia, Bernardina de Monte majore, beatæ Franciſca, Maria, Beatrix virgines, & Munuera vidua, beata Maria Sancta virgo. 497

beatæ Franciſca, Maria, Beatrix virgines, & Munuera vidua, beata Maria Sancta virgo. 498

beata Birgitta Gonzalezia. 514

beata Bernardina de Rota. 515

beata Beatrix à ſancto Franciſco vidua, Religioſa. 516

P. Bartholomæus de Facio. 539

P. Bonaventura Saladinus. 539

beatus Guillelmus Bucherus. 544

Bernerius Louvinienſis ſeu Cadomenſis. 597

Carolus Bouvetus Romemonti Dynaſta. 597

Bonaventura del venerus. 597

Bartholomæus de Facio. 600

beata Blanca Regina Cataloniæ. 600

Blanca è regio Arragoniæ ſtemmate orta. 601

Blanca S. Ludovici Regis Francorum filia, 601

Beatrix è marchione Eliſedano oriunda. 601

Bernardina ducis de Magueda filia. 604

Beatrix Marchionis de Ayerona filia. 604

Blanca è rei maritimæ prætoribus Caſtellanis orta. 604

Bernardinus de Arminia Religioſus. 604

Bernardina de Velaſco. 605

Frater Bernardus de gente, quam Colonas vulgò nominant. 605

Soror Brianda comitis de Coſentoya filia. 605

Soror Bonaventura de Borgia. 605

Beatrix Ducis de Naïera filia. 605

Bobadillus de Alcaraſio Archidiaconus & Canonicus Toletanus, comitis Lemoſiani filius. 606

Bernardus Toreſius defenſor acerrimus immaculatæ Conceptionis Dei genitricis. 606

Bernardinus de Velaſco Caſtellanorum caſtrorum præfectus. 606

Barbara Haguenaverina Religioſa Tertiaria. 607

C

B Cardinalis de Compoſtella. 128

beata Conſtantia de Caſtro vidua. 216

beata Conſtantia Arragoniæ Regina. 249

beata Clara de Monte-falco. 276

beatus Carolus II. Rex Hieroſolymorum. 317

Carolus Martellus Rex Hungariæ. 322

beatus Conradus Placentinus confeſſor. 327

Carolus IV. Rex Boemiæ Imperator. 368

beatus Carolus de Monte Garnello. 395

Catharina Mediolanenſis. 396

beatæ Tereſia Henriquez vidua, Joanna, & Catharina de Vino. 426

beatæ Anna de Arevalo, Lucida & Clara Fulginienſes, Sanctia Martinezia de Montalvo vidua. 443

beata Coleta virgo. 461

beata Catharina Boſniæ Regina. 478

beatus Joannes Martinezius, & beata Catharina Lopezia Religioſa Tertiaria. 480

beata Catharina de Quadia virgo. 484

beatæ Catharina Ruiſia, Baptiſta, Anna Sanchesia, & aliæ Religioſæ Tertiariæ. 497

beatæ Catharina Evangeliſta, Franciſca de ſancta Cruce, & aliæ religioſæ tertiariæ. 517

beata Catharina Alvarezia. 517

beatæ Olalia Gomezia, & Clara Martinezia, Religioſæ Tertiariæ. 519

P. Celidonius de Burgio. 537

P. Clemens de Salerno. 539

beata Clara Catanenſis vidua. 544

beata Catharina virgo, Religioſa Tertiaria. 546

Catharina Arragonenſis Angliæ Regina. 548

Mater Clara Veſuntina. 566

beata Clara Bugnia virgo Tertiaria. 591

Cornelius Batavodorus. 600

beata Coleta Auſtriaca. 600

Clara Ducis Mantuani filia. 601

Catharina è marchionibus Plieganis oriunda. 601

Chriſtina Religioſa tertii Ordinis noſtri, principis de Venoſa filia. 604

Catharina Mendoza è ſtirpe Ducum de l'Infantado. 604

Catharina ducis de Lerma filia. 604

Clara de Figuera ducis de Feria filia. 604

Clara Religioſa ducis Urbini filia. 604

Coleta Comitis Chelvenſis filia. 604

Soror Candida marchionis à S. Cruce filia. 605

Soror Clara de Coreſla Comitis de Coſentoya filia. 605

Soror Clara de Borgia. 605

Catharina Ducis de Naïera filia. 605
Catharina Ducis Alcalani filia. 605
Conſtantia ejuſdem familiæ. 605
Catharina marchionis Mabricæ filia. 605
Clara principis Avelini filia. 605
Unus aliquis Comes de Caſtellaro. 606
P. Chryſoſtomus Sanlaudenſis. 616

D

B. Dulcelina Maſſilienſis. 215
S. Delphina virgo & vidua. 339
beatus Demetrius. 480
S. Didacus Confeſſor. 484
beatæ Domna, & Maldonata. 511
beatus Didacus Sinagrienſis. 544
Sorores Dorothea à ſancto Anatolio, & Magdalena à Cruce. 569
Dorothea principis à ſancto Severino filia. 604
Damaſa Ducis de l'Infantado filia. 604

E

P. Jacobus Eugubinus reformator Tertii Ordinis regularis in Sicilia, atque ejuſmodi Tertiariorum provinciæ Inſtitutor. 33
S. Elizabetha Turingæ Duciſſa. 134
Elizabetha Panormitana, anno ſuæ ætatis 13. è vita deceſſit, recepto habitu Franciſcano, emiſſâque profeſſione. 149
S. Elizabetha Luſitaniæ regina. 180
S. Elzearius Confeſſor. 299
Elizabetha Caroli IV. Imperatoris ſponſa. 372
Elizabetha Polona virgo & Religioſa. 413
beatæ Maria Evangeliſta, Agnes à Conceptione, Elizabetha Pontia, Religioſæ Tertiariæ. 460
beata Euphroſyna. 481
beatæ Euſtochium, Smaragda, Joanna Lopezia, Maria à ſancto Spiritu, aliæque Religioſæ Tertiariæ. 482
beata Elizabetha Peralta. 483
beata Elizabetha Verdugo. 483
beata Elizabetha de Rota. 483
beata Eupbraſia Rodriquezia. 515
Elizabetha, Clara, Eugenia Auſtriaca, Belgii Archiduciſſa. 552
Elizabetha è regio Francorum ſtemmate. 565
Mater Eliſabetha à ſancto Joanne Baptiſta. 568
beata Elizabetha Lopezia vidua. 573
beata Elizabetha à ſancta Cruce. 574
Alberta, Barbara, Ernecurienſis. 597
Elizabetha princeps Caſtiliana. 601
Elizabetha Caroli Siciliæ Regis filia. 601
Elizabetha Regis Hungariæ filia. 601
Elizabetha marchionis Elſedani filia. 601
Elizabetha Auſtriaca Imperatoris Maximiliani II. filia, atque Rodolphi II. ſoror, quæ Carolo IX. Franciæ Regi nupſerat. 604
Elizabetha Chiconis Regis Granatenſis fratris filia. 604
Eliſena de Moneada Regis Arragoniæ conjux. 604
Elizabetha Caſtellæ Regis uxor. 604
Elizabetha ducis de Magueda filia. 604
Elizabetha Ducis Parmæ filia. 604
Emerentiana marchionis de Ayetona filia. 604
Elizabetha ducis de l'Infantado. 604
Elizabetha ducis de Lerma filia. 604
Elizabetha Ducis Cardonenſis filia. 604
Eugenia de eodem ſtirpe. 604
Eliſena de Cordona. 605
Elizabetha duciſſa de Oſſuna. 605
Elizabetha Comitiſſa de Villanueva. 605
Soror Elizabetha ducis Bejarenſis filia. 605
Elizabetha de la Puebla ducis Bejarenſis. 605
Elizabetha de Borgia ducis Cretenſis filia. 605
Elizabetha Auſtriaca Regis Poloniæ uxor, Alberti II. Imperatoris filia. 606
Elizabetha Ricorda. 610

F

S. Franciſcus Aſſiſias. 101
beata Franceſchina Eugubienſis. 215
beatus Franciſcus Cichius Confeſſor. 338
beata Franciſca virgo Florentina. 415
beatus Franciſcus Catanæus. 426
S. Franciſca vidua Romana. 434
beatus Franciſcus Florentinus. 444
beatæ Beatrix Hermoſilla virgo, Apollonia vidua, Franciſca de Riva Limonoſa, & Alma. 479
Franciſcus II. Britanniæ Dux. 490
beatus Hieronymus Confeſſor, & beatæ Franciſca Roderica, & Lucia Sanctia viduæ 495
beatæ Franciſca, Maria, Beatrix virgines, & Minuetta vidua. 498
beatæ Franciſca à ſancta Anna, Lucia & Helena à latere virgines & Religioſæ Tertiariæ. 509
beata Catharina Evangeliſta, Franciſca de ſancta Cruce, & aliæ Religioſæ Tertiariæ. 517
beatus Franciſcus Calabricus. 527
Mater Franciſca Veſuntina. 566
Mater Franciſca à ſancto Vincentio. 566
Soror Franciſca à ſancto Spiritu. 569
beata Franciſca de Serrone. 580
mater Franciſca à Deipara. 577
beata Franciſca de Contrera. 600
Ferdinandus Rex Luſitaniæ. 601
Ferdinandus Arragoniæ Rex. 601
Ferdinandus Caſtiliæ Rex. 601
Fernandezia de Cordona marchioniſſa de Pliego. 601
Franciſca ducis Parmæ filia. 604
Altera Franciſca ducis Parmæ filia. 604
Felix Henriquezia è maritimæ rei prætoribus Caſtellanis ſumens originem. 604

Index Nominum.

Franciſca Eſquillanſchio filia principis de Eſquillanſchio 604
Franciſca de Salerno marchionis de Lamalto filia. 604
Franciſca de Buendia. 604
Firmiana de Terranolpha. 604
Franciſca de Velaſco. 605
Franciſcus ducis Segovienſis filius. 605
Franciſca marchionis à ſancta Cruce filia. 605
Franciſca de Borgia ducis Cretenſis filia. 605
Felix Dominicus inſignis Terriarius, qui jacet in Conventu Montis-regalis, è provincia S. Bernardini. 605
Franciſcus pitanus facultatis Theologicæ Toletanæ Decanus. 606
Franciſcus Ribera marchio de Malpica. 606
Franciſcus Henriquezius de Almanſa comes de Nicera. 606
Ferdinandus familiæ Ducum de Villa-hermoſa jus primi nati habens, & comes de Ricallo. 606
Franciſcus Pacheco de Boceanegra novæ Gallæciæ gubernator, dynaſta Villæ majoris. 606
Franciſca de Padilla marchionis de Aminono uxor vidua. 606

G

B. Gerardus à Villa-magna. 160
Gilia Corronenſis. 217
beata Garſenda ab Alphanto, ſancti Elzearii educatrix. 296
Gualterius Epiſcopus Tarviſinus. 317
Gualterius de Marzo. 395
mater Gabriela à ſancto Spiritu. 567
Gregorius IX. ſummus Pontifex. 596
Eminentiſſimus Cardinalis Gaſpardus de Borgia. 596
Eminentiſſimus Cardinalis Gabriel de Treio. 596
Guillelmus Dux Burgundiæ. 601
Gregorius de Heredia Comes de Fontibus. 604
F. Galeas patruelis principis de Salerno. 605
Gaſpardus de Borgia, de ſtipite Ducum Cretenſium. 605
Gaſpardus Torreſius primus Miniſter tertii noſtri Ordinis Madriti. 606
Gabriel Guſmanus marchio de Torallo. 606
Georgius de Heredia Comes Fuentanus. 606

H

Henricus Rex Daniæ mirabiliter auxit & illuſtravit Congregationes noſtras Tertiarias Germaniæ. 35
B. Hortulana S. Claræ Aſſiſienſis mater. 142
beata Humiliana vidua. 168
beatus Henricus Haguinus Regis Daniæ filius. 409
beatus Hieronymus Confeſſor, & beatæ Franciſca Roderica, & Lucia Sanctia viduæ. 495
Beatæ Franciſca à ſancta Anna, Lucia, & Helena à latere virgines, & Religioſæ Tertiariæ. 509
P. Hieronymus de Rizzo. 538
Frater Hieronymus de Goliſano. 540
Henricus Rex Cypri. 601
Henricus Regis Daniæ filius. 601
Helena Hungariæ duciſſa. 604
Hieronyma de familia Ducum Cardonenſium. 604
Helena ex eadem ſtirpe. 605
Frater Hieronymus Urſino. 604
Frater Hieronymus de proſapia Ducum de Medina-ſidonia Tertiarius regularis. 605
Hugo Comes Empurieſcus. 605

I

Joannes, quem veteres Joanninum, Johanninum, vel Johanniolum, quem etiam Itali vernaculâ linguâ Giohagnoli denominant. 345
beata Jutta, vel Gutta virgo. 149
beata Jacoba de Septem-ſoliis vidua. 150
beatus Jacobus Lauderus vel de Caſtroplebe martyr. 158
beatus Jacobus de Olda. 159
Joannes Ravennas. 160
Joannellus, vel Joannes Eremita. 160
Joanna de Felicibus. 214
Jutta vidua. 214
beatus Jacobonus, vel Jacoponus. 231
beata Iſabella virgo, ſoror S. Ludovici Regis Galliarum. 251
beatus Joannes Indus, martyr in Tartaria. 321
Joanna de ſancta Maria. 334
Joanna de Signia. 337
Joanna Regina Caſtiliana vidua. 372
beatus Joannes Eremita, Confeſſor. 374
Joanna Luxemburgenſis. 396
beati Petrus, Joannes, & Antonius Urbinates Confeſſores. 412
beata Joanna virgo Florentina. 425
beatæ Tereſia Enriquez vidua, Joanna, & Catharina de Vino. 426
beata Joanna à Cruce. 445
beatus Ioannes Martinezius, & beata Catharina Lopezia Religioſa Tertiaria. 480
beata Ioanna Lopezia. 482
beata Ioanna de Silva. 484
Iacobus à Borbonio Comes de Marchia. 490
beata Ioanna Franciæ Regina, virgo. 494
beatus Ieremias Comenſis, aut de Lambertenghis, Sacerdos & Religioſus tertii Ordinis. 496
beatus Iulianus Oblatus, aut Deodatus. 518
Septemdecim beati Martyres Iaponii. 521
beata Innocentia Riccia, virgo. 528
P. Iacobus Eugubinus. 536
P. Ioſeph de Monte. 539
P. Ioannes-Maria de Monte. 539

Frater

Index Nominum.

Frater Joannes Ciramenus. 543
B. Ioannes Gandus. 545
Joannes Sacerdos ſummi Pontificis Clementis V. Eleemoſynarius 596
Januarius à ſancto Ioanne. 600
Ioannes Volgerus. 600
Ioanna Græciæ Imperatrix. 601
Ioanna Regina Neapolitana. 601
Ioannes Armeniæ Rex. 601
Ioanna è regio Luſitaniæ ſtemmate orta. 601
Iacobus Arragoniæ Rex. 601
Ioannes Rex Hieroſolymitanus atque Imperator Conſtantinopolitanus. 601
Ioannes Rex Candiæ. 601
Ioanna è regio Francorum ſtemmate orinnda. 601
Ioanna Comitiſſa de ſancta Flora. 601
Ioanna ducis de Magueda filia. 604
Ioanna marchionis de Ayetona filia. 604
Ioanna Baptiſta ducis de Lerma filia. 604
Ioanna de Sandoualy Royas è ſtirpe ducum de Lerma. 604
Ioanna è ſtipite de Buendia. 604
Ioannes Iacobus Trivulſius marchio de Vigevanis. 604
Ioannes de Alago. 604
Joannes Comes de Terranolpha. 604
Joanna de Cordona. 605
Joannes Fernandezius de Velaſco. 605
Juliana de Velaſco. 605
Frater Joannes è Ducum Albuquerquenſium ſtipite, Goanus Archiepiſcopus. 605
Soror Joanna Ducis Brabantiæ filia. 605
Joanna Ducis Eſcalonenſis filia. 605
Joanna de la Cerda Ducis de Medina cœli filia. 605
Frater Joannes ducis Bejarenſis filius. 605
Soror Joanna de Borgia. 605
Iuanna ducis de Naiera filia. 605
Ioannes Pimentellus Comes Beneventanus. 605
Frarer Iacobus Guſmanus è ſtirpe ducum de Medina-ſidonia oriundus. 605
Ioanna Baptiſta Vrana ducis Camerini ſoror 605
Ioannes Garciaſius in Academia Complutenſi Doctor, Epiſcopus Tuirenſis, propè Compoſtellam. 606
Iacobus Garciaſius Religioſarum immaculatæ Conceptionis Inſtitutor. 606
Ioannes Ferdinandus de Pacheco, dux Aſcalonenſis, Prorex Siciliæ. 606
Ioannes Hurtadus de Mendoça Comes de Redoza. 606
Ioanna de Ormero ducissa de Feria, Gomeſii Xuareſii conjux primi ducis de Feria. 606
Ioanna de Cardona Friaſi duciſſa. 606
Iſabella de la Cueva duciſſa de Oſſuna. 606
Ioanna duciſſa de Villa hermoſa. 606
Ioanna de Caſtro marchioniſſa de Alvemara. 606
Iacobus Neelus Sacerdos. 609
Iacobus de Nova-villa. 611

K

Kunegundis Regis Poloniæ conjux. 601
Kunegundis Auſtriaca Friderici III. Imperatoris filia, quæ poſt obitum ſponſi ducis Bavariæ fit Religioſa Tertiaria. 606

L

B. Lucheſius. 112
Laudonus de monte-feltro, Laudo, aut Laudenus. 160
S. Ludovicus Rex Francorum. 162
Leo de perago. 316
Lancelotus Decius. 317
Lucia Veneta. 334
beatæ Anna de Arevalo, Lucida & Clara fulginienſes, Sanctia Martinezia de montalvo vidua. 443
B B. Hieronymus Confeſſor, & beatæ Franciſca Roderica, & Lucia Sanctia viduæ. 495
beatæ Franciſca à ſancta Anna, Lucia & Helena à latere virgines & Religioſæ Tertiariæ. 509
beata Ludovica de Albertonibus vidua. 510
beata Leonora à ſancto Ioanne. 515
beata Ludovica de Avendagno. 515
P. Ludovicus de monte Religioſus Tertiarius. 538
Frater Lucas Nicaſter Ciramenus. 541
Mater Ludovica à ſancto Bernardino. 577
beati Leo & Lucius Freitaſii martyres. 596
Leonora Siciliæ Regina. 601
Ludovicus Rex Hungariæ. 601
Leonora ducis Ferrariæ filia. 601
Ludovicus Calonus Doctor Facultatis Theologicæ Pariſienſis. 607
Ludovica de Lazardo à marchionibus Veleziis oriunda. 604
Ludovica ducis de maguedo filia. 604
Ludovica marchionis de Ayetona filia. 604
Leonora de Quinnovello Comitis de Luna filia. 604
Leonora ducis de l'Infantado filia. 604
Ludovica è maritimæ rei prætoribus Caſtellanis oriunda. 604
Ludovica ducis Sabaudiæ filia. 604
Ludovica de Heredia Comitiſſa de Saſtago. 604
Leonora de Velaſco. 605
Soror Lucida Urſino. 605
Frater Ludovicus de la puebla ducis Bejarenſis filius. 605
Soror Lucia de Borgia. 605
Leonora de Borgia. 605
Leonora ducis de Naiera filia. 605
Altera Leonora ducis de Naiera filia. 605
Leonora ducis Alcaloni filia. 605
Leonora Pimentella. 605
Leonora Guſmana duciſſa de medina ſidonia. 605

Altera Leonora Guſmana. 605
Ludovicus Guſmanus marchio de Algava. 606
Lopezius de Meſcoſa Comes de Monte Aguero 606

M

B. Martolenſis. 123
beata Margarita de Cortona. 166
Mea Senenſis. 217
Maria Conſtantinopolitana Hungariæ Regina. 241
Margarita Salonia, vulgò provincialis ſancti Ludovici Regis Francorum uxor. 250
Michaëlina vidua. 335
B. Maria Mallienſis. 397
B. Margarita Dominici virgo Religioſa. 422
B. Maria Evangeliſta, Agnes à Conceptione, Elizabetha Pontia, Religioſæ Tertiariæ. 460
B. Antonius de Pozzo fiſoni, & beata Maria de Jeſu Religioſa Tertiaria. 478
B. Maria à ſancto Spiritu. 482
B. Maria Pennefoſa. 483
B. Maria Ruſſia. 483
B. Maria Rugella. 484
Beatæ Maria Gomeſia virgo, & Tereſia Sancheſia vidua, tertii Ordinis Religioſæ. 493
B. Maria Gonſalvæ virgo. 497
Beatæ Franciſca, Maria, Beatrix virgines, & Munuera vidua, B. Maria Sanctia virgo 248
B. Margarita Lotharinga Duciſſa Alenconienſis. 499
Beatæ Domna, & Maldonata. 511
B. Maria Mugnoſia Religioſa Tertiaria. 510
Beatæ Paula de Coſta, Maria de Fonte, Maria Alvareſia, aliæque Religioſæ Tertiariæ. 514
B. Maria Monacha virgo Religioſa. 516
B. Maria Dortega. 517
B. Maria Gonſalva de Veazio virgo. 518
P. Michaël de Burgio. 536
B. Margarita Calatibetta virgo. 554
B. Mathæus. 545
Sorores Dorothea à ſancto Anatolio, & Magdalena à Cruce. 569
S. Miræus tertii noſtri Ordinis Franciſcani Religioſus. 570
B. Maria Laurentia Longa. 576
B. Margarita Cella clauſa Luxemburgi. 598
Margarita Agullona ſeu Bullona. 599
Magdalena de Conſtantia. 600
Maria è regio Luſitaniæ ſtemmate oriunda. 601
Maria è regia Artagoniæ ſtirpe oriunda. 601
Majoris Balearium multi principes. 601
Margarita Imperatoris Maximiliani filia. 601
Margarita Regis Angliæ filia. 601
Maria Imperatoris Maximiliani uxor. 601
Maria Regis Hungariæ filia. 601
Margarita Eſtenſis Ducis Ferrarienſis filia. 601
Margarita Ducis Lotharingiæ filia. 601
Maria Lapobra marchionis Villæ-francæ filia. 601
Maria de Ieſu ex eodem ſtemmate. 601
Altera Maria ex eodem ſtipite. 601
Tres Mariæ de Cordonæ illuſtri proſapia. 601
Maria Tereſia Auſtriaca Ludovici XIV. Regis Gallorum uxor. 602
Maria Imperatoris Conſtantinopolitani filia. 604
Maria Regis Arragonenſis filia, & Cypri Regina. 604
Maria de Cardonezio Ducis de Magueda filia 604
Maria Crinelli marchionum de Aſtorga ramus inſignis. 604
Maria marchionis de Ayetona filia. 604
Magdalena ex eodem ſtipite oriunda. 604
Maria de Ieſu ducis de Lerma filia. 604
Maria de Cruce ex eodem ſtemmate. 604
Maria Ducis de l'Infantado filia. 604
Maria è maritimæ rei prætoribus Caſtellanis orta. 604
Altera Maria ex eodem ſtemmate. 604
Tertia Maria ex eadem ſtirpe. 604
Maria de Figuerra ducis de Feria filia, Comitiſſa de Orgaz. 604
Maria Alberti Ducis Bavarienſis filia. 604
Magdalena Religioſa Franciſci Ducis Britanniæ filia. 604
Maria orta è ſtirpe de Buendia. 604
Altera Maria ejuſdem familiæ. 604
Marrinus marchio de Cotignola. 604
Magdalena de Avila marchionis de las Novas filia. 604
Maria marchionis doni Petri filia. 604
Maria de Cardonenſium ducum ſtipite. 605
Maria de Velaſco. 605
Soror Margarira Colona. 605
Soror Maximilla Urſino. 605
Maria marchionis à ſancta Cruce filia. 605
Soror Margarita ducis Brabantiæ filia. 605
Maria Ducis Eſcalonenſis filia. 605
Maria Magdalena de Lacerda Montis albani Comitiſſa, Ducis de Medina celi filia. 605
Maria Catharina de Fuenri Ducis de Medinâceli filia. 605
Soror Magdalena de Borgia. 605
Maria Poncia de Leone. 605
Frater Mauritius Ducis de Naïera filius. 605
Maria ducis de Naiera filia. 605
Mauritia ducis de Naiera filia. 605
Maria Ducis Alcalani filia. 605
Maria marchionis Mabricæ filiâ. 605
Magdalena Girona ducis de Oſſuna filiâ. 605
Michael de Caſtro Archiepiſcopus Liſbrenſis è Comitibus Lemoſinis originem trahens. 605
Maria ducis Borbonii filia. 605
Mathæus Vaſquezius de Leca Archidiaconus Carmonenſis, Canonicus primarius Segovienſis 605
Dux quidam Montis-leonis. 606
Marchio quidam de Capio. 606

Melchior de Borgia è ducibus Candiæ ortum ducens, Cardinalis de Borgia frater. 606
Mencia Reſquenſia Comitiſſa Beneventana. 606
Magdalena de Guſmano marchioniſſa de Valle. - 606
Magdalena de Arragonia princeps de Melito. 606
Mariana de Taſſo Comitiſſa de Onato. 606
Maria Venavidezia magni Arragonenſis Commendatoris uxor vidua. 606
Maria Enriqueſia. 606
Margarita Auſtriaca Maximiliani I. Imperatoris filia, & Sabaudiæ Duciſſa. 606
Maria Burgunda Imperatoris Maximiliani II. uxor. 606
Maria Ferdinandi III. Imperatoris uxor, & Ignatii Leopoldi etiam Imperatoris mater. 606
Maria Maximiliana Annæ Auſtriacæ & Alberti Ducis Bavariæ filia, virgo & Religioſa Tertiaria. 607
Maria Maximiliana Guillelmi ducis Bavariæ patruelis Religioſa Tertiaria. 607
Magdalena Ruittembergа Religioſa Tertiaria. 607
Martha Prechtuiſſerina valde illuſtri orta genere, Religioſa Tertiaria. 607
Binæ filiæ hujuſce Marthæ Precbtuiſſerinæ virgines & Religioſæ Tertiariæ. 607
Margarita Lotharinga ducis Aurelianenſis Ludovici XIII. Regis Galliarum frarris uxor vidua. 607
Maria Anna princeps Withemburgenſis. 607

N

Nicolucius Senenſis, nominatus à Wadingho Nicolaus de Silvanis. 160
B. Nuncia vidua. 520
Nicolaus de las Torres Sacerdos & Canonicus Cathedralis Segovienſis. 606

O

Orlandus Comes Chiuſi. 131
B. Virgo Onuphria Florentina. 425
B B. Olalia Gomezia, & Clara Martinezia, Religioſæ Tertiariæ. 519
B B. Sancia & Oſoria Religioſæ Tertiariæ & Abbatiſſæ. 575
Dominus Abbas Ollerius. 597
Odila Belgrea. 599

P

B. Petrus de Colle. 123
B. Picqua ſancti Franciſci mater. 142
B. Paſchalina Fulginienſis. 221
beatus Petrus Senenſis. 225
beatus Pelingotus Urbinas. 273
beatus Petrus Romanus martyr. 337
beatus Petrus Hiſpanus. 411
beati Petrus, Joannes, & Antonius Urbinates Confeſſores. 412
beatus Paulus de Ambroſiis Confeſſor Religioſus tertii Ordinis Franciſcani. 428
beati Paganus, Tornielus, & Vitalis. 481
beata Pierona Hergodſa Religioſa Tertiaria. 481
beatæ Paula de Coſta, Maria de Fonte, Maria Alvarezia, aliæque Religioſæ tertiariæ. 514
pater Petrus de Feno. 537
frater Petrus de Gravignano. 541
Philippus III. Rex Hiſpaniæ. 547
Philippus Ravennas. 600
Petrus Rex Luſitaniæ. 601
Petrus Caſtiliæ Rex. 601
Philippa de Gueldria Siciliæ Regina. 601
Philippus Comes Cifuentanus. 601
Paula Ducis Mantuani filia. 601
Petronia Marchionis de Ayetona filia. 604
Philippa è ſtirpe de Buendia. 604
Petrus Catanius Comes de Terranolpba. 604
Soror Philippa ducis Beiarenſis filia. 605
Petrus Ferdinandus de Caſtro. 606
Petrus Carillo Comes de Piego. 606
Unus aliquis Comes de Palma. 606

R

B. Richardus Epiſcopus Alexandriæ. 160
B. Roſtagnus ex provincia Phocenſi oriundus. 160
S. Roſa Viterbienſis. 193
B. Raymundus Lullus martyr. 203
Robertus à Borbonio ſancti Ludovici natu minor filius. 250
S. Rochus Confeſſor. 312
B. Robertus Rex Siciliæ & Hieroſolymorum. 314
B. Robertus de Malateſta princeps Ariminenſis. 430
pater Ruffinus Brandinus. 539
Rodolphus de Huſphaliſio. 600
Raymundus Lacharus. 600
B. Rita de Mombrandoni. 600
Rodericus Comes de Saltu. 601
Raphaëla de Gonzaga. 601
Raphaëla de Cardona. 605
Frater Rebius Urſino. 605
Rodulphus Archidux Auſtriacus Religioſus Tertiarius. 605
Rodericus de Caſtro. 606
Rodericus Gomezius de Silva marchio Eliſedanus 606
Rodrigo Gomeſius de Mendoça filius Comitis de Soldana, proximâque conſanguinitate Ducum de l'Infantado & de Lerma ſpectabilis. 606

S

B. Salomæa Poloniæ princeps. 245
B. Sancia Siciliæ & Hieroſolymæ Regina. 267
B. Stupa. 317

Index Nominum.

B. Syria. 336
B B. Anna de Arevalo, Lucida, & Clara Folginienſes, Sanctia Martinezia de Montalto vidua. 443
B B. Euſtochium, Smaragda, Joanna Lopezia, Maria à ſancto Spiritu, aliæque Religioſæ Tertiariæ. 482
pater Seraphinus Lazzara. 538
mater à Salvatore. 569
BB. Sancia & Oſoria Religioſæ Tertiariæ & Abbariſſæ. 575
Sancheſius. 600
Sancheſius Caſtiliæ Rex. 601
Sancha princeps Caſtiliana. 601
Sibilla Caſtellæ Regis uxor. 604
Soror Seraphica Colona. 605
Stephania ducis de Naiera filia. 605
Aliquis unus Comes de Saltezio. 606
Seraphica Religioſa Tertiaria Capucinarum Barcinonenſium Conventus inſtitutrix. 607

T

B. Torellus de Poppi Confeſſor. 212
B. Thomas Confeſſor. 375
B. Tobia. 393
BB. Tereſia Enriguez vidua, Joanna, & Catharina de Vino. 416
BB. maria Gomezia virgo, & Tereſia Sancheſia vidua, tertii Ordinis Religioſæ. 493
Soror Tereſia à ſancto Gabriele. 569
Soror Tereſia à ſancto Sacramento. 569
Tarriatus de mala petra. 600
Torellus Caſentinus. 600
Tereſia Comitis de Luna filia. 604
Tereſia de Arminia è ſtirpe Buendia oriunda. 604
Theodorus Trivulſius. 604
Tereſia è ſtirpe Ducum Gardonenſium. 604
Thomas Cordubenſis univerſi Ordinis minorum Conſul aut Syndicus Apoſtolicus, ſacrorum Hieroſolymæ locorum Commendator, Tertiariorumque miniſter in urbe Hiſpalenſi. 606

V

B. Ioannes Velita. 124
B. Viridiana. 153
BB. Paganus Torniellus, & Vitalis. 481
B. Urraca Rodriquezia Bezerra. 484
B. Violenta Cordubenſis 517
frater Vincentius Genuenſis. 540
B. Vincentius Nicoſienſis. 544
Victoria de Gonzaga. 601
Violenta de Farnezio. 604
Soror Victoria Colona. 605
R. Pater Vincentius Muſſartus. 616

X

Xerxes Imperator Conſtantinopolitanus. 601

Y

S. Yvo Preſbyter. 287
Yvo de Ieſu. 600

Z

B. Zinga Regis Hungariæ filia. 264

INDEX

INDEX RERUM.

A

A Deo vocari neceſſarium eſt ut ſanctitatis apex attingatur. pag. 1
Antiquitas Regularis in tertio Ordine Franciſcano fermè coætanea inſtitutioni Fratrum Minorum. 9, 10, 11
Antiquitas Tertiariorum regularium in Alemia probatur bulla ſummi Pontificis Bonifacii VIII. *Capientes, &c.* 1295. 12
Andeliacenus Conventus priſca & authentica teſtimonia, tum celebritatis votorum, tum regularitatis eſſentialis aſſervat. 70, 71
Ab ipſo Illuſtriſſimo Epiſcopo Ebroïcenſi Franciſco Pericardo velut Ebroïcarum præſule, Conventus Aquilenſis fuit procuratus & promotus, necnon à magnatibus hujuſce regionis. 75
In Conventu Avenionenſi extat miraculis plena Imago beatæ Virginis, ubi mirandi patrantur effectus. 89
Conventus inſtitutus ad urbem Aginnenſem ſub titulo Deiparæ de bono occurſu ortum & progreſſum habet cœleſtes & divinos. 95
Conventus Minorum ad rivum, ſub Aquilæ nomine, fundatur à Cardinale de Compoſtella. 129, 130
Conventus in monte Alvernæ inſtitutus munificentiâ Orlandi Comitis Chiuſi in gratiam Patris Seraphici. 131, 132
Iniqui accuſatoris juſta punitio. 185
Summus in beato Jacopono amor abjectionis, ſummus itidem amor Dei. 231, & ſeq.
Quo magis acres patitur dolores beata Iſabella Francica, eò magis divino exardeſcit amore. 255, 256
Auſteritates nimis acres evitandæ. 275
S. Yvonis auſteritates mirandæ & præter naturæ ordinem. 290
Diverſis & divinis apparitionibus beata Maria Mallienſis recreatur & confortatur. 399
Studium ſingulare adhibuit Jacobus à Borbonio, ut Maria Mallienſis inter cœlites adſcriberetur. 409
Miniſterium obit Apoſtolicum approbè beata Angelina in Apprutio. 417
Generoſa dignitatum abdicatio. 422
B. Paulo de Ambroſiis Tertiario celebranti miſſam pater ejus apparet, rempore commendationis mortuorum incitans illum ad ſuas exequias, cum jam è vivis exceſſerit. 428
B. Amedeus VII. Sabaudiæ Dux Mariæ Joannis Intrepidi ſorori, atque amitæ Philippi Boni Burgundiæ Ducis penultimi nupſit. 440
Angeli Cuſtodis viſio plurimùm exhilarat ſanctas animas. 437
S. Franciſca Romana in antiſtitam ſui monaſterii electa, alterum Angelum Cuſtodem conſecuta eſt. 438
Amedeus invitus cuncta ſuffragia tulit in Concilio Baſileenſi, ut Caput fidelium exiſteret ſub denominat one Felicis V. 441
Dignitatis obrentæ viâ rectâ violenta abrogatio cum ignominia & dedecore, dura & acerba probatio. 456
Anima ſeu vegetabilis, ſive ſentiens, aut rationalis perficitur ſuo quælibet modo, virtutum exercitio. 458
Terrenis deficientibus amicis, adverſo tempore, Chriſtus præſto ſemper eſt. 464
Aſperitatem vitæ juſti exercent in ſeipſos, in alios verò ſuavitatem. 470
Diverſæ apparitiones plurimùm honorant S. Didacum poſt ejus mortem, cujus interceſſione inſignia patrantur miracula. 489
Omnigenæ diſciplinæ academia inſtituitur Nanneti à Franciſco II. Duce Britanniæ. 491
Anna filia natu minor beatæ Margaritæ Lotharingæ Guillelmum Paleologum conjugem habuit, Montiſferati Marchionem: ex iis produit filia, quam Fridericus Mantuæ Dux ſibi in uxorem aſſumpſit: ſanguis Alenconius in Galliam ſic fauſte rediit, Duces Nivernenſes progignens. 500
Amoris divini ſtimuli. 502
In amicorum ſeparatione valida conſolationis cauſa. 506
Mirabilis Chriſtianorum ardor, qui ad martyrium aſpirant in Japonia. 523
Pulchritudinis, honorum, & divitiarum fortis aſpernatio in puellis, ingens ad ſanctitatem & promptus gradus. 528
Afflictis ſupra modum Deus miram fert opem. 581
Apparitionibus ſeu viſionibus non citò fidendum. 584
Abjectionis propriæ rarum amoris exemplum, ut temperantiæ aliarumque virtutum laus vitetur. 587
Auſteritates extraordinariæ. 589
Applauſu magnatum & procerum ſæpè Deus manifeſtat Sanctorum virtutem. 617

B

Bella & Hæreticorum tumultus non impediunt quin noſtra Congregatio Gallicana refloreſcat & reſtauretur. 40
Falſo Beghardorum hæreticorum error attribuitur Tertiariis Franciſcanis. 68
Credunt quidam monaſterium vulgò Pariſiis nominatum *Billetenſe*, nuncque occupatum à Patribus Carmelitis Armoricis, pertinuiſſe olim ad Tertiarios regulares Franciſcanos, ſicut Baiocenſe. 68
Bulla Canonizationis Patris Seraphici. 350
Bulla Canonizationis ſanctæ Elizabethæ Hungaræ. 352
Bulla Canonizationis S. Ludovici Galliarum Regis. 354
Singulari præconio digna virgo Burgunda 417
In ſeipſum rigidum eſſe, in alios verò beneficum & benevolum, magna perfectio. 419
Beneficia Eccleſiaſtica viris probatæ virtutis & ſpectatæ doctrinæ conferenda. 553
Fortiter improbanda eſt eorum violentia qui ſibi quidpiam ex beneficiis & Eccleſiarum juriſdictione vindicant. 553
Bona & laudabilis invidia, quæ timidos permovet ad æmulationem generoſam, & vitæ conformitatem. 554
Illuſtris dominæ in bello, & inter arma fortis & mira geſtio. 555

C

Converſio peccatorum magis pervicacium, mirus tertii Ordinis Franciſcani effectus. 5
Crudelitas hæreticorum penitus deſtruxit noſtras Congregationes Bataviæ, Zelandiæ, Hiberniæ. 37
Clemens VIII. ſummus Pontifex multùm favet priſcis noſtris patribus ipſo ab initio reformationis Gallicanæ. 47
In Eccleſia Conventus noſtri Croiſſetenſis penès Rothomagum videtur altare dicatum S. Patriarchæ Jobo, ab anno 1581. 73
Conventus noſter Calvimontanus tenetur quotannis libram piperis offerre Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis, addictiorem profitendo clientelam, gaudetque privilegiis celebris hujuſce Collegii. 97
Mira in ægrotantes S. Franciſci charitas. 106
Mira celebris cauſidici Bartholomæi de Barrio converſio, concionibus S. Franciſci. 139
Margaritæ de Cortona converſio ſupra cæteras eximia, & generoſum in ſeipſam odium. 177
Præcellebat dono contemplationis & conſilii beatus Petrus Senenſis. 227
Multùm benignè habetur Clara de Montefalco à Jeſu divino ſponſo. 277
B. Clara de Monte falco prima poſuit fundamenta ſanctitatis ſub auſpiciis S. Franciſci Aſſiſiatis in tertia Regula. 279
Chriſti crucifixi Imaginis in corde S. Claræ de Monte falco poſt mortem permanentis inſignia miracula. 286
Conciones, charitas, & cura ſalutis proximorum ſancti Yvonis mirandas converſiones operabantur. 291
Præclara patientiæ & charitatis exempla potiſſimùm in Italia à ſancto Rocho edita. 313
Comitas cœleſtis & Evangelica prædicatorum induratos peccatores vehementer commovet ad pœnitentiam. 383
Conſuetudo & ſocietas Sanctorum valdè confert ad ſanctitatis acquiſitionem. 393
Crucifixi Imaginem ſupra pectus continuò tenere multùm confert ad pietatem. 397
Inſignis mulieris impudicæ converſio. 401
Generoſus regiorum favorum contemptus in B. Maria Mallienſi. 405
Pueri lactentes, ipſa quoque animalia ratione deſtituta ad Dei cultum, piâ induſtriâ, poſſunt quodammodo diſponi. 408
Erga Chriſti dolores vividæ & intimæ commiſerationis & participationis rarum exemplum. 415
Æmulari chariſmata meliora quæ in aliis perſpicimus, non invidiæ eſt, ſed perfectæ charitatis. 420
Parietibus ædiculæ ubi jacebat corpus beatæ Angelinæ, guttas ſanguinis evidenter effundentibus præſagium fuit urbem Conſtantinopolitanam ſubactam iri tyrannidi Turcarum. 421
Nunquam deſunt cruces piis Dei famulis. 432
Conjugatos præſtat rerum cœleſtium meditationem cum domeſticarum cura ritè copulare. 435
Calumniatoris injuſti punitio juſta. 461
Animæ inconſtantes plurimùm corroborantur Sanctorum conſiliis. 474
Dæmones horrenda committunt prælia cum ſanctis animabus. 474
Carolus Dux Alenconienſis filius beatæ Margaritæ Lotharingæ vulgò appellabatur *Conestabilis*, quoniam hujus dignitatis functiones obibat, licet alter titulo donaretur. 500
Charitatis in pauperes præclara exempla. 503
Sanctorum unanimis conſenſio & neceſſitudo illos invicem confirmant in virtute. 520
Attenta lectio vel conſideratio piorum operum Patris Bartholomæi à Soluthio vehementer incitat lectores ad pietatem. 531
Dum res creatas contemplamur, multiplicia divinitatis veſtigia, quæ in oculos noſtros incurrunt, cor noſtrum inflammant. 532
Charitas in pauperes obtinet à Deo gratiam ex hac vita migrandi abſque noxa mortifera. 562
Mediis in laboribus corporeis ſemper Deum attentè contemplari, magna perfectio. 577
Chriſtiani ardoris ad peccatorum converſio-

nem actus eximii. 588
Conſummatio in brevi explet ſæpenumero tempora multa. 591
Comitate Evangelicâ ferociores deliniuntur & magis rebelles animi. 593
Contradictiones magis amaræ à parentibus & cognatis oriuntur. 618
Conſolatio inexplicabilis hauritur è Dei præſentia. 619

D

Dionyſius Rixel Carthuſianus, qui è vivis exceſſit anno 1471, excellentes Commentarios compoſuit in tertiam noſtram Regulam. 35
Diverſitas provinciarum non diviſionem denotat, ſed plurium partium diſtinctionem ritè conjunctarum. 86
In Conventu Digonienſi veræ Crucis pars ſervata fuit inſigni miraculo. 88
Dæmonum conventiculum clancularium ad deſtructionem Ordinis Seraphici. 140
Dæmon juvat virginem Burgundam ad virginitatis propugnationem. 148
Doctrinam Lullianam ritè defendunt Patres Hugo Cavellus Armacanenſis Archiepiſcopus, & Wadinghus Hiſtoriæ Franciſcanæ Scriptor; ambo quidem Ordinis Minorum Religioſi, & Auctores ſpectatiſſimi: atque alii Auctores notæ primariæ idem præſtant. 213
De temporalibus divitiis conſilium ſancti Yvonis omnino divinum & cœleſte. 289
S. Elzearii Decalogus. 304
Dirè vexatur à Dæmonibus B. Conradus perindè ac benevolè habetur ab Angelis & ab ipſo Deo. 329
Illuſtris Domina ab ancilla crudeliter vexata. 399
Dementia mulieris zelotypæ mirabiliter curatur. 406
Diſceſſum bonorum ægrè patiuntur boni. 418
Magnificentiæ omnis terrenæ deſpicatus quam præclarus. 434
Dæmones dirè inſectantur amicos Dei. 437
Diſciplinam Religioſam inſtaurare in monaſterio, ubi labefactata eſt, licet difficillimum, non tamen impoſſibile iis quos gratia divina corroborat. 448
Deiparæ cultus mirabiles edit effectus in hominum mente. 453
Charitas in animas defunctorum plurimùm confert ad eorum ſolatium, & ad vivorum ſanctitatem. 453
Jeſu Chriſti dolorum participatio glorioſum & delectabile privilegium. 455
Homo Dei ſpiritu repletus ſolum habet Deum præ oculis. 463
Falſis detractionibus plerumque probantur viri juſti. 463
Dæmones totis viribus conantur ſanctas animas abſterrere à virtutum exercitio. 466
S. Didacus prima jecit fundamenta ſanctitatis cum noſtratibus Tertiariis, & profundas egit radices. 484
Vilium & abjectorum munerum amor expeditus ad divinæ dilectionis perfectionem gradus. 485
Dilectionis Chriſtianæ erga illos qui nos offendunt, incitamenta & regulæ. 505
Deſidiam fugere optimum eſt. 518
Henrici VIII. Regis Angliæ nefaria crudelitas, tygridis duritia in conjugem, omneſque Catholicos. 550
Dæmon perturbat tranquillitatem contemplationis, res exhibendo magis oppoſitas nativæ proclivitati meditantium. 592
Sancti & humiles corde à dignitatibus alienum habent animum. 593

E

Exemplum veterum imitantur Chriſtianorum primi Tertiarii Franciſcani. 1
Edictum celebre ſupremi Senatus Pariſienſis Tertiarios regulares immittentis in juſtam poſſeſſionem & antiquam Conventus Veliacenſis, quem immeritò occupabant Fratres Prædicatores vicini. 65
Conventus Pariſinus Sanctimonialium ſanctæ Elizabethæ emicat inter cæteros. 81
Recta liberorum educatio ad exemplum Luchefii & Bonnæ, qui primas tenent inter profeſſores Tertiarios ſæculares. 115
Licet pluries magna ſit Elizabethæ Hungaræ velut mare contritio, Dei laudes ſemper & fervidè concinit. 137
Evangelium publicè prædicat virgo Burgunda. 147
Cœleſtis & ſanctæ benevolentiæ videtur evidens exemplar inter ſanctum Franciſcum, & beatam Jacobam de Soliis. 152
Gerardus à Villa-magna Eques Melitenſis magnum Tertii Ordinis Franciſcani ornamentum. 160
S. Elizabetha Luſitaniæ Regina ſanctior fit, & plurimùm exercetur principis conjugis contradictionibus. 145
Tres Epiſtolæ beatæ Sanctiæ attentè legendæ, prima ad Patrem Michaëlem Fratrum Minorum Miniſtrum generalem; altera ad Fratres Minores in generali Capitulo Pariſiis celebrando; tertia ad Patrem Gerardum in Capitulo generali celebrando Perpiniani. 169
Bona educatio multùm juvat ad perfectionem juvenum. 167
Epiſtola Patris Seraphici ad univerſos Chriſtianos, cæteroſque omnes, quæ ſtylo quamvis ſimplici, rectam vitam vivendi rationem maniſeſtè continet. 346
Ex reſurrectione unius alicujus mortui tres admodum mirabiles oriuntur effectus. 386

Inſolita extaſis ob diuturnitatem, nempè ab ortu Solis uſque ad occaſum. 390
Præclarum auſteritatis & paupertatis Evangelicæ ſpecimen. 402
Illuſtre præparationis ad menſam Eucharisticam exemplar. 405
Mirabilis educatio pueri, qui ab incunabulis pleno rationis uſu frui videtur. 405
Expulſis Conventualibus è monte Alverniæ ſuccedunt Patres Obſervantiæ, qui viciſſim violenter ejecti redeunt auctoritate ſummi Pontificis Eugenij IV. 427
Erga Euchariſtiam inſignis cultus & devotio. 450
In extaſi mira prædicat & declarat B. Joanna à Cruce. 451
Aliquando durante extaſi plures animæ ſanctæ in eundem tranſvehuntur locum. 459
Extaſes extraordinariæ. 467
Deſperatorum converſio mirabiliter & divinitus obtenta. 467
Mirabilis Sanctorum efficacitas in patrandis quibuſcunque miraculis. 468
Eventus prædicationibus conformes validæ ſunt auctoritatis. 473
Simplicitas Evangelica multò efficacior ad converſionem peccatorum, quam eloquentia humana. 482
B. Margarita Lotharinga mirabiliter educabat familiam ſuam, itaut diſcerneretur facilè à cæteris aulæ regiæ affectis, modeſtiâ & circumſpectione peculiari. 505
Elizabethæ, Claræ, Eugeniæ Auſtriacæ Belgij archiduciſſæ præclara educatio. 552
Aliquando Angeli tabellarii ſunt famulorum Dei, feruntque invicem eorum epiſtolas. 586
Epulum Euchariſticum ſumma afflictorum conſolatio. 618

F

Tribus figuris prænoſcuntur tres Ordines Patris Seraphici. 2
Cœnobij Deiparæ de gratia penès Lutetiam fundator eſt Ludovicus XIII. Rex Galliarum. 55
Commendatur maximè Conventus Limurienſis ob illuſtres fundatores, nempè sereniſſimum Principem, Ducem Aurelianenſem Ludovici XIII. Regis Galliarum fratrem; Eminentiſſimum Cardinalem Richelium, qui de filio Cancellarij Franciæ Philippi de Huraut de Chiverny bancce Comitatus ditionem, cum titulo & jure fundationis emerat. 58
Mirus fructus prædicationis ſancti Franciſci in urbe vulgò Carnerio nominata. 114
Familiaris & ferè diurna conſuetudo Angelorum cum B. Humiliana, imo & ipſius Chriſti, ejuſque matris Mariæ. 171
Ad fidei confirmationem permanet S. Roſa tribus illæſa horis in igne ardenti & luculento. 199
Plures Joannis de Bibrace magnanimitatis actus egregij, dum in Palæſtina degeret. 238
Delectabatur valdè B. Sancia in conſtituendis Monaſteriis pro Fratribus Minoribus, & ſororibus ſanctæ Claræ. 267
Mirandis favoribus mentes puras etiamnum hac in vita mortali Deus ubertim afficit. 302
S. Birgittæ viduæ mira familiæ & rerum domeſticarum adminiſtratio poſt obitum mariti. 364
Mira hominis Evangelici fortitudo & auctoritas. 386
Qui in mundo nil niſi faſtidioſum ſentiunt, facile cultui divino adhærent. 422
Vanæ pulcbritudinis generoſus contemptus. 461
Pietatis erga Chriſti paſſionem & Euchariſtiæ ſacramentum ingentes ſunt fructus. 469
Franciſcus II. Britanniæ Dux ſuo exemplo allicit aulæ Armoricæ proceres ad Tertium Ordinem Franciſcanum pro ſæcularibus inſtitutum, vel ſaltem ad ſodalitatem, quæ vulgò nominatur, ſancti Franciſci funiculus. 491
Franciſca filia primogenita B. Margaritæ Lotharingæ in matrimonium collocatur Franciſco Aurelianenſi Duci Longavillæo, quo mortuo nuptui traditur Carolo à Borbonio Duci Vindocinenſi, unde oritur Antonius à Borbonio Henrici Magni pater, Ludovici Juſti XIII. avus, & Ludovici XIV. Magni, Deodati proavus. 500
Eo magis exardeſcit fervor Chriſtianorum, quo plus vexantur à perſecutoribus. 521
Non omnino de virtutis floribus gaudendum, ſed de fructibus, quos perſeverantia producit. 524
Femina capax eſt omnium exercitiorum, quæ ſtrenuum decent bellatorem. 552
Sicut putri vagina enſi ferreus, ſic fragili corpore fortis ſæpe animus latet. 576
Familia pauperrima Deum habet tutorem fidiſſimum. 581
Pauperis Franciſci Aſſiſiatis imitatio magnum conciliat ſplendorem imitatoribus. 596

G

Germania inferior priſtini ſplendoris quædam adhuc conſervat veſtigia: ſunt ibi duæ Congregationes Tertiariæ, Zepperena videlicet, atque Mechlinienſis. 36
Floruit in Gallia, & denuò viget maximè Tertius Ordo noſter. 39
Gregorius XV. ſummus Pontifex ſub excommunicationis pœna ac aliis cenſuris & pœnis, Superioribus Ordinum mendicantium vetat recipere noſtræ Congregationis reformatæ Religioſos, abſque licentia in ſcriptis Provincialium noſtrorum. 48

Epiſtola

Index Rerum.

Epiſtola Eminentiſſimi Cardinalis Guaſtaldi ad Patrem Chryſoſtomum Miniſtrum Provincialem provinciæ ſancti Yvonis in Gallia, magni eſt momenti. 103

Græcianos Deus ſceleſtiſſimos à peccatis avertit, ſancti Franciſci concionibus & exemplis. 124

In Conventu Græciano ſanctus Franciſcus diem natalis Domini novo pietatis invento celebrat apud Joannem Veliram. 126

Duodecim gradus quibus B. Angela Fulginienſis evecta eſt in culmen perfectionis, ſicut declaravit ipſa Amaleo Minoritæ ſuo Confeſſario. 217

Magna in Gallicanam Monarchiam promovendam ſolicitudo Caroli IV. Imperatoris propenſio. 371

Generoſitatis animi validæ probationes. 521

Mentem humanam eruit tandem Deus è cœno vitiorum, modo divinæ gratiæ aſſentiatur. 558

Felix gratiæ divinæ uſus nos cito è vitiis eruit & in virtutum tramitem perducit. 572

H

Heretici provincias Tertiariorum Magdeburgi, Sueviæ, & Saxoniæ omninò devaſtarunt & populati ſunt. 35

Magna ſancti Franciſci humilitas, dum monetur & reprehenditur. 107

Heliæ cujuſdam aſtuti clandeſtinis artibus probatur & emicat ſancti Franciſci virtus. 109

Contra hæreticos, cæteroſque Eccleſiæ ac pietatis hoſtes ſancti Ludovici mirandus fervor. 165

Petri Senenſis inſignes actus humilitatis. 216

B. Salomæa præ inſigni humilitate ſe tantum hebetem æſtimabat, quantum erat arguta & ingenioſa. 346

Miranda B. Tertiarij Thomæ humilitas, qui præ intimo hujuſce virtutis ſenſu non Thomas, ſed Thomaſſinus voluit appellari. 375

Mutua humilitas, & honor reciprocus amborum Dei famulorum. 379

Haguinus Rex Daniæ, Sueciæ, & Norvegiæ tantum annos undecim natus, tria hæc regna abdicat, & ſumpto habitu Tertij Ordinis Franciſcani pro ſæcularibus inſtituti; extra ſuæ ditionis fines egrediens, in deſertum ſeceſſit. 410

Ad ſacram ſynaxim accedentibus Sacerdos non conſecratas hoſtias, ſed profanas hoſtias offerens divinitus detegitur. 436

Inſignes actus humilitatis & pœnitentiæ 457

S. Hieronymus protector declaratur Ordinis Minorum unà cum Patre Seraphico. 482

Parum humaniter Confeſſarij excipiunt aliquando confitentes ad virtutis probationem. 586

Mira hæreſeos abjuratio. 598

I

Juxta mentem ſancti Franciſci Tertiarij Regulares poſſunt introducere meritò ad habitum & profeſſionem Tertiæ Regulæ pro ſæcularibus. 16

Manifeſtatur hallucinatio eorum qui negant Tertiarios Regulares poſſe induere Patris Seraphici effigiem ſuo habitu. 18

Plures habemus in India Conventus Tertij Ordinis. 39

Jacobus de Caſtroplebe martyr pro defenſione Eccleſiæ. 158

S. Elizabethæ Luſitaniæ Reginæ ingenium ſtrenuum & infatigabile ad quæcunque adverſa ſuſtinenda. 187

Joannes de Bibrace Imperij Conſtantinopolitani moderator eligitur, ut illud gubernet uſque ad pupilli Balduini II. pubertatem. 240

Roberti Regis Siciliæ & Hieroſolymorum mirandæ juſtitiæ etiam in bruta animantia argumentum illuſtre. 326

Jeſu nominis invocatione fons ubertimus proſilit in terra ſitienti & arida. 374

Ingenium ſolidum multo melius quam curioſum. 390

In id præſertim incumbunt probi homines, ut pravorum mores corrigantur. 401

Regina mater jubens Regem filium ſuum igne comburi, videt flammas nullomodo lædentes filij corpus, licet illis circumſeptum. 410

Miraculum ingens ad protectionem innocentiæ. 417

B. Joanna à Cruce ab ipſo rationis crepuſculo in eminentis contemplationis gradum provecta fuit. 445

Jeſus mœrore confectus apparet Joannæ, illamque corroborat contra tentationes. 449

Magis ſeveri ſidei Inquiſitores ſolenniter approbant doctrinam B. Joannæ à Cruce. 452

Plures Sancti tandem aliquando primorum juſtitiam parentum, priuſquam peccaſſent, adæquant ſanctitatis eminentiâ. 476

In inſulis Canariis ſanctus Didacus Gardianus inſtitutus multos infideles ad Chriſti cultum adduxit. 486

Tempore maximi Jubilæi ſanctus Bernardinus inter cœlites aſſeritur dum ſanctus Didacus Romæ extat, qui plenariam delictorum veniam totis viribus conatur aſſequi. 427

In Jacobo à Borbonio Comite de Marchiâ æquè relucent eximia pietas, & generoſitas egregia. 491

B. Jeremiæ auſteritates extraordinariæ, præſertim ob lectum quem ſibi confecerat 496

Omnes B. Margaritæ Lotharingæ meditationes ſenſim vergebant in Dei judicia, tanta erat ejus compunctio. 503

Propter ſublimes illuſtrationes ſæpius falſæ &

iniquæ criminationes concitantur in Sanctos. 511
P. Joannes Foreſtus Catbarinæ Arragonenſis Confeſſarius, Martyr verus. 550
Illuſtrationes extraordinariæ non omninò certæ, niſi expendantur à viris rerum cœleſtium peritis. 561
Ad jusjurandum difficilè adiguntur Sancti, etiam à Magiſtratibus qui in tribunali juſtitiæ ſedent. 573
Multi ab incunabulis prælusia ſanctitatis edunt. 617
Illuſtrationes quædam eximiæ in hac miſerarum valle Dei famulis aliquando conferuntur. 620

L

S. Ignatius de Loyola, pluresque alii Inſignes viri ſui inſtituti ducunt originem à Tertio Ordine Franciſcano 20
Ludovicus XIII Galliæ Rex lapidem fundamentalem poſuit Monaſterij vulgò nominati *Picpus*, penès Lutetiam, feſto apparatu, & pompâ extraordinariâ anno 1611, 13 menſis Martij. 57
Ducum Lotharingiæ Religio & munificentia inſigniter emicant in Tertii noſtri Ordinis Regularis Conventuum inſtitutione intra limites ſui Ducatus. 59
Eminentiſſimus Cardinalis Pertonius Conventui noſtro Locoverienſi extra muros inſignia præbuit ſigna benevolentiæ 72
Heliæ ſucceſſoris ſancti Franciſci ad Gregorium Miniſtrum generalem in Francia litteræ de obitu ipſius Patris Seraphici & ſanctitate. 349
Inſtanter ſanctus Franciſcus laborem fratribus ſuis commendabat & occupationem. 105
Bonifacius VIII. inter cœlites retulit ſanctum Ludovicum Galliæ Regem; Joannes verò XXII. Ludovicum Epiſcopum Toloſanum. Mendosè igitur Platina & Blondus aſſerunt Bonifacium in albo Sanctorum collocaſſe Ludovicum Epiſcopum Toloſanum, Caroli II. Siciliæ Regis filium Minoritam. 354
In laboribus Evangelicis mirabiliter Lullus deſudat. 206
In Lupos aliaſque feroces belluas mirabilis B. Torelli poteſtas. 223
Apparens Jeſus Bartholo lepris infectus, Bartholum lepris inficit, jam quinquageſimum annum agentem. 236
Literarum omnium eminens ſtudium in Carolo IV. Occidentis Imperatore. 369
Linguarum donum eminens in B. Thomaſſino. 384
Ludovici Ducis Andegavenſis, ejuſque uxoris Mariæ de Britannia fortis profectio B. Mariæ Mallienſis contra plures inſanos homines. 405
Luſtricæ aquæ aſperſione civis quidam Turonenſis in deſperationem redactus, omninò tranquillus fit. 406
Sacerdos concubinarius ſecretus, lepris infectus perſpicitur à ſancta Franciſca Romana, quæ itidem novit nefarium propoſitum cujuſdam hominis furioſi decernentis clam inimicum interficere. 438
Mortis in extrema lucta quandoque violenter probantur etiam ipſi electi. 458
Ludovici XI. Regis Francorum frater in Ducem Neuſtriæ nominatus, multùm adjuvatur à Franciſco II. Britanniæ Duce contra proprios ſubditos, & ipſum Ludovicum fratrem valde infenſum. 491
Laudis contemptus præcellens exemplum. 556
Lenæ blandimentis ſtatim aures obturandæ. 580
Laude magna dignus qui renuit laudari. 583
Lauretanam obiens aliquis peregrinationem, multa & inſignia per iter edit miracula. 585
Mira cujuſdam pauperis & ſancta liberalitas atque munificentia. 619

M

Congregationum diverſitas alicujus Ordinis probat evidenter ejus multiplicationem & progreſſum. 21
Miniſtrorum Generalium Congregationis Tertiariorum Regularium in Italia ſeries. 22
Miniſtri Generales Ordinis Minorum, quibus ſubeſt ab initio noſtra reformatio Gallicana, ipſam validè promoverunt. 48
Conventus B. Mariæ de Monte Sion altè prædicat Caroli Ducis Lotharingiæ, illuſque patris Illuſtriſſimi religionem & liberalitatem. 62
Non diminuuntur bona, imo multiplicantur inter manus Bonavitæ, ut pauperibus ſubveniat. 85
Mors Lucbeſij & Bonnæ eodem contigit die, juxta utriuſque efflagitatum, ut ſimul ambo migrarent ad Dominum. 119
A gubernatione Monialium ſanctus Franciſcus alumnos ſuos liberavit, qui dilectam filiam Jacobam de Soliis gubernandam noluit recipere. 151
Miraculorum ingens numerus beatæ Iſabellæ Francicæ ante & poſt mortem obtinuit illius in beatorum album adſcriptionem. 259
S. Magdalenæ interventu liberatur Carolus Rex Siciliæ & Hieroſolymorum à captivitate. 318
Minorum Fratrum Ordo maximè commendatus olim apud Reges Hungariæ & Siciliæ. 373
Mors pretioſa vitam, ut plurimùm, ſanctam ſequitur. 390
In matrimonio virginitatis florem illibatum

conſervare ſumma puritatis perfectio. 298
Mirabilis virginitas in matrimonio. 416
Roberti de Malateſta principis Ariminenſis mira proclivitas in paupertatem Evangelicam. 430
Miniſtrare miniſtris, ſervire ſervis ad imitationem Chriſti perfectio ſumma. 431
Matrimonio illigatorum virtutes peculiares & neceſſariæ. 435
B. Maria à ſancto Spiritu virgo, eo fermè tempore virtute claret, quo vivere incipit. 438 438
Multitudine & magnitudine miraculorum commendatur maximè ſancta Franciſca Romana. 438
Miranda fervoris accretio B. Joannæ à Cruce. 446
Aliquando auditur muſica cœleſtis tempore mortis Sanctorum, quâ probatur eorum felicitas. 477
Ante & poſt mortem Sanctorum virtutes eorum ſplendent & clareſcont. 487
Comes Mongommerius infamis hæreticus redegit in cineres corpus B. Joannæ Franciæ Reginæ anno 1562. 500
Excellens agendi ratio dominorum & dominarum erga famulos & famulas. 506
Morte appropinquante quomodo ſuſtinendi dolores, & flentes amici conſolandi. 507
Subita mutatio proſperitatis Chriſtianorum in perſecutiones apud Japonos. 522
Modeſtiæ necnon virginei pudoris eximium exemplar. 529
In mortis extremo certamine plures Dei amici ingenti ſunt perculſi timore. 534
Philippi III. Hiſpaniarum Regis mors pretioſa. 547
Terribiles & horrendi effectus inſani & impudici amoris in Henrico VIII. Anglorum Rege. 550
Contra inanem mortis impetum valida ratiocinatio. 563
Quò plus mors naturalis appropinquat, eò magis vult Deus famulos vexari, ut diſponantur ad potiorem mercedem. 565
Periti rerum cœleſtium viri monita plurimùm proſunt diſcipulis ad virtutum acquiſitionem. 571
Mirabilis panis & opſonij multiplicatio piis proborum precibus. 585
Mors pretioſa coram Deo per gratiam eminentem, & coram hominibus per exequias ſolennes, & per miracula. 589
Morientium exhortationes multùm valent ad convertendos peccatores, & juſtos perficiendos. 620

N

Vult Deus Sanctioribus in negotiis cauſas ſecundas ſimul agere cum primis. 43
Eminentiſſimus Cardinalis Georgius de Ambaſia Archiepiſcopus Rothomagenſis Conventum Novicaſtrenſem ſingulari honeſtavit gratiâ. 71
Numiſmata cudi fecit ſanctus Ludovicus poſt reditum è Palæſtina, ubi crux in una parte in altera compedes, ac manicæ ſculptæ videbantur. 359
Eximia nobilitas B. Margaritæ Lotharingæ Duciſſæ Alenconienſis, tum à conſanguinitate, tum ab affinitate evidenter petitur; præſertim verò à propriis virtutibus. 499
Naturæ corruptæ inteſtina & violenta rebellio contra rationem 558

O

Ordinis Tertij Franciſcani fit inſtitutio per primas Franciſci conciones. 2
Tertij Ordinis Franciſcani magni progreſſus, 3
Mirum Tertij noſtri Ordinis incrementum ab ipſo initio. 4
Tertius Ordo Franciſcanus ſæcularis non ſimplex eſt ſodalitium, ſed vera ſocietas, ut probat Capiſtranus aliique ſpectati Auctores. 7
Ordines Religioſi, licet aliquando à diſciplina regulari dilabantur, reſurgunt tamen, Deo juvante, 91
Omnes creaturæ magis inſenſibiles & penitus ratione deſtitutæ Patri Seraphico obtemperant. 110
Raymundi Lulli ſana eſt doctrina & orthodoxa. 211
Obſervatio Regulæ Clariſſarum facilior fit, B. Iſabellâ Franciâ explicationem ſummi Pontificis obtinente. 254
Tertius Ordo Franciſcanus plurium origo aliorum Ordinum. 364
Odoris nomen in Deo, non tam Dei naturam declarat, quam ejus naturæ ſignificationes. 366
Conſtantia in perferendis opprobriis & objurgationibus eximiæ virtutis indicium. 377
Obſtinati peccatoris rebellio difficilè domatur. 388
Plerumque odio ſunt qui Jeſum ſectantur, iis qui ſecundùm carnem ambulant. 401
Cuſtodiæ mancipati, & ultimo addicti ſupplicio, necnon infantes fortuitò ſuffocati ante baptiſmum, Mariæ Mallienſis validam ſentiunt opem. 407
Fervidis precibus, & ſacramentorum participatione, noſtrarum petitionum effectus aſſequimur. 418
Ordo ſancti Mauritij fuit inſtitutus ab Emanuële Philiberto Sabaudienſi Duce, Gregorio XIII. Sedem Apoſtolicam tenente. 441
Officium divinum recitandi in choro præclara methodus. 468

P

Pœnitentiæ nomen Tertio Ordini ab ipſo P. Seraphico inditum fuit. 3
Tertiariorum ſæcularium tres ſunt claſſes. 4
Privilegia Tertiariorum ſæcularium in tria rediguntur capita. 4
Mirus fuit olim progreſſus Congregationum Tertiariorum Hiſpaniæ & Luſitaniæ, Catholicis illum avidè recipientibus, abſque hæreticorum tumultu. 37
Monaſterium Nazarenum Pariſienſe pietatem & liberalitatem Petri Seguerij Franciæ Cancellarij exponit & demonſtrat. 77
Mira in elementa, in aquas videlicet & ignem B. Bonavitæ poteſtas, illarum diſſipatione, hujus extinctione. 88
P. Seraphici mirandus in paupertatem Evangelicam amor. 103
In Purgatorium citò poſt obitum deſcendit P. Seraphicus è flammis piacularibus ſuos diſcipulos & amicos erururus. 112
Pragmatica Sanctio à ſancto Ludovico, & à Carolo VII. lata. 159
Summum Pontificem Romanum apprimè colebat ſanctus Ludovicus, & alienos à recto fidei dogmate penitus abhorrebat. 160
Inſigne pacificationis donum ſanctæ Elizabethæ Luſitaniæ Reginæ collatum divinitus. 185
Pœnitentiam ferventer prædicans ſancta Roſa, à Dæmone & ab ipſis parentibus furioſè laceſſitur, nec tamen animum deſpondet; ſed inrrepidè pergit. 197
B. Bartholus electus ab Epiſcopo in Paſtorem Curialem mira operatur ad ſalutem parœclorum 336
B. Pelingotus ſtudioſè fugit humanos applauſus. 375
Sola perſeverantia triumphat, 377
Paupertatis & abjectionis ſancti Rochi amor maximè in ſolo natali, ſcilicet Monſpelij, cujus erat legitimus Dynaſtes. 380
Scribunt Auctores ſacratam Virginem ſanctæ Birgittæ in puerperiis præſtò fuiſſe, eò quod tunc manifeſtum vitæ ſubiret periculum. 383
Vir prudens uno prælio finitò, ad aliud ſe parat. 387
Inſigne patientiæ exemplum in B. Thomaſſino. 388
Miræ B. Thomaſſini prædictiones effectum ſortiuntur. 389
Puer quidam ignotus deſpectuſque in illuſtrem evadit Pontificem, poſt mira de illo prædicta. 391
Cor ſancti Petri Luxemburgenſis Cardinalis à ſorore Joanna Luxemburgenſi defertur in Monaſterium Moncellanum. 396
Mirus eſt progreſſus animæ in virtutum exercitio conſtanter perſeverantis. 408
Navata opera plebeculæ erudiendæ legibus Evangelij valdè Jeſu Chriſto arridet. 411
Nova callida & truculenta prælia dæmones committunt in animam cultui divino ſingulariter dicatam. 414
Præclara ad pœnitentiam exhortatio. 424
Divinæ præſentiæ meditatio & exercitium animam hominis firmam in bonis operibus reddit, & contra dæmones impetus. 433
In ſacra ſynaxi reipſa videre oculis corporeis Jeſum Chriſtum, mirabilis eſt prærogativa. 447
Chriſti Paſſionis Imagines multùm valent ad conſolandum & roborandum fideles. 451
Pietas Superioris Monaſteriorum magis illis prodeſt, quam ſcientia & cæteræ dotes. 452
Paupertatis Evangelicæ amor Deo pergratus eſt. 464
Plures prædictiones notatu dignæ, & effectum aſſecutæ. 471
Sancti præſentes perinde ac abſentes miracula operantur. 475
Mirabiles ſunt effectus divinæ providentiæ erga eos qui plenam in illa habent fiduciam. 486
Philippus II Hiſpaniæ Rex à ſummo Pontifice Sixto V. ſancti Didaci inter cœlites aſſertionem obtinet anno 1588, ob ſanitatem corporis Carolo principi Caſtiliæ reſtitutam. 489
In Monaſterio Religioſarum Tertij Ordinis Franciſcani, cui Tereſia Sancheſia præerat, ſi pyrites ſemel aut bis chalybe feriretur, nec eliceretur flamma ad parandas eſcas; ſorores die iſto pane ſolo & aquâ veſcebantur. 493
Omnia poſſunt homines fragiliores in Deo, qui illos confortat. 512
Perſeverantiæ trutinâ vera virtus expenditur. 517
Quomodo ſe debeant gerere parentes in amoris exercitio erga liberos ſuos. 525
Mira dolorum Chriſti, atque ægrotorum & pauperum per charitatem participatio 546
Incredibiles in virtute progreſſus facit homo mox ut divinam ſequitur vocationem. 559
Mira patientiæ, necnon Chriſtianæ æquabilitatis exempla. 569
Ad pœnitentiam populos incitandi inſolita & miranda methodus. 571
Sub infamis porci figura grunientis, & ad januam Eccleſiæ accubantis dæmon apparet aliquando, ut juſtos amoveat à divino cultu. 574
Piæ puellæ acerrima probatio. 580
Pecunia erogata mendico, crumenâ pij erogantis plenior reperitur. 585
Paſſio Chriſti vehemens pietatis incitamentum. 589
Sanctorum preces mira operantur. 594
Paſſionis Chriſti meditatio excitat ad virtutem, & afflictos conſolatur. 594

Parentum

Parentum paupertas multùm confert aliquando ad perfectionem liberorum. 617
Factorum inſignium periclitatio laudabilis & efficax. 618

Q

Quæſtiones ſolùm utiles à prædicatoribus Evangelicis tractandæ. 378
Impij cujuſdam Quadrageſimale jejunium violantis juſta & prudens æmulatio. 383

R

Tertiarios habet ſanctus Franciſcus verè Religioſos. 7
Status Tertiariorum Regularium attendendus maxime tempore ſummi Pontificis Nicolai IV. 22
Inter Congregationes Italicas relucet potiſſimùm Romana, tum maxime ob Conventum urbis Romanæ, ſub titulo Cardinalitio ſanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani. 28
Reformationis Gallicanæ conſilium inchoatum, continuatum maturè & ferventer, tandemque perfectum, juxta Dei ordinationem. 41
Conventus Rothomagenſis magnos ſub auſpiciis Eminentiſſimi Cardinalis Joyeuſæi ejuſdem urbis Archiepiſcopi fecit progreſſus. 74
Conventus Romanus à ſummo Pontifice Paulo V. inſtitutus eſt eâ lege, ut pertineret ſemper ad ſulam nationem Gallicam. Degimus initio viâ Septimanâ; deinde in Monaſterio Conventualium. Reformatorum ſub Urbano VIII: tandem ſub Alexandro VII. in platea del populo, ſub titulo Deiparæ de miraculis. 99
B. Roſa jam à biennio ætatis ſuæ virtuti ſedulam navabat operam, & pietati vacabat. 193
Rubertus à Borbonio ſancti Ludovici filius, à quo Reges Henricus Quartus, Ludovicus Decimus tertius, Ludovicus Decimus quartus deſcendunt; Robertus; inquam, iſte ſe libenter Regulæ Tertiæ Franciſcanæ ſubjecit, inſtar ſanctiſſimi Patris Ludovici. 250
Reorum punitionis videtur præclarum exemplar in ſancto Elzeario, cæterarumque virtutum, dum præſertim juvenis principis Caroli Ducis Calabriæ regimini præficeretur. 307
Revelationum ſanctæ Birgittæ tomus luculentus à Doctoribus, Cardinalibus Eminentiſſimis, ſummiſque Pontificibus approbatur. 367
Divinis revelationibus multùm claruit Imperator Carolus IV, Boemiæ Rex. 369
Revelationes & prophetiæ B. Thomaſſini ſcriptis conſignantur, ipſo dictante, divinum ad nutum. 389
In opprobriis & doloribus Sanctorum ſolida recreatio. 389
Infauſta admodum ſtrages, in quam univerſa redigitur Gallia, dum Rex ipſe Joannes, Philippi Valeſij filius bello capitur ab Anglis, in prœlio Pictavienſi. 399
B. Angelina tria vota ſolennia Religionis verè & ſtrictè emiſit in tertia Congregatione Franciſcana, quam imitantur omnes Regulares Tertiarij Seraphici Patris ſectatores utriuſque ſexus. 419
Rabie furens Sacerdos conſaneſcit, B. Joannâ cibis ejus benedicente. 454
Roſaria omnium Religioſarum Conventus B. Joannæ à Cruce tranſvehuntur in cœlum, ubi recipiunt benedictionem magnamque efficacitatem. 454
Cautè ſe gerunt famuli Dei in revelationibus, extaſibus & apparitionibus. 452
Plurium dynaſtarum Britannicorum, Rohannij videlicet, Jacobi Matignomij, & Jacobi de Alba villa reductio in poteſtatem Franciſci II. Britanniæ Ducis. 491
Religioſus Ordo decem Virtutum Dei genitricis à Joanna Franciæ Regina inſtitutus, approbatur ab Alexandro VI. anno 1501, die 12 Februarij. 494
Religionis Chriſtianæ prompti & felices progreſſus. 521
Ad Religioſam profeſſionem ſeriò & maturè excutienda vocatio. 530
Dæmon ſub Æthiopis figura perſpicitur humeris Religioſæ cujuſdam rebellis aſſidens. 579

S

Cardinalis Hugolinus factus tandem Papa ſub nomine Gregorij IX Luchesius, Matthæus de Rubeis ex Urſinorum familia oriundus, Bartholomæus Barro, ſanctus Ludovicus Rex Galliarum, mater ejus Blanca de Caſtella; Iſabella de Francia, ſancta Elizabetha Hungara, primi fuere ſectatores Tertij Ordinis. 3
Tertiarij Siculi Romæ occupant Conventum ſancti Pauli de la Regola. 30
Conventus Sanlaudenſis fundatio facta à Joanne Dubois regio Actore anno 1630, probat charitatem non omnino refrigeſcere noviſſimis temporibus. 76
P. Seraphicus propriæ conſcientiæ detegebat ſecreta Alberto Comiti de Monte acuto, ut probè ſpiritualium perito rerum. 133
Mira ſancti Ludovici Regis Francorum nutui divino ſubmiſſio in morte & per omnem vitam. 165
Stercorabat agrum propriis humeris Humiliana, ut odoris fœditate amaſium longius amandaret. 168
Aſſidua Humilianæ ſolicitudo in procuranda conjugis ſalute. 169

Raymundi Lulli mirabilis ſcientia. 204
Mirum B. Petri Senenſis ſilentium. 216
Qui nimis ſolitudinis amore illecti, proximos adjuvare negligunt, dæmonum illuſionibus ſunt obnoxij, & in ſua ſententia pervicaces. 247
Acriter Clara de Monte-falco ſentit quod & in Chriſto Jeſu, ſed generosè & tranquillè quæcunque adverſa ſuſtinet. 281
Quò quis ſe magis exiſtimat indignum conſolatione, præ intimo humilitatis ſenſu, eò plenius cœleſti gaudio perfruitur. 403
Execrandæ Sagæ mirifica converſio. 407
Sanctitas eminens duorum Tertiariorum, unius Æthiopis, alterius Negritæ. 425
Interruptâ piâ ſupplicatione, ob nives hiemis ſævientis tempore, omnia animantium genera è ſilva erumpentia, bina & bina procedebant in ædiculam ſacrorum Stigmatum, ſupra montem Alvernæ. 427
Amedeus Dux Sabaudiæ, tranquillatâ Eccleſiâ ſuo prudenti interventu, in ſolitudinem derepentè ſecedit unà cum ſex lectiſſimis hominibus. 441
Sileant prorſus caro & ſanguis, ubi agitur de cultu divino. 446
Ementiri ſexum, mutatâ veſte, haud ſemper illicitum, ſed aliquando rectum & probum. 447
Solida & profunda piarum mentium ſcientia. 450
Non ſolùm facta, ſed etiam ſcripta Sanctorum digna ſunt peculiari veneratione. 458
Alieno ſapere damno laudabile eſt. 480
Conventus campeſtres & ſolitarij Sanctis valde arrident, ob mentis tranquillitatem. 55
Inſigne prudentiæ & pietatis ſpecimen exhibitum Principibus. 554
Cordis ſecretorum & futurorum eventuum miræ declarationes. 561
Mens ſpe roborata flores in ſpinis odoratur, mel in felle guſtat. 568
Solitudinem amantibus carcer valde amœnus eſt. 573
Ut alij ſervitio liberentur, ſibi deligere ſervitium, præclara virtus eſt. 577
Statuendi documenti gratia, ſupplicium, & juſta ſeveritas in enormem impudicitiam. 578
Charitatis in pauperes egregium ſpecimen. 588
In meditationis exercitio, & cæteris quæ Dei ſunt mirabilis ſedulitas. 588
Spiritus cœleſtes plurimùm favent piis mentibus quæ in terris degunt. 599
Variis tentationibus probatur virtus Sanctorum. 618
Strumoſi ſolo contactu Regis Galliarum, & ſigno crucis curantur. 619

T

Ante ſanctos Franciſcum Aſſiſiatem, & Dominicum, qui ab Honorio III confirmationem obtinuerunt, ſolennitas profeſſionis Religioſæ ſtabat firma, ſolâ Eccleſiæ tacitâ permiſſione. 15
Tertiarij Regulares Franciſcani meritò gaudent privilegiis aliarum omnium Congregationum. 16
E conventu Toloſano Henricus IV. Rex Galliarum expulit Tertiarios Patres Italos, qui abſque regio conſenſu illius Conventus poſſeſſionem inierant. 48
Cœnobium noſtrum Toloſanum plura & digna profert monumenta Regularis antiquitatis, virtutum, & doctrinæ. 93
Per miraculum corpus ſanctæ Roſæ transfertur in Conventum ſanctæ Claræ poſtquam tertiò apparuiſſet ſummo Pontifici Alexandro IV. 201
Bela IV. Rex Hungariæ volebat Franciſcanorum in ditione ſua receptionem fieri omnino honorificam, & ſimilem triumpho. 243
Vita ſancti Ludovici Galliarum Regis oppidò & planè deſcribitur in bulla Bonifacij VIII. 354
S. Ludovicus inter Franciſcanos Tertiarios Sæculares merito annumerandus, ac proinde verus eſt Patris Seraphici alumnus. 360
Acriter torquentur hac in lacrymarum valle ii qui virtute præſtant. 401
Inſignia conſtantiæ exempla in tribulationibus & adverſis. 457
Sub Dei tutela planè quieſcit pius homo. 470
Laudabilis conſuetudo, ſcuta teſſeraria præſtantium dominarum circumcingendi funiculis in varios implexis nodos, ortum ſumpſit ex Anna Armorica, quæ ſic ſe gerebat. 491
Inconcuſſa tranquillitas in adverſitatibus, inſignis eſt & vera virtus. 556
Teſtamenti Chriſtiani ſolennis formula. 556
Sanctæ Tereſiæ digitus miſſus eſt ad matrem Magdalenam à ſancto Joſepho Carmelitam, ab Elizabetha de Francia Hiſpaniæ Regina. 565
Elizabetha de Francia ſoror Ludovici XIII. Galliarum Regis, & Philippi IV. Regis Hiſpaniarum uxor, Tertio Ordini Franciſcano dat nomen. 565
Tribulationes Dei ſemper amicos probant & exercent. 595
Triduana agonia valdè moleſta, ſed utilis & fructuoſa fuit ſanctæ cuidam animæ. 595

V

Vincentius Patiſinus Tertiariorum Regulariorum in Gallia reſtaurator. diverſa & moleſta ſuperat obſtacula in hoc opere perficiendo. 42
Votorum noſtrorum ſolemnium validitas diſceptationibus contrariis ſemper evidentius eluxit. 51
Conventus Vernonenſis primum juxta veterem peritorum traditionem, habuit fundatorem Ludovicum IX. & ſanctum Galliæ Regem. 70
Non flori virgineo voluntas, ſed voluntati flos virgineus defuit in ſancta Elizabetha Turingiæ Duciſſa. 135
Sub figura Serpentis dirè torquet Dæmon B. Viridianam. 155
Duræ à parentibus illatæ vexationes B. Humilianæ, qui veneficiis aſciſcebant opera illius tam illuſtria. 174
Infandæ & extraordinariæ erant biennio B. Angelinæ Fulginienſis vexationes ad ejus probationem, ut præſertim notavit ſanctus Franciſcus Saleſius; mirabileſque pariter conſolationes. 218
Regni temporalis extremas & ferè continuas viciſſitudines conſtanter tulit Bela IV. Rex Hungariæ. 234
Mira prædictio cujuſdam nanterræ ſolitarij de eximia virtute B. Iſabellæ ſororis ſancti Ludovici, quam affirmat iſte ſolitarius fore penitus morituram ſibi. 253
Victoria pravarum cupiditatum reportatur & commendatur maximè cæteris à B. Clara de Monte falco. 281
Virginali connubio per longum temporis ſpatium nil mirabilius. 300
Sancta Delphina perfectum omnino exemplar virginum & viduarum. 340
Cœleſtes ſanctæ Birgittæ Suecæ viſiones à tenerioribus annis. 363
Mira B. Thomaſſini vaticinia, quæ ſuum tandem penitus ſortiuntur effectum. 385
Vera virtus indefeſſa & infracta eſt ad quæcunque magis ardua pro amore Chriſti capeſſenda. 387
Cœnoſa & lutoſa aqua in exquiſitum converſa vinum, ad confortandum Dei famulum in via deficientem. 404
Ultio pernicioſa exercenti perinde ac patienti. 406
Urbinum olim floruit civium ſanctitate. 412
In virtutis exercitio incipiens anima, janua eſt atque oſtium, ob facilem quem prædicat aditum gratiæ: murus verò in perſeverantia, quia conſtans eſt & firma contra omnes Dæmonum inſultus. 413
Sub ſpecie vineæ magnum adumbratur myſterium. 462
Cupiditatum victoria, glorioſus maximè triumphus. 462
Mira puritatis, amoris, & verecundiæ virginalis exempla. 465
Ordinis cujus titulus eſt, *de ſancta Vrſula*, fons & origo. 513
Sæpè Deus ulciſcitur martyrum mortem viſibili & horrenda punitione perſecutorum. 526
Difficile jungitur vita contemplativa cum actuoſa, ob idque recurrendum ferventer ad divinam gratiam. 561
Pia hæc verba, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*: ſive, *O bone Ieſu*, abſque labiorum motu, animam afflictam plurimùm conſolantur. 561
Non claritas patriæ, ſed virtutis hominem nobilitat. 574
Pietas erga Deiparam virgineæ puritatis magnum parit ſtudium. 599

F I N I S.

Digitized by Google